Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ
AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT: GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXI.

EUTHYMIUS ZIGABENUS. ANNA COMNENA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER*
NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII. ANNUS 1122.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ

ΤΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

EUTHYMII

ZIGABENI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDIT

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIAS

CAR. DU FRESNII DU CANGII NOTIS ILLUSTRATA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1122.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXI CONTINENTUR.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

ANNA COMNENA PORPHYROGENITA CÆSARISSA.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

EUTHYMII ZIGABENI

EXPOSITIO SYMBOLI.

(Ex editione Christ. Friderici Matthæi in *Lectionibus Mosquensibus*, repetita in Bibliotheca Gallandiana, tom. XIV.)

Εἰς τὸ (1) *ἅγιον σύμβολον.*

Τί ἐστι πίστις; *Πίστις ἐστὶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* Ἡ ἀπολυπραγμόνητος συγκατάθεσις, ἢ ἑκούσιος συγκατάθεσις, ἢ ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος, Πίστις ἐστὶ συγκατάθεσις ἀδιάκριτος τῶν ἀκουσθέντων, ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας τῶν κηρυχθέντων Θεοῦ χάριτι.

Σύμβολον ὀνομάζεται, ὡς σημεῖον τῆς ἐν ψυχῇ πίστεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἀσώματον πρᾶγμά ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ δόγματα ἀφανῆ τε καὶ ἄδηλα, τούτου χάριν τῆς ὁμολογίας ταύτης ἐδέησεν αὐτῇ, ἵνα διὰ ταύτης ἡ ἐνδιάθετος αὐτῆς πίστις ἐκφαίνηται, καὶ μὴ ἀμφιβάλληται.

Πιστεύω. Τουτέστιν ἀπολυπραγμονήτως ἐπὶ τοῖς ῥηθησομένοις δόγμασι συγκατατίθεμαι. Καὶ μὴν οἱ πατέρες *Πιστεύομεν* εἶπον πληθυντικῶς. Εἰς ταυτὸν δ' ἄγει ἀμφότερα. Πληθυντικῶς μὲν γὰρ ἔλεγον ἐκεῖνοι, τὴν κοινὴν σφῶν αὐτῶν περὶ πίστεως γνώμην καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου παριστῶντες· ἡμεῖς δ' ἀνάπαλιν, τῇ ἑνὸς ἑκάστου πίστεως ὁμολογίᾳ τὴν τοῦ παντὸς τῶν πιστῶν ἀθροίσματος συνεισάγοντες.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα. Τοῦτο ἄλλοι μὲν ἄλλως στίζουσιν. Οἱ μὲν εἰς τὸ *Θεὸν*, ὡς ἂν κατὰ κοινοῦ τῶν τριῶν ὑποστάσεων παραλαμβάνηται τὸ *Θεὸς* ὄνομα, ἄλλοι δὲ συνάπτουσιν. Ἵππων (2) καὶ Ἐπίκουρος ὁ φιλήδονος Θεὸν παντελῶς ἠγνόησαν, διὰ τοῦ αὐτοματισμοῦ τὴν ἀταξίαν εἰσάγοντες· ὧν ὁ μὲν τὸ ὕδωρ ἀρχὴν ἐφληνάφει, ὁ δὲ ἀπείρους ἀτόμους. Πλάτων ἰδέαν καὶ ὕλην ἔλεγε Θεὸν, ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ δυναμένου μήτε ὕλην μήτε παραδείγματος χωρὶς τὸν κόσμον συστήσασθαι, καὶ οὕτως εἶναί τινα συναΐδια τούτῳ καὶ συνάναρχα. Οὐαλεντῖνος λ' θεοὺς ἔλεγεν εἶναι· οἱ ἀπὸ Μαρκίωνος τρεῖς ἀρχάς· οἱ ἀπὸ Κέρδωνος δύο εἶναι θεοὺς ἐδογμάτισαν, καὶ οἱ ἀπὸ Μάνεντος β' ἀρχάς.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. Ἕνα λέγεται Θεὸν, ἢ τὸν Πατέρα φαμὲν, ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα, καὶ πάλιν ὁμοῦ τὰ γ', τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα,

[1] Hebr. xi, 1.

In sanctum symbolum.

Quid est fides? *Fides est substantia rerum quæ sperantur, argumentum rerum quæ non cernuntur* [1]. Vel, est consensus minime curiosus, vel voluntarius consensus : vel etiam ut magnus dixit Basilius : Fides est consensus indiscussus eorum quæ audita sunt, in certa persuasione veritatis earum rerum quæ ex Dei gratia prædicatæ sunt.

Symbolum nominatur, tanquam signum fidei quæ est in anima. Cum enim incorporea res sit anima, ejusque dogmata invisibilia atque obscura, idcirco ea opus habuit hujusmodi confessione, ut per illam interna ejus fides manifesta fiat, nec ullus relinquatur ambigendi locus.

Credo. Id est sine curiositate dicendis dogmatibus assentior. Equidem majores nostri *Credimus* dicebant, per pluralivum numerum. At utraque vox perinde valet. Plurative enim enuntiabant illi, communem suam ipsorum de fide sententiam ac privatam cujusque exhibentes. Nos contra, singularis cujusque fidei confessione totius fidelium cœtus fidem concludimus.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Hoc alii aliter interpungunt. Alii notam distinctionis ponunt post *Deum*; quo videlicet communiter de tribus personis accipiatur nomen *Deus*, alii contra, connectunt. Hippon et Epicurus voluptuosus Deum prorsus ignorarunt, per temerarium casus eventum confusionem inducentes, dum alter aquam pro principio nugatus est, alter infinitas atomos. Plato ideam et materiam Deum dixit, quasi non posset Deus nec materiam, nec sine exemplari mundum condere; atque sic esse quædam coæterna illi pariterque principio carentia. Valentinus xxx deos esse dicebat; Marcio tria principia. Cerdo duos esse deos docuit. Manichæi duo principia asserebant.

Credo in unum Deum. Dicitur *in unum Deum*, sive Patrem appellemus, sive Filium, sive Spiritum, aut etiam tria hæc simul, Patrem et Filium et Spi-

(1) Legitur hæc interpretatio Symboli in eodem codice 344, fol. 175 seqq. Forte ergo et hæc auctorem habet Euthymium Zigabenum. Aliam quoque in alio codice interpretationem reperi Simeonis Thessalonicensis.

(2) Puto de Hippone hoc loco loqui interpretem, de quo vide Fabr. *Bibl. Gr.* vol. I, p. 819. Certe ibi in notis traditur istum *aquam et ignem putasse rerum principia.*

ritum; aliquando quidem unicuique trium personarum hoc tribuentes, aliquando vero uni trium essentiæ. Si igitur connectentes legamus: *Credimus in unum Deum Patrem*, personæ patris significationem vocis *Unius* accommodamus. At si dicamus *In unum Deum*, atque hic interpungamus, mox subjungentes, *Patrem;* unam divinitatis essentiam significantes, ad Trinitatem gradum facimus personarum.

Credo in unum Deum. Non essentiæ significativa vox est *Deus*, neque divinæ naturæ nomen. Quemadmodum enim omnem supergreditur intellectum, sic etiam omne prætergreditur nomen. Est ergo symbolum virtutis essentiæ divinæ. Nec enim divinam insinuat exsistentiam, sed eam quæ ex illo in nos procedit divinizantem virtutem et efficaciam.

Credo in unum Deum omnipotentem. Patrem cogitamus secundum in divinis principium, cujus veluti quædam germina divinitus enata, secundum sapientissimum Areopagitam Dionysium, recognoscuntur Filius et Spiritus. Non enim ex paterna relatione quæ invenitur in creatis a Deo rebus, sive etiam fecunditate, derivata est divina paternitas; sed ex superante omnem naturam fecunditate supersubstantialis divinitatis, in creatis rebus, ut ita loquar, naturæ genitura derivatur: illamque hæc imitatur, at non contra. Primum autem Patrem divinum Symbolum assumpsit, non quod primus sit vel major (3), sed quia principium est Filii et Spiritus. A principio sunt enim hæ personæ, non ipsæ principia. Aut si principia, non tamen Patris, sed cum Patre, secundum communem divinitatis causalitatem, et omnium infra Deum creaturarum; tanquam cum Patre cooperantes, et concreantes, non quidem tanquam indigentes cooperationis inter se, apage; perfecta enim et integra est divinitas in qualibet hypostaseon: sed quippe una existente operatione virtute et voluntate horum trium.

Patrem omnipotentem factorem cœli et terræ. Primum quidem positum est nomen Deus, quod naturam commendat; tametsi nullum ejus exstet nomen, ut prædiximus. Deinde *Pater*, quod fidem commendat. Hoc autem nomen hic proprium non est Patris; procedens enim oratio declarabit illud et Filio et Spiritui competere. Ait enim: *Et in unum Dominum Jesum Christum... et in Spiritum sanctum Dominum*. Dicimus autem, *Omnipotentem*, distinguentes nos ab hæretica stultitia Manichæorum, Simonianorum et Marcionistarum, qui non universorum arbitrium uni ac soli Deo attribuunt: sed diversis principiis potestatem rerum affricant. Quare omnipotentem Patrem dicentes, etiam causam ejus omnipotentiæ adducimus, factorem cum cœli et terræ dicentes: nam extremis positis, etiam quæ in medio sunt innuuntur.

(3) Infra quæ de principio dicit, græcanicum quid sapiunt, benigne interpretandum.
(4) Planius ἐνεργειῶν θείας οὐσίας.
(5) In Cod. vitiose παρήλειφε.

A ποτὲ μὲν ἑκάστῃ τῶν τριῶν ὑποστάσεων τοῦτο προσνέμοντες, ποτὲ δὲ τῇ μιᾷ τῶν γ' οὐσίᾳ. Εἰ μὲν οὖν συνάπτοντες ἀναγνῶμεν, *Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα*, τῇ ὑποστάσει τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ *Ἑνὸς* σημασίαν ἁρμόζομεν· εἰ δὲ λέγοιμεν *Εἰς ἕνα Θεὸν*, ἐνταῦθα στίζοντες, εἶτα ἐπάγοιμεν *Πατέρα*, τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν σημάναντες, ἐπὶ τὸ τριαδικὸν χωροῦμεν τῶν ὑποστάσεων.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν. Οὐκ οὐσίας σημαντικόν ἐστι τὸ *Θεὸς* οὐδὲ τῆς θείας φύσεως ὄνομα. Ὥσπερ γὰρ ὑπὲρ ἅπαν καθέστηκε νόημα, οὕτω καὶ πᾶν ὄνομα διαπέφευγεν. Ἀλλ' ἔστι μὲν ἐνεργείας θείας οὐσίας (4) σύμβολον. Οὐ γὰρ τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ παρίστησιν, ἀλλὰ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν ἐκ-
B θεωτικὴν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν παντοκράτορα. Πατέρα νοοῦμεν τὴν θεογόνον αἰτίαν, ἧς ὥσπερ τινὲς βλαστοὶ θεόφυτοι, κατὰ τὸν ἐξ Ἀρείου πάγου σοφώτατον Διονύσιον, Υἱὸς καὶ Πνεῦμα γνωρίζονται. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἐν τοῖς δημιουργήμασι πατρικῆς σχέσεως εἴτε καὶ γονιμότητος ἡ ἐν Θεῷ πατρότης ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῆς ὑπερφυοῦς γονιμότητος τῆς ὑπερουσίου θεότητος ἐν τοῖς δημιουργήμασιν οἷον εἰπεῖν φυσιογονίαν παράγεται. Καὶ ἐκείνην αὕτη μιμεῖται, ἀλλ' οὐ τὸ ἔμπαλιν. Πρῶτον δὲ τὸν Πατέρα τὸ θεῖον παρείληφε (5) σύμβολον, οὐχ ὅτι πρῶτός ἐστιν ἢ μείζων, ἀλλ' ὅτι αἴτιός ἐστι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Αἰτιατὰ δὲ ταῦτα, οὐ μὴ αἴτια. Εἰ δὲ καὶ αἴτια, ἀλλ' οὐ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν κοι-
C νὴν τῆς θεότητος αἰτιολογίαν, καὶ τῶν μετὰ Θεὸν ἁπάντων κτισμάτων, ὡς συνεργὰ τῷ Πατρὶ καὶ συνδημιουργὰ, οὐχ ὡς δεόμενα τῆς συνεργείας τούτων, ἄπαγε· τελεία γὰρ καὶ ὁλόκληρος ἡ θεότης ἐν ἑκάστῃ τῶν ὑποστάσεων· ἀλλ' ὡς μιᾶς οὔσης καὶ ἐνεργείας καὶ δυνάμεως καὶ βουλήσεως τῶν τριῶν.

Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Πρῶτον μὲν τὸ τῆς φύσεως παραστατικὸν ὄνομα τέθειται τὸ *Θεὸς*, εἰ καὶ μηδὲν, ὡς εἴπομεν, αὐτῆς ἐστιν ὄνομα· εἶτα τὸ τῆς πίστεως τὸ *Πατήρ*. Οὐκ ἴδιον δὲ τοῦτο τοῦ Πατρός· ἐπεὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει τοῦτο καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι. *Καὶ εἰς*
D *ἕνα* γὰρ, φησὶ, *Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν... καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον*. *Παντοκράτορα* δὲ λέγομεν ἀποδιαστέλλοντες ἑαυτοὺς τῆς αἱρετικῆς ἀφροσύνης τῶν ἀπὸ Μάνεντος καὶ Σίμωνος καὶ Μαρκίωνος, οἳ μὴ πάντων τὴν δεσποτείαν τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ Θεῷ διδόασιν, ἀλλὰ διαφόροις ἀρχαῖς τὴν ἐξουσίαν τῶν ὄντων ἀπομερίζουσι. Διὸ παντοκράτορα τὸν Πατέρα τιθέντες καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτοῦ παντοκρατορίας ἐπάγομεν, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς τοῦτον λέγοντες, ὡς ἄκρων γὰρ ὄντων (6) καὶ τὰ ἐν μέσῳ σημαινόμενα.

(6) Hic locus leviter corruptus est. Malim ergo in fine legere σημαινόμεθα. Paulo ante nota vocabulum αὐτοκρατορία.

Ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Οὐ γὰρ ἄλλος A μὲν τῆς ἀΰλου καὶ ἀσωμάτου οὐσίας δημιουργὸς, ἄλλος δὲ τῆς ἐνύλου ταύτης καὶ φαινομένης· οὐδὲ ἀγγέλων μὲν δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ἄγγελοι δὲ τῶν ἄλλων δημιουργοί. Διὰ τῆς *πάντων* δὲ προσθήκης οὐδὲν τῶν ὄντων ἐῶμεν τῆς ὑπὸ Θεοῦ δημιουργίας (7) πίπτειν ἐκτός.

Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐν τούτῳ ἀναιροῦμεν τὴν Ἰουδαϊκὴν δόξαν, ἑνὶ προσώπῳ τὸ τῆς μοναρχίας ἀφορίζουσαν κράτος, καὶ τὸν ἀνόητον..... (8) τῆς Ἐκκλησίας ἀποδιίστησι, καὶ τὸν Λίβυν Σαβέλλιον καὶ τὸν Σαμοσατέα Παῦλον καὶ Μάρκελλον, καὶ αὐτὸν σαβελλίζοντα. Οὗτοι γὰρ ἅπαντες ἀφρόνως μίαν ὑπόστασιν τῆς θεότητος ἐξηρεύξαντο.

B *Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν*. Ὅτι, εἰ καὶ προσέλαβεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ καὶ οὕτως μία ἐστὶν ὑπόστασις ἀδιαίρετος, καὶ ἓν πρόσωπον ἐκ δύο φύσεων καὶ ἐν δυσὶ φύσεσιν. Αἰσχυνέσθωσαν γὰρ ὁμοίως καὶ ὁ ἀνθρωπολάτρης Νεστόριος καὶ Διόδωρος, δύο τὰς ὑποστάσεις ὁμοίως ταῖς φύσεσι λέγοντες, Διόσκορός τε καὶ Σεβῆρος καὶ ὁ δυστυχέστατος Εὐτυχὴς, ὁμοίως τῇ ὑποστάσει μίαν καὶ τὴν φύσιν διδάσκοντες. *Κύριον* μὲν, διὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα καὶ τὴν τῆς θείας φύσεως κυριότητα· *Ἰησοῦν* δὲ, διὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πρόσληψιν· Ἰησοῦς γὰρ *Σωτὴρ* Ἑλλάδι φωνῇ ἑρμηνεύεται. *Χριστὸν* δὲ, διὰ τὸ συναμφότερον.

Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ. Ἡ τῶν ἄρθρων προσθήκη τὸ ἕνα τὸν Υἱὸν εἶναι παρίστησι, τὸν ἐκ C τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεννηθέντα. Εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ υἱοὶ, ἀλλὰ κατὰ χάριν ἔχουσι τὴν υἱοθεσίαν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς φύσει Υἱός ἐστιν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἄλλης οὐσίας, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς. Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ κατὰ τοῦτο ἐλαττοῦται τοῦ Πατρὸς, ἐπιφέρει τὸ ἑξῆς·

Τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Ὁ γὰρ αἰώνων καὶ πάντων ἁπλῶς δημιουργὸς πῶς μετὰ τοὺς αἰῶνας ἔσται; Ὥστε ἐκ τούτου τὸ συναΐδιον δείκνυται, καὶ Ἄρειος καταβάλλεται καὶ Εὐνόμιος.

Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Καὶ ταῦτα τὸ ὁμοούσιον συνίστησιν.

Γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα. Γέννημα γὰρ, οὐ D κτίσμα οὐδὲ ποίημα.

Ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Τὴν ἰσοτιμίαν ἣν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἐμφαίνει. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος παντοκράτωρ καὶ δημιουργὸς ἐλέγετο πάντων, οὕτω καὶ ὁ Υἱός. Ὁμοούσιον δέ ἐστι τὸ ἀπαραλλάκτως τυγχάνον τῆς αὐτοῦ οὐσίας καὶ φύσεως.

Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Ὁρᾷς πῶς οὐχὶ ἄλλον μὲν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ,

(7) Pro τῆς Θεοῦ δημιουργίας.

(8) Post vocabulum ἀνόητον erat spatium vacuum

Visibiliumque omnium et invisibilium. Non enim alius est immaterialis et incorporeæ essentiæ opifex, alius vero materialis hujus et apparentis: nec angelorum quidem auctor Deus, angeli vero reliquorum opifices. Per additamentum porro vocis *omnium*, nullum entium extra Dei opificium cadere sentimus.

Et in unum Dominum Jesum Christum. Per hoc jugulamus Judaicam sententiam, uni personæ tribuentem singularis dominii imperium. Stolidum item Arium ab Ecclesia separat ea vox, et Libycum Sabellium, et Samosatenum Paulum, et Marcellum, qui et ipse cum Sabellio sentiebat. Hi enim omnes stolide unam divinitatis personam eructaverunt.

Et in unum Dominum Jesum Christum. Quia quamvis assumpsit Filius Dei humanitatem, attamen vel sic una est hypostasis individua, et una persona ex duabus naturis. Pudeat ergo perinde et hominicolam Nestorium ac Diodorum, qui duas hypostases æque atque naturas dicunt; Dioscorum item et Severum, et infelicissimum Eutychetem (9), qui juxta atque unam hypostasin, sic etiam unam edocuere naturam. *Dominum*, propter ejus deitatem, et divinæ naturæ proprietatem; *Jesum*, propter humanæ naturæ assumptionem; Jesus enim *Salvator* græca voce redditur; *Christum*, propter utramque causam.

Filium illius Dei illum unigenitum. Articulorum adjectio unum Filium esse commendat ex paterna essentia natum. Etsi namque sint filii alii, at secundum gratiam habent adoptionem: iste vero Filius Dei, natura Filius est ejus, et non alterius essentiæ, sed ejusdem. Ac ne quis dicat, fuisse aliquando cum non erat, et proinde minorem esse Patre, subinfert quod sequitur:

Ex Patre natum ante omnia sæcula. Qui enim sæculorum, et quidem omnium absolute opifex est; quei post sæcula esse possit? Qua re hinc coæternitas ejus demonstratur, et Arius profligatur atque Eunomius.

Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Hæc quoque consubstantialem evincunt.

Natum, non factum. Genimen etenim est, non creatura vel opus.

Consubstantialem Patri, per quem omnia fuerunt. Ostendit æqualitatem honoris, qua cum Patre fruitur. Sicut enim ille omnipotens et conditor dictus est universorum, ita et Filius. Consubstantiale porro est, quod sine ulla diversitate ejusdem compos est essentiæ et naturæ.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est ex Spiritu sancto et Maria Virgine, et homo evasit. Viden' quomodo non alium quidem Filium Dei, alium vero Virginis docet sanctum Symbolum, sed unum

unius vocabuli. Puto autem excidisse vocem Ἄρειον.

(9) Latine Bonaventura.

eumdemque? Per hoc enim et Paulum Samosatenum et Nestorium submovet, qui blaspheme tuentur illud : Novum prorsus, et a Maria incipientem Christum. Quin et amens Apollinarius per hæc ab Ecclesia arcetur, qui diversa fuit a superioribus pestis. Illi enim a Maria prorsus, ut ita loquar, incepisse Christum dixerunt : at Apollinarius, quidquid ille est ab æterno habere, et nihil ex Virgine assumpsisse ; quin et carnem de supernis detulisse, et neque perfectum hominem esse. Deficere enim illi mentem ; ac pro mente habere illum divinitatem. Vide porro, quomodo prius dixerit descendisse de cœlo, deinde incarnatum. Pugnant (10) namque manifeste contra Apollinarii dogma. Attende etiam, quomodo incarnatum dicimus veritate, non illusoria specie. Nec enim dicimus incarnari visum, ut Manes aiebat et Cerdo et Marcio.

Ex Spiritu sancto et Maria Virgine. Non enim per Mariam Virginem, ut Apollinarius dicebat, neque sicut per canalem quemdam virginalem nempe alvum, Dei Filius inter nos venit, de supernis carnem deferens, tanquam semper essentialiter sibi adjunctam, ut Valentinus deliravit ; sed *ex Spiritu sancto et Maria Virgine.*

Ex Spiritu sancto. Quia Deus erat, qui in utero virginali formatus est infans. *Ex Maria Virgine*, quia de essentia ejus erat quod ab eo assumptum est ; quæ reipsa virgo fuit, quippe quæ scilicet etiam semper virgo. Neque enim antequam ille nasceretur, a viro cognita fuerat, ut Carpocrates dicebat eique concordes Massaliani, neque post nativitatem. Per hæc Apelles quoque extruditur de vero grege Christi, qui eum non ex Maria Virgine aiebat, sed ex quatuor elementis sibi carnem compegisse ; in quæ etiam postea dissoluta fuerit, quando in cœlum rediit.

Qui descendit. Descensum cogitare oportet, non de loco translatitiam mutationem, sed condescensionem ad nos.

Incarnatus est et homo factus. Id est, non solum carnem, sed et animam et mentem et omnem omnino hominem assumpsit, non secundum Apollinarium.

Crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato. Ecce Basilides quoque per hoc rejicitur, qui ait Simonem Magum fuisse passum, qui Christus reputatus fuerit. Sicut etiam Ismaelitæ, qui arbitrantur eum prophetam ac Deo dilectum assumptumque in cœlum, passum quidem fuisse aiunt, sed crucifixam ejus umbram. *Sub Pontio Pilato.* Et hoc, ut ex historia quæ tempus diligenter docet, qui dicunt Christum natum fuisse ex Maria sorore Moysis, confutarentur.

...... *Et passus et sepultus est, et resurrexit ter-*

ἄλλον δὲ τὸν τῆς Παρθένου διδάσκει τὸ ἅγιον Σύμβολον, ἀλλὰ τὸν αὐτόν; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα καὶ Νεστόριον ἀποβάλλεται, τοὺς τὸ ὅλον πρόσφατον καὶ ἀπὸ Μαρίας ἀρξάμενον τὸν Χριστὸν βλασφημοῦντας. Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἄνους Ἀπολλινάριος διὰ τούτων τῆς Ἐκκλησίας ἀφορίζεται, ἄλλο κακὸν ἐναντίον τυγχάνον τοῖς προτέροις. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐκ Μαρίας τὸ ὅλον, ὡς εἰπεῖν, ἄρξασθαι τὸν Χριστὸν ἔφασαν· οἱ δὲ περὶ Ἀπολλινάριον, τὸ πᾶν ἄνωθεν ἔχειν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς Παρθένου ἀνειληφέναι, ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα ἐκ τῶν ἄνω καταγαγεῖν, καὶ μηδὲ τέλειον ἄνθρωπον εἶναι. Λείπειν γὰρ αὐτῷ τὸν νοῦν, καὶ ἀντὶ τοῦ νοῦ τυγχάνειν αὐτῷ τὴν θεότητα. Ὅρα δὲ πῶς πρῶτον κατελθόντα εἶπεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, εἶτα σαρκωθέντα. Πρὸς γὰρ τὸ τοῦ Ἀπολλιναρίου σαφῶς ἀπομάχονται δόγμα. Ὅρα δὲ πῶς σαρκωθέντα φαμὲν ἀληθείᾳ, οὐ φαντασίᾳ. Οὐ γὰρ σαρκωθῆναι δόξαντα, ὥσπερ Μάνις (11) ἔλεγε καὶ Κέρδων καὶ Μαρκίων.

Ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Οὐ γὰρ διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου, ὡς Ἀπολλινάριος ἔλεγε, οὐδ' ὥσπερ διὰ σωλῆνός τινος τῆς παρθενικῆς μήτρας, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπεδήμησεν, ἄνωθεν τὴν σάρκα κατάγων ὡς ἀεὶ συνουσιωμένην αὐτῷ, καθάπερ Οὐαλεντῖνος ἐλήρησεν, ἀλλ' *ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου.*

Ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Ὅτι Θεὸς ἦν ὁ ἐν τῇ παρθενικῇ βρεφουργούμενος μήτρᾳ· *Μαρίας* δὲ *τῆς Παρθένου*, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἦν τὸ πρόσλημμα, τῆς ὄντως παρθένου, ἅτε δὴ καὶ ἀειπαρθένου. Οὔτε γὰρ πρὸ τῆς γεννήσεως ἐγνώσθη ἀνδρὶ, ὡς Καρποκράτης ἔλεγε καὶ οἱ τούτου ὁμόφρονες Μασσαλιανοὶ, οὔτε μετὰ τὴν γέννησιν. Διὰ τούτων καὶ Ἀπελλῆς ἀπελαύνεται τῆς ἀληθινῆς ποίμνης Χριστοῦ, οὐκ ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου φάσκων αὐτὸν, ἐκ δὲ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὴν ἑαυτοῦ σάρκα συμπήξασθαι, εἰς ἃ καὶ ὕστερον ἀναλυθῆναι, ὅτε εἰς οὐρανοὺς ἀνεληλύθει.

Κατελθόντα. Κάθοδον νοητέον οὐ τὴν ἐκ τόπου μεταβατικὴν μετάστασιν, ἀλλὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν.

Σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Τουτέστιν οὐ μόνον σάρκα, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ νοῦν καὶ ὅλως ὅλον ἀνειληφότα τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ κατὰ τὸν Ἀπολλινάριον.

Σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Ἰδοὺ καὶ Βασιλείδης διὰ τούτου ἐκβάλλεται, Σίμωνα παθεῖν τὸν Μάγον λέγων, νομισθέντα εἶναι Χριστόν· ὥσπερ καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται αὐτὸν μὲν προφήτην εἶναι οἰόμενοι καὶ ἀγαπητὸν τῷ Θεῷ καὶ ἀναληφθῆναι εἰς οὐρανοὺς, παθόντα μὲν, σταυρωθῆναι δὲ αὐτοῦ τὴν σκιάν. *Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου.* Καὶ τοῦτο, ἵνα ἐξ ἱστορίας, τὸν χρόνον ἀκριβῶς παραδιδούσης, οἱ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι φάσκοντες (12).

.... (13) *Καὶ παθόντα καὶ ταφέντα,*

(10) Symboli auctores.
(11) Sic h. l. reperi pro Μάνης.
(12) Hic videtur excidisse verbum, v. c. [illegible]-ται ληροῦντες aut aliud quid tale.
(13) Ante καὶ in codice est spatium vacuum.

A *καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς*. Παθόντα καὶ ταφέντα φησὶν, οὐ παθεῖν καὶ ταφῆναι δόξαντα, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ πάθος καὶ θάνατον ὑπομείναντα καὶ ταφήν.

Καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς. Τὰς παλαιάς. Ἐτυποῦτο γὰρ διὰ τῶν Παλαιῶν καὶ προεσημαίνετο διὰ τῶν προφητειῶν τριήμερος ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις. Τάχα δὲ οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ Εὐαγγελίου, ἐν αἷς τρανῶς ἡ ἀνάστασις τοῦ Κυρίου κηρύττεται.

Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς. Τοὺς οὕτω λεγομένους Χριστολύτας αἱρετικοὺς τοῦτο ἐκβάλλει τῆς Ἐκκλησίας, οἳ γυμνῇ φασι τῇ θεότητι, καὶ οὐ μετὰ σώματος εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν. Ὡς γὰρ ἀνέστη μετὰ σώματος, οὕτως ἀνῆλθε μετὰ σώματος. B

Καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός. Ὥσπερ ὅταν λέγωμεν κατελθεῖν, εἰ καὶ μὴ τὴν σάρκα ἐκεῖθεν εἶχεν, ἀλλ' οὖν ἐν σώματι γενέσθαι φαμὲν, καὶ διὰ σώματος ἡμῖν ὁμιλῆσαι, οὐχὶ γυμνῇ τῇ θεότητι· οὕτω καὶ ἀνεληλυθέναι νοοῦμεν μετὰ σώματος. Τί δέ ἐστι τὸ καθίσαι ἐκ δεξιῶν; Ὅτι οὐκ ἐλάττων ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ ὅτι ἄνθρωπος γέγονε, διὰ τοῦτο ἠλάττωται. Ἐμφαίνει δὲ αὐτοῦ ἡ καθέδρα τον . . . . . . (14) αὐτοῦ καὶ δεσποτείαν. Οὐ γὰρ δούλου ἐστὶ τὸ καθῆσθαι.

Καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης. Ἐρχόμενον, ὃ δεσποτείας ἐστὶ καὶ τῆς ἀληθοῦς κυριότητος.

Κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Κρῖναί ἐστι τὸ διελεῖν καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ζῶντας νοοῦμεν τοὺς πιστεύσαντας εἰς Χρι- C στὸν, καὶ τὴν πίστιν ἔργοις ἀγαθοῖς βεβαιώσαντας· νεκροὺς δὲ τοὺς μὴ πιστεύσαντας, δοκοῦντας δὲ ἔργα ἔχειν χρηστὰ, καὶ πίστιν μὲν ἔχοντας, οὐ μὴν δὲ καὶ διὰ τῶν ἔργων λαμπρυνομένους τῆς πίστεως.

Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Ἀθανάτου γὰρ ὄντος αὐτοῦ, ἀτελεύτητος ἔσται καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ.

Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον, τὸ ζωοποιόν. Ταῦτα τὴν φύσιν σημαίνει τοῦ Πνεύματος καὶ τὴν σχέσιν αὐτοῦ, τὴν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸ ἐνυπόστατον αὐτὸ εἶναι (15) . . . . τὸ Πνεῦμα ἰδίως ἐνταῦθα λεγόμενον ἐπὶ τῆς τοῦ ἐκπορευτοῦ ὑποστάσεως. Ζωοποιὸν δὲ, ἐπειδὴ καὶ ζωή. Ὃ γὰρ ἔχει, τοῦτο καὶ ἑτέροις χαρίζεται.

D ***Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον***. Τοῦτο χαρακτηριστικόν ἐστι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Τὴν πρὸς τὸν Πατέρα δὲ σχέσιν ἐμφαίνει.

Τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Τοῦτο τὴν ὁμοτιμίαν καὶ τὸ ἀξίωμα παριστᾷ. Μία γὰρ ἐξουσία καὶ μία δόξα τῶν τριῶν.

Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Ἐνέργειαν τοῦτο σημαίνει τοῦ Πνεύματος, ἐξ ἧς (16) . . . . . . οὐκ ἐνέργειά ἐστι. Τὸ γὰρ λαλοῦν ἐνεργοῦν ἐστιν, οὐκ ἐνέργεια.

Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκ-

tia die secundum Scripturas. Passum et sepultum fuisse ait, non pati ac sepeliri visum; sed vere passionem ac mortem et sepulturam subiisse.

Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Veteres nempe. Figurabatur namque per veteres Scripturas, et innuebatur per prophetias triduana Salvatoris futura resurrectio. Forte etiam non has duntaxat intelligunt, sed et Scripturas Evangelii, in quibus liquido resurrectio Domini prædicatur.

Et ascendit in cœlos. Hoc expellit de Ecclesia hæreticos, qui dicuntur Christolyti: qui nuda divinitate aiunt, et non cum corpore eum in cœlos reversum. Sicut enim surrexit cum corpore, ita cum corpore ascendit.

Et sedet ad dexteram Patris. Sicut quando descendisse dicimus, etsi carnem inde non habebat, nihilominus in corpore fuisse dicimus, et per corpus nobiscum fuisse conversatum, non nuda divinitate: ita et ascendisse cogitamus cum corpore. Quid autem sibi vult sedere ad dexteram? Quod non minor sit Filius Patre, nec, quia homo factus est, propterea imminutus est. Ostendit autem sedes ejus *æqualitatem* illius atque dominium. Non enim proprium est servi sedere.

Et iterum venturus est cum gloria. Venturus, quod dominii est veræque auctoritatis.

Judicare vivos et mortuos. Judicare, est dividere et tribuere cuique juxta meritum operum ejus. Vivos intelligimus eos qui crediderunt in Christum, fidemque bonis operibus confirmaverunt: mortuos contra, eos qui non crediderunt, et videntur opera habere bona; qui et eos cum fidem habeant, non tamen per opera fidei illustrantur.

Cujus regni non erit finis. Cum enim immortalis sit ipse, æternum erit regnum illius.

Et in Spiritum sanctum, Dominum vivificantem. Hæc naturam signant Spiritus, et relationem ejus ad Patrem, et quod persona subsistens sit..... Spiritus proprie hic dictus in procedentis hypostasi. Vivificans vero, quia etiam vita est. Quod enim habet, id et reliquis largitur.

Qui ex Patre procedit. Hoc est characteristicum personæ Spiritus. Ostendit relationem ad Patrem.

Qui cum Patre et Filio coadoratur et conglorificatur. Hoc æqualitatem honoris et dignitatem demonstrat. Una est enim potestas et una gloria trium.

Qui locutus est per prophetas. Virtutem hoc innuit Spiritus, ex qua ..... non operatio est. Qui enim loquitur operans est, non operatio.

In unam sanctam catholicam et apostolicam Ec-

(14) Hic ante αὐτοῦ exciderat in codice vocabulum.

(15) Hic rursus spatium unius vocabuli in cod.

(16) Forte hic excidit φανερὸν, ὅτι..

clesiam. Non enim in alia per prophetas, in alia vero per apostolos locutus est Spiritus sanctus. *Sanctam*, tanquam quæ ex revera ac natura sancto sanctitatem ex participatione acceperit. *Catholicam*, quia omnes gentes suo sinu fovet, non unam, ut olim synagoga Judæorum. *Apostolicam*, ab apostolis fundatoribus.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Fides et baptisma duo modi sunt salutis nostræ.

Exspecto resurrectionem mortuorum. Per exspectationem resurrectionis, ab iis (17)qui omnino eam esse negant; per mortuorum vero, ab iis qui successionem nascentium esse ipsam resurrectionem dicunt.

Et vitam futuri sæculi. Amen. Per vitam futuri sæculi, ab iis qui dicunt talem futuram ibi vitam, qualem hic; talia item esse corpora, quæ repleantur, evacuentur, et voluptuosis passionibus fruantur. Vita etenim futuri sæculi diversa erit a præsenti. *Amen* est veluti sigillum quoddam ad calcem positum, pro, Cum omni veritate.

κλησίαν. Οὐ γὰρ εἰς ἄλλην μὲν διὰ τῶν προφητῶν, εἰς ἄλλην δὲ διὰ τῶν ἀποστόλων ἐλάλησε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Ἁγίαν* δὲ, ἐκ τοῦ ὄντως καὶ φύσει ἁγίου λαβοῦσαν τὸ ἅγιον κατὰ μέθεξιν. *Καθολικὴν*, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἐνεκολπώσατο, καὶ οὐχὶ ἕν, καθὰ πάλαι τῶν Ἰουδαίων. *Ἀποστολικὴν* δὲ, ἀπὸ τῶν ταύτην συστησαμένων ἀποστόλων.

Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Πίστις καὶ βάπτισμα δύο τρόποι τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν. Διὰ τοῦ προσδοκᾷν ἀνάστασιν ἀπὸ τῶν μηδὲ ὅλως εἶναι λεγόντων· διὰ δὲ τοῦ νεκρῶν, ἀπό τε τῶν τὴν διαδοχὴν τῶν γεννωμένων λεγόντων εἶναι ἀνάστασιν.

Καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Διὰ τοῦ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀπὸ τῶν τοιαύτην λεγόντων ἔσεσθαι ἐκεῖ τὴν ζωὴν, οἵαν κἀνταῦθα, καὶ τοιαῦτα εἶναι τὰ σώματα πληρούμενα καὶ κενούμενα καὶ ἡδονῶν ἐμπαθῶν ἀπολαύοντα. Ζωὴ γὰρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐξηλλαγμένη παρὰ ταύτην. Τὸ *Ἀμὴν* οἷόν τι ἐπισφράγισμά ἐστιν ἀκροτελεύτιον, ἀντὶ τοῦ, Μετὰ πάσης ἀληθείας.

(17) Supple *secernimur*, vel quid simile. Ita et mox.

MONITUM DE SUBSEQUENTE DISPUTATIONE

(Mai *Bibliotheca nova Patrum*, tom. IV, p. 442.)

Quærenti mihi num, præter duos victores Nicetas, tertius aliquis in Vaticanis codicibus superesset Saracenicæ superstitionis debellator, commode occurrit Euthymii Zygabeni cum Saraceno philosopho disceptatio in codice Vat. Ottob. 333 ; *eademque, at multo imperfectior et varians in cod. Vat.* 952 : *quo omisso, priorem codicem integrum secutus sum, etsi mendis minime immunem. Porro Zigabenum Euthymium quis ignorat, sæculo* XII *sub Alexio Comneno imp. doctum clarumque hominem, cujus præ cæteris scriptis celebris est Panoplia Latine Græceque jamdiu edita? Ergo et nos cum in hoc volumine jam pæne Panopliam quamdam adversus Mohamedem bellica Nicetarum supellectile instruxerimus, recte nunc Euthymii hanc armaturam addimus in Ecclesiæ publicis hoplothecis antehac non collocatam ; quanquam hæc lucubratio in codice etiam Vindobonensi (apud Lamb. cum Kollar. lib.* IV, *p.* 254 *cod.* 88) *conservatur, ubi noster Euthymius non* Μέγας, *ut in cod. Vat., Ottob., sed* Μοναχός *dicitur ; quam veriorem appellationem præferendam duximus ; quia nempe diversus ac longe antiquior ille alter Euthymius, in codicibus cognomento Magnus, cujus Vitam scripsit Cyrillus Scythopolitanus. (Sisinnii etiam grammatici Dialogum Græcum Christiani hominis cum Saraceno exstare memini in prisco codice Mediolanensi bibliothecæ Ambrosianæ, q.* 2, *part. sup.*)

TOY ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΜΕΤΑ ΣΑΡΑΚΗΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΕΝ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΜΕΛΙΤΗΝΗΣ (1).

S. P. N. EUTHYMII MONACHI

DISPUTATIO DE FIDE CUM PHILOSOPHO SARACENO IN URBE MELITINE.

1. *Interrogatio Saraceni*. Cur profitemini polytheismum, et generationem Deo attribuitis, Patrem-

α'. *Ἐρώτησις τοῦ Σαρακηνοῦ*. Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθεΐαν, καὶ εἰσάγετε ἐν τῷ Θεῷ γέννησιν, καὶ

(1) Melitenem urbem ad Euphratem sub Saracenorum dominatione memorat etiam Petrus Siculus apud nos in *Historia Manichæorum*, capp. 41 et 42.

πάλιν λέγετε Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; Δείξατε ἡμῖν ταῦτα. Λέγει ὁ Εὐθύμιος· Ἡμεῖς ἕνα Θεὸν πιστεύομεν ἄκτιστον, ἄναρχον, ἀπερίγραπτον, ἀκατάληπτον, ἀνεξιχνίαστον, ὃν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· λέγομεν δὲ ὅτι Λόγος καὶ Πνεῦμα ὁ Θεὸς, οὐ μὴν κτιστὰ, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ οὐσίας καὶ φύσεως· ὁρῶμεν δὲ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, ἄστρα, λίθους, καὶ ξύλα, ἄψυχα εἶναι καὶ ἄλογα· ἔδει οὖν εἶναι τὸν Κτίστην τούτων ζωοπάροχον· διότι ἀδύνατον εἶναι τὸν Κτίστην ὅμοιον τῷ κτίσματι ἄλογον καὶ ἄπνουν. Ὁρῶμεν δὲ παρὰ πᾶσαν κτίσιν κάλλιστον κτίσμα εἶναι τὸν ἄνθρωπον· καὶ εἰ ἄνθρωπος μετέχει λόγου καὶ πνεύματος, πῶς ἔδει τὸν Κτίστην εἶναι ἀμέτοχον λόγου καὶ πνεύματος; Καὶ εἰ ἀμέτοχος ἦν, οὐκ ἦν αἴτιος τῶν κτισμάτων· τὸ γὰρ μὴ ἔχον λόγον ἢ πνεῦμα οὐδὲν ἕτερον ἦν εἰ μὴ ξύλον ἢ λίθος· καὶ γὰρ οἱ θεόπνευστοι προφητικῆς γνώσεως θείας ἐμπνευσθέντες, ἕνα Θεὸν κηρύττουσι μετὰ λόγου καὶ πνεύματος. Ὁ μὲν Δαυῒδ τάδε φησίν· *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*· καὶ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ παναγίῳ ὕμνῳ τάδε δοξάζουσιν· Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος· *πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Καὶ οὐκ αὐτὸς ὁρᾷς πῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα δοξάζουσι καὶ οἱ ἄγγελοι;

β'. Εἴπω δὲ καὶ ἄλλο ὁμοίωμα. Ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἡγεμὼν, προβολεὺς, καὶ αἴτιος ἦν τοῦ ἡμετέρου λόγου καὶ πνεύματος· καὶ ἂν εἴπωμεν τὸν νοῦν πνεῦμα, ὡς κενὸν τὸν λόγον ποιοῦμεν, καὶ ἀπαλλοτριοῦται ὁ λόγος τοῦ νοὸς τὴν φύσιν; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Οὐχί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἔστιν ὁ νοῦς πατὴρ τοῦ λόγου, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἔδειξά σοι τὴν πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ πῶς συνηνωμένα ἦν; πῶς λέγετε ὅτι Θεὸς ἐσαρκώθη; καὶ σαρκωθεὶς, τίς ἦν ἐν τῷ οὐρανῷ; καὶ τίς διῆγε τὸν κόσμον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ὁ ἥλιος αὐτολαμπὴς ἦν καὶ μονοϋπόστατος, ἢ μετέχει καὶ ἑτέρας ὑποστάσεως; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ἐν τῷ ἡλίῳ τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν· τὸ ἀγγεῖον, τὸ φῶς, καὶ αἱ ἀκτῖνες. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ διοικοῦσαι τὴν σύμπασαν γῆν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου, ἀλλὰ καὶ εἰς φρέαρ βαθύτατον κατερχομένη ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου, ἀπαλλοτριοῦται ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου, ἢ τοῦ φωτός; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Οὐχὶ, ἀλλὰ τὸ παρὸν τῇ γῇ φῶς, αὐτὸ ἦν καὶ ἄνω. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ ἐὰν ὁ ἥλιος ὁ κτιστὸς καὶ φθαρτὸς καὶ ἄνω φωτίζει καὶ κάτω, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ Κτίστης πάντων, ὁ παρὼν ἐν τῇ μήτρᾳ τῇ παρθενικῇ, αὐτὸς ἦν καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν;

γ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ σαρκωθεὶς καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς Μαρίας, πῶς πάλιν λέγεται ὅτι παρθένος ἦν ἡ Μαρία; Ὁ ἅγιος Εὐθύμιος ἔφη· Ὁ διαφθείρας παρθενίαν ἐπὶ συνουσίᾳ δύο σωμάτων γίνεται, ἀποτελουμένης ἁμαρτίας. Ἐπὶ δὲ τῷ παν-

A que ac Filium et sanctum Spiritum dicitis? Hæc nobis demonstrate. Dicit Euthymius: Nos unum Deum credimus increatum, sine initio, incircumscriptum, incomprehensibilem, inscrutabilem, quem nemo vidit unquam. Dicimus autem Filium et Spiritum esse Deum, haud equidem creatos, sed eamdem Patris substantiam naturamque habentes. Porro videmus cœlum et terram, solemque ac lunam, sidera, lapides, ligna, inanimata et irrationalia: oportuit itaque horum Creatorem, vitæ quoque esse præbitorem: etenim fieri nequit, ut Creator, æque ac illæ creaturæ, irrationalis sit et spiritu vacuus. Cernimus autem præ omnibus creatis rebus pulcherrimam creaturam hominem. Quod si homo
B particeps verbi est atque spiritus, quomodo oportuisset Creatorem carere verbo ac spiritu? Nam si forte caruisset, auctor creaturarum non exstitisset. Nam quod neque rationem neque spiritum habet, nihil aliud est quam lignum aut lapis. Profecto prophetica scientia divinitus præditi homines unum Deum prædicant, ratione spirituque pollentem. David quidem sic ait: *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [1]. Angeli quoque in sanctissimo hymno ita laudant: *Sanctus, sanctus, sanctus, plenum cœlum ac terra gloria ejus*. Nonne tu vides, quomodo sanctam Trinitatem laudant ipsi angeli?

2. Dicam aliam quoque similitudinem. Humana mens, dux, auctrix, causaque est verbi nostri ac
C spiritus. Jam si dixerimus mentem ipsam esse spiritum, verbumne vacuum reddimus, et a mentis natura verbum abalienatur? Dicit Sarracenus: Nequaquam. Ait Euthymius: Estne mens verbi parens, an secus? Dicit Saracenus: Maxime. Ait Euthymius: Demonstravi tibi Dei paternitatem. Dicit Saracenus: Quomodo hæc copulata sint? quomodo dicitis Deum esse incarnatum? Tum si incarnatus fuit, quis in cœlo remanebat, quisve mundum regebat? Ait Euthymius: Estne sol suapte splendidus, et unius subsistentiæ, an alterius quoque participat? Dicit Saracenus: In sole tres subsistentiæ sunt, receptaculum, lux et radii. Ait Euthymius: Solis radii universam terram lustrantes, si forte in profundissimum puteum incidant, num idcirco
D radii a sole aut luce abalienantur? Dicit Saracenus: Nequaquam; sed quæ apparet in terra lux eadem et superne est. Ait Euthymius: Si ergo sol, creata res et corruptibilis, tum superne illuminat tum inferne, quanto magis rerum omnium Creator, etsi in utero virginali præsens, idem in cœlo quoque erat, et supra quamlibet creaturam?

3. Dicit Saracenus: Si Verbum incarnatum est ac natum de Maria, quomodo jam dicitur virgo Maria? Sanctus Euthymius ait: Virginitatis violatio fit duorum corporum copula, dum peccatum patratur. Sed tamen omnipotens Deus aliter agit, qui quidquid

[1] Psal. XXXII, 6.

vult potest. Vis superior faciendi aliquid, vincit naturæ consuetudinem. Dicit Saracenus : Cur opus erat tali mysterio, nempe ut Deus homo fieret ? Ait Euthymius : Ut adversarium diabolum contereret, et hominem salvaret. Dicit Saracenus : Etiam in cœlo Deus manens, nonne poterat angelum mittere, et vel uno dicto diabolum debellare, quin ob eam causam homo fieret ? Præterea qui fieri potuit, ut homo cum diabolo pugnam consereret ? Ait Euthymius : Si Deus cum diabolo prælium inivisset, laudi ac gaudio id sibi diabolus adscripsisset. Nam diabolus spe divinitatis consequendæ, loco suo pulsus fuit. Nunc vero haud mirum, si diceret : Victus fui ; sed tamen nonnisi carne conspecta deceptus sum : veluti piscator hamo imponit inescantem carnem, ut piscem decipiat : namque ea visa, piscis ingreditur sagenam et capitur, haud sciens intra carnem latere validam ferri vim. Sic tu mihi de Deo cogita, qui cum carnem sibi induisset, et dæmoni objecisset, accedens more suo diabolus ad carnem oppugnandam, a latente intra carnem divinitate superatus fuit.

4. Dicit Saracenus : Vos nudiustertiani cum sitis, quomodo quæ ante sæcula fuerunt scitis ? Ait Euthymius : Creatura minorne est Creatore, an secus ? Dicit Saracenus : Vero. Ait Euthymius : Cœlum et terra atque universa ab aliquone creata fuerunt, an secus ? Dicit Saracenus : Certe ab aliquo. Ait Euthymius : Jam patet Creatorem habuisse vim efficientem etiam ante sæcula. Porro ex apparentibus creaturis, etiam ea quæ ante sæcula exstiterunt cognoscimus. Dicit Saracenus : Quomodo vos dicitis, quod natus Filius non sit creatus, sed coæternus cum Patre ? Ait Euthymius : In parte quidem creata, corruptelæ et mutationi fuit obnoxius ; in parte autem divina et incircumscripta, oportebat naturam ejus increatam esse atque coæternam. Dicit Saracenus : Quomodo Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicitis ? Et quoniam tres dicitis [a], quomodo una substantia et potentia sunt ? nonne singuli propriam naturam agendique vim habebunt? Ait Euthymius : Mens, regis mens est, necne ? Dicit Saracenus : Utique. Euthymius : Verbum ejus et spiritus, regisne sunt, an secus ? Dicit Saracenus : Sane regis sunt. Ait Euthymius : Ecce, ut ais, in rege tres naturæ sunt et tres agendi vires ? Dicit Saracenus : Equidem in rege tres sunt agendi vires, sed unus rex. Ait Euthymius : Sic ergo et ego haud divido unum Deum in tres deos, sed unum Deum dico cum Verbo et Spiritu.

5. Dicit Saracenus : Quomodo dicitis Deum copulatum humanitati, et quod ipse homo appellatus sit Deus ? quomodo divina natura terrestri naturæ unita est ? Undenam hoc ostenditis ? quibus ex miraculis, aut testimoniis ? Ait Euthymius : Quid tibi videtur de Moyse atque Isaia ? testesne accepta-

A τοδυνάμῳ Θεῷ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶν ἰσχύει ὅπου βουληθῇ· ἡ ἰσχὺς ποιῆσαί τι νικᾷ τὸ σύνηθες τῆς φύσεως. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ τίς ἡ χρεία τοῦ τοιούτου μυστηρίου, ἵνα Θεὸς ἄνθρωπος γένηται; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἵνα τὸν ἀντίδικον διάβολον συντρίψῃ, καὶ τὸν ἄνθρωπον σώσῃ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ Θεὸς οὐκ ἠδύνατο ἐξ ἀποστολῆς ἀγγέλου, ἢ ὑπὸ λόγου καταλῦσαι τὸν διάβολον, εἰ μὴ Θεὸς ἄνθρωπος γενόμενος; Καὶ πῶς ἦν δυνατὸς ἄνθρωπος πολεμῆσαι τὸν διάβολον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἐὰν ὁ Θεὸς ἐπολέμησε τὸν διάβολον, εἰς ἔπαινον ἂν καὶ καύχημα εἶχε τοῦτο ὁ διάβολος· ἐκεῖνος γὰρ τῇ ἐλπίδι τῆς θεότητος ἀπεῤῥίφη. Καὶ οὐ θαῦμα εἰ εἶπεν Ἐνικήθην, ἀλλ' ἐδελεάσθην ὑπὸ τῆς σαρκός· ὥσπερ ὁ ἁλιεὺς ἐνδύων τὸ ἄγκιστρον κρέας δελε- B άσματος, ἵνα τὸν ἰχθὺν δελεάσοι· καὶ ὁρῶν ὁ ἰχθὺς τὸ κρέας εἰσέρχεται καὶ ζωγρεῖται, μὴ νοῶν ὅτι ἐντὸς τοῦ κρέατος ἰσχυρὰ δύναμις σιδήρου ὑπάρχει· οὕτω καὶ ἐπὶ Θεοῦ νόει μοι· ἐνδυθεὶς τὴν σάρκα, καὶ προσβαλὼν τῷ δαίμονι, καὶ προσελθὼν ὁ διάβολος κατὰ τὸ σύνηθες πολεμῆσαι τὴν σάρκα, ἡττήθη παρὰ τῆς ἐντὸς τῆς σαρκὸς κεκρυμμένης θεότητος.

δ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ὑμεῖς, χθεσινοὶ ὄντες, πῶς οἴδατε τὰ πρὸ αἰώνων; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Κτίσμα ἔλαττον ἦν τοῦ Κτίσαντος, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ πάντα ὑπό τινος ἐκτίσθησαν, ἢ αὐτόκτιστα ἦν; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ὑπό τινος. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Δῆλον ὅτι ὁ Κτίστης ἐνεργητικὴν δύνα- C μιν εἶχε καὶ πρὸ αἰώνων· καὶ ἐκ τῶν φαινομένων κτισμάτων γινώσκομεν καὶ τὰ πρὸ αἰώνων. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Πῶς ὑμεῖς φατὲ, ὅτι ὁ γεγεννημένος Υἱὸς οὐκ ἦν κτιστὸς, ἀλλὰ συνάναρχος τῷ Πατρί; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἐν μὲν τῷ κτιστῷ καὶ φθορᾷ ὑπόκειται καὶ ἀλλοιώσει, ἐπὶ δὲ τὸ θεῖον καὶ ἀπερίγραπτον ἔδει τὸ τῆς οἰκείας φύσεως εἶναι καὶ ἄκτιστον καὶ συνάναρχον. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Πῶς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα λέγετε; Καὶ ἐπεὶ τρεῖς λέγετε [a], πῶς πέφυκε τὰ τρία μιᾶς ὑποστάσεως καὶ ἐξουσίας εἶναι; δηλονότι καθ' ἓν ἰδίαν φύσιν καὶ ἐνέργειαν ἔχοι. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Νοῦς τοῦ βασιλέως νοῦς ἐστιν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα βασιλέως εἰσὶν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σα- D ρακηνός· Ναὶ βασιλέως εἰσίν. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἰδοὺ, ὡς λέγεις, ἐν τῷ βασιλεῖ τρεῖς φύσεις εἰσὶ, καὶ τρεῖς ἐνέργειαι. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναὶ ἐν βασιλεῖ· ἐν τούτῳ γοῦν τρεῖς ἐνέργειαι, ἀλλὰ εἷς βασιλεύς. Ὁ Εὐθύμιος ἔφη· Οὐδὲ ἐγὼ χωρίζω τὸν ἕνα Θεὸν εἰς τρεῖς θεοὺς, ἀλλ' ἕνα Θεὸν λέγω μετὰ Λόγου καὶ Πνεύματος.

ε'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Πῶς λέγετε ὅτι Θεὸς ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ἐκλήθη Θεός; καὶ πῶς ἡνώθη ἡ οὐσία τῆς θεότητος τῇ χοϊκῇ οὐσίᾳ; Πόθεν ἔχετε δεῖξαι τοῦτο; ἐκ ποίων σημείων καὶ ἐκ ποίων μαρτυριῶν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τί σοι δοκεῖ ὁ προφήτης Μωϋσῆς καὶ Ἡσαΐας;

[a] Sur. IV, 169

δεκτοὶ μάρτυρές εἰσιν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναί. Ἔφη Εὐθύμιος· Ἐὰν ἡμεῖς μόνοι τὴν ἡμετέραν Γραφὴν μαρτυρήσωμεν ἀληθῆ εἶναι, φαινόμεθα ψεῦσται· ἔστι γὰρ ὁ μαρτυρῶν Θεὸς ἐκ τῶν ἀπείρων θαυμάτων τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἡμῶν γενομένων· ὅμως εἴπω σοι καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁμολογεῖται ὅτι ὁ διάβολος ἄγγελος ἦν πρώτως Θεοῦ· καὶ ἐξέπεσε ναὶ, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ πεσὼν ὁ διάβολος, τίνα φθονήσας ἐνίκησεν; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Τὸν ἄνθρωπον. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Κηδόμενος ὁ Θεὸς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, οὐκ εἴασεν αὐτὴν τυραννουμένην ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλὰ σωτηριώδει οἰκονομίᾳ ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι, καθὼς ἀριδήλως οἱ ἅγιοι προφῆται ἡμᾶς διδάσκουσιν. Ἄκουε τοῦ μεγαλοφωνοτάτου Ἡσαΐου λέγοντος[a]· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.* Ὁρᾷς πῶς ὁ προφήτης καὶ παιδίον καὶ Θεὸν ἐκάλεσεν; Καὶ ὁ Μωϋσῆς, θεασάμενος τὴν βάτον καιομένην καὶ μὴ καταφλεγομένην, τί σοι δοκεῖ; Ἄξιόν ἐστι τὸ τοιοῦτο θαῦμα πρεπόντως τῆς θεότητος, ἢ οὔ;

A biles sunt, necne? Dicit Saracenus: Utique. Ait Euthymius: Si nos soli Scripturam nostram veram esse testemur, mendaces videbimur. Etenim Deus testimonium præbet per miracula innumera in Ecclesiis nostris patrata. Simulque aio tibi, quam ob causam affirmetur, diabolum antea fuisse angelum Dei. Hic exciditne loco suo, an secus? Dicit Saracenus: Excidit. Ait Euthymius: Jam diabolus loco suo motus, quemnam invidia percitus superavit. Dicit Saracenus: Hominem. Ait Euthymius: Age vero Deus naturæ humanæ curam gerens, haud sivit eam tyrannico jugo a Satana premi, sed salutari œconomia univit se humanitati, sicut nos manifeste prophetæ sancti docent. Audi vocalissimum Isaiam dicentem: *Parvulus natus est nobis, filius*
B *datus est nobis; et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, Deus fortis, potens, Princeps pacis, Pater futuri sæculi*[a]. Viden' ut Propheta et Parvulum et Deum vocavit? Item de Moyse rubum ardentem nec tamen combustum spectante, quid tibi videtur? Dignumne satis tale miraculum divinitate est, necne?

ϛ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ πῶς ἦν δυνατὸν ψηλαφητὸν γενέσθαι τὸν Θεὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ μὴ ἀλλοιωθῆναι; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ὥσπερ γὰρ ἑνοῦται τῷ σιδήρῳ τὸ πῦρ· καὶ ποιεῖ μὲν ἐνεργεῖ ἡ φύσις τὰ τοῦ πυρὸς, ποιεῖ δὲ ὁ σίδηρος τὰ οἰκεῖα, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τὰ θεῖα, καὶ δὴ τὸ σῶμα τὰ τοῦ σώματος· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν· ὡς Θεὸς ἐνήργει τὰ θεῖα, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐνήργει τὰ ἀνθρώπινα· καὶ συνετήρουν τὰ ἀμφότερα ἰδιώματα. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Τρεῖς εἰπὼν, δυνήσῃ εἰπεῖν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἐν τῷ ἀνθρώπῳ εἰπὼν λόγον καὶ πνεῦμα, δυνήσῃ καὶ ἕτερον προσθεῖναί τι; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Οὐχί. Εἶπεν ὁ Εὐθύμιος· Οὐδὲ ἐγὼ τίθημι προσθήκην ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ διὰ τί γλυπτὰ ξύλα προσκυνεῖτε, καὶ εἰκόνας προσκυνεῖτε θεοπρεπῶς; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ὁ τὸν χαρακτῆρα τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως τιμῶν καὶ προσκυνῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως ποιεῖ ἢ εἰς ἀτιμίαν; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Εἰς τιμήν. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ ἡμεῖς εἰς τιμὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνοῦμεν αὐτὰς, καὶ οὐ θεοποιούμεθα ταύτας, ὡς ὑμεῖς λέγετε. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Διὰ τί μίγνυτε τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, καὶ μεταδιδόατε τοῖς ἀνθρώποις λέγοντες ὅτι σῶμα καὶ αἷμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ; Πῶς δυνατὸν γενέσθαι τὸν ἄρτον σῶμα, καὶ τὸν οἶνον αἷμα; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Παρὰ τῶν ἀνθρώπων βοσκόμενος ἄρτος τί γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ; σῶμα, ἢ ἕτερόν τι (2); Λέγει ὁ Σαρακηνός· Σῶμα. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ πῶς δυνατὸν κρέα ἐσθίειν τὸν ἄνθρωπον (3); Τὰ γὰρ κατὰ φύσιν ἀδυνάτως ἔχουσι γενέσθαι παρὰ φύσιν· ὁ

6. Dicit Saracenus: Quomodo Deus fieri potuit palpabilis in homine, nec tamen immutari? Ait Euthymius: Sicut unitur ferro ignis: et ignis quidem quæ sunt ignis operatur, ferrum item quæ ejus sunt propria; et sicut anima spiritalia, corpus quæ sunt corpori congrua; ita in Christo
C usuveniebat, ut Deus divina, ut homo humana agebat; et ambæ naturæ proprietates suas retinebant. Dicit Saracenus: Quoniam tres dicis, quatuor etiam dicere poteris et item quinque. Ait Euthymius: In homine cum dixeris verbum et spiritum, poterisne et aliud quidquam adjicere? Dicit Saracenus: Nequaquam. Ait Euthymius: Ne ego quidem ullum facio additamentum sanctæ Trinitati. Dicit Saracenus[b]: Cur ligna sculpta adoratis, et parem Deo cultum imaginibus tribuitis? Ait Euthymius: Qui regis imaginem honorat ac veneratur, hoc agit ne ut regem honoret an ut dedecoret? Dicit Saracenus: Ut honoret. Ait Euthymius: Nos quoque sanctas imagines honoris causa veneramur; neque tamen deos ex his facimus, ut vos dicitis.
D Dicit Saracenus: Cur panem vinumque miscetis et hominibus distribuitis dicentes corpus ac sanguinem Christi esse? Quomodo panis corpus, et vinum sanguis effici potest? Ait Euthymius: Ab hominibus manducatus panis, quid fit in homine? corpusne, an aliud aliquid? Dicit Saracenus: Corpus. Ait Euthymius: Et quomodo fieri posset ut homo carnem ederet? Etenim quæ secundum naturam sunt, ea contra naturam fieri nequeunt. Nam panis quem nos cum reverentia sumimus, per infusam ei gratiam fit animæ indumentum et lux.

[a] Isa. IX, 6. [b] Sur. V, 99.

(2) Confer apud Gretserum opp. t. XV, p. 400, paria dicta ab Abucara in Dialogo cum Saraceno.
(3) Confer similia dicentem Cyrillum in Comment. ad Luc. XXII, 19, apud nos in alio volumine p. 417, nempe quod Christus idcirco sub alia, id est panis, specie Eucharistiam nobis obtulerit.

γὰρ ἄρτος, ὃν ἡμεῖς μεταλαμβάνομεν μετὰ φόβου, διὰ τὴν μεταλαμβανομένην αὐτῷ χάριν γίνεται ἔνδυμα καὶ φῶς ψυχικόν.

7. Dicit Saracenus: Cur demissum de cœlo Evangelium abscondistis, novumque scripsistis? Ait Euthymius: Quis hoc affirmat, et undenam scitis? Dicit Saracenus: Mohamedes docet id, dum ait: Christo in cœlum sublato, ad ipsius discipulos dormientes demissum fuit Evangelium, qui surgentes vobis illud tradiderunt: id autem vos abscondistis, quia ibi scriptum erat Mohamedis nomen. Ait Euthymius: Nos dormientium Scripturas non recipimus: nemo quippe cordatus et suæ mentis compos, oculorum suorum sensum notitiamque omittens, somniorum phantasmata admittit. Non enim dormientium hominum exquirit Deus virtutem aut judicium, quia non est dormientium Deus, sed vigilantium. Dicit Saracenus: Quomodo vos dicitis Christum in cœlos assumptum, Spiritum sanctum ad discipulos misisse? Cur præsens non illis dedit? Vobis autem dicentibus unum esse Patrem et Filium et Spiritum; attamen ascendit Christus superne, descendit Spiritus, et alteram doctrinam prædicavit. Jam si res ita se habet, divisio quædam sanctæ Trinitati accidit. Ait Euthymius: Hominibus infirmis non solet medicus pharmaca salutaria miscere, nisi antea ipsos purgaverit. Post purgationem autem, tum demum pharmaca potanda præbet. Sic tu mecum de Christo cogita, ne quibusdam is videretur facultate sua tantummodo vel etiam phantasia docere, vel tanquam homo et non Deus; divina eos virtute antea purgavit materialibus peccatorum passionibus. Deinde post assumptionem in cœlos, sanctum Spiritum misit, ut perfectam divinitatem ostenderet, et quod ipse cœlestibus quoque locis interesset.

A ζ′. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Διὰ τί τὸ κατελθὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Εὐαγγέλιον ἐκρύψατε, καὶ νέον ἐγράψατε; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τίς ὁ μαρτυρῶν τοῦτο, καὶ πόθεν οἴδατε; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Μωάμεδ διδάσκει λέγων· Ἀνελθόντος τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὑπνούντων, κατῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἀναστάντες ὑμῖν παρέδωκαν αὐτό· ὑμεῖς δὲ ἐκρύψατε αὐτὸ διὰ τὸ εἶναι γεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ Μωάμεδ. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἡμεῖς κοιμωμένων Γραφὰς οὐ δεχόμεθα· οὐδεὶς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων καὶ κύριος τοῦ αὐτοῦ λογισμοῦ ὑπάρχων, τοὺς αἰσθητοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γνῶσιν παραβλέψας, ἐνυπνίων φαντάσματα δέχεται· οὐ γὰρ κεκοιμημένων ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς ἀρετὴν ἢ κρίσιν· ὁ γὰρ Θεὸς οὐκ ἔστιν ὑπνούντων, ἀλλὰ
B γρηγορούντων. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Πῶς ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἀναληφθεὶς ὁ Χριστὸς ἐξαπέστειλε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς; Πῶς παρὼν οὐκ ἔδωκε τούτοις; Ὑμῶν δὲ λεγόντων ὅτι ἕν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' ἀνῆλθεν ὁ Χριστὸς ἄνω, καὶ κατῆλθε τὸ Πνεῦμα, καὶ ἄλλην διδασκαλίαν ἐκήρυξεν· καὶ εἰ οὕτως ἔχει, διαμερισμὸς ἦν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τῶν ἐν ἀσθενείᾳ ὄντων ἀνθρώπων οὐκ ἐνδέχεται ὁ ἰατρὸς ἀποκαθαρτίζοντα φάρμακα κεράσαι, εἰ μή πως προκαθάραι τούτους· μετὰ δὲ τὴν προκάθαρσιν, τότε καὶ τὰ φάρμακα ποτιεῖ· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ νόει μοι· ἵνα μή τισι δόξῃ ὅτι κατὰ ἀρετὴν καὶ μόνην, ἢ καὶ φαντασίαν διδάσκει, ἢ ὡς ἄνθρωπος μόνον, καὶ οὐχ ὡς Θεός· ἀλλ' ὡς Θεὸς προ-
C εκάθηρεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ὑλικῶν παθῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν παρὼν αὐτός· ἔπειτα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐξαπέστειλε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύων τὴν τελείαν θεότητα, καὶ ὅτι παρὼν ἦν καὶ τοῖς ἄνω.

8. Dicit Saracenus: Cum Christus circumcisus fuerit, cur vos non circumcidimini et aqua abluimini? sicut ait Isaias: *Lavamini, mundi estote* *. Vos autem in ecclesias vestras illoti ingredimini. Ait Euthymius: Circumcisio Judæis data fuit, quia in medio gentium versabantur infidelium et idololatricarum, tanquam notitiæ Dei signum, et gregis unius. Quod vero *Lavamini* Isaias dixit, hoc semel præscripsit, divini baptismatis gratiam prædicens. Non enim dixit, Lavamini quotidie, sed, *Lavamini* semel. Nam quotidiana lotio fit ob sordes, neque tam rationalium hominum quam porcorum propria est. Quippe Deus ab hominibus non exigit cloacæ purgationem, sed mundum cor. Dicit Saracenus: Cur vos peccata vestra terreno homini confidentes, veniam petitis? Ait Euthymius: Deus volens omnium salutem, haud sivit hominem tur-

η′. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Τοῦ Χριστοῦ περιτμηθέντος, πῶς οὐ περιτέμνεσθε, καὶ λούεσθε ἐν τῷ ὕδατι; καθώς φησιν Ἡσαΐας· *Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε*· καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν ἄπλυτοι εἰσέρχεσθε. Λέγει ὁ Εὐθύμιος· Τὸ περιτέμνεσθαι ἐδόθη τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τὸ παρεῖναι μέσον τῶν ἐθνῶν ἀπίστων καὶ εἰδωλολατρῶν, θεογνωσίας σημεῖον καὶ μιᾶς ποίμνης. Τὸ δὲ *Λούεσθε* Ἡσαΐου φάσκοντος, ἅπαξ ἐνομοθέτησε, προλέγων
D τὴν χάριν τοῦ θείου βαπτίσματος· οὐ γὰρ εἶπε Λούεσθε καθ' ἑκάστην, ἀλλὰ *Λούεσθε* ἅπαξ· τὸ γὰρ λούεσθαι καθ' ἑκάστην καὶ βορβόρων ἐστὶν, οὐκ ἦν λογικῶν ἀνθρώπων ἀλλὰ χοίρων· οὐ γὰρ ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς ἀνθρώπων κάθαρσιν ἀφεδρῶνος ἀλλὰ καρδίαν καθαράν. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ ὑμεῖς διὰ τί, τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν εἰς χοϊκὸν ἄνθρωπον ἐξομολογούμενοι (4), αἰτεῖσθε συμπάθειαν; Ἔφη ὁ

* Isa. i, 16.

(4) Nolo hic reticere testimonium pro confessione peccatorum sacerdoti facienda, quod suppeditat nobis Origenes in inedita Catena ms. ad Salomonis Proverbia. Sic enim ibi Origenes: Ὁ τὰ ἐνσπειρόμενα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κακὰ μὴ ἐξαγγέλλων αὐτὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ἢ ΘΕΟΦΙΛΕΙ ἈΝΘΡΩΠῼ, οὐκ εὐοδωθήσεται ἐν τῇ κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκῃ· *Qui sata in corde ejus ab improbo dia*

Εὐθύμιος· Θεὸς γὰρ ὁ θέλων τῶν πάντων την σωτηρίαν οὐχ εἴασε τὸν ἄνθρωπον ἐμπαίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς λογισμοῖς καὶ πράξεσι καὶ ταῖς Σατανικαῖς ἐργασίαις, ἀλλὰ διὰ τῆς παρούσης ἐξομολογήσεως κτᾶσθαι καὶ συστέλλεσθαι καὶ ποιεῖν ἀποχὴν τοῦ κακοῦ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Διὰ τί ἐν καιρῷ τοῦ θανάτου μεταλαμβάνοντες λέγετε ὅτι Μέτοχοί ἐσμεν τοῦ παραδείσου; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Οὐδεὶς δύναται εἰσελθεῖν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ βασιλέως καὶ τῷ βασιλεῖ συγκαθευδῆσαι καὶ συνεστιᾶσθαι, εἰ μὴ τὴν ἐσθῆτα τοῦ βασιλέως φορῶν καὶ οἰκεῖος αὐτοῦ ἦν· τὸν γὰρ ἀλλότριον μὴ μόνον ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ οἱ αὐτοῦ δοῦλοι τοῦτον ἀποδιώκουσιν.

θ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν ὅτι ὁ Θεὸς ἐσαρκώθη; καὶ δι'. ἥντινα αἰτίαν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ἔστωσαν παρ' ἡμῶν ἓξ μάρτυρες δεκτοὶ, ὅ τε Ἀβραὰμ, Δαυΐδ, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Δανιὴλ, Ἰεζεκιήλ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ πάνυ μάρτυρες καὶ προφῆται. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τοῦ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ εἰπόντος· *Στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ τοῦ σπέρματός σου*· ὅρα δύναμιν λόγου· ἡ γὰρ διαθήκη μυστηρίου φοβεροῦ ἦν ὑπόθεσις· καὶ ὁ Δαυΐδ· *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει· καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη*· καὶ ὁ Ἱερεμίας· *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη*· καὶ πάλιν· *Τότε γενήσεται τὰ παγκόσμια σωτήρια, ὅταν παρθένος γεννήσει· καὶ πάντα τὰ ἔθνη ξύλον προσκυνήσουσι*· καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξει υἱὸν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.* Καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ προλέγων τοῦ Χριστοῦ τὴν γέννησιν τὴν ἐκ τῆς Μαρίας γενησομένην, ἔλεγεν· *Ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθοι δι' αὐτῆς εἰ μὴ ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.* Τί σοι δοκεῖ; ἀληθινοί εἰσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν ἢ οὔ; Πῶς ἔδει [εἰ μὴ] τὸν Θεὸν ἄνευ σπορᾶς [γεννᾶσθαι;] Λέγει ὁ Σαρακηνός· Εἰπὲ ἡμῖν ὁμοίωμα τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὅπως γνώσομαι τοῦτο. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Φύσις τοῦ μαργάρου πόθεν ἦν; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ἐξ ἀστραπῆς καὶ ἡλίου καὶ ὀστράκου. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Καὶ ἀλλοιοῦται ἡ ἀστραπὴ ἑνωθεῖσα τῷ ὀστράκῳ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Οὐχί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ εἰσέρχεται εἰς τὸ ὄστρακον, καὶ σαρκοῦται ἀσυγχύτως, καὶ γίνεται μάργαρος· καὶ τὴν μὲν λαμπρότητα λέγομεν εἶναι τὴν φύσιν τῆς ἀστραπῆς· καὶ τὸ ψηλαφητὸν λέγομεν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς τοῦ ὀστράκου· οὕτω καὶ ἡ θεία φύσις σαρκωθεῖσα γέγονε Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

ι'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Εἰ οὕτως ἔχει, πῶς λέγετε ὅτι Χριστὸς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Μὴ γένοιτο ὅτι ἡμεῖς λέγομεν περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ὅτι ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν. Ἀλλ' εἴπω σοί τι ὁμοίωμα· Τὸν μαργαρίτην ὅταν αὐτὸν τρυπῶσι, ποία φύσις πάσχει; τῆς

A pibus delectari cogitationibus, actibusque, et Satanicis operibus, sed promptæ confessionis occasione oblata, ruinam cohibere curavit, et a malo conversionem facere. Dicit Saracenus : Cur obitus tempore communicantes, dicitis vos paradisi fieri participes? Ait Euthymius: Nemo potest regis domum ingredi, et regi assidere cum eoque epulari, nisi vestem regiam gestaverit, ejusque familiaris sit. Hominem quippe alienum, non rex solum, verum etiam famuli ejus expellunt.

9. Dicit Saracenus: Quem habetis testem quod Deus sit incarnatus, et quam ob causam? Testes B fide digni sex nobis sunt, Abrahamus, David, Isaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. Dicit Saracenus: Isti certe egregii sunt testes ac prophetæ [5*]. Ait Euthymius : Deus Abrahamo dixit : *Statuam pactum meum inter me et semen tuum* [6]. Videsis sermonis vim; nam pactum, tremendi mysterii exhibitio fuit. David item ait : *Deus manifeste veniet; inclinavit cœlos et descendit* [7]. Tum Jeremias : *Hic Deus noster est; non reputabitur alius præ ipso. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est* [8]. Et rursus : *Tunc fiet generalis salus, cum virgo pariet, et omnes gentes lignum adorabunt* [9]. Item Isaias : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium. et vocabitur nomen ejus Emmanuel, id est,* C *Nobiscum Deus* [10]. Ezechiel quoque Christi nativitatem prædicens, de Virgine Maria futuram, aiebat : *Hæc porta clausa erit, nec quisquam per eam transibit, nisi Deus Israelis* [11]. Quid tibi videtur? prophetarum sermones veraces, ne sunt, an secus? Quis enim præter Deum absque semine nasci potuit? Dicit Saracenus : Recita mihi similitudinem aliquam deitatis et humanitatis, ut rem intelligam. Ait Euthymius : Margariti natura undenam constat? Dicit Saracenus : Ex fulgore, sole et ostracio. Dicit Euthymius : Mutatur ne fulgor ostracio copulatus? Dixit Saracenus : Nequaquam. Dicit Euthymius: Sicut fulgor ostracii penetrat, et sine confusione incarnatur, fitque margaritum; et claritatem quidem dicimus esse naturam fulgoris; et qualitatem D palpabilem dicimus naturam carnis ostracii; sic etiam ex divina natura incarnata factus est Deus et homo.

10. Dicit Saracenus : Si res ita se habet, cur dicitis Christum Verbum Dei crucifixum ac mortuum? Ait Euthymius : Absit ut nos dicamus Verbum Dei crucifixum ac mortuum. Audi similitudinem. Si quando margaritum terebrant, quænam natura patitur? fulgorisne an ostracii? Dicit Saracenus :

[5*] Cf. Sur. IV, 162; V, 85. sq. [6] Gen. XVII, 7. [7] Psal. XLIX, 3. [8] Psal. XVII, 18. [9] Baruch III, 36, 38. [10] Isa. VII, 14. [11] Ezech. XLIV.

bolo mala non confitetur aut Domino Deo, aut DEO DILECTO HOMINI, prospera adversus malignum hostem victoria non fruetur.

Ostracii.Ait Euthymius : Sic etiam in Christo contigit : caro sola crucifixa fuit, et obiit. Dicit Saracenus : Moriente carne, discessitne a carne divinitas necne? Ait Euthymius : Separaturne fulgoris natura, cum patitur ostracium ? Dicit Saracenus : Nequaquam. Ait Euthymius : Si natura fulgoris nihil patitur, cur divina natura pati debuit cum corpore? Dicit Saracenus : Cur tanto peracto mysterio, Deoque homine facto, ut hominem prout dicitis salvaret, cur, inquam, non desinit diabolus humanum genus perpetuo oppugnare? Ait Euthymius : Narrabo tibi similitudinem. Rex quidam habuit amicum plane fidelissimum. Inimicus vero nescio quis videns immensam æstimationem dilectionemque qua illum rex prosequebatur, dolosa facta incursione, regis amicum deprædatus est,ejusque bona pessumdedit. Et regis quidem amicum captum crudeliter verberavit, gravibusque catenis vinciens in profundissimum tenebrosumque puteum projecit : quo in loco misere desperateque jacebat. Sed tamen rex prioris felicitatis amici sui, necnon posterioris infelicitatis memor, per viscera misericordiæ, sapiente excogitato consilio, veniens cum regali virtute adversus hostem, non pro alio negotio, sed pro amico suo ex acerbo gravique cruciatu liberando decertavit. Illum autem malis gaudere solitum debellans et conterens, tortoribus tradidit : quanquam idem ne sic quidem a vexando regis amico destitit. Pari ratione cogita mecum de divina condescensione : non enim necessitate aliqua premente ad supprimenda scandala venit, sed ut hominem liberaret. Porro ut male vel bene agamus, id nostri arbitrii est atque conscientiæ; quandoquidem utriusque rei nobis scientiam impertitus est.

A ἀστραπῆς ἢ τοῦ ὀστράκου; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Τοῦ ὀστράκου. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν· ἡ σὰρξ μόνη ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ ἀποθανούσης σαρκὸς, ἀπεχωρίσθη ἡ θεότης ἐκ τῆς σαρκὸς, ἢ οὔ; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Χωρίζεται ἡ φύσις τῆς ἀστραπῆς ὅταν πάσχει τὸ ὄστρακον; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Οὐχί. Εἶπεν ὁ Εὐθύμιος· Καὶ εἰ ἡ φύσις τῆς ἀστραπῆς οὐ πάσχει, πῶς ἡ θεία φύσις εἶχε συμπασχῆσαι τῷ σώματι; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Πῶς γοῦν, τοῦ τοιούτου μυστηρίου γεγονότος, καὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου γενομένου, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ὡς λέγετε, πῶς ὁ διάβολος οὐ παύεται ἀεννάως τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πολεμῶν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Εἴπω σοι ὁμοίωμα· Βασιλεύς τις εἶχε φίλον πάνυ γνησιώτατον. B Ἐχθρὸς δέ τις βλέπων τὴν ἄπειρον τιμὴν καὶ ἀγάπην ἣν πρὸς αὐτὸν ἐκέκτητο ὁ βασιλεύς· ἐλθὼν δὲ ὁ ἐχθρὸς μετὰ δόλου ἐσκύλευσε τὸν τοῦ βασιλέως φίλον καὶ ἀπώλετο τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· καὶ τὸν μὲν φίλον τοῦ βασιλέως λαβὼν ὁ ἐχθρὸς ἔτυψεν ἀνηλεῶς, καὶ κλοιοῖς βαρέσι πεδήσας τοῦτον ἐν βαθυτάτῳ καὶ σκοτεινῷ φρέατι ἀπέθετο· καὶ ἦν μείνας ἐλεεινῶς ἐκεῖ καθάπερ ἀπαρηγόρητος. Μνησθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς τῆς προτέρας μακαριότητος τοῦ ἑαυτοῦ φίλου, καὶ πάλιν τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἀθλιότητος, κατελθὼν διὰ σπλάγχνα ἐλέους οἰκονομικῶς ἐν βασιλικῇ δυνάμει πρὸς τὸν ἐχθρὸν, οὐχ ἠγωνίσατο περὶ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἠγωνίσατο τοῦ ἐλευθερῶσαι τὸν ἑαυτοῦ φίλον ἐκ τῆς πικρᾶς καὶ δεινῆς βασάνου. Τὸν δὲ χαιρέκακον ἐκεῖνον καταλύσας καὶ συντρίψας παρέδωκε τοῖς C βασανισταῖς· ἐκεῖνος δὲ πάλιν οὐκ εἴασεν, ἀλλ' οὐδ' οὕτως τὸν φίλον τοῦ βασιλέως. Τοιούτως ἐπὶ τῇ θείᾳ συγκαταβάσει νόει μοι· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἦκε παῦσαι τὰ σκάνδαλα, ἀλλ' ἐλευθερῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Τὸ δὲ πράττειν πονηρὸν εἴτε ἀγαθὸν τῆς ἡμετέρας ἐστὶ προαιρέσεώς τε καὶ συνειδήσεως· ἐπεὶ τὴν τῶν ἀμφοτέρων γνῶσιν ἡμῖν ἀνέθηκεν.

11. Dicit Saracenus : Cum vosmet dicatis pretioso sanguine emptos, age dic a quonam venditi fueratis, et pro quonam Christus sanguinem suum profuderit? Insuper dicitis,vos antea fuisse diaboli famulos, Christum vero advenientem vos redemisse. Atqui si Christus sanguinem suum diabolo dedisse pretium dicatur, nonne hæc exitiosa blasphemia fit? Ait Euthymius : Misericordiam Dei ejusque ineffabilem benignitatem, vocamus nos venditionem atque emptionem : venditionem quidem, quia nos in adversam partem declinantes, abjecti a Deo fuimus, ab eoque recessimus. Emptionem autem dicimus immensam ejusdem benignitatem et condescensionem. Proferam tibi exemplum, quoniam id mysterium non capis; sed hac recitata similitudine, id demum comprehendere poteris. Rex quidam regionem egregiam possidebat ac magnam. Verum illuc [morbus] irrepens funditus eam desolabat. Dolens itaque rex, convocatis optimis medicis, sententiam illorum rogavit, multisque missis, morbus tamen sanari non potuit. Erant autem in ea

ια'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Ὑμῶν λεγόντων ὅτι ἠγοράσθητε τῷ τιμίῳ αἵματι, παρὰ τίνος ἐπράθητε; καὶ ὑπὲρ τίνος ἔδωκεν ὁ Χριστὸς τὸ αἷμα αὐτοῦ; Καὶ πάλιν λέγετε ὅτι δοῦλοί ἐστε πρώην τοῦ διαβόλου, καὶ ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ὑμᾶς ἠγόρασεν· καὶ ἐὰν τῷ διαβόλῳ ἔδωκεν αὐτοῦ τὸ αἷμα (5), ἀρκέσει τοῦτο εἰς βλασφημίαν καὶ ἀπώλειαν. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄφατον αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν D καλοῦμεν πρᾶσιν καὶ ἀγοράν· πρᾶσιν μὲν ὅτι κλίναντες εἰς τὰ ἐναντία ἀπεῤῥίφημεν ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἀπέστημεν· ἀγορὰν δὲ τὴν αὐτοῦ ἄπειρον εὐσπλαγχνίαν καὶ συγκατάβασιν. Εἴπω σοι δὲ καὶ ὁμοίωμα, ὅτι τὸ μυστήριον τοῦτο οὐκ ἐχώρησε, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοιώματος δυνήσει καταλαβεῖν τοῦτο. Βασιλεύς τις εἶχε χώραν πολλὴν καὶ μεγάλην. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν [νόσος] ὥστε παντελῶς ἀφανισθῆναι. Περίλυπος οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, προσκαλεσάμενος τοὺς ἀρίστους αὐτοῦ ἰατροὺς, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἐξαποστείλας, οὐκ ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι. Ὑπῆρχον δὲ εἰς τὴν χώραν τοῦ βασιλέως χαιρέκακοι ἄνθρωποι καὶ γόη-

(5) Quæstionem hanc appellat veterem Photius in Amphilochiana dissertatione XXIV (quam nos edidimus *Script. vet.* tomo primo), et docte solerterque dissolvit

τες. Τί οὖν ποιεῖ ὁ βασιλεύς; Ἕνα υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ἀνέδησεν αὐτῷ προβάτου δορὰν, καὶ ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν. Ἰδόντες δὲ τοῦτον οἱ χαιρέκακοι παῖδες τῆς χώρας ἐκείνης, λαβόντες τοῦτον ἀπέκτειναν. Καὶ λαβὼν ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς ἰδίαις τὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ αἷμα, καὶ ποτίσας τὸν λαὸν, ἐζωοποίησεν ἐκ τοῦ θανάτου τὴν ἑαυτοῦ χώραν. Νόει μοι καὶ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὅτι οὔτε ἄγγελος οὔτε προφήτης ἦν δυνατὸς ἐξελέσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου εἰ μὴ ὁ αὐτὸς ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας Θεὸς διὰ τοῦ ἰδίου σώματος καὶ αἵματος.

regis provincia maligni homines et malefici. Quid ergo rex fecit? Filium habens unigenitum, huic imposuit ovinam pellem, atque ita in regionem illam dimisit: quem visum maligni illi homines captumque interemerunt. At rex manibus suis filii sanguinem sumens, eoque populum illum potans, regionem suam de exitio ad vitam revocavit. Pari modo igitur reputes velim de venerando corpore et sanguine Christi; quod nempe neque angelus, neque propheta, poterat hominem de diaboli tyrannide eripere, præter quam ipse nostræ vitæ auctor et salutis Deus, per proprium corpus et sanguinem.

ιβ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Διὰ τί ὁ Μωάμεδ ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου κηρυττόμενος προφήτης, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ γραφῇ κηρυττόμενος προφήτης καὶ γεγραμμένος ὢν, ἐξεώσατε τοῦτον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Στῆσον τὸν νοῦν σου καὶ τὴν συνείδησίν σου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῖς λόγοις τοῦ Ἡσαΐου. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Εἰ ὁ Θεὸς, οὐκ ἀμφίβολος; Λέγει ὁ Εὐθύμιος· Τί σοι δοκεῖ περὶ τούτου τοῦ προφήτου Ἡσαΐου; θεράπων ἦν Θεοῦ καὶ ἀληθινὸς προφήτης ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Καὶ πάνυ προφήτης καὶ θεράπων. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Τοιοῦτος θεῖος προφήτης καὶ μέγας Ἡσαΐας τάδε φησὶ περὶ τοῦ Μωάμεδ· *Ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέγαν καὶ μικρὸν, κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, προφήτην ἄνομον διδάσκοντα ἄνομα· οὗ τί ἡ οὐρά; καὶ ἔσω πλανῶν καὶ πλανώμενος·* ταῦτα φάσκοντος τοῦ Ἡσαΐου περὶ τοῦ Μωάμεδ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Εἰπὲ ἡμῖν, τῆς θείας Γραφῆς λεγούσης· *Οὐαὶ οἱ μετὰ τυμπάνων καὶ αὐλῶν τὸν οἶνον πίνοντες* καὶ *Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ἀσωτία* πῶς ὁρῶμεν τοὺς Χριστιανοὺς ἐν τῇ μέθῃ καὶ ἐν ὀρχήμασι δαιμονικοῖς; Καταχριστιανικῶς τοῦτο πράττουσιν. Ἆρά γε μέτοχοί εἰσι τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· Μὴ γένοιτο· μὴ πλανᾶσθε, τῆς θείας Γραφῆς ἡμῶν λεγούσης [15]· *Δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν*· Οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μέθυσοι, οὐ κλέπται, οὐ μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰ μὴ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

12. Dicit Saracenus: Cur Mohamedem a propheta Isaia proclamatum prophetam et diserte scriptum, vos repudiatis? Ait Euthymius: Intende mentem tuam atque conscientiam, ceu ante conspectum Dei, Isaiæ verbis. Dicit Saracenus: Si Deus est, non erit ambiguus. Ait Euthymius: Quid tibi de hoc propheta Isaia videtur? servusne Dei est verusque propheta, necne? Dicit Saracenus: Propheta magnus Deique famulus. Ait Euthymius: Divus hic magnusque propheta Isaias hæc de Mohamede dicit: *Abstulit Dominus de Jerusalem magnum parvumque, caput et caudam, prophetam impium impia docentem. Cujus quidem quid cauda est? eritque decipiens et deceptus;* hæc enim dicit Isaias de Mohamede [12]. Dicit Saracenus: Dic nobis, cum divina Scriptura dicat: *Væ iis qui tympana tenentes vinum suum bibunt* [13]; item: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* [14], cur Christianos videmus ebrietati et diabolicis choreis indulgentes? Prorsus hoc a Christiano instituto alienum agunt. Num igitur Dei regnum participabunt? Ait Euthymius: Absit! Ne decipiamini, quoniam, ait Scriptura: *Justus Dominus, et justitias dilexit* [15]. Neque scortatores, neque adulteri, neque ebriosi, neque fures, neque molles, neque masculorum concubitores, intrabunt in regnum cœlorum [16]; nisi qui fecerit voluntatem Dei.

ιγ'. Καὶ μεθ' ἕτερα ὁ Εὐθύμιος πρὸς τὸν Ἀγαρηνὸν ἔφη· Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ σοφώτατε τῶν Ἄγαρ· ὑμεῖς λέγετε τὸν Μωάμεδ καλεῖσθαι προφήτην Θεοῦ καὶ ἀπόστολον· πόθεν ἔχετε τοῦτο δεῖξαι, καὶ ἐκ ποίων μαρτύρων; Ὁρῶμεν γὰρ οὔτε κρίσιν, οὔτε συζυγίας, οὔτε πώλησιν, οὔτε ἀγορὰν, οὔτε χωρισμὸν συζυγίας, οὔτε ἄλλην τὴν οἱανοῦν ὑπόθεσιν ποιεῖτε πάρεξ μεμαρτυρημένας γραφάς. Ὁ δὲ Μωάμεδ οὗτος, ὃν λέγετε εἶναι προφήτην ὑμῶν, παντάπασίν ἐστιν ἀμάρτυρος καὶ ἀνυπόστατος· γνώριμος γάρ ἐστι παρὰ πάντων ὅτι μίσθιος ἦν· καὶ ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνος πεντήκοντα καὶ πέντε ἔτη ζῶν ἐν ἀσωτείᾳ καὶ πάσῃ ἀκαθαρσίᾳ τεσσαράκοντα ἔτη, εἰδωλολατρῶν ἐν πάσῃ ἀσεβείᾳ. Τὰ δὲ πέντε καὶ δέκα ἔτη ἤρξατο ψευδοθεοσεβεῖν, παρά τινος ἀστρονόμου μοναχοῦ, ὃς καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν ὀρθὸς τῆς ὀρθο-

13. Et post alia Euthymius Agareno dixit: Dic mihi, o sapientissime filiorum Agaris: vos dicitis Mohamedem vocari prophetam Dei et legatum. Undenam hoc ostenditis, et quibus testibus? Namque ut cernimus, vos neque judicium, neque conjugia, neque venditionem, neque emptionem, neque conjugii dissolutionem, neque aliud quodvis negotium facitis, sine scripto testimonio. Hic autem Mohamedes, quem dicitis esse prophetam vestrum, prorsus omni testimonio caret et fundamento. Constat enim apud omnes mercenarium fuisse, et quod totum vitæ suæ tempus quinquaginta et quinque annorum, in omni luxuriæ et impuritatis genere exegerit, et quidem usque ad quadragesimum annum impius idololatra. Postremis vero quindecim annis cœpit falsam religionem colere, ab astronomo quodam monacho eru-

[12] Isa. IX, 13, 15. [13] Isa. V, 11. [14] Ephes. V, 18. [15] Psal. X, 8. [16] I Cor. VI, 9, 10.

ditus, qui nec ipse rectus erat orthodoxæ fidei cultor, sed prava Nestorii doctrina falsisque dogmatibus laborabat, quem etiam Mohamedes meraco ebrius gladio suo occidit; quam ob rem vini potum interdixit. Post susceptam autem rectam, ut ei videbatur, religionem, tota vita ejus nihil aliud fuit quam luxuria, obsceni actus, adulteria, masculorum concubitus, cædes, latrocinia, injuriæ. Et si quid diabolus mali fecit, in hac mundi vanitate, id Mohamedes quoque patravit; imo et parentem suum Satanam superavit: quod si vos negaveritis, nihilominus doctrina ejus id testatur, et facta ipsa conclamant. At verus noster Christianorum Deus in impuris hujusmodi turpibusque hominibus non requiescit, sed longe ab his abest.

14. Audi itaque politiam ejus, vitæque mercedem, et doctrinæ exitum. Ait numerum prophetarum Dei sui fuisse centum et viginti quatuor millia. Nunc dicite mihi: fuitne Deo adversus aliquem bellum, ut tot auxiliaribus egeret? An defecerant adversus eum angeli, ideoque tantum quasi vallum ferebat ut obicem bello opponeret? Atqui noster vere Christus Deus, uno terræmotus ictu consternat, concutiturque cœlum ac terra et quæ in terra sunt. Reliquum est ut mihi demonstretis, cur opus fuerit centum ac viginti quatuor millibus prophetarum? Cæterum recitate nobis nomina illorum, et unde fuerint, et illorum patrias, atque stationes. Nam postquam religiose vel potius irreligiose vixerunt, vestros quoque pseudoprophetas erudiverunt: quorum prophetarum C nomina Mohamedes scripta reperit in herba quadam. Herbam illam coemit, quæ ei profuit ad scortationem protervam et effrenem, adeo ut nunquam ejus cupiditas et lascivia expleri potuerit. Cur ergo hominem impurum, homicidam, præpotentem, rapacem, latronem, planum, dicitis prophetam legatumque Dei? et quod Deus angelum suum miserit ad Mohamedem? Quis adest testis, hunc a Deo missum esse prophetam ac legatum? Quibus ex miraculis ostendis eum prophetam? Ubinam ipsius prophetiæ? Qualis fuit angeli visio, qua ille edoctus fuit scortari, et cinædum agere, aliisque flagitiosis actibus operam dare, quos ego recitare prohibeor ne mentem auditorum inquinem? Vere vanus vester D Deus, ejusque angelus, qui vos docuit omne genus luxuriæ patrare.

A δόξου πίστεως, ἀλλ' ἐκ τῆς διδαχῆς ἦν τοῦ Νεστορίου ἐσφαλμένων δογμάτων· ὅντινα καὶ μεθυσθεὶς οἶνον ἄκρατον ἀπέκτεινε τῇ αὐτοῦ μαχαίρᾳ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν οἰνοποσίαν ἐκώλυσεν. Μετὰ δὲ τὴν δοκοῦσαν αὐτοῦ θεοσέβειαν, ἢ μᾶλλον ἀσέβειαν, ὅλος ὁ βίος αὐτοῦ ἦν ἀσωτίαι, πράξεις αἰσχραί, μοιχεῖαι, ἀρσενοκοιτίαι, φόνοι, ἁρπαγαί, ἀδικίαι· καὶ εἴ τι κακὸν ἐποίησεν ὁ διάβολος ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῷ ματαίῳ, ὁ Μωάμεδ οὗτος ἐποίησεν, καὶ ἔτι πλέον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Σατανᾶ. Καὶ ἐὰν ὑμεῖς ἀρνήσεσθε, ἡ διδασκαλία αὐτοῦ μαρτυρεῖ καὶ βοᾷ τὰ πράγματα. Ὁ δὲ ἀληθὴς Θεὸς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις αἰσχροῖς καὶ ἀκαθάρτοις οὐκ ἀναπαύεται, ἀλλὰ καὶ μακρὰν ἀπέχει ἀπ' αὐτῶν.

B ιδ'. Ἄκουσον γοῦν τὴν πολιτείαν καὶ ἔπαθλα τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ πληρώματα τῆς διδασκαλίας, λέγοντος ὅτι ἀριθμὸς ὑπάρχει (τῶν προφητῶν) τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ χιλιάδες ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρες (6). Εἴπατε ἡμῖν· εἶχεν ὁ Θεὸς κατά τινος [πόλεμον], καὶ ἐδέετο συμμαχίας τοιαύτης; Ἢ ἀπέστησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ἔφερε τοσοῦτον πλῆθος φωσσάτου (7) πρὸς τὸ ποιῆσαι ἀντιπαράταξιν πολέμου; Καὶ γὰρ ὁ ἡμέτερος ἀληθινὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν διὰ μικρᾶς στιγμῆς σεισμοῦ συστέλλεται, καὶ συντρομάσῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. Λοιπὸν δείξατε ἡμῖν τίς ἡ χρεία αὕτη τῶν εἴκοσι τεσσάρων καὶ ἑκατὸν χιλιάδων προφητῶν· πλὴν φέρετε πρὸς ἡμᾶς τὰ ὀνόματα αὐτῶν, καὶ πόθεν εἰσί, καὶ ἐκ ποίας χώρας, καὶ ἐκ ποίου τόπου. C Καὶ γὰρ μετὰ τὸ θεοσεβῆσαι ἢ μᾶλλον ἀσεβῆσαι ἐδίδαξαν καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας ὑμῶν· ὧν τὰ ὀνόματα αὐτῶν τῶν προφητῶν εὗρε γεγραμμένα ἐν τῇ βοτάνῃ. Βοτάνην ἐξωνήσατο συμβαλλομένην αὐτῷ εἰς πορνείαν ἄσχετον καὶ ἀκόλαστον, ὡς μὴ κορέννυσθαι αὐτὸν τῆς ἐπιθυμίας καὶ τῆς λαγνείας. Πῶς οὖν ἄνθρωπον ἀκάθαρτον, φονέα, δυνάστην, ἅρπαγα, λῃστήν, πλάνον, λέγετε αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον Θεοῦ; καὶ ὅτι ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸς τὸν Μωάμεδ; Τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτου, ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐπέμφθη προφήτης καὶ ἀπόστολος; Ἐκ ποίων σημείων δεικνύεις αὐτὸν προφήτην; Καὶ ποῦ εἰσιν αἱ αὐτοῦ προφητεῖαι; Ἀλλὰ καὶ ὁποία ἦν ἡ τοῦ ἀγγέλου θέα, δι' οὗ ἐδιδάχθη πορνεύειν καὶ D ἀρσενοκοιτεύειν, καὶ ἄλλας ἀθεμίτους πράξεις, ἐξ ὧν οὐ δύναμαι λέγειν διὰ τὸ νοῦν ἡμῶν μολύνεσθαι; Ἀληθῶς μάταιος ὁ Θεὸς ὑμῶν καὶ ὁ αὐτοῦ ἄγγελος, ὃς διέταξεν ὑμᾶς τοῦ πράττειν πᾶσαν ἀκολασίαν.

15. Deinde dicit vobis tres esse in paradiso fluvios, quorum primus melle fluit, alter lacte, vino tertius. Aqua nusquam est. Jam meracum vinum bibentes, necessario ebriati, et absque sensu jacentes cum gravedine, paradiso non fruemini, præterquam laboris requie: et honoris loco ignominiam, pro regno pœnam, vermemque vigilem experiemini. Narrate nobis etiam de camelo femina, quam

ιε'. Εἶτα πάλιν λέγει πρὸς ὑμᾶς ὅτι ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσὶ τρεῖς ποταμοί· ὁ μὲν εἷς ῥέει μέλι, ὁ δὲ ἕτερος γάλα, ὁ δὲ τρίτος μεστὸς οἴνου· ὕδωρ δὲ οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τὸν οἶνον ἄκρατον πίνοντες, ἐξ ἀνάγκης ἐκ τῆς μέθης τοῦ ἀκράτου οἴνου ἐν ἀναισθησίᾳ κειτόμενοι καρηβαροῦντες, οὐδὲν ἀπολαύουσιν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀλλ' ἢ κόπον ἀνέσεως, καὶ ἀντὶ τιμῆς ἀτιμίαν, καὶ ἀντὶ βασιλείας κόλασιν, καὶ

(6) Sic affirmantem facit Mohamedem Zamchascerius apud Maraccium in refutatione suræ 22.

(7) Φωσσάτον vocabulum, quod Græci etiam multo antiquiores Euthymio a Latinis jam asciverant.

σκώληκα τὸν ἀκοίμητον. Εἴπατε ἡμῖν καὶ περὶ τῆς A καμήλου, ἣν λέγετε νεμομένην ἐν τῷ παραδείσῳ, ἣ κατ' ἀρχὰς κτισθεῖσα τὴν ἀθανασίαν ἔλαβεν ἐν τῷ παραδείσῳ, ψευδομένου τοῦ ὑμῶν προφήτου, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν προπέμποντος τὸν Ἀδὰμ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐγεγόνει. Καὶ ἔκτοτε τὰ πάντα θάνατον ἐνεδύσαντο· μόνη δὲ ἡ κάμηλος ὑμῶν ἔλαβεν ἀθανασίαν. Εἰ οὖν ἀθάνατός ἐστιν ἡ κάμηλος ὑμῶν, καθὼς ὑμεῖς φατε, ἐντὸς τοῦ παραδείσου, κατ' ἔτος αὐξανομένη τοὺς τοσούτους χρόνους, ἐγέμισεν ἂν ὁ παράδεισος ἐκ τοῦ ὄγκου αὐτῆς, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων δυνήσεται εἰσελθεῖν ἐκεῖσε.

ις'. Ὡσαύτως λέγετε καὶ περὶ τοῦ Μὲκ, ὅτι οἶκος Θεοῦ. Λεγόντων ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πρὸς ὑμᾶς, Πόθεν ἀπέρχεσθε καὶ προσκυνεῖτε ἡμερῶν τοσοῦτο διάστημα; καὶ πῇ οὖν ὁ τόπος ἐκεῖνος; καὶ B πρὸς ἡμᾶς φατε ὅτι ὀσπίτιον ἦν τοῦ Θεοῦ, κελάρην, ἢ μαγίριον, ἢ ἀγχούρην, ἢ χαζῆνάν. Σαφηνίσατε ἡμῖν περὶ τοῦ τοιούτου ὀσπιτίου· καὶ πῶς οὐ γινώσκετε τὸν τάφον τοῦ ὑμετέρου προφήτου, καὶ τιμᾶτε αὐτοῦ λείψανα ὡς προφήτου τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστόλου. Καὶ εἰ μὲν ἀναπαύεται ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀσπιτίῳ ἐκείνῳ καὶ μόνῳ, ἐξ ἀνάγκης ἦν καὶ φοβερὸν μυστήριον ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ· ὅ τι κἂν ὑμεῖς εἴπητε τὸ γεγενημένον περὶ τοῦ μαγνήτου, περὶ πεπλανημένων θαυμάτων, ἃ πάντες κηρύττουσιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ κύων, ὁ ἐκ τῆς λίμνης ἐξερχόμενος καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπιφοιτῶν, ὃν ὑμεῖς καλεῖτε χάριν Θεοῦ· βαβαὶ τῆς τοιαύτης ἀπανθρωπίας καὶ ἀγνωσίας! Τοιαῦτά εἰσι τοῦ προφήτου ὑμῶν τὰ C ληρήματα, ἃ τίς τῶν εὖ φρονούντων δυνήσεται εἰπεῖν; τὸν μεμισημένον κύνα χάριν Θεοῦ. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Μωάμεδ διδάσκει λέγων ὅτι ἐντὸς τοῦ παραδείσου κατενώπιον Θεοῦ ἀσυνέτως καὶ ἀκορέστως πορνικὴ μίξις γίνεται (8)· ἐπιλήψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα μολύνω ἐξηγούμενος τοὺς πεπλανημένους λήρους καὶ μεμισημένους λόγους τοῦ Μωάμεδ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· Νενίκημαι, νενίκημαι. Ὢ πῶς μεγάλη ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν! Χάριν οὖν ἔχω σοι περὶ τῆς θεογνωσίας ταύτης, ὦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε· τὰ γὰρ παρ' ὑμῶν λεγόμενα τῶν Χριστιανῶν ἀληθῆ εἰσιν· Κύριος ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ· καὶ δεῦρο, δοῦλε Θεοῦ, βάπτισόν με.

dicitis in paradiso herbis pasci, quæ ab initio creata immortalis esse in paradiso meruit, prout vester propheta mentitur: nam certe Deus noster Adamum præmisit in terram, de qua sumptus fuerat. Ex quo tempore omnia morti fuerunt obnoxia, solaque vestra camelus immortalitatem sortita est. Si ergo immortalis est vestra camelus, ut vos dicitis, intra paradisum; eaque singulis annis per tot sæcula augetur, certe paradisus pondere illius laborabit, nullusque jam homo illuc ingredi poterit.

16. Narratis pariter de Mecca, quod Dei domus sit. Rogantibus certe vos Christianis, quonam adorare pergatis tanto dierum spatio? et ubinam sit ille locus? dicitis nobis, illud esse hospitium Dei, et dicitis, in Dei hospitium ejus celarin, et magirion, et achurin, et chazenan. Explanate nobis, quæsumus, quid sit hoc hospitium: et quomodo prophetæ vestri sepulcrum ignoretis, et ejus reliquias honoretis ut Dei prophetæ atque legati. Et siquidem habitat Deus in illo hospitio, necessario tremendum mysterium est in loco illo: quidquid vos dicatis de iis quæ illic fiunt per magnetem prodigiis, quæ omnes buccinant. Sed et ipse canis de stagno emergens et ad vos profectus, quem vos Dei gratiam appellatis. Papæ tantam inhumanitatem et inscitiam! Hæ sunt prophetæ vestri nugæ, quas narrare quis cordatus queat? abominabilem nempe canem esse gratiam Dei! Item Mohamedes vos docet, intra paradisum ante conspectum Dei stolide et insatiabiliter fornicariam copulam frequentari. Destituet me tempus talia narrantem, ipsumque aerem inquinaverim, si plenas falsitate nugas, et detestabiles Mohamedis sermones referre velim. Dicit Saracenus: Victus sum, manus do. Quam magna est Christianorum fides! Ago igitur tibi gratias de hac tradita mihi Dei notitia, o homo Dei. Nam quæ vos dicitis, o Christiani, vera sunt. Deus ipse testis. Adesdum o Dei famule, baptismum mihi impertitor.

Dixi superius me Panopliam quamdam adversus Mohamedis sectam hoc volumine instruxisse, Attamen reliquus est in alio codice Vaticano Dialogus Christiani hominis cum Ismaelita, cujus tamen ego scripti nonnisi breve specimen proferam, ne plura capita cumulem, quæ easdem fere objectiones responsionesque, mutatis verbis, continent.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΙΣΜΑΗΛΙΤΟΥ ΔΙ' ΕΡΩΤΑΠΟΚΡΙΣΕΩΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ.

DIALOGUS CHRISTIANI CUM ISMAELITA PER INTERROGATIONES ET RESPONSIONES DE IRREPREHENSIBILI CHRISTIANORUM FIDE.

Ὁ ΧΡΙΣΤ. Ὁμολογεῖς τὸν Χριστὸν εἶναι Λόγον καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, ὡς λέγεις, κτιστόν;

CHRIST. Fateris Verbum Spiritumque Dei Christum esse, quem tamen creatum dicis?

(8) hoc perperam imputari corano ab imperitis legendi Arabicos libros Græcis, jam ostendimus in adnotationibus ad Nicetam Byzantinum, p. 319, adn. 2.

ISMAELITA. Utique sic eam dico[17].

CH. Ipsum vero Deum, creatumne dicis an increatum?

I. Deum increatum aio.

CH. Spiritalem rationalemque dicis Deum, an secus?

I. Spiritalem ac rationabilem aio.

CH. Age vero Chistum Verbum Spiritumque hujus Dei increati, spiritalis ac rationalis dicis, an alterius Dei?

I. Profecto hujusce Dei hunc esse dico et confiteor.

CH. Contingit itaque, ut Deus increatus, spiritualis ac rationalis, ut inquis, utque dici par est, Verbum habeat et Spiritum increatum. Ecce enim cum fatearis Deum increatum [18], spiritalem ac rationalem; postea vero Verbum ejus ac Spiritum creatum dicas, sequitur ut Deus quoque irrationalis et sine spiritu sit, etc.

I. Mariam dicisne virginem, et absque semine Christum genuisse, et postquam hunc peperit, virginem permansisse, necne?

CH. Sane hanc virginem dico, et absque semine Christum genuisse; et post partum virginem perseverasse [19], etc.

A 'Ο ΙΣΜΑΗΛΙΤΗΣ. Ναὶ οὕτως λέγω αὐτόν.

Χ. Καὶ τὸν Θεὸν κτιστὸν λέγεις, ἢ ἄκτιστον;

Ι. Ἄκτιστον λέγω τὸν Θεόν.

Χ. Ἔμπνουν καὶ λογικὸν τοῦτον τὸν Θεὸν λέγεις, ἢ οὔ;

Ι. Ἔμπνουν καὶ λογικὸν τοῦτον λέγω.

Χ. Καὶ τὸν Χριστὸν Λόγον καὶ Πνεῦμα τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λέγεις· τοῦ ἀκτίστου καὶ ἐμπνου καὶ λογικοῦ, ἢ ἄλλου Θεοῦ;

Ι. Ναὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ τοῦτον λέγω καὶ ὁμολογῶ.

Χ. Καὶ γίνεται ἄκτιστος Θεὸς ἔμπνους καὶ λογικὸς, ὡς λέγεις, καθὰ ἔνι, ἔχειν Λόγον καὶ Πνεῦμα κτιστόν· ἰδοὺ ὁμολογεῖς Θεὸν ἄκτιστον, ἔμπνουν καὶ B λογικόν· ἐπεὶ δὲ τὸν Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ κτιστὸν λέγεις, ἄρα καὶ οὗτος ἄλογός ἐστι καὶ ἄπνους, κ. τ. λ.

Ι. Τὴν Μαριὰμ παρθένον λέγεις, καὶ ἄνευ σπορᾶς γεννῆσαι τὸν Χριστὸν, καὶ πάλιν, μετὰ τὸ γεννῆσαι τοῦτον, παρθένον μείνασαν, ἢ οὔ;

Χ. Ναὶ παρθένον λέγω ταύτην, καὶ ἄνευ σπορᾶς γεννῆσαι τὸν Χριστὸν, καὶ μετὰ τὴν γέννησιν πάλιν παρθένον μείνασαν, κ. τ. λ.

[17] Sur. III, 45. [18] Sur. v, 84, 125. [19] Sur. xxi, 91.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΖΙΓΑΒΗΝΟΥ

ΕΛΕΓΧΟΣ ΚΑΙ ΘΡΙΑΜΒΟΣ

ΤΗΣ ΒΛΑΣΦΗΜΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΥΕΙΔΟΥΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΑΘΕΩΝ ΜΑΣΣΑΛΙΑΝΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΦΟΥΝΔΑΛΤΩΝ, ΚΑΙ ΒΟΓΟΜΙΛΩΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΕΥΧΙΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΝΘΟΥΣΙΑΣΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΓΚΡΑΤΗΤΩΝ, ΚΑΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩΝ.

EUTHYMII ZIGABENI

CONFUTATIO ET EVERSIO

IMPIÆ ET MULTIPLICIS EXSECRABILIUM MASSALIANORUM SECTÆ, QUI ET PHUNDAITÆ ET BOGOMILI, NEC NON EUCHITÆ, ENTHUSIASTÆ, ENCRATITÆ, ET MARCIONITÆ APPELLANTUR.

Tradidit nobis, fratres dilectissimi, Dominus Deus ac Servator noster Jesus Christus per sanctos discipulos suos et apostolos, purum sincerumque fidei mysterium, ac simul præmonuit fore ut in diebus ultimis multi falsi prophetæ et falsi Christi exsurgerent, a quibus nobis summopere cavendum foret. Neque secus apostolus Paulus in Epistola ad Timotheum prædixit: *Multos extremis temporibus a fide descituros, spiritibus auscultantes seductoribus et doctrinis dæmonum, sub personis impostorum latentium, qui conscientiam suam cauterio exusti con-*

C Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν καὶ ἀποστόλων καθαρὸν ἡμῖν τὸ τῆς πίστεως παραδόντος μυστήριον, εἰρηκότος δὲ καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πολλοὺς ἐλεύσεσθαι ψευδοπροφήτας καὶ ψευδοχρίστους, καὶ παραγγείλαντος προσέχειν ἀπὸ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως δὲ καὶ τοῦ θεοκήρυκος Παύλου πρὸς τὸν Τιμόθεον ἀποστείλαντος, ὅτι *Ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτη-*

φιασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεται Καὶ πάλιν· *Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα.* Ταῦτα τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν προειρηκότος, καὶ τοῦ Ἀποστόλου κηρύξαντος, προσέχωμεν, ἀγαπητοί. Κατὰ γὰρ τὰς τοιαύτας προῤῥήσεις ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς γενομένων ἡμῶν, ἡ πολυώνυμος τῶν Μασσαλιανῶν, εἴτουν Βογομίλων, αἵρεσις ἐν πάσῃ πόλει, καὶ χώρᾳ, καὶ ἐπαρχίᾳ, ἐπιπολάζει τανῦν· καὶ οἱ ταύτης εἰσηγηταὶ οὐ παύονται διαφθείροντες τοὺς ἁπλουστέρους τῶν ἀνθρώπων. Χριστιανοὺς γὰρ ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες οἱ μισόχριστοι, τῷ εὐφήμῳ τοῦ ὀνόματος ἀναμίγνυνται τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ ἀγνοούμενοι, ὅτι τῷ κωδίῳ τὸν λύκον κρύπτουσι, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τιμίων Γραφῶν τὰς ἀρχὰς ποιοῦνται τῆς κενοφωνίας αὐτῶν. Καὶ ἐπειδὰν εὐπαράδεκτοι γένωνται διὰ τοῦ προσωπείου, καὶ ἄρξωνται προσέχειν αὐτοῖς οἱ ἀκούοντες, τότε τὸν ἰὸν ἐξεμοῦσι. Καὶ ὡς ἤδη συνήθεις γενόμενοι τὰ ἐναγῆ τοῦ Σατανᾶ ἐξερεύγονται δόγματα, ἃ δὴ καὶ σὺν αὐτοῖς τῷ ἀναθέματι καθυπάγομεν, ὡς νόθα καὶ βέβηλα, καὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀλλότρια.

jugiis interdicant, et ciborum abstinentiam injungant, quos Deus ipse humano generi suppeditavit, ut iis fideles, et veritatis illustrati lumine, cum gratiarum actione fruerentur: siquidem omnis creatura bona est, dummodo cum gratiarum sumatur actione. Sanctificatur enim verbo Dei; atque ita ad sumendum apta est [1]. Idem et alibi ait: *Ex hisce sunt, qui in domos irrepentes, mulierculas variis concupiscentiis oneratas captivas tenent, semper discentes, et nunquam ad cognitionem pervenire valentes veritatis* [2]. Quare æquum est, fratres, ut hisce Servatoris nostri Deique nos præmonentis, et Apostoli prædicentis verbis attentas aures præbeamus. Uti enim nobis prædictum, in extremis illis jam nunc versamur temporibus, et confusa illa ac multinominis Massalianorum, sive Bogomilorum secta per omnes urbes, omnesque regiones atque præfecturas latissime sparsa dominatur: ejusque antesignani simpliciores animas nusquam corrumpere cessant, et in partes suas traducere. Cum enim isti Christi inimici Christianos se nominent, specioso illo obtecti nomine facile recta sentientibus semet immiscent, ignoratique, quod sub agnina pelle rapaces lateant lupi, e sacris ac venerandis litteris occasionem viamque sibi aperiunt vanæ suæ et mendacis proferendæ propalandæque doctrinæ. Ubi vero sub hac larva semel admissi sunt, et auditorum sibi animos auresque conciliarunt, tum denique virus suum evomunt, et jam familiares facti nefanda Satanæ dogmata eructant: quæ nunc una cum ipsis ut falsa, ac impia, atque ab Ecclesiæ catholicæ sententia ac fide aliena, anathemati subjicimus.

Ἀναθεματισμὸς α'.

Πέτρῳ τῷ ἀρχηγῷ τῆς Μασσαλιανῶν, ἤτοι Λυκοπετριανῶν, καὶ Φουνδαιατῶν, καὶ Βογομίλων αἱρέσεως, τῷ Χριστὸν ἑαυτὸν ἀποκαλέσαντι, καὶ μετὰ θάνατον ἀναστήσεσθαι ἐπαγγειλαμένῳ, Λυκοπέτρῳ δὲ διὰ τοῦτο ἐπονομασθέντι, ὅτι λίθοις δικαίως διὰ τὰς ἀπείρους αὐτοῦ μαγγανείας καταχωσθεὶς ὑπέσχε μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ συμμύσταις ἀναστήσεσθαι, καὶ προσκαθημένοις αὐτοῖς τῇ βδελυρῷ αὐτοῦ λειψάνῳ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὡς λύκος ὁ αὐτῷ δαίμων ἐφάνη τῆς σοροῦ τῶν λίθων ἐξερχόμενος, ἀνάθεμα.

Anathematismus 2.

Petro Massalianorum, sive Lucopetrianorum (qui et Phundæatæ, et Bogomili dicti) hæreseos antesignano, qui se ipse Christum appellavit, et post obitum resurrectionem promisit, eaque propter Lucopetrus cognominatus fuit, quod, cum summo jure ob infinitas imposturas lapidibus obrutus esset, pessimis symmystis ejus, qui abominabilis hujus cadaveri eam, quam post triduum ipsis pollicitus fuerat, resurrectionem exspectantes assidebant, malus dæmon lupi specie acervo lapidum egredi visus sit, anathema.

Ἀναθεμ. β'.

Τυχικῷ τῷ τούτου συμμύστῃ, καὶ μαθητῇ, τῷ τὰς ἑτέρας μὲν θείας Γραφὰς διαφθείραντι, καὶ παρερμηνεύσαντι, κατ' ἐξαίρετον δὲ ἅπαν τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, καὶ πάσας τὰς περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ῥήσεις εἰς τὸν πνευματικὸν αὐτοῦ Πατέρα παρερμηνεύσαντι, καὶ οὕτω τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν πρὸς τοὺς τῆς βδελυρᾶς αὐτοῦ αἱρέσεως ἀρχηγοὺς μεθελκύσαντι, ἀνάθεμα.

Anathem. 2.

Tychico ipsius symmystæ et discipulo, qui cum cæteras sacras Scripturas corrupit, praveque interpretatus est, tum præcipue universum secundum Matthæum Evangelium, quique omnes de Deo patre, atque etiam de Spiritu sancto sententias, sive dicta, ad spiritualem suum Patrem traxit, et explicuit, et hoc pacto Dei gloriam in abominandæ suæ sectæ auctores transtulit, anathema.

Ἀναθεμ. γ'.

Δαδόῃ, καὶ Σάβᾳ, καὶ Ἀδελφείῳ, καὶ Ἑρμᾷ, καὶ Συμεὼν, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἳ τὸν ἰὸν τῆς τοιαύτης

Anathem. 3.

Dadoæ, et Sabæ, et Adelphio, et Hermæ, et Symeoni, cæterisque aliis, qui hæreseos hujus venenum

[1] I Tim. IV, 5. [2] II Tim. III, 6. 7.

emovuerunt, simplicesque homines cum viros, tum mulieres deceperunt, atque ita in perniciei barathrum præcipitaverunt, anathema.

Anathem. 4.

Iis, qui dicunt, præter sanctam et salutiferam Trinitatem, Dei scilicet Patris Verbi, quod caro factum est, Filiique Dei et Domini nostri Jesu Christi, et Spiritus sancti, aliam quamdam esse Trinitatem, vel etiam superiorem potentiam, in supremo septem cœlorum cœlo sedem suam habentem, secundum exsecrandam, et falso ab ipsis Isaiæ tributam, ac inscriptam visionem, anathema.

Anathem. 5.

Iis, qui alias introducunt Scripturas, seu libros sacros, quam quos Spiritus sanctus pronuntiavit, et sancti nobis Patres tradidere, anathema.

Anathem. 6.

Iis, qui dicunt nuptias, quæ in nomine Domini contrahuntur, carniumque esum a Deo permissarum, Deo abominabilia esse, illaque propterea rejiciunt et condemnant, anathema.

Anathem. 7.

Iis, qui traditas nobis preces, et cantiones sacras, ac primum quidem ab sanctis Apostolis imperatas (ut, cum divus Paulus ait: *Implemini spiritu, loquentes invicem in psalmis, hymnis, et canticnibus spiritualibus* [1].) Tum et quæ deinceps a divinis beatisque Ecclesiæ Patribus et doctoribus relictæ sunt: his, inquam, qui eas omnes, ut futilem ac inanem repetitæ invocationis loquacitatem rejiciunt, et culpant: in principio autem suæ a Deo discessionis solummodo: *Pater noster, qui es in cælis*, cum adoratione orare docent, absque dominico figuræ crucis in facie signaculo; Dominum nostrum Jesum Christum orationem istam nobis tradidisse prætexentes; revera autem, ut exsecrandum patrem suum Satanam invocent (hujus enim gratia a sanctæ crucis signaculo abhorrent, et illud a divinis Ecclesiæ luminibus ac ducibus additum extremum, quod orationi dominicæ in gloriam consubstantialis, et individuæ Trinitatis in precando subjicitur corollarium: *Quia tuum est regnum, et potentia, et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, ne audire quidem sustinent). Iis igitur, qui ita sentiunt, ac docent, et ad finem usque in istiusmodi prava infitiatione perseverant, anathema.

Anathem. 8.

Iis, qui conventus in ecclesiis aversantur, et in privatis locis præsident, docentque, specie quidem majoris quietis causa, reapse autem, ut profani eorum erroris dogmata redargui nequeant, sed ignobilia delitescant, adeoque ut in abdito omne sectæ suæ venenum animis a se in errorem deductorum eo facilius infundant; hisce, si ad vitæ extremum terminum in errore perseveraverint, anathema.

[1] Ephes v. 18, 19.

A αἱρέσεως ἐξεμέσαντες, καὶ τοὺς ἀγροικοτέρους τῶν ἀνθρώπων, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ἐξαπατήσαντες, πρὸς τὸ τῆς ἀπωλείας κατέσπασαν βάραθρον, ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. δʹ.

Τοῖς λέγουσι, πλὴν τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος, ἤγουν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἑτέραν τινὰ εἶναι Τριάδα, ἢ καὶ ὑπερκειμένην ἐξουσίαν, τὴν τῷ ὑπερτάτῳ τῶν ἑπτὰ οὐρανῶν ἐπικαθημένην, κατὰ τὴν βδελυρὰν ψευδεπίγραφον παρ' αὐτοῖς τοῦ Ἡσαΐου ὅρασιν ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. εʹ.

Τοῖς παρεισάγουσιν ἑτέρας Γραφὰς, ἢ τὰς ὑπὸ
B τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῖν παραδοθείσας, ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. ϛʹ.

Τοῖς λέγουσιν ὡς ὁ ἐν Κυρίῳ γάμος, καὶ ἡ κατὰ Θεὸν κρεωφαγία, βδελυκτά εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότερα ἀνατρέπουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. ζ

Τοῖς τὰ παραδοθείσας ἡμῖν εὐχάς τε καὶ ὑμνῳδίας, πρῶτον μὲν παρὰ τῶν θείων ἀποστόλων, *Πληροῦσθε* γὰρ, φησὶν, *ἐν πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοὺς, καὶ ὕμνους, καὶ ᾠδὰς πνευματικάς*. Ἔπειτα δὲ καὶ καθεξῆς παρὰ τῶν θείων καὶ μακαριτῶν Ἐκκλησίας Πατέρων καὶ διδασκάλων. Τοῖς
C οὖν ταύτας πάσας ὡς βαττολογίας ἀνατρέπουσι, καὶ διαβάλλουσι· ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διαστάσεως, μόνον τὸ *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, μετὰ τῆς εἰς γῆν κατακλίσεως ἐκπαιδεύουσιν ποιεῖσθαι, ἄνευ τῆς τοῦ δεσποτικοῦ σημείου τῷ προσώπῳ σταυρικῆς ἐκτυπώσεως, προφάσει μὲν, ὡς τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν τοιαύτην εὐχὴν παραδόντος, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἐπικλήσει τοῦ βδελυροῦ αὐτῶν πατρὸς τοῦ Σατανᾶ· τούτου γὰρ χάριν καὶ τὴν σταυρικὴν σημείωσιν ἀποβάλλοντα, καὶ τὸ παρὰ τῶν θείων φωστήρων καὶ τῆς Ἐκκλησίας καθηγητῶν προστεθὲν ἀκροτελεύτιον ἐπιφώνημα, εἰς δόξαν τῆς ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος, τό· *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*.
D οὐδὲ ἀκοῦσαι ἀνέχονται. Τοῖς οὖν οὕτω φρονοῦσι καὶ διδάσκουσι, καὶ ἄχρι τέλους τῇ τοιαύτῃ πονηρᾷ ἐνστάσει ἐμμένουσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. ηʹ.

Τοῖς τὰς ἐν ἐκκλησίαις συνάξεις βδελυττομένοις, καὶ ἐν ἰδιάζουσι τόποις προσκαθημένοις, καὶ διδάσκουσι, προφάσει μὲν ἡσυχίας χάριν, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἐπὶ τῷ τῆς βεβήλου αὐτῶν πλάνης ἀνεξέλεγκτα μένειν, καὶ ἀδιάγνωστα, ἵν' οὕτως ἐν παραβύστῳ τὸν ὅλον ἰὸν τῆς αὐτῶν αἱρέσεως τοῖς ὑπ' αὐτῶν πλανηθεῖσιν ἐκχέωσι, τούτοις πᾶσιν ἄχρι τέλους τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ ἐμμένουσιν, ἀνάθεμα.

A

Ἀναθεμ. θʹ.

Τοῖς τὰς εἰς δόξαν Θεοῦ παραδοθείσας ἡμῖν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Ἐκκλησίας οἰκοδομεῖσθαι, ὡς ἔργα χειρῶν διαβάλλουσιν, καὶ κατοικητήριον δαιμόνων ταύτας λέγουσι, καὶ οὕτως ὁδῷ βαδίζουσιν ἀκολούθως, καὶ τὴν τῶν θείων καὶ ἱερῶν εἰκόνων σεπτὴν ἀναστήλωσιν, καὶ τὴν τούτων τιμὴν καὶ προσκύνησιν ἀνατρέπουσιν, ὡς ὅλως διεφθαρμένοις καὶ σεσηπόσι μέλεσιν, ἀνάθεμα.

Ἀναθεμ. ιʹ.

Τοῖς σπεύδουσιν ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ἣν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, ὥστε τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ, ἐὰν μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Τοῖς οὖν πρὸς ταῦτα πάντα τυφλώττουσι, καὶ ὑπὸ τῆς ἐνεργοῦς ἐν αὐτοῖς Σατανικῆς ἐνεργείας τολμῶσι φλυαρεῖν, τὸ ἅγιον βάπτισμα ὕδωρ εἶναι ψιλὸν, ὡς ἔξω καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν οὖσι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀλλοτρίοις, καὶ καθάπαξ Θεου, ἀνάθεμα.

B

Ἀναθεμ. ιαʹ.

Τοῖς ἀκολούθως τῶν τοιούτων ληρημάτων καὶ παραφρονημάτων καὶ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν *φούλκαν* ἀποκαλοῦσι, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ὕδωρ ψιλὸν, μηδὲ ἄφεσιν ἔχον ἁμαρτιῶν, μήτε ἐκ Πνεύματος, ἀλλὰ παρ' ἑαυτῶν ὑπισχνουμένοις δέχεσθαι τὸ ἐκ Πνεύματος, ὅτε τοὺς ἑαυτῶν βδελυκτοὺς μύστας τὸ ψευδομοναχικὸν σχῆμα μεταμφιάζουσι, καὶ τοιαύτην τηνικαῦτα ποιουμένοις κατ' αὐτῶν τὴν ἐπίκλησιν, μᾶλλον δὲ τὸν τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτῶν καταποντισμὸν, ἀνάθεμα.

C

Ἀναθεμ. ιβʹ.

Τοῖς λέγουσιν, ὡς ἡ μετάληψις τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄρτου ψιλοῦ καὶ οἴνου ἐστὶ μετάληψις, [ὡς καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἐκ λαϊκῶν μεταβληθέντας μετὰ τροφῆς προσέρχεσθαι, καὶ μεταλαμβάνειν ὑποκρίσεως χάριν, καὶ τοῦ λανθάνειν παραγγελίας· τοὺς δὲ ἐκ πρεσβυτέρων μετατεθέντας, φαγόντας] καὶ τὰ τῆς θείας καὶ φρικτῆς ἱερουργίας ἐπιτέλεια ἐπιτρέπουσιν, ὡς φανερῶς ἀντίχριστοι, κἂν αὐτοὶ *Χριστοπολίτας* ἑαυτοὺς ὀνομάζωσιν. ἀνάθεμα.

D

Ἀναθεμ. ιγʹ.

Τοῖς ἐπ' ἀνατροπὴν τῆς ὅλης εἰς Θεὸν πίστεως, καὶ ἄλλα μὲν πονηρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀθλίως τελουμένοις τελοῦσι, καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ ἐμφυσήματος, ὃ παρὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρελάβομεν, ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυστικῇ ἐμπνεύσει, ἐμπτύουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελουμένοις ἐμπτύσμασιν, ὧν καὶ αὐτοί εἰσιν ἄξιοι· ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτῶν τελουμένοις ποιοῦσιν, ἃ κατὰ τῶν δαιμόνων αὐτοὶ πτύομεν, προσέτι καὶ ὕδατι μεμιασμένῳ κάτωθεν ἕως ἄνω διὰ σπόγγων ἀναχρίουσιν ἐπ' ἀνατροπῇ τοῦ τε ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος φωτιστικῆς παρουσίας, ἀνάθεμα.

Anathem. 9.

Iis, qui Ecclesias a sanctis apostolis nobis traditas in honorem Dei ædificari non debere sentiunt, easque ut opera manuum calumniantur, et dæmonum esse dicunt habitacula, atque ita prava via incedentes, consequenter et divinarum sacrarumque imaginum venerandam rejiciunt erectionem atque cultum, velut omnino corruptis putridisque membris, anathema.

Anathem. 10.

Iis, qui ad evertendam Domini ac Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi doctrinam properant, quam sanctis discipulis suis commendavit, ut in se credentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizarent, et qui non per aquam et Spiritum renasceretur, eum non introiturum regnum cœlorum, prædicarent; His igitur ad hæc omnia cæcutientibus, et qui ab operante in ipsis diabolica efficacia agitati effutire non verentur, sacrum baptisma meram aquam esse, velut hominibus a nostra fide alienis, et ab Ecclesia, atque ipso omnino Deo remotis subjunctisque, anathema.

Anathem. 11.

Iis, qui consimilibus itidem nugis et contemptibus indulgentes, venerandam et vivificam crucem *furcam* appellant, et sacrum baptismum aquam meram esse existimant, quæ remissionem non afferat peccatorum: neque ex efficacia Spiritus, sed ex se ipsis dare se promittunt, quod Spiritus sanctus est beneficium, cum abominandos suos sacerdotes veste falso dicta monachica induunt, ac deinceps per se ordinis nomen conferunt, seu potius animæ ipsis et corporis interitum afferunt, anathema.

Anathem. 12.

Iis, qui dicunt, communionem venerandi corporis et sanguinis Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi meri panis et vini esse participationem (sic ut ea propter et hi qui e laicis transierunt, cum cibo accedant, ac simulandi latendique gratia delatoribus, illum pro Spiritus cœna sumant; qui vero e presbyteris ad eos accesserint), atque ita divini ac tremendi sacrificii institutionem evertunt, ut plane Christi hostibus, tametsi se ipsi *Chrystopolitas* vocitant, anathema.

Anathem. 13.

Iis, qui ad universæ in Deum fidei subversionem cum multa alia pessima in his qui ab ipsis infeliciter initiantur, observant, tum pro divina sacraque insufflatione, quam a Domino nostro Jesu Christo in Spiritus sancti inspiratione adhibitam accepimus, initiandis ab se sputa inspuunt, quibus sane ipsi maxime digni sunt: his igitur, qui hoc in initiandis a sese exsequuntur, quod nos adversus dæmones facimus: quique insuper aqua eos immunda ab infimo ad summum, sive a calce ad caput, spongiis illinunt, quod certe sacri baptismatis, et illuminatricis Dei Spiritus præsentiæ subversio efficitur, anathema.

Anathem. 14.

Cunctis insimul hæreticis anathema.

urgentioribus creditorum mora solutionis exorata, totum Annæ me tribui, totum impendi : et totum ita res poscebat ut nec totus sufficerem. In scriptione passim incerta exemplaris tumultuaria collatione concinnati conjectura et suspicione utendum plurimum. Lacunæ divinationibus supplendæ. Cavendum ne longe ornatissima Comnenæ oratio nimis inæquali versioni Latinæ compararetur; non minori fastidio convitioque oculorum, quam si holosericus viva purpura lucens pannus sacco cilicino aut pullo centoni assueretur. Verendum ne (quod parum vitasse aliquos querela multorum est) interpretationem Latinam facerem similem setacei cribelli, quod immissæ in cerniculo farinæ florem ipsum ac purum pollinem transmittit, furfures ac sordes meras retinet et exhibet. Ad hæc quoniam in Cæsarissæ familiam nomine atque auctoramento interpretis transcribebar; tenenda vis hujus officii, quod quale sit, ex muniis ejusdem generis, principalium scribarum et palatinorum commentariensium potest intelligi. Iis reges reginæque uti solent ad scribendas quas quoquoversum missitant litteras, quarum sententiam ubi verbo aut nutu indicarunt, istorum jam negotium est, pro sua cujusque facultate, mentem subscripturi deinde principis, ex ejus dignitate reique merito quam aptissime quamque disertissime disserere. Postremo conandum ut Græci quem exprimendum susceperam archetypi non superficiariam solum formam aut extima duntaxat lineamenta (qualia viventium in mortuo restant cadavere) stylo utcunque assimulata redderem : verum illum insuper vigentem ac vegetantem intus, subindeque vivis ex arcano evibrationibus micantem Latinæ quoque expositioni penitus inderem atque inhalarem, si possem, spiritum, velut ignem, aiunt, ætherea subductum domo luteo Prometheus operi miscuit, nihil alioqui supra massam vilem madefacti pulveris futuro. His ego tot cautionibus, tot circumspectionibus, ac destinationibus tam variis præmunitam, imo defixe intentam, atque anxie sollicitam mentem habui tota in functione demandati hujus a te mihi muneris luculentissimæ historiæ Latinis edendæ litteris. Quanquam meæ me imbecillitatis conscientia nimium timere cogit, non modo ne quod sequebar non assecutus sim, verum etiam ne in alias diversi generis reprehensiones incurrerim. Scio nimirum scio, hæc de qua dixi, quam profiteor, libere politeque interpretandi secta et ratio, cui quantæquam offensioni exposita sit tristium censurarum. Sunt qui nares corrugent, qui superciliose renuant quoties occurrit Latina oratio super Græcæ modum ; quoties vicissim fluentem velut sinum Asiatici Syrmatis Romanæ munditiæ breviore succinctum nodo cogunt. Quis omnes enumeret delicias fastidiorum, quarum in censum veniunt oscitationes male feriatorum supina interdum et semisomni lectione nihil nisi ansas vellicandi captantium. *Hic enimvero*, aiunt, *Graiæ acumen argutiæ pinguem interpretem haud pupugit.* Alias subsannant : *Hui quam patulum circa orbem errat !* est ubi *flagitium !* increpent, *quod* judicio ipsorum *strangulentur auctoris sensa, quod mutentur aurea plumbeis. Quod stricti sales intemperanti Latinæ copiæ superfusione liquefiant.* Denique interim bilem erumpunt indignantes : *Exurdato barbarie palato non sapuisse salivam Atticam.* Hæc et ejus generis cætera præterque longum, etiam nec mihi promptum, et alioqui exitu anceps fuerit velle purgando ac pro me dicendo refellere. Nunquam equidem soleo mihi nimis tribuere. Quin adeo plerumque ipse mihi parum æquus sum ; quippe ingenii ac facultatis quanta sit tenuitas conscius animus, judicia reprehendentium vel excipit assensu facili, vel ultro consciscenda censura præoccupat. Nunc vero etiam plusquam alias male metuo, ne alibi vis, alibi ars, alibi felicitas satagenti licet mihi frustraque molienti defuerit. Quamobrem singula objecta si persequar, quædam forte sint quibus diluendis nec coronæ, nec judicibus satisfaciam, nonnulla etiam in quibus accusatori reus sponte confitens palam dem manus. Innocentiæ meæ tamen et fidei hoc in negotio optimæ non a criminationibus magis alienis quam ab ipsius mei morositate judicii periclitantis, ne penitus causam deseram, profitendum hic est, me nutu ac jussu tuo suscepta provincia quam minime male defungi studuisse, in eo nec tempori nec labori, nec contentioni pepercisse unquam. Successus quis tandem conatui responderit, ut producendæ nequidquam multis clepsydris apologiæ compendium uno verbo faciam, tui, vir maxime, judicii, tui arbitrii res esto. Nemo erit omnium (sat scio) tam pervicax qui si minus propter amplissimum magistratum, quo juris et æqui moderamen tibi summum attributum est, certe propter notissimam omnibus, et ultra etiam quam imperii fines Gallici pertinent, celebrem ac venerabilem æquitatem, doctrina varia omnisque generis sapientia conjunctam, non tuæ standum definitioni putet : me quidem ipso, quocunque alea verterit, adeo nihil contra excepturo vel provocaturo, ut subscriptorem astipulatoremque cujuscunque sensus tui jam

hinc ultro pollicear. Te fere in scribendo spectabam unice, tibi me fingebam parabamque: tibi si placui, abunde mercedis est. Nam præterquam quod laudis publicæ præjudicium, favor tantæ auctoritatis certum habet: vel si probares solus damnantibus cunctis ad famæ rationem fructumque animi, unus mihi tu instar millium, instar omnium merito fores. Sin vero reprehendis, non continuo lusisse me operam aut plane votis excidisse judicabo. Ab irretorta mentis vi, ab aquilina intelligentiæ illa tuæ acie, cui fucum nullus color facere, nulla se probare mendax gratia, nulla placere nisi viva nativaque pulchritudo potest, ad indulgentissimam clementiam benignissimæ humanissimæque voluntatis me recipiam; ibique asylo tutus certissimo spem in sinu dulcem alam, fore ut venia consoleris quod remunerari laude minus potes; et trans vitia ineruditæ manus, benevoli pectoris officio agnito nec spreto, quodcunque hoc est quamvis illepidi munusculi, monumentum æternum esse patiaris ejus observantiæ ac venerationis qua te summa verissimaque prosequitur,

ILLUSTRISS. AMPLITUDINI TUÆ

Deditissimus PETRUS POSSINUS, e Societate Jesu.

Scribebam Tolosæ III *Kalend. Quintiles anno CIƆIƆCXLIX.*

LECTORI.

Nec miror nec æmulor mature disertos illos qui libros in librorum principiis faciunt, et inexhausta loquacitate Proœmiorum sedulo id agunt, ut oculi legenti doleant priusquam is primum Operis versum viderit. Ego tibi, Lector, quominus statim fruaris tamdiu optato Byzantinæ Cæsarissæ colloquio, moram unam objicio (nam Glossarium Annæum transvoles licet: non enim ante omnia perlegendum; sed in tempore consulendum seponitur) moram, inquam, necessariam interpono unicam, Præfatiunculæ paucis complexuræ; quo casu, quove statu Alexias Annæ Comnenæ meas in manus venerit; qua spe quave conditione in tuas transeat.

Jam tum ab adolescentia, quam mihi transigere Tolosæ contigit, ingenti desiderio flagravi Alexiados Annæ Comnenæ explicandæ Latinis litteris, et luce publica donandæ. Alebat id votum lactabatque blanda spe sedes illa ipsa studiorum: quod in qua vivebam litterisque operabar civitas unicum ejus operis antiquissimum et integerrimum exemplar habere dicebatur. Egi ergo, sategi, per me, per amicos movi multa, quo istius mihi copia fieret codicis. A nobilissima clarissimaque Fabrorum Saniorianorum familia in Musæum τοῦ μακαρίτου *eruditissimi Petri Fabri humanissime admissus, versatis illic otiosissime curiosissimeque cunctis multum frustra bibi pulverem. Indagavi etiam omnibusque vestigiis odoratus sum ecquam in urbis aliam rara et peregrina hæc avis evolasset domum. Non plus profeci quam Cadmus cum Europam quæreret. Atque hic prædicandæ locus est officiosissimæ benignitatis illustrissimi D. Caroli de Montchal archiepiscopi Tolosani, qui pro cætera humanitate qua studia semper mea prosecutus est, tunc etiam non indignum celsitudine sua credidit in istam mecum curam descendere; et auctoritatis interpositione suæ tantæ hujus effectum voti mihi conficere conari. Elusit tamen indagationes, petitiones, machinationes omnes vel nescio quis casus alius, vel obstinatissima iniquitas eorum qui captivam illustrem æternis detinere tenebris cum incommodo et gemitu orbis totius deliberatissimum habent. Multi deinde anni mihi alia cogitanti omnia et Alexiados jam plane oblito fluxerant, cum vir honoris causa nominandus Petrus Seguerius cancellarius Franciæ, qui amplissimæ dignitati parem religionis, justitiæ, virtutisque omnis, tum vero etiam eloquentiæ et eruditionis excellentiam adjunxit, animadvertens a collectione Historiæ Byzantinæ quam typis edi regiis jusserat, Alexiadem Annæ Comnenæ non tolerabilius abesse posse quam ver ab anno, egit Romæ per litteras et certos homines cum eminentissimo cardinali Francisco Barberino, principe juvandis litteris nato, ut si quem locupletissima sua librorum veterum et rarissimorum penu Annæ Comnenæ codicem haberet, ejus copiam ad editionem prelis regiis ne commodare gravaretur. Misit is statim librum in charta scriptum non antiquum*

manu, nec integrum : sed Lucæ Holstenii viri doctissimi, Barberinæ bibliothecæ curatoris diligentia solers fecerat, ut usui esse pene pro integro posset. Is codicem hunc multis locis mutilum cum alio pervetusto in membranis, imperfecto et ipso lacunisque deformato, quem ante hos paucos menses in bibliotheca Medicea Florentiæ vidi, accuratissime contulerat : ac quia non fere iisdem locis ambo exempla deficiebant, unius hiatibus ex altero explendis, non exiguo nec parum nobis prædicando labore suo proxime integritatem perduxerat Barberinum codicem : quem illustrissimus cancellarius ad se Roma perlatum, cui vertendum Latine traderet, non diu quæsiit. Magnarum est et regendis terris a cœlo paratarum mentium, nihil quamvis obscurum atque humile nescire. Igitur mei quoque nominis quadam usque ad istum apicem forte appulsa mentione ; cum præterea memoraretur me operam olim aliquam in quærendo posuisse Tolosano Fabri codice ; voluntatemque ostendisse Alexiados interpretandæ, negotium statim datum est honesto in primis viro Sebastiano Cramoisy officinis typographiæ regiæ præfecto, mittendi quamprimum ad me recens allati Roma codicis ; quod ille fide summa, mora nulla præstitit, adjunctis litteris quibus significabat, gratum me, amplissimo cancellario facturum, si, quod primum suppeteret otium, in versionem Alexiadis conferrem. Eram ego tum haud parum diversis sacrarum Litterarum studiis immersus : primusque illic ac juvenilis ardor operæ navandæ in Græcis interpretandis, et tempore ipso consenuerat, et experientia molestiæ nequaquam pari fructu compensatæ quæ pertricoso isti negotio inest, refrixerat sane plurimum. Tamen reverentia venerandi nominis instinctus, sublatis repente ac sepositis quæ in manibus erant cunctis, totus ad exhauriendum tantæ auctoritatis mandatum incubui. Ac principio sic constitueram : duo esse præcipua in quibus elaborare me oporteret. Nam et faciendum esse, ut Græcum exemplar quam emendatissimum exiret, tum adnitendum postea, ut quæ ex eo exprimeretur Latina versio, veram auctoris sententiam rectissime assequeretur, planissimeque redderet. Quarum rerum cum is ordo comparatus natura sit, ut illam huic præverti sit opus, appellenti mihi ad priorem animum, experientique operam, gravis ecce primo difficultatis oborta species, paulo etiam post desperationem injecit cœpti perpetrandi. Codex qui ad manum erat unicus tumultuarie, ut dixi, ex duobus mutilis congestus consutusque passim incertæ, palamque interim mendosæ lectionis vocibus scatebat ; lacunis ad hæc hiabat toto sparsis operis corpore, cujus caput ipsum, hoc est elegantissima et libro dignissima Præfatio Annæ desiderabatur tota ; quam ex Augustanis Excerptis, prout licuit, supplevimus. Clausula porro Historiæ, postrema scilicet quinti decimi pars libri, creberrimis fatiscens rimis, pertusi passim vetusta carie centonis, aut collabascentis ruinosæque maceriæ speciem habet. Quid hic auderem speraremve ? Aggrederer ad emendationem archetypi contextus ? quam non nisi conjecturis et divinationibus, tam multæ contentionis, quam nullius auctoritatis, in exemplarium defectu meliorum, repræsentare me putarem posse ? An desponderem continuo animum, editionisque consilium abjicerem? ac cum Davidi Hœschelio sua viros apud doctos gratia constiterit, quod is non dubitasset mendosa incredibiliter et lacera Historiæ Annæ fragmenta, pauca, temere coacervata, præfixo Alexiadis titulo edere ; ego totos quindecim ejus operis libros nactus, propter nescio quos nævos magis interpellaturos in lectore sensum elegantiæ, quam rerum cognitioni gestarum, aut Historiæ integritati subtracturos quidquam, publicis invidendos desideriis et æternarum rursus addicendos tenebrarum ergastulo censerem ? Neutrum opinor quisquam æquus eruditusve suasisset ; ne probasset quidem. Illa igitur mihi sententia necessario reliqua facta est, qua decernerem contextum quidem Græcum plane intactum relinquere, ne manifestis quidem sollicitandis mendis, quandiu veræ lectionis fundum non haberem majoris antiquitatis et auctoritatis codicem. Totam vero industriam in elaboratione Latinæ versionis expromere, qua judicio, si quod esset, ac diligentia in subsidiorum deficientium locum subrogandis, explendis hiatibus, corrigendis ex conjectura vitiosis locis, modis denique omnibus assequi conarer, ut nitor primigenius Operi pulcherrimo, quoad per quinque sæculorum squalorem, et exitiabiles infestissimorum omnis generis casuum injurias liceret, hodierna editione redderetur. En quid voluerim, quo studium et conatum intenderim. Nam reipsa quid perfecerim, non meæ professionis, tuæ, lector, sententiæ definitio est. Cujus ut non eblandiri gratia favorem, ita nec deprecari abjecta demissione severitatem : multo autem minus contumaci pervicacia refragari censuræ velim. Utere ut libet jure atque arbitrio quod tibi ego, vel si non per se suppeteret, ultro largirer, probandi reprehendendique quod dignum duxeris. Paratum ecce me in utrumvis habes, et quocumque alea verterit, proviso re-

cepta quieturum. Gratificari publico volui, servire amicis, obsequi viris magnis : voluntate ac fide optima in negotio versatus sum. Hic semper, utcunque alia ceciderint, conscientiam sustentabit fructus. Peto tamen, id quod æquitatis est tuæ, ne præcipites atrum calculum ad quamvis se primum offerentem speciem culpæ. Fere non primas, ac ne secundas quidem sæpe, quas vulgo laudant, cogitationes chartæ illevi ; at nonnunquam quartas quintasve. Fieri potest ut quod tibi primum advertenti animum in mentem venerit, ne me quidem ipsum fugerit: cæterum ego illud alteri nondum tibi animadverso posthabuerim; te paria facturo si ibi esses, probaturo quin etiam ubi cognoveris. Cognoscere autem poteris quædam quidem e Glossario, longe plura e Notis; quorum illud nunc damus; has retinere adhuc cogimur, paulo post cum tibi grato publiceque utili auctario reddendas. Quando nimirum Annæ nostræ, quam modo solam emittimus sua unius ornatam majestate, comitatum addemus proprium, justo brevi edendo volumine, quo Cæsarissæ primum vita ipsius e veteribus collecta monumentis exhibebitur. Alexii deinde Augusti Panegyricus, ipsi coram a Theophylacto dictus, Alexiadis totius elegans compendium, addetur. Subjicietur Abacus chronologicus certo digerens ordine res omnes quindecim Alexiados libris expositas. Postremo iidem ipsi libri quindecim, partim universi recensebuntur ope codicis optimi, cujus recentissime nobis inopinata ostentata spes est : partim in locis obscurioribus, collatione aliorum scriptorum, et cætera ejus generis accuratione, pro captus ac tenuitatis nostræ modulo illustrabuntur.

VIRIS NOBILIBUS ET ILLUSTRIBUS

MARCO VELSERO, sacræ Cæs. M. a Consiliis, JOANNI JACOBO REMBOLDO, Aug. Vindel. Duumviris Præfect., Septemvirumque Collegio, Dominis ac Patronis pl. observandis S. P.

Quod Democritus Abderites optandum censuit, eæ ut imagines hominum sive oculis sive animis obversarentur, quæ virtutis et commodi potius alicujus, quam vitii atque incommodi administræ ipsis essent, in eo ridiculum et superstitiosum illum fuisse, non injuria dicas. Ad vitæ enim rationem quamcunque laudabiliter ineundam, nihil nobis opus est τῇ κατ' εἴδωλον φαντασίᾳ Democritica, cum exempla ante oculos viva quotidie versentur, ex jucundissima etiam historiarum lectione quam plurima peti possint : unde quid decorum, quid indecorum, quid honori atque emolumento, quid ignominiæ ac detrimento futurum, perspiciatur.

Φεῦ, φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις;
Πρὸς ἐπανόρθωσιν ἠθῶν ἐνεργότερον;

ut philosophus Chæronensis pulchre asseverat. Ne abeamus longius, vel in his Alexiados VIII libris, modo in lucem quos edimus, quot occurrunt virtutis, quot vitiorum exempla! Hos autem, viri nobilissimi, A. V. cur dedicem, satis causæ vel hoc esse arbitror, quod ab annis quinquaginta illorum editio aliunde exspectata fuit frustra, a doctis non semel expetita : nunc e vestra bibliotheca eruti illi, juris publici fiunt. In quibus partim menda librarii tollendo, partim lacunas explendo, nonnusquam etiam notis quædam illustrando, quantum ingenii tenuitas est passa, temporisque angustia, si quod operæ pretium candide judicaturis videbor fecisse, laboris non absque magni viri auctoritate suscepti minus me pœnitebit ; et ad alios scriptores vel integrius atque emendatius, vel etiam novos ex eadem vestra illust. bibl. publicandos facilius invitabor. Deus Opt. M. A. V. cujus auspicio et liberalitate laboribus id genus vacare possum, florentem atque incolumem quam diutissime conservet.

Augustæ Vind. pridie Non. Septembr.
A. S. N. MDCX.

A. V. O.
DAVID HOESCHELIUS. A.

AD LECTOREM.

Ex quindecim Annæ Comnenæ Porphyrogennetæ Alexiadis libris, quos illustrium bibliothecarum Catalogi dudum jactant, octo hic damus perpetuo fere lacunatos : quot et quales nimirum ex Augustano autographo repræsentare licuit. Satius enim visum rem litterariam nobis hunc semissem nunc quidem debere, quam toto æternum carere. Integriorum et meliorum exemplarium domini, utinam invidiam non ferant, et luminibus nostris quamprimum obstruant. Præstantissimum Fabrum Regium Tolosæ senatorem nominatim appellamus, apud quem magni Cujacii codicem exstare aiunt.

Porro Annæ fidei periculum in me non recipio. Memini apud Vopiscum legere, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum ; *cum contentionibus incaluere animi, difficile veritatem recto oculo tuentur, et vix est quin aliquid patriæ et propinquis, inter quos pater primo loco, concedant, si præsertim feminæ manus calamum ducat. Hic est fœdissimorum conviciorum fons, quibus Anna interdum muliebriter in Latinos, pontificem aliosque principes indulget. Cordatus lector historiam suis momentis, non auctorum affectibus ponderet : Tacitum et Suetonium adversus Christum et Christianos injurios manibus tamen excuti non patimur. Quo ordine apud posteriores Græcos Romani omnes, scimus; Anna præterea proprias se odii causas habere existimabat, quod Gregorius pontifex acerrimum Alexii hostem Robertum Guiscardum, patrem Boemundi, quem illa etiam mirifice insectatur et exagitat, in amicitiam receperat. Bertoldus Constantiensis, anno* 1084, *hæc habet :* His temporibus Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam regi transmisit, ut Ruodbertum Wiscardum, ducem Calabriæ et Apuliæ, conjuratum militem domini papæ, in ultionem ejusdem regis bello appeteret. Nam Ruodbertus jamdudum fines Constantinopolitanorum invasit, iterumque illud expeditionem movere disposuit : sed Heinricus acceptam pecuniam, non in procinctum contra Ruodbertum, quod juramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanorum impendit. *Cum Urbano deinde pontifice Alexius in gratiam rediit anno* 1089, *ut idem Bertoldus habet.* Dominus papa Constantinopolitanum ab excommunicatione per legatos suos absolvit : *Quin ex Casinensi Chron.* IV, *c.* 48, *colligimus, eum postmodum Occidentis imperium a Paschali pont. sperare ausum.* Alexius imperator strenuissimos ex suo imperio viros Romam cum suis litteris misit, quibus se injuriam ab imperatore illatam pontifici atque Romanis, dolenter audisse significans, agebat postmodum gratias, eosque laudabat quod viriliter illi obstitissent. Atque ob id, si illorum animos paratos promptosque sensisset (ut sibi jamdudum nuntiatum fuerat) velle vel se, vel Joannem suum, juxta morem priscorum fidelium imperatorum, a summo pontifice Romæ coronam imperii sumere. *Verum eo redeamus; ut Annæ fidem in iis quæ contra nostros scripta reliquit, præstare non lubet, ita et eorum quæ nostri adversus Alexium pleno horreo remensi sunt, auctoritatem defugimus : nam largiter hanc Comnenæ retulere gratiam, quod sequentia aliquot loca docebunt ; longum visum omnia exscribere.*

LATINORUM ALIQUOT
DE ALEXIO COMNENO TESTIMONIA.

Guilielmus Tyrius De bello sacro lib. II, *cap.* 5 Præerat autem per id tempus Græcorum imperio vir nequam et subdolus, Alexius nomine, cognomine Comutio (*Comnenus*) dictus. Qui cum esset in imperiali palatio a domino Nicephoro, cognomento Bothomath (*Botaniate*) qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honoratus, et megadomestici dignitate (quem nos majorem senescallum appellare consuevimus) fungeretur officio, ab imperatore

secundus, contra dominum et benefactorem suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto anno antequam populus noster accederet, depulso domino imperium invaserat, et retinere præsumebat quod violenter occupaverat. — CAP. 10. Dum vero hæc in castris aguntur, ecce domino Boamundi nuntius præsens ante ducem astitit, prædicti principis litteras deferens in hæc verba : Noveris, virorum optime, quod tibi contra feram pessimam et cum homine nequam (*Alexio*) incumbit negotium : cujus propositum est semper fallere, et omnem Latinorum nationem usque ad mortem modis omnibus persequi : et quod de eo recte sentiam, tuo aliquando approbabitur judicio, novi enim Græcorum malitiam, et odium adversus Latinorum nomen pertinax et obstinatum. — CAP. 13. Verumtamen sicut vir erat (*Alexius*) subdolus, potens simulare et dissimulare propositum, missis quibusdam nobilibus ex suis domesticis ad eumdem virum egregium, verbis pacificis ei locutus est in dolo, tentans si quoquo modo eum posset decipere. — CAP. 14. Hic demum plenius innotuit, quod quidquid eis imperator (*Alexius*) loquebatur, fraus erat et circumventio. — CAP. 19. Quodque principibus liberaliter contulerat (*Alexius*) nec liberalitatis erat nec gratiæ, sed timoris desperati, et fraudulentæ versutiæ. Nostris autem in simplicitate spiritus et sincera fide incedentibus, vix persuaderi poterat Græcorum malitia, et nequam illorum principis fraus et circumventio pertinax, maxime cum erga eos tanta liberalitate et simulata gratia redundaret. CAP. 20. Sicque quotidie magis et magis Græcorum dolus, et fraus imperatoris (*Alexii*) detegebatur, ita ut jam nemo esset de principibus cui non esset manifestum, et luce meridiana clarius, quanto odio prosequebatur populum nostrum, et omne genus Latinorum haberet invisum.— CAP. 21. Quidquid autem loquebatur (*Alexius*) dolus erat et circumventio. — LIB. VII, CAP. 20. Fraudes enim imperatoris (*Alexii*) et ejus versutia, quas sæpius experti fuerunt, declinare judicabant commodius, ne ejus labyrinthis et ambagibus iterum se involverent a quibus non satis facile postmodum possent expediri. — LIB. X, CAP. 12. At vero idem (*Alexius*) imperator, vetusto Græcorum more nostrorum successibus invidens, quamvis eos, ut prædiximus, apud se satis benigne habuisset, occulte inde per internuntios frequentes in eorum perniciem hostes sollicitabat, et ab eorum adventu crebris epistolis et nuntiorum discursibus reddebat instructiores, eos præmonens, ne tantum populum suo periculo libere transire patiantur. Vicem scorpionis agens, qui cum non sit in facie quod formides, prudenter feceris si caudæ posterioris declinare poteris maleficium. — LIB. XII, CAP. 5. Per idem tempus (anno 1118) Constantinopolitanus imperator Alexius Latinorum maximus persecutor, rebus humanis exemptus est.

***Robertus monachus*, *De Christianorum principum profectione in Syriam*, *lib.* II.** Subdolus itaque imperator (*Alexius*) videns crescere castra Dei, et de die in diem augmentari, inops animi, expers sensus, pauper consilii, ira vehementi cœpit anxiari. Mens enim fraude plena semper anxiatur et est sollicita, et quod machinatur alteri pertimescit sibi semper machinari. In mente imperatoris semper mansit fraudulenta fictio. Quidquid juravit totum exinanivit, quia perjurii noxam incurrere maluit, quam gentem Francorum a suis finibus non elongari.

***Conradus abbas Urspergensis Chron. anno* 1101.** Ecce subito murmur exoritur, invisum imperatorem (Alexium) Turcorum potius quam Christianorum parti favere, exploratisque quæ circa nos erant, frequentibus illos contra nos nuntiis animare. Hic est, inquiunt, perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro, per quorumdam Alamannorum conductitiorum auxilium depulso, imperium ejus usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores, exsilio damnatos necari fecit : nuncque se tanti dixit facere Francos cum Turcis prœliantes, quanti canes se invicem mordentes. Cum autem navigia quisquam conducere tentaret, audivit Cæsarem insidias peregrinis etiam in mari posuisse, multasque dudum eodem facinore naves eum submersisse. Quapropter omnes eum maledicebant et anathematizabant, omnes illum linguæ non imperatorem, sed traditorem appellabant. ANNO 1106, invidus et occultus eatenus Ecclesiæ persecutor Alexius, diu tectam suæ perfidiæ toxicatam rabiem evaginat : Turcis, quibus jam nulla vel rara in Oriente regnandi spes remanserat, se tutissime conciliat, et o turpissimum facinus ! Nicæam, quam olim fidei nostræ turrim, dudumque multo Christianorum sanguine comparatam præscripsimus, Solimanni tyranni filiis reddidit : custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit. Cujus classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii, nasis atque pollicibus omnibus

abscissis, unam de scaphis inde onerantes, hujusmodi pulmentum eidem reo multorum millium homicidæ, transmiserunt. — *Albertus Stadensis eadem fere ad verbum habet.* — *Otto Frisingensis, Chronic. lib.* VII, *cap.* 10. Alexius imperator perfidissimus, jamdiu conceptam corde malitiam celare amplius non valens, cum Turcis, qui jam pene desperati erant, turpissime fœderatur, eisque Nicæam, multo nostrorum sanguine acquisitam, impiissime tradidit.

Gotfridus Viterbiensis, Chronic. parte XVIII. Constantinopolim pervenerunt, ubi multum dolum et impedimentum a rege Alexio perpessi. Tunc Alexius rex Constantinopolitanus, christianæ prosperitatis adversarius, Turcos in desperationem jam positos, in amicitiam suam confœderavit, eisque turrim Nicæam, Christianorum sanguine conquisitam, concessit. — *Matthæus Paris* in *Historia majori, anno* 1096. Alexius autem imperator Græcorum, vir nequam et subdolus, cum esset in palatio Nicephori decessoris sui summus, et princeps militiæ, contra dominum suum malitiose recalcitrans, quinto vel sexto ante hanc expeditionem anno, domino depulso imperium invaserat, et invasum nequiter detinebat. Hic semper propositum habens fallendi, sæpe cum peregrinis verba pacifica loquebatur in dolo, suspectam jugiter habens multitudinem cruce signatorum, et militiæ probitatem. Unde si quandoque nocere cessavit, non hoc virtutis exstitit, sed timoris. — ANNO 1108. Tunc imperator Alexius, et proditor nequissimus, nostrorum invidens successibus, Turcis infidelibus, per quorum terras peregrini transituri erant, crebras transmisit epistolas, exhortans attentius, ne tantum Christianorum populum libere transire in suam perniciem paterentur.

Matthæi Westmonasteriensis, Flores histor. anno 1095. Alexius tunc temporis Græcis imperabat, vir quidem subdolus, et nostratibus semper parans cum insidiis nocumentum.

Atque hæc de Alexii moribus vulgo apud Latinos opinio obtinuit : unus quem ego legerim Albertus canonicus Aquensis, a Reineccio titulo chronici Hierosolymitani, sine auctoris nomine editus, commodius de illo non uno loco sensit. Sic ut alicubi ejus apolegetem fere ex professo egerit, LIB. VIII, CAP. 46. Fecit enim fama in populo catholico, quod ipsius imperatoris (Alexii) occultis et perfidis consiliis, a comite Reymundo et militibus Turcopolis, deductus sit exercitus Longobardorum per deserta et invia et solitudines Flaganiæ, ut illic a Turcis facile præ fame et siti exhaustus, superatus occideretur. Verum ut a veridicis et nobilibus viris relatum est, nequaquam hoc nefando scelere culpandus erat. Nam sæpius exercitum præmonuit, et edocuit solitudines et defectiones, et Turcorum insidias in inviis Flaganiæ, et ideo eos non secure et tutos per hanc viam posse incedere. — CAP. 47. Imperator (Alexius) universam petitionem regis, cum muneribus sibi præsentatis, in bono accepit, et de omni suspicione necis Longobardorum, quam adversus eum Christiani habebant, jusjurandum in Dei nomine faciens, se excusavit, promittens se deinde omnibus misericordem fieri, regem Baldewinum se velle honorare et amare. In eadem legatione ab imperatore decretum est, ut episcopus de Barcinona eum apud Romanum pont. Paschalem de traditione sibi imposita excusaret. *Sed prævaluisse suspiciones, ex sequentibus apparet.* — CAP. 48. Engelradus autem miles quidam in Jerusalem repertus, muneribus magnis ab imperatore honoratus, bona nuntia reportavit, et amicitiam et fidem regi Baldewino imperatorem velle observare, et peregrinos non ultra offendere. Sed episcopus aliquantulum renisus est imperatori, propter infidelitatem erga Gallos, quam ab eo extorsit. Quapropter in amaritudine animi Romam tendens, ipsum imperatorem criminatus est in ecclesia Beneventana, et ideo assumptis litteris ipsius apostolici, querimonia gravis apud omnes principes Galliæ super ipso imperatore facta est.

ELOGIUM ANNÆ COMNENÆ,

HEROINÆ INCOMPARABILIS AC ERUDITISSIMÆ,

Ex R. A. P. Ludovici Jacob a S. Carolo, Cabilonensis, Carmelitæ, consiliarii et eleemosynarii ordinarii regii : necnon illustrissimi ac reverendissimi D. D. Joannis Pauli Francisci Gondii, Corinthiorum archiepiscopi et coadjutoris Parisiensis, Bibliothecarii, Bibliotheca illustrium feminarum quæ scriptis claruerunt desumptum.

Anna Comnena, Græca, Alexii Græcorum imperatoris et Irenes filia, ac Nicephori Melisseni conjux augustissima. Multiplici sane laude nomen suum Anna immortale reddidit.

Nam varia eruditione et judicii acumine doctissimas inter sui ævi feminas inclaruit. Hæc heroina incomparabilis non solum in linguis Græcis eruditissima exstitit, sed etiam in rebus historicis domesticis versatissima, et quæ *studiis* (teste Joanne Zonara) *erat addicta, et exquisite atticissabat et acutissimo erat ingenio ad abstrusissimas quasque contemplationes*. Scripsit Græce hoc ingens Musarum Charitumque delicium. *De rebus Alexii parentis sui gestis* libros XV, *quos Alexiada vocavit*. Hoc est *Historiam Ecclesiæ Constantinopolitanæ et controversiarum religionis in Orientalibus ecclesiis ortarum*. Exstant Mss. Romæ in celeberrima bibliotheca eminentissimi principis Francisci Barberini S. R. E. cardinalis, Augustæ Vindelicorum in bibliotheca publica, Florentiæ in San-Laurentiana; et etiam in variis Italiæ bibliothecis. *Libri primi octo* prodierunt, Augustæ Vindelicorum, 1618, in 4°, cum notis Davidis Hoeschelii. Omnes vero nunc prodeunt e bibliotheca Barberina, Lutetiæ Parisiorum, typis regiis, 1651, in folio, cum eleganti versione Latina, Glossario, ac Præfatione R. P. Petri Possini, societatis Jesu, theologi magni nominis. *Multa vero* (inquit Gerardus Joannes Vossius, libro secundo *De historicis Græcis*, cap. 27) *de parente suo longe aliter narrat, quam Latini solent : qui omnes prope, si unum excipias Albertum, canonicum Aquensem, Cæsarem eum describunt, tanquam hominem fraudulentum ac perfidum. Sed satis verisimile est, tum Latinos suo erga Græcum imperatorem odio, tum filiam Comnenam amori erga patrem suo, aliquanto amplius indulsisse, quam per leges historiæ liceret.* Hanc *Alexiadem* continuavit Joannes Sinnamus, regius grammaticus, quæ nunc lucem aspexit e codice Vaticano 319, cum versione et notis P. Possini.

Claruit circa annum Incarnationis Dominicæ 1130.

De Annæ Comnenæ laudibus et scriptis præclara reddunt testimonia, Joannes Zonaras, monachus Græcus, tomo III *Historiæ Catholicæ*, pag. mihi 242; — Conradus Gesnerus, Tigurinus medicus, in *Bibliotheca universali*; — Antonius Possevinus, Mantuanus, soc. J. in *Apparatu sacro*; — Jacobus Gretserus, soc. Jesu in *Refutatione Alogiarum Annæ Comnenæ in Alexiade contra Gregorium VII Rom. Pont*; — Gerardus Joannes Vossius, *De quatuor artibus*, et lib. *De historicis Græcis*; — Leo Allatius, Chius, lib. *De Psellis et eorum scriptis; et libro de Ecclesiæ Occident. et Orient. perpetua consensione*; — Gilbertus Gauminus, Molinensis, libellorum supplicum magister, in notis ad Michaelis Pselli *De operatione dæmonum Dialogum*; — Franciscus Balduinus J. C. *De institutione historiæ universalis*; — Jacobus Gaffarellus, provincialis, libro pererudito *De curiositatibus inauditis*; — Elias Ehingerus, Augustanus, in *Bibliotheca Augustana*; — Augustinus Mascardus, Tractatu II *De arte poetica*; — Paulus Bolduanus, in *Bibliotheca historica*; — Simon Scardius, J. C. Germanus, in *Præfatione ad* IV *scriptores Germanos*; — Remaclus Mosi, in *Musæo historiali*, Leodii 1610 in 4° edito; — Aubertus Miræus, in *Bibliothecæ ecclesiasticæ Auctario*; — Franciscus Augustinus ab Ecclesia, Salutiarum episcopus, in *Theatro illustrium doctrina mulierum*; — Joannes Meursius, in *Glossario Græco-Barbaro*, et in Notis ad *Expositiones in Canticum canticorum* Pselli, pag. 174; — Philippus Glasserus, Argentinensis, in *Syngrammate historico*; — Martinus Crusius, in *Prolegomenis ad Commentationes in primum librum Iliados Homeri*; — Joannes Seldenus, Anglus, in *Commentario in Eutychii Origines*; — Josephus Maria Suaresius, Avenionensis, præsul Vasionensis, in *Diatriba prima de universalis historiæ syntaxi*; — Gabriel Naudæus, Parisinus, in *Dialogo politico*; — P. Philippus Labbe, Bituricencis, soc. Jesu, in *Protreptico* et *Delineatione Apparatus Byzantinæ Historiæ*; — Jacobus Cujacius, Tolosas, in *Operibus juris*; — Nicetas Acominatus Choniates in *Historia Græca*; — auctor anonymus *Synopsis vitæ Annæ Comnenæ*, quam brevi exspectamus, cura et studio R. P. Petri Possini.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΣΥΝ ΘΕΩ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΝΑΚΤΑ

ΚΥΡΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ

ΠΟΝΗΘΕΝ

ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΙΑΣ ΑΝΝΗΣ

ΤΗΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ,

Ο ΚΑΙ ΕΚΛΗΘΗ *ΑΛΕΞΙΑΣ* ΠΑΡ' ΑΥΤΗΣ *.

—

SYNTAGMA DEO JUVANTE

RERUM

AB IMP. ALEXIO COMNENO GESTARUM

AB EJUSDEM FILIA DOMINA ANNA

PORPHYROGENITA PRINCIPE

ELABORATUM ET *ALEXIAS* INSCRIPTUM.

—

Tempus in pronum fluens victore morarum atque A obicum et semper vigente cursu, fert agitque ac secum abripit ab ortu cuncta, ignorabilia cum memorabilibus pariter obruens, et in letheum quemdam abolenda propellens gurgitem: volubilique ac desultoria varietate modo (ut tragœdia loquitur) res ignotas ex abdito producens, modo vicissim premens aliquandiu spectatas. Verum ad hunc torrentem historia objicitur, velut invictæ soliditatis moles, præcipitem quodammodo inhibitura lapsum temporis; certe prohibitura, ne quæ in eo gesta sunt omnia irreparabiliter obliterentur: dum nonnulla saltem ex iis seligit quæ composita digestaque utique ad memoriam reservet.

Ῥέων ὁ χρόνος ἀκάθεκτα, καὶ ἀεί τι κινούμενος, παρασύρει καὶ παραφέρει πάντα ἐν γενέσει, καὶ ἐς βαθὺ ἀφανείας καταποντοῖ· ὅπου μὲν οὐκ ἄξια λόγου πράγματα, ὅπου δὲ μεγάλα τε καὶ ἄξια μνήμης, καὶ τά τε ἄδηλα φύων (κατὰ τὴν τραγῳδίαν [1]) καὶ τὰ φανέντα κρυπτόμενος. Ἀλλ' ὅ γε λόγος τῆς ἱστορίας ἔρυμα καρτερώτατον (2) γίνεται τῷ τοῦ χρόνου ῥεύματι, καὶ ἵστησι τρόπον τινὰ τὴν ἀκάθεκτον τούτου ῥοήν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα πάντα, ὁπόσα ὑπερείληφε, ξυνάγει [ξυνέχει] καὶ περισφίγγει, καὶ οὐκ ἐᾷ διολισθαίνειν εἰς λήθης βυθούς.

Hæc reputans ego Anna, imperatorum Alexii et Irenes filia, in purpura nata lactataque, nec litterarum rudis; sed et Græci sermonis rationem acri

Ταῦτα διεγνωκυῖα ἐγὼ Ἄννα, θυγάτηρ μὲν βασιλέων Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης, πορφύρας τιθήνημά (3) τε καὶ γέννημα, γραμμάτων οὐκ ἀμοι-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

223 (1) Sophocl. *Ajac. flagel.*

(2) *Ἔρυμα καρτερώτατον*. Max. Tyrius Ser. 12 de Historia. Τοῦτο τὸ ἄκουσμα ἐφήμερον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ φθειρόμενον ταχὺ, καὶ ἀπολλύμενον, καὶ ὑποῤῥέον τῇ μνήμῃ σώζει, etc.

(3) *Πορφύρας* τιθήνημα. Porphyrogenita, nata patre imperatore. Eadem Anna infra, καὶ τὴν πορφύραν ἀφ' ἧς ἐβλάστησα, et lib. 15 Ἔγωγε γυνὴ καὶ τῆς πορφύρας τὸ τιμιώτατον, καὶ τοῦ Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα. Nicolaus Callicles in Epigr. Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα πορφύρας κλάδου. Constant. Manasses, Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον. Apud eumdem non semel, Πορφυρόφυτος κλάδος, πορφυρόρπηξ, πορφυροβλάστητος. Niceph. Xanthopulus in Catal. impp. Ὁ πορφυρανθὴς εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος. Incertus poeta apud Leonem Allat. dissert. 1, *De libris Eccles. Græc.*:

Ἄναξ ὅλης γῆς ἥλιος τῆς πορφύρας
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος

Narratio ms. de Bertrando Romano Græco-Barbara, Πορφυρόβλαστε γέννημα τῶν χαρίτων. Vita S. Mariæ

* Hunc titulum habet ms. Augustanus apud Hœschelium: Possinus: ΠΡΟΛΟΓΟΣ. *PRÆFATIO*. EDIT. PARIS.

ρος (4), ἀλλὰ καὶ τὸ ἑλληνίζειν ἐς ἄκρον ἐσπουδακυῖα, καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελετήτως ἔχουσα, καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς τέχνας εὖ ἀναλεξαμένη, καὶ τοὺς Πλάτωνος διαλόγους καὶ τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς τετρακτύος τῶν μαθημάτων (5) πυκάσασα (δεῖ γὰρ ἐξορχεῖσθαι ταῦτα, καίπερ ταυτολογία [ἴσ. εἰ καὶ περιαυτολογία] τὸ πρᾶγμα, ὅσα ἡ φύσις καὶ ἡ περὶ τὰς ἐπιστήμας σπουδὴ δέδωκε, καὶ ὁ Θεὸς ἄνωθεν ἐπεβράβευσε, καὶ ὁ καιρὸς συνεισήνεγκε)· βούλομαι διὰ τῆσδέ μου τῆς γραφῆς τὰς πράξεις ἀφηγήσασθαι τοῦ 'μοῦ πατρὸς, οὐκ ἀξίας σιγῇ παραδοθῆναι, οὐδὲ τῷ ῥεύματι τοῦ χρόνου παρασυρῆναι, καθάπερ εἰς πέλαγος ἀμνημοσύνης· ὅσας τε τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος κατεπράξατο, καὶ ὅσας πρὸ τοῦ διαδήματος ἔδρασεν, ἑτέροις βασιλεῦσιν ὑπηρετούμενος.

Ταύτας δὲ λέξασα ἔρχομαι, οὐχ ὡς ἐπίδειξίν τινα τῆς περὶ λόγους ποιουμένη ἀσκήσεως, ἀλλ' ὡς ἂν μὴ πρᾶγμα τηλικοῦτο τοῖς ἔπειτα γενησομένοις καταλειφθείη ἀμάρτυρον. Ἐπεὶ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ μή πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθείη, καὶ τῇ μνήμῃ παραδοθείη, τῷ τῆς σιωπῆς ἀποσβέννυται σκότῳ. Ἦν γὰρ ὁ ἐμὸς πατὴρ, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα ἔδειξεν, ἐπιστάμενος ἄρχειν, καὶ ὑπείκειν, ἐς ὅσον χρὴ, τοῖς ἄρχουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκείνου πράξεις προελομένη συγγράφειν, δέδοικα τὸ ὑφορμοῦν τε καὶ ὑποτρέχον· μή ποτε λογίσαιτό τις τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς συγγράφουσαν τὰ ἑαυτῆς ἐπαινεῖν, καὶ ψεῦδος ἅπαν δόξῃ τὸ τῆς ἱστορίας πρᾶγμα. Καὶ ἐγκώμιον ἄντικρυς, εἴ τι τῶν ἐκείνου θαυμάζοιμι· εἰ δέ που αὐτὸς ἐνέγκοι, καὶ τὸ πρᾶγμα βιάζοιτο, ὥστε καθάπτεσθαί τι καὶ τῶν ἐκείνου· οὐ δι' ἐκεῖνον, [ἀλλὰ] διὰ τὴν τῶν πραγμάτων

A studio complexa, et rhetoricarum exercitationum nequaquam expers; Aristotelicis quoque in artibus, et Platonicis in libris opera navata, nullaque non culta disciplinarum quatuor quibus fingi ornarique mentes eleganter institutorum solent (liceat enim hæc pene insolentius mihi commemorare de meipsa quæ vel ingenio vel studio, vel Dei dono, vel occasionis felicitate in me bona convenerunt ad hujus scriptionis munus sive defungendum sive commendandum) non inutilia decrevi mandare litteris res mei patris, tum quas jam sceptri potens propriis auspiciis, tum quas ante diadema aliis principibus obsequens gessit, neutras sane dignas quæ silentio damnatæ flumini temporis in oblivionis pelagus exportandæ permittantur.

B Appuli autem ad hanc cogitationem animum, non spe aut cupiditate ulla facultatis ostentandæ; sed una sollicitudine transmittendæ in notitiam posteritatis memoriæ tantorum eventuum, quantis et quam variis patris mei vita contexta est, hominis in utraque fortuna probati, quique tum imperandi, tum imperantibus obsequendi, quatenus fas est, atque oportet, peritum sese rebus ipsis et experimentis demonstravit. Porro ista taliaque quantacumque sint, nisi testimonio scriptorum memoriæ commendentur, plane silentii tenebris exstincta pereant. Cæterum in ipsis auspiciis negotii lubrici atque in contrariarum reprehensionum offensiones C expositi, vereri subit ne me aliquis patris mei res gestas describentem, ubi quidem commendabile aliquid attulero, mentiri liberaliter existimet, et veritatis damno domesticæ ac propriæ gloriæ ser-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Junioris. Εἶχε μὲν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας οὐχ ὁ τῆς πορφύρας βλαστὸς, ἀλλ' ὁ Μακεδών. V. Notata ad pag. 166.

224 (4) *Γραμμάτων οὐκ ἄμοιρος*. Nicetas Choniates in Joanne Comneno n. 3, de Annæ nostræ eruditione; Ἥτις δὴ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐῤῥύθμιστο μάθησιν. Zonaras in Alexio, de Nicephoro Bryenio, et Anna conjuge: Ἦν γὰρ καὶ λόγοις προσκείμενος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος δὲ οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου, τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν, καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. Ταῦτα δὲ προσεγένετο φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ. Προσετεθείκει γὰρ τοῖς βιβλίοις, καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὡμίλει αὐτοῖς.

(5) *Τετρακτύος τῶν μαθημάτων*. Sic Synesius epist. 140, et Constantinus Porphyrog. in Basilio, cap. 51, τετρακτὺν τῶν ἀρετῶν dixerunt, *quadrifariam virtutem*. Senator, lib. VI, epist. 3. Hic vero μαθηματικῆς τετρακτύν, de qua Ignatius diac. in Vita S. Nicephori patr. CP. cap. 15, seu quatuor mathematicæ partes intelligit Anna, quas se attigisse haud leviter non uno loco profitetur, astrologiam, geometriam, arithmeticam et musicam, quas Μαθήματα Græci veteres appellant, ut auctor est A. Gellius, lib. I, c. 9. Elogium S. Panteleemonis:

Τοῦτον διαπρέποντα τοῖς θεοῖς λόγοις,
Ὅλην διαρκῶς τῶν μαθημάτων τρίβον
Τὸ τηνικαῦτα ταῖς ἐπιστήμαις πρόμῳ
Εὐφροσύνῳ δίδωσι, etc.

Carmen de Carolo Magno apud Canisium:

Et priscos superat dialectica in arte magistros,
Quatuor ast alias artes, quæ jure sequuntur,
Discernit simili rerum ratione magistra.

Atque inde *Litteræ quadriviales* dicuntur Mathematicæ scientiæ Thomæ Cantipratano, *Quadrivialia* in Charta R. cardinalis an. 1215, pro reformatione Academiæ Parisiensis: *Non legant in festivis diebus* D *nisi philosophos, et rhetoricas, et quadrivialia, et barbarismum, et ethicam, et quartum Topicorum*. *Quadrivium* cæteris scriptoribus ævi medii passim. Hugo Flaviniac. abb. an. 753: *Intrat ex hoc quadrivium, ubi cubos arithmeticæ, sonos musicæ, modos geometriæ, radios astronomiæ perspicaci percipiens mente, ad perfectionem duplicis thesis, id est, theoriæ pervenit et practicæ*. Wibertus in Leone IX PP. *Quippe quadrivium naturali ingenio vestigantes degustarunt*. Matth. Paris. an. 1252: *Vir quidem in trivio et quadrivio excellentissimus*. Et mox, *Omnem trivii et quadrivii noverat difficultatem*. Ubi per *trivium*, grammaticam intelligit, rhetoricam et dialecticam. Wibertus loco citato, *nempe ut primum competit rudibus, decurso artium trivio, non solum claruerunt prosa et metro*, etc. Epitaph. Gisleberti Crispini abbat. Westmonast. an. 1114.

Mitis eras, justus, prudens, fortis, moderatus,
Doctus quadrivio, nec minus in trivio.

Vide J. Tzetzem Chil. II, cap. 377, et Senatorem lib. I, epist. 45.

vire: sin contra res ipsa coegerit ut minus inter dum probari dignum memorem quidpiam, non desit ex istis ad maledicendum prodis qui Chami exemplum illius paternæ ignominiæ traductoris, usque ab Noe repetitum in me impingat. Per has ego utrimque positas insidias sic parato pergam animo, ut susdeque habita impotentia cæcarum ad recti pravique dijudicotionem mentium, quæ invidia maleque dicendi libidine præcipites ex æquo in omnia incurrunt; culpæque (ut Homerus habet) expertia pectora culpant, officium historicæ professionis utique teneam, quod favore pariter atque odio interdicit ei qui ad memoriam gestarum rerum litteris tradendam operam profitetur suam; jubetque ex æquo dispensare vituperationes ac laudes etiam maximas in eos qui merentur; nullo amicitiæ necessitudinisve hostilitatis simultatisve discrimine. Itaque et sperare hostes et timere cives atque amicos jubeo, auditurum a me quemque pollicita prout suis recte secusve consultis ac factis promeritus erit. Utrosque autem, nempe quos reprehensione præstrictos offendero, quosque forte laudatione delinitos mihi conciliavero, moneo ne potius ex meo judicio, quam ex veritate ac fide rerum ipsarum gaudendi causas dolendive capiant; nec mihi publicæ memoriæ interpreti, atque in conscientia oculatorum testium, qui partim hodieque vivunt, partim hodie viventium patres aut avi fuerunt, affirmationis meæ receptum ac firmamentum paratum habenti, imputandum puteat, quamcunque in partem narratio mea propenderit, veritati actorum exacte respondens.

A φύσιν δέδοικα πάλιν τοὺς φιλοσκώμμονας, μή μοι τὸν τοῦ Νῶε Χὰμ ἐπενέγκοιεν· ἐποζ αλμοι ἅπαντες πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ καθορῶντες τὸ καλῶς ἔχον [ὑπὸ βασκανίας] καὶ φθόνου, καὶ τὸν ἀναίτιον (καθ' Ὅμηρον [5*]) αἰτιόωνται. Ὅταν γὰρ εἰς τὸ τῆς [τις τὸ] ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ, ἐπιλαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους· καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δ' ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦ καθ' ὑποδεικνύωσι [τοῦθ' ὑποδεικνύωσι]. Διόπερ οὔτε τῶν φίλων καθάπτεσθαι, οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτους κἀκείνους, καὶ τοὺς πληττομένους ὑφ' ἡμῶν, καὶ τοὺς ἀποδεχομένους ἡμᾶς, παραμυθησαίμην ἂν ἀπὸ τῶν πραγ- B μάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἑωρακότων τὰ πράγματα· αὐτούς τε καὶ τὰ πράγματα μαρτυρουμένη. Ἐνίων γὰρ τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων οἱ μὲν πατέρες, οἱ δὲ πάπποι ἐγένοντο, οἱ τούτων συνίστορες.

Nunc quæ mihi occasio exquisitiorem rerum gestarum patris mei cognitionem paraverit exponendum est. Maritus mihi fuit legitimo ritu conjunctus Nicephorus Cæsar, generis seriem ad Bryenios referens, vir et formæ præstantia et consummatione prudentiæ, et perfectione doctrinæ, longe supra omnes quiqunc erant, antecellens. Miraculum prorsus oculis videntium auribusque auscultantium offerens. Sed ne de via excursus me quidam efferat, age quod nunc opus est reddamus. Ilic inter omnes illustrissimus cum militarem operam Joanni Augusto navaret fratri meo, tum aliis adversus Barbaros bellis, tum illo quod in eos gessit qui Antiochiam obtinebant, ne inter ipsos quidem expeditionis labores carere litteris sustinens, commentandi vices prout res sinerent negotiorum turbis inserebat. Qua diligentia cum alia perfecit luce laudeque digna, tum potissimum incubuit in opus quod complecteretur Acta imperatoris Romanorum Alexii patris mei, id ab eo Augusta efflagitante. Quoties igitur laxamenti aliquid ac spatii labor illi militaris dabat, totum illud rarum otium subsecivorum temporum ex intervallis constanti perseverantia dicabat elucubrandis libris, quibus res ab Alexio, præsertim jam imperante, gestas ad memoriam exponeret, initio scriptionis usque ab Romani Diogenis ætate repetito (prout ab ipso eadem auctor istius consilii domina nostra contenderat); inde secundo fluxu temporum rem ad

Μάλιστα δὲ εἰς τὴν ἱστορίαν ἐλήλυθα τῶν τοῦ πατρὸς πράξεων ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. Ἐμοὶ ἀνὴρ ἐγένετο κατὰ νόμους συναφθεὶς ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος (6), εἰς τὴν τῶν Βρυεννίων σειρὰν ἀναγόμενος· C ἀνὴρ καὶ κάλλους ὑπερβολῇ, καὶ συνέσεως ἀκρότητι, καὶ λόγων ἀκριβείᾳ μακρῷ τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερβάλλων. Θαῦμα γὰρ ἦν ἄντικρυς καὶ ὁρώμενος, καὶ ἀκροώμενος. Καὶ ἵνα μὴ ὁ λόγος τῆς λεωφόρου ἐκτρέποιτο τὸ παρὸν, τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα. Ἦν μὲν οὖν ἐν πᾶσιν ἐπιφανέστατος, συνεστράτευσε δ' Ἰωάννῃ τῷ αὐτοκράτορι ἐμῷ ἀδελφῷ, καὶ κατ' ἄλλων μὲν Βαρβάρων ἔχοντι τὴν Ἀντιόχου πόλιν. Ἀλλ' ὅ γε Καῖσαρ, οὐκ εἰδὼς ἀμελεῖν τοῦ λόγου καὶ ἐν κόποις καὶ πόνοις, συνέγραφε μὲν καὶ ἄλλα τὰ συγγράμματα [τινὰ συγ.] μνήμης καὶ λόγου ἄξια· προείλετο δὲ μάλιστα τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξιον, τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων, καὶ ἐμὸν πατέρα συγγράψαι ἐξ ἐπιταγῆς τῆς βασιλίδος· καὶ ἐν βίβλοις ἐνθεῖναι τὰς πράξεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐν ᾧπερ D ὁ καιρὸς ἐδίδου τούτῳ, τῶν ὅπλων καὶ τοῦ πολέμου βρά τι [βραχύ τι] ἀπαλλαγέντι, ἐπιβλέψαι πρὸς συγγραφὰς καὶ λογικούς τινας πόνους. Καὶ δὴ καὶ ἤρξατο τῆς συγγραφῆς, εἰς τοὺς ἀνέκαθεν ἀνενέγκας χρόνους τὸν λόγον, τῷ τῆς δεσποίνης ἡμῶν κἀν τούτῳ ὑπείκων προστάγματι. Ἀπὸ διο. τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, ἀρξάμενος, καὶ καταβαίνων εἰς αὐτὸν ἐκείνοις [ἐκεῖνον], περὶ οὗ τὴν πρότασιν ἐποιήσατο. Τότε γὰρ καὶ ἀνθοῦν εἶχεν ὁ χρόνος τὸν ἐμὸν πατέρα μειράκιον παραγγείλαντα. Τὸ γὰρ πρὸ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5*) *Iliad.* α, v. 653.

(6) Ὁ *Καῖσαρ Νικηφόρος*, de quo nonnulla attigimus in stemmate Comnenico. (*Vide in Joanne Cinnamo, Patrologiæ t. CXXXIII.*)

τοῦδε οὐδὲ μειράκιον ἦν. Καὶ οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον A συγγραφῆς αὐτῷ πέπρακτο, εἰ μή τις ἐγκώμιον λόγου καὶ τὰ παιδικὰ αὐτῷ θήσοιτο. Ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τῷ Καίσαρι τοιοῦτος, ὡς ἡ τούτου ξυγγραφὴ βούλεται. Οὐ μὴν τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέβηκεν, οὐδὲ τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἐτελεώσατο· ἀλλὰ μέχρι τῶν χρόνων τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου τὸν λόγον ἐφελκυσάμενος, ἐκεῖσε τοῦ συγγράφειν ἐπαύσατο, περαιτέρω τοῦ καιροῦ μὴ διδόντος προκόψαι τὴν συγγραφήν· ζημίαν μὲν τοῖς ὑπὸ τὴν συγγραφὴν πράγμασι περιποιησαμένου, ἡδονὴν δὲ ἀποστερήσαντος τοῖς ἀναγινώσκουσι. Διὰ τοῦτο αὐτὴ ὅσα τῷ ἐμῷ πατρὶ πέπρακτο συγγράψασθαι προειλόμην, ἵνα μὴ τοιαῦτα ἔργα τοὺς ἐς ὕστερον παραδράμῃ. Οἵαν μὲν γὰρ εἶχον τὴν ἁρμονίαν, B ὁπόσην δὲ τὴν χάριν οἱ τοῦ Καίσαρος λόγοι, ἴσασιν ἅπαντες οἱ τοῖς ἐκείνου ἐντετυχηκότες συγγράμμασιν. Ἀλλὰ μέχρι τούτου ἐλθὼν, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸ σύγγραμμα σχεδιάσας, καὶ ἡμιτελὲς ἐκ τῆς ὑπερορίας κομίσας ἡμῖν· συναπεκόμισεν (οἴμοι!) καὶ θανάσιμον νόσημα, τάχα ἐκ τῆς ἀπείρου κακοπαθείας, τάχα ἐκ τῶν συχνοτέρων στρατηγημάτων, τάχα ἐκ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἀφάτου μερίμνης. Μέριμνα γὰρ ἔμφυτος, καὶ πόνοι ἀνένδοτον [ἀνένδοτοι]· πρὸς δὲ καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαι (7) τε καὶ κακότητες, ποτήριον αὐτῷ θανάσιμον ἐκεράσαντο. Ἔνθεν μὲν γὰρ εἰς Σύρους καὶ Κίλικας δεινῶς νοσῶν ἐξεστράτευον [ἐξεστράτευεν]· εἶτα κἀκεῖθεν Συρία τοῦτον μὲν ἀπέδωκεν ἀῤῥωστοῦντα, Κίλικες δὲ Παμφυλίοις, Παμφύλιοι δὲ τοῖς Λυδοῖς, καὶ ἡ Λυδία τῇ C Βιθυνίᾳ, καὶ ἡ Βιθυνία τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ ἡμῖν, ἐξῳδηκότα ἤδη τὸ σπλάγχνον ἐκ τῆς πολλῆς κακοπαθείας. Καίπερ δὲ οὕτως ἔχων ἀσθενείας, καὶ θέλων τὰ συμπεσόντα οἱ ἐκτραγῳδεῖν· τὸ μὲν ὅτι νοσῶν οὐκ ἠδύνατο, τὸ δὲ ὅτι καὶ παρ' ἡμῶν ἐκωλύετο, ὡς μὴ τὸ τραῦμα ἂν ῥήξοι διηγούμενος.

eum perducens quem celebrandum præcipue susceperat. Diogenis siquidem imperio efflorescere cœpit præclara mei patris indoles tum primum adolescentiam ingressi : ante quam scilicet ætatem, nisi si quis bullis et crepundiis laudandis abuti otio styloque velit, nihil esse fere in hominibus magnopere commendandum solet. Hoc illi argumentum, hoc propositum scribendi fuit : cæterum ejus spei non est compos factus : nec enim patrare inceptum et suis numeris ac partibus Historiæ inchoatæ corpus absolvere ipsi licuit. Verum ad tempora imperatoris Nicephori Botaniatæ narratione perducta, ibi tempore exclusus desiit, magno et Historiæ et lectorum damno, propter lucem quam ab ejus ingenio accipere maximam res gestæ poterant; et voluptatem quam ex lectione cultissimi operis eruditi oculi merito sperarent. Miram siquidem ejus fuisse quamdam tum in orationis structura concinnitatem, tum elocutionis ac styli suavitatem, facile mihi assentiuntur omnes quicunque ipsius elegantiæ capere specimen quoddam cujusvis ex illius opusculis lectione potuerunt. Tanta vero intercepta spe, ne vel acta patris mei scriptoris qualiscunque suffragio, vel scripta mei conjugis peregre ac tumultuario inter militiæ strepitus deproperata, nec perfecta, coronide ac luce publica in perpetuum carerent, ausa ego sum, aut potius pene coacta, succenturiare ad istum laborem operam meam viro deficienti. Nam is simul cum hisce quas dixi schedis, lethalem, heu mihi! secum ab expeditione morbum domum ad nos rediens pertulit : forte contractum ex duritie victus ac cultus, qualem asperitas vitæ militaris individuam habet comitem : forte ex contentionibus ac crebra fatigatione prœliorum, quotidianarumque pugnarum : forte ex incredibili nostri amore ac cura quæ illum assiduo desiderio coquebat. Nisi verius dixerim, hæc simul omnia, curam penitus insitam, jactationem remissionis expertem, cœli ac tempestatum varietatem, infestosque casus, tot causas in tantæ virtutis exitium conspirantes, lethale ipsi, proh dolor! miscuisse poculum. Utut sit, cum expeditionis adversus Syros et Cilicas comes ac particeps, adversa licet valetudine revocante, diu obfirmato animo perseverasset, victus tandem ingravescente vi languoris, ac domum aliquando respicere coactus, e Syria primum relatus æger in Ciliciam, inde per Pamphyliam, Lydiam et Bithyniam longa denique jactatione regiæ urbi ac nobis est redditus, tumefactis intestinis per assiduam laboris improbi patientiam. Quo ipso in statu cum narrare tamen cuperet quæ sibi ea expeditione contigissent, partim prævalente morbo non potuit, partim prohibitus a nobis est, merito verentibus ne contentione narrandi vulnus rumperet fatumque maturaret.

Ἐγὼ δ' ἐνταῦθα [τούτων] μένη [μεμνημένη], D σκοτοδίνης ἐμπέπλαμαι τὴν ψυχὴν, καὶ ῥείθροις δακρύων περιτέγγω τοὺς ὀφθαλμούς. Ὢ οἷον Ῥωμαίων ἀπόλωλε βούλευμα! Ὢ πείρας μὲν ἀκριβεστάτης περὶ τὰ πράγματα, καὶ ὅσην ἐκεῖνος συνείλοχε! λόγων δὲ ἐπιστήμης, ποικίλης δὲ σοφίας, λέγω δὴ τῆς θυραίας καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς! Ὢ

Mihi vero funesti temporis illius memoriam hoc loco relegenti caligine ac tenebris oppletur animus, lacrymisque torrentibus oculi exundant. O quantum res Romana consiliorum auctorem in Cæsare Bryenio perdidit! Quis majorem sibi unquam experientiam paraverat gerendarum rerum ipso usu ac tractatione jam gestarum? Quis item

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(7) *Ἀέρων ἀνωμαλίας*, Anna lib. I : Περιέχοντος ἀνωμαλίας. Theophrast. lib. VI *De causis plantarum*, Ἀνωμαλία τοῦ ἀέρος καὶ τῆς τροφῆς. *Inæqualitas aeris*, in Decretis Liberii PP. et in Capit. Caroli Magni, cap. 118. *Inæqualitas vitæ*, apud Jul. Firmicum, l. V *Mathes*. cap. 5. *Inæqualitas corporis*, apud Attonem Vercellensem episc. in Capitul. c. 54.

meditatione scientiarum lectioneque ac eruditione varia, sive externam sive nostratem malis, eodem hoc instructior? Jam quis gratiæ lepos ex tota efflorescens perque totam effusus compagem membrorum, specie ac forma non solum, quod dici solet, digna imperio, sed divinam quampiam spirante majestatem? Equidem ignara malorum non sum, aliis passim a pueritia gravibus et multis exercita casibus. Ubi enim quis exceperit nascendi felicitatem, augustos parentes, et purpuram in qua reptare mihi contigit, cætera quidem nostra si attenderit facile agnoscet: fortunam statim a regiis illis, quas dixi, cunis ac fasciis, quasi post modicum et perfidum arrisum, repente obnubilato vultu in vitam deinde meam reliquam nihil nisi nimbos et procellas immisisse. Quibus enim, heu me! quantisque jactata fluctibus, quam sævis ac vehementibus incursibus impulsibusque concussa sum! Orpheum ferunt dum caneret concitasse in motum rupes ac silvas, cæteramque naturam sensus expertem. Timotheum quoque tibicinem ubi carmen, quod Orthium vocant, coram esset Alexandro modulatus, ita imis sensibus permovisse Macedonem, ut is ad arma repente ac gladium rueret. Ego si meas calamitates explicare pergerem narrando, non equidem ad progressionem aut cursum, neque ad arma pugnamve, sed certe ad lacrymas speraverim me commoturam auditorem. Auditorem dico? etiam animal quodvis, etiam res animæ ac sensus expertes me in commiserationis sensum tali oratione adacturam crederem. Verumtamen cum illa tanta tamque varia sint quæ sum in vita perpessa, tum inter illa tamen tantum eminet inopinatissima mors mei Cæsaris, itaque mihi penitus in medullas animi pervasit id vulnus, ut mala priora omnia ad eum collata casum guttæ instar ac stillæ habere soleam ad pelagus Atlanticum fluctusve Adriaticos comparatæ. Nimirum illa præludebant tanto majori ac multo maximæ cladi prooemia rudimentaque miseriarum, fumus illa hujus ignis fuerant, neque tum cum illa paterer prævius duntaxat et tolerabilis afflabat vapor immensi adhuc distantis incendii, cujus nunc me demum præsens flamma consumit. O ignem sine materia flagrantem! ignem penetralibus animi secretissimis arcana face subditum! et urentem quidem, non consumentem tamen! Ignem qui cor ita concremat, ut speciem relinquat viventis ejus adhuc et vigentis, tum maxime cum usque ad ossa medullasque, cum usque ad divisionem animæ ac spiritus vis ejus flammæ penetraverit! Sed jam me sentio perturbatione familiari elatam in questus alienos a proposito. Fecit

A καὶ χάριτος ἐπιτρεχούσης τοῖς μέλεσι, καὶ εἴδους οὐκ ἀξίου τυραννίδος (ὥς τινες λέγουσιν (8)) ἀλλὰ καὶ θειοτέρας καὶ κρείττονος! Ἔγωγ' οὖν καὶ πολλοῖς ἄλλοις προσωμιλήκειν δεινοῖς (9), ἐκ μέσων τῶν πορφυρόθεν σπαργάνων, ὡς οὕτως εἰπεῖν, καὶ τύχαις ἐχρησάμην οὐκ ἀγαθαῖς· εἰ μή τις θεῖτο τύχην οὐκ ἀγαθὴν καὶ προσμειδιῶσάν μοι τήν τε γειναμένην αὐτὴν καὶ τὸν τεκόντα τοὺς αὐτοκράτορας, καὶ τὴν πορφύραν ἐφ' ἧς ἐβλάστησα· τὰ γὰρ ἄλλα, φεῦ τῶν κυμάτων! φεῦ τῶν ἐπαναστάσεων! Ὀρφεὺς μὲν οὖν ᾄδων καὶ λίθους ἐκίνει καὶ ξύλα, καὶ τὴν ἄψυχον ἁπλῶς φύσιν· Τιμόθεος (10) δὲ ὁ αὐλητὴς τὸν ὄρθιόν ποτε Ἀλεξάνδρῳ αὐλήσας, εἰς τὰ ὅπλα παραχρῆμα καὶ τὸ ξίφος ἐκίνει τὸν Μακεδόνα. Τὰ δέ γε κατ' ἐμὲ διηγήματα B οὐ τοπικήν τινα κίνησιν, οὐδὲ πρὸς ὅπλα καὶ μάχην, ἀλλ' ἐς δάκρυα τὸν ἀκροατὴν συγκινήσειε· καὶ οὐκ αἰσθητικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄψυχον φύσιν εἰς πάθος καταναγκάσῃ. Τὸ μέντοι πάθος τὸ περὶ τὸν Καίσαρα, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν ἀνέλπιστος θάνατος, αὐτῆς μου καθίκετο τῆς ψυχῆς, καὶ ἐς βάθος τὸ τραῦμα εἰργάσατο. Καὶ ἡγοῦμαι τὰς προειληφυίας συμφορὰς πρὸς ταύτην τὴν ἄπληστον συμφορὰν ψεκάδα ὡς ὄντας (ὄντως) πρὸς ὅλον Ἀτλαντικὸν πέλαγος, ἢ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους τὰ κύματα. Μᾶλλον δὲ, ὡς ἔοικεν, ἦσαν ἐκεῖναι τούτων προοίμια· καί με προκατελάμβανεν ὁ καπνὸς τοῦ καμιναίου τούτου πυρὸς, καὶ ὁ καύσων ἐκεῖνος τῆς ἀῤῥήτου ταύτης φλογώσεως, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν πυρὸς τῆς ἀφάτου C πυρκαϊᾶς. Ὦ πυρὸς ἄνευ ὕλης ἀποτεφροῦντος! πυρὸς ἐν ἀποῤῥήτοις δᾳδουχουμένου! καὶ καίοντος μὲν, μὴ καταφλέγοντος δέ· καὶ τὴν καρδίαν [μὲν] περιφρύγοντος, δόξαν δὲ παρέχοντος, ὅτι οὐ συνεφρύγημεν· καίτοι μέχρις ὀστέων, καὶ μυελῶν, καὶ μερισμοῦ ψυχῆς τὰς πυρακτώσεις δεξάμενοι. Ἀλλὰ γὰρ ἐμαυτῆς αἰσθάνομαι, διὰ ταῦτα παρενηνεγμένης τοῦ προκειμένου. Καὶ ὁ Καῖσάρ μοι ἐπιστὰς, καὶ τῇ τοῦ [τὸ τοῦ] Καίσαρος πένθος, πένθος μοι ἐπέσταξε διωλύγιον. Ἀποψήσασα οὖν τὸ δάκρυον τῶν ὀμμάτων, καὶ ἐμαυτὴν ἀναλεξαμένη τοῦ πάθους, τῶν ἑξῆς ἕξομαι, διπλᾶ (κατὰ τὴν τραγῳδίαν [11]) κερδαίνουσα δάκρυα, οἷον ἐπὶ συμφορᾷ συμφορᾶς μεμνημένη· τὸ γὰρ εἰς μέσον προθεῖναι τοιούτου βασιλέως ὑπόθεσιν, καὶ τοσούτου D πρὸς ἀρετὴν, ἀνάμνησίς ἐστι καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον θαυμάτων· ἅπερ κἀμὲ πρὸς δάκρυα θερμότατα καταφέρει, μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης δακρύουσαν. Τὸ γὰρ ἐκείνου μεμνῆσθαι, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν εἰς μέσον ἄγειν, ἐμοὶ μὲν θρήνων ὑπόθεσις, τοῖς ἄλλοις δὲ ζημίας ἀνάμνησις. Ἀρκτέον τοίνυν ἐνθένδε τῆς ἱστορίας τοῦ 'μοῦ πατρὸς, ὅθεν καὶ ἄρχεσθαι ἄμεινον· ἄμεινον δὲ ὅθεν σαφέστερός τε καὶ ἱστορικώτερος ὁ λόγος γενήσεται.

Car. Dutresnii Du Cangii notæ.

(8) Porphyr. Περὶ εἴδους Stobæus λόγῳ ξγ'. Athen. l. XIII ex Euripide.

(9) *Ἄλλοις προσωμιλήκειν δεινοῖς.* Annæ calamitates ex parte narrat Nicetas in Joan.

(10) *Τιμόθεος.* Timothei Citharœdi præclarum exstat elogium apud Himerium Sophistam.

(11) Eurip. *Hecub.* v. 518

hoc Cæsar meus fortuita recordatione admotus sensibus, ægroque adhuc animo rursus impositus ad luctum æternum et nulla consolatione procurabilem. Abstergam tamen lacrymas ab oculis, mentemque ut potero a luctu ac lamentatione revocatam instituto reddam operi. Cujus ipsius tamen operis ipsa defunctio meditatioque cum novarum mihi suggerat lacrymarum fontem alterum, duplices nempe, ut tragœdia loquitur, lacrymas lucrabor, quippe quæ quasi ad deliniendum cladis unius sensum, cladis alterius recordationem ad vocem, mortis nimirum patris mei. Sane scriptio ipsa Vitæ imperatoris tanti, totque virtutibus exornati viri, gustum videlicet ex intervallo renovatura est admirabilium earum rerum quarum conspectus fructusque ipso imperante beabant homines : quæque tristi me miseram nunc desiderio conficiunt, manareque cogunt jugibus lacrymis, sed mihi cum orbe universo communibus, ut arbitror, futuris. Describere siquidem atque oculis subjicere imaginem imperii Alexii, mihi quidem privatim mentione domestici luctus lamentabile argumentum fuerit : idem tamen et aliis nihilominus admonitione publicæ jacturæ funestum erit ac lacrymabile. Verum aliquando inchoanda est Historia rerum patris mei; et quidem ab eo loco inchoanda, unde accersita narratio dilucidior distinctiorque futura est.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Α'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIB. I.

1 ARGUMENTUM.

Alexii res gestæ ante imperium : et causæ belli quod deinde gessit cum Roberto Calabriæ duce.

PERIOCHE.

Alexii rudimenta militiæ sub Romano Diogene Augusto, quem adversus Persas expeditionem suscipientem secutus, ab eo ad matrem, morte recens nuntiata Manuelis Comneni mærentem, e via remittitur. Urselius sub Duca Michaele imperio formidabilis, ex humili fortuna potens, manu strenuus, multos duces vincit. Alexius postquam fratris auspiciis res gerens fortitudinem probavit, proprio exercitui præpositus Urselium in arctum cogit. Is Tutachum Barbarum sibi adjungere conatur. Sed præoccupatus ab Alexio Tutachus, Urselium vendit, pecuniæ pactæ obsidibus acceptis. Alexius inops pecuniæ Amasenos 2 *rogat ut eam numerent. Ii in seditionem concitantur, quæ Alexii prudentia sedatur. Simulatur excæcatio Urselii. Pecuniam Amaseni conferunt. Alexii reditus in urbem, ubi cum Urselio debellatum fuit. Admiratio Doceani visis oculis Urselii. Nicephorus Bryenius imperium invadit. Occiduum omnem limitem sibi obnoxium habet. Ejus forma, indoles, fortitudo. Miserrimus status Romanæ militiæ. Alexius contra Nicephorum mittitur, cum exiguis copiis, quarum paucitatem consilio supplet. Alexii et Bryenii comparatio. Acies utriusque quomodo structa. Prælium committitur. Bryeniani in insidias ruunt. Joannis Bryenii fortitudo. Alexii phalanx fracta. Præceps consilium Alexii a Theodoto correctum. Scythæ victores in prædam versi. Causæ cladis Bryenianorum. Equum Bryenii regie phaleratum Alexius a se captum Bryenium cecidisse persuadet. Id plurimum ad victoriam prodest. Nimia securitas Bryenianis nocet. Franci ad Bryenium transeunt. Turci Bryenianos a successu parum cautos invadunt cum magna pernicie ipsorum. Specimen roboris Bryenii. Bryeniani fusi. Bryenius capitur. Alexii clementia, ipsi periculosa. Excæcatio Bryenii non imputanda Alexio. Basilacius quis et quam potens. A Dyrrachio ad Thessalonicam omnia obtinet. Ejus dotes animi et corporis. Castra ingeniose ab Alexio ad Bardarum amnem. Irruptio nocturna Basilacii in castra Alexii. Alexius cur Blæsus dictus. Jussu matris seniorem monachum in cubiculo secum habuit quoad uxorem duxit. Alexii pugna nocturna felix contra Basilacium. Alexii in summo æstu prælii mire tranquilla præsentia mentis. Manuel Basilacii frater a Curtricio capitur. Basilaciani fugiunt Thessalonicam cum duce suo. Quæ urbs brevi portas aperit Alexio. Basilacius in arcem confugit. Ibi proditione suorum captus deditur Alexio,*

Is eum ministris Botaniatæ tradit a quibus excæcatur. Alexius acclamatur Sebastus in senatu. Imprudens consilium Michaelis Ducæ filiam Roberti Normani filio suo despondentis. Roberti patria, fortuna, indoles, dotes animi et corporis. E latrone fit gener Mascabelis ducis valde potentis in Italia. Socerum proditione capit, excruciat, excæcat. Ejus ditione potitur, fines propagat. Imperium affectat. Prætextu ad id utitur Pseudo-Michaelis monachi. Quem ipse subornarat. Status rerum Europæ Roberto commodus. Pontifex Romanus et imperator Germaniæ inter se infensi Roberti gratiam ambiunt. Fœdus icit cum pontifice. Cujus preces eludit. Rei suæ intentus. Baimundus Roberti filius patri simillimus. Aulonem occupat, lateque circum vastat omnia. Gaitæ uxoris Roberti virilis animus. Robertus Brundusium venit. Raül legatus a Roberto Constantinopolim missus. Inde revertens dissuadet bellum, et iram in se Roberti vertit, quam fuga declinat. Pseudo-monachi rectoris impotentia. Roberti vafra simulatio. Navium et militum Roberti numerus. Brundusium cur trajectui electum a Roberto. Corypho urbs a Roberto occupata. Monomachatus factione Borili et Germani amandatus Dyrrachium. Alexio pecunias negat. Roberto spem facit Dyrrachii dedendi. Exarchos præterea Dalmatas sibi conciliat

---

ΑΛΕΞΙΑΣ Α'

3 Imperator Alexius pater meus etiam ante sumpta principatus sceptra, magnum imperii Romani ornamentum et firmamentum fuit. Militiæ rudimenta posuit sub Romano Diogene: cui annorum non plus quatuordecim adolescens, laboriosissimam periculosissimamque in Persas expeditionem ducenti, summa voluntate se discriminum socium adjunxit: mirificam jam tum ad res bellicas fronte ipsa indolem præferens, periculisque promptissime adeundis, et cætera strenuitate facile ostendens sese, ubi pugnæ copia cum Barbaris fieret, magnas eorum strages gladio daturum.

Cæterum jam progressum aliquousque pietas, et principis imperium domum revocavit. Lugebat tum ejus mater primogenitum suum, Manuelem exstinctum, juvenem eximiæ fortitudinis, et maximis nuper rebus publice probatæ. Id reputans imperator Alexium pergere ulterius secum vetuit, ne matronæ miseræ calamitatem augeret in eam gravitatem, quæ consolationem deinde non caperet: si ei deliberanti, ubi filiorum alterum sepeliret, alter in incerta bellorum abduceretur, forte, ut sunt expeditionum longinquarum casus, ibi occubiturus, unde nec loci notitia pervenire ad matrem posset. Ea causa regredi Alexium coegit, sane perinvitum, et a commilitonum consuetudine ægre se avellentem. At tempus inde consequens abunde magnum bellicis ejus facinoribus æquor aperuit. Nam imperante mox Michaele Duca post abdicationem Diogenis, quanta esset fortitudo, probavit rebus adversus Urselium gerendis. Is Gallus genere, Romanæ pridem militiæ ascriptus, indulgentia fortunæ in magnum auctus, et opum, et insolentiæ modum, propriis jam sibi, nec iis con-

A 'Ο Βασιλεὺς 'Αλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ καὶ πρὸ τοῦ τῶν σκήπτρων ἐπειλῆφθαι τῆς βασιλείας μέγα ὄφελος (1) τῇ βασιλείᾳ 'Ρωμαίων γεγένηται. Ἤρξατο μὲν γὰρ στρατεύειν ἐπὶ 'Ρωμανοῦ τοῦ Διογένους· θαυμαστὸς γὰρ ἐφαίνετο ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν καὶ φιλοκινδυνότατος. Οὗτος γὰρ, τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους ὢν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, συνεκστρατεύειν ἠπείγετο τῷ βασιλεῖ Διογένει κατὰ Περσῶν βαρυτάτην ἄγοντι στρατιὰν, καὶ ἀπό γε τοῦδε μηνίματος ἀπειλὴν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐμφαίνων, καὶ ὡς εἰ συμπλακήσεται τοῖς Βαρβάροις τὸ ξίφος αὐτοῦ μεθύσει ἀφ' αἵματος· οὕτως ἦν φιλοπόλεμος ὁ νεανίσκος.

'Αλλὰ τότε οὐκ ἐξεχώρησεν ὁ αὐτοκράτωρ Διογένης αὐτῷ ξυνέπεσθαι, ἅτε πάθους καταλαβόντος B τὴν μητέρα βαρυτάτου· ἐθρήνει γὰρ τὸ τηνικαῦτα θάνατον τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Μανουὴλ (2), ἀνδρὸς μεγάλα καὶ ἀξιάγαστα ἔργα ἐνδεδειγμένου τῇ τῶν 'Ρωμαίων ἀρχῇ, καὶ ἵνα μὴ ἀπαραμύθητος εἴη ἐκείνη, τὸν μὲν τῶν υἱέων μηκέτι γινώσκουσα οὗ κατορύξειε, τὸν δὲ ἀποστέλλουσα ἐν πολέμοις, καὶ δεδοικυῖα μή τι ἀπαίσιον συναντήσοι τῷ νεανίσκῳ, καὶ οὐδ' οἷ γῆς πεσεῖται ἐπιγνώσεται. Διὰ ταῦτα ὑποστρέψαι πρὸς τὴν μητέρα τὸ μειράκιον 'Αλέξιον κατηνάγκασε, καὶ τότε μὲν ἀπελείφθη καὶ ἄκων τῶν συστρατευομένων. 'Αλλ' ὅ γε ἐφεξῆς καιρὸς πέλαγος ὑπανέῳξεν αὐτῷ ἀνδραγαθημάτων. Ἐπὶ γάρ τοι τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα μετὰ τὴν τοῦ Διογένους βασιλέως καθαίρεσιν ὅσος ἦν εἰς ἀνδρίαν, παρέδειξε τὰ κατὰ τὸν Οὐρσέλιον (3) πράγ- C ματα. Ἦν μὲν γὰρ οὗτος Κελτὸς ἀνέκαθεν τῇ στρατιᾷ 'Ρωμαίων κατειλεγμένος, εἰς δὲ μέγα τύχης ἐξογκωθεὶς καὶ δύναμιν συναθροίσας ἀμφ' αὐτὸν, καὶ στρατιὰν ἀξιόλογον, τῶν μὲν ἐκεῖθεν ὄντων ὅθεν καὶ αὐτὸς ὥρμητο, τῶν δὲ καὶ ἐξ ἄλλου γένους

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

225 (1) *Μετὰ ὄφελος*. Respexit illud Homeri Iliad. ρ'. Ὅς τοι πόλλ' ὄφελος γένετο, πτόλεϊ τε καὶ αὐτῷ Σῶος ἐών.

(2) *Μανουήλ*. V. Stemma Comnenicum.

(3) *Οὐρσέλιον*. V. Notas ad Bryennium (*Patrol.* tom. CXXVII).

παντοδαποῦ, βαρὺς ἦν αὐτόθεν τύραννος, πολλὰς δὲ ταλαντεύσεις λαβούσης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῶν Τούρκων καθυπερτερησάντων τῆς τύχης Ῥωμαίων, τῶν δὲ εἰς τὸ κατόπιν ὑπαχθέντων ὑπὲρ ψάμμου ποδῶν ὑποσπασθείσης. Τηνικαῦτα καὶ οὗτος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐπέθετο.

A temnendis copiis, partim ex ea gente, unde ipse oriundus erat, partim ex alio quovis genere collectis, pro se rem gerebat, nihil principali fastigio humilius spirans. Et erat idoneum constituendæ tyrannidi tempus nactus, quo Romana res haud dubiis inclinationibus in præceps vergens, Turcorum recenti victoria ferocium incumbente fortuna, plane ut lapsante in arena vestigio pugil, manu insuper, et obnixo impulsus impetu, vix se a casu sustinebat. Tali perturbatione rerum innata hominis ambitio, occasionis invitatione proritata, in apertam usurpandi regni audaciam erupit.

Καὶ ἄλλως μὲν ὢν τυραννικώτατος τὴν ψυχὴν, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐξαφθεὶς πρὸς καθαρὰν τυραννίδα διὰ τὸ κατηφὲς τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων, τὰ τῆς Ἑῴας πάντα σχεδὸν ἐληΐσατο. Πολλῶν δὲ πιστευθέντων τὸν μετ' αὐτοῦ πόλεμον ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβοημένων καὶ πεῖραν εἰσενεγκαμένων πλείστην πολέμου καὶ μάχης, αὐτὸς ὑπερπαίων ἐφαίνετο καὶ B τὴν ἐκείνων πολυπειρίαν, πῇ μὲν αὐτὸς προσβάλλων καὶ τρέπων, καὶ καθάπερ πρηστὴρ ἐμπίπτων τοῖς ἀντικαθισταμένοις αὐτῷ, πῇ δὲ καὶ συμμαχίαν λαμβάνων ἀπὸ τῶν Τούρκων, ἀνυπόστατος ἦν ταῖς ὁρμαῖς, ὥστε καὶ τῶν πάνυ μεγιστάνων τινὰς κατασχεῖν καὶ τὰς ἐκείνων κλονῆσαι φάλαγγας· ὅτε δὴ καὶ ὑπὸ τἀδελφῷ ἐτάττετο ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος, καὶ ἄντικρυς ὑπεστρατήγει τούτῳ τὰ στρατεύματα πάντα Ἑῴας καὶ Ἑσπερίου λήξεως ἐγκεχειρισμένῳ. Ἐπεὶ δὲ ἐν ἀμηχάνοις ἦν τὰ πράγματα τηνικαῦτα Ῥωμαίοις τοῦ Βαρβάρου τούτου δίκην κεραυνοῦ τὰ πάντα ἐπερχομένου, εἰς ἀξιόμαχον ἀντικατάστασιν ἐπινοεῖται ὁ ἀξιάγαστος οὗτος Ἀλέξιος, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ἀναδεδειγμένος· C ὃς δὴ καὶ πᾶσαν ἀνακινήσας φρόνησίν τε καὶ πολυπειρίαν, στρατηγικήν τε καὶ στρατιωτικὴν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ ταύτην συλλεξάμενος. Ἀλλὰ γὰρ διὰ τὸ πάνυ φιλόπονον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πανταχόθεν ἐγρηγορὸς εἰς ἄκρον ἐληλυθέναι στρατηγικῆς ἐμπειρίας τοῖς τῶν Ῥωμαίων λογάσιν ἔδοξεν, οἷον Αἰμίλιος ἐκεῖνος ὁ Ῥωμαῖος, ὁποῖος ὁ Σκηπίων, οἷος Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος. Νεώτατος γὰρ ἦν, καὶ ἄρτι πρώτως ὑπηνήτης, ὅ φασιν, τόν τε Οὐρσέλιον ἐκεῖνον εἷλε τὸν πολὺν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ῥέοντα, καὶ τὰ πράγματα τῆς Ἕω κατέστησεν οὐ πολλῶν δεηθεὶς ἡμερῶν. Ἦν γὰρ καὶ ὀξὺς φωράσαι τὸ ξυμφέρον, καὶ ὀξύτερος καταπράξασθαι. Τίνα δὲ τὸν τρόπον εἷλεν ἐκεῖνον, δηλοῖ μὲν καὶ Καῖσαρ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς κατ' αὐτὸν Ἱστο- D ρίας βίβλῳ πλατύτερα, δηλώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐφ' ὅσον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱστορίαν συνήνεγκεν.

4 Volitabat cum expedita manu prædabundus, et passim imminens, hostilibusque incursationibus Orientales fere infestas habebat regiones, vim quoquoversum, terroremque circumferens. Adversus hunc missi viri laude bellica celebres, nihil nisi confidentiam ejus suis cladibus auxerant: quippe alios ignei turbinis ritu improvisa celeritate irruens perculerat, alios, auxiliis sibi Turcicis adjunctis, justa jam acie ausus congredi fuderat: nonnullis quoque captis; neque enim phalanges ineluctabilem illam suam, isto contra nitente, satis praestare firmitatem poterant. Per id tempus exercitibus tam Orientalis, quam Occidui limitum patrui mei præfecturæ demandatis, Alexius pater meus, fratris auspiciis ductuque militabat. Verum imperator Michael, cum omnia pessum ruere cerneret, Barbaro isto cuncta pernicitate ac pernicie fulminea pervolitante, lateque vastante, proprio ipsum exercitui cum summa potestate præesse jussit, et si qua posset, grassanti pesti obsistere. Illis copiis et mandatis Alexius acceptis vim omnem atque industriam solertis animi fortisque pectoris ad rem bene gerendam intendit: præferebatque jam in illis primis experimentis bellatricis adolescentiæ, vix dum primore lanugine malas signantis, haud dubium instar dilaudatorum illorum nominum Æmilii, Scipionisque Romanorum, et Carthaginensis Annibalis, quorum fortissimam patientiam laborum, et nusquam conniventem providentiæ vigiliam æmulatus est tanta felicitate, ut Urselium tunc illum torrenti victoriarum cursu præcipitem, ruentemque pessum ejus impulsu Romanam rem, paucorum opera dierum unus homo sisteret. Erat enim tum mire perspicax ad statim videndum quid oporteret fieri, tum ad idem exsequendum etiam promptior. Qua vero Alexius Urselium ratione ceperit, exponit Cæsar in secundo Historiæ suæ libro fusius: narrabimus et nos, quatenus ad nostram quoque historiam id confert.

Ἄρτι γὰρ τοῦ Βαρβάρου Τουτὰχ ἐκ τῶν βαθυτέρων τῆς Ἀνατολῆς μερῶν κατεληλυθότος μετὰ βαρυτάτου στρατεύματος ἐφ' ᾧ τὰ τῶν Ῥωμαίων ληΐζεσθαι, ὁ Οὐρσέλιος, πολλάκις ὑπὸ τοῦ στρατοπεδάρχου στενοχωρούμενος, καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις φρούρια ἀφαιρούμενος, καίτοι στρατιὰν πολλὴν ἐπαγόμενος καὶ πάντας λαμπρῶς καὶ γενναίως καθωπλισμένους, εὐμηχανίᾳ παρὰ πολὺ ἡττᾶτο τοῦ μοῦ, πατρὸς Ἀλεξίου. Τέως δ' οὖν ἐπ' ἐκεῖνο καταφυγεῖν ἔδοξε τελευταῖον· τοῖς πᾶσιν ἐξαπορούμενος ξυμμίγνυσι τῷ Τουτὰχ, καὶ φίλον ποιεῖται, καὶ

Moverat ex remotioribus Orientis partibus in Romanos fines infesta signa Barbarus Tutach cum valido et prædæ cupido exercitu: quo tempore Urselium, magnis licet et speciose robusteque armatis instructum copiis, Alexius industria non minus propria, quam legionum suo ductui permissarum vi adortus, in magnas sensim angustias redigebat, aliis subinde atque aliis et munitionibus auferendis, nec jam fere ulterius recedendi spatio relicto. Sic ille deprehensus, consiliique inops, tandem ad Tutachum adit: ab eoque delinito, ac

sibi conciliato, impetrare nititur, ut consilia, copiasque **5** secum jungere in belli communiter gerendi societatem velit. Sensit, et isti concordiæ, ne coalescat, omni ope intercedere statuit Romani exercitus dux Alexius. Nec mora: præoccupat animum Barbari; nec verbis, donis, modisve ullis, aut machinis, ad eum sibi adjungendum idoneis parcit. Erat enim, si quis alius, talium excogitandorum componendorumque mirus artifex: neque unquam tam in arcto res erant, quin plures ad exitum vias versuta illi ac fecunda consiliorum expediret mens. Hujus industriæ specimen tum dedit aggrediendo Tutacho, demulcendoque his fere verbis: *Amicitiam inter se colunt tuus sultanus, et meus imperator; Barbarus vero hic Urselius vim utrique, atque arma ostentat, unus æque infestus, et formidolosus ambobus: nam quod modo nos incursat paulatim carpens, atque atterens Romanam rem, Perside interim abstinens; mihi crede, non vobis parcit, aut favet, sed quas deesse adhuc sibi ad vos oppugnandos vires intelligit, consilio et mora colligit: sine illum dum se corroboret, dum, si queat, mecum debellet, dum a Romanis securus sit, mox in te conversum, vehementem hostem vicissim senties. Nec vero ego te ad commune in commodum communi mecum opera tollendum publicæ duntaxat utilitatis mercede provoco. Pecunias opta quam multas voles, eas a te capti, ad nosque missi Urselii habebis præmium. Vide igitur an cunctari debeas in eo consilio capiendo, ex cujus effectu tria tibi quantivis pretii bona evenient. Primum enim pecunias tibi parabis, quantas vestrorum unquam lucratus est nullus. Deinde gratiam ab imperatore inibis maximam, cujus ope in summam deinde felicitatem provehi poteris. Tertio sultano quoque magnæ lætitiæ causam afferes, Urselio per te sublato, homine ambiguo, jam suspectæ potentiæ, ac mox hoste, qui Turcos inter ac Romanos sese dudum exercet ad utrorumque periculum.*

A εἰς συμμαχίαν αὐτὸν καταλιπαρεῖ. Ἀλλ' ὁ στρατοπεδάρχης Ἀλέξιος ἀντιστρατηγεῖται πρὸς ταῦτα καὶ ὀξύτερον οἰκειοῦται τὸν Βάρβαρον (4), καὶ ἐπισπᾶται πρὸς ἑαυτὸν καὶ λόγοις καὶ δώροις, καὶ πᾶσι τρόποις καὶ μηχανήμασιν. Ἦν γὰρ εἴπερ τις ἄλλος ἐφευρετής, καὶ πόρους ἐν τοῖς ἀπορωτάτοις ξυμμηχανώμενος. Ὁ γοῦν δυνατώτατος αὐτῷ τῶν τρόπων τοιοῦτός τις ἦν, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, δεξιώσασθαι τὸν Τουτὰχ, καί φησι· *Φίλοι μὲν ἄμφω ἀλλήλοις ὅ τε σὸς σουλτάνος καὶ ἐμὸς βασιλεύς. Ὁ δὲ Βάρβαρος οὗτος Οὐρσέλιος καὶ πρὸς ἄμφω ἀνταίρει τὰς χεῖρας, καὶ ἐχθρὸς καὶ ἀμφοτέροις καθίσταται φοβερώτατος, ἐκείνου μὲν κατατρέχων, καὶ ἀεί τι τῆς μερίδος Ῥωμαίων κατὰ μικρὸν ὑποσπώμενος, ἀποστερίσκων δὲ τῇ* B *Περσίδι ἅπερ ἂν καὶ ἐξῆν, κἀκείνῃ περιγενέσθαι. Τέχνῃ δὲ τὸ ἅπαν ἐπέρχεται, νῦν μὲν ἐμὲ παρασκιάζων διὰ τῆς σῆς δυνάμεως, αὖθις δὲ τοῦ καιροῦ τούτῳ συμπνεύσαντος ἀφέμενος ἐμοῦ, ὡς ἤδη ἐν ἀκινδύνῳ καθεστηκὼς, πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς κατὰ σοῦ ἀρεῖται τὰς χεῖρας. Ἀλλ' εἴ τι ἐμοὶ πείθῃ, ἐπειδὰν καὶ αὖθις ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, χρημάτων πολλῶν κρατῆσαι τὸν Οὐρσέλιον, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐξαποστεῖλαι δεσμώτην. Τρία γὰρ ἐντεῦθεν, φησὶ, κερδανεῖς, ἓν μὲν χρημάτων πλῆθος ὅσον καὶ οἷον οὐδείς πω πρότερον, ἕτερον δὲ τὴν εὔνοιαν τοῦ αὐτοκράτορος συνεπισπάσῃ, ἀφ' οὗ περ εἰς ἄκρον εὐδαιμονίας φθάσεις ἐληλυθὼς, τρίτον δὲ ἔτι ὁ σουλτάνος τὰ μεγάλα ἡσθήσεται ἐχθροῦ τηλικούτου ἐκποδὼν γεγονότος, καὶ τὰς χεῖρας ἀσκοῦντος καθ'* C *ἑκατέρων κατά τε Ῥωμαίων καὶ Τούρκων.*

His per internuntios a patre meo, Romani duce exercitus, tali tempore cum Tutacho actis, et videlicet tam ipso, quam qui cum eo erant, persuasis Barbaris, tum ut caveretur de summa promissæ pecuniæ, deque solutionis die: obsidibus ex maxime insignium numero datis, capitur ex condicto repente Urselius, et Amaseam ad Alexium perducitur. Cæterum exspectatæ inde pecuniæ morabantur: neque ipso, unde solveret, habente, et imperatore negligente totam rem. Itaque non jam tardo incedebat pede (ut tragœdia loquitur), sed plane nusquam aderat pecunia. At Tutachus cum suis instabat, aut appendi pactum auri modum flagitans, aut eo, unde frustrata emptione, adductus fuerat, remitti, ac restitui captivum. Hic Ale-

Ταῦτα διαπρεσβευσάμενος πρὸς τὸν ἄνωθεν εἰρημένον Τουτὰχ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς ἀρχηγὸς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ ἅμα καὶ ὁμήρους πέμψας τῶν ἐνδοξοτάτων τινὰς ἐπὶ συγκειμένῳ χρόνῳ, καὶ χρημάτων ποσότητι πείθει τοὺς ἀμφὶ τὸν Τουτὰχ Βαρβάρους κατασχεῖν τὸν Οὐρσέλιον, καὶ τούτου ταχὺ γεγονότος ἀποστέλλεται εἰς Ἀμάσειαν (5) τῷ στρατοπεδάρχῃ. Ἀλλ' ἐντεῦθεν ἐχρονοτρίβει τὰ χρήματα. Αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκ εἶχεν ὁπόθεν ἀποπληρώσειε, τὰ δ' ἐκ βασιλέως ἠμέλητο, καὶ οὐκ ἐπὶ βραδεῖ ποδὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ἔστειχεν, ἀλλ' D οὐδαμοῦ κατεφαίνετο. Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Τουτὰχ ἐνέκειντο τὸν τῶν χρημάτων ἀπαιτοῦντες ὄγκον, ἢ τὸν ἐωνημένον ἐξόπισθεν λαμβάνειν καὶ παλινδρομεῖν ἐᾶν τοῦτον ὅθεν κατείληπτο· ὁ δὲ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(4) *Οἰκειοῦται τὸν Βάρβαρον.* Noverat quippe Alexius Turcorum mores, qui alias infidi, donis et pecunia facile capiuntur. Leo Aug. in tact. cap. 18, § 48. Περίεργα δέ εἰσι τὰ τῶν Τούρκων φῦλα, καὶ κρύπτοντα τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἄφιλα δὲ καὶ ἄπιστα, καὶ διὰ τῆς ἀπληστίας τῶν χρημάτων κρατούμενα, ὅρκου περιφρονοῦσιν. Hinc proverbium apud hodiernos Græcos, ut auctor est Hermodorus Rhegius: Τοῦρκον εἶδες, ἄσπρα θέλει, καὶ ἄλλον εἶδες, καὶ ἄλλα θέλει.

(5) *Ἀμάσειαν.* Amasia urbs est Ponti Galatici in Cappadocia, de qua præter Ptolemæum et Strabonem, qui patriam sibi illam fuisse scribit, consulendi Eustathius presb. in vita S. Euthymii Patr. CP. cap. 37, 39. Auger. Busbequius in itinere Amasiano, et Joan. Leunclavius in *Pand. Turc.* cap. 6.

οὐκ εἶχεν ὅθεν ἀποδοίη τὴν τοῦ ἐωνημένου τιμήν. A Τοῖς ὅλοις οὖν δι' ὅλης νυκτὸς ἐξαπορούμενος ἐρανίσασθαι παρὰ τῶν οἰκητόρων Ἀμασείας ἐλογίσατο τὴν τιμήν, καὶ αὐγαζούσης ἡμέρας, κἂν ἀργαλέον ἐδόκει, ἀλλ' ὅμως συνεκαλεῖτο ἅπαντας καὶ μᾶλλον τοὺς τὰ πρῶτα φέροντας καὶ χρημάτων εὐποροῦντας, πρὸς οὓς μᾶλλον θεασάμενος ἔφη· *Ἴστε πάντες ὅπως ὁ Βάρβαρος οὑτοσὶ τὰς τοῦ Ἀρμενιακοῦ (6) διέθετο πόλεις ἁπάσας, ὅσας τε κωμοπόλεις ἐπόρθησε, καὶ ὁπόσους κακῶς διέθετο συμφοραῖς ἀφορήτοις ὑποβαλὼν, ὁπόσα τε χρήματα ἀφ' ὑμῶν ἐκομίσατο. Ἀλλὰ καιρὸς ἤδη πάρεστι τῶν ἐξ αὐτοῦ ὑμᾶς ἀπαλλάττειν κακώσεων, εἰ βούλεσθε. Δεῖ τοιγαροῦν μὴ προέσθαι τοῦτον· ὁρᾶτε γὰρ ὡς δεσμώτης ἡμῖν ὁ Βάρβαρος* B *νεύσει πάντως Θεοῦ, καὶ ἡμετέρᾳ σπουδῇ. Ὁ δὲ τοῦτον ζωγρήσας Τουτὰχ ἐξ ἡμῶν αἰτεῖ τὴν τιμήν. Ἡμεῖς ἀποροῦμεν παντάπασιν ἐπ' ἀλλοδαπῆς τε ὄντες, καὶ συχνὸν ἤδη χρόνον μετὰ τῶν Βαρβάρων μαχόμενοι, καὶ τὰ προσόντα δεδαπανηκότες. Εἰ μὴ γοῦν πόῤῥω ὁ βασιλεὺς ἦν, καὶ καιρὸν ἀναμονῆς ἐδίδου ὁ Βάρβαρος, ἔσπευσα ἂν ἐκεῖθεν κομισθῆναι τὰ τῆς τιμῆς. Ἐπεὶ δ' ὡς ἴστε καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων ἔξεστι πράττειν, δέον ὑμᾶς συνεισενεγκεῖν τὴν τιμὴν, καὶ λήψεσθε πάντα δι' ἡμῶν ἐκ βασιλέως ὁπόσα παράσχοιτε.* Εἶπε ταῦτα καὶ ἐξεκρούσθη παραυτίκα, καὶ θόρυβον ἀνῆψε σφοδρότατον τῶν Ἀμασειανῶν, εἰς ἀποστασίαν κεκινημένων. Ἦσαν γὰρ οἱ τούτους εἰς θυμὸν καὶ θόρυβον ἠρέθιζον ἄνδρες κακουργότατοί τινες, C καὶ ῥέκται πραγμάτων εἰδότες ὀτρύνειν δῆμον εἰς ταραχήν· θόρυβος τοίνυν ἦρτο πολὺς, τῶν μὲν βουλομένων σώζεσθαι τὸν Οὐρσέλιον καὶ τὸ πλῆθος ἀντιλαβέσθαι τούτου ἐρεθιζόντων, τῶν δὲ ἐκταραττομένων, τοιοῦτον γὰρ τὸ συρφετῶδες πλῆθος, καὶ τὸν Οὐρσέλιον ἁρπάσαι θελόντων καὶ τῶν δεσμῶν ἀπολύειν. Δῆμον οὖν ὁ στρατοπεδάρχης τοσοῦτον ὁρῶν μαινόμενον, ὡς ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἐγνώκει κατεπεπτώκει μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπιῤῥώσας ἑαυτὸν κατεσίγαζε τῇ χειρὶ τὸν θόρυβον, ὀψὲ δὲ καὶ μόλις τούτους καταπαύσας, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τὸν λόγον ἀνενεγκὼν ἔφη·

A xius, qui neque, si se spoliaret, pretium malæ mercis, quod condixerat, repræsentare de suo posset, **6** tota nocte deliberationibus anxiis transacta, consilium demum expedit, impetrandi ab Amasenis, ut necessariam pecuniam præsenti collatione conficerent. Igitur orto die, haud ignarus, quam difficile negotium aggrederetur, convocatis omnibus, ac iis maxime, qui auctoritate, divitiisque principes civitatis habebantur; hos potissimum intuens dicere cœpit: *Scitis profecto, ut se hic Barbarus gesserit adversus omnes Armeniaci limitis civitates: quot oppida vastaverit, quot cives male multaverit, quot libera corpora pœnis intolerabilibus subjecerit, a vobis ipsis quot pecunias extorserit, meministis. Tantis ecce his malis, ac metu* B *eorum quæ a tam infesto vobis hoste imminent, in omne, si vultis, tempus una hac die, et occasione defungemini; si prohibere hodie curabitis ne dimittere liberum cogamur istum ipsum Barbarum, quem divino plane, vestroque studio vinctum tenemus. Eum qui vivum cepit, nobisque vendidit Tutach, operæ ac prædæ suæ pactum pretium repetit a nobis; qui quoniam et peregre sumus, et longa cum Barbaris militia, quæ domo extuleramus, consumpsimus omnia, solvendo profecto non sumus. Atque utinam indulgere saltem idoneam moram Barbarus vellet, et pecuniæ numerandæ condictam diem sineret diffundi. Excurrerem ad imperatorem, concesso spatio, et aurum inde necessarium referrem. Nunc quando* C *satis perspectum vobis quoque est, nihil horum in mea esse potestate, unum restat, ut vos repræsentare pecuniam ne gravemini; brevi eam cum magna gratia ab imperatore recepturi.* Talia ut dixit, non modo ingenti offensione ac convicio repulsus est, sed tumultum quoque concivit vehementem Amasenorum, defectionem haud dubie spectantium. Nec deerant concitatores plebis turbarum artifices factiosi, qui motos semel et ruentes incitarent; ardentique plus satis seditione faces insuper subjicerent. Horum ferebantur voces, servandum, vinculis eripiendum Urselium, et misere circumvento manu succurrendum. Erant qui hoc agerent; erant qui sine certo consilio ferverent tamen, et, quod tali tempore vilis plebecula solet, cum strepitu ac jactatione tumultuarentur. Ejusmodi perturbatione furentem populum, resque sibi arctissimo loco positas cernens Alexius, non tamen animo concidit; sed sustentans seipsum, atque erigens, manu silentium indixit; quo sero, ac vix impetrato, ad plebem sermone directo:

Θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ἄνδρες Ἀμασειανοὶ, ὅτι D *τὴν συσκευὴν ταύτην τῶν ἐξαπατώντων ὑμᾶς παντάπασιν ἠγνοήσατε τὴν σφῶν αὐτῶν σωτηρίαν τῷ ὑμετέρῳ αἵματι ἐξωνουμένων, καὶ*

D *Mirari mihi vos subit*, inquit, *viri Amaseni, qui plane nondum intelligatis, quid isti parent, qui vos concitant? Semperne hominibus subdolis, suam ipsorum salutem vestro sanguine redimentibus, vestram*

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) Ἀρμενιακοῦ. Scilicet Θέματος. Cappadocia circa tempora Justiniani in tres partes divisa fuit, mediterraneam, superiorem et inferiorem. Mediterranea Charsianum, a quodam Chersia præside; superior finitima Lycaoniæ et Tauro, Cappadocia minor; inferior denique, quæ Pontum Euxinum spectat, Armeniaca, quia Armeniis vicina, appellatæ sunt. De postrema Cappadociæ parte, non de ipsa Armenia proprie sumpta hic potissimum agit Anna: neque enim Amasia fuit Armeniæ urbs, sed prima e septem Armeniaci Thematis, ut auctor est Constantinus Porphyr. lib. *De administr. imp.* cap. 7, et lib. II. *De Thematib.* cap. 2. Occurrit præterea Armeniaci Thematis mentio apud Niceph. CPol. a. 741: Nicetam in Joan. Comn. cap. 9, Landulf. Sag. lib. XVIII. Hist. Misc.; eumdem Constant. in Basilio, cap. 30, Scylitz, Zonar. et al. Vide pag. 331, 342.

operam ad vestram perniciem commodabitis? Fingite quod clamatis, quod molitum itis, regnare Urselium; quid ex eo in vos præter cædes, excæcationes, mutilationes, redundabit? Isti vero, qui tanti fureris vobis auctores sunt primum quidem se, remque familiarem indemnem tuebuntur, demerendo interim Barbaro; mox, si fortuna tyranni titubaverit, parati præoccupando imperatore, in vos quidem invidiam, et pœnas rebellionis vertere, sibi vero gratiam fidei constantis, et præmia amplissima pacisci; tanquam scilicet per ipsos unos steterit, quominus Amasena civitas irreparabiliter imperio periret. En qua licentia cives improbi fortunis et cupitibus vestris ludunt; vobis, pro simplicitate vestra, fraudi eorum malitiæque faventibus; dum illis ipsis obsecundatis, ad seditionem instigantibus, qui postmodum iram imperatoris adversum vos, ob ea ipsa, quæ illorum impulsu peccaveritis, malignis accusationibus accendent. Ergo istis, si quid mihi creditis, valere jussis, in domum vos suam quisque recipite, ubi si attente, quæ dicta sunt, reputabitis, facile statuetis, utri vobis salubriora consilia suggerant, tumultus auctores, an ego.

His auditis, velut lapsa in terram testula, priori, quam domo attulerant, in foro deposita sententia, tectum quisque suum repetit; Alexio in præsens metu soluto, at non sollicitudine in posterum. Reputans enim quam facile levis multitudo sententias conceptas deponere, abjectas resumere solita sit, præsertim ubi a turbulentis incentoribus instigata fuerit, vereri cœpit, ne insequenti mox nocte, resumpta insania, de novo in se conjurati ruerent, Urselium custodia et vinculis erepturi: ad quod prohibendum se nequaquam satis firmis instructum esse copiis sibi erat conscius. Palamedeum ergo quemdam astum in subsidium imbecillitatis advocans, Urselium excæcare simulat, atque ad famam ejus rei factæ certius spargendam, ministrum talis supplicii publicum adhibet, eumque ferro ad eruendos oculos armatum, humi per vim afflicto, resupinatoque, quasi ad patientiam supplicii Urselio imponit, frendenti gementique nihilo leone capto moderatius: quæ omnia in vanam speciem comparabantur. Ergo ad quos pervenit acutus, et impotens metuentis ejulatus, ii sibi et aliis persuaserunt, editas illas voces lamentabiles ab Urselio tortoris ad aspectum torvum, atque illætabilem supplicii horrore præsentis efferato. Et jactabat ille se, quanquam solo timore perstrictus, tam efferate ac sæve ut fidem faceret rem ad experientiam supplicii ultra metum minasque processisse. Diditur itaque per

A *μεγίστην ὑμῖν τὴν βλάβην προξενούντων ἀεί. Ποῦ γὰρ ὑμῖν τῆς τοῦ Οὐρσελίου τυραννίδος ἡ ὠφέλεια μὴ σφαγαί, καὶ πηρώσεις καὶ ἀκρωτηριασμοὶ μελῶν; Οὗτοι δὲ οἱ τῶν τοιούτων ὑμῖν πρόξενοι ἔνθεν μὲν τὰ οἰκεῖα ἀσινῆ διετήρουν τὸν Βάρβαρον θεραπεύοντες· ἐκεῖθεν δὲ αὖθις τῶν ἐκ βασιλέων ἐνεφοροῦντο δωρημάτων, χαριζόμενοι τούτῳ, ὅτι μὴ ὑμῶν τε καὶ τῆς πόλεως Ἀμασείας παρεχώρησαν τῷ Βαρβάρῳ. Καὶ ταῦτα μηδὲν οἱ πολλοὶ ὑμῶν ποιησάμενοι πώποτε. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν τυραννίδα συνίστασθαι βουλόμενοι, τῷ μὲν τυράννῳ χρηστὰς ὑποσαίνοντες ἐλπίδας ἀσινῆ τὰ οἰκεῖα διατηρῶσιν, ἐκ βασιλέων δὲ αὖθις ἀπαιτῶσι τιμάς τε καὶ δωρεάς, ἢν δέ τι καὶ νεωτερισθείη, αὐτοὶ μὲν πάλιν*

B *ἑαυτοὺς τοῦ δράματος ἐξάγωσι, τὸν δὲ βασιλέως θυμὸν καθ' ὑμῶν ἐξάψωσιν. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, τούτους μὲν ὑμᾶς πρὸς θόρυβον ἐρεθίζοντας· τὸ παρὸν ἐῤῥῶσθαι ἐάσατε, ἕκαστος δὲ ὑμῶν οἴκαδε ἀπελθὼν τὰ λεχθέντα σκοπείτω, καὶ εἴσεσθε ὁποῖος ὑμῖν τὸ ξυμφέρον βουλεύεται.*

Τούτων ἀκούσαντες τῶν ῥημάτων, ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος (7), τὴν γνώμην μεταβαλόντες οἴκαδε ἀνεχώρουν. Ὁ δὲ στρατοπεδάρχης, γινώσκων τὸν δῆμον ἐν ῥοπῇ τὰς γνώμας μεταβάλλειν εἰωθότα καὶ μᾶλλον εἰ ὑπὸ χαιρεκάκων ὀτρύνεται, δείσας μὴ διὰ τῆς νυκτὸς κατ' αὐτοῦ μελετήσαντες ἐπέλθωσι,

C καὶ τὸν Οὐρσέλιον ἐξαγαγόντες μὲν τῆς φρουρᾶς, λύσαντες δὲ τῶν δεσμῶν ἀφῶσιν, ἐπεὶ μὴ ἀποχρώσας εἶχε δυνάμεις πρὸς τοσούτους ἀντικαταστῆναι, μηχανᾶται τὸ ἐντεῦθεν Παλαμήδειόν (8) τι μηχάνημα. Ἐς μὲν τὸ φανερὸν ἀποτυφλοῖ τὸν Οὐρσέλιον, καὶ ἥπλωτο μὲν τῇ γῇ, ὁ δὲ δήμιος ἐπῆγε τὸν σίδηρον (9), ὁ δὲ ἐπωδύρετό τε καὶ ἔστενε καθάπερ λέων βρυχόμενος· σχῆμα δὲ πάντα ἦσαν τῆς τῶν ὀμμάτων ἀποστερήσεως· παρήγγελτο δὲ καὶ ὁ τῷ δόξαι τυφλούμενος βοᾶν τε καὶ κεκραγέναι, καὶ ὁ μέχρι τοῦ δοκεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττων, δριμύ τε ἐνορᾶν πρὸς τὸν ἐκκείμενον, καὶ μανιώδη τὰ πάντα δρᾶν, μᾶλλον δὲ σχηματίζεσθαι τὴν ἀποτύφλωσιν. Καὶ ὁ μὲν ἀπετυφλοῦτο μὴ ἀποτυφλούμενος. Ὁ δὲ δῆμος ἐκρότει, καὶ πανταχόθι, τὴν τοῦ Οὐρσελίου

D τύφλωσιν διεβόμβει. Ταῦτα, ὥσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργηθέντα, πέπεικε τὸν ὄχλον ὅλον, ὅσος ἐγχώριος, καὶ ὅσος ἔξωθεν εἰς ἔρανον κατὰ τὰς μελίσσας συλλέγεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἅπαν τὸ σκέμμα τῆς Ἀλεξίου φρονήσεως, ἵνα οἱ πρὸ τοῦ δοῦναι χρήματα δυσχερῶς ἔχοντες, καὶ ἀφελέσθαι τὸν Οὐρσέλιον ἐπιβουλεύοντες ἐκ τῶν χειρῶν. Ἀλεξίου τοῦ ἐμοῦ πατρός, ἀποκαραδοκήσωσί τε, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοῖς τῆς ἐπιβου-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(7) *Ὀστράκου μεταπεσόντος*. Proverbialis formula, ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων, ait Suidas. V. Parœmiographos Diogenianum centur. 7; Apostol. Byzant. cent. 15, et al. Occurrit iterum apud Annam, lib. VI. Platon. in Phæd., Eunapium in Proæresio, Marinum in Proclo, Const. Manassem, Pachymer. lib. V. cap. 2, Metaphrastem in Actis S. Babylæ Mart. cap. 1, etc.

(8) *Παλαμήδειον*. Anna, lib. II, pag. 47. τὸ δὲ σκέμμα σοφὸν καὶ Παλαμήδειον.

(9) *Τὸν σίδηρον*. Μύδρον. Vide infra, pag. 49, et notata ad pag. 480.

λῆς ἀνωφελοῦς καθεστηκυίας, καὶ ταχὺ πρὸς τὸ βούλημα τοῦ στρατοπεδάρχου τράπωνται τῆς πρώην ἀστοχοῦντες βουλῆς, αὐτόν τε φίλον ποιούμενοι, καὶ ὀργὴν βασιλέως ἐκκλίνοντες. Τοῦτον τοίνυν οὕτω κατασχὼν τὸν Οὐρσέλιον ὁ ἀξιάγαστος στρατηγὸς εἶχεν ὡς ἐν ζωγρείῳ τὸν λέοντα, ἐπικαλύμματα τοῖς ὀφθαλμοῖς φέροντα τὰ σύμβολα τῆς δῆθεν ἀποτυφλώσεως. Οὐ μὴν ἠρκεῖτο οἷς εἴργασται, οὐδὲ ὡς κῦδος ἀράμενος πρὸς τἄλλα τῶν πραγμάτων ἀναπεπτώκει. Ἀλλὰ πόλεις ἄλλας πολλὰς καὶ φρούρια κατεκτήσατο, καὶ ὑπὸ τὴν τῆς βασιλείας ἐξουσίαν πεποίηκεν, ὅσα ἐπὶ τῶν Οὐρσελίου καιρῶν πονήρως προπέπραχεν. Ἐντεῦθεν οὖν τὰς ἡνίας στρέψας εὐθὺ τῆς βασιλίδος πόλεως ἤλαυνεν. Γενόμενος δὲ ἐν τῇ Παππίᾳ πόλει (10) καὶ μικρὸν ἀναπαύων τῶν πολλῶν καμάτων ἑαυτόν τε καὶ τὴν σύμπασαν στρατιὰν B πρᾶγμα ἐντεῦθεν ᾤπτο πεποιηκὼς ὅπερ Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀδμήτου Ἀλκήστιδι. Ὡς γὰρ εἶδεν ὁ Δοκειανὸς (11) ἐκεῖνος ὁ τοῦ πρεσβεβασιλευκότος Ἰσαακίου Κομνηνοῦ ἀδελφιδοῦς, καὶ τούτου ἐξάδελφος, ἀνὴρ δὲ οὗτος τῶν ἐπιδόξων καὶ γένει καὶ ἀξιώματι, τὸν Οὐρσέλιον τὰ τῆς τυφλώσεως σύμβολα φέροντα, καὶ ὑπό του χειραγωγούμενον, βύθιόν τι στενάξας καὶ ἐπιδακρύσας τῷ Οὐρσελίῳ, ὠμότητα κατηγορήκει τοῦ στρατηγοῦ, καὶ μέμψιν αὐτῷ ἐπῆγε τούτου καταβοώμενος, ὡς τοιοῦτον ἄνδρα γεννάδαν τε καὶ ἄντικρυς ἥρωα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφελομένου, ὃν ἐχρῆν ἀτιμώρητον διασώσασθαι. Ἀλλ' ἐκεῖνος τότε μὲν, Τὰς αἰτίας τῆς ἀποτυφλώσεως εἰς αὖθις ἐπακούσειας, ἐπειπὼν, Φίλτατέ μοι, μετὰ βραχὺ C εἰς οἰκίσκον ἀγαγὼν αὐτόν τε καὶ τὸν Οὐρσέλιον ἀνακαλύπτει τὸ πρόσωπον, καὶ δείκνυσιν Οὐρσελίου τοὺς ὀφθαλμοὺς πυρωπὸν ἀπαστράπτοντας. Ἐξεπλάγη ταῦτα ὡς ἐθεάσατο καὶ ἐθαύμασεν ὁ Δοκειανὸς καὶ οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ χρήσαιτο τῷ πλήθει τοῦ θαύματος, καὶ θαμὰ ταῖς ὄψεσι τὰς χεῖρας ἐπέβαλε, μήπου καὶ ὄναρ ἐστὶ τὸ θεωρούμενον ἤ τις μαγικὴ τερατεία, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἄρτι πρώτως καινοτομούμενον. Ὡς δὲ τὴν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ φιλανθρωπίαν τοῦ ἐξαδέλφου κατεμάνθανε καὶ μετὰ τῆς φιλανθρωπίας τὴν τέχνην, περιχαρὴς γεγονὼς ἐνηγκαλίζετό τε αὐτὸν καὶ κατεφίλει πολλάκις τὸ πρόσωπον, εἰς ἡδονὴν τὸ θαῦμα μεταβαλών. Ταὐτὸ δὲ τούτῳ πεπόνθασι καὶ οἱ περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ, καὶ βασιλεὺς αὐτὸς καὶ πάντες.

Ἐντεῦθεν πάλιν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν πέμπεται παρὰ Νικηφόρου τοῦ αὐτοκράτορος ἤδη τὰ Ῥωμαΐα σκῆπτρα κατεσχηκότος κατὰ Νικηφόρου τοῦ Βρυε-

A vulgus rumor, vere cæcatum Urselium; unde, ista jam necessario damnata spe, ad simulandum obsequium versi cives, pariter atque advenæ, pro se quisque, apicularum more, symbolas pecuniæ contulerunt: successumque habuit solers consilium

8 Alexii, talia tanquam ad scenæ ludum componentis, ut excuteret spes improbas cupidis rerum novarum, quorum in audacia potentiaque Urselii studium ac fiducia conquiescebat, quemque ideo, quoad re integra, sanum, ac utilem sibi adjungi posse considerent, plane vim potius experirentur, quam in erogationem consentirent, facilem ipsis, ac pronam futuram, semel persuasis, eum luminibus orbatum, quem ducem ipsi sibi rebellaturis scilicet destinassent. Hunc igitur tali quadam ma- B chinatione virum captum mirificus belli dux habuit in custodia sic tanquam in cavea leonem, obligatum oculos ad continuandam excæcationis famam. Nec vero hæc satis putavit, aut quasi abunde parta fruiturus gloria, successibus indormiit: verum concussis partibus toto impetu incumbendum ratus, urbes, arcesque, quæ supererant plurimæ, aggressus, plane non prius quievit, quam omnia quæ ab initio Urselianorum temporum defecerant, imperio restitueret. Quibus jam patratis, victor in regiam urbem est invectus; ubi domestica quiete se atque exercitum paulisper ab expeditionis difficilis laboribus dum recreat, contigit ipsi edere miraculum, ejus non absimile, quo di- C citur Hercules Admeto mortuam lugenti, vivam repente, atque vigentem reddidisse conjugem. Erat Doceanus Isaacii Comneni, qui nuper imperaverat, ex sorore nepos, Alexii patruelis, vir, et genere, et dignitate clarus in paucis; is cum Urselium vidisset suæ calamitatis mendacibus obnuptum symbolis, manuque ductum a quopiam tractis ex intimo suspiriis indigno viri fortis illacrymatus casui, non se tenuit, quin crudelitatis inhumanæ damnaret Alexium, qui tam generosum heroem tam misere deformasset, quem servasse incolumem oportuerat. Cui ille: Excæcationis istius causas alia occasione a me, inquit, audies, charissime. Nec aliud tunc quidem. Cæterum paulo post deduxit hominem in domunculam, ibique oculos Urse- D lii fasciis involucrisque remotis, vivido lumine spirantes, vegetosque Doceano monstravit, mirari nunquam desinenti, contrectantique sibi ipsi subinde oculos, quasi ut probaret, num hæc vere, an non potius per somnium cerneret, magicisve præstigiis, aut alia nova fraude illuderetur. Tandem ubi plane perspecta est humanitas Alexii, industriæ laude cumulata, versa in gaudium admiratione, sæpius amplexatus est, suaviatusque patruelem; lætitiamque, ac gratulationem suam, vulgata mox fama, in comitatum Michaelis universum, ipsumque adeo in Augustum propagavit.

9 Hinc iterum in Occidentem Alexius mittitur a Nicephoro imperatore, Romani jam sceptri compote, adversus Nicephorum Bryenium, occiduas

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Ἐν τῇ Παππίᾳ πόλει*. Non Constantinopoli, quod vult disertus interpres, sed Castamone in Cappadocia. V. Bryenium, lib. II, n. 26.

(11) *Δοκειανός*. Theodorus Doceanus Scylitzæ dictus, de quo et ejus familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

omnes provincias perturbantem, seque, assumpto diademate, pro Romanorum Augusto ferentem. Simul enim ac Michael Ducas throno excussus est, et pro principali fascia, coronaque talarem, et epomidem archiepiscopalem induit; Botaniates, occupato augustali solio, desponsaque sibi, ut distinctius processu sermonis explicabitur, imperatrice Maria, imperii habenas regere cepit. At Nicephorus Bryenius, imperante jam tum Michaele, ducatu Dyrrachii munitus, etiam antequam Nicephorus regnaret, imperii candidatum se gerebat palam: atque adeo non exspectato, dum ea dignitas vacaret, a Michaele machinari defectionem ceperat. Hujus incepti quæ causa, quæve rationes fuerint, mihi non est necesse diligentius exponere, quoniam istum nobis laborem accuratus ea de re nostri Cæsaris commentarius occupavit: quo vero modo, ac successu Bryenius Dyrrachio, tanquam ex belli sede progressus, occidua omnia percurrerit, sibique adjunxerit, utque ipse denique sit captus, maxime arbitror necessarium exponere breviter; nam fusius, et subtilius ista descripta qui nosse cupierint, eos ad Cæsarem remittimus. Erat is, de quo agitur, Nicephorus Bryenius, bellator primus, genere clarissimo, proceritate corporis, et faciei forma commendabilis, maturitate justa consilii, roboreque lacertorum facile omnes, qui tunc erant, homines superans. Plane dignum imperio caput; quippe aspectu ipso, ante usum et sermonem, sibi conciliabat homines, adeo quidem ut cuncti passim milites civesque primo eum loco, atque imperio occidui pariter et orientalis limitis ultro dignissimum et agnoscerent, et profiterentur. Etenim offerentem sese civitates omnes obviis ulnis excipere, et ad vicinas pro se quæque urbes, non minus alacriter admittere paratas, cum plausu ac pompa transmittere consueverant. Conturbabant hæc Botaniatem eo quidem magis, quod magno Bryenium, et valido instructum exercitu videbat: quæ res imperium universum ancipiti cura li-

νίου (12), τὴν δύσιν ὅλην κλονοῦντος, καὶ τὸ διάδημα ἑαυτῷ περιθεμένου, καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἀνακηρύττοντος. Ἄρτι γὰρ τοῦ αὐτοκράτορος Μιχαὴλ τοῦ Δούκα τοῦ θρόνου καθαιρεθέντος, καὶ ἀντὶ ταινίας τε καὶ στέμματος τὸν ποδήρη (13) καὶ τὴν ἐπωμίδα τὴν ἀρχιερατικὴν ἐνδεδυμένου, ὁ Βοτανειάτης ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθίσας, καὶ τὴν βασιλίδα Μαρίαν, ὡς προϊὼν ὁ λόγος σαφέστερον παραστήσει, μνηστευσάμενος, τὰ τῆς βασιλείας διίθυνε πράγματα. Ἀλλ' ὁ Νικηφόρος Βρυέννιος, τὴν δουκικὴν (14) περιεζωσμένος ἀρχὴν Δυῤῥαχίου ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ, καὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Νικηφόρον, βασιλείαν τε ἤρξατο καὶ ἀποστασίαν, κατὰ τοῦ Μιχαὴλ ἐμελέτησε. Τὸ μὲν ὅθεν καὶ ὅπως οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν διηγεῖσθαι· φθάνει γὰρ ἡ τοῦ Καίσαρος ξυγγραφὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀποστασίας ἐξιστορῆσαι· τὸ δ' ὅτι ἐκεῖθεν, ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου, πάντα τὰ τῆς ἑσπέρας κατέδραμε, καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποίησε, καὶ ὅπως οὗτος ἑάλω, τοῦτο τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστὶν ἐν βραχεῖ διηγήσασθαι. Τὸ γὰρ ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας τὸν βουλόμενον μαθεῖν ἐς τὸν Καίσαρα παραπέμπομεν. Κράτιστος γὰρ ὁ ἀνὴρ τὰ πολέμια καὶ ἅμα καὶ γένος ὢν τῶν ἐπισημοτάτων καὶ ἀναδρομῇ σώματος (15) καὶ κάλλει προσώπου κοσμούμενος, καὶ ἐμβριθείᾳ φρονήματος, καὶ βραχιόνων δυνάμει τῶν κατ' αὐτὸν διαφέρων ἀνδρῶν, ἐπάξιον ἦν βασιλείας τὸ χρῆμα, καὶ τοσοῦτος ἦν εἰς πειθὼ δυνατὸς, καὶ πάντας ἐφέλκειν καὶ ἐκ πρώτης ὄψεως καὶ ὁμιλίας δυνάμενος, ὥστε πάντες πανδημεὶ καὶ στρατιῶται καὶ ἰδιῶται τῶν πρωτείων αὐτῷ ξυνεχώρουν καὶ βασιλεύειν ἠξίουν ἁπάσης ἑῴας καὶ ἑσπερίας λήξεως. Καὶ γὰρ ἐπιόντα τοῦτον αἱ πόλεις ἅπασαι ὑπτίαις χερσὶν ὑπεδέχοντο, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλην μετὰ κρότου παρέπεμπεν. Ταῦτα ἐτάραττε μὲν τὸν Βοτανειάτην, ἐξεκύκα δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὸν στράτευμα, καὶ εἰς ἀμηχανίαν τὴν βασιλείαν ὅλην ἐνέβαλλε. Πέμπειν οὖν διεγνώκεισαν τὸν ἐμὸν πατέρα τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον κατὰ τοῦ Βρυεννίου, δομέστικον (16) τῶν σχολῶν ἄρτι προχειρισθέντα,

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(12) *Νικηφόρος Βρυέννιος*. Nicephori Bryenii rebellionem et historiam narrant præterea Nicephorus Bryenius ex filio nepos, Zonaras, Scilitzes, Glycas, etc.

(13) *Τὸν ποδήρη*. Michael Ducas Parapinacius, abrogato imperio, in Studiense monasterium concessit, eo translatus a Botaniata, prid. Paschatis, hoc est, 7 April. an. 1078. Dein Ephesi antistes dictus, cum semel eo venisset, Constantinopolim reversus, in monasterio Manuelis vitæ reliquum exegit. V. Bryen. Zonar. Scyl. Glyc. Manass. Joel. etc.

(14) *Τὴν δουκικήν*. Inter Δυτικὰ θέματα recensetur a Const. Porphyrogenneta **226** lib. II, de Themat. cap. 9: Ἐπαρχία τῆς Νέας Ἠπείρου, τοῦτ' ἔστι τοῦ Δυῤῥαχίου. Huic suberant provinciæ aliquot, urbesque complures, quarum aliæ a consularibus, quædam a ducibus regebantur. Harum præcipua et caput Dyrrachium fuit, a qua totius Thematis appellatio. Vide Notit. Græc. in *Geographia sacra*, pag. 24. Dyrracheni igitur tractus ducatum obtinuit Bryenius, Michaele imperante: cui tum eum tenenti Theophylactus Bulgariæ archiepiscopus epistolam scripsit cum hoc titulo, Τῷ δουκὶ Δυῤῥαχίου τῷ Βρυεννίῳ. Eumdem ducatum obtinuerunt postea Nicephorus Basilacius, Georgius Monomachatus, et Joannes Comnenus Isaacii sebastocratoris filius. Sed et inde ducis honorariam appellationem Dyrrachii dominis ex gente Francica attributam jam olim a nobis observatum in *Hist.* nostra *Gallo-Byzantina*, lib. VIII, n. 2.

(15) *Ἀναδρομὴ σώματος*. Infra de Bryenio, pag. 11, Καθάπερ τις γίγας ὑπερωμίας εἰς πῆχυν ἕνα τῶν ἁπάντων ὑπερανέθηκε. V. Not. ad. pag. 24.

(16) *Δομέστικον*. Afflictis Romanorum imperatorum rebus, ac Constantini M. partitione, variarumque gentium irruptionibus mutilato imperio, quod reliquum fuit Constantinopolitani principatus, in duas partes distributum fuit, Orientem videlicet et Occidentem, ita dictas respectu Byzantii. Hæ rursum divisæ in provincias, seu Θέματα, quæ Constantinus Porphyrogenneta duobus libris eleganter complexus est. Themata vero partim a ducibus, partim a consularibus, quemadmodum stante Romana rep. provinciarum aliæ a prætoribus, aliæ a consularibus, regebantur. Ducibus

μετὰ τῶν ἐνουσῶν δυνάμεων, εἰς γὰρ τὸ μέρος τοῦτο A ἡ βασιλεία Ῥωμαίων εἰς τοὔσχατον ἐληλύθει. Τά τε γὰρ ἑῷα τῶν στρατευμάτων ἄλλο ἀλλαχοῦ διεσκέδαστο, τῶν Τούρκων ὑφαπλωθέντων, καὶ πάντα σχεδὸν περισχόντων, ὅσα Εὐξείνου πόντου ἐστὶ μεταξὺ καὶ Ἑλλησπόντου καὶ Αἰγαίου τε καὶ Συριακοῦ πελάγους, κόλπων τε τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα ὁπόσοι Παμφυλίαν τε καὶ Κίλικας παραμείβοντες, ἐς τὸ πέλαγος ἐκπέμπουσι τὸ Αἰγύπτιον. Τὰ μὲν οὖν ἑῷα στρατεύματα οὕτως ἔσχον· τὰ δὲ τῆς ἑσπέρας ἐς τὸν Βρυένιον συῤῥεύσαντα εἰς στενὸν κομιδῇ καὶ ὀλίγον στράτευμα τὴν βασιλείαν ἀφῆκε Ῥωμαίων. Ἀθάνατοί (17) τε γάρ τινες αὐτῇ κατελείφθησαν χθὲς καὶ πρώην ξίφους ἡμμένοι καὶ δόρατος, καί τινες ἐκ τοῦ χώματος (18) στρατιῶται ὀλίγοι, καὶ Κελτική τις στρατιὰ εἰς ὀλίγους τινὰς περιισταμένη. B Τούτους δὴ τῷ ἐμῷ πατρὶ Ἀλεξίῳ διδόασι, καὶ ἅμα συμμάχους ἀπὸ τῶν Τούρκων προσκαλεσάμενοι ἐξιέναι οἱ περὶ τὸν βασιλέα προσέταττον καὶ ξυμμῖξαι τῷ Βρυενίῳ, οὐ μᾶλλον εἰς τὴν ἑφεπομένην στρατιὰν θαῤῥοῦντες ἢ εἰς τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν ἐν πολέμοις καὶ μάχαις δεινότητα. Ὁ δὲ, τὴν ξυμμαχίαν μὴ περιμείνας ὀξέως ἐπερχόμενον τὸν ἐχθρὸν ἀκούων, κἀντεῦθεν καλῶς καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς ξυνεπομένους φραξάμενος, ἔξεισι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ κατὰ τὴν Θρᾴκην γεγονὼς περὶ τὸν Ἀλμυρὸν ποταμὸν στρατοπεδεύει ἄνευ τάφρων καὶ χάρακος. Μανθάνων γὰρ τὸν Βρυένιον ἐν τοῖς Κηδόκτου (19) πεδίοις αὐλιζόμενον ἐβούλετο ἑκάτερα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἐναντίων ἀξιόλογον ἀπέχειν διάστημα. C Οὐ γὰρ εἶχεν ἀντιμέτωπος ἐπιστῆναι τῷ Βρυενίῳ, ἵνα μὴ κατάφωρα γένοιτο τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ μὴ δοίη ὁπόσος τίς ἐστι τὴν στρατιὰν αἴσθησιν τῷ ἐχθρῷ. Μετ' ὀλίγων γὰρ πρὸς πολλοὺς, καὶ ἀπειροπολέμων πρὸς ἐμπειροπολέμους ἔμελλε ξυμβαλεῖν, καὶ τοῦ θαῤῥεῖν ἀφέμενος, καὶ ἀναφανδὸν ἐμπίπτειν, κλωπιτεύειν τὴν νίκην (20) ἐβούλετο.

A bratat, incertum, utri tandem domino cederet. Visum tandem est opponendum Bryenio Alexium Comnenum, patrem meum, dignitate magni domestici Scholarum recens auctum, datis ad hoc ipsi copiis, quæcunque ad manum erant, sane perexiguis: nam ad militarem rem quod attinet, plane ad extremum imbecillitatis Romanum imperium devenerat; Orientales siquidem exercitus, alii alio dispersi, necessaria limitibus statione terebantur,
10 Turcis latiss me dominantibus, et per omnes fere regiones, quæ Euxinum, Hellesquepontum interjacent; quæque hinc Ægæo, hinc Syriaco mari clauduntur, sinubusque maxime iis qui Pamphyliam, Ciliciamque prætcrlapsi, in mare Ægyptium delabuntur, munitiones obtinentibus. B Unde fiebat ut cum Orientales exercitus Turcico periculo distinerentur, Occidui ad Bryenium confluxissent: quæ supererat Romana potentia, exili sane numero censeretur. Reliqui nimirum erant immortales quidam, qui heri, ac nudiustertius tractare gladios, hastasque cœperant. Accedebant alii, et ipsi rari, a Chomate nuncupati milites, et Gallici nonnulli manipuli summam ad paucitatem redacti. Ejusmodi copias, qui pro Botaniate res administrabant, patri meo dant, polliciti auxilia Turcorum, quæ conductum miserant: simulque edicunt, sine mora capessat bellum, cumque Bryenio decernat, freti utique non tam exercitus robore, quam consilio, bellicaque virtute ducis; qui, ne Turcicis quidem C exspectatis auxiliis, statim se, suisque quam optime potuit instructis, adventantem quippe hostem audiens, ex urbe regia in Thraciam progressus, castra circa Salsum fluvium sine fossa, et vallo metatus est; quoniam enim in Cedocti campis consedisse Bryenium audierat, idoneo se ab illius conspectu disjungere spatio studuit: id cavens, ne, si suos illi adversa fronte objiceret, facile is sensum paucitatis, imbecillitatisque ipsorum caperet; intelligeretque se plurimos cum non multis, exercitatissimos cum tyronibus in conflictu commissurum. Ergo Alexius non hoc audendi tempus, palamve aperto marte invadendi ratus, cautis grassari artibus, et furari, si posset, victoriam, satis sibi tunc quidem videri debere statuit, idque conari decrevit.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

denique ac consularibus præerant domestici duo: prior qui Orientalibus provinciis imperabat, δομέστικος τῶν Ἀνατολικῶν θεμάτων, posterior qui occidentalibus, τῶν Δυτικῶν dicebatur. Hac postrema functum dignitate Alexium tradit, præter Græcos scriptores, Willelmus Antistes Tyrius, lib. II, cap. 5.

(17) *Ἀθάνατοι.* Quemadmodum olim apud Persas erat legio militaris, quam τῶν Ἀθανάτων appellabant, ut docemur ex Procopio, lib. II *De bello Persico*; Theophane in Theodos. Jun. an. 18; Freculpho, tom. II, lib. V, cap. 10, et aliis scriptoribus, quos laudat Brissonius lib. *De regno Persar.*, ita habebant Byzantini imperatores, Persicorum principum simiæ, suos immortales, quos a Nicephoro logotheta, qui sub Michaele Duca rerum potitus est, tum demum institutos refert Bryenius, lib. IV, n. 4, quibus id nominis videtur inditum, quod pacis æque ac belli tempore militarent, essetque eorum cohors *schola vocatio*- D *nis semper ignara*, quod de peculiari quadam Caroli M. imp. caterva militari dixit Monachus Sangallensis, lib. II, cap. 26. Unde Anna de Athanatis agens, lib. II, pag. 62, dixit, στράτευμα δὲ τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον, quia videlicet, pacis perinde ac belli tempore imperatoribus merebant. *Athenasi* corrupte dicuntur Tudebodo, lib. II. Consule præterea Glossaria Rigaltii et Fabroti.

(18) *Ἐκ τοῦ χώματος.* Vide notata ad pag. 92.

(19) *Κηδόκτου.* Τὸν Κηδόκτου χῶρον habent Scylitzes et Zonaras in Michaele Rhangabe et Mich. Balbo.

(20) *Κλωπιτεύειν τὴν νίκην. Boni enim duces,* ait Vegetius lib. III, cap. 10, *non aperto Marte prælium, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant, ut integris suis, quantum possint hostes interimant, certe vel terreant.* V. Leon. Tact. cap. 12, § 12.

Verum antequam duos generosissimos duces, nec fortitudine, nec scientia rei bellicæ sibi quidquam invicem concedentes, decretorio inter se certamine committimus, id quod jam instituit sermo noster, age ante aciem structam utrimque, collataque signa, augurium successus ex ipsorum consideratione captemus. Erant ex æquo hi viri ambo heroica specie, fortique pectore, robur autem et experientiam militiæ quod attinet, paribus laudis momentis, tanquam in trutina librati: utra lanx tandem, fortuna degravante, subsederit, mox videndum erit. Interim quidem Bryenius magnis spebus palmam ambiebat; ut qui et copias ductaret, quarum virtuti jure fideret; et ad hoc ipse tum peritiam belli magno usu partam, tum scitam aciei structionem ex se conferret. **11** Alexio minimum fiduciæ in copiis, summa spei in seipso; itaque contra eas, quas diximus, adversarii opes, ac vires ingenium versutum ad belli dolos, artemque astuti Martis opponebat. Jam odorari se invicem ceperant, aderatque committendi tempus. Prior Bryenius, cognito itinera sibi ab Alexio ad progressum mature incidi, infestus in ipsum movet circa Calauram, prout exploratores retulerant, castris positis hærentem. Diviserat copias in duo cornua. Dextrum, quod fratri suo Joanni regendum commiserat, quinque millibus constabat fere Italorum, et e reliquiis copiarum Maniaci illius. Accedebant equites e Thessalia; tum pars quædam eorum qui de societate dici solent, non imbellis. Sinistro cornu Tarchaniotes Catacalo præerat, Thracas, et Macedonas graviter armatos, numero trium millium ductans. Mediam ipse aciem Bryenius tenuit, fortissimo equitatu e Macedonibus, et Thracibus, et flore ipso, ac delectu prætorianæ militiæ constante succinctus. Equis omnes vehebant Thessalis, loricis ferreis, et galeis, galearumque insignibus late fulgentes: ita ut arrectis equis in aurem dexteram, simul cum flictu sese invicem

A Ἐπεὶ δὲ ἄνδρας καὶ ἀμφοτέρους γενναίους ὁ λόγος κατεστήσατο, τόν τε Βρυένιον καὶ τὸν ἐμὸν πατέρα τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον (οὐδὲν γὰρ ἕτερος τοῦ ἑτέρου πρὸς ἀνδρίαν ἀπελιμπάνετο, οὐδὲ τὰ τῆς ἐμπειρίας ἕτερος ἑτέρου παρ' ἔλαττον εἶχεν), ἄξιόν ἐστι καταστησαμένους τούτους εἰς φάλαγγας, καὶ ἀντιπαρατάξεις, ἐκεῖθεν ἀποσκοπῆσαι τοῦ πολέμου τὴν τύχην. Τὼ μὲν γὰρ ἄνδρε τούτω καὶ ἄμφω ἤστην καλὼ καὶ γενναίω, καὶ τά γε εἰς χεῖρας καὶ πεῖραν ἴσοι ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης ἱστάμενοι· ὁρᾷν δὲ ἡμᾶς χρεὼν ὅπου τὰ τῆς τύχης ἐπέβρισεν. Ὁ μὲν γὰρ Βρυένιος μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν ταῖς δυνάμεσι καὶ τὴν πεῖραν προὐβάλλετο καὶ τὴν εὐταξίαν τῆς παρατάξεως· ὁ δὲ Ἀλέξιος ἐκ τοῦ ἑτέρου ὀλίγας μὲν ἐλπίδας καὶ πάνυ ἀφελεῖς εἶχεν ὅσον ἐπὶ τῷ στρατεύ- B ματι, ἀντιπρουβάλλετο δὲ τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης ἰσχὺν, καὶ τὰς στρατηγικὰς μηχανάς, ἤδη γὰρ ἀλλήλοιν αἰσθόμενοι, καὶ ὅτι πολέμων ἤδη καιρὸς, ὁ μὲν Βρυένιος ἐπειδὴ τὰς ἐφόδους αὐτοῦ προϋποτέμνεσθαι τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον μεμαθήκοι καὶ περὶ Καλαυρὴν (21) στρατοπεδεύειν, οὕτω ξυνταξάμενος ἀντεπήρχετο. Εἴς τε γὰρ δεξιὸν κέρας καὶ εὐώνυμον τάξας τὸ στράτευμα, τοῦ μὲν δεξιοῦ κατάρχειν τὸν αὐτάδελφον Ἰωάννην ἐπέταττε, πεντακισχίλιοι δ' ἦσαν οἱ τοῦτο τὸ μέρος συμπληροῦντες, Ἰταλοί τε καὶ τῆς τοῦ Μανιάκου (22) ἐκείνου ἀποσπάδος· καὶ μὴν καὶ ἐκ Θετταλίας ἄνδρες ἱππεῖς καὶ μοῖρά τις τῶν ἀπὸ τῆς ἑταιρείας (23) οὐκ ἀγεννής· θάτερον δὲ τὸ εὐώνυμον κέρας ὁ Ταρχανειώτης (24) εἶχε C Κατακαλὼν, Μακεδόνας τε καὶ Θρᾷκας ἐξωπλισμένους εἰς τρισχιλίους τοὺς ξύμπαντας συναριθμουμένους. Αὐτὸς δ' ὁ Βρυένιος τὸ μέσον κατεῖχε τῆς φάλαγγος, ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν συντεταγμένον, καὶ τοῦ ἀρχοντικοῦ (25) σύμπαντος ὅσον ἐπίλεκτον. Πάντες δὲ ἐφ' ἵπποις Θετταλοῖς (26) ἐποχούμενοι καὶ τοῖς σιδηροῖς θώραξι καὶ τοῖς περὶ τὴν κεφαλὴν κράνεσιν ἐξαστράπτοντες, τῶν τε ἵππων διεγειρομένων ἐς ὀρθὸν οὖς καὶ τῶν ἀσπίδων πρὸς ἀλλήλας παταγουσῶν, πολλή τις αὐγὴ αὐτῶν

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) *Καλαυρήν*. Καλαβρόν, Zonaræ et Scylitzæ, regio sic dicta, διὰ τὸ κατάῤῥυτον εἶναι τὸν τόπον βρύσεσιν ὑδάτων πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν.

(22) *Μανιάκου*. Is est Georgius Maniaces, qui in Italiam, seu Calabriam, ab imp. Basilio missus, Siculos, Normannis juvantibus adortus, et ab iis postea **227** derelictus, defectionem molitus est, Monomacho imperante; sumptisque imperii Insignibus, tandem cum ad Servios se contulisset, commisso ad Strobum prælio, debellatus est. Historiam narrant Zonaras, Scylitzes, Glycas, Gaufredus Malaterra, lib. I, cap. 7 et 8; Leo Ost. lib. II, cap. 18; et Ordericus Vitalis, lib. IV, qui *Manicheti* nomen, et ob affectatam fortassis tyrannidem, imperatorium titulum ei tribuit.

(23) *Ἀπὸ τῆς ἑταιρείας*. Ex cohortibus scilicet conflatis ex Romanorum sociis, quas peculiari appellatione Ἑταιρείας appellabant. Scylitzes in Michaele Balbo, ἐν τῷ παλατίῳ σχολὰς εἰληφὼς, καὶ τὰς ἑταιρείας, ἔξεισι κατὰ τοῦ τυράννου. Atque, ut ex hoc loco videtur posse colligi, militabant illæ in palatio, ad imperatoris custodiam, quibus qui præerant Ἑταιρειάρχαι et Μεγάλοι Ἑταιρειάρ- D χαι dicti Constantino Porph. *De Adm. Imp.* cap. 51; Willelmo Tyrio, lib. XXI, cap. 16; Pachymeri lib. II, cap. 24. Cantacuzeno lib. I, cap. 55, lib. II, cap. 6; Scylitzæ, Zonaræ, Manassæ, et al. a Meursio et Fabroto laudatis: quod præterea firmat Cinnamus lib. V, n. 8. Γεώργιον ὃς ἑταιρείας τῷ τότε ἡγεῖτο τῆς βασιλικῆς. Idem Pachymeres lib. IV, cap. 29, ait eorum munus fuisse in Palatio ἐπὶ τῆς εἰσαγωγῆς, unde *Admissionales* vertit eruditus interpres. Hujusmodi sunt apud nos, *les Introducteurs des Ambassadeurs.*

(24) *Ταρχανειώτης*. Cujus meminit Zonaras in Romano Diogene.

(25) *Ἀρχοντικοῦ*. Ἄρχοντες Græcis scriptoribus ævi sequioris, iidem qui nostris *Barones* dicuntur: Ἀρχοντικὸν vero idem quod *Barnagium*. V. Not. ad p. 204.

(26) *Ἐφ' ἵπποις Θετταλοῖς*. Thessalicos equos olim in pretio fuisse adnotant præterea Herodotus, lib. VII; Varo, *De re rustica*, lib. II, cap. 7; Theocritus Εἰδ. ιδ'. Oppianus, lib. I. Κυνηγ., Lucanus, lib. VI, et alii.

τε καὶ τῶν κορύθων ἐκεῖθεν ἐξέπιπτε μετὰ δείματος. Ὁ δὲ εἰς μέσους κυκλούμενος ὁ Βρυένιος καθάπερ τις Ἄρης ἢ γίγας ὑπερωμίας εἰς πῆχυν ἕνα τῶν ἄλλων πάντων ὑψούμενος καὶ αὐτόχρημα θάμβος ἦν καὶ φόβος τοῖς θεωμένοις. Ἔξωθεν δὲ τοῦ σχήματος (27) ὅλου ὡσανεὶ δυοῖν σταδίων διάστημα Σκύθαι τινὲς ἦσαν σύμμαχοι βαρβαρικοῖς κεκοσμημένοι τοῖς ὅπλοις. Παρήγγελτο δὲ, ἐπειδὰν οἱ πολέμιοι προφανεῖεν καὶ ἡ σάλπιγξ πολέμιον ἀλαλάξειεν, εὐθὺς κατὰ νώτων ἐμπίπτειν καὶ βάλλειν τοὺς Σκύθας τοῖς πολεμίοις καὶ θλίβειν αὐτοὺς τοῖς πυκνοῖς καὶ συνεχέσι τοξεύμασι, τοὺς δὲ λοιποὺς πυκνὰ συνασπισαμένους ἐμπίπτειν κατὰ τὸ καρτερώτατον. Οὕτω μὲν οὗτος τοὺς ἀμφ' αὐτὸν διετάξατο. Ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος τοῦ τόπου τὴν θέσιν κατασκεψάμενος τὸ μὲν τοῦ στρατεύματος κατέστησεν ἔν τισι κοιλάσι, τὸ δ' ἀντιμέτωπον ἔστησε τῆς στρατιᾶς Βρυενίου. Ἄμφω δὲ παραταξάμενος τὸ ὑποκαθήμενον καὶ τὸ προφανὲς, καὶ πτερώσας λόγοις ἄνδρα ἕκαστον, καὶ εἰς ἀνδρίαν ἐπάρας, τῷ μὲν ἐπέσκηπτε τῷ προλοχίζοντι τάγματι, ἐπειδὰν κατὰ νώτου γένοιντο τῶν πολεμίων ἐξαιφνιδίου προσπίπτειν, καὶ μεθ' ὁρμῆς ὅτι πολλῆς καὶ σφοδρᾶς ἐπαράττειν κατὰ τοῦ δεξιοῦ κέρατος. Τοὺς δ' ἀθανάτους λεγομένους καί τινας ἀπὸ τῶν Κελτῶν ἑαυτῷ παρακατέσχε, καὶ τούτων προὐτέτακτο· τῶν δὲ Χωματικῶν καὶ Τούρκων ἔξαρχον τὸν Καταχαλὼν κατέστησε, καὶ πρὸς τὸ Σκυθικὸν ἅπαν ἔχειν τὸν νοῦν καὶ τὰς διεκδρομὰς αὐτῶν ἀπαλλάττειν παρεκελεύσατο. Ταῦτα μὲν οὕτως εἶχε· καὶ ἐπεὶ κατὰ τοὺς κοιλώδεις τόπους τὸ τοῦ Βρυενίου γέγονε στράτευμα εὐθὺς, σύνθημα δεδωκότος τοῦ μοῦ πατρὸς Ἀλεξίου, μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ ἐμπηδῆσαν τὸ περὶ τὴν ἐνέδραν στράτευμα τῷ τε αἰφνιδίῳ κατέπληξαν τοὺς πολεμίους ἕκαστος τῶν παρατυχόντων πλήττων τε καὶ φονεύων, καὶ εἰς φυγὴν κατηνάγκασαν. Ἀλλ' ὁ Βρυένιος Ἰωάννης καὶ τοῦ ἡγεμόνος αὐτάδελφος, μνησθεὶς ἐνταῦθα θούριδος ἀλκῆς καὶ θυμοῦ, τῷ ψαλλίῳ τρέψας τὸν ἵππον καὶ τὸν ἐπιόντα στρατιώτην ἀθάνατον πληγῇ μιᾷ καταβαλὼν ἔστησέ τε κλονουμένην τὴν φάλαγγα, καὶ οὕτω συντάξας ἀπῶσε τοὺς πολεμίους. Οὕτως οἱ ἀθάνατοι προτροπάδην μετά τινος ἀκοσμίας ἔφευγον ὑπὸ τῶν κατόπιν ἀεὶ στρατιωτῶν ἀποκτιννύμενοι. Ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ, εἰς μέσους ἑαυτὸν ἐμβαλὼν τῶν πολεμίων, καὶ γενναίως ἀγωνιζόμενος ἐκλόνει μὲν καὶ οὗτος τὸ μέρος ἐφ' ᾧπερ ἂν παραγίνοιτο πλήττων ἕκαστον τὸν πρὸς αὐτὸν ἰόντα καὶ εὐθὺς καταβάλλων ἐλπίζων δὲ ξυνέπεσθαι καί τινας ἀμύνειν αὐτῷ στρατιώτας, ἀκατασχέτως εἴχετο τοῦ ἀγῶνος, αἰσθόμενος δὲ διαῤῥαγεῖσαν τὴν ἑαυτοῦ φάλαγγα, καὶ ἤδη πολλαχοῦ σκεδασθεῖσαν, τοὺς εὐψυχοτέρους, ἓξ δὲ ἦσαν οἱ σύμπαντες, συλλεξάμενος ἐβουλεύσατο σπασαμένους τὰ ξίφη, ἐπειδὰν ἐγγίσαιεν τῷ Βρυεννίῳ, κατ' αὐτοῦ χωρεῖν ἀναισχύντως, κἂν δέοι κἀκείνους αὐτῷ συναποθανεῖν. Ἀλλ' ἀπεῖρξε τοῦ τοιούτου βουλεύματος Θεόδοτός

A pulsantium clypeorum, terrificus intuentes præsertim emicans e galeis, splendor perstringeret. Ipse in mediis Bryenius, velut Mars, aut gigas quidam, humeris altitudine cubitali supra turbam cæteram eminentibus exstabat; ad speciem mirabilior, an ad terrorem formidolosior, incertum. Extra totum aciei corpus, intervallo quasi duum stadiorum, auxiliares quædam copiæ Scytharum erant, barbaricis instructæ armis. De his mandatum erat, ut simul atque apparere hostes, et canere classica cepissent, circumducti Barbari a tergo immitterentur in hostes, eos quantum possent assidua jaculatione conturbaturi, dum interim a fronte phalanx, conjunctis armis, et viribus, quam vehementissime in adversum nitens inferretur. B Hoc fere modo instructum agmen in pugnam ducebat Bryenius. Pater vero meus, Alexius Comnenus, prius observata, captataque opportunitate quarumdam vallium, partem copiarum illic subsidere jussit; reliquas adversa fronte objecit hosti. Quibus utrisque pro tempore, ac loco instructis, excitatisque diserta oratione ad rem strenue gerendam privatim iis quos in insidiis collocarat, præscripsit, ut quamprimum sentirent hostes eo processisse, ubi ab ipsis coorientibus a tergo pulsari possent, insurgerent, et quam tumultuosissime, vehementissimeque possent, in cornu dextrum inveherentur. Eos porro, qui dicebantur immortales, et quosdam e Gallis **12** circa se C retinuit, iisque voluit ipse præesse; Chomatenis vero, ac Turcis ducem præfecit Catacalonem, cui dedit in mandatis, observaret Scythas, et negotium proprium haberet eorum incursionibus obsistere. His ita dispositis, simul ad insidiarum locum Bryenii exercitus provectus est, signo ecce repente ab Alexio dato, erumpunt nostri e latebris, et partim improvisa specie mali, partim impressione vehementi, cædibusque obviorum hostes turbarunt primum, mox etiam in fugam averterunt. Hic Bryenius Joannes, imperatoris frater, fortitudine, qua summa valebat, tota usus in tempore vertit equum freno, instantemque sibi a tergo militem, unum quempiam ex immortalibus una plaga dejecit, stititque suorum fugam, et phalan- D gem a conturbatione revocatam, restitutis ordinibus, in hostes ducens, eos repulit. Vicissimque immortales, Bryenianis terga cædentibus, parum honeste fugiebant. At pater meus jam ab initio in medios illatus hostes, quam in aciei partem incurrerat, eam fortiter agendo, ac quemque contra venientem strenue dejiciendo commoverat. Et pergebat irrevocabilis in incepto, confidens adesse sibi suos, et subsequi; donec tandem sensit fractam suam phalangem, fusamque, ac fuga dispersam. Tum vero fortissimis quibusque suorum, qui ad manum erant, secum assumptis, sex hi fuerunt,

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(27) *Ἔξωθεν τοῦ σχήματος*. Edit. Hœschel. ἔξωθεν δὲ τοῦ εὐωνύμου κέρατος.

decreverat strictis omnes gladiis in Bryenium, ubicunque esset, ducere, eumque inventum generose aggredi, certus vincere, aut mori : sed ab hac eum temeritate revocavit Theodotus quidam miles, vetus minister patris mei; qui fidi, et sani capitis, sibique a pueritia probati consilio, a facinoris imprudenter audacis cogitatione deduci se sinens, secessit paululum a Bryenii exercitu, collectisque, ac sibi adjunctis insignioribus suorum qui dispersi fuerant, operi rursus instabat. Prius vero quam eo se modo, ac proposito subduceret, Scythæ in Chomatenos Catacaloni subjectos irruerant, et clamore vario, atque ululatibus inconditis facile territos in fugam verterant. Quo animadverso Barbari ad prædandum versi, mox onusti, retro respicere, et quo spolia in tuto ponerent, priora castra, unde venerant, requirere ceperunt. Scytharum id solemne vitium bellantium est : primam ad hostis fugam, nondum confirmata victoria, spoliorum raptui vacantes, successum cupiditate corrumpunt, quod et hic contigit. Nam lixæ, calonesque, cæteraque ministeria castrorum, ne quid a prædantibus Scythis incommodi paterentur, ad extremam se aciem Bryennianorum pugnantium applicuerunt, tantaque erat, et tam **13** effusa concursatio sese immiscentium manipulis suorum, ut Barbaros effugerent, ut inde exstiterit perturbatio non exigua ordinibus permistis, signorumque militarium discrimine confuso, ipsis plus nimio inter se admotis, alteroque alterius in locum illato. In his deprehensus forte meus pater, qui, ut superius docuimus, intra ipsam Bryenii aciem penetraverat, perque

A τις στρατιώτης, ἀνὴρ τῷμῷ πατρὶ παιδόθεν ὑπηρετήσας, ὡς ἄντικρυς παραβόλου τοῦ ἐγχειρήματος ὄντος. Τὴν ἐναντίαν οὖν τρεπόμενος ὁ Ἀλέξιος ὀλίγον μὲν ὑπεξάγειν ἑαυτὸν τῆς τοῦ Βρυεννίου στρατιᾶς ἐβούλετο, γνωρίμους δέ τινας τῶν διασκεδασθέντων ἐπισυλλέξας καὶ συστησάμενος, αὖθις τῷ ἔργῳ ἐνέκειτο. Μήπω δὲ τοὐμοῦ πατρὸς ἐκεῖθεν ἑαυτὸν ὑπεξαγαγόντος, οἱ Σκύθαι τοὺς περὶ τὸν Καταχαλὼν Χωματηνοὺς ἐκλόνουν βοῇ πολλῇ καὶ ἀλαλαγμῷ χρώμενοι, καὶ ἐπειδὴ καὶ τούτους ἀπώσαντο καὶ εἰς φυγὴν εὐκόλως ἐτρέψαντο, πρὸς λαφυραγωγίαν ἀπέβλεψαν καὶ φυγὴν καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀνεζήτουν διατριβάς. Τοιοῦτον γὰρ τὸ ἔθνος τὸ Σκυθικόν· μήπω καθαρῶς τρεψάμενοι τὸν ἀντίπαλον καὶ τὸ κράτος ἀναδησάμενοι, διαφθείρουσι τὴν νίB κην τῇ λαφυραγωγίᾳ. Τὴν γὰρ οὐραγίαν τοῦ Βρυεννίου στρατεύματος καταλαβὼν ἅπαν τὸ θητικὸν ταῖς τάξεσιν αὐτῶν ξυνεμίγνυτο φόβῳ τῶν Σκυθῶν τοῦ μή τι παθεῖν ἕνεκα παρὰ τούτων· ἀεὶ δέ τι συῤῥέον ἐπὶ τούτους ὅσον ἐξέφυγε τὰς χεῖρας τὰς Σκυθικάς, σύγχυσιν οὐ μικρὰν ταῖς τάξεσιν ἐνεποίησε τῶν σημαιῶν ἀναμιχθεισῶν ἀλλήλαις. Ἐν τούτοις δὲ ἐναπειλημμένος ὢν οὑμὸς πατὴρ Ἀλέξιος ὡς καὶ πρόσθεν ἐλέγομεν, περιχορεύων ἐντὸς τοῦ στρατεύματος τοῦ Βρυεννικοῦ, ὁρᾷ τῶν ἱπποκόμων ἕνα τοῦ Βρυεννίου ἵππον τινὰ τῶν βασιλικῶν ἐπισυρόμενον (28) τῇ τε ἁλουργῷ ἐφεστρίδι (29) κεκοσμημένον καὶ κατάχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα, καὶ δὴ καὶ τοὺς κατέχοντας τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσι παρεπομένας ῥομφαίας (30) ἐγγύθεν αὐτῷ παραθέοντας.
C Τοῦτο οὖν θεασάμενος καλύπτει μὲν τὸ πρόσωπον τῷ θωρακιδίῳ (31), ὃ τῆς κόρυθος κύκλῳ ἐξήρτητο,

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) *Ἐπισυρόμενον*. Equum scilicet ex iis, quos Byzantini vocabant Συρτούς, seu Συρτὰ, ut docemur ex Codino *De Offic.* cap. 5, n. 7; Latini vero *Dextrarios*, quod dextra, vel manu ducerentur. Joannes de Janua : *Dextrarius dicitur, quia per dextram ducitur.* Jacobus cardinalis, lib. II, *De coronat. Bonifacii VIII*, cap. 9 :

Post ipsum quadratus equus detextus ad ante
Cygneus ad dextram vehitur.

Δεξιὸν ἵππον dixit Leo Grammaticus in Michaele. Sed de Dextrariis plura nos in Glossario ad Villharduinum.

(29) *Ἁλουργῷ ἐφεστρίδι*. Byzantinos Augustos palliis et stragulis purpureis equos, maxime dextrarios, instravisse, sat multis ostendimus ad eumdem Villhard. N. 83. Addo hunc morem hausisse illos a Persis, a quibus pleraque regiorum ornamentorum et insignium acceperant. Sic enim Xenophon, lib. VIII, *Περὶ Κύρου παιδ.* Cyri magnificum incessum describens, οἱ δ' αὐτῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρῆγοντο χρυσοχάλινοι, ῥαβδωτοῖς ἱματίοις καταπεπταμένοι, ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. V. Annam p. 140.

(30) *Ῥομφαίας*. Rhomphææ Codino dicuntur κοντάρια, seu δόρατα κεχρυσωμένον ἔχοντα ξύλον· Annæ, lib. V, p. 140, ἀργυρόηλα δόρατα; lib. VI et XI, p. 175, 176 et p. 314, ἀργυρόηλα σκῆπτρα.

Istas pariter argenteas rhomphæas describit Julianus expræfectus epigrammate, Εἰς ἀρχοντικὸν πέλεκυν, quod exstat in Anthologia Græca, lib. IV, cap. 42 :

Ἢν μὲν ἀλιτραίνῃς, πέλεκυν βλεφάροισι δοκεύεις·
Ἢ δὲ σαοφρονέῃς, ἄργυρός εἰμι μόνον.

Interdum etiam dicuntur σκῆπτρα simpliciter, ut apud Xenophontem in descriptione incessus Cyri, Ἐφείποντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι σὺν τοῖς παλτοῖς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους. Papias *rhomphæam*, spatham fuisse scribit; spatha vero fuit major gladius. *Rhomphæa est gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatham dicunt. Ipsa est et framea.* Papiæ assentitur Abbo, lib. II, *De bello Paris.*

Nostra manens turris, clypeus, nec non bisacuta
Rhomphæa, fortis et arcus erat, fortisque sagitta.

D **228** Gloss. Græco-lat. ῥομφαία, *framea, gladium.* Rhomphæas tenebant quatuor ex honoratioribus proceribus, bini videlicet ex qualibet parte, latera imperatoris tegentes, qui inde ῥομφαιοκράτορες dicti Codino, *De offic.* cap, 17, n. 54. Corippus, lib. III :

Pilaque suspiciunt alto splendentia ferro
Aurea, et auratos conos, cristasque rubentes.

(31) *Θωρακιδίῳ*. Bryenius, καλύψας τὸ πρόσωπον τῷ ἀπῃωρημένῳ θωρακίδι τῷ κόρυθι. Editio Annæ Hœscheliana θωρακησίῳ habet. Bucculæ loriculam in fronte galeæ pendentem his locis interpretatur eruditus Possinus; eam videlicet galeæ, seu potius ἑλμοῦ partem, foraminibus distinctam, quæ laxata, aut demissa, vultum tegebat. *Nasale* appellatur ab Ægidio de Roya an. 1371 quod nasum demissa tegeret; *Visière*, nostris, unde βιζηέρα Græcis recentioribus apud Anon. *De nupt. Thesei.* Joan. Cinnamus, lib. III, n. 9,

σφοδρῶς δὲ κατ' αὐτῶν ἐξορμήσας σὺν τοῖς ἐξ A στρατιώταις οὓς ἄνωθεν ὁ λόγος ἐδήλωσεν, καταβάλλει μὲν καὶ τὸν ἱπποκόμον, αἱρεῖ δὲ καὶ τὸν βασιλικὸν ἵππον, συναφαιρεῖται δὲ καὶ τὰς ῥομφαίας καὶ λάθρα ὑπέξεισι τοῦ στρατεύματος. Ἐν τῷ ἀκινδύνῳ δὲ καταστὰς τόν τε χρυσοφάλαρον ἐκεῖνον ἵππον ἐξέπεμψεν, καὶ τὰς παρ' ἑκάτερα τοῦ βασιλικοῦ σώματος στρεφομένας ῥομφαίας, καὶ κήρυκά τινα μεγαλοφωνότατον παρακελευσάμενος ἁπανταχοῦ τοῦ στρατεύματος διαθέοντα βοᾷν ὡς ὁ Βρυένιος ἐπεπτώκει (32). Τοῦτο γενόμενον πολλοὺς τῶν σκεδασθέντων τοῦ στρατεύματος τοῦ μεγάλου Δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ ἐμοῦ πατρὸς ἁπανταχόθεν ξυνέλεγε καὶ παλιμπορεύτους ἐποίει, τοὺς δὲ καὶ ἔπειθεν ἐγκαρτερεῖν, οἱ δὲ ἑστήκεσαν ἀτρεμοῦντες ἵνα ἕκαστος ἔτυχε, καὶ εἰς τοὐπίσω τὰς ὄψεις στρέψαντες B ἐξεπλήττοντο ἐφ' οἷς παρ' ἐλπίδα ἑώρων. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτοῖς καινόν τι γενόμενον τῶν ἵππων ἐν οἷς ἐποχοῦντο τὰς κεφαλὰς ἐπὶ τὸ πρόσω ὁρώσας, τὰ δ' αὐτῶν πρόσωπα εἰς τοὐπίσω ἐστραμμένα, καὶ μήτε ἐπὶ τὰ πρόσω χωροῦντας, μήτε εἰς τοὐπίσω στρέψαι τοὺς χαλινοὺς ἐθέλοντας, ἀλλ' ἐκθάμβους ὅ τας καὶ ἐξαπορουμένους οἷον ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσιν. Οἵ τε γὰρ Σκῦθαι νόστου μνησάμενοι καὶ οἴκαδε ἀπιόντες οὐκ ἔμελλον ἔτι ἐπιδιώκειν, ἀλλὰ πόῤῥω τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν γεγονότες μετὰ τῆς λείας αὐτοῦ που περιπεπλάνηντο, τότε διακηρυκευόμενον ὡς ἄρα ὁ Βρυένιος ἑάλω καὶ κατενήνεκτο ἐθαρσοποίει τοὺς τέως δειλοὺς καὶ φυγάδας, καὶ τὸ κηρυττόμενον αὐτόθεν εἶχε τὸ πιθανὸν ἐνδεικνυμένου C πανταχόθι μετὰ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τοῦ ἵππου, καὶ τῶν ῥομφαιῶν μονονουχὶ διαγγελλουσῶν ὡς ὁ φυλαττόμενος ταύτας Βρυένιος χειρὸς πολεμίας γέγονεν ἔργον.

Εἶτα ἡ τύχη ξυνέβαλε καί τι τοιοῦτον. Ἀπόμοιρά τις ἐκ τῆς συμμαχίας τῶν Τούρκων καταλαμβάνει τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν Ἀλέξιον, καὶ ὡς καθειστήκει τὰ τοῦ πολέμου μαθόντες καὶ τοὺς πολεμίους ὅπου καὶ εἶεν ἐπιζητήσαντες, ἐπὶ λόφου τινὸς συνεληλυθότες τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ καὶ ἐμῷ πατρὶ, ἐκείνου δεικνύντος τῇ χειρὶ τὴν στρατιὰν, ἐθεῶντο τούτους ὥσπερ ἀπό τινος σκοπιᾶς. Εἶχε δὲ ὧδε τὰ κατ' αὐτούς. Συγκεχυμένοι τε γὰρ ἦσαν μήπω συντάξαντες ἑαυτοὺς, καὶ ὡς τὴν νίκην ἤδη ἀράμενοι D καταφρονητικῶς εἶχον, καὶ ἔξω κινδύνων ἑαυτοὺς ᾤοντο. Μάλιστα δὲ ἀναπεπτώκεισαν τῶν τῷ ἐμῷ πατρὶ ξυνεπομένων Φράγγων προσκεχωρηκότων τῷ Βρυεννίῳ διὰ τὴν προγεγενημένην τροπήν. Καὶ γὰρ

A eam pugnans, infestusque ferebatur, videt quemdam ex agasonibus Bryenii equum trahere, purpura instratum, frenoque, ac phaleris insignem aureis. Sed et non procul erant, qui portarent eas, quæ proxime stipare imperatoris (qualem se ferebat Bryenius) latera romphææ solent. His Alexius conspectis, statim bucculæ loricula, in fronte galeæ pendente, vultum obnubens summa vi cum sex, quos dixi, comitibus istuc repente invehitur, facileque dejecto agasone, non solum equo regio, sed etiam romphæis potitus, clam se acie subducit. Moxque in tuto consistens, illum auro phaleratum equum, et romphæas, quæ utrinque circa imperatoris corpus versari assidue consueverunt, misit qui late ostentarent; præconemque simul vocalissimum B passim proclamare per exercitum jussit, Bryenium cecidisse. Id magno domestico patri meo, plus quam credi posset, profuit. Nam et qui ex ejus exercitu palabundi errabant, fuga dispersi, ad eam vocem revocati, collectique iterum præsto fuerunt, et qui steterant in acie, haud parum in constantia pugnandi confirmati sunt. Oblatumque tunc novum spectaculum est equitum Alexii pugnantium, qui admiratione auditæ rei ora vertentes, capitibus equorum hostes spectantibus, ipsi retro intuebantur, in eoque habitu diutius hærebant stupefacti: adeo inopinatum ipsis acciderat, Scythas, quos paulo ante imminentes humeris passi erant, videre jam lato spatio divisos, patriam, domumque, alia certe C omnia, quam pugnam cogitantes, longe ab utroque exercitu circa prædam cursitare, quam modo fecerant. Sed et movebat, quod præconio verberabat aures, cæsum, sublatumque Bryenium, cujus vocis fides specie præsenti sanciebatur equi circumduct cum imperatoriis insignibus, romphæis ipsis tantum non clamantibus illum, cui utique soli comparatæ custodiendo erant, in manus secum venisse hostium, ab iisque confectum.

Jam hic casus quoque quidam ad propagandam prosperitatem cœptorum nonnihil contulit. Cohors quædam auxiliarium Turcorum forte occurrit meo patri, tum commodum cum ipse fortunam pugnæ restituerat: quod ipsum cum didicissent ab eo, hostesque ubi essent, requirerent, **14** ipse iis secum in quemdam tumulum convenientibus, manu hostilem exercitum velut e specula monD strabat. Apparebat porro ipsa ex specie non optimo res loco apud hostes esse. Confusi erant temereque permisti, nondum restitutis ordinibus, in summa securitate, quasi victores e primo illo successu magnum hostium contemptum, suique fiduciam nacti, veluti jam plane in tuto essent.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Παραπέτασμα vocat: Βαχχῖνος μὲν τῷ βασιλεῖ τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν ἔπληξεν, οὐ μὴν καὶ διελᾶν τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη παραπέτασμα. Verum non desunt qui putant θωρακιδίου vocabulo intelligi lemniscum, seu velum quod cassidi imminebat, cujusmodi passim exhibent sigilla veterum militum. Φλάμουλον et φλαμουλίσκιον dicitur Mauritio, lib. 1, *Strateg.* cap. 2, et Leoni in *Tact.* cap. 5, § 5. Κασσίδια ἔχοντα τούφια μικρὰ, καὶ φλάμουλα κατὰ τῶν μήλων. Vetus poeta vernaculus in poem. cui titulus, *Le Roman de Guiteclin :*

Li gonfanon de soie sor hiaume li vantele.

Sed potior videtur Possini sententia.

(32) *Ὡς ὁ Βρυένιος ἐπεπτώκει.* Ejusmodi στρατήγημα tempore prælii usurpandum præcipit Leo Aug. in *Tact.* cap. 14, § III.

Reddidit is conspectus animos sociis; mirabiliter enim consternati fuerant, tum rebus aliis improsperis, tum præsertim defectione Francorum. Franci siquidem illi ipsi, quos secum in pugna esse, sibique comitari jusserat Alexius, post primam illam, quam diximus, fugam nostrorum, desultorie transierant ad Bryenium, dextrisque oblatis (ut patrius ipsorum mos est) fide accepta, dataque, primum pauci, deinde alii aliunde post alios ad Bryenianos confluxerant, spectaturi quid futurum esset. Id malum strenue per exercitum nuntians fama, multo pejus fecerat. Inde enim senescebat Alexianorum impetus bellantium, et fortitudinem optimi cujusque labefactabat desperatio subrepens. Cæterum cum ita se res hostium habere cernerent tam ii qui dudum erant cum Alexio, quam qui se recens adjunxerant, Turci, consilio ex tempore capto, cujus auctor Alexius fuit, tres turmas faciunt; duas in loca subsistere, tertiam vadere in hostes visum. Porro Turci, non conserto agmine, densatisque ordinibus, simul omnes ferebantur, sed solutim per manipulos, crebrioribus globis spatio quodam ab invicem disjunctis, per alas sigillatim hostes adoriebantur, equis in ipsos admissis, et pharetrarum pondere ejaculatione in eodem plurima, consumpto. Post hos sequebatur qui universam hanc militiam uno consilio devinxerat pater meus Alexius, collectis circa se ex dispersorum numero iis, quoscumque occurrentes allicere milites potuisset. Hic aliquis ex iis qui circa Alexium erant, immortalibus, audaci vir pectore, et usque ad temeritatem præfidens, admisso equo ultra ordines procurrens, ipsum recta Bryenium, habenis immissis omnibus, petiit, et hastam ille quidem vehementissime adverso pectori Bryenii applicuit. Cæterum is, antequam hastæ mucro thorace terebrato infigeretur altius, et ipsum hastile confregit statim, et vibrantis brachium a summo humero exorsus, quanquam ferreo munitum tegmine, totum secuit, humique prostravit. Ac Turci quidem sibi succedentes, totum agmen Bryenii sagittarum assiduis quibusdam nubibus inumbrabant. Contra quos Bryeniani, licet repentina nonnihil incursione turbati, colligentes se **15** tamen, et in ordines euntes obsistebant, prout poterant, et belli pondus sustentabant utcunque, adhortantes sese invicem ad strenue agendum. Verum et Turci, et pater meus post impressionem exigui temporis recesserunt, ex composito fuga si-

A τῶν ἵππων ἀποβεβηκότων τῶν Φράγγων καὶ δεξιὰς διδόντων (33) αὐτῷ καθάπερ δὴ πάτριόν ἐστι διδόναι τὰς πίστεις, ἄλλος ἀλλαχόθεν πρὸς τούτους ξυνέῤῥεον θεασάμενοι τὸ γινόμενον. Διεσάλπιζε γὰρ ἡ φήμη τὸ στράτευμα ὡς ἄρα καὶ οἱ Φράγγοι τούτοις προσέθεντο τὸν ἀρχιστράτηγον καταλελοιπότες Ἀλέξιον. Οὕτω δῆτα συγκεχυμένως ἔχοντας τούτους, οἱ ἀμφὶ τὸν ἐμὸν πατέρα καὶ τοὺς νήλυδας Τούρκους θεασάμενοι εἰς τρεῖς μοίρας ἑαυτοὺς διενείμαντο καὶ τὰς μὲν δύο ἐλλοχεῖν αὐτοῦ που διέταττον, τὴν δὲ τρίτην μερίδα χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐκέλευον. Καὶ τὸ ξύμπαν τῆς τοιαύτης διαταγῆς ἐς τὸν ἐμὸν πατέρα Ἀλέξιον ἀνεφέρετο. Οἱ μέντοι Τοῦρκοι οὐ κατὰ φάλαγγα συντεταγμένως ἐπῄεσαν ἅμα πάν-B τες, ἀλλὰ μεμερισμένως κατά τινας ὁμίλους ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότες ἑκασταχοῦ. Εἶτα προσβάλλειν ἑκάστην ἴλην τοὺς ἵππους ἐπὶ τούτους ἐλαύνοντας καὶ πυκνοῖς ἀποχρῆσθαι τοξεύμασιν. Συνείπετο δὲ τούτοις καὶ ὁ τὴν ὅλην στρατηγίαν ἀναδησάμενος ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος συλλέξας ἀπὸ τῶν σκεδασθέντων ὅσους ὁ καιρὸς ὑπηγόρευε στρατιώτας. Ἐνταῦθα τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον ἀθανάτων θρασύσπλαγχνός τις ὢν καὶ τολμηρίας προεξελάσας τὸν ἵππον, καὶ τῶν ἄλλων προεκδραμὼν, ἄντικρυς κατὰ τῶν Βρυεννίου ὅλους χαλάσας ῥυτῆρας ἐφέρετο. Καὶ αὐτὸς μὲν τὸ δόρυ μάλα σφοδρῶς ἐρείδει κατὰ τῶν στέρνων ἐκείνου· ὁ δὲ, γοργῶς τοῦ κολεοῦ τὸ ξίφος ἑλκύσας μήπω φθάσαντος τοῦ δόρατος κραταιότερον ἐρεισθῆναι, τοῦτό τε ἀπέκοψεν αὐτίκα καὶ τὸν C τρώσαντα κατὰ τῆς κλειδὸς πλήξας ὅλῳ βραχίονι κατενεγκεῖν τὴν πληγὴν, ἅμα τὴν χεῖρα πᾶσαν ἐξέτεμεν αὐτῷ θώρακι. Οἱ μὲν οὖν Τοῦρκοι ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ καταλαμβάνοντες τοῖς συνεχέσι βέλεσι τὸ στράτευμα κατεσκίαζον. Οἱ δέ γε περὶ τὸν Βρυένιον ἐπλήγησαν μὲν τῷ αἰφνιδίῳ, ὅμως συλλέξαντες ἑαυτοὺς καὶ εἰς τάξεις καταστησάμενοι τὸ τοῦ πολέμου βάρος ἐδέξαντο, ἄλλος ἄλλον παρακαλοῦντες ἀνδρίζεσθαι. Οἱ μέν τοι Τοῦρκοι καὶ ὁ ἐμὸς πατὴρ βραχύ τι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντικαταστάντες ἐκφεύγειν ἐσχηματίζοντο, κατ' ὀλίγον ἐφέλκοντες εἰς τὰς ἐνέδρας τοὺς πολεμίους καὶ τεχνικῶς ὑποσύροντες· ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν πρώτην γεγόνασιν ἐνέδραν, ἐξ ὑποστροφῆς κατὰ μέτωπον τούτοις εἱστήκεσαν. Καὶ συνθή-D ματός τινος γεγονότος εὐθὺς καθάπερ σφηκίαι τινὲς ἄλλος ἀλλαχόθεν διεξιππάζοντο τῶν ἐλλοχιζόντων, καὶ ἀλαλαγμῷ πολλῷ καὶ βοῇ καὶ τοῖς ἐπαλλήλοις τοξεύμασι τά τε ὦτα κατάκροτα τῶν ἀμφὶ τὸν Βρυένιον ἐποιήσαντο, καὶ τὰ σώματα ξυνεζόφωσαν τῇ πυκνότητι τῶν βελῶν ἁπανταχόθεν διεκπιπτόν-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(33) *Δεξιὰς διδόντων*. Patrium Francorum morem in dandis dexteris, in fidei, seu fidelitatis argumentum, hic exhibet Anna. Bifariam vero a Francis datas dexteras potissimum observare est. primum cum a subditis, aut vassallis, regibus vel dominis fides præstabatur; cujus moris, qui etiamnum in præstandis hominiis obtinet, exempla proferunt auctor Vitæ Ludov. Pii an. 837, Regino et Annal. Franc. Fuld. An. 884 et 889, Marculf. lib. I, form. 18; Witikindus, lib. I, et alii sine numero. Dabant præterea dexteras nulli clientelæ, vel servituti, obnoxii: quo casu ut plurimum dexterarum datio, seu potius implicatio, reciproca erat. Sic dextras datas et acceptas legimus in *Annalibus Franc. Fuld.* an. 869 et apud Willelm. Tyrium, lib. XIX, cap. 16. Inde *Dextræ*, pro fœderibus apud Hincmarum, *De ord. palat.* cap. 30. Franci igitur Alexiani in Bryenii partes transeuntes, dextras porrigunt, fidemque dant, vicissimque accipiunt V. p. 415 et 440.

των. Ἐνταῦθα δὲ μὴ ἀντιστῆναι δυνάμενον τὸ τοῦ Βρυενίου στράτευμα, ἤδη γὰρ πᾶς κατετέτρωτο, καὶ ἵππος καὶ ἄνθρωπος (πρὸς τροπὴν ἀπέκλινε) τὴν σημαίαν καὶ τὸν νῶτον παίειν παρέσχε τοῖς ἐναντίοις. Ἀλλ' ὅ γε Βρυένιος καίτοι πολλὰ βαρυνόμενος ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ σὺν βίᾳ ὠθούμενος, ἐδείκνυ τὸ ἀνδρεῖον καὶ ἔμψυχον ἀεὶ μὲν ἐπιστροφάδην τύπτων τὸν ἐπιόντα, ἀεὶ δὲ τὰ τῆς φυγῆς καλῶς καὶ ἀνδρείως διοικονομούμενος. Συνήραντο δὲ τούτῳ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ ὁ υἱὸς, καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ θαῦμα τοῖς πολεμίοις ἐδείχθησαν ἡρωϊκῶς ἀνταγωνισάμενοι. Ἤδη δὲ τοῦ ἵππου καμόντος, καὶ μὴ δυναμένου φεύγειν ἢ καὶ διώκειν· ἐγγὺς γὰρ ἦν τοῦ ἀποπεπνευκέναι διὰ τοὺς ἐπαλλήλους δρόμους· ἀνασειράσας τοῦτον ὁ Βρυένιος, καθάπερ τις ἀθλητὴς γενναῖος εἱστήκει πρὸς τὰς λαβὰς (34), πρὸς ἑαυτὸν δύο τῶν Τούρκων γενναίους ἐξεκαλέσατο, ὧν ὁ μὲν εἷς παίει τῷ δόρατι, ἀλλ' οὐκ ἔφθη δοῦναι βαρεῖαν πληγὴν, καὶ λαμβάνει ἀπὸ τῆς δεξιᾶς τἀνδρὸς βαρυτέραν· φθάνει γὰρ ἀποκόψας τούτου τὴν χεῖρα ὁ Βρυένιος τῷ ξίφει, ἣ μετὰ τοῦ δόρατος πρὸς τοὔδαφος ἐξεκυλίσθη. Ἅτερος δὲ τούτων τοῦ ἰδίου ἵππου καταπηδήσας, καθάπερ τις πάρδαλις ἥλατο ἐπὶ τοῦ Βρυενίου, ἐναρμόσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς ὀσφύος· καὶ ὁ μὲν εἴχετο τούτου ἀπρὶξ, καὶ ἐπιβαίνειν ἐπειρᾶτο τοῦ νώτου· ὁ δὲ, καθάπερ θηρίον ἐπιστρέψας ἑαυτὸν, ἐκκεντεῖν διὰ τοῦ ξίφους ἐβούλετο, οὐ μέν τοι κατὰ νοῦν ἐχώρει αὐτῷ τὰ πράγματα, ἀεί τοι τοῦ κατὰ νῶτον Τούρκου λογιζομένου καὶ τὰς τρώσεις ἐκφεύγοντος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῷ ἀπειρήκει κενεμβατοῦσα καὶ ἀπεῖπεν ὁ ἀθλητὴς, ἐνταῦθα πρὸς ἅπασαν χεῖρα πολεμίων ἐνδέδωκεν ἑαυτόν. Οἳ καὶ συλλαβόμενοι τοῦτον καὶ ὥσπερ μέγα κῦδος ἀράμενοι κομίζουσιν Ἀλεξίῳ τῷ Κομνηνῷ, οὐ πάνυ μέντοι πόῤῥωτέρω καθεστηκότι τῆς τοῦ Βρυενίου ἁλώσεως, ἐκτάττοντι δὲ τάς τε τῶν Βαρβάρων καὶ τὰς ἑαυτοῦ φάλαγγας. Καὶ πρότερον μὲν διά τινων κηρύκων τὴν ἅλωσιν τοῦ ἀνδρὸς διεπέμψατο. Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸν παριστῶσι τῷ στρατηγῷ, θέαμα δεινῶς φοβερὸν καὶ πολεμοῦντα καὶ ἁλισκόμενον. Οὕτω μὲν οὖν τὸν Βρυένιον εἰς χεῖρας ἔχων ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος δορύκτητον τῷ βασιλεῖ ἐκπέμπει Βοτανειάτῃ, μηδὲν μέντοι λυμηνάμενος τὰ ὄμματα ὅλως ὁ ἀνήρ. Οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτος ὁ Κομνηνὸς, ὥστε μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐπεξέρχεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτὸν καταστᾶσιν, ἀλλ' εἰς τιμωρίαν αὐτάρκη ἐνόμιζε τὴν τοῦ πολεμίου ἅλωσιν. Τὰ δ' ἐντεῦθεν φιλανθρωπίαι τε καὶ φιλοφροσύναι, καὶ φιλοτιμία πολλὴ, ὅπερ κἀν τῷ Βρυενίῳ ἐνεδείξατο. Καὶ γὰρ ἱκανὸν αὐτῷ μετὰ τὴν ἅλωσιν συμπορευθεὶς διάστημα, ἐπὰν τὸν. . . . . οὕτω καλούμενον τόπον κατέλαβεν, ἀνακτήσασθαι τῆς λύπης χρησταῖς ἐλπίσι τὸν ἄνδρα βουληθεὶς, πρὸς αὐτὸν ἔφη· Ἀποβάντες τῶν ἵππων καθεζώμεθα μικρὸν ἑαυτοὺς διαναπαύσοντες. Ὁ δὲ, τὸν περὶ ψυχῆς δε-

A mulata, paulatim trahentes hostem, quoad in insidiarum locum perducerent. Ubi vero ad locum, in quo primum agmen subsederat, ventum est, ecce fugaces repente versa facie sequacibus obsistunt, et insidiatores, signo quodam dato, crabronum ritu, alius aliunde hostes inequitant vociferatione immensa, et jaculatione perpetua, ut et Bryenianorum aures assiduo clamore obtunderentur, et jaculorum nimbis corpora umbrarentur. Hic necessitas iis incubuit retrocedendi cum jam resistere nequirent amplius, equis juxta virisque magno malo coactis tutiora respicere. Signo igitur in fugam præeunte universi terga dant adversariis. At Bryenius, quanquam vehementer adversa pu-
B gna fatigatus, summaque vi compulsus cedere, quam præsente, et generoso esset animo, monstravit, subinde respectans, sibique instantem feriens, semperque necessarium recessum honeste, ac generose ex præscripto artis bellicæ gubernans. In quo adjutores strenuos utrimque habuit, fratrem, et filium, quorum omnium heroica prorsus illo die facinora etiam hostibus miraculo fuerunt. Sed cum equus jam deficeret Bryenii, et propter reciprocatos longissimo tempore omnem in partem cursus, fugiendo juxta, sequendoque impar parum ab exspirando abesse videretur, desiliens generose Bryenius, stansque, correptis habenis, duos insequentium Turcorum ferociores ultro provocavit: quorum illum unus cum hasta pulsasset, prius-
C quam perferret ictum gravius, ab illo repercussus est, occupante uno ictu abscindere manum ejus, quæ telum complexa, solo subsedit in imo. Interim Turcorum alter agillimo saltu ex equo proprio in equum Bryenii transiliit, ephippioque ipsius apte insedit. Ipse nihilominus habenas tenuit, tergumque inscendere summa ope adnitens frustra erat, flectente se anguis instar, ac resupinante Barbaro: quem nec, mutato consilio, ense confodere conatus, libare unquam potuit, assidue vitabundum. Denique lassata jactandis in vanum ictibus dextera, hunc posse cædere desperans, mediam se in hostium circumstantium turbam injecit, qui comprehensum virum, rem se afferre magnam merito rati,
D ad Alexium duxerunt, non longe hinc occupatum suis, Turcorumque phalangibus ad pugnandum generose perurgendis. Atque illi primum victoriæ suæ indicium, misso nuntio, **16** dederunt. Mox ipsi adfuerunt cum illustri captivo, quem ut paulo ante pugnantem, ita tunc quoque vinctum cernere terribile spectaculum erat. Tali casu captum Bryenium Alexius ad imperatorem mittit Botaniatem, nihil ejus nocens oculis. Absit hoc ab eo quidem. Sic enim erat natus, factusque pater meus, ut irasci post prælium hostibus nesciret; sed abunde illi ad omnem ultionem calamitas captorum esset.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(34) *Εἱστήκει πρὸς τὰς λαβάς*. Plutarch. in Fabio, Ὥσπερ ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν. Nos Galli dicimus, *être aux prises*.

Cui etiam levandæ, consolandæque omne genus humanitatis invitationibus, largitionibus, signisque benevolentiæ cæteris adhibere prolixissime consueverat. Hujus facilitatis specimen Bryenio tum in primis non sine suo periculo exhibuit: cum enim eum captum non parvo viæ spatio usque ad......... locum ita dictum, secum duxisset, levandi ejus mœroris studio, speique inspirandæ melioris, ad eum comiter conversus: Quin, ait, paulisper ex equis in herbam, umbramque subjectam corpora demittimus, modica quiete fruituri? Hæc ille. Cæterum Bryenius nihil festivo animo accipere tali tempore poterat, necem momentis singulis exspectans, ideoque implacatus, et furenti similis, sensumque prosperitatis nondum capiens, quippe quem etiam vitæ tæderet ipsius. Tamen ingenio servientium, præsertim bello captorum, quorum est omnia dominis annuere, voluntati loquentis acquievit. Ambo igitur, ubi desilierunt ex equis duces, Alexius quidem viridanti thoro densi graminis obdormivit incumbens; Bryenio autem, licet exstanti radici altum verticem quatientis quercus caput imposuerat, nequaquam dulcis (quod suavissimus poeta diceret) tentavit lumina somnus: sed cum resupinus, sublatis oculis, pendentem e ramis vidisset ensem, et neminem circum arbitrum, afflictum animum in audacem sibi cogitationem excitari sensit Alexii confodiendi, cujus rei summa facultas adesset. Perfecissetque cogitatum, nisi (quod ego ex ipso sæpius audire narrante memini) divina quædam obstitisset vis, quæ sævum in tempore cor demulcens, respicere Alexium suasit intuitu quodam blando, et hilari misericordia perfuso. Unde obiter sentire cuilibet licet divinam invigilasse peculiari cura providentiam Comneno, pretioso nempe capiti, cui jam tum imperium, Romanique sceptri decus non obscura destinatione despondebat. Si quid vero postea Bryenius inhumanum, acerbumque passus est atroci consilio quorumdam, qui tum apud imperatorem omnia poterant, nulla ejus pars criminis patrem attingit meum.

A διώς κίνδυνον, μεμηνόσιν ἐῴκει, καὶ οὔτε ῥᾳστώνης ἐν χρείᾳ ἦν. Πῶς γὰρ ὁ καὶ αὐτὴν ἀπολεγόμενος τὴν ζωήν; Ἀλλ' ὅμως τῷ τοῦ στρατηγοῦ εὐθὺς ὑπετάγη βουλήματι· τοιοῦτον γὰρ τὸ δοῦλον, πρὸς ἅπαν τὸ ἐπιταττόμενον ῥᾳδίως ὑπεῖκον καὶ μᾶλλον εἰ δορυάλωτον ἄγοιτο. Ἀποβάντες τοίνυν οἱ δημαγωγοὶ τῶν ἵππων, ὁ μὲν ἔνθεν ὡς ἐπὶ στιβάδος ἐπὶ πόας εὐθὺς ἀνέκειτο χλοερᾶς, ἐκεῖθι δ' ὁ Βρυέννιος ῥίζης ὕπερθεν ὑψικλόνου δρυὸς τὴν κεφαλὴν ἀνέχων, κἀκεῖνος μὲν ἐκάθευδε, τὸν δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος, τοῦτο δὴ τὸ τῆς γλυκείας ποιήσεως, ἀλλὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἀνατείνας, καὶ τὸ ἀπῃωρημένον τοῖς πτόρθοις ξίφος θεασάμενος ἐπεὶ μηδένα μηδαμοῦ τότε παρόντα ἑώρα, ἀνακτησάμενος τῆς ἀθυμίας ἑαυτὸν κρείττονος γίνεται λογισμοῦ, καὶ B ἀποκτεῖναι τὸν ἐμὸν πατέρα βουλεύεται. Καὶ τάχα ἂν εἰς ἔργον ἀπέβη τὸ βούλευμα, εἰ μή τις ἄνωθεν θεία τοῦτον διεκώλυσε δύναμις τὸ ἄγριον τοῦ θυμοῦ ἐξημερώσασα, καὶ ἱλαρὸν τῷ στρατηγῷ ἐνατενίζειν παρασκευάσασα. Ταῦτα ἐγὼ ἐκείνου διηγουμένου πολλάκις ἤκουον. Ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ ἐντεῦθεν κατανοεῖν ὅπως τὸν Κομνηνὸν ἐς μείζονα ἀξίαν παρεφυλάττετο ὁ Θεὸς καθάπερ τι χρῆμα τίμιον, τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα δι' αὐτοῦ ἐπαναχαλέσασθαι θέλων. Εἰ δέ τι μετὰ ταῦτα συμβέβηκε τῷ Βρυεννίῳ τῶν ἀβουλήτων αἰτίᾳ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα τινῶν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἀναίτιος (35).

Hic exitus expeditionis Bryenianæ fuit, qua perfunctus magnus domesticus **17** pater meus, non eo scilicet fato natus, ut quieto ipsi esse liceret, continuo in alia ex aliis pericula, mittitur. Progressus enim ei obviam extra urbem Borilus Barbarus, intimus Botaniatæ, cupide accepto ex ejus manibus Bryenio (festinabat enim jam tum ad id, quod mox perfecit, excæcans virum tantum) ab Imperatore mandatum attulit contra Basilacium vadendi, qui et ipse diadema sumpserat, et Occidentem haud minus vehementibus, minusve periculosis, quam paulo ante Bryenius, agitabat motibus. Fuit autem hic Basilacius vir ea tempestate inter omnes præcellens strenuitate, animi præsentia, audacia, et fortitudine. Ambitiosam natura

C Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Βρυέννιον οὕτω διήνυστο. Ὁ δὲ μέγας δομέστικος Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ οὐκ ἔμελλεν ἀτρεμήσειν, ἀλλ' ἐξ ἀγώνων εἰς ἀγῶνας μεταχωρεῖν. Ὁ γὰρ Βορῖλος (36) τῶν ἀμφὶ τὸν Βοτανειάτην οἰκειότατος βάρβαρος ἐξελθὼν τῆς πόλεως καὶ ὑπαντήσας τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ ἐμῷ πατρὶ, τὸν Βρυέννιον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ παραλαβὼν ἔδραμε πρὸς ὅ τι δὴ καὶ ἔδρασεν. Ἐπισκήπτει δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ ἐμῷ πατρὶ χωρεῖν ὡς ἐπὶ τὸν Βασιλάκιον, ἤδη καὶ τοῦτον βασιλείας περιθέμενον διάδημα, καὶ τὴν ἑσπέραν μετά γε τὸν Βρυέννιον ἀκατασχέτως κυμαίνοντα. Ὁ γάρ τοι Βασιλάκιος (37) οὗτος ἀνὴρ μὲν ἦν τῶν πάνυ θαυμαζομένων ἐπ' ἀνδρίᾳ τε καὶ θυμῷ καὶ τόλμῃ D καὶ ῥώμῃ· ἄλλως δὲ ἄνθρωπος τυραννικὴν ψυχὴν

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(35) *Ἀναίτιος*. Ita Michaelem Gabram inscio se oculis privatum ab aulicis dixit Manuel, apud Cinnamum lib. VI extremo.

(36) *Ὁ γὰρ Βορῖλος*. Borilum et Germanum, quorum opera Botaniates in rebus gerendis utebatur, origine et moribus Barbaros, mire insectatur, præter Zonaram, Scylitzem et Glycam, Constantinus Manasses:

Καὶ τὰ μὲν πράγματα χερσὶν ἐπίστευεν ἀνθρώπων
Βαρβαριζόντων τὴν φωνὴν, μήτ' ὀρθορρημονούντων,
Κράτορα πανημέριον ἐσθιόντων καὶ πινόντων.
Οἷς ἦν τὸ γένος τρίδουλον, καὶ πάπποι καὶ πατέρες,
Τριβάρβαροι, καὶ τὴν ψυχὴν βάρβαροι, καὶ τὴν γνώμην
Καὶ Σκυθογλώσσους λαλιὰς δυσφράστως λαλαγοῦντες.

229 (37) *Βασιλάκιος*. Nicephorus Basilacius, dignitate magister et protoproedrus, dux Theodosiopoleos, post Bryenium Dyrrachii dux. Zonar. Scyl. Glyc. Bryen.

ἔχ·ν ἐφεῖλκεν εἰς ἑαυτὸν τὰς ὑπερηφάνους τιμὰς, A καὶ ἀναῤῥήσεις, τὰς μὲν ἐπενοεῖτο, τὰς δὲ προσέταττε. Τοῦ γὰρ Βρυενίου καθαιρεθέντος οὗτος καθάπερ ἐκείνου διάδοχος γεγονὼς τὴν πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο τῆς τυραννίδος ὑπόθεσιν. Καὶ ἀπὸ τῆς Ἐπιδάμνου ἀρξάμενος, μητρόπολις δὲ αὕτη προκαθημένη τοῦ Ἰλλυρικοῦ, μέχρι τῆς τῶν Θετταλῶν πόλεως ἧκε πάντα καταστρεψάμενος, αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ χειροτονήσας εἰς βασιλέα καὶ εὐφημήσας, καὶ τὸν πλάνητα τούτου στρατὸν ὅποι καὶ βούλοιτο μεταφέρων. Ἦν γὰρ καὶ ἄλλως μὲν θαυμαζόμενος ὁ ἀνὴρ ἐπί τε μεγέθει σώματος καὶ κράτει βραχιόνων καὶ προσώπου σεμνότητι, οἷς μᾶλλον ἁλίσκεται τὸ ἀγροικικὸν τοῦτο καὶ στρατιωτικὸν ἔθνος. Οὐ γὰρ διορᾷ εἰς ψυχὴν, οὐδ' ἐνατενίζει πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ μέχρι τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ἵσταται, τόλ- B μαν καὶ ῥώμην καὶ ταῦτα κρίνον ἄξια ἁλουργίδος καὶ διαδήματος. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἔχων οὐκ ἀγεννῆ, καὶ τὴν ψυχὴν εἶχεν ἀνδρείαν καὶ ἀκατάπληκτον. Καὶ ὅλως οὗτος ὁ Βασιλάκιος τυρανικόν τι καὶ ἔπνει καὶ ἔβλεπε· φθέγμα τε γὰρ αὐτῷ βροντῶδες καὶ οἷον καταπλῆξαι στρατιὰν ὅλην, καὶ ἐμβόημα ἱκανὸν συστεῖλαι ψυχῆς θράσος, καὶ ἄμαχος ἐν λόγοις, ἐπίσης ἐπιχειρῶν ἐπᾶραί τε καὶ συστεῖλαι τὸν στρατιώτην εἰς πόλεμον καὶ φυγήν.

mentem ad imperii cupiditatem applicuerat, et in partes traxerat insigniores magistratus, suffragia sibi ad summam dignitatem partim consilio, atque arte, partim imperio, ac vi conficiens. Nempe is sublati Bryenii quasi hæres, aut successor, causæ illius famam omnem, auctoritatemque, ac gratiam nominis, et affectus, studiaque novis rebus faventium in se collegerat. Ergo impetu capto ab Epidamno (quæ est princeps civitas Illyrici) prono cursu provectus est usque ad Thessalorum civitatem, agens ferensque late omnia, imperator electus, et acclamatus a seipso, vagum, et errabundum exercitum, quacunque collibuerat, circumferens, obviis ubique votis, ac plausibus excipiebatur agrestis illius, et militaris multitudinis; quæ formam non habens veræ laudis animo comprehensam, nec ultra sensum, ac speciem acie judicii penetrans, fucatis ejus virtutibus, speciosisque dotibus capiebatur, easque abunde dignas diademate, ac purpura sanciebat. Vir certe is erat animo ad quidvis audendum intrepido, et magno robore, agilitate, proceritate corporis præstans. Forte illi consilium imperturbatæ mentis, et casus ad omnes paratæ, conjectu oculorum, ac forma oris regium spirans, voce tonanti ac terrifica, quæ et totius simul exercitus comp'eret aures; et, sive accendere ad pugnam, sive restinguere impetum, vertereque in fugam vellet, uno clamoris sono consequeretur.

Μετὰ τοιούτων πλεονεκτημάτων στρατευόμενος ὁ ἀνὴρ, καὶ περὶ αὐτὸν συλλεξάμενος ἄμαχον στρατιὰν τὴν Θετταλῶν πόλιν καταλαμβάνει, καθάπερ ἔφημεν. Ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ὡς πρὸς Τυφῶνα μέγαν ἢ ἑκατοντάχειρα (38) γί- C γαντα ἀντιπαραταξάμενος καὶ πᾶσαν ἑαυτῷ ἀνεγείρας στρατηγικὴν μηχανὴν καὶ φρόνημα γενναῖον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀξιόμαχον παρεσκεύαστο. Καὶ μήπω τὸν ἐκ τῶν προτέρων ἄθλων κονιορτὸν ἀποτιναξάμενος μηδὲ τὸν λύθρον τοῦ ξίφους καὶ τῶν χειρῶν ἀποπλυνάμενος, ὥσπερ λέων ἐχώρει βλοσυρὸς πρὸς τὸν χαυλιόδοντα τοῦτον σὺν Βασιλάκιον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἀνεγείρας. Καὶ καταλαμβάνει δῆτα τὸν ποταμὸν Βαρδάρον (39), οὕτω γὰρ ἐγχωρίως αὐτὸν ὀνομάζουσιν. Ῥεῖ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν τῆς Μυσίας ὀρῶν· παραμείβων δὲ πολλοὺς μεταξὺ τόπους, καὶ διορίζων πρός τε τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν τά τε Βεῤῥοία (40) καὶ τὰ Θεσσαλονίκῃ προσήκοντα ἐκδίδωσιν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς καὶ νοτίαν θάλασσαν. Πάσχουσι δὲ οἱ μέγιστοι τῶν ποταμῶν D τοιοῦτόν τι, ἐπειδὰν διὰ τῆς προσχώσεως ἀνάστη-

His naturæ, fortunæque dotibus instructus, invicto insuper lectissimarum legionum comitatu cinctus Basilacius Thessalorum urbem occupat, ut diximus: quem contra pater meus Comnenus Alexius, velut adversus Typhonem Magnum, aut centimanum giganta occurrere in armis ausus, omnem ad usum exprompsit militarem suam industriam, artemque, totumque, quam fortis, ingensque erat, suum animum, tanquam in periculum sibi par, et adversarium se dignum, comparavit.
18 Ergo certaminis prioris necdum excusso pulvere, necdum ense, aut manibus hostili cruore detersis ut leo efferus, in istum exerentem dentes Basilacium impetu ruit. Ac primo in ipsum cursu fluvium occupat, Bardarum dictum, incolarum lingua. Fluit is e montibus vicinis Mysiæ, obitisque multis interim locis, et quæ Berrhœam inter et Thessalonicam interjacent, in duas partes, occiduam unam, orientalem alteram divisis, in nostrum australe influit mare. Solemne autem id est majorum fluviorum, ut cum alluvione assidua

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(38) *Ἑκατοντάχειρα*. Theophylact. Bulgar. archiep. epist. 41: Καὶ τοῦ μύθου ἑκατόγχειρας ἐκείνους, ἢ ἑκατογκεφάλους Βριάρεως ἢ Τυφῶς λήρους εἶναι πρὸς ἡμᾶς πείσαντες.

(39) *Βαρδάριον*. Infra, Βαρδάρης. Bardarus, Bardarius, vel Barduarius (varie enim vox ista effertur) celeberrimus in Macedonia fluvius, in sinum Thermaicum erumpens, olim Axius dictus. Hujus crebra apud scriptores mentio occurrit, Theophylact. epist. 55 Acropolit.; Gregor. lib. VIII; Zonar. in Bulgaroctono; Codin. *De Offic.* c. 5; Fulcner. Carnot. lib. I, cap. 3.; Robert. Monach. lib. II; Willelm. Tyr. lib. II, cap. 13 et 14. Leunclav. in Pann. Tur. cap. 84, etc.

(40) *Βεῤῥοίας*. Tres hoc nomine urbes statuunt geographi: primam in Syria, quæ Annæ et Cinnamo Χαλέπ, hodie *Aleppo*; alteram in Thracia, Nicopolim Mœsiæ inter et Philippopolim Thraciæ oppida, ad Bermii montis radices sitam: tertiam in Macedoniæ Themate, ut habet Constantinus Porphyrog. lib. II *De Them. in Emathia regione*, quam Irenopolim ab Irene imperatrice dictam scribit Cedrenus. Postremam hic intelligit Anna.

terram multam invehentes antiquos alveos obliverint, demum exclusi restagnent in novas sedes, et alias sibi vias prono fluxu moliantur, intervallo plerumque duos inter, novum et veterem alveum, intercepto quodam. Id eo loci passum Bardarum conspicatus Alexius pro sua militari sagacitate locum inibi castris legit inter fluvium utrumque, nativis hinc inde munitum fossis. Distabat vero a Basilacio non plus duobus aut tribus stadiis. Hic vero jam quasi ex condicto duces ambo idem in consilium concurrere nocturnarum vicissim cavendarum ac molliendarum fraudum. Ergo in utrisque ex æquo castris interdiu quidem hominibus somni quies, jumentis cibus præbebatur: noctibus in cautione ac vigilia sollicita omnes erant. Id adeo a Basilacio inchoatum, vel sagacitate vel felicitate divina quadam, apud se quoque pater meus tenuit, pro sua cætera vel ex bellorum usu prudentia, vel solertia naturali. Quin etiam ex ingenio adversarii et loci propinquitate ducta conjectura cum providisset verisimiliter fore, ut nocturnam in se impressionem Basilacius meditaretur, armatis suis repente omnibus, sub vesperam profectionem secum indicit peditibus juxta equitibusque, velut ad pugnam instructis ornatisque. Cum eo autem præceperat relinqui ignes in tabernaculis ad obtentum inopinati consilii late noctu relucentes. In proprio vero tabernaculo relictis omnibus, quæ ad victum, quæque ad cultum pertinebant, iis familiarem quemdam suum, veterem monachum Joannicium præfecerat; interea ipse cum suis quam longissime et secretissime a castrorum conspectu subsedit, in rei gerendæ occasionem intentus. Nam suspicatus id, quod evenit, Basilacium per noctem in suos facturum impetum, atque in tabernaculum, præsertim suum ipsius, ubi scilicet indicia lampadum accensarum securum dormire ducem et redigi facile in potestatem posse suadebant, sustinebat se **19** Alexius in insidiis, dum id fieret: nec frustra ta cum sua exspectatio est. Adest, irruitque ferociter in castra Basilacius, equites peditesque instructos ducens. Decem millium omnes numerum implebant. Ac cum vigiles passim ignes in tentoriis, ducis vero tabernaculum altius cæteris latiusque per noctem resplendens intueretur, in id, quanto potuit maximo, contendit impetu, concitatum nescio quid ac turbidum clamans. Nusquam vero apparente Alexio, neque, quod fieri par erat, ex locis prætorio vicinis ullo centurione aut tribuno, ne milite quidem exstante, paucis tantum ex humili famulitio sordidis et contemptibilibus occurrentibus, eo magis instabat

A μά τι ἀξιόλογον ἐπιφορήσωσι γῆς, τότε δὴ ἐπὶ τὰ κατάῤῥοπα ῥέουσιν, ὥσπερ δὴ μεταμείβοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν, καὶ τὴν μὲν παλαιὰν καταλείπουσι πάροδον διάκενον ὑγροῦ καὶ χηρεύουσαν ὕδατος, ἣν δὲ νῦν διοδεύουσιν ἐμπιπλῶσι ῥευμάτων πολλῶν. Τούτων οὖν τῶν δυοῖν παρόδων τῆς τε παλαιᾶς χαράδρας καὶ τῆς ἄρτι γενομένης πορείας τὸ μεταξὺ θεασάμενος ὁ στρατηγικώτατος οὗτος Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ, καὶ τὸν μὲν ὁλκὸν τοῦ ποταμοῦ ὡς ἀσφάλειαν θέμενος ἐκ θατέρου, τῇ δὲ παλαιᾷ διόδῳ ἤδη φάραγγι γεγονυίᾳ ἐκ τῆς τοῦ ῥεύματος ἐπιῤῥοίας καθάπερ αὐτοφυεῖ ἀποχρησάμενος διώρυχι ἐστρατοπέδευσεν οὐ πλεῖον τῶν δυοῖν ἢ τριῶν σταδίων ἀλλήλων ἀποδιεστηκότων. Καὶ εὐθὺς ἐν B παραγγελίᾳ πάντες ἦσαν ἡμέρας μὲν ἀναπαύσασθαι καὶ παραμυθῆσαι ὕπνῳ τὸ σῶμα καὶ τοῖς ἵπποις τροφὴν δοῦναι τὴν ἀρκοῦσαν. Μέλλουσι γὰρ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης ἀγρυπνῆσαί τε καὶ ἐλπίζειν ἀδόκητόν τι παρὰ τῶν πολεμίων ἐπισυμβῆναι. Ταῦτα δὲ, οἶμαι, διῳκονόμητο ὁ ἐμὸς πατὴρ κίνδυνον ὑφορώμενος κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐκείνην παρὰ τῶν πολεμίων. Ἐπιθήσεσθαι γὰρ ἑαυτῷ τούτους ἤλπιζεν, εἴτ' ἐκ πολυπειρίας τοῦτο προμαντευόμενος, εἴτε ἄλλως εἰκάσας· οὐ μὴν τὰ τῆς προφητείας αὐτῷ εἰς μακρὰν ἐληλύθει, οὐδὲ προέγνω μὲν, οὐ τὸ δέον δὲ διῳκήσατο. Ἀλλ' ἀπάρας τῆς τούτου σκηνῆς ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις σὺν ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς μάχην ἐπιτηδείοις, ἀπέστη μὲν τῆς σκηνῆς λαμπάδας καταλελοιπὼς τοῖς ἐκεῖθι πανC ταχόθεν φαινούσας καί τινα τῶν ἀμφ' αὐτὸν οἰκεῖον Ἰωαννίκιον πάλαι τὸν μοναχικὸν ἑλόμενον βίον, τὴν σκηνὴν καταπιστεύσας, καὶ ὅσα ἐπεφέρετο εἰς τε τράπεζαν χρειώδη καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν· αὐτὸς δὲ ποῤῥωτάτω ἀπιὼν ἐκάθητο μετὰ τῆς ἐνόπλου στρατιᾶς τὸ μέλλον καραδοκῶν, τοῦτο τεχναζόμενος, ἵν' ὁ Βασιλάκιος ἀνημμένας πανταχόθεν πυρκαϊὰς ἰδὼν καὶ λαμπαδοχουμένην τὴν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς σκηνὴν οἰήσαιτο ἐκεῖθι τοῦτον εἶναι διαναπαυόμενον, ὡς ἐντεῦθεν ἐκείνῳ τοῦτον ἁλώσιμον εἶναι καὶ ὑποχείριον. Οὐκ εἰς μάτην, καθάπερ εἰρήκειμεν, ἡ μαντεία τοῦ ἐμοῦ πατρὸς Ἀλεξίου. Ἐπῆλθε γὰρ τῷ προσδοκωμένῳ στρατοπέδῳ ἀθρόον ὁ Βασιλάκιος σὺν ἱππεῦσί τε καὶ πεζοῖς μυρίανδρον στρατιὰν ἐπαγόμενος, καὶ τὰς μὲν κλισίας ἐφευρὼν ἑκασταχοῦ D ἀναλαμπούσας πυρὶ, ἐξαστράπτουσαν δὲ καὶ τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν θεασάμενος, ὡς εἶχε ῥύμης εἰς ταύτην εἰσεληλύθει πολυτάραχόν τι καὶ θορυβῶδες βοῶν. Ὡς δ' οὐκ ἦν οὐδαμοῦ ὁ προσδοκώμενος, οὐδέ τις ἀνέστη στρατιώτης ἐκεῖθεν τὸ παράπαν ἢ στρατηγὸς, εἰ μή πού τινες καταλελειμμένοι τῶν θητευόντων εὐκαταφρόνητοι, ἔτι μᾶλλον ἐβόα καὶ ἐκεκράγει, Ποῦ ποτέ ἐστιν ὁ τραυλός (41); οὕτ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) *Ὁ τραυλός*. Idipsum refert Bryenius, lib. IV, n. 22, atque inde Alexio, quod balbutiret, cognomen, vel potius, *nomen joculare*, ut verbo utar Ausonii, inditum ab invidentibus, Βαμβακόβαχος, uti ex epistola Honorii III PP. 284 lib. VI, docemur; quod nimirum inarticulate, et instar corvi crocitando verba effunderet, quod faciunt βαμβαλίζοντες, qui dentibus crepant potius, quam loquuntur. Gloss. Græcol. ψελλιστής, *Vambalo*. Adamantus martyr apud Senatorem, *De Orthogr.* cap. 5, *'Bambalo*, ψελλιστής. Bambalio, forte: sic etiam nescio quem M. Fundum, Antonii triumviri socerum, *propter hæsitantiam linguæ*, vocat Cicero Philipp III.

γωσὶ καὶ τοῖς ῥήμασιν εἰς τὸν μέγαν δομέστικον ἀποσκώπτων. Ἦν γὰρ τἄλλα μὲν οὗτος ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀλέξιος εὔστομος, καὶ οὐδεὶς οὕτω ῥήτωρ ἦν αὐτοφυὴς ἔν τε ἐνθυμήμασι καὶ ἐπιχειρήμασι, μόνον δὲ κατὰ τὸν φθόγγον τοῦ [Ῥῶ] ὡς ὑπωλίσθαινέ τε μετρίως καὶ ἀσυμφανῶς διώκλα ἡ γλῶττα, καί τοι κατὰ τἄλλα στοιχεῖα τὸν ῥοῦν ἀκάθεκτον ἔχουσα. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ὀνειδίζων ἐβόα, καὶ διηρευνᾶτο καὶ ἀνέτρεπε πάντα, καὶ κιβώτια καὶ σκίμποδας, καὶ σκεύη, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοὐμοῦ πατρὸς κλίνην, μήπως ὁ στρατηγὸς ἔν τινι τούτων κέκρυπτο. Καὶ θαμὰ πρός τε τὸν μοναχὸν οὕτω καλούμενον Ἰωαννίκιον ἐνέβλεπε· καὶ γὰρ διὰ σπουδῆς ἐπεποίητο ἡ μήτηρ ἐν ἁπάσαις ταῖς αὐτοῦ ἐκστρατείαις ὁμόσκηνον ἔχειν τῶν τιμιωτέρων τινὰ μοναχὸν, καὶ ὁ εὔνους οὗτος υἱὸς ὑπεῖκε τῷ μητρικῷ θελήματι οὐ τὰ ἐν βρέφει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς μείρακας παραγγείλας καὶ μέχρις ἂν γυναικὶ συνηρμόσθη· καὶ τὰ τῆς σκηνῆς ἅπαντα ὁ Βασιλάκιος διηρευνᾶτο, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἀριστοφάνους (12), ἐρεβοδιφῶν οὐκ ἀνίει, πυνθανόμενος ἅμα καὶ τὸν Ἰωαννίκιον περὶ τοῦ δομεστίκου. Τοῦ δὲ πρὸ ὥρας ἐξιέναι ξὺν παντὶ τῷ στρατεύματι διισχυριζομένου, γνοὺς ὅτι πολὺν τὸν πλάνον ὑπέμεινε, καὶ τοῖς ἅπασιν ἀμειψάμενος ἄλλας ἐξ ἄλλων φωνὰς μεταμείβων ἐβόα· Ἄνδρες συστρατιῶται, ἠπατήμεθα· ὁ πόλεμος ἔξωθεν. Οὔπω τέλος ἔσχεν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ ἐξιοῦσι τοῦ στρατοπέδου, ἐφίσταται τούτοις ὁ ἐμὸς πατὴρ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος προπηδήσας τῆς στρατιᾶς σὺν ὀλίγοις τισὶ μετὰ σφοδρότητος. Καί τινα εἰς τάξιν συνιστῶντα τὰς φάλαγγας θεασάμενος (καὶ γὰρ οἱ πλείους τῶν στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Βασιλάκιον εἰς τὴν λείαν ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες καὶ τὰ λάφυρα· τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι τοὐμῷ πατρὶ ἐμεμηχάνητο· οὔπω ἔφθησαν συνελθεῖν καὶ εἰς παράταξιν καταστῆναι, καὶ ἐπέστη αὐτοῖς ἀθρόον κακὸν ὁ μέγας δομέστικος), ἰδὼν δὲ τὸν καθιστῶντα τὰς φάλαγγας καὶ νομίσας εἴτε ἀπὸ τοῦ μεγέθους εἴτε ἀπὸ τῆς τῶν ὅπλων λαμπρότητος (καὶ γὰρ ἀντέστιλβε τούτῳ τὰ ὅπλα πρὸς τὴν ἀστρῴαν βολὴν) ἐκεῖνον εἶναι τοῦτον τὸν Βασιλάκιον, συναντήσας αὐτῷ γοργῶς παίει κατὰ τῆς χειρός· ἡ δ' εὐθὺς μετὰ τοῦ ξίφους εἰς γῆν ἔρριπτο, ὅπερ μεγάλως τὴν φάλαγγα συνετάραξεν. Οὐ μὴν ὁ Βασιλάκιος ἦν, ἀλλά τις περὶ τὸν Βασιλάκιον γενναιότατος, οὐδὲν τοῦ Βασιλακίου ὅσον γε τὰ εἰς ἀνδρίαν λειπόμενος. Βαρὺς οὖν τοῦ λοιποῦ κατ' αὐτῶν κυλινδούμενος καὶ τοξεύμασι βάλλων καὶ δόρατι τιτρώσκων καὶ ἀλαλαγμοῖς ἐμβοῶν καὶ νυκτὶ συγχέων καὶ πάντα καὶ τόπον καὶ χρόνον καὶ ὄργανον εἰς νίκην λαμβάνων, καὶ τούτοις προσφυῶς ἀποχρώμενος, ἀκλονήτῳ φρονήματι καὶ ἀσυγχύτῳ τῇ διανοίᾳ καὶ ἄλλον ἄλλοσε φεύγοντα προλαμβάνων, πάντα διέκρινε καὶ τὸν ἐχθρὸν καὶ τὸν φίλον. Ἀλλὰ καί τις ἀνὴρ Καππαδόκης Γούλης τὸ ἐπώνυμον εὔνους θεράπων τοὐμοῦ πατρὸς τὴν χεῖρα γεν-

A voce magna percontans, ubi tandem esset ille Blæsus, sic magnum domesticum per ludibrium vocabat. Cum enim patri meo Alexio lingua volubilis esset, et sermo promptus naturali quadam facundia profluens, offensabat is tamen leviter in sono caninæ litteræ: et cum per alia omnia fluxu decurreret, ad istius occursum elementi quinti decimi paulisper impingens adhærescebat. Hinc ergo conviciandi occasione Basilacius arrepta, Blæsum inclamabat, scrutans investigansque ac vertens omnia, arcas, mensas, vasa, cubile quin etiam ipsum patris mei, ne sub eo is forte mussaret latens. Quod dum ageret, identidem respectabat Joannicium (id nomen erat monacho cubiculi Alexii custodi: magnopere id siquidem mater
B Alexii studio habuerat, ut quoties ille in militiam proficisceretur, secum duceret, perpetuoque haberet contubernalem ex venerabilioribus monachis quempiam: cui maternæ voluntati pius filius, non tantum primis adolescentiæ temporibus, sed plenioribus etiam adultæ juventutis annis, atque adeo, quoad uxorem duxit, obsecutus est). Hunc igitur Joannicium assidua interrogatione de magno domestico lacessens Basilacius, interim dum tabernaculum ejus ferret ageretque, vertens, resupinans, excutiensque suppellectilia ejus omnia, ac plane quasi usque in Erebo scrutari latentem vellet (quod uno verbo Aristophanes dixit) sic omnia indagans et pervestigans, donec perseveranter
C Joannicio asserere prodiisse extra castra magnum domesticum ante horam cum universo exercitu, sero tandem persuasus se in magno errore versatum, mutata repente oratione: Commilitones (aiebat) decepti sumus. Bellum et periculum ab extra est. Nondum absolverat, cum exeunti castris cum exercitu occurrit atque incurrit pater meus Comnenus Alexius, strenue progressus ante agmen cum paucis suorum. Apparuit hic unus quidam militaris memor officii, qui aciem instrueret,
20 dispersosque in ordinem revocare conaretur. Unus, inquam, nam cæteri prædæ studio abrepti spei compotem patrem meum fecerant, qui spolia castrorum ob id ipsum hostili cupiditati exposita reliquerat, ut iis occupati corradendis, irruente se
D cum suis cædi facilius et vinci possent. Hunc igitur inter omnes unum restituere satagentem ordines, tum a proceritate corporis, tum ab armorum splendore (nam astrorum ea radiis lævi nitore repercussis egregie micabant) Basilacium esse suspicatus ipsum accedit cominus, et manum ei dexteram valide percutit, qua, ut erat cum ferro stricto, in terram abjecta, ii pauci, qui viri ejus auctoritate atque adhortationibus digerere se in ordines cœperant, consternati vehementer, iterumque dissipati sunt. Cæterum non is quidem ipse Basilacius, verum ex intimis ejus quispiam

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(12) Ἀριστοφάνους. In *Nubibus*: Οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.

...rosissimus, ac ne ipso quidem Basilacio in A fortitudinis inferior. Inde in semel con...sos vehementissimo incumbens impetu, eos et ...gittis eminus petit, et hasta cominus ferit, et ...amoribus terret, et nocte conturbat, et locum, ...empus, circumstantiaque omnia in victoriæ in...strumenta vertit, unamquamque rem ad id, ad quod natura valet, apte adhibens, ita errore ac trepidatione hostes implens, ut ipse tum maxime tranquillus imperturbatæ mentis acie atque arbitrio cuncta cerneret, cuncta discerneret, omnium simul memor, et usque in singulorum hominum curam attentione redundante, fugientem quemque, si hostis erat, insequens, si e suis, revocans, nusquam in confusione tanta vestis illum aut oris B aut vocis signo fallente, ut suum pro alieno, alienum pro suo duceret. Cujus abundantis etiam ad minuta quæque notanda regendaque præsentiæ consilli, equidem et hoc documentum hic apponam. Gules erat quidam Cappadox fidus patris mei famulus, manu promptus, projectæque in periculis bellicis audaciæ. Is conspicatus Basilacium, plaeque agnoscens, valido supra galeam ictu impetit. At illi, quod Menelao quoque in Paridem pugnanti usu venit, in terna quaternaque fragmina dissilit ensis, capulo solo manui hærente. Eum tali statu cum vidisset Alexius haud leviter increpuit, ignaviæque damnavit, quasi extorqueri sibi gladium sivisset : quod ille purgavit, placavitque domi- C num, capulo, quem adhuc tenebat, ostendendo. Interim alius quidam Macedo, Petrus nomine, cognomine Tornicius, medios in hostes cum incidisset, multos ex iis occidebat : phalanx enim ipsorum sequebatur ignara modo gestorum, quippe nocte adimente conspectum rerum. In eum globum nondum dissipatum recta Comnenus irruit obstantes cædens; moxque ad suos regressus, ut in **21** idipsum secum incumberent, agebat tum voce ac manu per seipsum ad eos qui aderant, tum missis nuntiis ad retro distantes, omnes admonens, ut se ruentem in phalangem hostium sine cunctatione sequerentur. Hac vice rerum, ut breviter cuncta perstringam, Gallus quidam ex militibus magni domestici, vir plane generosus martem spirans, patrem meum cernens e medio hostium eo, quod dixi, consilio ad suos regredientem, stricto gladio, eoque cruento ac fumante a recenti cæde, facile opinatus esse ipsum ex ho... bus quempiam, magno in eum ruens impetu hasta ferit circa pectus. Quo ictu parum abfuit, q... Alexium ex ephippiis excuteret nisi se ille sedili simul obfirmans, simul compellatum nomin... hominem, se illi caput abscissurum minitans cohibuisset multa excusantem, et nocte ac pe...batione, quæ tunc erat ad impetrandam erroris sui veniam obtendenda, lucrifaciente pœnam ...sentis necis.

Hæc fere per noctem illam magnus domesticus D cum suis gessit. Die vero primum exoriente, et horizontem sole supergresso tribuni ac duces Ba-

A ναῖος, τὸν θυμὸν ἐν πολέμοις ἀκάθεκτος, τὸν Βασιλάκιον θεασάμενος καὶ ἀκριβῶς ἐγνωκὼς παίει κατὰ τῆς κόρυθος. Ἀλλὰ τὸ τοῦ Μενέλεω πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον πέπονθε. Τὸ γὰρ ξίφος αὐτοῦ τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διατριφθὲν ἐξέπεσε τῆς χειρὸς τῆς λαβῆς καταλειφθείσης ἐν τῇ χειρί. Ὃν ὁ στρατηγὸς θεασάμενος, εὐθὺς διελοιδορεῖτο ὅτι μὴ κατάσχοι τὸ ξίφος, καὶ ἄνανδρον ἀπεκάλει τοῦτον. Ἀλλ' ὁ στρατιώτης τὴν καταλειφθεῖσαν τοῦ ξίφους λαβὴν παραδεικνὺς πρᾳότερον ἐποίει τὸν μέγαν δομέστικον. Καί τις δ' ἄλλος Μακεδὼν, Πέτρος τὴν κλῆσιν, Τορνίκιος (43) τὴν ἐπωνυμίαν, μέσον τῶν πολεμίων ἐμπεσὼν, πολλοὺς τούτων ἀνῄρει. Ἡ γὰρ φάλαγξ εἵπετο ἀγνοοῦσα τὰ δρώμενα· ἐν σκότει γὰρ τῆς μάχης καθισταμένης. οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἅπαντες τὰ B γινόμενα ὁρᾷν. Ὁ δὲ Κομνηνὸς ἐπὶ τὸ μήπω διασπασθὲν τῆς φάλαγγος ἵετο παίων τοὺς ἀντικαθισταμένους, καὶ ἀνθυποστρέφων αὖθις εἰς τοὺς ἰδίους, σπεύδων καὶ τὸ ἔτι συνιστάμενον τῆς τοῦ Βασιλακίου παραλῦσαι φάλαγγος, καὶ διαπεμπόμενος εἰς τοὺς ὄπισθεν καὶ παρακελευόμενος μὴ μέλλειν ἕπεσθαί οἱ καὶ καταλαμβάνειν ταχύτερον. Ἐν τούτῳ δὲ ἀνήρ τις Κελτὸς τῶν ἀμφὶ τὸν δομέστικον, γενναῖος στρατιώτης καὶ Ἄρεος ὅλος ἔμπλεως (ἵν' ἐν βραχεῖ τὰ πάντα διηγήσωμαι), τὸν ἐμὸν πατέρα ἰδὼν μεσόθεν τῶν πολεμίων ἄρτι ἐξιόντα ἐσπασμένον τὸ ξίφος θερμὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος ἀναπέμπον ἀτμὸν, καὶ τῶν πολεμίων νομίσας ἕνα, ἀθρόον αὐτῷ ἐμπεσὼν παίει τῷ δόρατι περὶ τὸ στέρνον, καὶ τάχα C ἂν ἔξεδρον τὸν στρατηγὸν ἐπεποιήκει, εἰ μὴ αὐτὸς ἅμα τε πρὸς τὸ ἑδραιότερον ἑαυτὸν ἐφηδράσατο, καὶ ὀνομαστὶ τοῦτον ἐκάλεσεν, ἀποκόψειν ἀπειλησάμενος διὰ τοῦ ξίφους παραχρῆμα τὴν κεφαλήν. Ὁ δὲ ἐπειδή πως τὸν ἀγνοοῦντα προὐβάλλετο καὶ τὴν νύκτα καὶ τὸ συγκεχῦσθαι περὶ τὴν μάχην μετὰ τῶν ζώντων ἠρίθμητο.

D Τὰ μὲν νυκτὸς ἔργα τοῦ δομεστίκου τῶν ... σὺν ὀλίγοις τοιαῦτα· ἡμέρας δὲ ἄρτι δια... (44) καὶ τοῦ ἡλίου τοῦ ὁρίζοντος ὑπερκύψ...

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(43) *Πέτρος Τορνίκιος*. Ejusdem gentis fuit et originis cum Tornicio, qui Italiæ præfecturam obtinuit Basilio et Constantino imperantibus; de quo hæc Guillelmus Apuliensis, lib. I *Rerum Normann.*:
Turnicii tandem rumor pervenit ad aures,
Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab urbe,
...ius nomen dedit editor urbis,
...que Basilius illi

(44) *Ἡμέρας διαγελώσης*. Loquen... Ἐρωτικῶν scriptoribus familiaris, Heli... et VIII; Eustath. *De Ismen. amorib.* V, ... ἤδη γελώσης ἡμέρας; ... Pantelemonis, ... Theophylactus Simocatta, epist. 24: ... ἐρεβοδιφοῦντες ἀπόρρητα ... ῥύχοι τὰ τῆς γῆς ... Utuntur præterea Procopius, lib. I *De* ..., Nicetas in Isaacio, lib. II, et ipsa Ar... Vide Bourdelot. ad Heliodoru... et 391.

τοῦ Βασιλακίου φαλαγγάρχαι ἔσπευδον ὅλῃ γνώμῃ ἐπισυλλέγειν τοὺς περὶ τὴν λείαν ἐσπουδακότας καὶ ἀπολειφθέντας τῆς μάχης. Ὁ δὲ μέγας δομέστικος, τὸ ἴδιον καταστήσας στράτευμα, κατὰ τοῦ Βασιλακίου αὖθις ἵετο. Πόῤῥωθεν δέ τινας αὐτῶν οἱ τοῦ δομεστίκου θεασάμενοι καὶ κατ' αὐτῶν σφοδρῶς ἐξορμήσαντες ἐτρέψαντο, καί τινας αὐτῷ ζωγρίαν ἐπανεληλυθότες προσῆγον. Ὁ δὲ τοῦ Βασιλακίου ἀδελφὸς Μανουὴλ ἐπὶ λόφου τινὸς ἀνελθὼν, ἐπεῤῥώννυε τὸ στράτευμα μεγαφώνως ὧδε· *Τοῦ Βασιλακίου ἡ σήμερόν ἐστιν ἡμέρα καὶ νίκη*. Εἷς δέ τις Βασίλειος τὴν κλῆσιν, Κουρτίκιος τὴν ἐπωνυμίαν, γνωστὸς καὶ συνήθης τοῦ Βρυεννίου ἐκείνου Νικηφόρου, περὶ οὗ ὁ λόγος ἐμνήσθη, καὶ τὰ εἰς πολέμους ἀκάθεκτος, προθέων τῆς τοῦ Κομνηνοῦ παρατάξεως ἄνεισι πρὸς τὸν λόφον. Ὁ δὲ Βασιλάκιος Μανουὴλ, τοῦ κολεοῦ τὸ ξίφος σπασάμενος, ὅλας ἡνίας χαλάσας σφοδρῶς κατ' αὐτοῦ ἵετο· ὁ δὲ Κουρτίκιος οὐ δι' ἀξίφους, ἀλλὰ τὴν ἀπῃωρημένην τῇ ἐφεστρίδι ῥάβδον ἐφελκύσας παίει τοῦτον κατὰ τοῦ κράνους καὶ παραχρῆμα καταβάλλει τοῦ ἵππου, καὶ δεσμώτην τοῦτον ἐπισυρόμενος καθάπερ τι λάφυρον τῷ ἐμῷ πατρὶ προσῆγεν. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ τὸν Κομνηνὸν μετὰ τῶν ἰδίων ἀναφανέντα ταγμάτων τὸ ἐκλειπόμενον τοῦ Βασιλακίου στράτευμα θεασάμενον μικρὸν ἀντισχὸν εἰς φυγὴν ἐξώρμησε. Καὶ ὁ μὲν Βασιλάκιος πρόσθεν ἔφευγεν, ὁ δὲ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἐδίωκε. Καταλαβόντων δὲ εἰς Θεσσαλονίκην, εὐθὺς οἱ Θεσσαλονικεῖς τὸν Βασιλάκιον ἐδέξαντο, τῷ στρατηγῷ ἐπιζυγώσαντες παραχρῆμα τὰς πύλας. Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀνῆκεν ὁ ἐμὸς πατὴρ, οὐδ' ἀπεδύσατο θώρακα, οὐδὲ τὸ κράνος ἀπέθετο, οὐδὲ τὴν ἀσπίδα τῶν ὤμων παρεῖτο οὐδὲ τὸ ξίφος ἀπέῤῥιψεν, ἀλλὰ στρατοπεδεύσας ἠπείλει τειχομαχίας τῇ πόλει καὶ πόρθησιν ἄντικρυς, καὶ ἐθέλων διασῶσαι τὸν ἄνδρα, διὰ τοῦ συνεφεπομένου αὐτῷ μοναχοῦ Ἰωαννικίου (ἀνὴρ δὲ οὗτος ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος) τὰ περὶ εἰρήνης πρὸς τὸν Βασιλάκιον ἠρώτα, ὥστε τὰς πίστεις λαβόντα μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι, ἐγχειρίζειν αὐτῷ ἑαυτόν τε ὁμοῦ καὶ τὴν πόλιν. Καὶ ὁ μὲν Βασιλάκιος ἀπειθὴς ἦν, οἱ δὲ Θεσσαλονικεῖς δέει τοῦ μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν καὶ δεινόν τι παθεῖν, παρεχώρουν τῷ Κομνηνῷ τῆς εἰσόδου. Ἀλλ' ὁ Βασιλάκιος αἰσθόμενος τοῦ γινομένου ἀπὸ τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν μεταβαίνει, καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς ἐκείνην ἐφάλλεται, καὶ οὐδ' ὣς ἐπιλανθάνεται πολέμου καὶ μάχης, καίτοι τοῦ δομεστίκου πίστεις αὐτῷ διδόντος μηδέν τι παθεῖν ἀνήκεστον. Ἀλλ' ἑωρᾶτό γε ὁ Βασιλάκιος καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐν οἷς ἐστενοχωρεῖτο λίαν ἀνὴρ, οὐδὲ γὰρ ὑφεῖναί τι τοῦ ἀνδρώδους καὶ τοῦ γενναίου ἠβούλετο, ἕως ἐκεῖθεν αὐτὸν οἱ τῆς ἀκροπόλεως οἰκήτορες καὶ φύλακες ἐξελάσαντες ἅπαντες ἄκοντα καὶ βίᾳ τοῦτον τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ παρέδωκαν. Εὐθὺς δὲ πρὸς τὸν βασιλέα τὴν τούτου ἅλωσιν διαμεμηνυκὼς, αὐτὸς ἐπ' ὀλίγον τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐγκαρτερήσας, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ καταστησάμενος, λαμπρὸς στεφανίτης ἐπανῄει. Οἱ δὲ πρὸς τοῦ βασιλέως πεμφθέντες, μεταξὺ Φιλίππων καὶ Ἀμφιπόλεως τῷ ἐμῷ πατρὶ συναντήσαντες, τὰς περὶ αὐτοῦ

A silaciani toto animo conabantur suos in prædam dispersos in ordinem iterum atque in phalangem cogere. Magnus e contrario domesticus, sua et ipse acie de novo structa, rursus in Basilacium infestus ferebatur. Ac quidam ex Alexianis Basilacianos longe conspicati, vehementi facta in eos impressione fuderant fugarantque, nonnullis captis, quos ad magnum domesticum reversi duxerunt. Interim vero Basilacii frater Manuel colle conscenso quodam suos magna voce confirmabat inclamans in hunc modum : *Hæc dies, hæc victoria Basilacii est*. Quidam autem Basilius nomine, Curtricius cognomento, familiaris et nuper comes Bryenii illius Nicephori, cujus paulo ante meminimus, vir fortis et imperterritus in audendo, ex acie Comneni
B procurrens collem ascendit. Adversus eum Basilacius Manuel, gladio stricto, totis habenis equo admisso, ferox ruit. At illum Curtricius non ense sed suspenso ex ephippiis baculo vehementer in vertice pulsatum, statim ex equo dejicit, et captivum trahens, velut spolium, patri meo sistit. Tum vero, quod erat reliquum Basilacii agmen, post constantiam brevem terga vertit, Basilacio ipso fugæ duce. Quos dum Comnenus Alexius Thessalonicam usque persequitur, Thessalonicenses, Basilacio admisso, portas Alexio claudunt. Ea res patris mei non infregit animum : quin nec loricam exuit, nec galeam **22** posuit, nec humeros clypeo nudavit, nec ensem abjecit, sed castra statim metatus oppugnationem et direptionem urbi minatus
C est. Quia vero servare, ac vivum capere Basilacium malebat, per monachum Joannicium spectatæ virtutis virum agere cum eo de pace instituit, fidem dans, si se illi cum civitate dederet, nihil illum incommodi passurum. Ad hæc obsurdescente Basilacio, Thessalonicenses sua curantes, veritique direptionem civitatis, ejus ingressum Comneno permiserunt. Quo animadverso Basilacius ex urbe in arcem evadit : ubi rursus iisdem conditionibus, nullius incommodi, si se dederet, subeundi a magno domestico tentatus respondit pacati nihil : quin eruptiones ac pugnas meditabatur, nihil plane iniquitate loci ac fortunæ de statu erectæ mentis ac forti consilio intrepidi pectoris remittens : do-
D nec cum arcis ejusdem illius incolæ ac custodes conspirantes omnes vi adhibita ejectum, frustra reluctantem magno domestico dediderunt. Cujus successus nuntio Alexius statim ad imperatorem destinato, ipse Thessalonicæ moratus aliquandiu, constitutisque illic omnibus, splendidæ victoriæ compos reversus in urbem est. Unde qui illi obviam imperatoris jussu processerant, cum Philippos inter et Amphipolim occurrissent, scriptis ipsi mandatis principis traditis in manus, indeque Basilacio, prout in iis jubebatur, ab eo recepto, circa locum quempiam Chlempinam dictum, ac prope fontem, qui in ipso est, oculos ei effoderunt ; ex quo hactenus invaluit, ut fons ille Basilacii vocaretur. Tertius hic fuit labor ante imperium, velut

a quodam Hercule, a Magno Alexio exantlatus. Sane enim qui Erymanthium Aprum Basilacium istum dixerit, patrem vero meum Alexium generosissimum Herculem nominaverit, a veritate non aberret. Hæc ejus decora facinoraque illustria adhuc privati hactenus memorata sunto: quorum omnium præmium ab imperatore habuit sebasti dignitatem, sebastus acclamatus in medio senatu.

A ἐγγράφους προστάξεις βασιλικὰς αὐτῷ ἐγχειρίσαντες παραλαβόντες τὸν Βασιλάκιον περί τι χωρίον Χλεμπίναν καλούμενον ἀπαγαγόντες, ἐγγὺς τῆς ἐν αὐτῷ πηγῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορύττουσιν· ἐξ οὗ καὶ μέχρι τῆς δεῦρο ἡ πηγὴ Βασιλακίου (45) κέκληται. Τοῦτο τρίτον ἆθλον πρό γε τῆς βασιλείας καθάπερ τινὶ Ἡρακλεῖ τῷ μεγάλῳ Ἀλεξίῳ γεγένητο. Ἂν γάρ τις Ἐρυμάνθιον κάπρον τὸν Βασιλάκιον τοῦτον καλέσειεν, Ἡρακλέα δέ τινα καθ' ἡμᾶς γενναιότατον τὸν ἐμὸν πατέρα Ἀλέξιον οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. Ταῦτα μὲν ἔστω πλεονεκτήματα καὶ πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ, ὧν ἁπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίαν Σεβαστὸς ἀναῤῥηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου.

Ut laborantibus corporibus non uniusmodi causæ languorum sunt, sed ex succis aliquando intus male coctis, noxiorumque humorum indigesta copia morbos contrahunt, a iquando circumstantium appulsu qualitatum, aut ciborum intemperie male salubrium læduntur: ita Romana res per ea tempora nunc quidem ipsa ex sese lethales sibi ægritudines peperit, puta illos quos dixi Urselios, Basilacios, **23** et si qui alii ad turbam quæ tum ebuliit tyrannorum accensendi sunt: nunc præter hos intestinos motus, exterius quoque ingruentes passa calamitates, tyrannos Barbaros aliunde ortos indigno ludibrio fortunæ sævos infestosque sensit. Hujus generis insanabile atque ineluctabilis perniciei malum dixerim celebre illud exemplar tyrannicæ dementiæ fastuosum impotentemque Robertum, cui genitrix quidem Northmania, vafrities malitiaque omnis generis obstetrix altrixque fuit. Hunc sibi hostem armavit in seque proritavit Romana respublica intempestiva imprudentique affinitate quæ res natura dissociabiles Græca cum Barbaris, nostra cum alienigenis connectere aggressa bellum internecivum et exitiabile innupti infaustique conjugii prolem sustulit. Id adeo mali contractum est ejus imprudentia qui tum rerum potiebatur Michaelis ex Ducarum familia propagantis genus, unde meum quoque maternum profluit. Cæterum indulgeri mihi jam hinc postulo, aut potius meo mihi jure sumo, ut ne ab iis quidem qui mihi quantavis cognatione aut consanguinitate conjuncti sunt, abstinere reprehensionem in tempore debeam: utique quandiu hoc fungar munere profitendæ publicandæque sine fuco veritatis:

Καθάπερ οἶμαι τὰ πονηρευόμενα τῶν σωμάτων πῆ μὲν ταῖς ἔξωθεν αἰτίαις κακοῦνται, ἔστι δ' ὅπου
B καὶ τὰ αἴτια τῶν νοσημάτων ἀφ' ἑαυτῶν ἀναβλύζουσι, καὶ αἰτιώμεθα πολλάκις μὲν τὰς τοῦ περιέχοντος ὁμιλίας, καί τινας τροφῶν ποιότητας, πυρετῶν γενέσεις, ἐνίοτε δὲ καὶ χυμῶν σηπεδόνας· οὕτω δῆτα καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων κακότης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νῦν μὲν ἀνεβλάστησε θανατώδεις κῆρας, τοὺς προειρημένους ἄνδρας· ἐκείνους λέγω δὴ Οὐρσελίους καὶ Βασιλακίους, καὶ ὅσοι τὸ τυραννικὸν συνεπλήρουν πλῆθος· νῦν δὲ ἔξωθέν τινας καὶ ἐπεισάκτους τυράννους τὰ τῆς τύχης ταύτῃ ἐπεισηγάγετο, ἀπρόσμαχόν τι κακὸν καὶ ἀνίατον νόσημα, καθά γε καὶ τὸν ἐπὶ τυραννικῇ γνώμῃ διαβόητον Ῥομπέρτον (46) ἐκεῖνον τὸν ἀλαζόνα, ὃν Νορμανία μὲν ἤνεγκε, φαυλότης δὲ παντοδαπὴ καὶ ἐθρέψατο καὶ ἐμαίευσεν. Ἡ δὲ Ῥωμαίων ἐχθρὸν τηλικοῦτον
C ἐφ' ἑαυτῆς εἵλκυσε πρόφασιν δεδωκυῖα τῶν ἀπ' ἐκείνου πολέμων τοῖς πρὸς ἡμᾶς κῆδος ἑτερόφυλόν τε καὶ βάρβαρον καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ἀπροσάρμοστον, μᾶλλον δὲ ἀπροσεξία τοῦ τότε κρατοῦντος Μιχαὴλ, τοῦ τὰς τοῦ γένους σειρὰς πρὸς τοὺς Δούκας ἀνάπτοντος. Εἰ δὲ καὶ καθαπτοίμην τινὸς τῶν καθ' αἷμα μοι προσηκόντων (καὶ γὰρ κἀμοὶ τὰ πρὸς μητέρος ἐκεῖθεν καταῤῥεῖ), νεμεσάτω μηδείς· τήν τε γὰρ ἀλήθειαν ἐξ ἁπάντων προειλόμην ξυγγράφειν, καὶ ὅσον ἐπὶ τούτῳ τὰς ἐξ ἁπάντων μέμψεις ἀνεστειλάμην. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ εἰρημένος αὐτοκράτωρ ὁ Δούκας Μιχαὴλ τὴν τοῦ βαρβάρου τούτου θυγατέρα (47) εἰς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν κατηγγυήσατο Κωνσταντῖνον (48), κἀντεῦθεν ἀνεῤῥάγη τὰ τῶν πολεμίων. Καὶ
D περὶ μὲν τοῦ υἱέος τοῦ βασιλέως τουτουῒ Κωνσταντίνου καὶ τοῦ περὶ αὐτὸν γαμικοῦ συναλλάγματος,

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(45) *Πηγὴ Βασιλακίου*. Bryenio, Βασιλάκια πηγάδιον. Scylitzæ Βρύσις Βασιλακίου. Unde forte nomen inditum urbi cuidam Βρύσις, et alteri Μεγάλη Βρύσις, in jure Græco-Rom. pag. 223. Vide Meursium in Βρύσις, et Gloss. eruditi interpretis.

(46) *Ῥομπέρτον*. Robertum Normannum Apuliæ Principem, cujus Stemma delibavimus in Observationum istarum prolegomenis. (vide t. CXXXIII.)

(47) *Θυγατέρα*, filiam Roberti quam Constantinopolim adductam, mutato nomine, ait Scylitzes, Helenam vocavit, filioque suo Constantino despondit Michael Ducas. Quæ quidem affinitas effectu caruit propter immaturam pueri ætatem, et remissa postmodum a Botaniate ad patrem Helena, **230** ut auctor est Zonaras. Constantinopoli reclusam, et diligenti custodia observatam scribit Gaufr. Malaterra, lib. III, cap. 13: *Ne forte*, inquit, *si alicui potenti nuberet, quia hæreditali imperatori semel in Palatio coronata fuerat, ab ipso cui nuberet, aliqua hæreditas per ipsam in palatio proclamaretur.* Nec dissentit Ordericus Vitalis, lib. VII, de Botaniata scribens, *filias duas Roberti Wiscardi. quarum unam idem juvenis* (Constantinus) *desponderat, custodiæ mancipavit.*

(48) *Κωνσταντῖνον*. Constantinum Porphyrogennetam, a patre infantem adhuc, puniceis calceis donatum, et imperatorem appellatum, Zonaras, Anna, etc.

A καὶ ὅλως τοῦ βαρβαρικοῦ κήδους, καὶ δὴ καὶ ὅπως εἶχε κάλλους τε καὶ μεγέθους ὁ ἀνὴρ, καὶ ὁποῖος ἦν τὴν φύσιν καὶ ποδαπὸς κατὰ καιρὸν ἐροῦμεν, ἐπειδὰν ἀπολοφυροίμην καὶ τὰς ἐμὰς συμφορὰς μικρὸν μετὰ τὴν τοῦ κήδους τούτου διήγησιν καὶ τὴν ἧτταν τῆς βαρβαρικῆς ἁπάσης δυνάμεως, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν Νορμανόθεν τυράννων οὓς ἐξ ἀλογίας κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐθρέψατο. Ἀλλὰ πρότερον δεῖ ἀναγαγοῦσαν τὰ περὶ τοῦ Ῥομπέρτου τούτου διηγήσασθαι, ὅπως τε εἶχε γένους καὶ τύχης, καὶ εἰς οἷον κράτος καὶ ὕψος ἡ φορὰ τῶν πραγμάτων τοῦτον ἀνήνεγκε, μᾶλλον δὲ ἵν' εὐσεβέστερον φαίην, οὗπερ ἐχώρησε τοῦτον ἡ πρόνοια προελθεῖν ἐνδοῦσα πρὸς τὰς ἐκείνου κακοτρόπους ὁρμάς τε καὶ μηχανάς. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος οὗτος, Νορμάνος τὸ γένος, τὴν τύχην ἄσημος (49), τὴν γνώμην τυραννικὸς, τὴν ψυχὴν πανουργότατος (50), τὴν χεῖρα γενναῖος, ἐπιθέσθαι μὲν δεινότατος πλούτῳ καὶ περιουσίᾳ μεγάλων ἀνδρῶν, καταπρᾶξαι δὲ ἀφυκτότατος ἐς τὸ ἀναντίῤῥητον τὰ τοῦ σκοποῦ περιάγων. Τὰ δὲ τοῦ σώματος (51) τοσοῦτος εἰς μέγεθος, ὡς καὶ

cujus propositi atque officii præscriptione omnibus me omnium in hoc genere querelis satis occurrisse arbitror. Hic igitur quem diximus imperator Ducas Michael filiam istius Barbari suo ipsius filio despondit Constantino · atque hinc illæ lacrymæ et prætextus hostibus abrumpendæ pacis, sævoque nos bello lacessendi. Sed de hoc Michaelis filio Constantino deque ipsius nuptialibus conventis, deque toto hoc negotio barbaricæ affinitatis, ut et qua forma quave proceritate corporis floruerit is juvenis, quaque indole ac patria fuerit, suo tempore dicemus : tum nempe cum proprias ego miserias lamentabor meas, post narrationem expletam et affinitatis hujus et malorum quæ ex ea redundarunt omnium, cladisque ultimæ exercitus B barbarici, cum supremo exitio tyrannorum Northmaniensium, quorum vim atque impotentem audaciam inconsulte Michael Ducas tali affinitate contrahenda in Romanum imperium vertit. Verum prius oportet resumpto altius sermone Roberti hujus primordia exponere : quo genere ortus, qua

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(49) *Τὴν τύχην ἄσημος*. Infra, ἐξ ἀφανοῦς πάνυ τύχης περιφανής. et lib. IV, pag. 104, ἀπὸ ἐσχάτης πενίας καὶ τύχης ἀφανοῦς. Leo Ost. lib. III, cap. 15, de Roberto, *cum esset admodum pauper*. Joan. Brompton, *Iste Robertus licet probus, et de familia regis* (Willelmi Rufi Angl. regis), *pauper tamen erat, et nullam ditandi gratiam apud Regem illum potuit invenire*. Robertum ex eorum militum ordine, quos vavassores vocant, ortum duxisse auctor est Otho Frisingensis, lib. I *De gestis Frider*. cap. 3 : *Robertus iste ex mediocri stirpe in Normannia ex eorum ordine quos vavassores vulgo illi dicere solent, in plaga, quam Constantiam indigenæ vocant, editus*. Idem in Chron. lib. VI, cap. 33 : *Ea tempestate Normannorum gens inquietissima, Roberto Guiscardo duce, humilis conditionis viro, sed strenuissimo, Apuliam invadit*. Ordericus lib. V : *Hic Tancredi de Altavilla, mediocris cujusdam vir filius fuit*. His, præter Richardum Pictavinum, concinit Guntherus, lib. I Ligurini :

Normannia quondam
Ediderat, media rerum seu stirpis agentes
Fortuna, sed mente suis et pectore longe
Præstantes, validosque manu, formaque venustos,
Laudis amatores, magnarum semina rerum
Quærentes, cupidosque suis notescere factis.
Quique magis sese claro de sanguine regum,
Quam de privata Gallorum gente docerent.

Denique Philippus *Mouskes*, episcopus Tornacensis in ms. Francorum Historia, ne quid intactum relinquam, hæc de Guiscardi natalibus refert :

Cil Robers estoit un bevere,
Uns chevalier fort tramelere,
Tant fist que riens ne li remest,
Fors qu'un seul manoir û il mest,
Si parent tost le blastangierent,
Un seul escuier li baillerent, etc.

Certe humilis fuit ac tenuis Roberti familia, si ducalem et regium spectemus apicem, ad quem postea pervenit, quæ honesta tamen, et præter nobilium vulgarem statum et conditionem illustris habita est ; et, ut verbis utar Willelmi Malmesburiensis *De gest. Angl.*, lib. III, *quæ nec humi reperet, nec altum quid tumeret*. Fuit enim Tancredus, Wiscardi pater, ex eorum numero militum, quos *bannaretos* appellabant, et in Richardi II, Normanniæ ducis, cui imprimis charus fuit, obsequio militari 15 militibus imperans, meruit, ut auctor est Malaterra lib. I, cap. 40. Ortum porro duxit Robertus in ea Franciæ provincia quam Neustriam, postea Normanniam, a Normannis septentrionalibus, quibus inhabitanda concessa est a Carolo Simplice appellarunt nostri, in eoque tractu qui C Constantinus vulgo dicitur. Orderic. Vitalis, l. III : *Hujus pater Tancredus de Altavilla de pago Constantino exstitit*. Malaterra lib. I, cap. 3 : *In cujus quidem provincia civitas est quæ Constantinum dicitur, in cujus territorio villa est quæ Altavilla nuncupatur : non quidem tantum* **231** *pro excellentia alicujus montis, in quo sita sit ; sed quoniam, ut credimus, aliquo auspicio ad considerationem prænotantis eventum : et prosperos successus ejusdem villæ futurorum hæredum, Dei adjutorio, et sua strenuitate, gradatim honoris culmen scandentium*. Loco etiam tum nomen mansit, *Hauteuille la-Guichard*, in celeberrimi Roberti memoriam. Porro Annæ Ῥομπέρτος, Robertus dicitur. μ ante π præposito, ex usu Græcorum, qui *b* Latinum per μπ efferre solent, ut observavit Mart. Crusius ad Hist. polit. pag. 46.

(50) *Τὴν ψυχὴν πανουργότατος*. Fuit Robertus animo versutissimo, unde ab Umfrido fratre, Apuliæ D principe, *Guiscardum*, ob vafritiem cognominatum tradunt Willel. Gemeticensis, lib. VII cap. 30 ; et Robertus de Monte ann. 1129, Leo Ost., lib. III Chron. cap. 15, ita appellatum fuisse per jocum narrat a Gerardo, cujus amitam conjugem duxerat. Vim vocabuli expressit Guntherus lib. II Ligurini :

Cui propter sensus agiles, animique vigorem,
Cognomen Guiscardus erat.

Et Guillelmus Apuliensis, lib. II *Rer. Norman.* :

Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantæ fuit, aut versutus Ulysses.

Testatur Joannes Tyremeus, Guillelmi Apul. editor, nostra etiam ætate, vulgo apud Normannos, cautos et astutos viros, *Guischards*, appellari.

(51) *Τὰ δὲ τοῦ σώματος*. Solemne est omnibus pene scriptoribus proceram corporis staturam viris heroicis tribuere, cujusmodi Nicephoro Bryennio, supra, et Boemundo lib. XIII affingit Anna, et cun-

fortuna usus, quantum in apicem potentiæ series eum et velut casus quidam ac fortuita congeries variorum eventuum extulerit; vel, ut religiosius loquar, quo eum usque provehi divina providentia permiserit, sapienti conniventia malitiosis ejus ausibus atque artibus successum indulgens. Fuit hic Robertus Normannus genere, fortuna ignobilis, ingenio tyrannico, animo versutissimo, manu strenuus, ac cum in opes et fortunas **24** magnatum hominum adjectis cupiditatis oculis incurreret, ineluctabilis violentiæ: postquam vero semel aliquid destinaverat ac perficere decreverat, invictæ in urgendo cepto perseverantiæ. Tantus erat statura corporis ut maximos excederet, cutis colore rutilo, coma flavus, latis humeris, oculis ita vegetis ut haud dubie scintillare viderentur, cætera conformatione membrorum ubi latior extensio decebat, concinne porrectus et sine labe vastitatis, ubi cogi in angustum usus aut formæ ratio postulat, arte quadam naturæ tornatus in lævitatem expeditissimam: adeoque a summo vertice, ut a multis audivisse memini cum visa referrent, ad imos talos, omni absolutione perpolitus et quasi ad ideam fictus exstabat. Vocis sonum quod attinet, Homerus quidem de Achille memorat eo loquente videri solitum astantibus sese vocem audire tumultuantis multitudinis: hujus autem, ut aiunt, clamor myriadas ipsas integras percelleret in fugamque verteret. Sic a natura, a fortuna, ab animi ac spiritus indole comparatus, libertatis erat retinentissimus, ac nemini plane omnium servire aut obnoxie obsequi sustinens; quem magnarum mentium, utcumque humili fortuna depressarum, esse characterem ferunt.

A τῶν μεγίστων ὑπερανέχειν, πυρσὸς τὸ χρῶμα, τὴν κόμην ξανθὸς, τοὺς ὤμους εὐρὺς, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλλὰ πῦρ ἀπ' αὐτῶν μονονουχὶ ἀπεσπινθηρίζετο, καὶ ὅπου μὲν ἔδει διοργανῶσαι τὴν φύσιν τὸ πλάτος, εὐμήχανον ἦν, ὅπου δὲ ἀποστενῶσαι τοῦτο, εἰς τὸ εὔρυθμον διωμάλιστο. Οὕτως ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἐς πόδας ὁ ἀνὴρ κατερρύθμιστο, ὡς πολλῶν λεγόντων πολλάκις ἀκήκοα. Τὸ δὲ φθέγμα, Ὅμηρος μὲν περὶ Ἀχιλλέως ἐποίησεν, ὡς ἄρα φωνήσαντος ἐκείνου φαντασίαν ἐσχήκεσαν οἱ ἀκούοντες πολλῶν θορυβούντων, τούτου δὲ τοῦ ἀνδρὸς ὥς φασι τὸ ἐμβόημα πολλὰς ἐτρέπετο μυριάδας. Οὕτως ἔχων καὶ τύχης καὶ φύσεως καὶ ψυχῆς, ἀδούλωτος ἦν, ὡς εἰκὸς, μηδενὶ τῶν ἁπάντων ὑποταττόμενος. Τοιαῦται γὰρ αἱ μεγάλαι φύσεις ὥς φασι κἂν τύχης ὦσιν ἀφαυροτέ- B ρας.

Ab hoc tædio dominatus alieni patiendi, movet e Normania patria, cum equitibus omnino quinque, peditibus triginta; cum iis saltus insedit ac speluncas circa montes avios Longobardiæ, ubi latrociniis in viatores exercendis equos, pecunias, arma sibi suisque comparavit. Hæc ei rudimenta vitæ atque exordia fuerunt cædibus et sanguine humano maculosa. In iis cum esset diutius venit in notitiam Guilhelmo Mascabeli qui per ea tempora ditione tenebat magnam partem objacentium Longobardiæ regionum. Unde et magnos colligens annuos reditus, justos ex iis exercitus alebat: quæ

Τοιοῦτος δὲ ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ ἄγεσθαι ὅλως μὴ ἀνεχόμενος ἀπὸ Νορμανίας ἀπάρας μετὰ τῶν ἱππέων, πέντε δὲ ἦσαν ἱππεῖς, καὶ πεζοὶ τριάκοντα οἱ πάντες, ἐξελθὼν τῆς πατρίδος (52) περὶ τὰς ἀκρολοφίας, καὶ τὰ ἄντρα καὶ τὰ ὄρη τῆς Λογγιβαρδίας διέτριβε C χειρὸς λῃστρικῆς κατάρχων (53) καὶ τοῖς ὁδίταις ἐπιτιθέμενος, ὅπου μὲν ἵππους ὅπου δὲ καὶ πράγματα ἄλλα τε καὶ ὅπλα προσεπικτώμενος. Καὶ τὰ προοίμια τοῦ βίου τούτῳ αἱμάτων ἦσαν ἐκλύσεις καὶ ἀνδροφονίαι πολλαί. Χρονοτριβῶν δὲ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Λογγιβαρδίας (54), οὐκ ἔλαθε Γελίελμον τὸν Μασκαβέλην (55), ὃς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μέρους με-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

tis Normannis Italicis Leo Ost. lib. II cap. 38: *Viri et statura proceri, et specie venusti*: quos tamen ut breviores et pusillos ab Alamannis et Teutonicis, qui in Italiam cum Henrico imp. venerant, ludibrio habitos scribit Guilielmus Apuliensis lib. II:

Teutonici, quia cæsaries et forma decoros
Fecerat egregie proceri corporis illos,
Corpora derident Normannica, quæ breviora
Esse videbantur, nec eorum nuntia curant.

Alemanni quippe statura sunt proceri. Willelmus Guiart in S. Ludovico:

Alemans, qui selonc nature
Sont grans et gros comme iaiant,
Vont là leurs forces essaiant.

Idem de iis testatur Cinnamus, lib. II.

(52) *Ἐξελθὼν τῆς πατρίδος*. Guibertus lib. III *Hist. Hieros.*, cap. 2, non equitem, sed peditem a patria digressum Robertum tradit: *Is a nativa, quam præmisimus, regione, utrum sponte egressus nescio, an pulsus, pedes in Apuliam abiit: ibi equos et arma quibus eques fieret, qua potuit arte commeruit.* Vide Malaterram, lib. I, cap. 5 et 6. Brompton. et alios.

(53) *Χειρὸς λῃστρικῆς κατάρχων*. Annæ concinit Philippus *Mouskes*:

Puis ala tant par le païs,
Qu'en Pulle vint, si fu routiers,
Et tint sergens et cavaliers.

D (54) *Λογγιβαρδίας*. Longobardiæ nomen olim tam late patuit, ut universa Italia hoc vocabulo intelligeretur. Charta Caroli M. pro divisione imperii: *Italiam vero, quæ et Longobardia dicitur*, etc. Postmodum Græcis ea potissimum pars Italiæ Longobardia dicta fuit, quæ in eorum imperio remansit, Calabria scilicet et Apulia, in thematis seu provinciæ formam sub hac appellatione redacta, uti refert Constantinus Porphyr. lib. II *De Themat.*, cap. 11. Recentiores denique Longobardiam appellarunt eam Italiæ partem quæ **232** Æmiliam et Liguriam continet, ut auctor est Albertinus Mussatus, lib. VI *De Gest. Henrici VII*, cap. 14.

(55) *Γελίελμον Μασκαβέλην*. Robertus, Alberada priore uxore repudiata, seu, ut vult Scylitz s, exstincta, ex qua Boemundum susceperat, filiam Salernitani Principis in secundam conjugem adscivit. Hunc Gaimarum, vel Gaimarium Malaterra, lib.

γίστου τῶν παρακειμένων τῇ Λογγιβαρδίᾳ· ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὤν· ὅθεν τὰς εἰσόδους δαψιλεῖς ἂν ἔτος ἐλάμβανεν, κἀντεῦθεν δυνάμεις ἱκανὰς ἐπαγόμενος ἐπιφανὴς ἦν ἀρχηγός. Μεμαθηκὼς δὲ περὶ τοῦ Ῥομπέρτου ὁποῖός ἐστι κατ' ἄμφω, ψυχὴν καὶ σῶμά φημι, προσήκατό τε ἀβούλως τὸν ἄνδρα, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων (56) τούτῳ κατηγγυήσατο, καὶ πληρώσας τὸ κῆδος θαυμάσας αὐτὸν τῆς τε φύσεως καὶ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐμπειρίας, οὐμενουν τὰ κατὰ γνώμην ηὐτύχησεν, καὶ γὰρ καὶ πόλιν καθάπερ εἴ τι ἕδνον αὐτῷ ἐδεδώκει, καὶ ἄλλα τὰ προσεπιφιλοτιμήσατο. Ὁ δὲ περὶ αὐτὸν δύσνους γενόμενος καὶ ἐπανάστασιν κατ' αὐτοῦ μελετήσας, τὰ μὲν πρῶτα τὸν εὔνουν ὑπεκρίνετο καὶ τὰς δυνάμεις προσετίθει τριπλασιάσαι μὲν τοὺς ἱππεῖς, εἰς δὲ διπλασίου; τοὺς πεζοὺς ποιησάμενος. Καὶ τοὐντεῦθεν ὑπέῤῥει τὰ τῆς εὐνοίας, καὶ κατὰ μικρὸν παρεγυμνοῦτο ἡ κακοήθεια. Καὶ οὐ διελίμπανε προφάσεις καθεκάστην σκανδάλων διδοὺς καὶ λαμβάνων, καὶ τρόπους συνεχεῖς μηχανώμενος, ἀφ' ὧν ἔριδές τε καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι εἰώθασι τίκτεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ ῥηθεὶς Γελίελμος ὁ Μασκαβέλης πλούτῳ καὶ δυνάμει κατὰ πολὺ διέφερεν αὐτοῦ, ἀπογνοὺς ὁ Ῥομπέρτος τὴν κατὰ πρόσωπον πρὸς αὐτὸν μάχην, βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν, καὶ προβάλλεται μὲν τὴν εὔνοιαν, καὶ τὸ μεταμέλον πλάττεται, καὶ ὑπορύττει δόλον αὐτῷ δεινὸν καὶ δυσφώρατον, τάς τε πόλεις αὐτοῦ κατασχεῖν καὶ κύριος γενέσθαι τῶν προσόντων ἁπάντων τῷ Μασκαβέλῃ, καὶ πρῶτα μὲν τὰ πρὸς εἰρήνην ἐπερωτᾷ καὶ συνελθεῖν τὰ εἰς λόγους αὐτοπροσώπως διαπρεσβεύεται, ὁ δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην ἀσπάζεται φιλῶν τὴν θυγατέρα ἐξόχως, καὶ συντίθεται τὴν ὁμιλίαν ἐς νέωτα. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος καταγγέλλει τόπον αὐτῷ, ἐν ᾧ συνελθόντας διαλεχθῆναι προσήκει καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους συνθέσθαι σπονδάς. Ἀκρολοφίαι δὲ ἦσαν δύο ἐξ ἴσου τῆς πεδιάδος ἐξυπανέχουσαι κατὰ διάμετρον τὴν θέσιν λαχοῦσαι, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων ἑλῶδες ἦν καὶ κατάσκιον δένδροις παντοδαποῖς καὶ φυτοῖς ἔνθα καὶ λόχον ἐστήσατο ὁ δεινὸς ἐκεῖνος Ῥομπέρτος

A res eum potentiæ nomine late inclytum fecerat. Is Roberti dotes animi ac corporis quas diximus prædicari audiens, conciliare sibi hominem affinitate statuit inconsulte, ut exitus monstravit. Igitur ei unam ex filiabus despondet suis, nuptiisque post paulo perfectis beatus sibi videbatur quod talem, tantæ fortitudinis, tamque experientem rei bellicæ sibi adjunxisset generum. Suamque hanc gratulationem ac lætitiam magnificis sancivit donis, cum Roberto et dotalem civitatem unam e suis attribuit propriam, et multis eumdem aliis liberalissimo muneribus donavit; quorum beneficiorum fructum nequaquam eum quem speraverat, quemque par erat, miser recepit. Cito enim socero invidens Robertus vimque in eum cogitans B paransque, malum animum dissimulatione pressit aliquandiu, quoad videlicet confirmasset sese. Mox tamen ubi turmam suorum equitum in triplum auxisset, perditum vero duplicasset numerum, abunde se jam instructum sentiens larvam deponit, nudaque ac libera grassari malitia incipit; gradibus tamen in eo procedens quibusdam, et sensim serens atque obtendens alias ex aliis simultatum causas, vafer artifex jaciendorum seminum unde contentionum ac bellorum seges exsisteret. Quoniam vero usu ipso ac reputatione virium tum suarum tum adversarii facile se imparem aperto certamine Robertus sensit homini opibus amplissimis ac copiis subnixo, versus ad artes subdolas amicitiam cum eo redintegrat, pœnitentia simulanda nuper C ausorum. Simul interim insidias moliens quarum fraude ac successu ditione sua universa censibusque ac vectigalibus miserum spoliaret. Pacem igitur ultro ac reconciliationem postulat, utque conveniat inter ambos de re tota condici diem ac locum expetiit mutuo colloquio. Mascabeles qui filiæ ingenti amore teneretur spem recuperandi generi cum gratulatione accipit, congressumque pro ejus libito condicit. Locum Robertus eligit. Colles erant duo pari fere altitudine campo prominentes, e diametro

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

i cap. 30; Leo IX PP. in Epist. et Leo Ost. non semel nuncupant; quem Willelmus Gemeticiensis, lib. VII, cap. 30, et Ordericus Vitalis, lib. III et II, Wailmachum, et Gailmachum vocant, vocabulo, D ut videtur, magis ad Willelmum Mascabelem accedente, uti ab Anna indigitatur. Sed fallitur illa, cum scribit superstite Gaimario Roberti initas cum eius nata nuptias: cum longe ante Gaimarius a suis per insidias sublatus esset, Leone IX. PP, Ecclesiam gubernante. Guill. Apul. lib. I.

Hoc Normannorum Drogo, Gaymariusque priores
Tempore defuncti fuerant, a civibus aliter
Ex consanguineis occisus fraude Salerni:
Alter ab indigenis, nimirum quia credulus illis,
Montilari cæsus.

Et lib. II diserte ait a Gisulpho, Gaymarij filio, Sigelgaitam in uxorem obtinuisse Robertum, quod etiam tradit Leo Ost. lib. III. cap. 15.

Cumque potentatus cœpisset crescere nomen,
Virtutisque suæ, legatos mittere cœpit,
Qui sua deferrent generoso verba Gisulfo
Gaymarii genito, germanæ nobile poscens
Conjugium, quia conjugio tunc ipse carebat,
Prima conjuge pro consanguinitate repulsa,
De qua natus erat Boemundus, strenua proles,
Insignis nimia virtute potensque futurus.

(56) *Μίαν τῶν θυγατέρων*. Roberti uxorem, Gaymarii Salernitani principis filiam, Gisulphi seu Siconolfi principis sororem, *Gaitam* nuncupant Anna et Scylitzes, Malaterra, lib. I, cap. 3; *Sigelgaitam*, ut et Willelm. Gemetic. lib. VII, cap. 43; *Siguelguadam* Ordericus lib. VII; *Sicelgaitam* Leo Ost. lib. III, cap. 57: *Sichelgatam*, Guill. Apuliensis, lib. II. denique *Sihulgaitum*, vetus diploma Rogerii ducis et Boemundi, apud Baron. an. 1090, n. 19. Obiit illa an. 1090, ut auctor est Petrus Diac. lib. IV *Chron. Cassin.* cap. 8. Diem adnotat Kalendarium S. Mauricii Andegavensis: 17 *Kal. Maii ob. Sichelgaita ducissa Apuliæ*. V. Baron. an. 1090, n. 18. Porro nuptias Roberti in an. 1058 conjicit Malaterra, lib. I, cap. 31.

oppositi. Horum intervallum palustre atque arbustis fruticibusque densum aptum ad insidias Roberto visum. Ibi quatuor fortissimos armis instructos viros collocat, cum mandato ut omnem in partem circumspicerent, simul autem seipsum manus cum Mascabele conserentem animadvertissent statim ad se accurrerent omnium securi. His ita dispositis fraudulentissimus Robertus alterum quidem collium quem colloquio delegerat nullis incessum copiis habuit, alium præsidio sibi asseruit equitum quindecim, peditum sex supra quinquaginta, quos ipsum conscendere obtinereque jussit; cum paucis tantum ex præcipuis eorum consilii summa communicata: unique nominatim ipsorum negotio dato, ut sua ipsius arma secum ferret, clypeum, galeam, et acinacem, quibus facile cum opus foret indutus una cum quatuor in imo subsidentibus ad primam speciem conserentis manum cum Guillelmo Roberti huic suppetias accurrerent. Horum ignarus Guillielmus constituta die venit in designatum sibi a Roberto locum, quem et ipsum eodem se conferentem procul cernens, benevolentissime procurrit ei obviam in equo, salutationeque et complexu amicissimo dignatur generum. Ventum in congressus locum est, qui erat in proclivitate collis statim infra verticem. Ibi **26** quæsitis sermonibus aliquo tempore consumpto: Quidni, Robertus ait, omissis equis aliquando commodius in herba confabulaturi residemus? Acquiescit simpliciter Mascabeles et prius desilientem Robertum et ipse imitatus, humi accumbens cubitoque innixus caput sermonem continuabat. Hic Robertus simulata verborum officia ingeminat. Fidem æternam pollicetur socero, benefactorem eum sæpius et dominum appellans. Quos tam familiariter tamque amanter agentes inter se conspicati Mascabelis comites, suspicatique ex captata sessione longum ipsis colloquium fore, desilientes et ipsi ex equis, paulo etiam cum et æstu media jam die et fame ac siti laborarent, tum ex vertice quem insederant meridianis infesto radiis in vallem umbrosam descendere, imo nonnulli frenis equorum ad ramos ligatis humi procumbere frigusque captare; quidam denique domum etiam repetere. Ita illi. Dum intentus destinato sceleri Robertus ubi maturum censuit repente voce ac vultu mutato inclementius insurgit in Mascabelem, proque oculo miti et obnoxio sanguinarium et inflammatum ferens, manum quoque infert violentam socero: qui cum sibi et ipse manu succurreret, commissa lucta est, per quam vario utriusque conatu ad extremum per declive in præceps ambo devolvebantur. Hoc animadverso qui la-

A τέσσαρας ἄνδρας ἐνόπλους γενναιοτάτους παρεγγυησάμενος πανταχόσε παπταίνειν τὰ ὄμματα· ἐπειδὰν δὲ ἴδοιεν αὐτὸν μετὰ τοῦ Γελιέλμου συμπλεκόμενον εὐθὺς πρὸς ἐκεῖνον ἀναδραμεῖν μηδὲν τὸ παράπαν μελήσαντας. Ταῦτ' οὖν προκατασκευάσας ὁ κακουργότατος ἐκεῖνος Ῥομπέρτος, τὴν μὲν τῶν ἀκρολοφιῶν εἰς τὴν μετὰ τοῦ Μασκαβέλη ὁμιλίαν χρησιμεύουσαν κατέλιπε, φθάσας ταύτην ὑποδεῖξαι αὐτῷ, θατέραν δὲ οἷον ἰδιοποιησάμενο, πεντεκαίδεκα ἱππέας καὶ πεζοὺς ὡσεὶ ἓξ καὶ πεντήκοντα ἀνελθεῖν ἐν αὐτῇ συνέταξε, τὴν βουλὴν πᾶσαν τοῖς ἀξιολογωτέροις τούτων ἐξορχησάμενος, καὶ ἑνὶ τούτων παραγγείλας τὰ αὐτοῦ ὅπλα βαστάζειν ἀσπίδα καὶ κράνος καὶ ἀκινάκην, ὡς ῥᾳδίως διὰ τούτων ἐξοπλισθείη, καὶ τοῖς λοχῶσι τέσσαρσιν B ἐπισκήψας ἵν' ὁπηνίκα τῷ Μασκαβέλῃ συμπλακέντα τοῦτον θεάσοιντο, θᾶττον ἀναδράμωσι πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ Γελίελμος κατὰ τὴν συγκειμένην ἡμέραν ἤρχετο πρὸς τὴν ἀκρώρειαν εἰς τὸν τόπον ὃν φθάσας αὐτῷ ὁ Ῥομπέρτος ὑπέδειξε τὰς μετ' αὐτοῦ συνθήκας πληρώσας. Ὃν ἰδὼν ἐγγύθεν ἐκεῖνος γενόμενον, αὐτῷ τε ἱππότης προσυπαντήκει, καὶ ἀσπασάμενος ἐδεξιοῦτο μάλα εὐθύμως. Ἔστησαν οὖν ἄμφω εἰς τὸ πρανὲς μικρὸν τῆς ἀκρολοφίας ὑποκλίναντες, ὁμιλοῦντες ἅττα καὶ ἔμελλον ποιεῖν. Ὁ δὲ δεινὸς ἐκεῖνος Ῥομπέρτος λόγους ἐκ λόγων συνείρων ἔτριβε τὸν καιρὸν, εἶτά φησι πρὸς τὸν Γελίελμον. Ἵνα τί τοῖς ἵπποις ἐποχούμενοι κοπιῶμεν, ἀποβάντες καθεδούμεθα εἰς τοὔδαφος, καὶ C ἀφροντίστως περὶ ὧν χρὴ ὁμιλήσομεν. Πείθεται ὁ Μασκαβέλης νήπιος ἀγνοήσας τὸν δόλον καὶ οὗ κακοῦ φέρεται, καὶ ἀποβαίνοντα τὸν Ῥομπέρτον τοῦ ἵππου θεασάμενος πεζὸς καὶ αὐτὸς τηνικαῦτα εἱστήκει καὶ τῇ γῇ τὸν ἀγκῶνα διερεισάμενος αὖθις λόγων κατήρχετο. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος δουλείαν ὡμολόγει τοῦ λοιποῦ τῷ Μασκαβέλῃ καὶ πίστιν, εὐεργέτην αὐτὸν καὶ κύριον ὀνομάζων. Θεασάμενοι δὲ τούτους οἱ τοῦ Μασκαβέλη τῶν ἵππων ἀποβάντας, καὶ λόγων ἄλλων ὥσπερ καταρχομένους καμόντες ἀπό τε τοῦ καύσωνος ἀπό τε τοῦ δεηθῆναι καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ (ὥρα γὰρ θέρους ἦν, ὁπηνίκα τὰς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν εἴωθε βάλλειν), καὶ τῆς ἀλέας ἀφορήτου γινομένης, οἱ μὲν τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες τοὺς χαλινοὺς περὶ τοὺς πτόρθους τῶν D δένδρων ἀναδεσμοῦντες εἰς τοὔδαφος κατεκλίνοντο, ταῖς ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ τῶν δένδρων σκιαῖς ἀναψυχόμενοι, οἱ δὲ οἴκαδε ἐχώρουν. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οὕτως. Ὁ δὲ τὰ πάντα δεινὸς Ῥομπέρτος οὕτω ταῦτα προκαταστήσας ἀθρόον ἐπιφύεται τῷ Μασκαβέλῃ, καὶ τὸ ἥμερον ἀφεὶς βλέμμα πρὸς τὸ ὀργιλώτερον μεταβάλλεται, καὶ φόνιον αὐτῷ ἐπιβάλλει τὴν χεῖρα. Καὶ συμπλακεὶς (57) ἀντισυν-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(57) *Καὶ συμπλακείς*. Falli præterea hoc loco constat Annam, quæ posteris imposuit, dum quod auditu acceperat de quodam Bisiniacensi principe, id Salernitano ascripsit. Quod facile concedet quisquis hanc Annæ narrationem cum Historia Petri de Turra Bisinianensis principis conferet, quam cum iisdem adjunctis pluribus recitant Malaterra, lib. I, cap. 17; et Leo Ost. lib. III, cap. 15. Cæsum per insidias Salerni ab Alphanis proceribus Gaymarium tradunt. Idem Leo Ost. lib. II, cap. 86, et lib. III, cap. 3; Petrus Damian. lib. I, epist. 9; et Guill. Apul. lib. II.

ἐπλέκετό τε καὶ εἷλκε καὶ εἵλκετο καὶ ἐκυλίοντο ἄμφω κατὰ τοῦ πρανοῦς. Τούτους δὲ οἱ λοχῶντες τέσσαρες ἐκεῖνοι ἄνδρες θεασάμενοι, ἀναδύντες τοῦ ἕλους ἐπέδραμον ἤδη τῷ Γελιέλμῳ, καὶ ξυνδήσαντες ἁπανταχόθεν ἀνέτρεχον ὡς πρὸς τοὺς εἰς τὴν ἑτέραν ἀκρώρειαν ἱσταμένους ἱππεῖς τοῦ Ῥομπέρτου ἤδη καὶ αὐτῶν ὑποκολπαζόντων κατὰ τοῦ πρανοῦς πρὸς αὐτούς· ὄπισθεν δὲ ἐδίωκον οἱ τοῦ Γελιέλμου. Ὁ δέ γε Ῥομπέρτος ἐπιβὰς τοῦ ἵππου κράνος τε καὶ δόρυ λαβὼν καὶ γοργῶς ἐναγκαλισάμενος, καὶ ἀσπίδι περιφράξας ἑαυτὸν ἐπιστραφεὶς πλήττει ἕνα τῶν τοῦ Γελιέλμου διὰ δόρατος· ὁ δ' ἅμα τῇ πληγῇ καὶ τὴν ψυχὴν συναφῄρητο. Ἐν τοσούτῳ τὴν φορὰν τῶν ἀμφὶ τὸν πενθερὸν ἱππέων ἀναχαιτίσας καὶ τὴν ἀπὸ τούτων βοήθειαν ἀνακόψας (οἱ δέ γε λοιποὶ τοὺς ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν καταβαίνοντας ἱππότας τοῦ Ῥομπέρτου ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου βοηθουμένους θεασάμενοι, παραχρῆμα τὰ νῶτα διδόασιν), οὕτω γοῦν τὴν φορὰν τῶν τοῦ Μασκαβέλη ἱππέων ἀνακόψαντος τοῦ Ῥομπέρτου, ἄγεται τηνικαῦτα ὁ Μασκαβέλης δέσμιος καὶ αἰχμάλωτος εἰς ὅπερ δέδωκεν αὐτῷ εἰς προῖκα φρούριον, ὅτε τὴν θυγατέρα τούτῳ κατηγγυήσατο, καὶ εἶχεν ἄρα τότε τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἡ πόλις ἔμφρουρον, φρούριον ἐντεῦθεν εἰκότως προσαγορευομένη. Οὐδὲν δὲ χεῖρον καὶ τὴν ὠμότητα τοῦ Ῥομπέρτου διηγήσασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἐγκρατὴς ἐγεγόνει τοῦ Μασκαβέλη, τὰ πρῶτα μὲν τῶν ὀδόντων ἁπάντων ἀποστερεῖ ἐφ' ἑκάστῳ τούτων προσαπαιτῶν πολυτάλαντον ὁλκὴν νομισμάτων, καὶ πυνθανόμενος οὗ ταῦτα ἐναπέθετο. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔληγεν ἀπαράσσων ἔστ' ἂν ἅπαντα ἔλαβε, καὶ ἅμα οἵ τε ὀδόντες ἐξέλιπον καὶ τὰ χρήματα, ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς Γελιέλμου ἐπιβάλλει τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Ῥομπέρτος, καὶ φθονήσας τούτῳ τῶν ὄψεων, ἀποστερεῖ τῶν ὀμμάτων.

A tebant in insidiis viri quatuor, emergentes e palude strenue accurrunt adversus Guillelmum quem facile vinctum attrahebant ad equites Roberti alterum, ut diximus, insidentes collem : qui et ipse re procul observata per pronam jugi costam festinare ad eos ceperant. Interim sero animadversa fraude comites Guillelmi, quasi vindicaturi dominum a tergo insequebantur. At Robertus equo conscenso, induta galea, sumpta et vibrata ferociter hasta, objectoque in sui munimen clypeo conversus unum ex eis hasta transverberatum interficit : quo facinore refrigeravit impetum Guillielmianorum, spemque ipsis excussit sui principis recuperandi. Ergo extemplo reliqui, alia insuper specie perculsi apparentium jam equitum Roberti inque ipsos infestis hastis B pergentium, terga verterunt. Ducitur itaque impune captivus vinctusque Mascabeles, et in ipsam quam in filiæ dotem egregio genero miser donaverat arcem includitur. Habuitque tum illa civitas sub præsidii custodia proprium dominum merito propterea Frurium, hoc est præsidium sive arx dicta. Nihil autem vetat reliquam pertexere Roberti crudelitatem. **27** Semel enim socero potitus dentes ipsi sigillatim omnes excutit, immensam quamdam nummorum summam in singulos pronuntians, et ubi dicta summa reperiri posset indicare cogens. Ad extremum exhausta pecunia cum dentibus, in oculos involat Guillelmi, quos eruit crudelissime.

Πάντων οὖν ἐγκρατὴς γενόμενος ηὐξάνετό τε τὸ ἐντεῦθεν ὁσημέραι καὶ εἰς τὸ τυραννικώτερον ἀποκλίνων ταῖς πόλεσί τε προσετίθετο πόλεις καὶ τοῖς χρήμασι χρήματα. Καὶ ἐν βραχεῖ πρὸς τὴν δουκικὴν περιωπὴν ἀναβεβηκώς, δοὺξ Λογγιβαρδίας (58) ἁπάσης ὠνομάζετο. Ἐντεῦθεν οὖν ἅπαντες πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον ἠρεθίζοντο. Ὁ δὲ φρενήρης ὢν ἀνὴρ ὅπου μὲν θωπείαις χρησάμενος πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους αὐτῷ, ὅπου δὲ καὶ δωρήμασι τοὺς μεταξὺ τοῦ πλήθους θορύβους ἐξωμαλίσατο καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ φθόνον τῶν μεγιστάνων εὐμηχάνως κατέστειλεν, ἔστι δ' οὗ καὶ ὅπλοις χειρωσάμενος ἅπαν τὸ κράτος Λογγιβαρδίας τε καὶ τῆς ὁμορούσης χώρας εἰς ἑαυτὸν ἀνεδήσατο. Ἀεὶ δέ τι ὁ Ῥομπέρτος οὗτος ἐπινοῶν τυραννικώτερον καὶ φανταζόμενος τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων προφάσεως, ὡς ἔφην, τῆς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μιχαὴλ συμπενθερίας ἐπιδραξάμενος τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἀνεῤῥίπιζε πόλεμον. Ἔφθημεν γὰρ εἰρηκότες, ὅτι Μιχαὴλ ὁ αὐτοκράτωρ οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν τοῦ τυράννου τούτου θυγατέρα (Ἑλένη δὲ

C Hac præda locupletatus majoribus deinde in dies augmentis fiebat seipso potentior : urbes urbibus, pecunias pecuniis adjungens donec brevi ducale fastigium adeptus, dux Longobardiæ universæ nominari cœptus est : unde omnium irritata invidia est, quam ipse pro solita atque innata sibi prudentia facile placavit ; partim adulationibus et fictis obsequiis deliniens potentiores adversantium sibi ; partim plebeios maxime homines in se coorientes donis ac largitionibus exarmans : interdum ubi ars non sufficeret, vim adhibens, ac cum armatis irrumpens, denique omnem qua manu qua consilio non Longobardiam solum, sed vicinam quoque circumquaque sibi subjecit firmavitque regionem. Hinc jam altius semper aliquid cogitans et præ-D sentem magnitudinem pro gradu ad speratam habens, ausum etiam est ad imperium aspirare Romanorum, occasione tantæ rei tentandæ unde dixi sumpta : videlicet ex affinitate quam Michael imperator, nescio quo usus consilio, cum ipso

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Δοὺξ Λογγιβαρδίας*. Obtinuit a Nicolao PP. ducis titulum Robertus anno Chr. 1060, quod testantur Gregorius VII, PP. lib. II, epist. 9 ; lib. VIII, epist. 1 ; Malaterra, lib. I, cap. 25 et 36, et Leo Ost. lib. III, cap. 15 ; Guillelmus Apul. lib. II.

Finita synodo, multorum Papa rogatu
Robertum donat Nicolaus honore ducali.
Hic comitum solus concesso jure ducatus
233 *Est Papæ factus jurando jure fidelis :*
Unde sibi Calaber concessus, et Appulus omnis
Est locus, et Latio patriæ dominatio gentis.

contraxit, despondenda tyranni hujus filia Helena vocata Constantino suo filio. Iterum autem illata mentione adolescentis hujus magnis mihi motibus agitur et fertur animus, ratioque conturbatur. Non digrediar tamen, nec totam de eo rationem hic alieno loco inseram, quam in proprium, ut jam dixi servo; illud silere non sustineo, quanquam importune dici sentiam : fuisse illum juvenem pulchritudinis exemplar quasi a natura nihil sibi reliqui faciente fictum : imo Dei manum potius opus excellentissimum, et ex quo de artificis industria statui posset. Quem vel de primo aspectu quilibet intuens, illico perculsus exclamaret : ejus plane quem Græci fabulantur aurei generis hunc verissimam esse propaginem, adeo splendens et rapax vis in eo absolutissimæ pulchritudinis exstitit. Mihi sane nec tot annorum lapsus ex quo illum non vidi, delere aut hebetare in animo speciem ejus adhuc potuit; adeo ut ne nunc quidem illius recordari sine uberibus lacrymis queam. Teneo tamen ut possum lacrymas, et eas in idoneos meorum temporum locos reservo, ne privatos questus calamitatum propriarum, publicarum rerum narrationibus immiscens, historiam perturbem. Hic porro adolescens cujus jam iterum meminimus nobis aliquanto natu major, jam **28** tum antequam nos solem videremus sponsus Helenæ Roberti fuerat, plane impollutus ac purus. Conscriptaque inter ipsos connubialia pacta fuerant, quanquam ea inconsummata manserunt, nihil ultra promissiones progressa, tum quidem propter immaturam pueri ætatem, deinde etiam mutata republica. Occupans siquidem imperium Nicephorus Botaniates, ea penitus abrupit. Verum a narrandi serie digressam me sentiens ad iter redeo. Robertus igitur ex obscuris natalibus in excelsum evectus fortunæ verticem, nihil supra spes suas, et earum quibus se succinctum videbat opum ac virium facultatem ratus, in eo quoque elaborare

A αὕτη προσηγορεύετο), τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ κατηγγυήσατο. Πάλιν δὲ μεμνημένη τοῦ νεανίσκου τούτου, παθαίνομαι τήν τε ψυχὴν καὶ τοὺς λογισμοὺς συγχέομαι· ἀνακόπτομαι δὲ τὴν ἀμφὶ τοῦτον διήγησιν, φυλάττουσα πάντα καιρῷ τῷ προσήκοντι. Τοῦτο δὲ μόνον οὐχ ὑπομένω μὴ λέγειν, κἂν ἔξω τοῦ καιροῦ λέγοιμι, ὡς ἄγαλμα φύσεως ἦν ὁ νεανίας ἐκεῖνος, καὶ Θεοῦ χειρῶν ὡς ὄντως εἰπεῖν φιλοτίμημα. Εἰ γὰρ καὶ μόνον ἐθεάσατό τις αὐτὸν, εἶπεν ἂν ὡς τοῦ παρ' Ἕλλησι μυθευομένου χρυσοῦ γένους ἀποῤῥοή· οὕτως ἀμήχανον εἶχε τὸ κάλλος. Ἐγὼ δὲ μετὰ τοσούτους ἐνιαυτοὺς μεμνημένη τοῦ νεανίου τούτου δακρύων ἐμπίπλαμαι· ἐπέχω δὲ ὅμως τὸ δάκρυον καὶ ταμιεύω πρὸς τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων, ἵνα B μὴ τὰς μονῳδίας τῶν ἐμῶν ἀναμιγνῦσα ταῖς ἱστορικαῖς διηγήσεσι τὴν ἱστορίαν συγχέοιμι. Οὗτος γὰρ ὁ νεανίσκος περὶ οὗ κἀνταῦθα καὶ ἀλλαχόσε εἰρήκειμεν προχρόνιος πρὸ ἡμῶν καὶ πρὶν ἡμεῖς τὸν ἥλιον (59) ἴδοιμεν, μνηστὴρ ἐγεγόνει τῆς τοῦ Ῥομπέρτου Ἑλένης καθαρὸς καὶ ἀμόλυντος, καὶ τὰ ἔγγραφα συναλλάγματα ἐπ' αὐτῇ ἐγγεγράφεισαν, κἂν ἀτέλεστα, καὶ ἐν ἐπαγγελίαις μόνον, ἀτελοῦς τὴν ἡλικίαν ὄντος τοῦ νεανίσκου· διεσπάσθη δὲ ἅμα τῷ τῆς βασιλείας ἐπιβῆναι τὸν βασιλέα Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην. Ἀλλ' ἐξετραπόμην τοῦ λόγου, ἐπανελεύσομαι δ' αὖθις ἀφ' οὗπερ ἐξετραπόμην, ὁ γάρ τοι Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ἐξ ἀφανοῦς πάνυ τύχης περιφανὴς γεγονὼς, καὶ πολλὴν δύναμιν ἀθροίσας περὶ αὐτὸν, ἐπεβάλλετο καὶ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ γε- C νέσθαι, καὶ προφάσεις εὐλόγους δῆθεν ἐπλάττετο τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας καὶ τῶν πολέμων. Διττὸς δὲ ἐντεῦθε φέρεται λόγος. Ὁ μὲν γὰρ φημίζεταί τε καὶ ὃ διαῤῥεῖ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἀκοῆς ἔφθασεν, ὅτι τις μοναχὸς Ῥαίκτωρ (60) ὀνομαζόμενος ὑπεκρίθη τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ πρὸς τὸν Ῥομπέρτον τοῦτον καὶ συμπένθερον (61) αὐτομολήσας τὰς οἰκείας συμφορὰς ὠλοφύρετο. Οὗτος γὰρ μετὰ τὸν Διογένην τῶν σκήπτρων Ῥωμαίων ἐπειλημμένος, καὶ βραχύν τινα χρόνον διαπρέψας

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(59) *Πρὶν ὑμεῖς τὸν ἥλιον*. Desponsus fuit Constantinus Helenæ, Michaele imperante, proinde multo ante quam Anna nasceretur, quæ lucem aspexit, patre Alexio jam imperatore.

(60) *Ῥαίκτωρ*. Rem narrant Gregor. VII. PP. lib. VIII, cap. 6, Malaterra lib. III, cap. 13, et Guillelmus Apul. lib. IV, qui Roberti Expeditionem commemorans, hæc subdit :

. . . . . Modico remoratus Hydrunti
Tempore, præstolans adventum conjugis, atque
Multorum comitum, quos noverat ipse futuros
Esse viæ socios, mentitus se Michaelem,
Venerat a Danais quidam seductor ad illum,
Immerito raptum jus imperiale reposcens,
Se profugum lacrymans, lacrimantem dux et honeste
Suscipit et tractat, placidoque favore benignum
Exhibet obsequium. Populus quoque credulus omnis
Assurgebat ei flexa cervice salutans.
Hunc adhibens socium sibi dux, ut justior esset
Causa viæ, secum, dum transfretat, ipse reducit.

Anonymus Barensis : an. 1050, *ind.* 3, *ipse dux fecit fine cum Bari, et mense Aprili fecit Turenta cum illo, et Trane, et fumilare* [I. εὐφημεῖν] *fecit ibi Michael imp.* Adde Lupum protospatham hoc D A. Tradit Order. Vitalis, lib. II. Michaelem istum, quem perperam Romani Diogenis filium facit, in comitatu fuisse Boemundi, cum Galliam adiit an. 1106, aliosque de Græcis, seu Thracibus, illustres, *quorum*, inquit, *querela de Alexio imperatore, qui per proditionem illis antecessorum stemmata suorum abstulerat, magis ad iram contra eum feroces Francos incitabat*. Vide eumdem, lib. VII, p. 640, 641. Fuit porro Ractorum familia Constantinopoli perillustris, e qua memoratur apud Zonaram et Leonem Grammaticum Joannes rector, ab Alexandro imperatore, Constantino Porphyrogennetæ ex fratre nepoti, tutor datus.

(61) *Συμπένθερον*. Συμπενθερεία est affinitas inita inter duos, ex filiorum ac filiarum nuptiis, sic ut uterque socer dicatur, hic quidem respectu nurus, alter respectu generi. Συμπενθερείας et συμπενθέρων mentio passim occurrit, apud Balsamonem in *Nomoc.* Phot. tit. 13, cap. 2, Theophylactum Bulg. epist. 31. Nicetam in Isaac. lib. I; Niceph. Gregoram, lib. III; Codinum, *De Offic.* cap. 2. Phranz et al. Hinc συμπενθεριάζειν apud Constantinum Porphyrogenitum De adm. imp., cap. 13. V. Gregor. VII. PP. lib. VIII. Ep, 6.

τὴν βασιλείαν, παρελύθη μὲν τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ A Βοτανειάτου (62) ἐπαναστάντος αὐτῷ, τὸν δὲ τῶν μοναχῶν ὑπέδυ βίον, μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ἀρχιερατικὸν ποδήρη καὶ τὴν κίδαριν ἠμφιέσατο, εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν ἐπωμίδα. Τοῦτο δὲ συνεβούλευσεν ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης (63) ὁ πρὸς πατρὸς αὐτῷ θεῖος, τὸ κοῦφον εἰδὼς τοῦ τηνικαῦτα κρατοῦντος καὶ μή τι πάθοι δεινότερον δεδιώς. Τοῦτον ὑπεκρίθη ὁ εἰρημένος μοναχὸς ἐκεῖνος καὶ Ῥαίκτωρ ἢ καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν, ῥέκτης (64) τῶν ἁπανταχοῦ τολμηρότατος. Πρόσεισί τε τῷ Ῥομπέρτῳ ὡς δῆθεν συμπενθέρῳ καὶ τὰ τῆς ἀδικίας ἐκτραγῳδεῖ, ὡς καθαιρεθείη μὲν τῶν βασιλικῶν θρόνων, καὶ εἰς ὅπερ σχῆμα τοῦτον ὁρῴη περιελθεῖν. Καὶ διὰ τούτων πάντων εἰς ἄμυναν ἐξεκαλεῖτο τὸν βάρβαρον. Τὴν γὰρ καλὴν B φησι μείρακα τὴν αὐτοῦ νύμφην Ἑλένην (65) ἀπερίστατον καταλεῖψαι καὶ χήραν ἄντικρυς τοῦ νυμφίου. Τὸν γὰρ υἱὸν Κωνσταντῖνον καὶ τὴν βασιλίδα Μαρίαν (66) προσρυῆναι τῷ Βοτανειάτῃ καὶ ἄκοντας διὰ τὴν τυραννίδα ἐβόα. Ταῦτα λέγων παρώξυνέ τε τὸν θυμὸν τοῦ βαρβάρου καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ Ῥωμαίων ἐξώπλιζε. Τοιοῦτος μὲν λόγος διαῤῥεῖ μου τὰς ἀκοὰς, καὶ οὐκ ἔχω γε διὰ θαύματος, εἴ τινες ἀδοξότατοί τινας τοὺς ἐπὶ δόξης καὶ γένους εὐγενοῦς ὑποκρίνονται. Ἕτερος δέ με περιβομβεῖ πιθανώτερος λόγος ἑτέρωθεν φημιζόμενος, ὡς οὔτε μοναχός τις τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ὑπεκρίνατο, οὔτε τοιοῦτόν τι τὸν Ῥομπέρτον πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων ἐκίνησε πόλεμον, ἀλλὰ αὐτὸς ὁ βάρβαρος πολυτροπώτατος ὢν τὰ τοιαῦτα ῥᾳδίως C ἐπλάττετο. Ἔχει γὰρ ὧδε τὰ ἐφεξῆς. Αὐτὸς μὲν ὥς φασιν ὁ Ῥομπέρτος ῥᾳδιουργότατος ὢν καὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων ὠδίνων μάχην καὶ πρὸ πολλοῦ πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευαζόμενος, ἐκωλύετο μὲν ὡς ἀδίκων πολέμων ἄρχων καὶ κατὰ Χριστιανῶν εὐτρεπιζόμενος παρά τινων τῶν περὶ αὐτὸν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Γαΐτης, καὶ ἀνεκόπτετο πολλάκις ἐπιχειρήσας τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. Βουλόμενος δὲ πιθανὴν τὴν πρόφασιν τοῦ πολέμου ποιήσασθαι, πέμπει τινὰς ἄνδρας εἰς Κοτρώνην τὰ ἀπόῤῥητα καταπιστεύσας αὐτοῖς τῶν βεβουλευμένων καὶ ἐπισκήπτει τοιαῦτα· ὡς εἴ τινα μοναχὸν εὕροιεν βουλόμενον ἐκεῖθεν ἐνθάδε

A statuit, si posset consequi, ut imperator Romanorum crearetur. Ac belli quidem et offensionis prætextus speciosos ei suppeditavit affinitas de qua diximus. De re porro ut se habuit duplex ad nos fama emanavit. Prior quæ maxime invaluit, quaque fateor occupatas aures meas, habet : Monachum quemdam cui nomen fuit Ræctor, simulata persona imperatoris Michaelis, ad Robertum tanquam ad affinem et filii sui socerum confugisse, lamentatumque apud eum cladem suam, auxilium implorasse. Nam is Michael sumpto Romanorum sceptro post Diogenem, non diu fruitus imperio exauctoratus a Botaniate fuerat in ipsum rebellante. A quo et adactus est monachi primum professionem ac vestem, postea vero archiepiscopalem talarem ac B cidarim induere. Cogitarat quin etiam epomidem, consilio sui patrui Cæsaris Joannis, qui levitate illius qui tum potens rerum erat perspecta, merito verebatur ne suspectus ei factus gravius quiddam pateretur. Hunc se esse simulavit monachus ille quem diximus Ræctor, vere actor alienæ personæ atque impostor omnium qui unquam exstiterunt audacissimus. Ac cum ista larva Robertum tanquam videlicet consocerum adit, eique quid esset injuriæ passus miserabiliter exponit : exturbatum se nempe regio throno eo sortis ac vestitus redactum. Proinde implorare se opes ac potentiam ejus ad ultionem de Botaniate sumendam, cujus rebellionis scelere non ipse tantum Michael, sed Robertus C quoque violatus esset, genero ipsius Constantino per vim in tyranni partes abstracto, una cum imperatrice Maria, filia vero Roberti Helena per tale facinus vidua reddita. Hæc dum vociferatur facile commovit irritabilem alioqui Barbarum, atque ad bellum Romanis inferendum armavit. Ea ut retuli sic ferri passim audivi ; nec magnopere miror exsistere hujusmodi vilissima capita qui personarum genere ac dignitate illustrium sibi larvas circumdent et ostentent impudentissime. **29** Verum alia me aliunde, eademque credibilior fama circumsonat: neminem fuisse plagiarium monachum qui ultro in Michaelis quondam imperatoris nomen invaserit, Robertumque provocarit : nugas eas præstigiasque esse : nihil-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Ὑπὸ τοῦ Βοτανειάτου*. Ordericus, lib. VII : *Ecce sicut Michael pepulit Diogenem vitricum suum de regali solio, sic ipse de eodem culmine præcipitatus est a Bithynacio, qui nihilominus simili repulsa dejectus est ab Alexio.*

(63) *Καῖσαρ Ἰωάννης*. Joannes Cæsar Ducas, Constantini Ducæ imp. frater, Michaelis imp. patruus.

(64) *Ῥέκτης*. Alludit ad nomen pseudo-imperatoris : Ῥέκτης enim, est homo strenuus, δραστήριος. Sic supra eadem Anna, Ἄνδρες κακουργότατοι καὶ ῥέκται πραγμάτων. Et Synesius : Ἐδόκει γὰρ οὗτος νέος τε εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, οἷος ἐχθροὺς τε κακῶσαι, καὶ φίλους ποιῆσαι..

(65) *Ἑλένην*. Helenam custodiæ mandatam a Botaniata jam supra observavimus, postmodum remissam ad patrem ab eodem Scylitzes scribit. Verum id serius accidit, si qua fides Orderico, lib. VII : *Filias quoque Wiscardi præfatus* **234** D *Heros* (Alexius) *ac si ipse genuisset eas, amavit blanditer, et pie tractavit : et fere* 20 *annis in deliciis educavit. Officium illarum erat mane, dum imperator de suo stratu surrexisset, manusque suas ablueret, mappulam et pectinem eburneum afferre, et barbam imperatoris pectere. Nobiles puellæ facili gratoque servitio a liberali principe deputatæ sunt, quæ post longum tempus Rogerio comiti Siciliæ, Augusto favente, ut amico redditæ sunt.* At quæ fuit altera Roberti filia, quam una cum sorore Helena Constantinopolim missam auctor est Vitalis, unaque cum ea remissam ad Rogerium, non plane constat : tametsi probabile videatur, fuisse Mabiliam, quæ patre jam exstincto nupsit, cum tres aliæ, ex quinque quas extulit filiabus Robertus, ipso superstite nuptias iniisse tradantur.

(66) *Μαρίαν*. Mariam Alanam, Michaelis Ducæ imp. uxorem.

quæ aliud nisi artificis scelus Roberti ipsius, fecundissimi ad fraudes ingenii. Nimirum is dudum concepta cupiditate Romani imperii sibi bello parandi, apparatibus rei tantæ jam, ut sibi erat conscius, maturis, parturiebat impotens animi, et rumpere consilio exitum omni conatu moliebatur. At obstabant præcipiti incepto injusti belli adversus Christianos suscipiendi tum plerique principum qui ei aderant, tum ipsa ejus conjux Gaita, qui quoties istam pruriginem lacessendi Romani nominis Robertus ostenderet, nullam finem dissuadendi faciebant. Eos igitur ad suam sententiam trahendi talem viam iniit. Mittit certos homines Crotonem arcanæ mentis suæ conscios : clam nempe in aurem monitos ut si quem ibi reperirent monachum e Græcia limina apostolorum cogitantem, quem aspectu et congressu non inidoneum ad rem quæ parabatur judicarent, exciperent hominem comprehenderentque officiis, omninoque ad se adducerent. Occurrit istis Crotone commodum is quem dixi Ræctor homo versutus et simulandi quidvis dissimulandique summus artifex. Aptius nihil visum ad Roberti propositum. Litteras ergo ad ipsum Salernum mittunt in eam formulam scriptas quam ipse præscripserat : quibus significabant, consocerum ipsius Michaelem imperio pulsum profugumque in Italiam Crotone esse, mox ad ipsum transmissurum auxilii rogandi causa. Has litteras repente Robertus ut adhuc primum patentes in manu habebat, conjugi primum legit, tum comitatus sui viros illustres ac principes convocans, quid nuntii perferretur docet. Illi omnes re facile credita, nequaquam negligendum affinis principis casum Roberto assenserunt. Qui mora nulla facta accersit hominem, cultu et comitatu ambitiose ornatum personam decenti quam mentiebatur. Iste autem actor nequaquam malus, aut immemor, tragœdiam apud omnes totam plausibiliter agebat : gestu, vultu, verbo, habitu, exturbatum se throno, uxore ac filio privatum a tyranno Botaniate ferens : quin etiam ab eodem injustissime tænia exutum ac diademate, monachica veste circumdatum : quibus tantis injuriis adactum advenire se supplicem. Hæc a Roberto

A διαπεράσαι εἰς προσκύνησιν τοῦ νεὼ τῶν κορυφαίων καὶ πολιούχων τῆς Ῥώμης ἀποστόλων, ἐξ αὐτῆς ὄψεως μὴ πάνυ τὸ δυσγενὲς ἐμφαίνοντα τοῦτον ἀσμένως ἐναγκαλίσασθαι καὶ οἰκειωσαμένους πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν, ἐπεὶ δὲ τὸν προειρημένον ἐφεῦρον Ῥαίκτορα, ἄνδρα ποικίλον τε καὶ πρὸς πανουργίαν ἀπαράμιλλον δηλοῦσι τῷ Ῥομπέρτῳ διὰ γραμμάτων κατὰ τὸ Σαλερηνὸν διατρίβοντι, ὅτι περ ὁ σὸς κηδεστὴς Μιχαὴλ ὁ τῆς βασιλείας ἐξεωθεὶς κατέλαβε τὴν ἀπὸ σοῦ ἐξαιτούμενος βοήθειαν. Οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὁ Ῥομπέρτος ὑπέθετο τὰς πρὸς αὐτὸν ἐκθεῖναι γραφάς. Ὁ δὲ ἐν χερσὶ ταύτας λαβὼν, παρευθὺς μὲν τῇ ὁμευνέτιδι ὑπαναγινώσκει, εἶτα συναγαγὼν τοὺς κόμητας (67) ἅπαντας ὑποδείκνυσι καὶ τούτοις τὰ γράμματα ὡς μηκέτι κωλύεσθαι B παρ' αὐτῶν εὐλόγου τάχα αἰτίας δραξάμενος. Συντίθενται ἅπαντες παραχρῆμα τῇ τοῦ Ῥομπέρτου βουλῇ, καὶ οὕτως προσήκατό τε αὐτὸν καὶ εἰς ὁμιλίαν ἐλήλυθεν. Ἐντεῦθεν τὰ πάντα δραματουργεῖ καὶ σκηνὴν περιτίθησιν ὡς ὁ βασιλεὺς εἴη Μιχαὴλ ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος ὡς καθαιρεθείη τῶν θρόνων, ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα καὶ τἄλλα πάντα πρὸς τοῦ Βοτανειάτου ἀφαιρεθείη τυράννου, καὶ ὡς τοῦτον ἀδίκως καὶ παρὰ πάντα δίκαιον λόγον τῆς ταινίας τε καὶ τοῦ διαδήματος τὸ μοναχικὸν περιέθεντο σχῆμα, καὶ νῦν ἱκέτης ἧκε, φησὶ, πρὸς ἡμᾶς. Ταῦτα εἰς μέσους ἐδημηγόρει ὁ Ῥομπέρτος, τήν τε βασιλείαν αὐτῷ διὰ τὸ κῆδος ἐπανασωθῆναι πρεσβεύων, καὶ ἀξιῶν ἑκάστης ἡμέρας τὸν μοναχὸν C ἐκεῖνον ὡς δῆθεν τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ προεδρίας καὶ θρόνων ὑψηλοτέρων καὶ τιμῆς ὑπερβαλλούσης, καὶ ἄλλο τε ἄλλως τὰς δημηγορίας πλαττόμενος νῦν μὲν ἐλεινολογούμενος οἷα πέπονθεν ἐπὶ θυγατρὶ, νῦν δὲ τοῦ συμπενθέρου φειδόμενος ἐφ' οἷς τισι κακοῖς περιπέπτωκεν, νῦν δὲ προπαροξύνων τε καὶ διεγείρων πρὸς πόλεμον τὸ περὶ αὐτὸν βάρβαρον, ποικίλως ἐπαγγελλόμενος τούτοις χρυσοῦ θημῶνας οὓς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἔχειν τούτοις κατεπηγγέλλετο. Ἐντεῦθεν πάντας ἑλκυσάμενος τῆς ῥινὸς καὶ πλουσιωτέρους καὶ πενεστέρους ἀπάρας τῆς Λογγιβαρδίας, μᾶλλον δὲ πᾶσαν αὐτὴν ἑλκυσάμενος καταλαμβάνει τὴν Σάλερνον μητρόπολιν οὖσαν Μέλφης (68), ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὰς ἄλλας θυγατέρας αὐτοῦ πάντα καταπράξας καλῶς, ἐντεῦθεν τὰ πρὸς

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) *Κόμητας*. Cum Normanni in Apulia, impellente ac simulante Hardoino Mediolanensi, sedem figere, et cum Græcis decertare decrevissent, primores ex suis 12, quibus parerent, elegerunt, iisque comitum indiderunt nomen et dignitatem. Guillelmus Apul. lib. I.

Normanni quamvis Danaum virtute coacti
Appula rura prius dimittere, rursusque adire
Hoc stimulante parant, numero cum viribus aucto,
Omnes conveniunt, et bis sex nobiliores,
Quos genus et gravitas morum decorabat, et ætas,
Elegere duces. provectis ad comitatum
His alii parent, comitatus nomen honoris
Quo donantur erat, hi totas undique terras
Divisere sibi, etc.

(68) *Μητρόπολιν οὖσαν Μέλφης*. Non Melfam, vel Melpham, primam Normannorum in Apulia D sedem, sed Amalphim hic intelligit Anna, quæ, ut est apud Tyrium, lib. XVIII, cap. 4 : *Est civitas inter mare et montes eminentissimos constituta, ab Oriente habens urbem munitissimam Salernum, vix 7 milliaribus marino ab ea distantem itinere, ab Occidente vero Surrentum et Neapolim.* Hanc expugnarat paulo ante Guiscardus C. an. 1173. Gisulfo sororio Salernitano principe frustra propugnante, uti narrant Guillelmus Apul. lib. III, et Gaufredus Malaterra, lib. III, cap. 3, apud quem *Malfa* nuncupatur. Porro Anna Salernum Melphæ, seu Amalphis, metropolim appellat, quod ea tempestate, ut et nostra, circumjecta regio, totusque qui Amalphi adjacet maritimus tractus, ab hac urbe appellationem sortiretur; quod testantur Alexander abbas Celesin. lib. III, cap. 25, Raphael Volaterr. et Leander Albert. Alia autem fuit Melfa,

τὸν πόλεμον ἐξαρτύεται. Δύο δὲ ἤστην (69) αὐτῷ· τὴν γὰρ τρίτην ἡ βασιλὶς τῶν πόλεων εἶχεν ἐξ αὐτοῦ θαλάμου δυστυχῆ. Ὁ γὰρ νεανίας ἐκεῖνος ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς οὔπω ἔφηβος ὢν ἀπεστρέφετο τουτὶ τὸ κῆδος καθάπερ τοὺς μορμολυττομένους τὰ βρέφη. Τούτων δὲ τὴν μὲν Ῥαϊμούντῳ (70) τῷ υἱῷ κόμητος Βραχενῶνος κατηγγυήσατο, τὴν ἑτέραν δὲ συνέζευξε τῷ Εὐβούλῳ (71) ἐπιφανεστάτῳ καὶ τούτῳ κόμητι. Οὐδὲ ταῦτα τὰ συναλλάγματα πρὸς τὸ ἀσύμφορον ἑώρα Ῥομπέρτῳ, ἀλλὰ πανταχόθεν γὰρ συνεκεκρότητο καὶ συνηθροίζετο δύναμιν, ἐκ γένους, ἐκ τυραννίδος, ἐξ ἀγχιστείας, ἐξ ἄλλων τρόπων παντοδαπῶν ὧν ἄν τις οὐδὲ ἐπινοήσαιτο.

A auctore dramatis dictata reddebat non illepide monachus Ræctor : nec ipse suis partibus Robertus deerat. Palam ferens dignum videri hominem sic de se **30** meritum qui per se ac suos priori fortunæ redderetur. Ergo ipsum toto choragio talis pompæ adornabat, quotidie assectans, priorique sede ac sublimiore throno dignans, honoreque in omnibus præcipuo, necnon studiose aptatis ad somnium fortunæ prioris compellationibus prosequens. Quem ille vicissim nunc de injuriis quas esset in filiæ persona passus, consolabatur : nunc respectu consoceri et metu facessendæ molestiæ pietati ejus ad condolendum paratissimæ, revocari se aiebat a suis ipsius malis memorandis. Nunc comites atque insignes duces spectatores fabulæ varie inducens ad consciscendum haud dubitanter bellum cum Romanis, ex quo ipsorum quisque opum acervos ac revera montes aureos relaturus esset. Tali mimo Robertus inductis animis, egentibusque juxta ac locupletibus spe cuique propria oblata in novarum pariter rerum cupiditatem animatis, Longobardia discedens, aut potius universam secum trahens Longobardiam·

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

seu Melfis, vel Melfia, prima Normannorum in Apulia sedes, ab iis, quo se adversus Græcos tuerentur, ædificata, seu potius instaurata, ut auctor est Malaterra, lib. I, cap. 9. Jacet illa Asculum inter et Venusam, in extremo Apuliæ limite, Calabriam versus, unde *caput et janua totius Apuliæ* dicitur in *Chronico Cassin*. lib. II, cap. 68, et apud Guillelmum Apul. lib. III :

. . . . . . Caput hæc erat urbibus illis.
Omnibus, est et adhuc quas continet Appula tellus.

Sic vero describitur ab eodem Guillelmo lib. I.

Appula Normannis intrantibus arva, repente
Melfia capta fuit; quidquid prædantur, ad illam
Urbem deducunt. Hac sede Basilius ante.
Quem supra memini, modicas fabricaverat ædes,
Esse locum cernens inopinæ commoditatis.
Accessu populi nunc urbs illustris habetur,
Finibus Italiæ celeberrima, dives amœni
235 *Fertilitate loci, Cereris nec egena nec amnis,*
Et qua parte sita est insignis honore ducali.

Vide notata ad pag. 161.

(69) *Δύο δὲ ἤστην*. Quinque Roberto natas assignat Willelmus Gemeticensis, et ex eo Philippus *Mouskes* in *Hist. Franc.* ms. quarum prima, inquit idem Muskins, imperatori Constantinopolitano enupta est, *Helena* videlicet, Constantino Ducæ Porphyrogennetæ, qui a patre imperatorio titulo donatus est, et ab Anna, pag. 35, Βασιλεὺς itidem appellatur, desponsata. Guillelmus Apul. lib. II, de Sigelgaita Roberti uxore :

Edidit hæc pueros sibi tres, et quinque puellas,
Egregiam sobolem sexus utriusque futuram.

(70) *Ῥαιμούντῳ*. Altera Roberti filia Mathildis, Raimundo-Berengarii II marchioni et comiti Barcinon. primum nupsit, deinde Aimerico II vicecomiti Narbon. Nuptias Raimundi, ut et Ebali, de quo mox, attigit Guill. Abul. l. IV.

Partibus Hesperiæ, quem Barcinona tremebat,
Venerat insignis comes hanc Raimundus ad urbem,
Ut nuptura ducis detur sibi filia poscens,
Huic major natu nuptum datur : altera nupsit
Egregio comiti Francorum stemmate claro :
Ebalus hic dictus, succumbere nescius hosti,
Belligeras acies ad prælia ducere doctus,
Et facundus erat, linguaque manuque vigebat.

De Mathildis nuptiis agunt præterea Joannes archidiaconus Barensis in *Hist. Invent. S. Sabini*, cap. 1, n. 2; Surita, lib. I *Ind. rer. Arag.* an 1176; Will. Catellus, lib. IV *Rer. Occitanar.* p. 583;

B Baron. an. 191, n. 13; Chifletius in *Vindic. Hisp.* p. 357; Martinus Carillus, in *Annal.*, et alii.

(71) *Εὐβούλῳ*. Ebalo Comiti Ruciacensi, seu de Roceio (*de Roucy*), in Campania Gallica, filio Hilduini comitis de *Arcies* et de *Ramerut*, et Aelidis. Ebali comitis Ruciacensis filiæ primogenitæ. *Genuit autem Ebalus iste II* (verba sunt Alberici an. 1119) *de Sibilia Roberti Guiscardi filia comitem Wiscardum de Roceio, et comitem Hugonem Cholet, et Thomam de Roceio*, etc. Ex quo unico, ni fallor, scriptore tertiæ Wiscardi filiæ nomen discere est. Quarta Hugoni III Cenomanensi comiti, Azonis marchionis Estensis, ex filia Hugonis II Cenomanensis comitis, filio, uxor a patre data est. Is quod conjugem nulla de causa dimisisset, a summo Pontifice sacris interdictus est, ut habet idem Ordericus, lib. VIII. Has nuptias Guillelmus Apul. lib. III, pluribus commemorat.

C *Dumque moraretur Trojanæ mœnibus urbis,*
Nobilis advenit Lombardus marchio quidam,
Nobilibus patriæ multis comitantibus illum.
Axo vocatus erat, secum deduxit Hugonem
Illustrem natum, ducis huic ut filia detur,
Exigit in sponsam : comites proceresque vocari
Quæque facit super his consulturus ab urbe.
Horum consiliis Roberti filia nato
Traditur Axonis, tædas ex more jugales,
Et convivando celebrant, et multa ferendo,
Cunctis conjugii quæ postulat ordo peractis.
Sollicitat comites dux, et quoscunque potentes
Dona petens, læti quibus et vir et uxor abire
Donati valeant, etc.

236 Hugonem hunc, ut et Cenomanensem affinitatem, omiserunt Joan Bapt. Pigna et Hieron. Faletus in sua *Estensium Historia et Genealogia*. Quinta denique ejusdem Roberti nata, *Mabilia*, cognomento *Cantalupa*, Willelmo de Grentemesnil, D nobili Normanno, nupsit an. 1088. De hac agunt Malaterra, lib. IV, cap. 21; Albertus Aq. lib. IV, cap. 37; Guibertus, lib. III, cap. 2; et Ordericus Vitalis, lib. VIII. Sextam Roberti filiam, nullo, ut reor, auctore, addit Pistorius, Stephani II Hungariæ regis conjugem Cæterum Ruciacensem arcem, Lutzelensburgum inter et Theodonis villam sitam, quæ comitatui nomen dedit, *Ruthiam* et *Rutthicum* appellant veteres Chartæ, et *Chronicon Trevirense*, apud Duchesnium in *Probat. Hist. Luxemb.* p. 13, et Browerum, lib. II *Annal. Trevir.* p. 640.

Salernum venit. Melphorum ea metropolis est. Ubi duarum quæ restabant filiarum celebratis nuptiis (nam tertia, ut diximus, Constantinopoli mœrebat, ab ipsis primis sponsalibus vidua, quippe quam ejus sponsus impubes adhuc plane sic aversabatur atque omnem affinitatis mentionem ejus ut pueri spectra larvasque monstruosas solent) celebratis, inquam, ibi filiarum duarum nuptiis quarum alteram Raimundo filio comitis Barcinonensis despondit : alteram conjunxit Eubulo illustrissimo et ipsi comiti. Quæstuosis Roberto et ad propositum præsens capessendi belli magno judicio quæsitis affinitatibus potentissimorum hominum ; adeo prudens Barbarus tela congerebat ex omni silva. Gallos communione generis, Hispanos atque Italos necessitudine variarum affinitatum, subditos vi atque imperio, alios aliis incredibilibus atque insuspiscabilibus perpellens artibus ad nomen in destinatam sibi militiam profitendum.

Non est autem silendum cur qui tum erant Occidentis principes crescere hanc novam ex nihilo exortam Roberti potentiam in tantum impune siverint ; neque indignationem atque invidiam qua sine dubio in eum commovebantur, prodire passi sint usque ad conatum disturbandi atque obterendi res istius novi principatus in teneris adhuc initiis fragiles : in quo non vulgare perspici documentum potuit felicitatis ejusdem Roberti, hominis quem fortuna in omnibus eximium habuerit, cuique augendo atque ornando vires suas haud parce semper impenderit. Disciderat Occidentem universum in duas tum factiones magna exorta inter Papam urbis Romæ (est is principatus non inermis, sed multis undique ac magnis militaribus succinctus copiis) et Henricum regem Alamanniæ controversia. Avertit ea res utriusque partis principes a cura obstandi profectibus **31** Roberti ad studium ejusdem adjungendi sibi. Papa præsertim qui vicinior erat, majori spe atque ambitu ad Normannum suæ causæ conciliandum incubuit. Porro ea quam dixi controversia in his fere vertebatur *. Accusabat regem Henricum Romanus Pontifex quod Ecclesias non gratis ut par erat conferret, sed interposita pactione donorum venderet. Quod etiam indignis hominibus sacerdotia et epi-

A Ξυμπίπτει δὲ μεταξὺ καί τι τοιοῦτον, ὅπερ ἄξιον ἀφηγήσασθαι. Ἐστὶ γὰρ καὶ τοῦτο εἰς εὐφημίαν τούτου καὶ εὐτυχίαν ἀναφερόμενον, καὶ γὰρ καὶ τοὺς τῆς δύσεως ἅπαντας ἀρχηγοὺς ἀναχαιτίζεσθαι τῆς πρὸς τοῦτον φορᾶς σφόδρα τῆς τῶν πραγμάτων εὐροίας τῷ βαρβάρῳ λογίζομαι, ἁπανταχόθεν τῆς τύχης αὐτῷ συνεργούσης, καὶ ἐπαιρούσης εἰς τυραννίδα, καὶ πᾶν τὸ ἐπωφελὲς περαιουμένης. Ὁ γάρ τοι πάπας τῆς Ῥώμης (72) (γενναία δὲ αὕτη ἀρχὴ (73), καὶ στρατεύμασι παντοδαποῖς περιφραττομένη), μετὰ τοῦ ῥηγὸς Ἀλαμανίας (74) Ἐνερίχου διαφορὰν ἐσχηκὼς ἐβούλετο πρὸς συμμαχίαν ἑλκύσαι Ῥομπέρτον ἤδη περιφανέστατον γεγονότα καὶ πρὸς μεγάλας ἀρχὰς ἀκμάσαντα. Ἡ δὲ διαφορὰ ῥηγός τε B καὶ πάπα τοιαύτη τις ἦν. Ὁ μὲν γὰρ κατῃτιᾶτο τὸν ῥῆγα Ἐνέριχον ὡς τὰς ἐκκλησίας (75) οὐ προῖκα διδόντα, ἀλλὰ δωρημάτων ἀποδιδόμενον, καί που καὶ ἀναξίοις ἀνδράσι τὴν ἀρχιερωσύνην καταπιστεύοντα, καὶ τοιούτων ἐγκλημάτων ἐδίωκεν. Ὁ δέ γε ῥὴξ Ἀλαμανίας τυραννίδος τὸν πάπαν ἐγράφετο, ὡς ἄτερ γνώμης (76) αὐτοῦ τὸν ἀποστολικὸν ἐξαρπάσοι θρόνον. Καί που καὶ ἀπηναισχυντήκει πρὸς τοῦτον, καὶ ἰταμωτέροις ἐχρήσατο λόγοις, ὡς εἰ μὴ ἐκσταίη τῆς αὐθαιρέτου προεδρίας, μεθ' ὕβρεως ἐκεῖθεν ἀπελαθήσεται. Τούτων οὖν ἀκούσας ὁ πάπας τῶν λόγων

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(72) *Πάπας*. Gregorius VII.

(73) *Γενναίη δὲ αὐτῇ ἀρχή*. Notanda hic summorum pontificum ἰδιοκρατορία et potestas.

(74) *Ῥηγὸς Ἀλαμανίας*. Fecit more gentis suæ Anna, et avito quodam odio et invidia adversus Latinos, dum Henricum IV Germanicum imperatorem Ῥηγὸς, seu regis titulo donat, cum Βασιλέως, vel imperatoris ad solos Constantinopolitanos Augustos spectare persuasum haberent Græci. Willelmus Tyr. lib. xvi, cap. 21 : *Moleste siquidem ferunt quod eorum* (Theutonicorum) *rex Romanorum se dicit imperatorem : in hoc enim suo detrahi videtur imperatori, quem ipsi monarcham, id est, singulariter principari omnibus dicunt, tanquam Romanorum unicum, et solum imperatorem*. Eadem habet auctor Vitæ Ludov. VII Franc. reg. cap. 8. Alia in hanc sententiam suggerunt Baron. an. 871; Feder. Morellus ad lib. II, *De Themat. Porphyrog.*; Meursius V, Ῥῆξ, et Dissertatio nostra XXVII, ad Joinvillam pag. 316.

(75) *Ὡς τὰς Ἐκκλησίας*. Beneficia, ecclesiasticas dignitates. Tradunt ejusce ævi scriptores sacris interdictum a Gregorio Henricum, quod episcopatuum, abbatiarum, cæterarumque ecclesiasticarum dignitatum investituras indignis conferret, pretio-

C que divenderet. Henricus ipse in Epist. ad Gregor. apud Hugonem abbat. Flaviniacensem in *Chron.*: *Non solum enim nos res ecclesiasticas invasimus, verum quoque indignis quibuslibet, et simoniacato felle amaricatis, et non per ostium, sed aliunde ingredientibus ecclesias ipsas vendidimus, et non eas, ut oportuit, defendimus*. Id passim objectum Henrico notant scriptores, Willelmus Tyr. lib. I, cap. 13; Bruno, *De bello Saxon.*; Conradus Usperg. et Lambertus Schafnaburg. an. 1074; Will. Malmesburg. lib. IV *De gest. Angl.*; Guillelmus Apuliensis, lib. II; Robert, de Monte an. 1111; et alii sine numero.

(76) *Ἄτερ γνώμης*. Otho Frising. lib. I *de gest. Frid.* cap 1, de Henrico IV : *Apud Bajoariæ civitatem Brixinoram, in ipso Pyreneo, haud procul a valle Tridentina sitam, coadunatis episcopis, princeps curiam magnam celebravit, ubi omnibus advenientibus, injurias sibi a Romana Ecclesia irrogatas affectuose* D *conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto, qui tanquam rex et patricius primus in electione suæ urbis episcopi esse deberet, Romani sibi pontificem præfecissent, cum a patre suo imperatore plures ibidem, quasi sine electione, inthronizati fuerint*. Vide eumdem in Chron. lib. VI, cap. 34.

(*) *Caute legenda* quæ sequuntur in Romanam sedem schismatico spiritu declamata. Possinus.

κατὰ τῶν πρέσβεων εὐθὺς ἐμεμήνει, καὶ αἰκισάμενος (77) πρότερον ἀπανθρώπως εἶτα καὶ κείρας τὰς κεφαλὰς καὶ ἐπικείρας τοὺς πώγωνας τὰς μὲν ψαλίσι, ξυρῷ δὲ τοὺς πώγωνας, καὶ ἄλλο τι προσεξεργασάμενος ἀτοπώτατον καὶ βαρβαρικὴν ὕβριν ὑπερελαῦνον ἀφῆκεν. Εἶπον ἂν καὶ τὴν ὕβριν εἰ μή με καὶ γυναικεία καὶ βασιλικὴ ἐπεῖχεν αἰδώς. Ἐκεῖνο γὰρ οὐχ ὅπως ἀνάξιον ἀρχιερέως τὸ παρ' ἐκείνου πραχθὲν, ἀλλ' οὐδ' ὅλως ἀνθρώπου Χριστιανικὸν ἐπιφερομένου καὶ τοὔνομα ἐβδελυξάμην καὶ τὸ ἐνθύμημα τοῦ βαρβάρου μή τοί γε τοὖργον ἐπεὶ καὶ τὸν γραφέα κάλαμον καὶ τὸν χάρτην ἐμόλυνα ἂν εἰ τὸ πραχθὲν κατὰ μέρος διεξῄειν. Ἀλλ' εἰς παράστασιν καὶ βαρβαρικῆς ὕβρεως καὶ ὅτι ὁ χρόνος ῥέων ἤθη ἀνδρῶν παντοδαπὰ πρὸς κακίαν ἀναφύει καὶ πάντολμα, ἀρκέσει αὐτὸ τοῦτο τὸ μηδὲ μικρόν τι τοῦ πραχθέντος ἀνασχέσθαι ἡμᾶς παρεμφῆναι ἢ διηγήσασθαι, καὶ ταῦτα ἀρχιερέως, ὦ δίκη, καὶ ταῦτα πρώτου ἀρχιερέως, καὶ ταῦτα προκαθημένου τῆς οἰκουμένης ἁπάσης γενόμενον, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσί τε καὶ οἴονται, ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. Μεταπεπτωκότων γὰρ τῶν σκήπτρων (78) ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμεδαπήν τε καὶ ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ ἅμα πάσης τῆς τάξεως, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη, τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐτάξατο. Μήποτε οὖν ἡ τοιαύτη πρὸς τοὺς πρέσβεας ὕβρις ἀνεφέρετο πρὸς τὸν πεπομφότα οὖσα, οὐ μόνον ὅτι τούτους ἐκόλασεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καινήν τινα τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην ὕβριν πρῶτος ἐξεύρατο ἠνίττετο γὰρ δι' ὧν ἐποίει τὸ τοῦ ῥηγὸς, ὡς οἶμαι, εὐκαταφρόνητον, ὥσπερ τις ἡμίθεος ἡμιόνῳ διαλεγόμενος διὰ τῶν καθυβρισμένων τουτωνὶ πρέσβεων. Ὁ μὲν οὖν πάπας ἐπειδὴ ταῦτα πεπραχὼς, καὶ τοὺς πρέσβεις οὕτως, ὡς εἶπον, ἀποπεμψάμενος πρὸς τὸν ῥῆγα μέγιστον πόλεμον ἀνηρέθισεν· ἵνα δὲ μὴ τῷ Ῥομπέρτῳ προσθέμενος ὁ ῥὴξ ἀφορητότερος γένοιτο, φθάνει τὰ πρὸς εἰρήνην τῷ Ῥομπέρτῳ διακηρυκευσάμενος, οὐδὲ πρότερον φιλίως διακείμενος πρὸς αὐτόν. Πυθόμενος γὰρ τὸν δοῦκα Ῥομπέρτον κατειληφότα τὴν Σάλερνον, ἀπάρας ἐκεῖνος τῆς Ῥώμης (79) εἰς Βενε-

A scopatus committeret. Rex Alemanniæ vicissim Papam agebat reum illegitime invasæ dignitatis, quippe qui sine suo consensu in apostolicum se thronum intrusisset. Quo in jactando crimine elatus iracundia rex excussa omni pontificis reverentia insolentioribus verbis comminatus ferebatur, sese, nisi ultro sede occupata Papa cederet, ignominiose ipsum ex ea ejecturum. Hujus auditæ contumeliæ (*) iram omnem pontifex in Henrici legatos talium minarum nuntios vertit. Eos enim inhumane flagris proscissos, capita forficibus, barbas novaculis ridicule rasos, alio insuper genere crudelis et supra modum barbari ludibrii dehonestavit, tam spurci ac dictu fœdi ut ab eo commemorando me
B revocet pudor, et ea verecundia quæ feminam decet ac principem adeo immane facinus non dico pontifice, sed omnino quovis qui se christianum ferat multo indignissimum abominor, animumque non minus Barbari qui id designare ac decernere potuit, quod si referre distinctius velim calamum hunc chartamque pollueren. Verum hanc saltem generatim indicatam tam absurdi facti mentionem hic oportuit, vel ad documentum quo progredi usque barbarica impotentia queat, vel ad fidem et officium historiæ, quæ ut monstra et res inusitatas, ista acta consultave prodigiosæ audaciæ quæ malitia forte hominum ediderit, dissimulare silentio non debet. Et hæc quidem pontifex, o mores! atque adeo summus pontifex, et in orbem terra-
C rum universum universalis Christi vicarius fecit. Nam eos illi titulos Latini sui tribuunt et vindicant: in his quoque pro cætera insolentia sua mentientes. Translatis enim e vetere Roma sceptris in nostram urbem regiam, senatu quoque et omnibus insignibus atque ordinibus imperii inde huc traductis, pontificatus quoque primaria dignitas illic defecit: Ecclesiæque primatus jam olim a principibus qui hic regnarunt Constantinopolitano adjudicatus throno est. Quorum maxime præjudicium secuta (**) Chalcedonensis synodus supremo in fastigio ecclesiarum Constantinopolitanam stare sedem jussit, cui diœceses et provincias per orbem christianum universum esse subjectas omnes statuit. Videtur autem studiose cavisse pontifex
D ne in legatorem personis resedisse contumelia 32

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Καὶ αἰκισάμενος*. Male acceptos a Gregorio PP. legatos suos queritur Henricus Epist. ad Annonem archiep. Colon., nisi illa fictitia sit, quod vult Baronius. Vide Notas Hoeschelii et Gretzerum, in Refut. Alogiarum Annæ Comnenæ contra Gregor. VII edita cum Gerbodo Reichersberg.

(78) *Μεταπεπτωκότων τῶν σκήπτρων*. De hac controversia copiose perinde ac erudite scripserunt idem Gretserus. in Notis ad Cantacuzen, pag. 943, et Leo Allatius 237 lib. II, *De Ecclesiæ Occident. et Orient. perpet. consens.* cap. 16 et seq.

(79) *Ἀπάρας τῆς Ῥώμης*. Guillelmus Apuliensis, lib. IV:

Illis Gregorius Beneventum papa diebus
Advenit: urbs erat hæc Romano subdita papæ,
Atque sui juris, quia dux obsederat urbem,
Ægre papa tulit. Veniam Robertus ut hujus
Impetret offensæ, papæ properavit ad urbem.
Supplicat et pedibus sancti dans oscula Patris
Suscipitur. Tanti persona vigoris honore

(*) Hæc dehonestatio legatorum Germanis Henrici defensoribus et ipsi Henrico prorsus ignota, conficta est a Græcis schismaticis in odium Rom. pontificis et cœlibatus sacerdotum Ecclesiæ Latinæ, ut manifeste demonstrat David Hoeschelius in suis ad hunc locum notis. ID.

(**) Qui amant sibi somnia fingunt. Canon ille, quem vide recitatum in notis, nihil nisi secundas a vetere Roma Constantinopolitanæ sedi tribuit. Quam impudenter audaces fuisse oportet eos qui hæc Annæ suggesserunt! ID.

videri posset, quam ipse relatam ad regem ipsum volebat intelligi : ideo enim præter cæteram, quo miseros male multavit acerbitatem, etiam illud primus excogitavit inusitatum genus injuriæ, ut per id innueret quam vili loco et existimatione regem haberet, quem nempe ipse ut semideus quidam, velut mulum se despicere, ipso genere dehonestationis injuriosissimæ qua erat in legatos ejus debacchatus ostendebat. Hoc tanto regis contemptu pontifex cum magnum ejus in se ac formidolosum concitasset bellum, veritus ne si Henricus se Roberto conjunxisset, parum et ipso antea benevole affecto erga papam, sustineri non posset impetus amborum simul, hunc sibi matura reconciliatione præoccupandum omnino decrevit. Audito igitur ducem Robertum Salerni esse, Roma ipse discedens Beneventum est profectus. Unde convento duce per legatos obtinuit ab eo ut ambo in colloquium venirent. Ad quod cum papa quidem Benevento cum propriis copiis, dux Salerno cum sua et ipse militari manu sibi progressi essent obviam, ubi ambo exercitus in conspectu mutuo fuerunt, ipsi principes jussis stare armatis soli congressi fœdus pepigerunt, fide etiam quam vicissim dederunt acceperuntque jurejurando utrinque firmata. Pactorum hæc fere sententia fuit : ut pontifex quidem regis nomen ac dignitatem duci tribueret, eidemque auxiliares copias submitteret, ubi opus esset adversus Romanos Orientales. Dux vero pontifici adesset in omnibus quando is et ubi vellet. Talia jurarunt illi quidem, sed malo uterque animo, ac sine proposito præstandi. Nam

Interim hæc videntes servi ne ipsi quidem sibi ac concepto proposito deerant. Sed frustra esse insidias et Comnenos quotidie crescere ac corroborari reputantes, post multa denique ultro citroque dicta statuerunt, longam viam compendio absolvere. Quonam autem? Evocandos nocte una Comnenos ambos imperatoris nomine quantumvis inscii : sic comprehensis eruendos **49** oculos falso crimine imposito. Hæc summa consilii. Quo ad Comnenos certo perlato, post deliberationem anxiam et longam visum utrique est unam expediendæ salutis viam in defectione sitam esse, eo se extrema necessitate trudi; quis enim exspectare sustineat dum ferrum candens applicitum oculis lucis ipsum ac solis usura privet? Occultum autem, ut par erat, id decretum habebant, quoad brevi perpetrandi ejus occasio se obtulit talis quædam. Datum erat negotium Alexio, quippe magno tum domestico Occidentis, inducendi in urbem partem quamdam exercitus armandam adversus Agarenos qui urbem Cyzicum diripuerant. Hoc ille prætextu duces exercitus sibi maxime fidos evocavit scriptis litteris. Quibus undique magno studio in urbem festinantibus, adiit imperatorem quidam subornatus ab altero servorum Borilo, quæsivitque ex eo num jussu ejus copias universas in urbem regiam magnus domesticus induceret. Imperator magnum statim domesticum accersens, rogat ecquid vera nuntient. Alexius partem quidem exercitus fatetur a se prout erat jussus evocatam; de universis copiis pernegat; idque ita verisimiliter, ut fidem faceret. Nempe hic rumor, aiebat, inde ortus est, quod, cum cohortes illæ quæ huc coire jussæ sunt aliæ alio dispersæ forent, dum ex suo quæque loco ad condictum confluit speciem ignaris fecit universi exercitus urbem petentis. Borilo autem multa contra disputante (nam Germanus insidiatorum alter natura simplicior minus tum Alexium lacessivit) prævaluit tamen Alexii rem pernegantis auctoritas, et omnium calculis accusatio rejecta est. Hoc successu consternati duo barbari, quod, inquam, tam verisimilis delatio imperatoris animum nihil adversus magnum domesticum commovisset, actum de rebus et spebus suis nisi maturassent, rati, eam ipsam in noctem cujus mox secuturæ vespera illuxerat, exitium Comnenorum indixerunt. Est omne servile genus dominis infensum, quod si nocere dominis nequiverint, ita in conservos versa, si quos ipsorum injuriis opportunos fortuna fece-

A εὐμετάφορά πως καὶ Εὐρίπου δίκην, ὡς ἐν παλιῤῥοίᾳ περιπλαζόμενα.

Ταῦτα ὁρῶντες οἱ δοῦλοι καὶ ὅπως οὐ κατὰ σκοπὸν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα προῄει, οὐδὲ ἡ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀπώλεια εὐχερής ἐστιν αὐτοῖς, τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἐς αὐτοὺς εὐμενείας ὁσημέραι αὐξανούσης, πολλὰ μὲν εἰπόντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπειπόντες, ἐφ' ἑτέραν ἀτραπὸν ἐτράπησαν. Τίς δὲ αὕτη; Ἵνα ἐν μιᾷ νυκτὶ μετακαλεσάμενοι τούτους βουλῆς ἄτερ τοῦ κρατοῦντος ἐκποδὼν τοὺς ἄνδρας ποιήσωνται, τοὺς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαντες, ψευδῆ αἰτίαν ἀναπλασάμενοι. Τοῦτο τοὺς B Κομνηνοὺς οὐ διέλαθε. Καὶ ἐπεὶ πολλὰ γνωσιμαχήσαντες, ὑπόγυιον τὸν κίνδυνον ἔγνωσαν, μίαν σωτηρίας ἐλπίδα τὴν ἀποστασίαν ἐδόκουν, πρὸς ταύτην κατ' ἀνάγκην πολλὴν συνωθούμενοι. Τί γὰρ δεῖ περιμένειν τὸν ἐπενεγκόντα μύδρον τοῖς ὄμμασι, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἥλιον ἀποσβέσοντα; Ὑποβρύχιον οὖν ἐν ταῖς ψυχαῖς τὴν γνώμην ταύτην εἶχον. Ἐπεὶ δὲ μετ' οὐ πολὺ προσετέτακτο ὁ Ἀλέξιός τινα μερίδα τῆς στρατιᾶς εἰσαγαγεῖν μέλλουσαν ἐξοπλίζεσθαι κατὰ τῶν πορθησάντων τὴν πόλιν Κυζίκου [60] Ἀγαρηνῶν (ἔτυχε γὰρ τηνικαῦτα δομέστικος ἐκ τῆς ἑσπέρας), ἀφορμῆς εὐλόγου δραξάμενος, τοὺς εὔνους πρὸς αὐτὸν ἔχοντας τῶν τοῦ στρατοῦ ἡγεμόνων μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς διὰ γραμμάτων μετεκαλέσατο· καὶ δὴ κινηθέντες ἅπαντες πρὸς τὴν μεγαλόπολιν C ἠπείγοντο. Ἐν τοσούτῳ δὲ εἰσελθών τις ἐξ ὑποθήκης θατέρου τῶν [61] δούλων τοῦ λεγομένου Βούριλα [62] [Βορίλου] ἤρετο τὸν βασιλέα εἰ κατὰ γνώμην αὐτοῦ τὰς δυνάμεις ἁπάσας ὁ μέγας δομέστικος εἰς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν εἰσάγει. Ὁ δ' εὐθὺς μετακαλεσάμενος τοῦτον ἠρώτα εἰ ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον. Καὶ ὃς αὐτίκα τοῦτο μὲν οὐκ ἠρνεῖτο, ὅτι στρατιά τις εἰσάγεται τῇ ἐκείνου κελεύσει, πρὸς δὲ τὸ πᾶσαν ἁπανταχόθεν ἐνταυθοῖ συναθροίζεσθαι, πιθανῶς παρεκρούετο. Ὁ γάρ τοι στρατὸς, φησὶ, διεσπαρμένος ὢν ἁπανταχόθεν, ἄλλος ἄλλοθεν ἧκει λαβὼν τὸ ἐνδόσιμον. Καὶ οἱ τούτους ὁρῶντες ἐκ διαφόρων μερῶν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀθρόους ἀφικνουμένους νομίζουσιν ὡς ἀπὸ συνθήματος πάντα τὸν στρατὸν ἐνταυθοῖ συναθροίζεσθαι, τῇ θέᾳ D καὶ μόνῃ ἐξαπατώμενοι. Καίτοι [63] τοῦ Βορίλου πολλὰ πρὸς τούτους τοὺς λόγους ἀντεπενεγκόντος [64], ἰσχυρότερος καὶ οὕτως ἦν ὁ Ἀλέξιος, καὶ ὅλαις ἐκράτει ψήφοις. Ὁ δὲ Γερμανὸς ἁπλούστερος ὢν οὐ πάνυ τοῦ Ἀλεξίου κατέτρεχεν. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τὰ εἰσηγηθέντα ταῦτα κατὰ τοῦ δομεστίκου [65] τὴν τοῦ βασιλέως ἐξετάραξε ψυχὴν, καιροῦ λαβόμενοι καὶ ἀδείας (ἑσπέρα δὲ ἦν), τὴν κατὰ τῶν Κομνηνῶν ἐνέδραν ἐξήρτυον. Ἔστι μὲν γὰρ (9) ἄλλως φύσει τὸ δοῦλον

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[60] Deest vox Κυζίκου. [61] ὤν. [62] Βορίλα. [63] καί. [64] ἀνθυπενεγκόντος. [65] Desunt voces κατὰ τοῦ δομεστικοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

245 (9) *Ἔστι μὲν γάρ*. Theophilus Antecessor, lib. I, tit. 8. § 2 : Φύσει γὰρ ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου πολέμιος. Tritum illud, *Nulla vestis efficacior, quam familiaris inimicus*. Will. Brito, lib. VIII, *Philipp.* :

Pejor enim quavis est peste domesticus hostis,

τοῖς δεσπόταις πολέμιον· ὅταν δὲ τῶν δεσποτῶν ἀστοχήσῃ, ἐξουσίας δραξάμενον κατὰ τῶν ὁμοδούλων ἀνύποιστον γίνεται. Τοιούτου γοῦν ἐπειράθη καὶ ἤθους τε καὶ φρονήματος των εἰρημένων δούλων ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος. Ἐντεῦθεν οἱ ἤδη ῥηθέντες οὐχ ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος κατὰ τῶν Κομνηνῶν ἐμήνιον· ἀλλ' ἐβασιλεία μὲν ὁ Βορῖλος [66] ὥς τινες ἔφασαν· ὁ δέ γε Γερμανὸς κοινωνὸς ὢν αὐτῷ τοῦ σκέμματος ἐπιμελῶς σὺν αὐτῷ ἐνέδραν ἐξήρτυε. Καὶ πρὸς ἀλλήλους τὰ βουλευόμενα διελέγοντο, καὶ ὅπως ἂν αὐτοῖς κατὰ νοῦν ἀποβαίη τὸ πρᾶγμα. Καὶ εἰς τοὐμφανὲς ἤδη ἐξέφερον τὸ ὑπ' ὀδόντα τέως λαλούμενον. Ἠκροᾶτό τις τῶν λεγομένων Ἀλανὸς τὸ γένος, μάγιστρος τὴν ἀξίαν (10), ἐκ πολλοῦ προσῳκειωμένος τῷ βασιλεῖ, κἀν τοῖς οἰκείοις διαταλῶν. Τηνικαῦτα γοῦν ἐξελθὼν [67] μέσης ἤδη φυλακῆς τῆς νυκτὸς ἐκτρέχει πρὸς τοὺς Κομνηνούς, ἀπαγγέλλων [68] ἅπαντα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ. Τινὲς δέ φασι μηδὲ τὴν βασιλίδα τὴν πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς τοῦ μαγίστρου ἄφιξιν παντάπασιν ἠγνοηκέναι. Ὁ δὲ εἰσάγει τοῦτον τῇ μητρὶ καὶ τἀδελφῷ. Ἐνωτισθέντες δὲ τὴν ἀπευκταίαν ἐκείνην ἀγγελίαν, δέον ἐλογίσαντο τὸ τέως κρυπτόμενον εἰς τοὐμφανὲς ἀγαγεῖν, καὶ ξὺν Θεῷ τὴν σφῶν σωτηρίαν περιποιήσασθαι. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἐμεμαθήκει τὸ στράτευμα καταλαβεῖν τὴν Τζουρουλὸν (πολίχνιον δὲ τοῦτο περί που τὴν Θρᾴκην κείμενον) ὁ δομέστικος περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτός, φοιτᾷ πρὸς τὸν Πακουριανόν (11). Ἀνὴρ δὲ οὗτος μικρὸς ἦν δέμας, κατὰ τὸν ποιητήν, πλὴν ἀλλὰ μαχητής, γένους λαμπροῦ, ἐξ Ἀρμενίων ὁρμώμενος. Καὶ ἀνακοινοῦται τούτῳ τὰ πάντα, τὴν μῆνιν τῶν δούλων, τὸν φθόνον, τὴν ἐκ πολλοῦ κατ' αὐτῶν μελέτην, καὶ τὴν ἐξ ὑπογυίου [69] μελετωμένην τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπὴν αὐτῶν, καὶ ὡς οὐ χρὴ ὡς ἀνδράποδα παθεῖν, ἀλλὰ δράσαντάς τι γενναῖον ἀπολέσθαι, εἰ καὶ τούτου δεήσει· καὶ τοῦτο γὰρ ἴδιον μεγαλοψυχίας ἔλεγεν. Ὁ δέ, ἅπαντα διακηκοὼς καὶ συνιδὼν ὡς οὐ χρὴ μέλλειν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ ταχέως γενναιοτέ-

rit, eos intolerabiliter incursant. Talem quamdam naturam atque indolem servorum quos dixi duorum expertus tum est Comnenus Alexius. Imperium affectare dicebatur Borilus, adjutante ac conscio Germano. Imperatorem ergo ipsum solio exturbare meditabantur: tantum aberat ut studio salutis ac dignitatis ejus Comnenis irascerentur. Itaque cum nondum tutum aut maturum putarent Augustum ipsum aggredi, in capite atque in perniciem Comnenorum exercere crudelitatem parabant.
50 Jamque in procinctu negotii palam dixerunt quod antea nonnisi sub dentibus immurmuraverant. Hausit præsens auribus nefariam vocem quidam Alanus genere, magister dignitate. Is verus minister imperatoris ad mentionem exhorrescens auditi sceleris, concubia ipsa, ut erat, nocte excurrit ad Comnenos, magnoque domestico cuncta nuntiat. Sunt qui dicant non absque conscientia Augustæ id egisse magistrum; utut sit, eum Alexius ad matrem atque ad fratrem introducit: qui horribili nuntio audito maturum esse decreverunt cogitata exsequi, et, quod bene Deus verteret, unicam relictam inire viam tuendæ salutis. Quoniam ergo magnus domesticus didicerat exercitum tertio hinc die futurum Tzuruli (est id oppidulum in finibus Thraciæ) repente prima vigilia noctis Pacurianum convenit. Vir is erat mole quidem parvus, juxta poetam, sed pectore firmo bellator, genere illustri, ex Armenia ortus. Ad hunc Alexius refert omnia, iram atque invidiam servorum, machinationes olim cœptas, novissime deprehensum facinus excæcationis sibi ac fratri decretæ, consulere se ipsum, quid censeret, extremane obnoxie tolerarent, mancipiorum instar: an, siquidem pereundum est, agendo fortiter potius quam serviliter patiendo morerentur. His pro innatæ magnanimitatis indole ab Alexio peroratis Pacurianus celeritate opus esse intelligens sic respondit: Si cras prima aurora discedis hinc, ero tecum sequarque

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[66] Βορίλας. [67] Deest vox. ἐξελθών. [68] ἀπαγγελῶν. [69] ὑπογύου. Sic semper υ pro υι posito.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Præcipue qui colla premit pede libera servo.

Constantinus Manasses:

Ἀλλ' ἄρα δυσποτμότερον οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου
Ἔχοντος τοὺς ἐχθραίνοντας οἰκείους ταυτοστέγους.

Theganus, *De gest. Lud. Pii*, cap. 1: *Summopere cavendum est ne amplius fiat, ut servi sint consiliarii, quia, si possunt, hoc maxime construunt, ut nobiles opprimant, et eos cum vilissimis propinquitate eorum exaltare studeant.*

(10) *Μάγιστρος τὴν ἀξίαν*. Magistri dignitas magna olim in palatio fuit. Constantinus Porphyrog. in Basilio, cap. 16, τῶν μαγίστρων ὑπέρλαμπρον τιμὴν vocat, cui concinit Childebertus Francorum rex Epist. ad Theodorum magistrum, *Hist. Franc.* tomo I: *Prælati magisterii vestri dignitas excolenda, quæ licet per se magna sit, ut cognovimus*, etc. Ita autem primitus, et κατ' ἐξοχὴν dictus officiorum magister, de quo Rutilius Numatianus,

Officiis regerem cum regia jura magister.

Postmodum plures hac dignitate donati. Luitprandus usque ad 24 fuisse sua ætate in palatio Constantinopolitano scribit, lib. VI, cap. 5, unde Anastasium quæstorem et magistrum primas tenuisse inter magistros auctor est Corippus in ejus Panegyrico:

Summe magistrorum, procerum decus, arbiter orbis.

Vide Salmasium ad Capitolinum, pag. 83, 84.

(11) *Πακουριανόν*. Diversus est a Pacuriano magno domestico Gregorius Pacurianus Sebastus, ad quem binæ scriptæ exstant epistolæ Theophylacti Bulg. archiep. 7 et 25. Ex prioris inscriptione discimus uxorem duxisse filiam magni drungarii, Nicephori videlicet Comneni, Alexii imp. fratris. De Pacuriano domestico, Gregorii, ut probabile est, patre, agit non semel postea Anna. V. Baron. an. 1073, n. 77. Et confer. epist. Theophylacti 26.

fortunam tuam; sin momentum ultra cunctaris, sic habe, iturum me ipsum ad Augustum ultro indicatum quid pares. Video, reponit Alexius, salutem tibi meam esse cordi, quod equidem Dei erga me beneficæ providentiæ acceptum fero. Exsequar ergo, ne dubites, quod suggeris; verum age, firmemus jurejurando fidem. Mox utrimque juratum in hæc verba, ut si Alexio thronus imperii contingeret, statim is dignitatem magni domestici qua modo frueretur, Pacuriano conferret. Ab hoc digressus Umpertopulum adit Alexius virum et ipsum cum primis fortem, qui ubi quid ageretur, quæ fugæ causa, quæ novandi necessitas, audivit, diu rogandus non fuit: pene ultro in societatem consilii periculique se obtulit: Promptissimum en me, inquiens, in omni capitis dignitatisque tuæ discrimine constantissimumque propugnatorem habebis. Has virorum fortium amicitias Alexio paraverat cum perspecta fortitudo prudentiaque ejus, tum potissimum effusissima **51** liberalitas qua in omnes utebatur. Etsi enim non circumfluebat ille quidem divitiis, quoniam nec rapinis accumulare opes curarat unquam, nec rei augendæ magnopere studuerat, tamen quia vera munificentia non tam æstimari solet mole aut pretio donorum quam largientis animo, et plerumque fit ut minuta prolixe ac regie, magna sordide atque avare donentur, consecutus erat pater meus jam tum in privata fortuna, pecunia non magna non parce dispensanda ut longe illis opum defossoribus Crœsis ac Midis auro incubantibus et cyminum minute augusteque secantibus præferretur. Hac igitur aliisque virtutibus ejus longo sibi usu perspectis illecti quos dixi viri, primam ipsam mentionem evehendi illius in imperium summo illico favore exceperunt. Ille vero et ab hoc quoque recepto jurejurando festinatione summa repetit domum, cunctaque suis narrat. Nox erat Dominicæ diei quam Tyrophagum nuncupant. Hujus aurora nondum exorta pater meus cum suis egreditur ex urbe. Quo cognito in vulgus plebs quam faveret Alexio populari cantilena per civitatem celebranda declaravit, et sciri jam tum et probari consilium ejus omne significante. Carmen erat idiotica lingua compositum in hanc fere sen-

A ρου ἔργου ἐφάπτεσθαι, φησὶν, Εἰ μὲν αὐγαζούσης τῆς αὔριον ἐξέλθῃς τῶν ἐνταυθοῖ, συνέψομαί σοι κἀγὼ προθύμως ἐπαγωνισόμενος· εἰ δὲ ἐς νέωτα φυλάξεις τὸ βουλευόμενον, ἀλλ' ἐμέ γ' ἴσθι, αὐτὸν ἐμὲ, προσελθόντα τῷ βασιλεῖ, παραυτίκα καὶ σοῦ καὶ τῶν σὺν σοὶ κατειπεῖν, μηδὲ μικρὸν ἀναβαλλόμενον. Ὁ δὲ, Ἐπεί σε τῆς ἐμῆς κηδόμενον ὁρῶ σωτηρίας, Θεοῦ δὲ τοῦτο πάντως ἔργον, οὐκ ἀποστήσομαί σου τῆς βουλῆς· πλὴν ἀλλὰ χρὴ δι' ὅρκου τὸ ἀσφαλὲς ἑκάτερον ἔχειν. Ἔνθεν τοι καὶ πίστεις πρὸς ἀλλήλους δι' ὅρκων ἐποιησάτην, ὡς ἄρα, εἰ εἰς τὸν βασίλειον θρόνον αὐτὸν ἀγάγῃ Θεὸς, ἐκεῖνον εἰς τὴν τοῦ δομεστίκου ἀξίαν ἀναγάγῃ, ἣν νῦν αὐτὸς ἐν τῷ τέως κατεῖχεν. Ἐξελθὼν οὖν ἐκεῖθεν ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, καὶ τοῦ Πακουριάνου ἀπαλλαγεὶς πρὸς ἕτερον ἄνδρα B καὶ αὐτὸν ἀρειμάνειον τὸν Οὐμπερτόπουλον (12) ἄπεισι καὶ τούτῳ τὸν ἴδιον ἀπαγγέλλει σκοπὸν, καὶ τὴν αἰτίαν παρίστησι καθ' ἣν διαδρᾶναι βουλόμενος εἰς συμμαχίαν καὶ αὐτὸν προσκαλεῖται· ὁ δ' εὐθὺς κατενενεύκει· Κἀμὲ δ', ἔφη, πάντως ἕξεις εὐψύχως σου καὶ μάλα προκινδυνεύοντα. Προσέκειντο δὲ τῷ μᾶλλον Ἀλεξίῳ [70] οἱ εἰρημένοι ἄνδρες τά τε ἄλλα, καὶ διότι ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει τῶν ἄλλων διέφερε. Φιλοδωρότατόν τε [71] ὄντα καὶ τὴν χεῖρα εἴπερ τις ἄλλος περὶ τὰς δόσεις εὐκίνητον λίαν ὑπερηγάπων, καίτοι μὴ πάνυ γε πλούτῳ περιῤῥεόμενον. Οὐ γὰρ ἦν τῶν ἁρπαζόντων καὶ πρὸς τὸ πλουτεῖν διακεχηνότων. Τὸ γὰρ ἐλευθέριον οὐκ ἐν πλήθει παροχῆς χρημάτων κρίνεσθαι εἴωθεν, ἀλλὰ γνώμῃ ταλαντεύεσθαι πέφυκεν. Ἔστι γὰρ τὸν ὀλίγα κεκτημένον, C καὶ πρὸς λόγον τῶν ἐνόντων καταβαλόντα ἐλευθέριον εἶναι, τὸν δέ γε πλοῦτον πολὺν ἔχοντα καὶ τῇ γῇ κατορύττοντα, ἢ μὴ κατὰ [72] λόγον τοῦτον παρέχοντα [73], ἄλλον Κροῖσον ἢ χρυσομανῆ Μίδαν, κίμβικά τε καὶ γλίσχρον, καὶ ἕνα τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον, εἰπὼν ἄν τις οὐ διαμάρτοι τοῦ δέοντος. Πάσαις τοίνυν ἀρεταῖς κεκοσμημένον τὸν Ἀλέξιον οἱ ἤδη ῥηθέντες ἄνδρες ἀνέκαθεν καὶ πάλαι γινώσκοντες, τὴν αὐτοῦ ἀνάῤῥησιν [74] καὶ ἠγάπων καὶ ἐπηύχοντο. Ὁ δὲ Ἀλέξιος καὶ ἐξ αὐτοῦ αἰτήσας ὅρκον καὶ λαβὼν, δρομαῖος ἄπεισιν οἴκαδε, καὶ πάντα ἀνακοινοῦται τοῖς αὐτοῦ. Νὺξ ἦν ἡ τῆς Τυροφάγου Κυριακῆς (13), καθ' ἣν οὑμὸς πατὴρ ταῦτα ἐσκέπτετο. Τὴν δὲ μετ' αὐτὴν ὄρθρου βαθέος [75] μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] καὶ τῷ Ἀλεξίῳ μᾶλλον. [71] τι. [72] πρός. [73] τοῦτον τῷ δεομένῳ παρέχοντα. [74] ἀνάῤῥυσιν. [75] ταχέως.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(12) *Οὐμπερτόπουλον*. Constantinus, cognomento Humbertopulus, id est, Humberti filius, quo adjutore Alexius imperium capessivit, Celta, seu Francus fuit, uti diserte Anna refert, lib. IV et VIII; et Zonaras in Alexio, filius forte Humberti, Tancredi de Altavilla filii, Wiscardi fratris, cujus meminit Malaterra, lib. I, cap. 4, qui cum Normannis, quos Maniacatas appellat infra Anna, lib. VII, in Græciam transierat, et Constantinopolitanis Augustis meruerat: cujus filio Constantino Humbertopuli cognomentum de nomine Humberti patris mansit: ea est enim vis vocabuli πουD λὸς, quod infra moneo. Porro exstitit familia ejusce cognominis posterioribus sæculis perillustris Constantinopoli, ab hoc forte Constantino prognata. Memoratur enim a Pachymere, lib. XII, cap. 30; et lib. XIII, cap. 22. Humbertopulus Μέγας Τζαούσιος.

(13) *Τυροφάγου Κυριακῆς*. Dominica τῆς Τυροφάγου, quæ et Τυρήνη Annæ, et Pachym. lib. VII, est Dominica Quinquagesimæ. Nominis rationem pluribus exponit Leo Allatius, *De Dominicis et hebdom. Græc.* cap. 2.

ἐξεληλύθει τῆς πόλεως. Ἔνθεν τοι καὶ τὸ πλῆθος A ἀποδεξάμενον τῆς ὁρμῆς τὸν Ἀλέξιον καὶ τῆς ἀγχινοίας ἐξ αὐτῶν πραγμάτων ᾀσμάτιον αὐτῷ ἀνεπλέξαντο, ἐξ ἰδιώτιδος μὲν [76] συγκείμενον γλώττης [77], καὶ παρεμφαῖνον [78] τήν τε προαίσθησιν τῆς κατ' ἐκείνου ἐπιβουλῆς καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ μεμηχανημένα. Τὸ δὲ ᾀσμάτιον αὐταῖς λέξεσιν εἶχεν οὕτως· *Τὸ Σάββατον τῆς τυρινῆς, χαρεῖς Ἀλέξιε ἐνόησές το, καὶ τὴν δευτέραν τὸ πρωῒ εἶπα καλῶς γεράκιν μου.* Εἶχε δὲ ὡδέ πως ἐννοίας τὸ διαφημιζόμενον ἐκεῖνο ᾀσμάτιον· ὡς Ἄρα κατὰ μὲν τὸ τυρώνυμον [79] Σάββατον ὑπέρευγέ σοι τῆς ἀγχινοίας, Ἀλέξιε· τὴν δὲ μετὰ τὴν Κυριακὴν δευτέραν (14) καθάπερ [80] τις ὑψιπέτης ἱέραξ ἀφίπτατο τῶν ἐπιβουλευόντων βαρβάρων.

tentiam : *Sabbato a caseo nuncupato quam callide egis, Alexi! altera vero post Dominicam die velut præpes accipiter evolasti ex cassibus insidiantibus barbarorum.*

Ἐπεὶ δὲ ἡ μήτηρ Κομνηνῶν ἡ Δαλασσηνὴ (15) Ἄννα γαμβρὸν ἔφθασεν εἰσποιήσασθαι ἐπὶ θυγατρὶ [81] Μανουὴλ τοῦ πρωτοτόκου τῶν υἱῶν αὐτῆς, τῶν τοῦ Βοτανειάτου ἔγγονον [82], πτοηθεῖσα μὴ ὁ παιδαγωγὸς αὐτοῦ [83] γνοὺς τὴν ἐπιβουλὴν προσαγγείλῃ τῷ βασιλεῖ, βουλὴν ἀρίστην βουλεύεται. B Καὶ δὴ προσκυνήσεως χάριν τῶν τοῦ Θεοῦ ἁγίων ἐκκλησιῶν ἀθροισθῆναι κελεύει πάντας ἑσπέρας. Ἦν γὰρ αὐτῇ σύνηθες εἰς τὰ ἱερὰ τεμένη φοιτᾷν. Γίνεται τοῦτο. Καὶ δὴ πάντες, ὡς ἔθος, παρῆσαν, ἐξῆγόν τε τοὺς ἵππους τῶν ἱπποστάθμων ἐπιμελῶς στρωννύειν σχηματιζόμενοι τὰς γυναιξὶ πρεπούσας ἐφεστρίδας. Ὁ δέ γε τοῦ Βοτανειάτου ἔγγονος σὺν τῷ παιδαγωγῷ ὕπνῳ [ὕπνωττον] βαρούμενος· ἀπομεμέριστο γάρ τι τούτοις οἴκημα ἴδιον. Περὶ πρώτην δὲ φυλακὴν τοὺς πυλεῶνας [84] κλείσαντες οἱ Κομνηνοὶ μέλλοντες ἤδη ὁπλίζεσθαι [85], καὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἀφίπτασθαι, τῇ μητρὶ παρέσχον τὰς κλεῖς, ἔκλεισάν τε ἀψοφητὶ καὶ τὰς θύρας τοῦ δώματος ἐν ᾧ ὁ ἐπ' ἐγγόνῃ γαμβρὸς αὐτῆς ὁ Βοτανειάτης ἀφύπνωττεν, C οὐ μέν τοι ἀκριβῶς καταφαλισάμενοι ὡς ἐφαρμόσαι ταύτας ἀλλήλαις, ἵνα μὴ ψόφος τις γεγονὼς διυπνίσῃ αὐτόν. Τούτων οὕτω γινομένων τὸ πλεῖστον παρῳχήκει τῆς νυκτός. Πρὸ ἀλεκτοροφωνίας οὖν πρώτης τοὺς πυλεῶνας ἀνοίξαντες, τήν τε μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς (16) καὶ τὰς σφῶν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία συμπαραλαβόντες μέχρι τοῦ Κωνσταντινιανοῦ φόρου (17) ὁμοῦ πεζῇ [86] συναπήεσαν. Κἀκεῖθεν συνταξάμενοι ταύταις, ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τὰ ἐν Βλαχέρναις βασίλεια (18) μάλα ὀξέως ἐξέδραμον· αὐ-

Anna vero Dalassena Comnenorum mater generum antea sibi asciverat Botaniatæ nepotem filia Manuelis primogeniti sui ei desponsanda. Verita igitur ne pædagogus adolescentuli comperta defectione nuntiatum repente ad imperatorem accurreret, hanc ejus rei cavendæ rationem iniit. Edicit vespere præsto esse comitatum suum omnem, tanquam pro more preditura ad adorationem in sanctis Dei ecclesiis faciendam. Adfuerunt mox omnes, ut solebant, eduxeruntque equos e stabulis insternere ipsos ornareque studiose simulantes tanquam matronis prodituris, propriis ipsarum ephippiis et cingulis. Interim Botaniatæ nepos cum pædagogo dormiebat, in assignata ipsis ædium parte. Circa primam ergo custodiam clausis Comneni majoribus domus ipsorum valvis cum essent in procinctu ad arma sumenda fugamque ex urbe capessendam, claves interiorum ædium matri tradiderunt. Obseraverant autem et fores conclavis in quo 52 neptis ipsorum sponsus dormiebat; sed quia studuerant quam minimo id strepitu facere, ne puer excitaretur, valvarum oras nequaquam satis apte commiserant. His ita gerendis apparandisque major pars noctis abierat. Paulo igitur ante gallicinium primum apertis repente quas prius clauserant vestibuli ipsorum portis, in viam se dant per plateas, et cum matre, sororibus, uxoribus, et pueris ipsorum, pedibus usque ad Constantinianum procedunt forum. Ibi mulieribus vale dicto illi quidem ad palatia Blachernarum raptim

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[76] δέ. [77] Deest vox γλώττης. [78] κατεμφαῖνον. [79] τυρώνιον. [80] δευτέραν ἡμέραν, καθάπερ. [81] ἐπὶ τῇ θυγατρί. [82] ἔκγονον. [83] αὐτῆς. [84] πυλῶνας. [85] ἐξοπλίζεσθαι. [86] πεζοί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(14) *Τῇ δὲ μετὰ τὴν Κυριακὴν δευτέραν*. Ἡμέραν addit Allatius lib. *De hebdom. Gr.* cap. 2, ubi hunc Annæ locum laudat, ut sensus sit, post Dominicam Tyrophagi feria II, Alexium urbe egressum.

(15) *Δαλασσηνή*. Vide *Stemma Comnenicum*.

(16) *Καὶ τὰς ἀδελφάς*. Vide *Stemma Comnenicum*.

(17) *Κωνσταντινιανοῦ φόρου*. Inter præclara, quæ in nova urbe a se condita ædificia 246 exstruxit Constantinus M. forum illud fuit, quod a suo nomine Constantinianum appellavit, statuitque in ea urbis parte, ubi antea mœnia et portæ Byzantii veteris stabant, porticibus, fornicibus, statuis, et aliis undequaque advectis antiquitatis monumentis mire exornatum, uti passim testantur Themistius, orat. 17; Zosimus, lib. II; Eusebius, lib. III *De Vita Constantini*, cap. 52; Cedrenus, D Zonaras, et alii sine numero. Situm et formam describit idem Zosimus: Ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διστεγέσι ταύτην περιλαβὼν, ἀψῖδας δύο μαρμάρου Προκοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς, καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι. Neque abludit Hesychius Milesius, scribens muros antiquos οὐκ ἔξω τοῦ ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ βασιλέως processisse. Vetus urbis descriptio forum Constantini partim in 6, partim in 8 regione fuisse ait. Πλακωτὸν etiam dictum auctores sunt Zonaras et Glycas, quod lapidibus planis et latis, quos πλάκας Græci appellant, stratum fuerit a Constantino.

(18) *Τὰ ἐν Βλαχέρναις βασίλεια*. Palatii Blacherniani, quod exstitit *in angulo civitatis juxta portum*, ut Tyrius auctor est, non vero ad ostia

festinant. Feminæ autem ad Magnæ Sophiæ templum accurrunt. At Botaniatæ pædagogus cum evigilans cognovisset quid esset actum, proripit se domo facem manu gestans, et magno impetu fugientes assequitur prope templum sanctorum Quadraginta Martyrum. Quem conspicata Dalassena Comnenorum mater: Delatum, inquit, ad imperatorem falsum de me crimen audivi, confugio igitur ad sanctas ecclesias, religione ipsarum et jure asyli interim fruitura, dum mane facto ad palatium me conferam. Præcede nos tu illo, ut, cum primum janitores valvas aperient, de nostro ipsos mox futuro adventu certiores facias. Hæc ille statim ad exsequenda properavit. Matronæ vero ad Sancti pontificis Nicolai templum veniunt, quod refugium etiamnum solent appellare, prope Magnam ecclesiam, dudum erectum ad salutem et tutelam eorum qui deprehensi essent in criminibus, velut magni ipsius templi pars quædam. de industria, ni fallor, in illum ipsum asyli usum paratum a se priscis imperatoribus, qui magna indulgentia regere sibi subjectos et quærere causas parcendi peccantibus

A ται δὲ πρὸς τὸν τῆς μεγάλης Σοφίας νεὼν σὺν [87] σπουδῇ ἔθεον. Ὁ δὲ τοῦ Βοτανειάτου παιδαγωγὸς, διυπνισθεὶς καὶ γνοὺς τὸ γενόμενον, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς δᾷδα ταῖν χεροῖν ἔχων, φθάνει τε κατὰ τάχος αὐτοὺς, τοῦ τῶν ἁγίων Τεσσαράκοντα (19) τεμένους ἐγγὺς μήπω κατειληφότας. Θεασαμένη δὲ τοῦτον εὐθὺς ἡ Δαλασσηνὴ καὶ μήτηρ τῶν ἀριστέων ἐκείνων παίδων φησί· Κατεῖπον ἡμῶν τινες, ὡς ἐπυθόμην, τῷ βασιλεῖ. Ἄπειμι γοῦν εἰς τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, τῇ αὐτῶν χρωμένη, καθὼς ἂν δυνάμην [88], ἐπαρωγῇ. Κἀκεῖθεν αὐγαζούσης ἡμέρας ἀπελεύσομαι πρὸς τὰ βασίλεια. Ἄπιθι τοίνυν αὐτὸς, ἵν', ὁπηνίκα οἱ πυλωροὶ ἀνοίξωσι περὶ τῆς ἡμῶν αὐτοῖς ἀπαγγείλῃς ἐλεύσεως. Ὁ δ' εὐθὺς πρὸς τὸ κελευσθὲν ἠπείγετο. Αἱ δὲ φθάνουσι πρὸς τὸ τοῦ ἱεράρχου Νικολάου τέμε- B νος (20), ὃ προσφύγιον μέχρι τῆς δεῦρο εἰώθασιν ὀνομάζειν, ἀγχοῦ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας καὶ πρώην ἐνιδρυμένον πάλαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐπ' ἐγκλήμασιν ἁλισκομένων, ὡς μέρος τυγχάνον τοῦ μεγάλου τεμένους (21) καὶ ἐπίτηδες οἶμαι κατασκευασθὲν τοῖς ἀρχαίοις, ἵνα πᾶς ὁ ἐπ' ἐγκλήματι ἁλοὺς, καὶ φθάσας εἴσω τούτου γενέσθαι, τῆς ἐκ τῶν νόμων

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] ἐν. [88] δυναίμην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Euxini Ponti, quod vult Lambecius, descriptionem graphicam ex Odone de Diogilo lib. IV, de Ludovici reg. Fr. perfectione in Orient. iis adjungere hic libet, quæ de hocce palatio congessimus in Notis ad Villhard. n. 85: *Venientes ad urbem, brachium S. Georgii ad dexteram, et quemdam profluvium qui de ipso procedens ad quatuor fere millia tenditur, habens ad lævam ibi palatium, quod dicitur Blacherna. Fundatur quidem in humili, sed sumptu et arte, decenti proceritate consurgit, et triplici confinio triplicem habitantibus jucunditatem afferens, mare, campos, urbemque visibus alternis despicit. Exterior ejus pulchritudo fere incomparabilis est. Interior vero quidquid de illa dixero superabit. Auro depingitur undique, variisque coloribus, et marmore studioso artificio sternitur area, et nescio quid ei plus conferat pretii, vel pulchritudinis, ars subtilis, vel pretiosa materia.*

(19) *Τῶν ἁγίων Τεσσαράκοντα.* Ædem SS. XL Martyrum juxta Thermas Constantianas, cujus fundamenta jecerat Tiberius Aug. cum Anastasia uxore, absolvit Mauricius, an. 8, ut pluribus narrant Theophanes, Cedrenus, Glycas, Manasses, Paulus Diac. lib. XVII, Codinus, *De Orig.* et alii. Ejusdem sphæram terræ motu collapsam refecit D Basilius Porphyrogenneta, ut auctor est Scylitzes. Templum ipsum de novo instaurasse Andronicum Comnenum, proximeque ædes magnificas exstruxisse tradit Nicetas in Andronico, lib. II. Illud denique Joannes Palæologus imperator evertit, et ex ruderibus duas ad portam Auream turres ædificavit, uti Ducas refert, cap. 13. Juxta templum XL Martyrum columnam erexit Phocas an. 7 cui postea imperante Heraclio crux imposita est, quæ corruit terræ motu sub Andronico Seniore, ut est in *Chronico Alexandr.* et apud Nicephor. Gregoram, lib. IX. Exstitisse porro ædem SS. XL Martyrum juxta æneum Tetrapylum tradit auctor ejusdem *Chronici Alexandrini.* Meminit præterea hujus templi Innocentius III PP. lib. XIV, epist. 84; Pachymeres, lib. IV, cap. 18, et Bondelmontius.

(20) *Τὸ τοῦ ἱεράρχου Νικολάου τέμενος.* Hinc emendandus Zonaras, qui hoc loco habet μονὴν τοῦ Κανικλείου, pro Νικολάου. Exstitit vero ædes D. Nicolai prope Magnam ecclesiam, intra magni palatii septa, aut sane juxta ipsum palatium: quod etiam Anna videtur indicare his verbis, καὶ C ἐπιτηδὲς οἶμαι κατασκευασθὲν τοῖς ἀρχαίοις: quo loco malim ἀρχείοις; est enim ἀρχεῖον, palatium, Nicetæ, Cinnamo, et aliis. Hanc condidit Basilius Macedo, ut scribit Scylitzes, ἐν τῇ Βαρβάρᾳ, ut auctor est idem Pachymeres, lib. IV, cap. 8, id est, in ea regione in qua fuit ædes D. Barbaræ sacra, versus Acropolim, ex qua **247** porta S. Barbaræ arci vicina dicta est. Vide Codinum, in *Orig.* p. 61, edit. Meursii; Suidam in Βερήνη, et Thenetum, lib. XIX, cap. 3. Exstitit ædes alia Constantinopoli D. Nicolao sacra ad Blachernas, de qua Anna, lib. X; eadem forte quam exstructam refert Codinus in domo Basilidis, qui patricius et quæstor fuit Justiniano imperante. Aliam præterea S. Nicolao et S. Augustino Cantuariensi episcopo dicatam ædem Constantinopoli habet Gotselinus, lib. de miracul. ejusdem B. August. cap. 26, conditam a nobili Anglo, qui post expugnatam a Willelmo Notho Angliam Constantinopolim concesserat. Alteram denique extra urbem, Molibotum dictam, in qua humatus Constantinus Ducas, Scylitzes commemorat. Vide Leon. Allat. lib. II, *De Eccles. Orient. et Occid. consensione*, cap. 2, pag. 645; et notata ad. pag. 294.

(21) *Μέρος τυγχάνον τοῦ μεγάλου τεμένους.* Ædes D. Nicolai ideo, ait Anna, asyli jure donata est, quod esset quodammodo appendix Magnæ ecclesiæ, quam Justinianus ejus conditor hoc privilegio exornarat: Constantinus Porphyrogenneta, Nov. 12. περὶ τῶν φονευ., etc. de Justiniano, ὁ τὸν ναὸν τὸν μέγαν ἀσυλίας τόπον διορισάμενος. Quo etiam jure ante Justinianum gaudebat ecclesia major Constantiniana, seu potius Constantiana, ut auctor est Zosimus lib. V. Vide Pachymerem, lib. III, cap. 14; Cantacuzenum, lib. I, cap. 12; lib. III, cap. 2, 50, 80, 88; Jus Græco-Rom. lib. II, pag. 72, 73, etc.

τηνικαῦτα ἐλευθερῶται ποινῆς. Οἱ γὰρ πάλαι βασι- A λεῖς τε καὶ Καίσαρες πολλῆς προμηθείας ἠξίουν τὸ ὑπήκοον. Ὁ δέ γε ἐν τῷ τοιούτῳ τεμένει προσμένων ταχέως αὐταῖς οὐκ ἀπεζύγου τὰς θύρας, ἀλλ' ἐπυνθάνετο, τίνες καὶ ὅθεν εἶεν. Εἷς δέ τις τῶν σὺν αὐταῖς, Γυναῖκες, φησὶν, ἐξ Ἀνατολῶν. Τὰ δὲ πρὸς χρείαν ἅπαντα δαπανήσασαι, ἐπισπεύδουσι τὴν προσκύνησιν οἴκαδε ἐθέλουσαι ἐπανελθεῖν. Ὁ δ' εὐθὺς ἀποζυγώσας τὰς θύρας παραχωρεῖ αὐταῖς τῆς εἰσόδου. Τῇ δ' ἐπαύριον ἐκκλησιάσας ὁ αὐτοκράτωρ τὴν σύγκλητον, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τοὺς ἄνδρας ἐμεμαθήκει, τὰ εἰκότα πρὸς τούτους ἐδημηγόρησε, καταδρομὴν τοῦ δομεστίκου ποιούμενος. Ἐκπέμπει δὲ τηνικαῦτα πρὸς τὰς γυναῖκας τόν τε καλούμενον Στραβορωμάνον (22) καί τινα Εὐφημιανὸν τὴν κλῆσιν, μετακαλούμενος αὐτὰς εἰς τὰ βασίλεια. Ἡ δὲ Δαλασσηνὴ B πρὸς αὐτοὺς, *Εἴπατε*, φησὶ, *πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, Οἱ παῖδες οἱ ἐμοὶ δοῦλοί εἰσι πιστοὶ τῆς σῆς βασιλείας, καὶ προθύμως ἐξυπηρετοῦντες* [*] *αὐτῇ ἐν πᾶσιν, οὐκ ἐφείσαντο οὔτε ψυχῶν οὔτε σωμάτων ἀεὶ προκινδυνεύοντες ἐκθύμως ὑπὲρ τοῦ σοῦ κράτους. Ὁ δὲ κατ' αὐτῶν φθόνος, μὴ φέρων τὴν εἰς αὐτοὺς εὔνοιάν τε καὶ κηδεμονίαν τῆς σῆς βασιλείας, μέγαν τὸν κίνδυνον κατ' αὐτῶν καθ' ὥραν ἐξήρτυεν. Ὡς δὴ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐξορύττειν ἐμελέτησαν, τοῦτο αἰσθόμενοι καὶ μὴ φέροντες τὸν τοιοῦτον ἄδικον κίνδυνον, οὐχ ὡς ἀποστάται ἐξῆλθον τῆς πόλεως, ἀλλ' ὡς δοῦλοι πιστοὶ, ἅμα μὲν τὸν ὑπόγυιον ἀποδιδράσκοντες κίνδυνον, ἅμα δὲ τὰ κατ' αὐ-* C *τῶν μελετώμενα τὸ κράτος σου ἀναδιδάξαντες* [**], *καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σῆς βασιλείας ἐξαιτησόμενοι βοήθειαν*. Οἱ δὲ ἐπέκειντο σφόδρα μετακαλούμενοι ταύτην. Ἀγανακτήσασα δὲ ἡ γυνή φησι πρὸς αὐτού,· *Παραχωρήσατέ μοι εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν εἰσελθεῖν προσκυνῆσαι. Ἄτοπον γάρ ἐστιν εἰς τοὺς πυλεῶνας αὐτῆς φθάσασαν, μὴ εἰσελθεῖν καὶ μεσίτιδι τῇ παναχράντῳ Δεσποίνῃ καὶ Θεομήτορι χρήσασθαι εἴς τε τὸν Θεὸν καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ψυχήν*. Τὴν εὔλογον οὖν αἴτησιν τῆς γυναικὸς αἰδεσθέντες οἱ πρέσβεις, παραχωροῦσιν αὐτῇ τῆς εἰσόδου. Ἡ δὲ βραδεῖ ποδὶ στείχουσα ὡς οἷον ἀπὸ τῆς λύπης καὶ τοῦ γήρως κεκμηκυῖα, μᾶλλον δὲ καὶ τὸν κεκμηκότα ὑποκρινομένη, περί τε αὐτά που τὰ εἰσόδια τοῦ ἱεροῦ βήματος (23) D

A consueverant. Verum ejus templi custos non statim ipsis valvas aperuit, sed percontabatur, qui et undenam essent? Hic aliquis ex comitatu, Mulieres, inquit, ex Asia quæ consumpto viatico adoratione defungi festinant, ut se quamprimum in viam dent ad domos repetendas. Quo audito nihil cunctatus æditus templi fores ipsis aperuit. Postridie convocato imperator senatu, post cognitam Comnenorum fugam, orationem habuit in eam sententiam quam quisque suspicari facile potest, vehementer in magnum domesticum invehens. Tum ad matronas misit quemdam Straboromanum et alium Euphemianum nomine qui eas ad palatium duceret. Ad quos Dalassena, *Renuntiate*, inquit, *imperatori, filios meos fidelitate atque obsequio* B *erga majestatem ejus nemini concedere, idque adeo satis testatos periculis laboribusque maximis pro* 53 *ea libentissime adeundis. At ipsorum invidi tuam in eos benevolentiam non ferentes, nullum finem fecerunt insidiarum ipsis struendarum, statuta etiam et parata excæcatione ipsorum. Hujus metu mali quod se nullo malefacto meruisse præclare sibi erant conscii, urbe profugerunt ad necessariam declinationem periculi præsentis, non ad ullum defectionis consilium. Persistant enim nunc maxime in fide; nihilque spectat aliud secessio illorum, nisi ut spatium habere possint demonstrandi tibi quanta iniquitate opprimantur a circumventoribus improbissimis, implorandique auxilium tuum adversus infestam potentiam illorum.* C Hæc cum illa dixisset, nihilominus perseverabant quos imperator miserat in ea evocanda, eo incumbentes, ut quacunque demum ratione illam adducerent. Quod illa moleste ferens, *Sinite me*, inquit, *prius in magnam Dei ecclesiam ingressam ibi adorare. Non enim consentaneum fuerit, postquam ad portas venerim, recedere antequam ingressa adoraverim immaculatam Dominam Dei Matrem, ipsamque mediatricem adhibuerim ad mihi conciliandam Dei et imperatoris gratiam.* Æquum piumque postulare visæ assenserunt legati. Ergo illa tardo et debili progressa motu, quasi a malorum præsentium sensu languens, aut ab ætate imbecilla (porro ita non habebat, sed arte simulabatur infirmitas), cum ad ipsum ingressum D sacri Bematis processisset, genuflexionibns duabus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[*] ἐξυπηρετοῦντε. [**] ἀναδιδάξοντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) *Στραβορωμάνον*. Straboromanum, dignitate Magnum Hetæriarcham, qui a Botaniata ad Alexium legatus missus est, Pentapoli, Phrygiæ oppido, oriundum, et Botaniatæ consanguineum fuisse scribit Nicephorus Bryennius. Ejusdem præterea mentionem injiciunt Scylitzes in Michaele Duca, Zonaras et Glycas.

(23) *Τοῦ ἱεροῦ βήματος*. Distributa erant apud Græcos templa in tres potissimum partes. Prima τὸ βῆμα, altera ναὸς, tertia demque νάρθηξ, seu *ferula* appellabatur. Βῆμα erat sacratior ædis pars, sacrarium nempe, et adyta ipsa, ad sacra munia obeunda assignata, velis et cancellis a reliqua templi parte seclusa. Ναὸς, seu chorus, novis cancellis obstructus, sacerdotibus divinas laudes decantantibus, νάρθηξ vero Christi fidelibus, qui sacris intererant, addictus erat: quam appellationem, ut hoc obiter moneam, sortitus videtur, quod ferulæ speciem referret, quæ cum esset forma quadrata, longior tamen paululum erat quam latior, cujusmodi fuit narthecis forma, quem sceptri loco præ manibus gestabat Byzantinus imperator, uti ex Bullarum archetypis a nobis describitur in *Historia Gallo-Byzantina* (a): quæ est etiamnum

(a) In Reg. Chartar. p. 5.

factis in tertia subsedit humi, sacrisque portis validissime arreptis audacter clamabat se nisi manus sibi abscinderentur, nulla unquam vi dimovendam sancto loco, nec templo discessuram quoad promissæ ab Augusto salutis pignus accepisset crucem. Straboromanus hæc audiens quam ferebat crucem de collo suspensam offerebat. Cui Dalassena: Non a vobis, inquit, præstari mihi cautionem et fieri fidem volo, sed ab imperatore talia postulo eorumque signum et arrhabonem crucem peto, non minutam aut molis exiguæ, sed magnitudinis idoneæ. Ideo dicebat ut manifestum exstaret indicium jurisjurandi sibi præstiti. Si enim in parva cruce promissio facta esset, latuisset ea plurimos. Ite igitur, pergebat illa, renuntiate imperatori, quid suppliciter orem, quamque ad rem judicium ejus et misericordiam invocem. At altera nuruum ejus uxor Isaacii, quæ maturius irrepserat in sacram ædem jam tum cum occasione hymni matutini ostia patefacta fuerant, velo quo faciem obnupserat dempto, ait illis: Illa quidem abeat, si libet. Nos certe sine idonea cautione templo non egredimur, vel metu mortis oblato. Legati constantia mulierum perspecta, quam mora ipsa crescere experiebantur, insuper veriti ne quis tumultus oriretur, si vim adhiberent, redeunt ad imperatorem **54** eique cuncta narrant. Ille autem natura bonus, flexus precibus matronæ ad ipsam mittit crucem quam petierat, securitatem illi plenam sanciens, sicque demum egressam templo concludi præcepit cum filiabus et nuribus in gynæceo Petriorum prope Ferream. Vocavit etiam con-

πελάσασα καὶ γονυκλισίας δύο ποιησαμένη, περὶ τὴν τρίτην καθεσθεῖσα χαμαὶ, ἀπρὶξ τῶν ἁγιῶν εἴχετο θυρῶν (24), ἐπιβοωμένη, ὡς Εἰ μὴ τὰς χεῖρας ἀποτμηθείη [91], οὐκ ἂν τοῦ ἱεροῦ τεμένους ἐξέλθοιμι, εἰ μὴ τὸν τοῦ βασιλέως ὥσπερ ἐχέγγυον τῆς σωτηρίας δεξαίμην σταυρόν. Ἐκβαλὼν δὲ ὁ Στραβορωμάνος ὅνπερ ἐπεφέρετο σταυρὸν ἐγκόλπιον (25) ἐδίδου. Ἡ δὲ, Οὐκ ἀφ' ὑμῶν τὴν πληροφορίαν αἰτῶ, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐπιζητῶ τὴν εἰρημένην βοήθειαν. Καὶ οὐδ' ἁπλῶς ἐν μικρῷ μεγέθει τὸν διδόμενον ἂν σταυρὸν δεξαίμην, ἀλλ' ἀξιόλογον τὸ μέγεθος ἔχοντα. Τοῦτο δὲ ἐπεζήτει, ἵνα καταφανὲς πρὸς ἐκείνην τὸ ὅρκιον γένοιτο· ἐν μικρῷ γὰρ σταυρίῳ τῆς ὑποσχέσεως γενομένης τάχα ἂν τοὺς πολλοὺς τὰ ἐμπεδούμενα διελάνθανον. Ἐκείνου τοίνυν τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον ἀνακαλοῦμαι. Ἄπιθε, ἀπαγγείλατε αὐτῷ. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ Ἰσαακίῳ νύμφη αὐτῆς (ἔφθασε [92] γὰρ εἰς τὸν ναὸν εἰσελθεῖν ἅμα τῷ τὰς πύλας ἀνεῳχθῆναι διὰ τὸν ὄρθριον ὕμνον (26) τὴν ἐπικαλύπτουσαν ὀθόνην τὸ πρόσωπον περιελοῦσά φησι πρὸς αὐτούς· Αὕτη μὲν εἰ βούλοιτο [93] ἀπερχέσθω. Ἡμεῖς δὲ πληροφορίας ἄτερ τοῦ ἱεροῦ οὐκ ἐξερχόμεθα, κἂν θανεῖν ἡμᾶς πρόκειται. Ἰδόντες οὖν τὸ ἐνστατικὸν [94] τῶν γυναικῶν, καὶ ὅπως ἀναισχυντότερον αὐτοῖς ἢ πρότερον προσεφέροντο, καὶ πτοηθέντες μὴ θόρυβος γένηται, ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν πάντα τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ φύσει ἀγαθὸς ὢν, ἐπικαμφθεὶς καὶ τῆς γυναικὸς λόγοις, ἀποστέλλει τὸν ἐπιζητούμενον σταυρὸν πρὸς αὐτὴν, πᾶσαν ἀφροντησίαν [95] αὐτῇ διδούς. Καὶ οὕτω τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας ἐκκλησίας ἐξελθοῦσαν περιορισθῆναι [96] παρακελεύει μετά τε τῶν θυγατέρων καὶ τῶν νυμφῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[91] ἀποτμηθείην. [92] προέφθασε. [93] βούλεται. [94] ἐντατικόν. [95] ἀφροντισίαν. [96] περιορισθεῖσαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

et olim fuit istius templorum partis, quæ laicis addicta erat, cum e contra Ναοῦ figura esset orbicularis, uti est D. Sophiæ Constantinopoli pars hæc templi; unde et χοροῦ, seu chori appellatione donatur vulgo locus in ecclesia, ubi clerus laudes divinas decantat. Brito in vocabul. *Chorus, locus cleri in capite ecclesiæ*. Scio aliam reddi hujusce nominis rationem. A ferulæ præterea figura forte medici quidam libros a se editos Νάρθηκας, et Ναρθήκια inscripserunt, quod eadem esset librorum, seu codicum. Laudantur enim Heræ, Cratippi, et Sorani Νάρθηκες apud Galenum et Aetium. Sed de Narthece ecclesiæ, ut et aliis templorum apud Græcos partibus, integram Dissertationem instituit vir magnus Leo Allatius, quem adi, si libet.

(24) *Τῶν ἁγιῶν ἔχετο θυρῶν*. A Nao seu templo, quod cancellis a Bemate seclusum erat, ad ipsum Bema per tres portas aditus patebat. Portæ istæ ἅγιαι dictæ, ut pluribus loco citato monet Allatius, et Goarus ad Euchólog.

(25) *Σταυρὸν ἐγκόλπιον*. Ita appellant Græci cruces sanctorum reliquias, aut vivificæ crucis particulas continentes, quas catenulis de collo ad pectus pendentes **248** gestabant. Anastasius Biblioth. ad act. 5 octavæ synodi: *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant encolpium*. De quo more Gretzerus, tom. I, *De S. Cruce*, lib. II, cap. 27. Ejusmodi vero cruces ab imperatoribus, aliisve gestari solitas, et fidei faciendæ, vel securitatis firmandæ gratia sæpe transmissas testantur passim scriptores Byzantini, atque in iis Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii patr. CP.; VIII synod. CP. act. 5; synod. Ephes. can. 22, act. 8; Gregorius in Vita S. Basilii Junioris, c. II; Theophanes an. Justiniani Rhinotmeti 6; Leo Grammaticus, in Michaele et Constantino; Scylitzes in Theophilo, in Michaele Paphlag. et in Romano Diog.; Nicetas Chon. in Andron. l. II, c. II; Cinnamus, lib. V, cap. 16; Pachymeres, lib. IV, cap. 6; Acropol. cap. II; Cantacuzen. l. I, cap. 58; lib. III, cap. 14, 17 et 20; Gunther. in *Hist. CPol.* cap. 26; Anna, lib. III, pag. 94, et lib. VIII, pag. pag. 242; Auctor Narrationis historicæ in restitut. imagin. pag. 724 et 732; D. Chrysostomus *Demonstrationes contra gentes*; Gregor. Nyssenus in Encomio Macrinæ, etc. Sed et in mutui pacti ac sacramenti confirmationem, ejusmodi encolpia invicem commutabant. Pachymeres, lib. I, cap. 31: Ταῦτα συνθεμένων ἐκείνων, καὶ ἀνταλλαξάντων εἰς τοὺς ὅρκους τὰ ἱερὰ περιάμματα, συῤῥήγνυται μαχὴ μεγίστη. Quo spectant quæ de armorum commutatione diximus in Dissert. XXI, ad Joinvillam, pag. 261.

(26) Ὄρθριον ὕμνον. Horas matutinas. Vide Goarum ad Codin.

αὐτῆς, εἰς τὴν ἀγχοῦ τῆς Σιδηρᾶς (27) διακειμένην A γυναικείαν μονὴν τῶν Πετρίων. Μετάκλητον δὲ ποιεῖται καὶ τὴν συμπενθέραν αὐτῆς, τὴν τοῦ Καίσαρος Ἰωάννου νύμφην (πρωτοβεστιαρία [97] δὲ ἦν αὕτη τὸ ἀξίωμα), ἀπὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις τεμένους (28), ὃ ἐπ' ὀνόματι τῆς Δεσπότιδος ἡμῶν Θεομήτορος ᾠκοδόμητο, καὶ εἰς τὴν ῥηθεῖσαν μονὴν τῆς Πετρίων (29) καὶ αὐτὴν εἶναι παρακελεύεται. Καὶ προστάττει τούς τε πιθῶνας καὶ σιτῶνας αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ ταμεῖα τηρεῖσθαι ἀμειαγώγητα. Καθ' ἑκάστην οὖν πρωΐαν ἄμφω τοῖς φυλάττουσι προσερχόμεναι ἐπυνθάνοντο, εἴ τι ἀπὸ τῶν παίδων αὐτῶν μεμαθήκασαν [98]. Οἱ δὲ ἁπλοϊκώτερον αὐταῖς προσφε-

soceram ipsius, sponsam Cæsaris Joannis, dignitate protovestiariam a templo in honorem Dominæ nostræ Dei Matris in Blachernis condito, et in eamdem Petriorum domum includi jussit, cistas atque apothecas ipsarum, penus et horrea intacta ipsis et inexplorata servari mandans. Ambæ igitur singulis diebus mane custodes adibant sciscitabanturque ex ipsis ecquid de filiis ferretur. Illi nihil suspectas habentes ipsas, simpliciter omnia narrabant quæcunque audissent. Quos ut sibi magis adjungeret protovestiaria manu menteque liberalis, permittebat ipsis ut ex sua ipsius copia cibos similiaque affatim caperent : unde illos faciliores ad

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] πρωτοβεστιαρέα. Sic semper. [98] μεμαθηκέτωσαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(27) *Σιδηρᾶς*. Eadem habet Bryennius, l. III, B cap. 25. Sideram in meridionali urbis parte statuit Scylitzes in Leone Philos. Ἐγένετο δὲ ἐμπρησμὸς κατὰ τὸ μεσήμβρινον μέρος τῆς πόλεως, ἐν τῇ λεγομένῃ Σιδηρᾷ. Sideræ meminit prætereа Co:inus, l. *De orig. CP.* καὶ τὸ Ἀατὸν πρὸς τὴν Νέαν κείμενον, καὶ μέχρι τῆς ὀνομαζομένης Σιδηρᾶς. Certe *Aatum*, seu Αετὸν juxta Novam ecclesiam statuit etiam Constantinus Porph. in Basilio, cap. 58. Unde cum *Aetus* Sideræ vicinus fuerit, *Sidera* vero monasterio Petrii proxima, consequens videtur locum, qui aliis *Aetii* dicitur, domum scilicet regiam a sui sublimitate sic appellatam, et ab eodem Basilio conditam, cui vicinum fuit Petrium, eumdem esse cum Aeto. Vetus Scheda apud Martinum Crusium, lib. III *Turcogr.* pag. 190, 275, βίβλος αὐτῆς τῆς μονῆς τοῦ Προδρόμου τῆς κειμένης ἔγγιστα τοῦ Ἀετίου, ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις Πέτρα. At unde *Sideræ* appellatio fluxerit, haud planum videtur, cum de ea sileant C Byzantini scriptores. Nec enim ausim affirmare id nominis loco inditum, aut quod forte in eo exstiterint officinæ ferrariæ, quemadmodum ærariæ Chalcopratiorum vico nomen dederunt ; aut sane quia ibi olim, et ante Constantinum fuerit Moneta, seu domus in qua cudebantur nummi ferrei. Nam Petrii vicinitas ostendit exstitisse illam intra vetus Byzantinum. Docemur quippe ex Aristophane ἐν Νεφέλαις, nummos ferreos cusisse Byzantinos.

Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ, πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. Σρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ', ἢ
Σιδαρέοισιν ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ.

Ad quem locum scholiastes : λεπτοῖς δὲ νομίσμασιν φαίνονται κεχρῆσθαι Βυζάντιοι. Idque firmat auctoritate Platonis in Pisandro : Χαλεπῶς ἂν οἰκίσαι μὲν ἐν Βυζαντίοις, ὅπου σιδηρέοισι νομίσμασι χρῶνται. His consentit Hesychius, ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο οἱ D Βυζάντιοι. Spartanos abrogato aureorum et argenteorum nummorum usu, ferreis etiam usos docet Porphyrius, lib. IV Περὶ ἀποχῆς. Aliud porro fuit porta Ferrea, Σιδηρᾶ πόρτα, a loco, *Sidera*, dicto, etsi locus uterque mari obversaretur. Sed *Sidera*, cujus Anna meminit, ad fretum Sycenum fuit, ut et Petrium : Porta vero ferrea Propontidi adjacuit, eademque videtur, quæ postea τῶν Σοφιῶν, hoc est, Sophianarum porta 249 dicitur a Codino, *De origin.* qui prioris appellationis rationem et originem affert pag. 51 edit. reg. qua videlicet ad palatium ita nuncupatum ibatur, proinde portui Sophianarum vicina. Meminit portæ Ferreæ Leo Grammaticus, pag. 458 et 489.

(28) *Τοῦ ἐν Βλαχέρναις τεμένους*. Blachernianum templum Deiparæ sacrum, a Pulcheria Aug. Marciani uxore conditum, habent passim scriptores. Nos infra quædam.

(29) *Μονὴν τῶν Πετρίων*. Petrium monasterium a loco sic est appellatum, cui Πέτρα olim nomen fuit, jam ante instauratum a Constantino Byzantium, ut ex Dionysio Byzantio docet Petrus Gyllius, lib. II *De Bosp. Thrac.* cap. 2 ; a petris scilicet exstantibus, et loci difficili situ : unde et locus, et monasterium Πέτρα et Πέτριον promiscue appellantur a scriptoribus. Versus muros urbis maritimos ad fretum Sycenum Petrium exstitisse auctor est Nicetas in Alexio Com. lib. III, cap. 10, οἱ μὲν τὰ πλοῖα φέροντες ἔστησαν κατέναντι τῶν Πετρίων. Quo loco codex Barbaro-Græcus habet, τοῦ κάστρου τῶν Πετρίων λεγομένων. Quod quidem castrum, si aliud a monasterio Petrii, nescio an idem fuit cum palatio Petrii, quod Παλάτιον τοῦ C Πετρίου vocat Scylitzes in Nicephoro Phoca, et ita appellatum ait Codinus in *Orig. Lambecianis*, pag. 57, quod a Petro Barsymiano patricio, Justiniano imperante, exstructum fuerit. Certe non uni D. Joannis Baptistæ monasterio concessum fuit nomen Petrii, cum in Petrio varia fuerint ædificia et monasteria. Nam præter illud, cujus hic Anna meminit, monasterium, exstitit templum, quod τὸν Ἅγιον Ἠλίαν τὸ Πέτριον vocat Codinus *De orig. CP.* τὸν Ἡλίου τοῦ προφήτου κατὰ τὸ Πέτριον ναόν. Constantinus in Basilio cap. 54. Præterea templum S. Euphemiæ, quod τὴν Πέτραν appellat Codinus. ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Πετρίῳ exstructum ait S. Nicephorus in *Catal. patriarch. Constantinopolit.* Ἐν τῇ Πέτρᾳ Theodorus Lector. Eccl. II, ἔνδον τοῦ Βυζαντίου, Nicephorus Call. lib. VIII, cap. 6, hoc est, intra veteris Byzantii mœnia ; seu potius ad ipsos muros veteres, qui ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετρίου, ἕως τῆς πόρτας τοῦ Ἁγίου Αἰμυλιανοῦ pro- D tendebantur, ut habet *Chronicon Alexandrinum.* Jam vero monasterium Πετρίου, κατ' ἐξοχὴν a scriptoribus dictum, D. Joanni Baptistæ dicatum fuit, ut auctores sunt Ducas, cap. 39, et Codinus, *De offic. aulæ CPol.* cap. 15, n. 11 et 15, qui illud μονὴν τῆς Πέτρας vocant ; Cantacuzenus vero lib. III, cap. 55, Πετραν tantum. Feminarum fuisse indicat hoc loco Anna, ut et Scylitzes et Zonaras in Argyro, et Constantinus in Basilio, cap. 50. Hujus præterea mentionem agit Nicetas in Murtzuphio, cap. 5. Crusius sua ætate adhuc stetisse scribit, nec procul abfuisse a Blacherniana æde, et Palatio, quod Constantini appellant Græci hodierni. Vide Cinnamum lib. VI, pag. 160.

narrandum habebat, ita ut nihil eorum quæ gerebantur non mature ad ipsas perferretur.

A ῥόμενοι, ἀπήγγελλον ἅπαν τὸ ἀκουσθέν. Ἡ δὲ πρωτοβεστιαρία ** (30), ἐλευθέρα καὶ χεῖρα καὶ γνώμην οὖσα, βουλομένη τε τοὺς φυλάσσοντας σφετερίσασθαι [1], ἐπέταττεν αὐτοῖς ἀναλαμβάνεσθαι ἀπὸ τῶν βροσίμων [2] εἰς ἰδίαν χρῆσιν ὁπόσα καὶ βούλοιντο· ἐφεῖτο γὰρ αὐτοῖς ἀπαρεμποδίστως εἰσάγεσθαι τὸ πρὸς χρείαν. Ἐντεῦθεν προθυμότεροι πρὸς τὰς ἀπαγγελίας οἱ φύλακες ἐγεγόνεισαν, κἄκτοτε ἔκφορα πάντα ποιούντων ἐκείνων οὐδὲν αὐτὰς διελάνθανε.

Et de mulieribus hactenus. Interim Comneni, occupata porta exterioris ambitus Blachernarum, clavibusque confractis, tutum et securum egressum habuerant in regia stabula, ubi quos reliquerunt equos, iis posteriora crura a femoribus ipsis ad calces inciderant ferro : optimis vero et quos sibi fore utiles crediderant secum abductis, statim ad monasterium transeunt urbi proximum Cosmidium nomine. Hic protovestiariæ vale dicunt profecturi (erat enim hæc ibi antequam ab imperatore accerseretur, quod paulo ante narrare occupavimus) et Georgium Palæologum in suas partes pertraxerunt. Non enim prius ausi fuerant commu-

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς γυναῖκας τοιαῦτα. Οἱ δέ γε Κομνηνοὶ, φθάσαντες τὴν περὶ τὸ βραχιόνιον (31) τῶν Βλαχερνῶν ἱσταμένην πύλην (32), καὶ τὰς κλεῖς κατεάξαντες, ἀδεῶς ἐξεληλύθεισαν εἰς τοὺς βασιλικοὺς ἱπποστάθμους (33), καὶ τοὺς μὲν τῶν ἵππων αὐτοῦ που καταλιμπάνουσι, πρότερον τοὺς ὄπισθεν πόδας ἀπ' αὐτῶν τῶν μηρῶν τῷ ξίφει ἀποτεμόντες, τοὺς δ' ἀναλαβόμενοι ὅσοι τούτοις ἔδοξαν χρησιμώτεροι ἐκεῖθεν ταχέως τὸ ἀγχοῦ που τῆς μεγαλοπόλεως B μοναστήριον, ὃ Κοσμίδιον (34) ἐπωνόμασται, καταλαμβάνουσι. Καὶ γὰρ ἵνα μεταξύ πως ἐπιδιηγησαίμην καὶ σαφέστερον ἡμῖν ὁ λόγος προΐῃ, τὴν εἰρημένην ἄνωθεν πρωτοβεστιαρίαν [3], πρινὴ τὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

** πρωτοβεστιαρεα. [1] σφετερίσασθαι. [2] βρωσίμων. [3] πρωτοβεστιαρέαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(30) *Πρωτοβεστιαρία.* Protovestiarii uxorem interpretatur Meursius. Sane *consulares feminas dicimus consularium uxores*, inquit Ulpianus, l. I, π. *De senatorib.* Verum fuisse dignitatem in familia imperatricis omnino Anna indicat, eaque donatam Mariam Joannis Ducæ uxorem. Protovestiariæ suberat, ut opinor, Ζωστή, cujus officium erat Augustam succingere, ut auctor est Codinus, in *Orig. CP.* Ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἐζώννυον τὴν C Δέσποιναν. Meminit hujusce dignitatis Zonaras, pag. 116, et Scylitz, pag. 703 et 716. Ejusmodi fuerunt *ornatrices*, et aliæ quæ Augustis et reginis fuisse dicuntur *a cubiculo, a veste, a mundo muliebri*, quarum passim mentio in veteribus Inscript. V. pag. 166.

Archivo regis Christianissimi Diplomata Balduini II imperat. Constantinop. annorum 1247 et 1248, bullis aureis et plumbeis instructa; Epistolæ præterea duæ Andronici Palæologi Senioris Latina lingua in papyro scriptæ, prior ad Carolum Pulchrum Franciæ regem, altera ad Benedictum de Cumis Dominicanum, simili ferme litterarum ru- B brarum expressione subscriptæ. Nec sunt litteræ in monogrammatis formam contractæ, sed majusculæ, et in totam pergameni, vel papyri, latitudinem, atque adeo in ipsum Diplomatum aut Epistolarum scriptum diductæ; characteribus adeo anomalis, et intricatis, ut ne vix quidem unus litterarum apex deprehendi queat. Sed ut cuivis sit de ejusmodi subscriptionibus divinandi facultas, en damus fideliter excerptas ex ipsis archetypis, et in minorem redactas formam, cum in Diplomatibus longe majori exaratæ sint, totamque explicatæ membranæ latitudinem impleant. Prior igitur subscriptio est Balduini II, in Diplom. an. 1247, quod a Duchesnio in *Probat. Hist. duc. Burg.* refertur, **254** pag. 139; altera est ejusdem Balduini in Diplom. an. 1248, mens. Mart. quod nos descripsimus in *Hist. Gallo-Byzant*, pag. 22; tertia denique est Andronici Palæologi in Epistolis mox laudatis. Extant porro sparsim apud Marti- C num Cruisum in Turcogræcia istiusmodi in Græcorum pontificum et nobilium Epistolis subscriptiones, quarum etsi interdum sensum et notationem reddiderit, vix est tamen ut ullus ex iis apex percipiatur. At in prædictis Diplomatibus Balduini et Andronici, mensis videtur describi, non vero eorum nomen. Tradunt Pachymeres, lib. IV, cap. 29, et Gregoras, lib. IV, a Michaele Palæologo imperatore concessum Andronico filio imperii collegæ, ut ei liceret γράφειν δι' ἐρυθρῶν οἰκείᾳ χειρὶ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Ubi ms. Regius habet διεξοδικῶς γράφειν δι' ἐρυθρῶν, etc., id est, πλατέως, uti vocem hanc interpretatur Hesychius, expansis et diductis litteris. Verum id nominatim excepit Michael, ne μηνολογεῖν se vivo posset, id est ascribere μῆνα καὶ ἴνδικτον, ut habet Gregoras, quemadmodum, inquit Pachymeres, solent imperatores, ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν. Unde idem auctor lib. VII, D cap. 1, narrat Andronicum, post patris Michaelis mortem, primum Diplomatibus mensem et diem apposuisse: ἄρτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα, et lib. VI, cap. 36, scribit Michaelem, cum in extremis ageret, libellum subscribentem, primam Novembris mensis litteram designasse, nec potuisse distinctis apicibus reliquum vocabuli explere. Ex quibus constat eodem encausto, seu eadem rubrica, qua nomen proprium, mensem et indictionem exarasse imperatores. Quod præterea firmatur ex Novella Manuelis de feriis, in qua hæc verba sub finem habentur: Εἶχε τὸ, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙῼ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ', δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς, id est, *Ascriptum fuit manu imperatoris rubris litteris, mense Martio indictionis* 14; et ex altera ejusdem Augusti, περὶ διαφόρων, etc., quæ iis verbis clauditur, Εἶχε τὸ, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙῼ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ', δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς καὶ θείας χειρός. Ubi observandum, iis in Novellis imperatoris nomen characteribus cinnabaricis **255** exaratum fuisse nequaquam adnotari, sed tantum mensem et indictionem: ita ut ea tempe- B state imperatores, non nomen suum, sed mensem duntaxat et indictionem Diplomatibus et Bullis suis apponerent; cum alias non modo liberis, sed etiam præcipuis aulæ suæ officialibus subscribendi sua nomina per *cinnabarim* facultatem concederent, ut ex Niceta in Isaac. lib. III, n. 5., constat. (*a*) Habeo præ manibus Epistolam Demetrii Palæologi Despotæ, Manuelis Palæologi imperatoris filii secundo geniti, ad Carolum VII, Francorum regem, datam *ex Peloponneso* 12 *Decembris* 1455, quam mecum communicavit V. C. dominus *de Vyon d'Herowal* de litteratis omnibus bene meritus, subscriptam rubeis et grandioribus hisce characteribus, Δημήτριος ἐν χῷ τω θῷ πιστὸς Δεσπότης Ῥωμαί. Ὁ Παλαιολόγος. Sigillum ex cera rubra papyro obducta litteris appositum aquilam, cum alis expansis, bicipitem, et cum bina coronula utrique capiti imminente, repræsentat. Sigilli vero inscriptio iisdem characteribus conci- C pitur, quibus Epistolæ subscriptio. Jam vero cur imperatores mensem tantum et indictionem, litteris rubricatis, in Diplomatibus et Bullis, non vero sua nomina, describerent, id causæ potissimum esse existimo, quod ex quo Bullarum, seu sigillorum, uti ea vocabant, pendentium, usus apud Græcos invaluit, subscribi in iis nomina desierunt. Certe apud Gallos nostros, qui sigillis pendentibus uti cœpere ea ferme ætate, qua Græci Bullis, tum aureis, tum plumbeis, nempe circa nonum aut decimum sæculum, subscribi, inquam, nomina desiere in Diplomatibus; cum antea non modo sigilla cerea ipsis chartis affigerentur, sed etiam apponerentur ipsorum monogrammata principum, aut eorum quorum erant Diplomata. Et certe, si bene auguror, in priore Balduini II Diplomate an. 1247 μηνὶ Ἰουλίῳ, id est, mense Julio, exaratum videtur, quo illud emissum constat, uti in altero, μηνὶ Μαρτίῳ, (emissum enim mense Mar- D tio) in tertio denique, quod est Andronici Senioris, μηνὶ Μαΐῳ; ubi vox, μηνὶ, contractis litteris describitur: atque ejusmodi subscriptio *imperialis* appellatur in Diplomate ejusdem Balduini an. 1241, quod habetur in *Historia* nostra *Gallo-Byzantina*: *In cujus rei testimonium præsentes litteras fecimus annotari, et Bullæ nostræ plumbeæ munimine roborari imperialis subscriptionis characteribus insignitas.* Et in eo quod est an. 1268: *In cujus rei testimonium litteras nostras præsentes dedimus Bulla nostra aurea roboratas, nostris characteribus rubeis imperialibus insignitas.* Quos quidem characteres rubeos, non *sui nominis*, uti solebant imperatores, antequam Bullarum usus invaluisset, appellat Balduinus, sed tantum *characteres imperiales rubeos*, id est, quos in Diplomatibus describere solebant decessores sui.

(*a*) Exstat tamen novella alia ejusdem Manuelis Comneni in codice ms. bibliothecæ Regiæ sign. 2023, in qua illius nomen διὰ κανικλώματος, id est, per cinnabarim, ex recepto tunc more subscriptum fuisse evincitur. Sic enim illa clauditur: ἐν ᾧ τὸ ἥμερον, εὐσεβὲς, θεοπρόβλητον ὑπεσήμαινε κράτος· εἶχε δὲ τὸ συνῆθες κανίκλωμα, καὶ ὑπογραφὴν τοῦ Βασιλέως ταύτην, Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Βασιλεὺς, Πορφυρογέννητος, καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός· καὶ κάτω μὲν ἀπῃωρημένην βοῦλλαν διὰ μετάξης ὀξείας καὶ ἔξωθεν τὸ, Διὰ τοῦ Ἐπικανικλείου καὶ Δικαιοδότου Θεοδώρου τοῦ Στυππειώτου τοῦ μεγάλου λογαριαστοῦ, κατὰ μῆνα Ἰανουάριον, μηνὸς ζ'. — *Ex Addendis.*

proximus, eminens supra planitiem, atque inferius positis collis speciem ostentans, latere altero mare, altero urbem prospectantis; cæteris duobus ad septentrionem atque occidentem versis; omni vento perflabilis, limpidæ ac potabilis aquæ perennes habens scaturigines, plantarum tamen atque arborum
61 adeo sterile ut sedulo a lignatoribus decalvatum credas. Hic olim imperator Romanus Diogenes amœnitatem prospectus et cœli solique salubritatem secutus, ad rarum usum rusticationis suburbanæ domos splendidas et excipiendis regibus pares ædificandas curaverat. In iis diversantes Comneni cum cæteris ducibus mittebant qui tentarent muros urbis, non machinis aut balistis tormentisve ejus generis, quarum rerum nec copia nec tempus aderat, sed velitationibus jaculatorum, ostentationeque hastatorum et cataphractorum militum quasi ad terrendos propugnantes.

νῶς κατὰ τὴν ἡμέραν ὅλην, τῆς νυκτὸς μὴ δύνασθαι γραφὴν ξυντελέσαι, ἄλλο τε δ' ὅτι τὰ γεγραμμένα νυκτὸς σπινθὴρ ἐμπεσὼν ἀπετέφρωσε. Τοιαῦτα καὶ ἄλλα τε ὁ Μαγκάνης προφασιζόμενος καὶ οἷον μαγγανευόμενος ἄλλο τε ἄλλως ὑπερετίθετο. Ἀπάραντες δ' ἐκεῖθεν οἱ Κομνηνοὶ, καταλαμβάνουσι ταχὺ τὰς λεγομένας Ἀρετάς. Τόπος δὲ οὗτος ἀγχοῦ τῆς πόλεως διακείμενος ὑπερκείμενος μὲν τῆς πεδιάδος καὶ τοῖς κάτωθεν ἱσταμένοις καὶ πρὸς τοῦτον ὁρῶσιν εἰς λοφιὰν ἀνατεινόμενος, καὶ τὴν ἑτέραν μὲν πλευρὰν πρὸς θάλατταν ἀπονεύων, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν πρὸς τὸ Βυζάντιον, ταῖς δέ γε λοιπαῖς δυσὶ πρὸς ἄρκτον καὶ δύσιν, παντὶ ἀνέμῳ καταπνεόμενος, διειδὲς δὲ ὕδωρ καὶ πότιμον ἔχων ῥέον ἀεὶ, φυτῶν δὲ καὶ δένδρων παντάπασιν ἀμοιρῶν· εἴπες ἂν ὑπό τινων δρυτόμων ἐκπεφαλακρῶσθαι τὸν λόφον. Διὰ γοῦν τὸ τόπου ἐπιτερπὲς καὶ εὔκρατον καὶ Ῥωμανὸς ὁ Διογένης ὁ αὐτοκράτωρ, ῥᾳστώνης μικρᾶς χάριν οἰκήματα λαμπρὰ καὶ ἀποχρῶντα βασιλεῦσιν ἀνέγειρεν [51]. Ἐκεῖσε τοίνυν γενόμενοι πέμποντες ἀπεπειρῶντο τοῦ τείχους οὐ δι' ἑλεπόλεων ἢ μηχανῶν ἢ πετροβόλων τῶν ὀργάνων, ἐπεὶ μηδ' ὁ καιρὸς ἐδίδου, ἀλλὰ διὰ πελταστῶν, καὶ ἑκηβόλων καὶ δορυφόρων καὶ καταφράκτων ἀνδρῶν.

Sane non parum territus ipse Botaniates est; qui hinc Comnenos ad portas cum numeroso omnis generis exercitu, illinc Melissenum Nicephorum ad Damalim progressum cum copiis non minoribus parique proposito principatus invadendi cernens, ancipiti circumventus malo, cum quid cuique opponeret non satis suppeteret, parum bene sperabat de summa rerum, nec abhorrebat a consiliis abdicandæ potestatis summæ: scilicet jam senior, ac multum mutatus ab illo qui olim fortissimus ævo florente nunquam spes suas circumscriberet muris atque ambitu civitatis, nisi vigorem illum frigus ætatis hebetasset. Propagatusque in cives est iste non satis dissimulatus principis timor, tanta vulgo consternatione ut passim nullis jam munitionibus fideretur; et pervia undique omnia hostibus futura metu turbante persuasi plurimi, defensandi curam immaturo luctu mutarent. At Comneni, præsertim novus Augustus, difficultatem capiendæ civitatis tum ex rei magnitudine, tum ex genere tumultuarii exercitus, quo utebantur, partim ex indigenis, partim ex alienigenis, nondum in tantam consensionem coaliti ut non levitas multitudinis et fluctus mobilium studiorum merito timerentur, prudenter æstimantes, optimum factu duxerunt si voluntates propugnatorum allicere promissis et in partes trahere tentarent. Talia secum Alexius tota nocte meditatus, primo mane in tabernaculum Cæsaris se confert, communicaturus cum illo consilium quod nox suggesserat, ejusdemque opera in ipsius exsecutione usurus. Egit enim cum illo ut secum venire vellet simul obi-

Ὁ δέ γε Βοτανειάτης τὴν τῶν Κομνηνῶν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ὁρῶν πολυπληθῆ τε καὶ ἐκ παντοίων συνειλεγμένην ἀνδρῶν, καὶ πρὸς ταῖς πύλαις τῆς πόλεως ἐπειγομένην [52] ἤδη ἐγγίσαι, τὸν δέ γε Μελισσηνὸν Νικηφόρον περὶ τὴν Δάμαλιν φθάσαντα οὐχ ἧττω τούτων δύναμιν ἔχοντα καὶ τῆς βασιλείας ὡσαύτως ἀντιποιούμενον, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, μηδ' ἀντιπαλαμᾶσθαι δυνάμενος πρὸς ἄμφω τὰ μέρη, ὑπὸ τοῦ γήρως ὑπόψυχρός τε ὢν καὶ μᾶλλον περιδεὴς, κἂν ἐν νεότητι ἀνδρικώτατος ἦν, τοσοῦτον τότε μόνον ἀπέπνει, ὁπόσον αὐτὸν ἡ τοῦ τείχους περιβολὴ διεζώννυε, καὶ ἀπενενεύκει μᾶλλον πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἐκστῆναι. Ἔνθεν τοι καὶ ἔκπληξις κατεῖχε καὶ θόρυβος ἅπαντας, καὶ ἁλώσιμα πάντα ἐδόκει γενήσεσθαι πάντοθεν. Ὡς δὲ δυσχερὴς ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις τοῖς Κομνηνοῖς κατεφαίνετο (αἱ δὲ δυνάμεις ἐκ διαφόρων ξενικῶν τε καὶ ἐγχωρίων συνελέγοντο· ὅπου δὲ πληθὺς διάφορος, ἐκεῖ καὶ τὸ τῆς γνώμης διάφορον καταφαίνεται), βλέπων ὁ τὸ νέον ἐνδεδυκὼς πέδιλον Ἀλέξιος τὸ δυσάλωτον τῆς πόλεως καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν παλίμβολον ὑποτοπάζων, εἰς ἑτέραν ἐτράπετο γνώμην, ἵνα θωπείαις τισὶ καὶ ὑποσχέσεσιν ὑποποιησάμενός τινας τῶν φυλαττόντων τὰ τείχη καὶ κλέψας αὐτῶν τὴν γνώμην, οὕτως αἱρήσῃ τὴν πόλιν. Ταῦτα δὲ ὅλης νυκτὸς μελετήσας, εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ Καίσαρος ἅμα πρωῒ παραγίνεται, ἀπαγγέλλων τὰ σκοπηθέντα, καὶ ἀξιῶν ἅμα συνέψασθαί οἱ καὶ κατασκοπῆσαι τὰ τείχη, καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀναθεωρῆσαι, καὶ τοὺς φυλάσσοντας (ἦσαν γὰρ ἐκ διαφόρων) καὶ διαγνῶναι ὅπως δυνατόν ἐστιν ἁλῶναι τὴν πόλιν. Ὁ δὲ βαρέως τοὐπίταγμα ἔφερεν, ἅτε τὸ μοναχικὸν (47)

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[51] ἀνήγειρεν. [52] ἐπαγομένην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(47) Ἅτε μοναχικόν. Victus et captus a Turcis una cum Ursello Joannes ducas, Cæsar, a Michaele nepote, lytro soluto, redemptus, Constantinopolim adductus est, cumque ad Propontidem pervenisset, mutata veste, positoque capillo, monachum induit, sibi metuens a nepote ob affectatum a se imperium,

οὔπω πρώην περιβεβλημένος ἄμφιον, καὶ συνεὶς A ὅτι καταγελῷτο ἂν ὑπὸ τῶν περὶ τὸ τεῖχος ἱσταμένων καὶ τὰς ἐπάλξεις εἰκότως τὸν πλησιασμὸν τῶν τειχῶν ἀνεδύετο. Ὅπερ καὶ πέπονθεν. Ὡς γὰρ βιασθεὶς, τῷ Ἀλεξίῳ συνηκολούθηκεν, εὐθὺς αὐτὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἑωρακότες τὸν ἀββᾶν (48) μετά τινος προσθήκης ὑβριστικῆς διετώθαζον. Ὁ δὲ ἐπισυνάξας τὸ ἐπισκύνιον καὶ ἔνδοθεν ὑβριζόμενος παρ' οὐδὲν ἐλογίζετο, πρὸς δὲ τὸν προκείμενον σκοπὸν ὅλον εἶχε τὸν νοῦν. Εἰώθασι γὰρ οἱ φρόνημα στάσιμον ἔχοντες ἐμμένειν ἐφ' οἷς ἂν κρίνωσιν, τῶν δ' ἔξωθεν ἐπισυμβαινόντων καταφρονεῖν. Ἐπυνθάνετο γοῦν, τίνες ἂν εἶεν οἱ ἑκασταχοῦ τοὺς πύργους φυλάσσοντες. Ὡς δὲ ἐνταῦθα μὲν ἐφεστάναι τοὺς Ἀθανάτους λεγομένους ἐμάνθανε (στράτευμα δὲ τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον), ἐκεῖσε B δὲ τοὺς ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους (49) (τούτους

turus circum muros lustraturusque propugnacula et quod militum genus cuique ad defensionem esset impositum exploraturus, ut sic intelligeretur qua parte tentari proditio cum spe successus posset. Molestum id primo auditu accidit Cæsari. Cum enim is nondum monachicam unquam vestem induisset, merito verebatur cum tali habitu muris accedere propugnantium corona insessis quorum sannis et irrisionibus se traducendum providebat; nec eum fefellit sua provisio. Simul enim Alexium trahentem subinnuite **62** secutus apparuit, statim qui eum e muris viderunt abbatem cum contumelioso addito per irrisum et scomma salutarunt. At ille attracto in frontem cucullo alte abdens sese, de cætero obfirmatus, ludibriis cavillantium sus deque habitis, agere quod ceperat strenue perrexit, more magnarum mentium quæ inconcussa

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

uti narrant Bryennius et Zonaras. Redacto in ordinem Michaele, cucullam exuit, et in suburbano prædio haud procul a Constantinopoli, quod Morobundi appellabant, ejusque erat, privatam et a palatii turbis semotam vitam exegit, Botaniata sceptrum obtinente, quod diserte innuit Anna. Verebatur igitur Joannes, ne si ad muros accederet, et militum, qui urbis custodiæ invigilabant, et quibus nota erat ea quam pronuper deposuerat conditione, irrisionibus et sannis traduceretur: Ἅτε τὸν μοναχικὸν οὐ πάνυ πρώην βεβλημένος ἄμ- C φίον, ut habet editio Hœschelii, id est, *ut qui non multo ante monachicum habitum exuerat*. Atque hic est verus et genuinus hujus loci sensus, quem frustra vir doctus sollicitat.

256 (48) *Τὸν ἀββᾶν*. Non abbatem, seu ἡγούμενον, sed monachum et patrem Joannem appellarunt et salutarunt milites. Ita lib. XV, pag. 489, Basilium monachum, Bogomilicæ hæresis auctorem, τὸν δαιμονιώδη Ἀββᾶν vocat Anna, id est, πατέρα, *patrem*, quo nomine paulo ante donaverat, et compellantur vulgo monachi, præsertim senio ac vitæ sanctitate venerandi, apud Cassianum Collat. I, etc. Sacra Constantini imp. in sexta synodo, ante act. 1: Ἐκ δὲ τῶν Βυζαντίων μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. Ubi vetus interpres: *Ab unoquoque monasterio monachos quatuor*. Epiphanius Hagiopolita, *De locis SS*. Ἔχει δὲ ἡ αὐτὴ μονὴ Ἀββάδας χιλίους, καὶ χίλια κέλλια, id est, *monasterium monachos* D *mille continet, et cellulas mille*. Ubi Morellus perperam *abbates* vertit, perinde ac Goarus apud Theophanem in Leone II (*a*): Ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίστοις θρόνοις Μετροπολίτας προεβάλετο, ubi *ex abbatibus* reddit, pro *monachis*. Rectius Combefisius in Joan. Damasceni Epistola ad Theophilum imp. de imaginibus, μήτε ἐξ ἀββᾶ κοινωνῆσαι, *nulla item ulli monacho communione jungendos* interpretatur. Apud Suidam, Ἀββᾶ, est, ὁ πατήρ. Aimoin. de Vita S. Abbonis abbat. Floriac. cap. 2: *Abba*, ait, *si ultima immutetur littera, patrem sonat in Achivorum lingua*. Imo, in Syriaca, ut auctor est Isidorus, lib. VII *Orig.* cap. 13; Regula S. Ferreoli, cap. 17: *Abbas, cui nomen pater est*. Eutychius patriarcha Alexandr. in *Orig. Eccl. Alex.* ex versione Seldeni: *Cum vero homines audierant episcopos vocitare patriarcham, abba, seu Patrem, inter se dixerunt, Nos episcopum quemlibet abba, seu patrem appellamus: et appellant episcopi patriarcham abba. Unde sane oportet ut vocemus nos patriarcham papam, id est, avum, cum sit Pater Patrum*. Hinc qui vulgo abbates et archimandritæ, Aimoino, lib. I, *De mirac. S. Bened.* cap. 3, lib. II, cap. 23; Adrevaldo, in *Hist. Translat. corp. S. Bened.* cap. 3; S. Bernardo, *De vita et morib. relig.* cap. 10, et aliis dicuntur *Patres monasteriorum*, vel *monachorum*; qua loquendi formula utuntur passim Regulæ veteres monasticæ, S. Pachomii, cap. 81, 107; S. Isidori, cap. 19, etc. Papias, *Abbas, Pater monachorum, nam abbas, pater Syriace dicitur*. Concil. Meldense, an. 840: *Talis abbatia* (*quæ paternitas Latino nomine dicitur*) *removeatur*.

(49) *Ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους*. Barangos, qui Malaterræ *Varingi*, *Guaranos* appellasse videtur Leo Ost. lib. II *Chron. Cassin.* cap. 58. Anna et cæteri fere ex Byzantinis scriptores Anglos origine fuisse opinantur. Cinnamus, lib. I, de Varingis: Ἔθνος δὲ ἐστι τοῦτο Βρεττανικὸν βασιλεῦσι Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν. Pachymeres ms. l. VII, de iisdem: Οἱ δὴ οἱ καὶ τῷ Ἐῤῥῇ Ἐγκλίνων ὄντι συναμετέροις καὶ τρίτῳ παιδὶ εἰς φυλακὴν ἐπιτετράφατο. Consentiunt Bryennius, lib. I, cap. 20; Codinus, cap. 7; Nicetas et alii. Verum reliquias fuisse Danorum, qui ab Anglia exacti, et Constantinopolim profecti, operam suam imperatoribus locarunt, ex Orderico Vitali, satis superque ad Villharduinum demonstrasse arbitror, qui quod origine Dani Angliam incoluissent, promiscue Angli et Dani, eidem Villharduino conjunctim *Anglois* et *Danois* dicti sunt. Nam Anglos, quos Will. Malmesburiensis, lib. II, *De gest. Angl.* cap. 13, appellat, Danos vocat Saxo Grammaticus. Prior, de Alexio imp. verba faciens: *Multa noxia in peregrinos sacri itineris machinatus, Anglorum tamen fidem suspiciens, præcipuis familiaritatibus suis eos applicabat, amorem eorum filio transcribens*. Alter lib. XII *Hist. Danicæ*, de eodem Alexio, qui Erici regis Daniæ per urbem Constantinopolitanam transitum suspectum habuerat, dum ille Hierosolymam tenderet an. 1098: *Ad hæc Danos summa a se familiaritate cultos eadem suspicionis occasione notabat, perinde ac majorem patrii regis* (Erici), *quam stipendiorum suorum respectum acturos. Inter cæteros enim qui Constantinopolitanæ urbis stipendia merentur, Danicæ vocis homines primum militiæ gradum* **257** *obtinent, eorumque custodia rex salutem suam vallare consuevit*. Quæ quidem non minimum præterea firmant, quæ Anna de Varingorum erga Augustos Byzantinos fidei integritate commemorat. *Dani* etiam dicuntur Alberto Aq. lib. IV, cap. 40.

(*a*) V. Nebridium a Mundelheim *Antiquarii monastici* epist. 119.

rebus semel decretis constantia hærentes quæcunque adversantia extrinsecus ingruant, contemnunt. Interrogabat igitur urbem circumiens quinam essent qui quibusque turribus insisterent? Ut autem cognovit nonnulla quidem propugnacula, iis qui dicuntur Immortales, credita (est ea maxime peculiaris militia Romani exercitus), alia obtineri a Barangis e Thule profectis, (Barbari sunt armati securibus), alibi præsidere Nemitzos, gentem et ipsam barbaram, sed olim subactam a Romanis, et socia cum ipsis arma ferre assuefactam: Alexio suasit ne Barangos neve Immortales aggrederetur. Hos indidem oriundos pro patria periclitari doctos a puero, sacramento insuper et singulari fiducia atque affectu imperatori obstrictos, mortem millies oppetituros potius quam ad aliquid in eum moliendum adducerentur. Illos bipenni-

A δὴ λέγω τοὺς πελεκυφόρους βαρβάρους), ἀλλαχόσε δὲ τοὺς Νεμίτζους (50) (ἔθνος δὲ καὶ τοῦτο βαρβαρικὸν, καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν), φησὶ πρὸς τὸν Ἀλέξιον παραινῶν, μήτε τοῖς Βαράγγοις ἐμβαλεῖν, μήτε τοῖς Ἀθανάτοις προσεμβαλεῖν. Οἱ μὲν γὰρ αὐτόχθονες ὄντες τῷ βασιλεῖ πολλὴν τὴν εἰς αὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἔχοντες εὔνοιαν, θᾶττον ἂν τὰς ψυχὰς παραδοῖεν ἢ πονηρόν τι κατ' αὐτοῦ μελετῆσαι πεισθήσονται· οἱ δέ γε ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντες (51) πάτριον παράδοσιν καὶ οἷον παρακαταθήκην τινὰ καὶ κλῆρον [53] τὴν εἰς τοὺς αὐτοκράτορας πίστιν καὶ τὴν τῶν σωμάτων αὐτῶν φυλακὴν ἄλλος ἐξ ἄλλου διαδεχόμενοι τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν ἀκράδαντον διατηροῦσι, καὶ οὐδὲ ψιλὸν πάντως ἀνέξονται περὶ προδοσίας λόγον.
B Τῶν δέ γε Νεμίτζων ἀποπειρώμενος, ἴσως οὐ πόῤῥω βαλεῖ σκοποῦ, ἀλλ' εὐτυχήσει τὴν εἴσοδον

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[53] Desunt voces καὶ κλῆρον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(50) *Τοὺς Νεμίτζους.* Ad imperatoris custodiam adhibitos Nemitzos testatur etiam Scylitzes in Romano Diogene. Guibertus Alexii defectionem describens lib. I *De gest. Dei* cap. 4: *Sed cum de officialibus palatii sub principe, qui, nisi fallor* (fallitur dubio procul), *Michael vocabatur, esset, et cuidam portioni plurimæ Occidentalium militum præesset, quos excellentiores apud Græcum imperatorem, et ad ejus custodiam magis contiguos, ingenita eorum probitas fecit, collecta ex subjectis militibus audacia, novas res contra ipsum principem moliri cœpit.* Natione Celtas fuisse Nemitzos scribit Zonaras, quo vocabulo non modo Galli, sed et
C Germani intelliguntur. Verum Nemitzos Germanis ascribit Leunclavius ad Glycam, aitque sic appellari Teutones, Slavorum lingua, et in *Pand. Turc.* cap. 63, ubi de Nemitzis hæc observat: *Habuerunt*, inquit, *vicinos Daci Germanos, puta Quados, Gothos, Gepidas, in quorum agro, qui nunc Cepisiensis dicitur, incolæ præsertim Casemarco vicini, se Nemetsassios nominant, voce de Nemetis (sic Ungari Germanos appellant, ut Wenedicæ nationes Nemitzos) et Sassiis composita, quæ Sassios seu Saxones Germanicos significat.* Quam viri doctissimi de Nemetzis sententiam fulcit Conradus abbas Usperg. scribens, Alexium Alemannorum ope imperium occupasse: *Hic est perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro per quorumdam Alemannorum conductitiorum auxilium depulso, imperium ejus usurpavit.* Germanos vero ad custodiam imperatorum longe ante hæc tempora fuisse delectos docet Lampridius in Alexandro Severo,
D quibus *Scurrarum* nomen tribuit, de qua voce multa habet Salmasius. Urbem *Nemetzi* dictam, quod a Nemetzis condita esset, circa Bohemiam statuit Dithmarus, lib. VII pag. 101.

(51) *Ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντες.* Nicetas de Varangis, οἱ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν. Secures inter arma bellica, quorum in præliis usus fuit, reponunt tactici omnes. Harum aliæ ancipites habebant, alteræ velut hastæ cuspidem. Leo in *Tact.* cap. 5 § 3: Ἕτερα τζικούρια ἀμφίστομα, ἐφ' ἑνὸς μέρους οἱονεὶ σπαθίον, ἐπὶ δὲ ἕτερον, οἷον ξίφος κονταρίου. cap. 6, § 11. Σζικούριον δίστομον, τὸ ἓν στόμα τάξιν σπαθίου ἐπίμηκες, καὶ τὸ ἕτερον τάξιν ξίφους κονταρίου, μακρὸν καὶ ὀξύ. Eadem habet § 25, et Constantin. in *Tact.* pag. 10. Alterum securis genus describitur a Leone, cap. 6, § 25: Τζικούρια ἕτερα, ἔχοντα τὸ μὲν στόμα κοπτὸν, τὸ δὲ ἕτερον στρογγύλον. Ejusmodi securim ἡμιπέλεκκαν vocabant Græci, τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνου μέρους ἔχον ἀκμὴν, ὃ καὶ δεξτράλιον καλοῦσι, ut est apud veterem Homeri interpretem. Qua quidem *dextralis* voce hac notione utitur Victor Uticens. lib. I *De persecut. Vandal.*: *Certatim ictibus dextralium aditum reserabant.* De tertia denique securis specie, hæc ibidem subdit Leo: Ἕτερα τζικούρια δίστομα, τάξιν πελεκίων. Prima ex his, a nostris *bisacuta* vulgo dicitur, quod esset ἀμφίστομος, seu δίστομος, id est, ex utraque parte haberet aciem. Ῥομφαίαν δίστομον in Apocalypsi cap. I, *gladium bis acutum* vertit D. Hieronym. epist. 1. Willelm. Brito, lib. II, Philip.

— Nunc clava caput, nunc vero bipennis
Excerebrat, sed nec bisacuta, sudisve, vel hasta,
Otia vel gladius ducit.

Eodem libro:

Ascia dum dextris, bisacuta securis, et ensis
Fulminat.

Et inter poetas nostrates, ille qui vixit an. 1376.

Trop bien fesoit la besaguē,
Qui est par les deux becs aiguē.

Alter:

A la grant besaguē que le vieillart porta,
Le conneut maintenant, cele part aprocha.

At secures Danicæ, cujusmodi affinguntur Varangis, ἑτερόστομοι fuerunt, hoc est, una tantum parte acie instructæ, ut illæ quæ apud Leonem dicuntur habuisse στόμα, alterum κοπτὸν, alterum στρογγύλον. Deferebant vero Dani secures suas in humero sinistro, ut auctor est Willelmus Malmesbur. lib. II *de gest. Angl.* cap. 12: *Securim Danicam in humero sinistro, hastile ferreum dextra manu gestantes*, et Rogerus Hovedenus, pag. 439: *Danicam securim auro argentoque redimitam in sinistro humero pendentem.* His quemadmodum in præliis uterentur, indicat Silvester Giraldus in *Topogr. Hibern.* part. III, cap. 10: *Securibus quoque amplis fabrili diligentia optime chalybatis, quos a Norwegiensibus et Ostmannis sunt mutuati* (utuntur Hiberni,) *una tantum manu, et non ambabus in securi percutiunt, pollice desuper manubrium in longum extenso, ictumque regente, a quo non galea caput in collum erecta, nec reliquum corpus ferrea loricæ tricatura tuetur.* A Danis igitur ejusmodi secures accepere Angli, Scoti, et Hiberni: unde et *Anglicas* vocat idem Malmesburiensis, lib. III, pag. 98. *Scoticas* Thomas Walsingh. pag. 105.

ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν τηρουμένου πύργου. Πείθεται A τοίνυν τὸ ἐντεῦθεν Ἀλέξιος τοῖς τοῦ Καίσαρος λόγοις, ὥσπερ ἐκ θείας ὀμφῆς τούσδε [54] δεξάμενος. Διά τινος οὖν ἀποσταλέντος παρ' αὐτοῦ τὸν ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων (52) κάτωθεν ἐπιμελῶς ἀνεζήτω [55]· ὁ δὲ ἄνωθεν προκύψας, πολλά τε εἰπὼν καὶ ἀκούσας, συντίθεται ταχὺ προδοῦναι τὴν πόλιν. Ἧκεν οὖν τὴν ἀγγελίαν ταύτην κομίζων ὁ στρατιώτης. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον τὸ παρ' ἐλπίδας, περιχαρεῖς γενόμενοι, μάλα προθύμως ἐπιβαίνειν τοῖς ἵπποις ἡτοιμάζοντο.

feros qui ferrum ex humeris suspenderent patrii moris tenacissimos homines famam inviolatæ in Augustos fidei, ad quorum ideo tutelam corporum adhibentur quasi transmissam a patribus pretiosissimam hæreditatem constantissime tueri solitos et paratos, ne primam quidem proditionis mentionem æquis admissuros auribus. In Nemitzis unam restare spem; eorum si animos idoneis promissis experiretur, non longe fortasse aberraturum a scopo, et ostendi commodum in civitatem ingressum per turrem quam illi tuerentur. Hæc non aliter quam ut oraculo missa Alexius accipiens, certum a se statim hominem ad ducem Nemitzorum destinat qui eum ex muri exteriori crepidine sursum allocutus, post multa ultro citroque verba de proditione mox perpetranda cum illo convenit: rediitque statim ad Alexium ille ipse miles inchoandi negotii electus interpres, ejusdem spe citius confecti nuntius: quo exhilarati duces alacriter se ad equos inscendendos comparabant.

Ἅμα δὲ τούτοις καὶ οἱ τοῦ Μελισσηνοῦ πρέσβεις B σφοδρῶς ἐπέκειντο ἀπαιτοῦντες τὸν ὑπεσχημένον χρυσόβουλλον λόγον. Καὶ ὁ Μαγκάνης εὐθὺς μετεκαλεῖτο κομίσων αὐτόν. Ὁ δὲ τὸν μὲν χρυσόβουλλον λόγον γεγραμμένον ἔχειν ἔλεγε, τὸ δέ γε χρησιμεῦον σκεῦος (53) εἰς [56] τὰς βασιλικὰς ὑπογραφὰς σὺν τῇ γραφίδι ἀπολωλεκέναι διισχυρίζετο, κρυφίνους [57] ὢν ἀνήρ, καὶ δεινὸς τὸ μέλλον ῥᾷστα προϊδεῖν, καὶ ἐκ μὲν τοῦ παρεληλυθότος θηρᾶσαί τι συνοῖσον, τὸ δέ γε ἐνεστὼς ἀκριβῶς διαγνῶναι καί, πρὸς ὅπερ ἂν βούλοιτο εὐφυῶς μετενεγκεῖν, ἐπισκιάσαι τὸ [58] πρᾶγμα, εἰ μὴ [59] θελήσῃ. Ἀνεβάλλετο γὰρ τὴν τοῦ χρυσοβούλλου γραφὴν ὁ Μαγκάνης [60], μετεώρους τὰς ἐλπίδας διδοὺς τῷ Μελισσηνῷ. Ἐδεδίει γάρ, μὴ τοῦ χρυσοβούλλου τάχιον ἢ προσῆκε [61] καταπεμφθέντος C αὐτῷ, ὃ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τούτῳ ἐχαρίζετο [62], τὸν Καίσαρα μὲν ἀποπέμψαιτο [63], τῆς δὲ βασιλείας ὅλως [64] ἐξέχοιτο, καθάπερ καὶ πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς διαμεμηνυκὼς ἦν, καὶ σπουδάσειέ τι θρασύτερον. Καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη καὶ τὸ μαγγάνευμα τοῦ Μαγκάνη [65] περὶ τὴν ἀναβολὴν τοῦ χρυσοβούλλου λόγου τοῦ Καίσαρος. Τούτων οὕτω τελουμένων καὶ τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος τὴν πρὸς τὴν πόλιν εἴσοδον, ὑποτοπάζοντες οἱ πρέσβεις τὸ δρᾶμα σφοδρότερον ἐνέκειντο, ἐξαιτούμενοι τὸν χρυσόβουλλον λόγον. Οἱ δὲ Κομνηνοί φασι πρὸς αὐτούς· *Ἐπεὶ ἐν χερσὶν ἤδη τὴν πόλιν ἔχοντες ἄπιμεν, ἐφ' ᾧ Θεοῦ ἐπαρήγοντος κατασχεῖν αὐτὴν* [66], *ἀπελθόντες ἀπαγγείλατε ταῦτα τῷ δεσπότῃ καὶ κυρίῳ ὑμῶν. Καὶ τοῦτ' ἐπειπόντες, ὡς εἴγε κατ' ἐλπίδας ἡμῖν* D *ἀπαντήσῃ* [67] *τὰ πράγματα, σοῦ πρὸς ἡμᾶς παραγενομένου* [68], *πάντα κατὰ ῥοῦν ἀκολουθήσεις, καὶ κατὰ τὸ ἡμῖν καὶ σοὶ βουλητόν*. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς πρέσβεις. Τὸν μέντοι Γεώργιον τὸν

Tali rerum articulo legati a Melisseno vehementer instabant ut promissum diploma ipsis aliquando exhiberetur. Nec penes principem mora erat; verum accersitus Manganes scriptum quidem se habere perfectum dixit, cæterum thecam ubi ea quæ sunt usui ad subscriptiones imperatorias asservari solent, una cum stylo ipso casu incommodo perditam non posse nunc quidem reperiri. Hæc ille dissimulator summus pro ea prudentia
63 qua futurum providere facillime, ex præterito utile aliquid venari, præsens demum accurate discernere, et in id quod ex usu esset dextre vertere consueverat: miro præditus artificio celandi, resque obvolvendi prætextibus quoties id factu bonum statuisset. Censebat autem e re tum esse si tenerentur adhuc suspensæ Melisseni spes; ad quem si aurea quam quærebat bulla, qua ipsi dignitas Cæsaris asserebatur, citius quam necesse erat mitteretur, periculum esset ne is honore delato non contentus, cupidiiate quam prius ostenderat imperialis ipsius fastigii efferri se sineret, et ab hac ambitione in facinus aliquod audax erumperet. Id veritus Manganes tali ludificatione diploma tunc quoque expedire differebat. Procuratores contra Melisseni qui portas urbis patefactas Comnenis cernerent; suspectasque ideo insidiarum et astuti artificii has moras haberent, incumbebant instantius in petitionem bullæ aureæ promissæ. At eos Comneni postremo hoc responso dimiserunt: *Quoniam urbem habemus in manibus, mox ejus Deo juvante potentes futuri, ite renuntiaturi idipsum vestro domino: illudque addite, si cepta nostra Deus fortunaverit facile ipso veniente ad nos omnia ex utriusque partis commodo conven-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[54] τούτους. [55] ἀνεζήτει. [56] πρός. [57] κρυψίνους. [58] τε. [59] μόνον. [60] Μαγγάνης. Sic semper. [61] προσῆκει. [62] κατεχαρίζετο. [63] ἀποπέμψοιτο. [64] ὅλος. [65] τῷ Μαγγάνῃ. [66] κατασχεῖν αὐτὴν Θεοῦ ἐπαρήγοντος. [67] ἀπαντήσει. [68] πρᾴου γενομένου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(52) *Ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων*. Qui infra Gilpractus nominatur. Hic nescio quem Flandrensem comminiscitur Ordericus Vitalis, lib. VII: *Per Raimundum Flandrensem, qui præcipuus custos et janitor urbis erat, consulto civium patefacta est.*

(53) *Χρησιμεῦον σκεῦος*. Vas scilicet in quo

cura. Ita expeditis Melisseni legatis Georgium Palæologum ad ducem Nemitzorum Gilpractum mittunt plenius exploraturum quid is animi haberet, et si plane in promissi exsequendi voluntate constantem animadverteret, signum Georgius condictum ederet ex turri, quo in idipsum intenti Comneni perspecto, statim copias in patentem portam immitterent. Perlibenter id sibi demandatum munus Georgius accepit, vir in primis strenuus; et cum ad omnes militares functiones, tum ad expugnationes civitatum tanto animo tantoque impetu ferri solitus, ut qui ei, quod Homerus Marti tribuit, murorum eversoris adjunctum accommodaret, nequaquam inferius merito ejus illi nomen tribueret. Interea Comneni armati ipsi, armatisque copiis perite ordinatis in aciem, versus urbem turmatim ferebantur. Cum igitur præcessisset Palæologus sub vesperam, interimque dum rem transigit ex sententia cum Gilpracto, eoque bene volente, in summam evadit turrim cum suis, Alexiani ad conspectum urbis instructa, ut dictum est, acie provecti castra palam metantur ac muniunt, speciem de industria offerentes quasi moram illic facturi essent. Verum ubi exiguo duntaxat nocturni temporis spatio consederunt eo loco, exsurgentes Comneni sic aciem struunt ut ipsi phalangis medium obtinerent cum lectis equitibus, et gravi armatura, **64** floreque ipso copiarum, velitibus circum dispositis : sicque lento gradu procedentes sub diluculum mœnibus se admovent, ferro stricto tanquam impetum facturi : quo scilicet eos qui stabant in propugnaculis subito metu percellerent. Eo ipso commodum puncto temporis cum signum ex alto Palæologus constitutum edidisset patefecissetque portas, mistim in urbem exercitus subiit, nullo militari ordine servato, sed temere quisque prout sors tulit cum clypeis, arcubus et hastis. Erat ea dies feria quinta majoris hebdomadæ, qua mysticum Pascha sacrificamus simul et comedimus, indictione quarta, anno sexies millesimo quingentesimo octogesimo nono, mense Aprili, quando universus exercitus peregrinis et indigenis copiis

A Παλαιολόγον πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων Γιλπράκτον ἐξέπεμψαν, ἀπόπειραν ποιήσασθαι τῆς γνώμης Γιλπράκτου, καὶ, εἰ διαγνοίη προθυμούμενον δέξασθαι κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοὺς Κομνηνοὺς, τὸ δοθὲν αὐτῷ σύνθημα ποιῆσαι, ὅπερ αὐτοὶ μὲν θεασάμενοι ἐπισπεύσουσι τὴν εἰσέλευσιν, αὐτὸς δὲ εἰς τὸν πύργον ἀνελθὼν, θᾶττον αὐτοῖς τὰς πύλας ὑπανοίξει. Ὁ δὲ [69] προθύμως τὴν πρὸς τὸν Γιλπράκτον ὁδοιπορίαν ἀνεδέξατο, πρόθυμος ὢν ἀνὴρ εἰς τὰς [70] πολεμικὰς πράξεις καὶ πόλεων ἐκπορθήσεις. καὶ τοῦτ' αὐτὸ, τειχεσιπλήτης αὐτόχρημα, εἶπες ἂν, ὃ περὶ Ἄρεος Ὅμηρος (Il. ε). Οἱ δὲ Κομνηνοὶ ὁπλισάμενοι καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν ἐμπείρως πάνυ καταστησάμενοι, βραδεῖ ποδὶ στείχοντες, ἰλαδὸν πρὸς τὴν πόλιν ἀπῄεσαν. B Ἑσπέρας οὖν πελάσας τῷ τείχει ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος, καὶ σύνθημα ἀπὸ τοῦ Γιλπράκτου λαβὼν, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν πύργον μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Οἱ δέ γε ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον τέως μὲν βραχύ τι πρὸ τῶν τειχῶν γεγονότες χάρακά τε βάλλονται καὶ στρατοπεδεύουσι λαμπρῶς. Καὶ βραχύ τι μέρος τῆς νυκτὸς ἐπ' αὐτοῦ αὐλισάμενοι, τὸ λοιπὸν αὐτοὶ τὸ μεσαίτατον εἶχον τῆς φάλαγγος ἅμα τοῖς τῶν ἱππέων ἐπιλέκτοις καὶ τῇ κρείττονι στρατιᾷ, τό τε ψιλὸν διατάξαντες, βάδην τε προϊόντες κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον πρὸ τῶν τειχῶν ἀθρόον καθίστανται. Καὶ πολέμου σχῆμα διατυπώσαντες ἐσιδηροφόρουν ξύμπαντες, ἵνα τοὺς ἐντὸς καταπλήξαιεν. Σύνθημα δὲ ἄνωθεν δόντος αὐτοῖς τοῦ Παλαιολόγου, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντος, συμμίγδην C εἰσῄεσαν, οὐ σὺν εὐταξίᾳ στρατιωτικῇ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἀσπίδας καὶ τόξα καὶ δόρατα φέροντες. Ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη (54) ἦν ἡ μεγάλη, καθ' ἣν τὸ μυστικὸν Πάσχα θύομεν ἅμα καὶ ἐστιώμεθα, ἐπινεμήσεως τετάρτης ἔτους ͵ϛφπθ' μηνὸς Ἀπριλίου [71]. Καὶ οὕτως ἅπαν τὸ στρατόπεδον ἐκ ξενικῆς τε καὶ ἐγχωρίου δυνάμεως, ἔκ τ' αὐτοχθόνων καὶ τῶν παρακειμένων χωρῶν συνεληλυθὸς, τὴν πόλιν ἐκ πολλοῦ παντοίοις εὐθηνοῦσαν εἴδεσιν, ἐξ ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης συνεχῶς ἀρδομένην γινώσκοντες, ἐν βραχεῖ χρόνῳ εἰσεληλύθασι [72] διὰ τῆς Καρσίου πύλης (55) ἁπανταχοῦ σκεδασθέντες περί τε τὰς λεωφόρους, περί τε τὰς τριόδους καὶ ἀμφόδους,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[69] δὲ μάλα. [70] Deest vocula τάς. [71] μηνὶ ἀπριλλ. [72] χρόνῳ διὰ τῆς χαρσίου πύλης εἰσεληλύθασιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

asservabatur sacrum encaustum ex murice, aut cinnabari confectum, seu liquor purpureus, quo imperatores bullas et epistolas subscribebant : quod quidem aureum et gemmis distinctum depingit Nicetas in Manuele, lib. III, n. 4. Δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον. *Calamarium aureum margaritis et pretiosissimis gemmis insignitum*, dixit Petrus Diac. lib. IV, *Chron. Cassin.* cap. 13, idque cum caniculi formam effigiemque præferret, inquit Alamannus, ob id *caniculus* est appellatum, et a caniculo erat, qui Cæsari ejusmodi vas purpuramentarium ministrabat. Sed de caniculo plura nos infra ad pag. 358.

(54) *Ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη*. Capta est Constantinopolis ab Alexio anno a mundo condito juxta Græcos, 6589 ; Christi, 1081, indict. 4 april. 1.

D Feria V majoris hebdomadæ. Eusebius Pamphili in *Basilico*, de Alexio : Οὗτος ἦρξε τῆς βασιλείας ἀπὸ τοῦ ͵ϛφπθ' ἔτους, Ἰνδικτιῶνος δ', καὶ μηνὸς Ἀπριλλίου α', τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, ὅτε καὶ ἡ ἁρπαγὴ γέγονε. Atque hinc supplenda littera numeralis, α', apud Annam, post vocem Ἀπριλίου. Vide pag. 295.

(55) *Διὰ τῆς Χαρσίου πύλης*. Porta Charsiæ una fuit e Mediterraneis, ita nuncupata a Charsia Venetæ factionis duce, qui Theodosio Juniore imperante murorum urbis instauratore, una cum Eulampio Prasinæ factionis principe ædificandorum mœnium curam suscepit, ut est apud Codinum, in *Orig. CP*. Occurrit Charsiana porta apud Theophanem et Cedrenum in Apsimaro et Rhi-

μὴ οἰκιῶν, μὴ ἐκκλησιῶν (56), μηδὲ αὐτῶν τῶν ἱερῶν A ἀδύτων τὸ παράπαν φειδόμενοι, ἀλλὰ λείαν πολλὴν ἐκεῖθεν ἐπισυνάγοντες· τοῦ μέντοι ἀποκτείνειν μόνου ἀφιστάμενοι, τὰ δ' ἄλλα πάντα ἰταμῶς πάντη καὶ ἀναισχύντως ποιοῦντες. Τὸ δὲ δὴ χεῖρον ὅτι οὐδὲ οἱ αὐτόχθονες τῶν τοιούτων ἀφίσταντο πράξεων, ἀλλ' οἷον ἐκλαθόμενοι ἑαυτῶν, καὶ τὰ σφῶν ἤθη ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀμείψαντες, ἀνερυθριάστως καὶ αὐτοί, ἅπερ οἱ βάρβαροι ἔπραττον.

constans in civitatem quam ex longo referiam norant opibus omnis generis, terrestribusque juxta ac maritimis proventibus divitem magna prædandi cupiditate per obliquam et inobservatam portam penetrans, per omnes plateas ejus vicos et angiportus innumerabiles et inæstimabiles clades sparsit. Non a domibus, non ab ecclesiis, ac ne a sacris quidem omnino adytis coercita rapacitas est, plane ubicunque præda erat, secura religionis avaritia armata grassabatur. Cædibus modo temperatum est: cætera crudelitati libidinique frena laxata. Atque id, quod pejus erat, nihilominus aut verecundius miles indigena quam Barbarus perpetrabat. Adeo cives ipsi sui obliti patriæque in ejus viscera per omnem contumeliam debacchabantur.

Ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος ὁρῶν, καὶ ὡς τὰ B κατ' αὐτὸν ἐν στενῷ κομιδῇ κατήντηκεν, ἀπό τε τῆς δύσεως πολιορκουμένης τῆς πόλεως ἀπό τε τῆς ἕω[73] Νικηφόρου τοῦ Μελισσηνοῦ περὶ τὴν Δάμαλιν ἤδη αὐλιζομένου, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, τῷ Μελισσηνῷ προτεθύμητο τῶν πρωτείων μᾶλλον παραχωρῆσαι. Κατασχεθείσης δὲ τῆς πόλεως ἤδη παρὰ τῶν Κομνηνῶν, μετακαλεσάμενός τινα τῶν πιστοτέρων αὐτοῦ[74], παρεκελεύετο[75] τὸν Μελισσηνὸν εἰσάγειν εἰς τὰ βασίλεια, ᾧτινι συνείπετο καὶ σπαθάριός τις (57) ἀνὴρ μαχιμώτατος. Πρὸ δὲ τοῦ φθάσαι εἰς ἔργον τὸν λόγον, ἡ μὲν πόλις ἑάλω, ὁ δὲ Παλαιολόγος, ἕνα τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀναλαβόμενος, πεζῇ κάτεισιν ὡς πρὸς θάλασσαν πορευόμενος. Περιτυχὼν δέ τινι ἀκατίῳ εἴσεισιν εὐθὺς καὶ τοῖς ἐρέταις παρεκελεύετο, ὅπου ὁ στόλος κατὰ τὸ εἰθισμένον προσώρμιστο, C ἀπευθῆναι[76] τὸ σκάφος. Ἐγγίζων δὲ ἤδη πρὸς τὴν περαίαν[77], ὁρᾷ τὸν παρὰ τοῦ Βοτανειάτου ἀποσταλέντα, ἐφ' ᾧ τὸν Μελισσηνὸν διαπεραιῶσαι τὸν στόλον εὐτρεπίζοντα, καὶ τὸν σπαθάριον ἐντὸς μιᾶς

Hæc videns imperator Nicephorus seque plane deprehensum in arcto sentiens, undique obses a civitate, Comnenis ab occidente instantibus Melisseno ad Damalim castra habente, diu pendulus animi quid in tam lubrico rerum articulo consilii caperet, decrevit tandem experiri potius clementiam Melisseni, et ipsi oblato principatu eum sibi adjungere conari. Id consilium antea conceptum jam capta civitate sero denique aggressus exsequi, accersitum quemdam e sibi fidissimis misit qui Melissenum in palatium induceret. Comes ibat isti nuntio Spatharius quidam vir fortissimus. Capta sub id tempus urbe Palæologus uno e suis secum assumpto progressus ad mare casu occurrentem naviculam ingreditur, remigibusque imperat recta in eum locum scapham provehant ubi classis consuetam habebat stationem. Appropinquabat jam adverso littori emenso fere trajectu, cum eum videt quem diximus a Botaniate missum classem expedire ut ea Melissenum mox in urbem at-

Variæ lectiones. ex cod. Coislin.

[73] Desunt voces. [74] πιστοτέρων θεραπόντων αὐτοῦ. [75] παρεκελεύετο διὰ τοῦ στόλου τόν. [76] ἀπευθῦναι. [77] κεραίαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

nominato, Nicetam in Isaac. lib. I, n. 6. Paulum Diac. lib. XX, XXII et XXIV. *Hist. Misc.*; Pachymerem lib. X, cap. 8; Cantacuz. lib. III, cap. 85; Ducam, cap. 37 et 39, et alios. Eamdem putat Leunclavius, quæ ultimis temporibus, et ante expugnatam a Turcis Constantinopolim, *Caligarea* appellata fuit, a caligariis, sive sutoribus ad hanc portam habitantibus. Qui quidem locus idem etiam forte qui Τζαγγάρια apud Theophanem de seditione Victoriatorum scribentem; Τζάγγαι enim calcei sunt, seu cothurni, ut pridem **259** monuerunt viri docti. De caligariis Constantinopolitanis agit Benjaminus Tudelensis, ubi de Constantinopoli.

(56) *Μὴ Ἐκκλησιῶν*. Guillelmus Apuliensis, lib. IV.

Regni sede senex hac tempestate repulsus
Prædictus fuerat, bellator Alexius illum
Expulit iratus, quia non injuria fratris
Propter eum dimissa fuit, qui viribus auxit
Imperium totis, tot nactus ab hoste triumphos.
Omnibus imperii legionibus huic comitato,
Præsidiis vacua facilis labor urbe reperta
Est superare senem. Fit monachus ille coactus.
Deprædanda tribus datur urbs invasa diebus,
Dux quibus exiterat, manibus quoque sancta nefandi
Atroces per se loca non violare verentur.

Vide Leonem Ost. lib. III, cap. 54, et Annam, lib. III, pag. 80, 81.

(57) *Σπαθάριός τις*. A spatha spatharii dicti. Est autem spatha, major gladius, Vegetio, lib. II, cap. 15, qualem Carolo M. tribuit monachus Sangall. lib. I, cap. 26; lib. II, cap. 11, 17, 19 et 23. Spathariorum vero in palatio officium erat imperatorii corporis custodia, ad quod admissi tantum D nobiliores: unde *gloriosi spatharii* dicuntur Alcuino epist. 3, crebroque ab imperatoribus ad principes legati missi, in *Annal. Franc.* an. 802, 811, etc. His præerat *protospatharius*, qua dignitate functus, Alexio imperante, dicitur nescio quis *Ravendinos*, apud Ordericum Vitalem, lib. X et XI, pag. 778 et 830, qui forte idem cum Radino, qui præfectum urbi egit, de quo Anna, lib. III, pag. 70. Diversi porro a spathariis fuere milites, quos σπαθάτους vocat Africanus, *De apparatu bell.* functione præsertim. Nam spatharii proprie dicti, palatinæ custodiæ addicti; spathati vero universim milites spatha armati, seu *spatha cincti*, uti eos appellat Ennodius, epigr. 132. Iidem etiam *spatharii*, qui aliis *armigeri*. Sic Narses qui Corippo *armiger*, Marcellino comiti et auctori *Chronici Alex. spatharius*; et apud Anastasium in S. Martino PP Olympii exarchi satelles, promiscue *armiger* et *spatharius* dicuntur.

que in regiam transportaret. Comes porro ejus Spatharius unam armatarum ad **65** usus bellicos navium intraverat. Hunc longe Palæologus agnitum, quippe olim sibi familiarem propius accedens consueta illa percontatur unde et quo iret, ac ut se in navem admittat petit. Metuens Spatharius quod Palæologum cum scuto et gladio cerneret : Libenter te acciperem, respondit, nisi viderem armatum. Ne sit hoc in mora Georgius inquit, En acinacem protinus et arcum si recipere annuis insuper et galeam abjicio. Securus eo pignore Spatharius Palæologum in navem accipit, officiose amplectens atque osculans veterem amicum. At is vir vehemens cunctandique nescius, ne minimam quidem moram interposuit quominus destinatum exsequeretur. Insiliens quippe in proram sic remiges alloquitur : *Quid agitis, quove pergitis malorum institores ingentium quæ in vestra ipsorum capita recident. Civitas, ut videtis, capta est. Magnus qui modo erat domesticus nunc est imperator acclamatus; armatos novi Augusti satellites cernitis, proclamationem ejus qua fora omnia personant auditis; non est alteri locus in throno regio. Bonus Botaniates. esto. Sed multo Comneni meliores. Numerosus Botaniatis exercitus, at longe noster numerosior. Non igitur oportet vestram ipsorum vitam, uxoresque ac liberos prodere vos, sed animadverso civitatis statu per quam totus noster vagatur exercitus palam signis erectis liberaque voce Alexium imperatorem ferens, illumque ipsum insignibus imperii ornatum usque in ipsas jam palatii fores prosecutus, proram vertentes accedite victori, et certamen vestra pernicie, si obsistere pergitis, duraturum matura deditione dirimite, conditione vestra tanto futura meliore; quod si arripitis bene merendi occasionem novus princeps victoriæ suæ partem vestro beneficio debiturus est.* His persuasi nautæ omnes in ejus sententiam transeunt; cum autem id spatharius moleste ferret, Georgius, quippe homo bellator et manu promptus, forti ei voce minatus est sese illum si renuere pergeret repente supra foros navis astricturum vinculis, forte etiam inde præcipitem in profundum abjecturum. Mox acclamationem Alexii præit, quam alacriter excepere prosecutique sunt remiges. Quoniam vero nondum quiescebat Spatharius correptum illum et toto nisu reluctantem majore vi domans in navis constratæ tabulato, ut dixerat, vinctum deposuit. Paulum inde promovens clypeo acinaceque resumpto, eo appellit ubi classis erat, cujus omnes vectores nautasque imperatorem acclamare Alexium magna voce præiens impulit. Porro eum cui negotium Botaniates dederat classis

A τῶν πολεμικῶν νηῶν. Γνωρίσας οὖν αὐτὸν πόῤῥωθεν πάλαι συνήθη τοῦτον ἔχων, παραπλεύσας καὶ προσειπὼν αὐτῷ τὰ συνήθη, ἐπυνθάνετο ὅθεν καὶ ὅπη πορεύεται, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ ἀναλαβέσθαι αὐτὸν ἠξίου. Ὁ δὲ Σπαθάριος ξιφήρη τοῦτον ὁρῶν καὶ ἀσπίδα κατέχοντα, δειλιάσας φησὶ πρὸς αὐτόν· Εἰ μή σε οὕτω καθωπλισμένον ἑώρων, περιχαρῶς ἂν ἐδεξάμην. Ὁ δὲ μάλα προθύμως καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν ἀκινάκην καὶ τὴν κόρυθα ἀποθέσθαι κατετίθετο, εἰ μόνον θελήσει τοῦτον ἀναλαβέσθαι. Ὡς δὲ καταθέμενον αὐτὸν τὰ ὅπλα ὁ Σπαθάριος ἐθεάσατο, παρεκεχωρήκει τηνικαῦτα αὐτῷ τῆς εἰς τὸ ἴδιον πλοῖον εἰσελεύσεως, καὶ περιπλακεὶς κατησπάζετο μάλα περιχαρῶς. Ὁ δὲ Παλαιολόγος, ὀμβριμοεργὸς ὢν ἀνὴρ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ περιμείνας, ἔργου ἥπτετο.
B Καὶ ὡς τὴν [78] πρώραν ἁλλόμενος τοὺς ἐρέτας ἐπυνθάνετο, *Τί, λέγων, ποιεῖτε, καὶ ὅπη πορεύεσθε κατὰ τῆς σφῶν κεφαλῆς κακὰ μέγιστα ἐπενεγκεῖν πραγματευόμενοι; Ἡ πόλις, ὡς ὁρᾶτε, ἑάλω. Ὁ ποτὲ μέγας δομέστικος, νῦν βασιλεὺς ἀνηγόρευται, καὶ τοὺς ὁπλοφόρους ὁρᾶτε, καὶ τῆς εὐφημίας ἀκούετε· καὶ οὐκέτι χώραν ἕτερος ἐν τοῖς βασιλείοις ἕξει. Καλὸς μὲν οὖν ὁ Βοτανειάτης, ἀλλὰ καὶ οἱ Κομνηνοὶ πολλῷ κρείττονες. Πολλὴ ἡ τοῦ Βοτανειάτου στρατιὰ, ἀλλὰ πολλαπλάσιος ἡ ἡμετέρα. Οὐ χρὴ τοιγαροῦν τὴν σφῶν αὐτῶν ζωὴν, τάς τε γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας προδοῦναι, ἀλλὰ δὴ τὴν πόλιν περιαθρήσαντας, καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν ἐντὸς αὐτῆς*
C *θεασαμένους, τάς τε σημαίας καὶ τὴν εὐφημίαν λαμπρὰν γινομένην ἀκούοντας, τόν τε ποτὲ μέγαν δομέστικον νῦν βασιλέα τοῖς βασιλείοις πελάζοντα καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤδη περιζωννύμενον, πρύμναν τε κρούσασθαι, ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιησαμένους αὐτῷ προσελθεῖν.* Οἱ δὲ τηνικαῦτα τοῖς τούτου λόγοις ὑπείξαντες, πάντες τῆς αὐτοῦ γνώμης γεγόνασι. Τοῦ δὲ Σπαθαρίου δυσχεραίνοντος, ἠπείληκεν [79] ὁ ξιφηφόρος οὗτος Γεώργιος ὁ Παλαιολόγος αὐτοῦ που ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῆς νεὼς δεσμήσας καταλαβεῖν [80], ἢ κατὰ τοῦ βυθοῦ ῥίψαι. Εὐθὺς οὖν τῆς εὐφημίας ὁ Παλαιολόγος ἐξῆρχε, καὶ σὺν αὐτῷ οἱ ἐρέται. Τὸν δὲ Σπαθάριον καὶ μὴ βουλόμενον καὶ δυσχεραίνοντα [81], κατὰ τοῦ καταστρώματος δεσμήσας [82] κατέθηκεν. Παραπλεύ-
D σας δὲ μικρὸν, ἀναλαμβάνεται τόν τε ἀκινάκην καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ οὕτω προσορμίζει ὅπου ὁ στόλος καὶ πάνδημον ἐποιεῖτο ἤδη τὴν εὐφημίαν. Ἐντυχὼν δὲ καὶ τῷ ἀποσταλέντι παρὰ τοῦ Βοτανειάτου, ἐφ' ᾧ τὸν στόλον ἀναλαβέσθαι, καὶ διαπεράσαι τὸν Μελισσηνὸν, εὐθὺς κατέσχεν αὐτὸν, καὶ λῦσαι τὰ πρυμνήσια παρεκελεύετο τοῖς ναυτικοῖς. Ἀποπλεύσας οὖν ἐκεῖθεν σύναμα τῷ στόλῳ καταλαμβάνει τὴν ἀκρόπολιν (58), τὴν εὐφημίαν λαμπρὰν ποιούμενος.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] πρὸς τήν. [79] ἠπείλησεν. [80] δεσμότην καταβαλεῖν. [81] δυσχεραίνοντα καὶ μὴ βουλόμενον. [82] δεσμώτην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Τὴν Ἀκρόπολιν.* Exstitit Acropolis Constantinopolitana ad orientem in prima urbis regione, et in primo colle, e regione Scutarii, sive Damalici promontorii, in extremo urbis angulo, qui

Κἀκεῖσε τοῖς ἐρέταις παύσασθαι τῆς εἰρεσίας διε- A κελεύετο, καὶ ἀτρεμοῦντας ἑστάναι, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας πειρωμένους [83] διαπερᾷν, ἀπείργειν. Μετ᾽ ὀλίγον δὲ πλοῖον θεασάμενος πρὸς τὸ μέγα παλάτιον (59) καταῖρον, τοῖς τοῦ ἰδίου πλοίου ἐρέταις κελεύσας σφοδρὰν τὴν εἰρεσίαν ποιήσασθαι, φθάνει τοῦτο. Καὶ ὡς τὸν ἴδιον ἐθεάσατο ἐν αὐτῷ πατέρα, ἀναστὰς εὐθὺς τὴν προσήκουσαν γονεῦσι προσκύνησιν αὐτῷ ἀπεδίδου. Ὁ δὲ οὐ περιχαρῶς αὐτὸν ἐθεάσατο, οὔτε μὴν γλυκερὸν φάος ὠνόμασε καθάπερ ποτὲ ὁ Ἰθακήσιος Ὀδυσσεὺς τὸν Τηλέμαχον θεασάμενος (Ὀδ. π. 23). Ἐκεῖ γὰρ συμπόσιον καὶ μνηστῆρες, καὶ ἅμιλλα, καὶ νευρὰ, καὶ τόξον, καὶ ἆθλον τῷ νικήσαντι ἡ σώφρων ἔκειτο Πηνελόπη, καὶ ὁ Τηλέμαχος οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλ᾽ ὡς υἱὸς πατρὶ ἐπαρήγων εἰσῄει. Ἐνταῦθα δὲ μάχη καὶ πόλεμος καὶ ἀντικαθιστάμενοι B πρὸς ἀλλήλους κατὰ γνώμην ἦσαν ἄμφω. Καὶ ἡ θατέρου ἅτερον οὐκ ἐλάνθανε σχέσις, κἂν εἰς ἔργον οὔπω τὰ τῆς γνώμης ἀπέβαινεν [84]. Ἔνθεν τοι καὶ μωρὸν αὐτὸν καλέσας [85] ἐπυνθάνετο λέγων· *Τί ὧδε ποιήσων ἥκεις;* Ὁ δὲ φησίν· *Ἐπειδὴ* [86] *σὺ ὁ ἐμοῦ πυνθανόμενος εἶ, οὐδέν.* Καὶ ὃς πρὸς αὐτόν· *Ἀνέχου μικρὸν, καὶ εἴ μου ὁ βασιλεὺς ὑπακούσει, γνώσῃ μετ᾽ οὐ πολύ.* Φθάσας οὖν ὁ ῥηθεὶς Νικηφόρος Παλαιολόγος [87] εἰς τὰ ἀνάκτορα, ἐπεὶ ἐσκεδασμένους ἑώρα τοὺς ξύμπαντας, καὶ περὶ συλλογὴν τῶν χρημάτων ἠσχολημένους, εὐκαταγωνίστους αὐτοὺς οἰόμενος, ᾐτεῖτο τὸν Βοτονειάτην δοθῆναί οἱ τοὺς ἀπὸ τῆς Θούλης νήσου Βαρβάρους [88], ὥστε δι᾽ αὐτῶν ἐξωθῆσαι τῆς πόλεως τοὺς Κομνη- C νούς. Ὁ δέ γε Βοτανειάτης, ἅπαξ τὰ περὶ αὐτὸν ἀπεγνωκὼς, ἐσχηματίζετο μὴ θέλειν ἐμφύλιον γενέσθαι πόλεμον. *Ἀλλ᾽ εἴ γε πείθῃ μοι, Νικηφόρε,* φησὶν, *ἐπεὶ εἴσω τῆς πόλεως γεγόνασιν οἱ Κομνηνοὶ, ἄπελθε πρὸς αὐτοὺς πρεσβεύων τὰ πρὸς εἰρήνην.* Ὁ δὲ δυσανεσχετῶν, ὅμως ἀπῄει.

ad Melissenum advehendum ducendæ ibi offendens captum detinuit; nautisque statim præcepit retinacula solverent. Quo facto cum classe **66** omni arcem occupat; ibique splendida lateque celebri Alexii Augusti proclamatione repetita, nautas omisso remigio jussit immotos quiescere. Quod ita fieri volebat ut tanto certius Orientales Melisseni copias qui non nisi hac classe trajicere poterant, freti transitu arceret, quem illæ affectabant plurimum. Paulo post cum navem vidisset ad magnum palatium euntem, Georgius, repente nautis qui in eo in quo forte tum fuit navigio erant, remigium ut quammaxime intenderent imperat. Brevi ergo navim prius visam assecutus, patrem in ea suum præter spem ac votum invenit; cui cum statim exsurgens eam quæ parentibus debetur venerationem exhibuisset, non eum ille blande intuitus est, nec dulce lumen appellavit, ut olim Ithacensis Ulysses Telemachum primum a reditu visum; ibi enim convivium et proci, et certamen, et nervi, et arcus, et præmium victori pudica Penelope proposita, et Telemachus non hostis, sed patri suppetias filius veniens: hic vero pugna et bellum et commissis ambo sententiis in partes contrarias adversis studiis distracti: nec alterum alterius cogitatio latebat, tametsi nondum in opus apertum, animi consilium prodierat. Prior ergo pater postquam stultum appellavit filium: *Quid hic*, inquit, *facturus venis?* Cui Georgius: *Quandoquidem qui me interrogas pater meus es, nihil.* At pater: *Expecta*, inquit, *paulullum; et si quidem me imperator audiet, brevi scies quam te merito stultum vocaverim.* His dictis institutum iter tenens Nicephorus Palæologus venit in regiam: unde sparsos temere per urbem et prædæ studio palantes Alexianos animadvertens, recte ut tunc erant deleri facile posse existimans, a Botaniate petebat, daret sibi oriundos ex Thule insula Barbaros: cum iis se Comnenos ejecturum civitate promittens. Verum Botaniates in semel concepta rerum suarum desperatione perseverans, abhorrere se a civili bello prætexebat. *Sed si mihi credis Nicephore*, inquit, *quandoquidem in civitatem ingressi Comneni sunt, illos a me conveni pacis aliquam rationem cum ipsis initurus.* Gravis ea legatio Palæologo fuit; obivit tamen licet perinvitus.

Ὡς δὲ εἰσελθόντες οἱ Κομνηνοὶ τεθαῤῥηκότες ἤδη ἐκαρτέρουν περὶ τὸ πεδίον τοῦ μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ καλουμένου τοῦ Συκεώτου (60), βουλευόμενοι ἢ [89] χρὴ πρότερον ἀπελθεῖν εἰς τὰς D

Interim Comneni quoniam ingressi erant urbem omnia jam tuta, et navigare se in portu rati, circa planitiem magni martyris Georgii qui Syceotes dicitur, satis secure consultabant, an ad matres

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] πειρώμενοι. [84] ἐπέβαινεν. [85] καλέσας αὐτόν. [86] ἐπεί. [87] ὁ Παλαιολόγος. [88] βαραγγους. [89] εἰ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

a templo vicino, S. Demetrii vocatur; unde Μεγαδημήτριον ἀκρόπολιν, seu *Acropolim S. Demetrii* appellat Ducas, cap. 38 et 39, ubi olim ante instauratum Byzantium similis, si non eadem fuerat, ut auctor est Xenophon, et Codinus in *Orig. CP.* et ubi Bosporus impetu maximo ad ipsam crepidinem collis (in quo Eskisaraium, seu novum Saraium hodie positum est) in Propontidem irruit. V. Gyllium in *CP.* lib. II, cap. 2, et Leuncl. cap. 139.

(59) *Μέγα Παλάτιον.* Quod ea tempestate Constantinianum appellatum scribunt Odo de Diogilo, lib. IV, et Will. Tyrius, lib. XX, cap. 25, ad littus Propontidis, haud procul ab Acropoli et Sophiana æde inædificatum. Vide Notas nostras ad Villhard.

(60) *Γεωργίου Συκεώτου.* Superest etiamnum D. Georgii ædes in Sycis, sive Galatino oppido, uti testatur Mart. Crusius in Not. ad Malaxum.

ipsorum salutatum accursuri prius essent; an potius in palatium recta pergerent. Quo Cæsar cognito per quemdam e suis famulis illico missum graviter increpuit deliberationes otiosas imprudentesque moras. Castigata ergo tarditate strenue pergentibus occurrit circa domum Iberitzæ Nicephorus Palæologus eum mandatis Botaniatæ, quæ ipsius nomine ejusque assumpta persona sic exposuit: **67** *Senex ego jam et solus sum, non filium, non fratrem, non consanguineum habens ullum quem ut successurum intueri queam. Si ergo volueris* (*ad novum imperatorem Alexium sermonem dirigens*) *tu esto mihi adoptivus filius: et ego nihil minuam ex iis quæ tuas partes militiamque sequentibus promisisti, large omnia quantacunque sint præstabo; nec partem ullam imperatoriæ potestatis usurpabo tanquam mihi communem tecum: sed ea tibi omni in solidum relicta unam tantum imperii speciem nomine duntaxat tenus, acclamationeque ac rubris calceis satis habebo retinere, quibus addo habitationem in palatio, libera administratione rerum plane omnium in tuo plenissime arbitrio relicta.* His Comneni auditis verba sibi aliqua excidere passi sunt quæ speciem præferent non abhorrentium. Id cum audisset Cæsar repente accurrit minaci vultu, incitaturus etiam atque etiam ad palatium sublata omni mora invadendum. Ut apparuit dextera porta domum subiens, Comneni desilientes ex equis obviam illi pedites occurrunt, quos ille torvo fixos intuitu graviter objurgabat: *Quid cessarent? cur infinita cunctatione pendere, periclitari, corrumpi sinerent spem ac successum inchoati negotii, sola, quam tandiu differrent, principalium ædium occupatione perpetrandi.* Sic querens atque expostulans videt a læva parte ingredientem Palæologum Nicephorum cui pari vultu, nec obtutu magis placido: *Quid tibi cum his?* inquit, *quidve acturus huc venis, consocer? nihil quidem ut video perfecturus*, ait Palæologus. Simul exposuit eadem quæ prius a Botaniate mandata in id obfirmante animum ut saltem umbram aut speciem imperii servaret, appellatione, rubris calceis, purpura, domus regiæ usu contentam, toto imperio universaque administratione rerum adoptionis nomine Alexio delata relictaque: homo alioqui senex et nullius tam rei, quam quietis otiique cupidus. Hunc talia memorantem Cæsar acribus intuens oculis, superciliisque attractis: *Abi*, ait, *renuntia imperatori ea fortasse utiliter offerri potuisse ante captam urbem. Nunc seram mercis addictæ licitationem esse, nec*

A σφῶν μητέρας, καὶ τὴν συνήθη προσκύνησιν κατὰ τὸ εἰθισμένον αὐταῖς ἀπονεῖμαι, εἶθ' οὕτω πρὸς τὰ βασίλεια χωρῆσαι, μαθὼν ὁ Καῖσαρ ἀποστείλας τινὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἠπειλήσατο, τῆς βραδυτῆτος τούτους πολλὰ καταμεμψάμενος. Εὐθὺς οὖν ἀμφὶ [90] τὸν οἶκον τοῦ Ἰβηρίτζη (61) γενομένων, καταλαμβάνει Νικηφόρος ὁ Παλαιολόγος λέγων· Ὁ βασιλεὺς ὑμῖν τάδε μηνύει· *Γέρων μὲν ἐγὼ ἤδη καὶ μόνος, μήθ' υἱὸν κεκτημένος, μήτ' ἀδελφὸν, μήτε τινὰ τῶν γνησίων, καὶ εἰ βούλει* (*πρὸς τὸν ἀρτιφανῆ βασιλέα τὸν Ἀλέξιον ἀποτείνων τὸν λόγον*) *σὺ γενοῦ μοι θετὸς υἱός. Κἀγὼ οὐκ ἀφέλωμαί τι ὧν ἑκάστῳ τῶν συστρατευομένων σοι πεφιλοτίμησαι* B *οὐδέ τινός σοι ἐξουσίας ἐπικοινωνήσω βασιλικῆς, ἀλλὰ μόνον ἔσομαι ψιλοῦ τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος, καὶ τῆς εὐφημίας, καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ διαναπαύεσθαι εἰς τὰ ἀνάκτορα. Σοὶ δὲ ἡ τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων μελήσει πάντως διοίκησις.* Πρὸς ταῦτα οἱ Κομνηνοὶ ῥήματά τινα συγκαταθέσεως ἐμφαντικὰ ἐνέφαινον· ἅπερ ἐνωτισθεὶς ὁ Καῖσαρ, φθάνει τάχος πρὸς αὐτοὺς ἐπαπειλούμενος, καὶ πρὸς τὰ βασίλεια κατεπείγων. Ὡς δὲ δεξιόθεν τῆς αὐλίδος εἰσῄει, ἐξελθόντες οἱ Κομνηνοὶ συναντῶσι πεζεύοντι αὐτῷ. Ὁ δὲ πολλὰ τούτους ἐμέμφετο. Ἀτενίσας δὲ ἐν τῷ εἰσιέναι καὶ τὸν Παλαιολόγον Νικηφόρον θεασάμενος ἀπὸ τῆς λαιᾶς αὖθις εἰσερχόμενον, *Τί πρὸς τὰ ἐνταῦθα*, φησὶ, C *καὶ τί βουλόμενος ἥκεις, συμπένθερε;* Ὁ δὲ, *τελέσων μὲν ὡς ἔοικεν οὐδὲν, τὰς δὲ αὐτὰς ταῖς πρώην κομίσων ἥκω* [*αὖθις ἥκω*] *παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγγελίας. Διενίστατο γὰρ ὁ βασιλεὺς φυλάξαι τὰ ὑπεσχημένα, καὶ ὡς υἱῷ μὲν χρήσασθαι τῷ Ἀλεξίῳ, ἐφ' ᾧ τὴν αὐτοκράτορα* [91] *ἀρχὴν αὐτὸν ἀναδήσασθαι, καὶ τὰ τῆς βασιλείας κατὰ τὸ αὐτῷ διοικεῖν βουλητὸν, ἐκεῖνον δὲ μόνον* [92] *τοῦ τῆς βασιλείας μετέχειν ὀνόματος, καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων καὶ τῆς καινῆς ἁλουργίδος, καὶ τοῦ περὶ τὰ βασίλεια διαναπαύεσθαι, γέροντά τε ἤδη ὄντα καὶ ῥαστώνης δεόμενον.* Εὐθὺς δὲ πρὸς αὐτὸν δριμὺ ἐνατενίσας, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπισυνάξας, αὐτῷ φησιν· *Ἀπελθὼν ἀπάγγειλον τῷ βασιλεῖ, ὡς ταῦτα ἦσαν ἂν συμφερώτατα* D *πρὸ τοῦ τὴν πόλιν ἁλῶναι· τὸ δ' ἐντεῦθεν χώραν οὐκ ἔχει ὅλως τὰ τῆς πρεσβείας. Γέρων δὲ ἤδη ὢν ὑπεξίστατο* [93] *τοῦ θρόνου, καὶ τῆς σαυτοῦ φρόντισον σωτηρίας.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ Καῖσαρ. Ὁ δέ γε Βορίλος τὴν τούτων μεμαθηκὼς εἰσέλευσιν, καὶ ὡς ὁ ὑπ' αὐτοὺς στρατὸς ἁπανταχοῦ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] κατά. [91] αὐτοκράτορος. [92] μόνου. [93] ὑπεξίστασο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(61) *Τὸν οἶκον Ἰβηρίτζη*. Domum Iberitzæ statuit Codinus ad Acropolim: Ἔστι δὲ καὶ ὁ οἶκος τοῦ Τουβάκης, καὶ τοῦ Ὀβηρίτζη, ὅνπερ ἔχει ὁ Ἀκροπολίτης. Scylitzes pariter, qui domum fuisse scribit Gregoræ, cognomento Iberitzæ, dignitate magistri, *Constantini Ducæ*, qui imperium sibi asserere conatus est post Alexandri interitum, soceri: Διὰ πυλίδος εἰσελθὼν τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μιχαὴλ, **260** πλησίον οὔσης τῆς Ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Μαγίστρου Γρηγορᾶ τοῦ Ἰβηρίτζη. Hujus Gregoræ meminit præterea Leo Grammaticus in Leone, pag. 484.

σκεδασθεὶς, περὶ τὴν λείαν ἐνασχολεῖται, καὶ τῆς τῶν λαφύρων συλλογῆς ὅλος γεγένηται [94] (οὗτοι δὲ μετὰ τῶν ἐξ αἵματος, καὶ ἐξ ἀγχιστείας προσηκόντων αὐτοῖς καὶ μετρίων ὀθνείων κατελείφθεισαν [95], ἀντικαταστῆναι διέγνω τούτοις, λίαν εὐχειρώτοις οὖσι διὰ τὸν τοῦ στρατοῦ σκεδασμόν. Τοίνυν καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντας ἅπαντας, καὶ ὁπόσοι ἐκ τοῦ χώματος ὥρμηντο ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου [96] φόρου μέχρι καὶ τοῦ λεγομένου Μιλίου (62) καὶ ἄνωθεν, μετ' εὐταξίας ὅτι πολλῆς στοιχηδὸν αὐτοὺς συνέταξεν· οἱ δὲ συνησπικότες ἵσταντο πρὸς μάχην παρεσκευασμένοι, ἀτρεμοῦντες [97] τέως. Ἐπεὶ δὲ ὁ τηνικαῦτα πατριάρχης (63) χρηματίζων ἱεροπρεπὴς τῷ ὄντι ἀκτήμων, καὶ πᾶν εἶδος ἀσκήσεως, ἧπερ οἱ ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσιν ἐνδιαιτώμενοι τῶν πάλαι πατέρων, διεληλυθὼς, κατηξίωτο προορατικοῦ καὶ θείου χαρίσματος, πολλά τε πολλάκις προειπὼν [98] καὶ μηδέποτε διαψευσάμενος καὶ κανὼν καὶ τύπος ἀρετῆς τοῖς μετ' αὐτὸν χρηματίσας, οὐδὲ τὰ τῷ Βοτανειάτῃ συμπεσόντα παντάπασιν ἀγνοήσας ἐφαίνετο. Ἀλλ' εἴτε ἐκ θείας ἐπιπνοίας, εἴτε καὶ τοῦ Καίσαρος ὑποθεμένου (ἐλέγετο γὰρ καὶ τοῦτο) καὶ πάλαι φιλίως πρὸς αὐτὸν διακειμένου διὰ τὸ ὕψος τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς ξυνεβούλευε τῷ βασιλεῖ ὑπεκστῆναι τοῦ βασιλείου θρόνου· Μὴ χώρει, λέγων, πρὸς ἐμφυλίους πολέμους, μήτ' ἀντίβαινε Θεοῦ προστάξει. Αἵμασι Χριστιανῶν μὴ θέλε μιανθῆναι τὴν πόλιν, ἀλλ' εἴξας Θεοῦ βουλήσει ὑπέκστηθι τοῦ μέσου. Πείθεται τοῖς τοῦ ἀρχιερέως λόγοις ὁ βασιλεύς. Δεδιὼς δὲ τὸ τοῦ στρατοῦ ἀτάσθαλον περιζώννυται καὶ κάτεισιν ὡς πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην Ἐκκλησίαν ἀπονενευκώς. Πλήρης δὲ συγχύσεως ὤν, λέληθεν ἠμφιεσμένος ἔτι τὴν τοῖς βασιλεῦσιν πρέπουσαν στολήν (64). Ὁ δὲ Βορῖλος ἐπιστραφεὶς καὶ ἀψάμενος

compositioni relictum locum qua de re perdita tanquam adhuc sua pacisci pergeret. Senem quod se memorabat, eo valere debere ut minus ægre throno excederet aliam ætatem aliud robur poscente : salutique prospiciendum putaret quæ obtineri simul cum dignitate, ut res tum erant, minime posset. Hæc Cæsar. At Borilus comperto Commenianorum in urbem ingressu, animadversaque securitate ipsorum qui temere per omnes vicos sparsi dissipatique uni spoliorum coacervationi vacarent, facile ratus eos in tali negligentia deleri posse, necessarios omnes atque amicos circum se suos coegerat : adjunctisque illis quos diximus, qui secures ex humeris pro ensibus gestant ; insuper et iis qui a Chomate appellationem obtinent, omnes perpetua serie pulchroque **68** ordine disposuit a Constantini foro usque ad Milium et supra; et illi quidem instructi clypeis firmo animo locum tuebantur ad pugnam parati. Verum qui tum temporis patriarcha erat vir plane dignus illo loco vere pauper et monasticam austeritatem nihilo remissius quam qui olim in desertis et montibus degebant Patres in urbe retinens, quem etiam ferebant prophetiæ gratia præditum, ut qui multa prædixisset quæ vere acciderant ; certe ita viveret ut officii forma virtutisque exemplar æqualibus posterisque esset. Is, inquam, sive divino instinctu admonitus quo loco Botaniatæ res essent, quidque illo denique futurum esset, sive suggestione arcana Cæsaris (nam et id dicitur) qui admiratione virtutis ejus magnam a longo tempore cum patriarcha conjunxerat amicitiam, in tempore superveniens cum Borilus Botaniatem ad audendum excitabat, sapiens et denique creditum Augusto consilium dedit : ne dubitaret throno regio cedere, neve divino

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] γεγένηται. [95] κατελείφθησαν. [96] Κωνσταντινίου. [97] καὶ ἀτρεμοῦντες. [98] εἰπών.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Μιλίου. Miliare aureum* in 5 urbis regione ponit auctor urbis descriptionis, solus, quod sciam, qui *Miliare* dixerit, cum alii Μίλιον appellent. Sed hic Μίλιον, pro foro, in quo fuit Miliaris illa columna, accipi videtur, uti passim apud scriptores, qui Μιλίου mentionem agunt, quod ἀγορὰν τοῦ Μιλίου vocat auctor incertus in Leone Bardæ filio. Illud esse quod Augustæum nuncupatur, et in eadem regione, qua miliare, collocatur, censet Gyllius. Sane Augustæum, seu Augusteonem, forum ita dictum, et Miliare vicina fuisse, nec procul a Sophiana æde, testatur Nicetas in Alex. Man. F. cap. 6, et in Isaac. et Alex. cap. 2. In Milio suspensa rebellium capita scribunt non semel Theophanes, S. Nicephorus, Paulus Diac. et alii. In eo etiam varias ædes exstructas auctor est Cedrenus, Codinus, etc. unde evidens est non semper Μίλιον pro ipsis Milii, seu Miliaris, fornicibus, de quibus passim scriptores, accipi debere. Exstitit porro Μίλιον ante instauratum Byzantium, ut docemur ex Hesychio Milesio.

(63) *Πατριάρχης*. Cosmas.

(64) *Τὴν τοῖς βασιλεῦσι πρέπουσαν στολήν.* Illam forte, quam καθημερινὴν vocat Codinus, *De off. aulæ CP.* cap. 6. n. 44, seu quotidianum imperatoris amictum, quo ille induebatur extra status cæremonias, et dies solemnes, non forma, sed ornatus opulentia diversum. Id enim arguit quod mox subdit, avulsa a Borilo brachiorum illa ornamenta margaritis intexta, quæ solius Augusti erant, et inter imperatorios ornatus conspiciuntur in Bulla Aurea Balduini II, imp. cujus ἔκτυπον in Observationibus ad Villhard. a nobis repræsentatur, tum ut cujusmodi hac tempestate fuerint vestes imperatoriæ, tum etiam illa brachiorum ornamenta attentius lector inspiciat ; ubi in quolibet brachio binas armillas, seu ut a Prisciano, Isidoro, et Anastasio Bibl. appellantur, *brachialia*, advertere est. Prior namque armilla, eam brachii partem, qua humeris illud connectitur, occupat ; cujus forte generis fuere armillæ, quas viri militares, ab imperatoribus et ducibus in rerum bene gestarum præmium acceptas, deferebant, sic dictæ, inquit Festus, quod *antiqui humeros cum brachiis armos* vocarent. Ebrardus de Bethunia in Græcismo :

Annulus est manuum, sunt armillæ scapularum
Atque perichelides exornant brachia nymphis.

Willelmus Brito in Vocabulario : *armillæ sunt proprie ornamenta armorum.* Armilla altera inferio-

imperio repugnans rempublicam discerpendam civili bello, urbem Christiano cruore polluendam daret; sed potius Dei voluntati cedens de medio abiret. His parere certus imperator mox palatio egressus præcingit se veritus petulantiam militarem, et capite demisso pudore ac miseria plenus ad Dei Magnam Ecclesiam tendit. Cum autem in magna perturbatione prodiret, regiam prius exuere stolam oblitus est, quo animadverso conversus qui præcedebat Borilus, arreptis quæ circa ejus brachium erant margaritis intextis vela distincta, ea disjunxit à veste cætera, addens non sine sanna et irrisione mordaci : nempe Hoc tibi nunc vere convenit. Sic Botaniates in magnum divinæ Sapientiæ consecratum templum perveniens ibi fretus loci sanctitate perstabat.

A τῶν περὶ τὸν βραχίονα κεκολλημένων διὰ μαργάρων πέπλων παραλύει τηνικαῦτα τῆς ἐσθῆτος, φάμενος μετά τινος μυκτῆρος, καὶ σεσηρότος ἤθους, ὡς Τοιοῦτο ἡμῖν ἐπ' ἀληθείας προσήκει νῦν. Ὁ δὲ εἰς τὸν μέγαν τοῦ Θεοῦ νεὼν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας εἰσελθὼν ἐγκαρτερῶν τέως ἦν ἐν αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

rem exornat brachii partem ; utraque latioris segmenti 261 instar, margaritis intextis distincta quod, armillis vulgo tribuitur : armillas enim latius extendi adnotat Hugucio. Sic Willelmus Malmesburiensis, lib. II, *De gest. Angl.* cap. 12, binas in unoquoque brachio armillas tribuit Anglis militibus, quos ad Hardeknoutum regem misit Godwinus : *Ratem auro rostratam, habentem 80 milites, qui haberent in brachiis singulis armillas duas, unam quamque 16 unciarum auri.* Eadem habent Florentius Wigorn. et Rogerus Hoved. Atque hæc brachiorum ornamenta, ut cæteros regios ornatus et vestitus, quod non semel monemus, accepisse videntur Byzantini Augusti a Persis, apud quos in usu illa fuisse, præter Ammianum, lib. XXIII extremo, testatur Xenophon, lib. VI *De instit. Cyri*, dum Abradatæ, ad prælium sese adornantis, armaturam describit : Προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος, καὶ περιβραχιόνια, καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τοὺς κάρπους τῶν χειρῶν. Nam per C περιβραχιόνια videtur intellexisse armillam, quæ superiorem brachii partem exornabat : per ψέλλια vero, quæ etiam πλατέα, seu latiora, fuisse ait, inferiorem. Sed et apud Theophanem, anno 17 Heraclii, legimus post fusum et profligatum Rhazatem, Chosroæ Persarum regis exercitus ducem, in ejus castris invenisse Græcos, seu Romanos, enses plurimos, zonas auro distinctas, clypeum et thoracem Rhazatis, ex auro solido conflatos, præterea τὰ βραχιόνια αὐτοῦ ; quo loco Cedrenus βραχιόνια habet, quam vocem eadem notione usurpat Achmes Ὀνειροκρ. cap. 127, et Joan. Tzetzes chil. 10, cap. 318, cum ait brachialibus brachia sua exornasse Pannones :

Καὶ πήχεις δὲ στολίζουσι τοὺς ἑαυτῶν ὁμοίως
Βραχιονίοις σιδηροῖς, χαλκοῖς καὶ ὑελίνοις.
Ἐνίοτε ὀστάριά τινα ἀστραγαλώδη,
Καὶ ἕτερα τοιαῦτα δὲ δίκην βραχιονίων.
D Δεσμοῖς τισι συνδήσαντες βραχίονας φοροῦσιν.

Sed et observo *brachionarium* vocari ψέλιον ἀνδρός, in *Græco Lat.* Porro veterum Augustorum brachias aptatas armillas, testatur Lucifer Calaritanus lib. *De non parcendo in Deum delinq.*, ad Constantium scribens, ad quem legatus a Liberio papa missus fuerat, pag. 292 : *Debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam, et dextrocheria : debemus insignes quas esse censes vestes tuas honorare, et despicere verum Creatorem atque Rectorem?* *Dextrale* autem et *dextrocherium* idem esse pridem docuit Salmasius ad Capitolinum. Armillas etiam inter imperatorios ornatus habuere Germanici Augusti, quos illi (ut Byzantini a Persis) a Francis mutuo accepere. Witikindus, lib. II *Gest. Saxonic.*

B describens inaugurationem Othonis Magni : *Procedit*, inquit, *pontifex cum rege, tunica stricta more Francorum induto pone altare, super quod insignia regalia erant, gladius cum baltheo, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro et diademate.* Ubi observandum chlamydem armillis conjungi, quod ejus quodammodo pars essent, et cum chlamyde ad brachia aptarentur. Dixi a Francis Germanos ejusmodi accepisse armillas, quod satis testatur Witikindus, qui Othonem *more Francorum*, nempe decessorum ex Francica gente Augustorum vestitum depingit. Adde quod *aureas armillas* Francis tribuit Gregor. Turon. lib. II *Hist. Franc.* cap. 42 ; *brachialia aurea*, S. Audoenus in Vita S. Eligii, lib. I, cap. 10. Idem scriptor lib. II cap. 39 de Balthilde Regina (a) : *Nec præter brachiles aureos super se quidquam ornamentorum reliquit.* Ubi editio Du Chesniana (b), *nihil præter manicas retinens*. Erant igitur brachialia et manicæ Bathildis inter ornamenta regia. Fortunatus in Vita S. Radegundis, cap. 13 : *Similiter accedens ad Cellam S. Jumeris, die uno quo se ornabat felix regina, composito sermone ut loquar barbaro, stapionem, camisas, manitas, cofeas, fibulas, cuncta auro, quædam gemmis exornata per circulum sibi profutura sancto tradit altari.* Nec Francis duntaxat 262 nostris præcipuum fuit armilla regiæ dignitatis insigne, sed et apud Saxonicos Britanniæ reges. Tradit enim Simeon Dunelmensis, lib. II *Histor. eccles. Dunelm.* cap. 13 ; Guthredum a sancto Cuthberto *posita in brachio ejus dextra armilla in regnum constitutum.* Virorum fuisse proprie armillas, pridem est cum adnotarunt criticorum filii (c). Ab iis postea ad feminas transierunt : Tertullianus de pallio : *Armillis quas ex virorum fortium donis ipse quoque matronæ usurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit.* Sed et non olim tantum, verum etiam sequioribus sæculis ejusdem fuerunt formæ, quæ virorum, hoc est, in modum latioris segmenti, quod gemmis et lapillis, opereve Phrygio adornatum brachiis adnectebatur. Papias, *Dextralia, brachialia, genus ornamenti commune viris et feminis : ante manicas portantur, et junguntur cum clavo.* Quæ non modicum illustrant quæ habet anonymus, *De mirac. S. Fidis virg. et martyr.* cap. 5 : *Arsendis uxor Willelmi Tolosani comitis, fratris illius Poncii, qui ab Artaldo posthæc privigno suo dolo interfectus fuit, habebat armillas aureas, vel potius, quod ad cubitum continuabantur, manicas miro opere gemmisque insignitas.* Vita S. Eligii episc. Noviom. : *Quoties brachile aureum, pugnam (pungam) quoque auro gemmisque comptam sibi subripuit, ut miseris subveniret?*

(a) Tom. III, *Spicil.*
(b) Tom. I, *Hist. Fr.*, pag. 631.
(c) Hœpping. De insig. pag. 98.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Γ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER III.

69 ARGUMENTUM.

Alexius imperii res ordinat. Pacem dat Turcis. Bellum adversus Robertum parat.

PERIOCHE.

Botaniates monachi vestem et professionem suscipit. Maria ejus uxor qua fiducia quare causa domi exspectarit Comnenos. Suspiciones hominum de illa. Laudes ejus filii Constantini Ducæ, Irene imperatrix acclamatur opera Georgii Palæologi. Joannes Cæsar Cosmæ patriarchæ opera utitur ad Mariam palatio educendam. Mariæ forma describitur. Digressio de causa et occasione nuptiarum ejus cum Botaniate, quarum conciliator Joannes Cæsar fuit Alexius coronatur a Cosma patriarcha. Joannes Xiphilinus Cosmæ decessor quando obierit. Eustratii Garidæ apud matrem Comnenorum grati. Irene Alexii conjux coronatur a Cosma patriarcha. Alexii descriptio. Irenes, genus, ætas et forma. **70** *Isaacii descriptio; ejus fortitudo bellica. Creatur ab Alexio sebastocrator. Nicephorus Melissenus fit ex pacto Cæsar. Corona imperatoris qualis; et in quo distincta a coronis sebastocratoris et Cæsaris. Taronitem sororis suæ virum Alexius protosebastum et protovestiarium, mox panyprsebastum renuntiat. Adrianum et Nicephorum ejus fratres, illum protosebastum, hunc magnum drungarium classis. Dignitates novæ cum novis nominibus earum ab Alexio excogitatæ quam ob causam. Regnum ars artium. Cosmas patriarchatum abdicat. In ejus locum Eustratius Garidas eunuchus promovetur. Constantino Ducæ calcei rubri redditi. Maria palatio exit. Alexius captæ direptæque urbis coram patriarcha et synodo culpam supplex fatetur, et in salutarem pœnitentiam jejunium quadraginta dierum, cum humi cubatione totidem noctium accipit et implet cum suis. Matrem religiosum secessum cogitantem administrationi rerum imperii præficit, ea de re Bulla Aurea quæ refertur. Ejus mulieris prudentia, religio, cæteræ virtutes, compositissima vitæ ratio. Templum sanctæ Theclæ qua occasione construi jussum ab Isaacio Comneno imperatore. Imperii miser status imminente hinc Roberto, illinc Turcis, ærario exhausto, militari re perdita. Alexius scribit ad præfectos provinciarum Orientalis tractus. Dyrrachium mittit Georgium Palæologum, muniturum eam urbem adversus Robertum. Scribit ad præfectos urbium Illyrici, ad Romanum pontificem, ad archiepiscopum Capuanum, ad principes ducesque Galliarum, ad ducem Longobardiæ, eos omnes qua promissis qua donis in Robertum incitans. Ad Henricum Alemaniæ regem legatum mittit cum litteris quæ recitantur. Solymani Turcorum principis urbs regia Nicæa. Turcorum illinc ad Bosphorum sive Damalin cuncta vastantium incursiones Alexius coercet, maritimisque pulsos oppidis petere pacem cogit, quam iis largitur metu Roberti. Monomachatum Dyrrachio in Illyricum profugum, missa ad securitatis fidem Bulla Aurea revocat. Robertus fœda licet tempestate ac naufragio diminutis copiis, se ad Dyrrachii oppugnationem accingit. Ejus urbis, quæ olim Epidamnus, origines memorantur.*

ΑΛΕΞΙΑΣ Γ'.

Ἀρχὴ τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ [a].

Οἱ δὲ Κομνηνοὶ τὰ βασίλεια καταλαβόντες, παραχρῆμα τὸν ἐπ' ἀνεψιᾷ γαμβρὸν αὐτῶν Μιχαὴλ, ὃς

A

Initium imperii Alexii Comneni.

Interim Comneni occupato palatio Michaelem, qui deinde logotheta secretorum fuit neptis ipso-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] Desunt.

rum virum ad Botaniatem statim mittunt. Is profectus comitante præfecto urbis qui tunc erat, Radenus nomine, imperatorem introducit in naviculam parvam, cum eoque pervenit in celebre monasterium Peribleptæ, ubi ambo magnopere incumbebant ad suadendum Botaniati ut monasticum habitum vellet induere. Quo id in tempus aliud differente, illi veriti ne in tam lubrico rerum statu aliquid a factione **71** nondum obtrita servorum illorum, et a Chomatenis nondum reconciliatis novi motus orirentur, rursus idem consilium longe instantius obtrudendo pervicerunt tandem ut coma eo ipso die detonsa angelico habitu orna-

A ἐν ὑστέροις [1] λογοθέτης (65) τῶν σεκρέτων ἐχρημάτισε, πέμπουσι πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ ἀπελθὼν μετὰ τοῦ τότε [2] ἐπάρχου (ὁ Ῥαδηνὸς (66) δὲ οὗτος ἦν), εἰσαγαγὼν τὸν βασιλέα εἰς ἀκάτιόν τι μικρὸν, ἀπέρχεται μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν (67) περιώνυμον· εἶτα τὸ μοναδικὸν αὐτῷ ἄμφω προτρέπονται [3] ἀμφιάσασθαι σχῆμα. Τοῦ δὲ ἐς νέωτα τοῦτο ὑπερτιθεμένου, οὗτοι δεδιότες ἔτι ἐν συγχύσει καὶ ἀταξίᾳ τῶν πραγμάτων ὄντων, μήτι ἀπὸ τοῦ μέρους τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ χώματος νεωτερισθῇ [4], κατηπειγμένως τὴν τῶν τριχῶν ἀποκοπὴν αὐτῷ συνεβούλευον. Καὶ πείθεται τούτοις, καὶ τοῦ ἀγγελικοῦ (68) τηνικαῦτα ἀξιοῦται σχήμα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[1] ὑστέροις καιροῖς. [2] τηνικαῦτα. [3] προπέμπονται. [4] αὖθις νεωτερισθῇ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(65) *Λογοθέτης τῶν σεκρέτων*. Hac etiam functum dignitate Gregorium Camaterium, Alexio imperante, auctor est Nicetas in Joanne, cap. 3. Logothetas plures fuisse in palatio Constantinopolitano, pridem observarunt viri docti. Logothetam vero qui ab Anna τῶν σεκρέτων indigitatur, eum putant Wolfius, Meursius, Salmasius ad Vopiscum, et Goarus, quem idem Nicetas in Man. lib. VII, cap. 1, cancellario æquiparat: quod secus se habet. Cancellarii enim dignitas convenit logothetæ τοῦ δρόμου, qui a Nicephoro patriarcha CP. dicitur ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις διακονίζων, quique Edicta et Aureas imperatorum Bullas subscribebat, ut ex Novellis aliquot Manuelis Comneni apud Car. Labbeum colligi datur: et quem eo nomine Bullarium et Caniculum servasse ostendemus ad pag. 338. At logotheta secretorum quis fuerit, quodve ejus munus, satis indicat idem Nicetas in Isaac. lib. III, cap. 5, de Theodoro castamonita scribens, qui rerum summam Isaacius C imperator tradiderat: Ἦν δ' οὗτος περὶ πραγμάτων ἐγχείρησιν, καὶ μάλιστα περὶ τὰς δημοσίας συνεισφορὰς δεξιώτατος, καὶ λόγων σοφωτέρων μέτοχος ὃν καὶ λογοθέτην τῶν σεκρέτων προβαλλόμενος, etc. Ex quibus Nicetæ verbis data videtur castamonitæ dignitas logothetæ secretorum, propter usum et experientiam in re æraria, seu vectigali. Et sane studio illi operam impendisse mox prodit, cum ait castamonitæ concessisse Isaacium facultatem litteris puniceis, quarum usus solius Augusti erat, ὑποσημαίνεσθαι τοὺς τόμους δημοσίων λόγων, id est, subscribendi libellos publicarum exactionum; δημόσιον enim est vectigal quod Latini *publicum* vulgo vocant. *Gloss. Græco-Lat.* τελώνιον, *publicarium*; δημοσιώνης, *publicanus*. Tribunalia vero in quibus lites de tributis et vectigalibus, et de eorum immunitate pertractabantur, δημοσιακὰ σέκρετα dicuntur Cedreno, ut his qui præerat, ὁ προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν D δικαστηρίων, in Novella Manuelis Comneni. Denique Scylitzæ in Leone Phil. σέκρετον τοῦ γενικοῦ nuncupatur tribunal, quod aliis σέκρετον δημοσιακόν. Fuit enim γενικόν, ædes Constantinopoli a Constantino M. ut ferunt, exstructa, vectigalibus et tributis recondendis, ut auctor est Codinus in *Orig.* ab Isaacio **263** Angelo demum eversa et destructa. Hujus secreti præses λογοθέτης γενικὸς, seu τοῦ γενικοῦ dicitur eidem Codino, Constantino in Basilio, Gregoræ, lib. VII, et aliis. Nicephorus PC. Καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Interdum simpliciter γενικὸς apud Suidam in Anastasio, Scylitzem in Basil. Maced. Leonem Nov. 44, etc. Inde *Logothesium Generale* apud Paul. Diac. lib. XIX

B *Hist. Misc.* Est igitur logotheta τοῦ γενικοῦ, qui promiscue scriptoribus λογοθέτης τῶν σεκρέτων appellatur, nempe subaudita voce δημοσιακῶν, eratque præcipuus istius tribunalis judex. Hinc Nicetas Choniates, in librorum suorum Epigraphe, dicitur obiisse officium τοῦ μεγάλου λογοθέτου τῶν σεκρέτων, καὶ ἐπὶ κρίσεων τοῦ γενικοῦ.

(66) *Ῥαδηνός*. Radenorum illustris fuit Constantinopoli familia, ut auctor est Scylitzes, pag. 723, et Nicetas, in *Alex. Ang.* lib. III, n. 1, V. Notata ad pag. 64.

(67) *Εἰς τὴν τοῦ Περιβλέπτου μονήν*. Monasterium Deiparæ sacrum, a Romano Argyro imp. exstructum, ut habent Zonaras, Scylitzes, Glycas, et Manasses, cujus hæc sunt:

Ὃς ἄγαν μεγαλοπρεπῶς τῇ Θεοτόκῳ κόρῃ
Ἀνεδομήσατο μονὴν, ᾗ Περίβλεπτος κλῆσις.

Ad maritimos urbis muros exstitisse indicat, præter Annam, Gregoras, lib. VII. Καὶ ἀπελθὼν οἰκητήριον τὸ πρὸς θάλασσαν τετραμμένον μέρος τῆς Περιβλέπτου μονῆς. Ad locum nuncupatum Sigma statuit Scylitzes in Michaele Calaph. Zonaras ab ipso Botaniata ita instauratum scribit, ut secundus ab Argyro ejus conditor habitus sit. In eo humatus Argyrus, ut auctor est Scylitzes et Glycas: in eo etiam plurimæ olim et variæ exstitere sanctorum reliquiæ, e quibus fuit caput D. Clementis papæ et martyris, quod capta a Francis Constantinopoli ad Cluniacense monasterium delatum tradit Rostangnus monachus, et corpus S. Pauli primi eremitæ, quod Jacobus Lanzuolus Venetias in ecclesiam S. Juliani transtulit an. 1240, ut est apud Sansovinum, in Venet. lib. II. In id denique Manuel Palæologus imper. sub vitæ exitum concessit, ut refert Ducas, cap. 28. Adhuc stare aiunt, Armeniorum sacris dicatum, et a Græcis *Suluna* vulgo appellari scribit Leunclavius in *Pand.* cap. 51. Fit præterea istius monasterii mentio apud Nicetam in Andronic. lib. II, cap. 9; Pachymer. lib. V et XIII, cap. 15; Phranzem, lib. I, cap. 39; Codin. *De offic.* cap. 15, n. 6; Leon. Allat. lib. II *De Eccles. Occid. et Orient. perp. consens.* cap. 12, etc.

(68) *Καὶ τοῦ ἀγγελικοῦ*. S. Nicephorus CP. καὶ δὴ ἀγγελικὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἀποστολικὸν τοῦ μοναχικοῦ βίου σχῆμα. Bryennius, lib. I, n. 5, τῆς ἁλουργίδος τὸ ἀγγελικὸν ἀνταλλαξάμενος σχῆμα. Adde Vitam S. Eupraxiæ virg. cap. 10. Ita monachicum habitum vocant Græci scriptores passim, ut vitam et conversationem monasticam. Ἀγγελικὴν πολιτείαν, Gregorius Theologus Orat. in sanctum baptisma et Euchologium Græcorum: Διαγωγὴν ἀγγελικήν; Basilius in *Ascetic.* ἀγγέλων δίαιταν; Ignatius Diac. in Vita S. Nicephori patr.

τος. Οἷα τὰ τῆς τύχης! Ὑψοῖ μὲν αἴρει τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὅτε ἐπιμειδιᾷν αὐτῷ θελήσει, καὶ διάδημα βασιλικὸν αὐτῷ περιτίθησι, καὶ περιπορφύρει τὰ πέδιλα· ἐπὰν δὲ τὰς ὀφρῦς τούτοις ἐπισυνάξει [5], ἀντὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν στεμμάτων τὰ μέλανα ῥάκη καταμφιέννυσιν. Ὅπερ δὴ καὶ τῷ βασιλεῖ Βοτανειάτῃ ξυμβέβηκεν. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρά του τῶν συνήθων εἰ εὐφόρως τὴν μεταβολὴν φέρει, φησίν· Ἡ τοῦ κρέως με [6] μόνον ἀποχὴ (69) ἀνιᾷ, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγη μοι ἡ φροντίς. Ἡ μέντοι βασιλὶς Μαρία σύναμα τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, ὃν ἐκ τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ ἔσχε τοῦ δοῦκα, ἔτι τοῖς βασιλείοις προσέμενε, δεδοικυῖα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ κατὰ τὴν ποίησιν, πρόφασιν ἀδιάβλητον τῆς καρτερίας τὴν συγγένειαν ἔχουσα, κἂν τινες ὑπὸ φθόνου παρακεκινημένοι ἄλλ' ἄττα περὶ αὐτῆς ὑπετόπαζον. Προεφθάκει γὰρ τὸν μὲν γαμβρὸν (70), τὸν δὲ θετὸν υἱὸν εἰσποιήσασθαι. Ταῦτα δὲ ἀνέπεισεν αὐτὴν οἰκοδομεῖν, οὐκ αἰτία τις κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐπίψογος, οὐδὲ τὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαγωγὸν καὶ [7] εὐπρόσιτον, ἀλλὰ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίας εἶναι, καὶ μὴ συγγενῆ, μὴ συνήθη, μηδένα τὸ παράπαν ὁμόχθονα κεκτημένην. Οὐκ ἤθελεν οὖν ἀσυντάκτως ἐκεῖθεν ἐκστῆναι, δεδοικυῖα μή τι κακὸν συμβαίη τῷ παιδὶ, ἂν ἐκεῖθεν ἐξέλθοι [8] πρὸ τοῦ ἐχέγγυόν τι ἀσφαλείας λαβεῖν· ὁποῖα ἐν ταῖς μεταπτώσεσι τῶν βασιλέων συμβαίνειν εἴωθεν. Ἦν γὰρ τὸ παιδίον καὶ ἄλλως ὡραῖον καὶ ἔτι νέον, οὔπω τὸν ἕβδομον χρόνον (71) ὑπερελάσαν (καὶ οὐ νέμεσις εἰ τοὺς ἐμοὺς ἐπαινοίην, ὑπὸ τῆς τῶν πρα-

retur. Ut fortuna in hominibus ludit! modo alicui excitatato de pulvere quasi arridens diadema et purpureos calceos induit: mox ubi supercilium attraxerit pro purpura et corona saccum ei pullum centonesque circumdat, ut nunc Botaniati: qui a quodam familiarium interrogatus quo animo mutationem ferret, respondit: molestam sibi accidere abstinentiam a carnibus, cætera minus negotii facessere. At Maria Augusta una cum filio Constantino quem ex Michaele Duca Botaniatis decessore susceperat, adhuc in palatio hærebat, metuens flavo Menelao, ut cum poeta dicam, causam fiduciæ talis nulli calumniæ obnoxiam necessitudinem cum Comnenis habens, quorum alteri socrus, alteri mater per adoptionem erat, uti superius expositum est. Scio invidos, maledicos, ac male feriatos quosdam alia omnia eique parum honorifica de ea cogitasse jactasseque. quasi flore ætatis ac formæ freta conspectum victorum juvenum nec natura ferorum aut aditu placatuque difficilium experiri affectasset. Quæ nec vera, nec similia verorum reor: minime dubitans quin tota commorationis istius ratio fuerit, quod mulier alibi nata, necessarios fidosque omnes procul habens aliquem fiduciæ aditum ad victores nacta, eo ita uti decreverit ut nequaquam temere ac tumultuario regiarum ædium possessione cederet, quod fieri nequiret absque periculo filii permagno, prius quam adversus casus omnes qui in perturbationibus istiusmodi solent contingere suam salutem

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[5] ἐπισυνάξῃ. [6] Deest vocula με. [7] Deest vocula καί. [8] ἐξέλθῃ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

CP. cap: 12: *Angelicam vitam*, Petrus Damian. lib. VI, epist. 4, quia *quod angeli semper agunt in cælis, hoc fratres jugiter faciunt in ecclesiis*, seu monasteriis, ut ait auctor Vitæ S. Vedasti, n. 1, apud Bolandum: vel ut D. Augustinus, lib. *De sancta virginitate*. cap. 13, quia *virginalis integritas, et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est*, etc. Eodem loquendi modo usi sunt etiam interdum Latini scriptores; anonymus in Vita S. Pauli Virdun. cap. 2. n. 5: *Votis itaque omnium, cum benedictione Patris monasterii, angelicum monachi schema induitur*. Florentinus Wigorn. an. 1084: *Quia finem vitæ suæ aspiciebat, tacito induebat se angelicam vestem*. Cardinalis Ruthenensis in Epist. de ultima expugnatione CP. tom. VIII. *Spicileg.* Acher: *Omnes vos qui Deo perfecte dedicati*, **264** *habitum angelicum vitæ monasticæ estis induti*, etc. Quemadmodum autem angeli οὐρανοπολῖται vulgo a Græcis appellantur, a Latinis vero *cælicolæ*, ut est in veteri *Glossario Latino Arabico* apud Scaligerum in Proleg. ad lib. *De emendat. temp.* ita monachi Davidi monacho, ἐν τοῖς ὄρεσιν οὐρανοπολῖται, et Pachymeri lib. IV, cap. 27. οὐρανοπολῖται ἐπίγειοι. Braulioni Cæsaraugustano in Vita S. Æmiliani Cucullati, cap. 12, SS. Antonius et Martinus *cælicolæ* dicuntur. Metaphrastes, seu auctor Vitæ S. Theophanis Sigrian. cap. 14, Καταλαμβάνει πάλιν ὁ μακάριος τὸ παρ' αὐτοῦ νεουργηθὲν οὐρανομίμητον μοναστήριον. Vide D. August. lib. X *De civit. Dei*, cap. 10.

(69) *Ἡ τοῦ κρέως ἀποχή*. Abstinebant enim ab esu carnium monachi San-Basiliani. Vide Nicet. in Man. lib. IV. cap. 6.

(70) *Γαμβρόν*. Cum utroque nempe Comneno, Isaacio et Alexio, necessitudinem habebat Maria Augusta. Isaacius enim Mariæ cognatam uxorem duxerat: Alexius vero adoptionis jure habebatur illius filius. Quippe adoptione etiam honoraria et spirituali contrahebatur affinitas, uti ex Senatore, lib. VIII, epist. 1, ostendi in Dissert. XXIII, ad Joinvillam, lib. X satis indicat, ubi de pseudodiogene agit. Sed nec proinde Maria Isaacii socrus fuit, sed affinis. Γαμβρὸς namque non semper generum significat, sæpe affinem, inquit Budæus, ut apud Latinos vocem, *gener*, passim usurpari constat, Witikindum, lib. I et II, *Gest. Saxon.* non semel, Arnoldum Lubec. lib. II, cap. 41; lib. III, cap. 1; Malaterram, lib. II, cap. 23, et alios passim. Vide pag. 273, 276.

(71) *Ἕβδομον χρόνον*. Χρόνος, pro *annus*, crebro utuntur scriptores Byzantini. *Chron. Alexand.* an. 42 Theodos. Jun. Ἐκράτησαν γὰρ δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας. Anastasius Patr. Antioch. Orat. in Annuntiat. Deip. Ὁ δὲ καὶ ἐκ πατέρων παρέλαβεν ἀρχὴν εἰδέναι χρόνου τὸν μῆνα τοῦτον, etc. Constant. Manasses,

Καὶ χρόνους ἐκολόβωσε πρὸς τοὺς δέκα.

Exstat Nicephori Xantopuli opus, cum hac Epigraphe: Σύνοψις τῶν ἁγίων χρόνου. Vide Glossographos.

filiique statum ac dignitatem idonea cautione a victoribus expressa munivisset. Erat ea justissima matris cura pro puero festivitatis et elegantiæ admirabilis, adhuc septenni, (liceat mihi ubi res sinunt indulgere laudationi meorum) cujus suavitas sive loquentis, sive ludorum genere vario quos ferebat ætas corpus scitissime moventis, judicio spectantium comparatione omni superior erat. Flava cæsaries, cutis candore lactis, vivido ubi opus foret rubore resperso, florens, qualis est rosarum primum calices rumpentium. Oculi non albi, sed quales accipitrum, scintillantes sub ciliis et tanquam ex aurea pala gemmeum fulgorem incredibili astantium voluptate vibrantes; cœlestis plane forma et terrenæ concretionis usu major, quam qui cerneret dignam putaret quæ amori tribueretur. Talis pueri charitas Mariæ vera causa fuit in palatio manendi; **72** quidquid contra fingant quos obtrectandi prurigo tenet, quorum nec imitari vitium nec probare sententiam possum, certioribus ad veri fidem informata documentis Augustæ de qua loquor ipsius, in cujus ego a pueritia nutrita sinu ad ætatem usque supra octennem adolevi. Quo jam tum illa ex tempore pro tenerrimo amore quo me complectebatur nihil mihi suorum arcanum volebat esse: itaque ex illa memini me sæpius audire cum narraret quantum in metum de filii præsertim salute tum inciderit cum cedentem imperio Botaniatem vidit. Quod equidem meo et veritatis, ut spero, amantium judicio haud paulo est verisimilius, quam alia quæ multa feruntur a variis varia prout quisque benevole aut secus erga illam affectus est. De qua modo dicta sufficiant. Cæterum Alexius pater meus novus imperator ingressus palatium, propriam conjugem quintum decimum ætatis agentem annum cum sororibus ac matre, Cæsareque, paterno ipsius avo, in inferiori palatio reliquit. Sic enim a situ loci vocari consueverat. Ipse autem cum fratribus matre ac propinquis affinibusque superius palatium obtinuit, quod et Bucoleon cognominatur, tali quadam de causa. Non longe a muris ejus portus visitur marmore ædificatus, magno olim sumptu, ubi leo lapideus taurum capit, ut species simulat, vivum et reluctantem. Sed leo fortior arrepto bovis cornu cervicem ejus mordicus premens usque in ipsum

A γμάτων ἀναγκαζομένη φύσεως), ἡδὺ μὲν οὐκ ἐν λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν παντοίαις κινήσεσι καὶ περιστροφαῖς παιγνίων ἀπαράμιλλον, ὡς οἱ τότε παρόντες ὕστερον ἔλεγον, ξανθὸν καὶ λευκὸν, ὥσπερ γάλα ἐρυθήματος μεστὸν ὅπου δέοι, καὶ ὁποῖον τὰ τῶν καλύκων ἄρτι ἐξαστράπτοντα ῥόδα· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ οὐ λευκοὶ, ἀλλ' ἱέρακος ἐοικότες καὶ λάμποντες (72) ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν, ὥσπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ· κἀντεῦθεν ποικίλαις τέρψεσι τέρπον τοὺς ὁρῶντας, οὐράνιόν τε καὶ οὐκ ἐπίγειον κάλλος δοκοῦν, καὶ τὸ ὅλον, εἶπεν ἄν τις ἰδὼν, ὁποῖον τὸν ἔρωτα γράφουσιν. Αὕτη ἡ ἀληθὴς αἰτία τῆς εἰς τὰ βασίλεια τῆς βασιλίδος ἐγκαρτερίας. Ἐγὼ γὰρ καὶ ἄλλως φύσει τὸ λογοποιεῖν καὶ καινά τινα ἀναπλάττειν B ἀποστρέφομαι, εἰδυῖα σύνηθες τοῦτο εἶναι τοῖς πολλοῖς, καὶ μᾶλλον ὁπηνίκα ὑπὸ φθόνου καὶ χαιρεκακίας ἁλίσκοιντο, καὶ οὐ ταχὺ ταῖς διαβολαῖς συμφέρομαι τῶν πολλῶν· ἀλλὰ καὶ ἄλλοθεν τὴν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀσφάλειαν ἔσχον, ἐκ παιδαρίου [9] συντραφεῖσα τῇ βασιλίδι, καὶ οὔπω τὸν ὄγδοον ὑπερελάσασα χρόνον. Πολὺ δὲ τὸ περὶ ἐμὲ φίλτρον ἔχουσα, τῶν ἀποῤῥήτων πάντων κεκοινώνηκε. Καὶ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων περὶ τούτων λεγόντων ἀκήκοα, καὶ πρὸς ἄλλους διαφερομένων, τῶν μὲν οὕτως, τῶν δὲ οὕτως ἐκλαμβανομένων τὰ τότε πραχθέντα, ἑκάστου πρὸς τὴν ἰδίαν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, καὶ ὡς πρὸς αὐτὴν εὐνοίας ἢ μίσους εἶχε, καὶ οὐ πάντας τῆς αὐτῆς ἑώρων γνώμης· ἠκηκόειν δὲ πολλάκις καὶ αὐτῆς διηγουμένης ὁπόσα ξυμβέβηκεν C αὐτῇ, καὶ εἰς οἷον φόβον καὶ μᾶλλον περὶ τοῦ παιδὸς ἐπεπτώκει, ὁπηνίκα ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος τὴν βασιλείαν ἀπετίθετο. Καὶ κατά γε ἐμὲ κριτὴν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀρίστων καὶ ἀληθείας ἐπιμελουμένων ὁ τοῦ παιδὸς πόθος αὐτὴν ἐν τοῖς βασιλείοις πρὸς ὀλίγον τότε κατέσχηκεν. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς βασιλίδος Μαρίας τοσαῦτα. Ὁ δέ γε τέως τῶν σκήπτρων δραξάμενος Ἀλέξιος ὁ ἐμὸς πατὴρ εἴσω τῶν βασιλείων γενόμενος, τὴν μὲν ἰδίαν σύνευνον πεντεκαιδέκατον ἔτος ἄγουσαν, σὺν ταῖς ἀδελφαῖς καὶ μητρὶ καὶ Καίσαρι τῷ πρὸς πατρὸς αὐτῆς πάππῳ ἐν τῷ κάτω καταλελοίπει παλατίῳ [10]. Οὕτω γὰρ ἔφθασε καλεῖσθαι, ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως τὴν ἐπωνυμίαν λαχόν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς μητρὸς, καὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας D προσηκόντων αὐτῷ γαμβρῶν, εἰς τὸ ὑπερκείμενον (73) παλάτιον ἄνεισιν, ὃ καὶ Βουκολέων (74) ἐπονο-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[9] παιδόθεν. [10] παλάτιον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(72) *Καὶ λάμποντες.* Vel ex hoc Annæ loco patet minime a Botaniata, post actum in ordinem Michaelem, ademptos Constantino ejus filio oculos, quod perperam tradit Ordericus Vitalis, lib. VII, pag. 640, ut nec ab Alexio in monasterium S. Cyri translatum Constantinum, ubi *ut mundo inutilis monachus factus sit, omnique vita sua cum servis Dei commoratus sit:* quod sequentia satis declarant.

(73) *Εἰς τὸ ὑπερκείμενον.* Superius palatium, seu potius Magni palatii triclinium, ita appellatum respectu inferioris, cujus hoc loco meminit Anna: *Τὰ ὑπερκείμενα τῶν ἀνακτόρων* eidem Annæ, lib. XIV, pag. 443; τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω, Codino, *in Orig.* pag. 50; *supereminens regia*, Willelmo Tyrio, lib. XX, cap. 25; quod scilicet ea palatii pars in tumulo mare attingenti in altitudinem circiter centum passuum edito, ut auctor est Gyllius, lib. I, *Descr. CP.* cap. 7, exstructa esset. Hujus conditorem Nicephorum Phocam fuisse censet Rhamnusius, quod eam palatii partem, quam immodicis impensis, muris cinxisse, et novis operibus manibus

(74) *Βουκολέων.* Anna, lib. VII, de Porphyra

μάζεται ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Καὶ γὰρ ἀγχοῦ τῶν τούτου τειχῶν λιμὴν (75) δι' ἐγχορήγου (76) καὶ μαρμάρων πάλαι τῶν χρόνων ᾠκοδόμητο, ὅπου ὁ λίθινος λέων ζωγρεῖ τὸν βοῦν. Ἔχεται γὰρ του κέρως τοῦ βοὸς, καὶ ἐξαυχενίσας αὐτὸν, ἐμφύεταί πως τῷ λαιμῷ· ἐξ οὗ δὴ καὶ Βουκολέων ὁ τόπος ὅλος ὠνόμασται, τά τε ἐν ἠπείρῳ οἰκοδομήματα καὶ αὐτὸς δὴ ὁ λιμήν.

A guttur dentes infigit. Hinc non tantum locus totus, sed quæ circumstant in continenti ædificia, una cum portu ipso Bucoleon dicantur.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

bus muniisse Phocam narrant Zonaras et Scylitzes, ad Bucoleontem statuere videatur Nicetas, in Manuele, lib. III, n. 4, cui sententiæ favet loci situs editior, et munitionibus aptus, adeo ut palam a Byzantinis Acropolis et tyrannorum nidus pars hæc palatii appellaretur. Certe *Constantinopolitanum palatium non pulchritudine solum; verum etiam fortitudine omnibus quas unquam viderit munitionibus præstitisse* tradit Luitprandus, lib. v, cap. 9. Unde non mirum si *castellum* non semel dicitur Villharduino, quod castri potius quam palatii formam præferret. B Sed aliter de Bucoleontis palatii **265** conditore scribit Codin. in *Orig. Lambecianis*, qui illud Theodosio Jun. ascribit: Τὰ ἐπάνω τοῦ τείχους παλάτια τοῦ Βουκολέοντος ὁ Μικρὸς ἀνήγειρε Θεοδόσιος.
triclinio, ἀφορῶν μὴν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὗπερ οἱ πέτρινοι βόες καὶ οἱ λέοντες. Scylitzes in Leone Armenio, εἰς τόπον ἐρχομένη, ἐν ᾧ βοῦς τε καὶ λέων ἵδρυνται λίθινοι· κἀκ τούτων ἔχει τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος, Βουκολέων ὀνομαζόμενος. Zonaras in Niceph. Phoca, Βουκολέων ὁ τόπος ὠνόμασται, ὅτι λίθινος λέων λελάξευτο ἐν αὐτῷ, βοὸς ἐπιβεβηκὼς ὁμοίου, καὶ τῷ εὐωνύμῳ ποδὶ κατέχων τὸ κέρας αὐτοῦ, καὶ περιστρέφων τὴν αὐχένα τὴν τοῦ βοός. Quæ non parum illustrant quæ hic ab Anna de leonis et bovis invicem colluctantium lapideis, vel marmoreis statuis enarrantur: de quibus egisse Will. Tyrium lib. xx, cap 25, ut Gyllium in *CP.* lib. I, cap. 7, monuimus in Notis ad Villhard. n. 123. C Hinc patet Rigordum an. 1205. Innocentium III, papam, lib. xv, ep. 33, perperam *Buccam Leonis*, et Sanutum, lib. III, part. II, cap. 1: *Os Leonis* palatium Bucoleontis nuncupasse, cum a bove et leone, quasi βοῦς καὶ λέων dictum sit, non vero a bucca, aut ore leonis. *Bouchelyon*, dixit etiam Villharduinus.

(75) *Λιμήν*. A palatio vicino, seu potius a stantibus in ipso littore bovis et leonis statuis, Bucoleontis portus appellatus est. Nicetas, in Manuele, lib. VII.: Ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Βουκολέοντα λιμένος ἐν τῷ φάρῳ τοῦ παλατίου νεὼν ἀνήγαγε. Scylitzes, τὸ τοῦ παλατίου νεώριον ἐν τῷ Βουκολέοντι. Βουκολέων simpliciter dicitur apud Leonem Grammat. in Leone et Constantino, pag, 479, 484, et 494. Interdum ab ipsa regia, seu palatio, λιμὴν τοῦ παλατίου, Scylitzæ in Nicephoro; λιμὴν περὶ τὰ ἀνάκτορα, Zonaræ in Theophilo; βασιλικὸν νεώριον, Pachymeri, lib. v; *Portulus imperatoris*, Bondelmontio. D Ad hunc portum e palatio patebat descensus, qui Nicetæ in Alexis, lib. III ἀποβάθρα τοῦ βασιλέως nuncupatur, et a Wilhelmo Tyrio, lib. xx, cap. 25, graphice describitur. Primitus vero, et ante receptam Bucoleontis appellationem, *Novus Portus* dictus fuit, ut est in veteri urbis descriptione, et *Portus Juliani*, de nomine Juliani Parabatæ imperatoris, a quo exstructum fuisse scribit Zozimus, lib. III, et lex 5 Cod. de calcis coctorib. ab Anastasio Dicoro purgatum, et mole lapidum tutiorem effectum tradunt Marcellinus comes, et Suidas in Anastasio. Justinianæum appellatum de nomine Justiniani imperatoris, qui hic antequam imperaret, habitabat, auctor est Alamannus ex veteri scriptore. Domus vero Justiniani exstitit eo loci, ubi exstructa postea ædes SS. Sergii et Bacchi, juxta portum Juliani. Tandem Justinus Junior, denuo purgatum, de nomine uxoris Sophiæ Augustæ, priori abrogata appellatione, *Sophiæ Portum* nuncupari voluit, ut pluribus narrant Zonaras, Cedrenus, Glycas et Codinus. Describi a Corippo, lib. I De laudib. ejusdem *Justini*, cum agit de palatio Sophianarum in opposito Asiastico littore ædificato, facile concedet quisquis urbis Constantinopolitanæ descriptionem, quam ex Bondelmontio damus, serio intuebitur:

Pars prospicit una
Immensum pelagus, pars prospicit altera pontum:
Pontum quem geminæ complexant brachia ripæ,
Mœnibus oppositis rapidos contemnere ventos
Et faciunt, præbentque solum statione quietum,
Æquoreos frangunt abjecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas angustiis faucibus undas.

Hodie exaggeratum et obrutum tradit Gyllius, lib. II, cap. 15, locumque appellari *Catergalimena*, quasi portum triremium, unde Portæ vicinæ *Catergalimenis* nomen mansit ut auctor est Leunclavius in Pand. cap. 200.

266 (76) *Δι' ἐγχορήγου*. Lapides ad structuram peregre advectos hic designari opinatur eruditus interpres. At materiam quamdam, non lapides, ἐγχόρηγον fuisse diserte innuit Anna, lib. II pag. 139, dum enarrat, ut Cantacuzenus, munitionem, vel si mavis, arcem, ad Laodiceam, quam obsidione cinxerat, tumultuario exstruxerit: cujusmodi arces describuntur a Leone in *Tact.* cap. 15, § 67 et seq. Ait enim murum διὰ ξηρῶν λίθων, ex rudi saxo, circulari forma, molitum in intervallo quod arenam, seu littus, et urbis mœnia adjacet: deinde intra illum ambitum arcem aliam. ἕτερον πολίχνιον, δι' ἐγχορήγου ὕλης continuo ædificasse. Nec discrepat Porphyrogenneta, lib. *De Adm. imp.* cap. 29, ubi ἐγχόρηγα a lateritio opere, et rudi perinde ac polito et quadrato lapide distinguit: Τὸ αὐτὸ κάστρον οὔτε ἀπὸ βησάλων ἐστὶν ἐκτισμένον, οὔτε ἀπὸ ἐγχορήγου, ἀπὸ λίθων τετραδίκων. Cum igitur ἐγχόρηγον neque lateritium fuerit opus, neque ruderatio, aut quadratum saxum, sed aliud quidpiam ab his diversum, multo videretur probabilius non ex aliunde importatam, sed in ipso loco, ubi ædificatur, erutam materiam designari, qualis est ex congestis cespitibus structura, et quam locus ipse suppeditat et χορηγεῖ, vel ἐν χώρῳ, seu loco ipso inventam; unde etiam accersi potest vocis etymon: κ.ᾳ.ϛ et lapides, quos regio ipsa suppeditat, *incores*, seu *encores*, ut præfert codex Memmianus, appellat Frontinius, lib. *De coloniis*; quo loco apposite Rigaltius *encores*, quasi ἐγχωρίους, dictos censet, indigenas scilicet, nativos, natos in ipso solo. Grammatici quippe et Agrimensores sæpenumero solent Græca barbare inflectere, quod in iis scriptoribus passim observare est. Frontinus, *sed et lapides incores signati sunt.* Arceriana fragmenta, *alii ponunt silices, alii tiburtinos, alii enchoros, alii peregrinos, alii autem politos et scriptos.* Quibus in locis *incores*, et *encori* lapides sunt quos idem Frontinus, *De condit. agror.* et Latinus, *petras naturales*; Balbus, *nativas*; Innocentius, *lapides nativos, quod est ex ipso solo*, Mago et Vegoia, *saxa ex ipso metallo* vocant, hoc est, lapides erutos et effossos ex ipsius soli fodinis: nam et *lapidum metalla* dixit Ulpianus, ut et Cassiodorus, lib. III, epist. 9. Sic in Vitis Patrum *enchores* opponuntur peregrinis: *Dixit quidam senex quia duo fratres erant vicini, unus peregrinus, et unus enchoris.* Isidorus, lib. XII *Orig.* cap. 7, *aliæ* (aves) *enchoræ, quæ manent in locis semper, ut stru-*

Tunc occasione commorationis in palatio Mariæ A Augustæ, cujus superius meminimus, obortæ plerisque suspiciones sparsusque clancularii susurris est rumor, novum principem Mariam Augustam ducturum conjugem. Id Ducæ, qui nihil cum vulgo sapiebant, non credebant illi quidem : sollicitos tamen eos non parum habebat matris Comnenorum antiquum in ipsos nec unquam dissimulatum odium, id quod ego sæpius ex ipsis audivisse memini. Cum ergo Georgius Palæologus ad arcem, uti dixi, classe perducta magna totius exercitus voce proclamaret Alexium et Irenem Augustos, despectantes e fenestris qui circa Comnenos erant, vetabant mentionem Irenes fieri. Quibus audacter Palæolo- B gus, *atqui non vestra*, inquit, *causa tantam rem suscepi perfecique, sed ejus quam sileri frustra jubetis* **73** *Irenes*. Simul ingeminari attollique altius voces imperat Irenem cum Alexio proclamantium. Ea suspicionum semina uberem curarum segetem genti Ducarum progignebant : populo vero materiam sermonum dabant in Mariam. Verum impe-

Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τὴν τῆς βασιλίδος περὶ τὰ βασίλεια καρτερίαν ὑποπτεύοντες, ὑπετονθόρυζον, ὡς εἰς κῆδος ταύτην ἀγαγέσθαι μέλλει ὁ νῦν τῆς βασιλείας ἐπιδραξάμενος. Οἱ δὲ δοῦκαι οὐδὲν μέντοι τοιοῦτον ἐνενόουν [11] (οὐ γὰρ συνεφέροντο ταῖς τυχούσαις ἐννοίαις) ἀλλὰ τὴν τῆς μητρὸς τῶν Κομνηνῶν ἀπροφάσιστον κατ' αὐτῶν μῆνιν ἐκ μακροῦ γινώσκοντες, περιδεεῖς ἦσαν, ὑποπτεύοντες αὐτὴν, ὡς κἀγὼ πολλάκις διηγουμένων ἀκήκοα. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος μετὰ τοῦ στόλου φθάσας τῆς εὐφημίας ἐξήρχετο, οἱ περὶ τοὺς Κομνηνοὺς προκύπτοντες ἄνωθεν κατεσίγαζον, μὴ τὴν Εἰρήνην τῷ Ἀλεξίῳ (77) κἂν τῇ εὐφημίᾳ συνάψαντας κοινῶς εὐφημεῖν. Ὁ δ' ἐμβριμησάμενος κάτωθεν αὐτοῖς φησιν· Οὐ δι' ὑμᾶς τὸν τοσοῦτον ἀγῶνα ἀνεδυσάμην [12] αὐτὸς, ἀλλὰ δὴ ἣν [13] *φατε Εἰρήνην*. Ἅμα δὲ καὶ τοῖς ναυτικοῖς παρεκελεύετο Εἰρήνην σὺν τῷ Ἀλεξίῳ ἀνευφημεῖν. Ταῦτα ταῖς μὲν ψυχαῖς τῶν Δουκῶν πολὺν ἐνέβαλε θόρυβον, τοῖς δέ γε μωμοσκόποις λοιδορίας ὕλη κατὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας ἐγένετο. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος μηδ' ἐν νῷ τοιοῦτόν τι βαλλόμενος (καὶ πῶς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] ἐνόουν. [12] ἀνεδησάμην. [13] δι' ἣν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

thio, aliæ adventitiæ. Sic quippe legunt viri quod pro *incolæ* : est enim ἔγχωρος Græcis, idem, quod ἐγχώριος. Lycophron, θάμβος ἐγχώροις μέγας. Ex istiusmodi lapidibus nativis, absque calce ulla, aut materia simili, compactos muros ante urbium C portas refert Cinnamus, lib. IV, ut forte lapides isti rudes et in ipso loco eruti, Annæ ἐγχόρηγον fuerint, Illius verba sunt : Ἔφθη μὲν γὰρ ὁ Δούκας ἐπί τι τῶν ἐκ λίθου πεποιημένων τειχίων πεφευγὼς, ἃ πρὸ τῶν πυλῶν εἴθισται τιτάνου ἄνευ, ἢ τινος ἄλλης ἐπιχρίσεως τοὺς λειμῶνας περιζωννύειν, περισεσῶσθαι. Ita Pachymeres, lib. II, cap. 27, τὸν ἐπὶ τῇ πύλῃ τῆς Πηγῆς ἐκ λίθων ξηρῶν ἐπιτειχισμόν Constantinopoli exstitisse scribit. Plerumque etiam videmus munitiones, aut moles, quæ ad urbium munimenta, vel oppugnationes eriguntur, ex ipsa adjacentes terra, seu ἐκ χώματος, ut est in *Tactic*. Leon. cap. 17, n. 13, excitari, quæ ne concutiatur lapsu, vel injuria temporis, cespite et ulva palustri, vel quadrato, si adsit, lapide, aut denique lateritio opere contineri solet. *Vallos* vocabant Latini muros istos cespititios, ut observatum a Salmasio ad Spartianum, pag. 139. Græci βωλεροὺς, a βῶλος, *cespes*, unde nostrum D *Bolerert* accersunt viri docti. Sic porro tradit auctor Titæ Ludovici VII, Fr. reg. cap. 20, in Damasceno tractu propter penuriam lapidum, prædia passim *interclusa fuisse muris terraceis compactis bitumine*. Ejusmodi autem fuit portus Juliani, seu Bucoleontis, quem χειροποίητον fuisse constat ex Scylitze et Glyca in Niceph. Phoca, aggesta telluris mole, marmoribus subinde **267** vestita confectus Manufactos portus, *cothones* a Latinis appellatos auctor est Festus. Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto, Portum Juliani describens, aggeres istos in mare procurrentes, materia aliunde importa a, pulvere nempe Puteolano, congestos fuisse ait, quem ad structuras, quæ in aqua fiebant, transferri solitum docet Vitruvius, lib. V, cap. 12.

Itur in æquor
Molibus, et veteres tellus nova contrahit undas.
Namque Dicarchææ translatus pulvis arenæ
Intratis solidatur aquis, durataque massa
Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.

Hæc quidem Sidonii, quodammodo interpretis sententiam videntur firmare. Fateor tamen non plane mihi hactenus factum satis de hujus vocabuli notione, adhucque hærere scrupulum, ut et in his Codini locis in *Orig. CP*. Ἔκτισε δ' αὐτὸς καὶ τέσσαρας ἐμβόλους, ἀπὸ τοῦ παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν ἐγχορήγους θόλους. Et mox, Ἐποίησε καὶ γάβους ἐγχορήγους ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, ubi ἐγχόρηγος adjectivum videtur, vocisque significatio, quam profert Salmasius ad Solinum, pag. 1232, admitti potest. Ait enim apud Constantinum et alios dici ἐγχορήγους, parietes in orbem compositos, seu ἐν χοροῦ τάξει. In alio apud Leonem loco, in *Tactic*. cap. 15, § 77 : Μέχρις οὗ ἐγχόρηγοι αἱ κινστέρναι γένωνται, vox ἐγχόρηγος pro *capax*, videtur usurpari; idque firmant Acta SS. Thyrsi et sociorum ex ms. Tolosano edita a Bollando 28 Jan. cap. 5, n. 22 : *Sylvanus dixit : Capacem grossum afferte, et aqua eum complete*. Ubi alia Acta habent *tinam*, *vas*, aut *lebetem*. At cum hoc loco adjectivum *capax*, pro ipso vase capaciori sumatur, quid vetat itidem adjectivum ἐγχόρηγον, pro eo quo muniuntur propugnacula, fossato, seu vallo a Græculis, postmodum vero pro ea quæ ex ipsis fossis geritur terra usurpatum existimare? Sic nempe Græci δεξαμενὴν cisternam vocant, quod aquas pluviales excipiat.

(77) *Εἰρήνην σὺν* Ἀλεξίῳ. Imperatoribus et imperatricibus acclamatum simul sæpe legimus. In synodo Oecum. Chalced. act. 7, Martiano et Pulcheriæ Patres acclamant. Corippus, lib. II :

Justino vitam ter centum vocibus optant,
Augustæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat.

Eodem libro :

Justino vitam partes utræque reclamant,
Augusto, Sophiæ, votis quam pluribus orant.

Niceph. Gregoras, lib. II : Καὶ τοῖς πομπικοῖς θεάτροις τῶν πανηγυρικῶν ἑορτῶν Βασιλείου καὶ Εἰρήνης ἡ μνήμη τὴν εὐφημίαν ἐκρότει.

γάρ;) ἀλλὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν [14] παραλαβὼν, ἀνὴρ ἐν πᾶσι δραστήριος τῶν ὅλων εὐθὺς πραγμάτων γίνεται, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὡς ἀπὸ κέντρου τῶν ἁπάντων κατάρχεται. Ἀνίσχοντος γὰρ ἡλίου εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθὼν, πρὶν ἢ τὸν ἀπὸ τῆς στάσεως κονίσαλον ἀποτινάξασθαι, καὶ τὸ σῶμα διαναπαῦσαι, εὐθὺς τῆς τῶν στρατιωτικῶν ὅλος ἐγεγόνει φροντίδος. Καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰσαάκιον ὡς πατέρα σεβόμενος, κοινωνὸν εἶχεν ἐν πᾶσιν ἅμα καὶ τὴν μητέρα ἐν ταῖς τῶν κοινῶν διοικήσεσιν ὑπερείδοντας, κἂν τὸ μεγαλόνουν αὐτῆς καὶ δραστήριον, οὐ πρὸς μιᾶς [15] βασιλείας διοίκησιν, ἀλλὰ πολλαῖς καὶ διαφόροις ἐξήρκει. Αὐτὸς δὲ πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἀπονενευκὼς ἦν τὸ τῆς ἡμέρας ἐπίλοιπον καὶ τὴν ὅλην νύκτα ἐς φροντίδα καταναλώσας, τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους σκεδασθέντος εἰς τὸ B Βυζάντιον ἅμα καὶ ἀτάκτοις ὁρμαῖς κεχρημένου, ὅπως μὲν θορύβου ἄτερ αὐτοὺς τῆς ἀτάκτου ἀνακόψῃ ὁρμῆς, ἀφροντησίαν [16] δὲ τῷ κοινῷ τοῦ λοιποῦ περιποιήσηται. Ἐδεδίει καὶ [17] ἄλλως τὸ ἰταμὸν τῶν στρατιωτῶν, καὶ μᾶλλον ὅσωπερ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο, μὴ καὶ κατ' αὐτοῦ χεῖρον διανοήσαιντο. Ὁ δὲ Καῖσαρ Ἰωάννης ὁ Δούκας βουλόμενος τάχιον τὴν βασιλίδα ἀποσκευάσασθαι, καὶ τῶν βασιλείων ἀπελάσαι, ὑποψίας τε πολλοὺς ἀπαλλάξαι ψευδοῦς, ἔνθεν μὲν τὸν πατριάρχην Κοσμᾶν παντοίως ὑποποιεῖτο [18], ἀξιῶν τὰ ὑπὲρ αὐτῶν φρονεῖν, καὶ τοῖς λόγοις τῆς τῶν Κομνηνῶν μητρὸς μηδαμῶς ὑπείκειν· ἐκεῖθεν δὲ τὴν βασιλίδα Μαρίαν νουνεχῶς ὑπετίθετο, ἔγγραφόν τι τοῦ αὐτοκράτορος ἐξαιτησαμένην, C αὐτῆς τε χάριν καὶ τῆς τοῦ παιδὸς ἀσφαλείας, οὕτως ἐκεῖθεν ἀποχωρεῖν [19], Πάτροκλον πρόφασιν (78) ταῦτ' ἐσχηκώς. Ἔφθασε γὰρ ἀντιλαβέσθαι ταύτης, ὁπηνίκα ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Δούκας τῆς βασιλείας ἐξέστη, καὶ τῷ μετ' αὐτοῦ βεβασιλευκότι Νικηφόρῳ τῷ Βοτανειάτῃ συμβουλεύσασθαι συναχθῆναι (79) ταύτῃ πρὸς γάμου κοινωνίαν, ὅτι ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐστι, καὶ συγγενῶν ὄχλος οὐ προσῆν αὐτῇ, δι' ὧν ὁ βασιλεὺς ὀχλοῖτο, περί τε γένους [20], καὶ τῆς τοῦ σώματος ὥρας ἀπαγγέλλων πολλὰ, καὶ πολλάκις ἐπαινῶν αὐτήν. Καὶ γὰρ ἦν εὐμήκης μὲν τὴν ἡλικίαν καθάπερ ἡ κυπάριττος, λευκὴ δὲ τὸ σῶμα ὡς ἡ [21] χιὼν, πρόσωπον κύκλον μὲν οὐκ ἀπαρτίζον, τὸ δὲ χρῶμα δι' ὅλου ἄνθος ἠρινὸν ἄντικρυς. D Τὰς δὲ τῶν ὀμμάτων αὐγὰς τίς ἀνθρώπων ἐξείποι; Ὀφρῦς ὑπερανεστηκυῖα καὶ πυρσὴ, βλέμμα χαροπόν. Ζωγράφου [22] μὲν οὖν χεὶρ τὰ χρώματα τῶν ἀνθέων πολλάκις ἐμιμήσατο, ὁπόσα ὧραι φέρειν εἰώθασι· τὸ δὲ τῆς βασιλίδος κάλλος, καὶ ἡ ἐπιλάμπουσα αὐτῇ [23] χάρις καὶ τὸ τῶν ἠθῶν

A rator Alexius nihil unquam tale ne primarum quidem cogitationum tenus in animum admiserat. Sed Romanæ rei primum administrationem in manus sumens, homo acer et strenuus adeo curas omnes in primordiis tanti negotii defixerat ut de removendis quas dixi suspicionum causis parum ipsi vacaret cogitare. Sane is a centro rerum, ut sic dicam, exorsus cum oriente sole in palatium intrasset, priusquam pulverem tanti certaminis excuteret, aut corpus curaret, statim in curam seriam incubuit, adhibito in consilium fratre majore Isaacio quem patris colebat loco, et matre cujus magnam et strenuam mentem non uni sed pluribus simul administrandis parem imperiis intelligeret, ut militum rapinis qui adhuc in civitatis visceribus B grassabantur modus quam præsentissimus adhiberetur. Totus is dies noxque insequens in ea re deliberanda tentandaque abiit, non sane facili. Nam et omnino securitati civium consulendum erat: et exercitui effusissime disperso, atque ob id periclitanti, restituendis ordinibus succurrendum. Verum in tanto numero ac tanta varietate cupiditateque hominum ex quibus is exercitus constabat, erat id apparebatque difficillimum. Nec deerat periculum ne miles ferox et insolens si coerceretur imperiosius aliquid in novum Augustum pejus moliretur. At Cæsar Joannes Ducas in animo habens Mariam quam primum educere palatio, suspicionumque causas tollere, duplici ad eam finem via pergere instituit. Primum enim C Cosmam sibi firmius astrinxit jam olim familiarem, præmunivitque ne a matre Comnenorum in partes trahi posset. Deinde Mariam ipse aggressus suasionibus et monitis, pro ea qua valebat auctoritate apud ipsam jam tum ex quo illi auctor fuerat, cum vir ejus Michael Ducas throno ejectus est, ut Botaniati nuberet, magnopere institit, ut, si suis rebus consultum vellet, securitate sibi filioque scripto accepta, palatio excederet. Et fuerat illud quod dixi Joannis in Mariam officium non parvum. Nam Botaniates in ejus nuptias neutiquam propendens, quod eam mulierem alienigenam sciret nullis subnixam consanguineorum opibus; a Joanne illam ipsam ob causam, nempe ut illius solitudini consuleret, studiosissime interveniente, non asperna- D retur: quod obtinuit genere ac forma ejus sæpius et multis verbis apud Augustum prædicandis. Ac formam quidem quod attinet, excelluit ea parte Maria; 74 corpus erat celsum proceritate majestatis plena cyparissumque referente, jam totum candore plane nivali perfusum. Facies non in or-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[14] ἡγεμονίαν. [15] μίαν. [16] ἀφροντισίαν. [17] γὰρ καί. [18] ὑπεποιεῖτο. [19] ὑποχωρεῖν. [20] τοῦ γένους. [21] ὡσεί. [22] ζωγράφος. [23] αὐτήν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(78) *Πάτροκλον πρόφασιν*. Proverb. Ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων διὰ φόβον θρηνεῖν τὰς οἰκείας συμφορὰς, ἐξ ἑτέρων δὲ θλίψεων αὐτὰς ἀποκλαιόντων. Diogenian. cent. 7, Apostol. cent. 15. Occurrit semel ac iterum apud Annam, pag. 191, et apud Pachymerem, lib. XII, cap. 13. Vide Glossar. eruditi interpretis.

(79) *Νικηφόρῳ... συναχθῆναι*. V. Niceph. Bryennium, lib. III, cap. 25.

lem tornata perfectum, sed oblongior, tota liliis ac rosis apte temperatis florens. Oculorum fulgura quis hominum assequi dicendo queat? Imminebat curvatum alte ac rutilum supercilium, aspectus mites et amœnam spirantes gratiam. Pictorum quidem manus flores omne genus quos variæ tempestates ferunt arte coloribus assimulat, florem vero formæ ac gratiæ toto ex Augustæ habitu, motu, conspectu radiantem nullus Apelles, nullus Phidias, aut idea designare, aut penicillo exprimere posset. Laudantur insignia opera statuariorum; nullum unquam tale humani corporis simulacrum exstitit. Ferunt Gorgonis caput vertere solitum ex hominibus in saxa qui ipsum cernerent: hanc qui videret ingredientem repente perculsus et defixus occursu primo astabat inhians in ipso habitu sine voce, quasi anima privatus et sensu. Tanta siquidem erat proportio membrorum vel inter se omnium, vel singulorum ad singula, vel sigillatim cujusque ad totum, quantam et quam concinnam lepideque dimensam ac descriptam in humano nemo adhuc unquam viderat corpore. Simulacrum ad ideam pulchritudinis ac totam decori vim uno compendio colligendam, et hominum qui rerum pulchrarum sensum aliquem haberent amores in se omnium vertendos fictum; aut potius amor plane ipse corporatus in hunc terrestrem orbem delapsus e cœlo. Hæc validum Joanni Cæsari suppeditarunt argumentum ad molliendum domandumque Botaniatis animum in gratiam desideriumque Mariæ; cui ut præferret Eudociam multi erant auctores: quam et sermo emanaverat imperii regustandi cupidam ubi Botaniatem ad thronum properantem occupasse Damalim cognovisset, voluisse conciliare sibi eum per litteras (quod tamen alii tentatum ab illa non ambitione regni sibi parandi, sed amore Zoes Porphyrogenitæ cui consultum cuperet contendunt) cogitatumque fuisse perfecturam nisi quidam ex ejus domesticis Leo eunuchus illam a tali consilio deduxisset, multis apud eam in tempore commemorandis, quæ distinctius referre sit nefas nobis quidem, judicio naturæ atque institutionis disciplina ab obtrectandi maleque dicendi vitio abhorrentibus. Abunde ac plus satis talia suggerent sparsores collectoresque popularium rumorum. Cæterum Joannes Cæsar diu obsessum et varie tentatum Botaniatis animum tandem perpulit ut Mariam Augustam conjugem duceret, quæ res illi magnam apud eam gratiam paravit, qua fretus, ut dixi, suadere ipsi aggressus est ut palatio exiret. Verum cum ea res lenta

ἐπαγωγόν τε καὶ εὔχροι ὑπὲρ λόγον καὶ τέχνην ἐφαίνετο· οὐχ Ἀπελλῆς, οὐ Φειδίας, οὐδέ τις τῶν ἀγαλματοποιῶν τοιοῦτόν ποτε παρήγαγεν ἄγαλμα. Καὶ ἡ μὲν τῆς Γοργοῦς κεφαλὴ λίθους ἐξ ἀνθρώπων τοὺς ὁρῶντας ἐποίει ὡς λέγεται, τὴν δὲ ἰδὼν ἄν τις βαδίζουσαν, ἢ αἴφνης ὑπαντιάσας [24] ἐκεχήνει τε καὶ ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος ἐφ' ᾧ ἔτυχεν ὢν ἵστατο ἐννεὸς ὡς ἀφῃρῆσθαι τηνικαῦτα δοκεῖν, καὶ ψυχὴν, καὶ διάνοιαν. Ἀναλογίαν γὰρ τοιαύτην μελῶν καὶ μερῶν τοῦ ὅλου πρὸς τὰ μέρη, καὶ τούτων πρὸς τὸ ὅλον, οὐδεὶς οὐδέπω τοιαύτην ἐν ἀνθρώπου σώματι ἐθεάσατο· ἄγαλμα ἔμψυχον καὶ ἀνθρώποις φιλοκάλοις ἐράσμιον. Ἵμερος γὰρ ἄντικρυς ἦν σωματωθεὶς οἷον εἰς τόνδε τὸν περίγειον [25] κόσμον. Τούτοις οὖν ὁ Καῖσαρ συγχρησάμενος τότε, τὴν τοῦ βασιλέως καταμαλάττει καὶ χειροῦται ψυχὴν, κἂν πολλοὶ αὐτῷ συνεβούλευον τὴν βασιλίδα ἀγαγέσθαι Εὐδοκίαν (80), περὶ ἧς ὑπετονθόρυζόν τινες ὡς τῆς βασιλείας καὶ αὖθις ἱμειρομένη τὸν Βοτανειάτην ὁπηνίκα τὴν Δάμαλιν κατείλαβεν, ἐπειγόμενος εἰς τὸν [26] βασίλειον ἀναχθῆναι περιωπὴν [27], διὰ γραμμάτων ἐσφετερίζετο· οἱ δὲ ὅτι οὐ χάριν ἑαυτῆς, ἀλλὰ τῆς ἰδίας Ζωῆς (81) τῆς Πορφυρογεννήτου [28]. Καὶ τάχα διηνύκει ἂν τὸ σπουδαζόμενον, εἰ μή τις τῶν θεραπόντων τῆς ὁρμῆς ταύτης ἀνέκοψε, Λέων ἐκτομίας ὁ Κυδωνειάτης πολλὰ καὶ καιρίως [29] πρὸς αὐτὴν εἰρηκὼς, ἃ κατὰ μέρος ἀπαγγέλλειν ἡμῖν οὐ θέμις, φύσει τὸ διαβάλλειν ἀποστρεφομένοις, τοῖς δὲ τῶν τοιούτων λογοποιοῖς παντὸς [30] καὶ περὶ τούτων μελήσει. Ὁ μέντοι Καῖσαρ Ἰωάννης παντοίως αὐτὸν μετελθὼν πέρας δέδωκε τῇ βουλῇ πείσας συναφθῆναι τῇ βασιλίδι Μαρίᾳ, καθὼς ὁ λόγος σαφέστερον φθάσας ἐδήλωσε, κἀντεῦθεν παῤῥησίαν πολλὴν ἐσχήκει πρὸς αὐτόν. Ἐπεὶ δ' ἔν τισιν ἡμέραις ταῦτ' ἐτελεῖτο, μὴ βουλομένων τῶν Κομνηνῶν, ἀθρόον αὐτὴν ἀπελάσαι τῶν βασιλείων, ἅτε πολλῶν αὐτῆς εὐεργετημάτων τυχόντων παρ' ὅλον τὸν τῆς βασιλείας αὐτῆς χρόνον, οὐχ ἧττον δὲ καὶ δι' ἣν ἔσχον πρὸς αὐτὴν συνήθειαν τῇ προφάσει τῆς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν συμπεσούσης συγγενείας, πολλοὶ ἐκ πολλῶν συνείροντο λόγοι νοημάτων διαφόρων ἐξαγγελτικοὶ, τῶν μὲν ἄλλως ἐκλαμβανομένων τὰ πραττόμενα, τῶν δὲ ἑτέρως, ὡς ἕκαστος ἐννοίας [31], ἢ μίσους εἶχε τὰ πρὸς αὐτὴν, τῶν εἰωθότων ἐκ προαιρέσεως, καὶ μὴ ὡς ἔχουσι κρίνειν τὰ πράγματα. Καὶ δὴ στέφεται τέως ὁ Ἀλέξιος μόνος παρὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ ἀρχιερέως Κοσμᾶ. Καὶ γὰρ τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Δούκα καὶ τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου αὐτοκράτορος τελευτήσαντος τοῦ ἱερωτάτου πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου (82) μηνὸς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] ὑπαντιώσας. [25] Deest vox περίγειον. [26] τήν. [27] περιοπήν. [28] Πορφυρογενήτου. [29] καίρια. [30] πάντως. [31] εὐνοίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(80) *Εὐδοκίαν*. Eudociam Dalassenam, Constantini Ducæ imp. viduam. Scylitz., Zonar., Glyc.

(81) *Ζωῆς*. Zoes Ducænæ, Constantini Ducæ imperatoris ex eadem Eudocia filiæ.

(82) *Ξιφιλίνου*. Joannes Xiphilinus, patria Trapezuntinus, patruus Joannis Xiphilini, qui Dionis epitomen confecit, Michaele Duca impe-

Αὐγούστου [32] δευτέραν ἄγοντος, ἐπινεμήσεως τρισκαιδεκάτης, χειροτονεῖται τηνικαῦτα οὗτος ὁ [33] ἀνὴρ ἱεροπρεπὴς καὶ πλήρης ἁγιωσύνης. Τοὺς Δούκας δὲ τὸ μήπω τὴν βασιλίδα τῆς βασιλικῆς ταινίας ἀξιωθῆναι, ἐπιπλέον ἐξεδειμάτει· ἐνίσταντο δὲ ὅμως καὶ τὴν βασιλίδα Εἰρήνην τοῦ στέφους ἀξιωθῆναι. Ἔτυχε δέ τις μοναχὸς Εὐστράτιος τὴν κλῆσιν, Γαριδᾶς τὴν ἐπωνυμίαν, τὰς οἰκήσεις ἀγχοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας ποιούμενος, καὶ ἀρετὴν δῆθεν ὑποκρινόμενος, οὗτος θαμὰ πρὸς τὴν μητέρα τῶν Κομνηνῶν πάλαι παραγενόμενος, περὶ βασιλείας προὔλεγεν. Ἡ δὲ καὶ ἄλλως φιλομόναχος οὖσα, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοιούτοις ὑποσαινομένη λόγοις τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ὁσημέραι αὔξινουσαν [34] ἐδείκνυ, κἀντεῦθεν τῷ ἀρχιερατικῷ τῆς μεγαλοπόλεως B θρόνῳ ἐγκαθιδρύσαι τοῦτον προτεθύμητο. Καὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἄπραγμον τοῦ τηνικαῦτα ἀρχιερέως προφασιζομένη, ἔπειθέ τινας λόγους παραιτήσεως ἐν σχήματι συμβουλῆς πρὸς αὐτὸν ἀνακινεῖν, ὡς δῆθεν διὰ τὸ αὐτῷ συμφέρον τοῦτο ξυμβουλεύοντας, ἀλλὰ τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον ἄνδρα ἡ σκῆψις αὕτη οὐ διελάνθανε· καὶ τέλος τὴν ἰδίαν ἐπομοσάμενος κλῆσίν φησι πρὸς αὐτούς· *Νὴ τὸν Κοσμᾶν* (83), *εἰ μὴ διὰ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἡ Εἰρήνη τοῦ στέφους ἀξιωθῇ, τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου οὐκ ἀποστήσομαι.* Οἱ δὲ ὑποστρέψοντες [35] ἀπαγγέλλουσι τῇ δεσποίνῃ (84) τὰ μηνυθέντα· ἔφθασαν γὰρ ἤδη οὕτω ταύτην καλεῖν ἅπαντες, τοῦ φιλομήτορος βασιλέως τοῦτο βουλομένου. Ἑβδομαῖα τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ Ἀλεξίου ἀνάῤῥησιν καὶ ἡ αὐτοῦ ὁμευνέτις C Εἰρήνη διὰ τοῦ πατριάρχου (85) Κοσμᾶ ἀξιοῦται στέφους.

A multorum dierum negotiatione tractaretur, Comnenique beneficiorum ab Augusta imperii ejus tempore 75 acceptorum memores, nec obliti necessitudinis duplicis qua eidem ambo devincti erant, nihil de illa statuere præfractius minusve humanum vellent, locus datus est iis quas indicavi suspicionibus ac sermonibus, pro varia dispositione variis, otiosorum hominum, qui de rebus non ex merito ac momentis ipsarum, sed ex propriis affectibus judicare solent. Rebus igitur sic pendentibus Alexius coronatur manu patriarchæ Cosmæ. Etenim quarto anno imperii Michaelis Ducæ et filii ejus Constantini cum esset mortuus sanctissimus patriarcha Joannes Xiphilinus, 2 die mensis Augusti, indict. 13, subrogatus in ejus sedem fuerat B hic Cosmas illo loco dignissimus et sanctitate plenus. Momordit ergo non parum Ducas, et in acrem sollicitudinem conjecit quod Irenem nequaquam cum Alexio coronatam cernerent, instabantque vehementius, ut id fieret. Erat tum monachus quidam Eustratius nomine cognomento Garidas prope Magnam Dei ecclesiam habitans, magna specie virtutis, qui jam ex longo tempore adire ac visere solitus Comnenorum matrem etiam illi nescio quid de imperio prædixerat. Illa in monachorum genus alioqui propensior, hujus insuper delinita sermonibus majorem in dies erga ipsum fiduciam benevolentiamque demonstrabat. Jamque eo venerat ut de transferendo in istum urbis re- C giæ patriarchatu consilia versaret, certosque adhiberet homines quibus, commemorata simplicitate atque ineptitudine ad res gerendas ejus qui tunc erat patriarcha, dabat negotium adeundi hominem et quasi pro amicitia admonendi nihil cum ipsi sibi utilius facere posse quam si ultro dignitatem abdicaret. Non fefellit ea machinatio virum sanctum; auditisque aliquandiu amicis subornatis, per proprium nomen jurans dixit illis: *Per Cosmam non cedam patriarchali throno prius quam mea manu Irene Augusta coronata fuerit.* Quo illi audito responso redierunt ad Dominam (sic jam tum omnes matrem Comnenorum appellabant, imperatore, quippe matris amantissimo, id maxime volente) et cuncta illi retulerunt. Septimo igitur post inaugurationem Alexii die uxor quoque ipsius Irene ministerio Cosmæ patriarchæ solemnem coronæ impositionem accepit.

Αἱ μὲν οὖν μορφαὶ τοῖν βασιλέοιν ἀμφοῖν Ἀλε-

Amborum porro imperantium Alexii, inquam,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[32] μηνὶ Αὐγούστῳ. [33] Deest vocula ὁ. [34] ἐπὶ πλέον αὐξάνουσαν? [35] ἐπὶ πλέον αὐξανούσαντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

rante, ut ipsemet in Augusto testatur, Constantino Lichude patriarcha exstincto, in ejus locum suffectus est a Constantino Duca imperatore, vir et morum probi probitate et omnigenæ eruditionis fama illustris. Obiit 2 Augusti anno Michaelis 268 4, Christi 1075, indict. 13, seditque annos 11, menses 7. Ejus Homilias aliquot edidit Gretzerus, tom. II *De sancta cruce*.

(83) *Νὴ τὸν Κοσμᾶν.* Vide Seldenum ad *Marmora Arundel.* pag. 151, ubi de ejusmodi juramenti formula.

(84) *Τῇ δεσποίνῃ.* Δεσποίνας, et *Dominas*, vel *Domnas* appellatas olim Augustas observatum a Fabroto ad Theophil. lib. II, tit. 6, § ult. et Seldeno, *De titulis honorariis*, I parte, cap. 6, § 7. Concessa etiam eadem honoraria appellatio matri Annæ Dalassenæ ab Alexio, et si Zonaram audi- D mus, τῆς Βασιλίδος, et Augustæ (quam ipsa etiam neptis Anna aviæ tribuit, pag. 88): Ἡ δὲ μήτηρ τούτων παρασήμων μὴ μετασχοῦσα βασιλικῶν, διὰ τὸ ἔνδυμα μοναχικὸν, μήτε μὲν εὐφημίας καὶ ἀναῤῥήσεως, μόνου μετεῖχε τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος. Idque egit Alexius Constantini M. exemplo, qui matrem Helenam non Dominæ duntaxat, sed et Σεβαστῆς, seu Augustæ appellatione donaverat, ut auctor est Sozomenus, lib. II, cap. 1, et ex eo Niceph. Callist. lib. VIII, cap. 1.

(85) *Διὰ τοῦ πατριάρχου.* Nondum forte invaluerat, quod postmodum inductum legimus, ut imperatrices et Augustæ, non a patriarcha, sed ab imperatoribus maritis recens coronatis coronarentur, ut auctor est Cantacuzenus, lib. I, cap. 41; lib. III, cap. 82; lib. IV, cap. 4, 33; et ex Cantacuzeno Codinus, *De offic.* cap. 18.

et Irenes majestas et decor emicabat incredibiliter splendens, et plane inimitabilis arte quantavis. Neque enim pictor illum archetypæ pulchritudinis florem intuens exprimere ut maxime conetur in tabula queat: neque statuarius, ut summæ industriæ **76** nervos contendat omnes, etiamsi tota vita illa Polycleti elaboratissima signa magno æmulandi studio contemplatus sit, ita unquam materiam inanimam fingere, sculpere conformareque possit ut spirantium istorum naturæ simulacrorum, Augustos dico recens coronatos, speciem admirabilem repræsentet. Horum Alexius quidem statura fuit non multum eminenti, cæterum plena, nec modum tamen excedente, habitudine corporis. Itaque illius pedibus insistentis non tantum percellebat intuentes majestas, quantum in throno residentis regio, et acrem inde oculorum aciem contra vibrantis. Tunc enim nihil minus terrificum præstinguebat visus astantium quam quod elisis nubibus fulgur resplendens connivere audacissimos cogit; tanta ex toto non solum vultu, sed etiam corpore ac conformatione universa membrorum lux imperiosæ ac venerationem extorquentis emicabat dignitatis. Nigrum utrimque supercilium concinne curvabatur: et sua cuique subjecta pupilla blandos simul eadem terribilesque dabat: ut a jactu obtutuum, a fulgore vultus, a dignitate genarum apte insperso rubore micantium, misti majestatis clementiæque radii simul vereri, simul confidere homines juberent. Jam latitudo humerorum, lacertorum torositas, prominentia pectoris, heroica omnia, et simul admirationem, simul voluptatem afferentia spectantibus; idem enim in eo et speciem habebat et gratiam et pondus atque instar gravitatis inaccessæ: quod si os aperiret linguamque solveret, videres insidere viri labris igneo spirantem impetu rhetoricam ipsam Demosthenis effuso quodam vehementium et brevium argumentorum quasi torrente aures omnes animosque rapientem. Nec vero vis ejus eloquentiæ satis explicari dicendo potest, nec par quidquam victrix impetus perorantis linguæ, nisi fortes ictus aut inevitabiles jactus dextræ pugnantis habuit, utraque invictus: verum lingua delectabat, manus affligebat quos vinceret. At Augusta Irene mater mea tum adhuc adolescentula quintum decimum nondum annum excesserat. Andronici filia, qui Joannis Cæsaris primogenitus erat, conspicuo utique genere cujus ab Andronicis illis et Constantinis, qui cognominati sunt Ducæ, series repetebatur. Surgebat porro instar speciosæ arboris recta et florenti statura, summa

A ξίφει τε καὶ Εἰρήνη ἀμήχανοι, καὶ εἰς ἅπαν ἀμίμητοι καὶ οὔτε γραφεὺς γράψειεν ἂν πρὸς ἀρχετυπίας [36] τοῦ κάλλους ὁρῶν, οὔτε λιθοξόος ἄψυχον οὐσίαν οὕτω ῥυθμήσειε, εἴ τις ἂν πρὸς τὰ τῆς φύσεως ἀγάλματα ταῦτα, λέγω δὴ τοὺς ἀρτιστεφεῖς αὐτοκράτορας, καὶ πρὸς τὰ τοῦ Πολυκλείτου ἐκείνου σπουδάσματα ἀποβλέψειεν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀλέξιος οὐ πάνυ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπῆρτο ἐπὶ πολὺ, εἰς εὖρος δὲ συμμέτρως πως ηὐρύνετο. Καὶ ἱστάμενος μὲν οὐ τοσοῦτον θάμβος ἐδίδου τοῖς θεωμένοις, εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλείου καθίσειεν οὗτος θρόνου καὶ γοργωπὸν σέλας ἀφήσειε τῶν ὀφθαλμῶν, πρηστὴρ ἐδόκει, καὶ ἄμαχον αὐγὴν ἀποστέλλειν καὶ τοῦ προσώπου καὶ τῆς ὅλης διοργανώσεως. Μέλαινα μὲν γὰρ ἡ ὀφρὺς ἑκατέρωθεν ἐκυρτοῦτο, τῇ δὲ ὀφθαλμὸς ὑπεκάθητο βλοσυρὸν ἅμα B καὶ ἥμερον ἐνορῶν, ὡς ἀπό τε τῆς βολῆς [37] τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς στιλπνότητος τοῦ προσώπου [38], καὶ τῶν παρειῶν τῆς σεμνότητος καὶ τοῦ ἐπιτρέχοντος αὐταῖς ἐρεύθους ὁμοῦ καὶ δεδοικέναι τε καὶ θαῤῥεῖν. Τῶν τε ὤμων ἡ εὐρύτης καὶ τῶν βραχιόνων τὸ στεῤῥὸν καὶ τῶν στέρνων ἡ προβολὴ, ἡρωϊκὰ πάντα, καὶ ὅλως εἰς θάμβος καὶ τέρψιν τοὺς πολλοὺς ἐκκαλούμενα. Τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὥραν εἶχε καὶ χάριν, βάρος [39] καὶ ὄγκον ἀπρόσιτον. Εἰ δὲ καὶ εἰς ὁμιλίαν ἦλθεν ἐκεῖνος, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκίνησεν, εἶδες ἂν αὐτόχρημα τὴν πυρίπνουν ἐπικαθημένην τοῖς χείλεσιν ἐκείνου ῥητορικὴν Δημοσθένους. Καὶ τῶν γὰρ [40] κατακλυσμῷ τῶν ἐπιχειρημάτων πᾶσαν καὶ ἀκοὴν, καὶ ψυχὴν κατεσύρετο, καὶ ἀμύθητος C ἦν καὶ ἄμαχος καὶ τὴν γλῶτταν ὁμοῦ καὶ τὴν χεῖρα, τὴν μὲν πρὸς δόρατος ἄφεσιν, τὴν δὲ πρὸς ἀκήρατα θέλγητρα. Ἡ δέ γε βασιλὶς Εἰρήνη καὶ μήτηρ ἐμὴ μεῖραξ τε ἦν τὸ τηνικάδε, καὶ οὐδέπω τὸν πεντεκαιδέκατον παραδεδραμήκει χρόνον. Θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀνδρονίκου (86) τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ τοῦ Καίσαρος, τὸ γένος περίβλεπτος, εἰς Ἀνδρονίκους ἐκείνους καὶ Κωνσταντίνους τοὺς Δούκας ἀναφέρουσα τὴν τοῦ γένους σειράν. Ἀνίστατο γὰρ [41] καθάπερ τι ἔρνος ὄρθιον καὶ ἀειθαλὲς συμμέτρως καὶ πλατυνομένη καὶ στενουμένη καταλλήλως [42] ἑκασταχοῦ τῶν μελῶν, καὶ μερῶν, καὶ ἐπέραστος μὲν ἰδεῖν, ἐπέραστος δὲ ἀκοῦσαι, καὶ ὄψεώς τε καὶ ἀκοῆς ἀκόρεστον ὡς ὄντως ἄκουσμά τε καὶ θέαμα. Αὐτὸ D μὲν γὰρ τὸ πρόσωπον, σελήνης μὲν ἀπέστιλβε φέγγος, οὐ μὴν εἰς κύκλον ἀκριβῆ διαπέπλαστο κατὰ τὰς Ἀσσυρίας [43] γυναῖκας, οὐδ' ἄλλως ἐξεμηκύνετο κατὰ τὰς Σκυθίδας, ἀλλ' ὑπεκαλεῖτο [44] μικρόν πως τῆς ἀκριβείας τοῦ κύκλου. Ἀνεπέπτατο δὲ αὐτῆς ὁ λειμὼν ἀπὸ τῶν παρειῶν, καὶ τὴν ῥοδωνιὰν καὶ τοῖς πόῤῥω προὐβάλλετο. Ὄμμα δὲ χαροπὸν καὶ ξὺν ἡδονῇ φοβερὸν ἐνητένιζεν, ὡς τῶν ὁρώντων τὰ ὄμματα τῇ μὲν ἡδονῇ καὶ τῷ κάλλει

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[36] ἀρχετυπίαν. [37] βολίδος. [38] μετώπου. [39] καὶ βάρος. [40] Desunt voces καὶ τῶν γάρ. [41] μὴν γάρ. [42] κατ' ἀλλήλοις. [43] Ἀσυρίας. [44] ὑπεχαλᾶτο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(86) *Θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀνδρονίκου.* Perjuri illius et perfidi, cujus insigni proditione Romanus Diogenes imp. cui merebat, in Turcorum potestatem venit: quem postmodum contra datam fidem effossis oculis, nec curatis vulneribus, perire coegit. V. Zonar. Scylitz. Manass. Glycam.

A ἕλκειν πρὸς ἑαυτὴν, τῷ δὲ φόβῳ μύειν καταναγκάζειν, οὐκ ἐχόντων ὅπως ἀποβλέψωνται, ἢ ὅπως ἂν ἀποκρύψωνται. Καὶ εἰ μέν τις ἦν Ἀθηνᾶ τοῖς πρώην ἐφευρημένη ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν οὐκ οἶδα ἔγωγε· μῦθον δὲ ταύτην ἀκούω περιφερόμενον καὶ περισυρόμενον· τὴν δὲ βασιλίδα ταύτην Ἀθηνᾶν, εἴ τις εἴπερ [65] ἐν τοῖς τότε χρόνοις φανεῖσαν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ, ἢ καταῤῥαγεῖσαν ἐξ οὐρανοῦ μετά τινος οὐρανίας αἴγλης καὶ ἀπροσίτου μαρμαρυγῆς, οὐκ ἂν ἐξήμαρτε τοῦ εἰκότος. Καὶ τὸ θαυμασιώτερον, ὅπερ οὐκ ἂν ἐν ἄλλῃ τῶν γυναικῶν εὑρεθείη, τοὺς μὲν ἰθαμοὺς [66] τῶν ἀνδρῶν συνέστελλε, τοῖς δ' ὑπὸ φόβου συνεσταλμένοις θαῤῥεῖν ἐνεδίδου ἐκ μόνης ὄψεως. Τὰ δὲ χείλη ἐμεμύκει μὲν τὰ πολλὰ καὶ ἐδείκνυ σιγῶσαν, ἔμπνουν ὡς B ἀληθῶς ἄγαλμα καλλονῆς καὶ στήλην ἔμψυχον εὐρυθμίας. Ἡνιόχει δὲ τὰ πολλὰ ἡ χεὶρ τῷ λόγῳ σὺν εὐρυθμίᾳ μέχρι τοῦ καρποῦ παραδεικνῦσα τὸ μετακάρπιον, καὶ εἶπες ἂν ἐλέφαντα ἐκτετορεῦσθαι παρὰ τεχνίτου τινὸς εἰς δακτύλων καὶ χειρῶν διάθεσιν. Ἡ μέντοι ἶρις τῶν ὀφθαλμῶν θάλατταν ἐμιμεῖτο γαληνιῶσαν ἐν βαθυκύμονι διαθέσει τὸ κυανοῦν ἐξαυγάζουσα. Ἀντέστιλβε [67] δὲ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀμμάτων κύκλῳ τῆς ἴριδος, καὶ χάριν ἀπέλαμπον ἄμαχον καὶ ἡδονὴν ἄφατον ἐνεδίδουν ταῖς ὄψεσι. Τοιοῦτοι μὲν τὴν ἰδέαν Εἰρήνη καὶ Ἀλέξιος. Ὁ μέντοι θεῖος ἐμὸς Ἰσαάκιος τὴν μὲν ἡλικίαν ἐῴκει τἀδελφῷ, οὐδὲ τὰ ἄλλα [68] πολὺ ἀπεῴκει. Ὕπωχρος μὲν οὖν ἦν αὐτὸς τὴν ὄψιν καὶ τὴν ὑπήνην οὐ πάνυ δασὺς, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς γνάθους C ψιλωτέραν εἶχε τῆς τἀδελφοῦ. Ἄμφω δὲ τἀδελφὼ κυνηγεσίοις μὲν πολλάκις ἀπένευον, ὁπηνίκα οὐ πολλή τις αὐτοῖς ἐπέῤῥει [69] πραγμάτων φροντὶς, πολεμικοῖς δὲ μᾶλλον ἢ κυνηγετικοῖς ἔχαιρον πράγμασιν. Ἐν δὲ ταῖς ἐμβολαῖς τῶν πολέμων, οὐδ' ὁπηνίκα τῶν ταγμάτων αὐτὸς κατῆρχε προέτρεχέ τις αὐτοῦ, ἀλλ' ἅμα τε τὴν παράταξιν ἑωράκει τῶν πολεμίων ἐκεῖνος καὶ πάντων καταφρονήσας τῶν ἄλλων, ἐς μέσους ἐνέπιπτε καθάπερ τις κεραυνὸς, ὀξέως διακόπτων τὰς φάλαγγας. Κἀκ τούτου ἑάλω (87) καὶ ἅπαξ καὶ δὶς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμμίξας Ἀγαρηνοῖς. Καὶ τοῦτο μόνον εἶχε ψόγου ἄξιον ἐν τοῖς πολέμοις οὑμὸς θεῖος ὅτι πρὸς συμβολὰς ἀκατάσχετος ἦν.

A proportione ubi erat opus modo dilatata modo arctata, membris sibi exacte respondentibus, visu pariter et auditu sic amabilis ut nec spectaculum suavius, nec acroama dulcius ejus vultu voceque homines haberent. Facies quidem pleno micabat lunæ fulgore : non tamen in perfectum circinata orbem more Assyriarum, nec immodice longa qualis **77** in Scythis feminis cernitur, sed producta paululum ultra gyros exacti circuli. Pervolabat vero illam qua tendebantur genæ species atque aura quædam vernantis prati et viva purpura flagrantem florentis rosarii colorem in oculos vel procul spectantium ejaculabatur; intuentis aspectus vivide serenus, et pariter delectans, pariter terrens, ut occurrentium oculos et specie in se ver- B teret, et majestate connivere cogeret, inter utrumque incertos, ac nec abstinere a cernendo. nec sustinere contra intuentem valentes. Quam Palladem poetæ pictoresque celebrant, ea an unquam exstiterit nescio, plerique fabulam autumant; at formam hujus nostræ Augustæ similem exstitisse olim in terris et admiratione sui ac fulguribus oculorum radiisque acribus percellentis speciei, cœlestis originis facile fidem fecisse si quis dixerit, næ is a vero, certe verisimili non aberraverit; ac quod mirabile et hujus plane mulieris singulare, audaces impudentesque conturbabat reprimebatque, humiles contra metuque contractos erigebat in fiduciam solo aspectu. At labia, patebant illa C quidem plerumque, sed ad speciem, non ad vocem, totaque cernebatur spirans simulacrum pulchritudinis, et animata concinnitatis columna. Sermonem fere gubernabat manus, summo lepore ac elegantia usque ad juncturam brachii nudata, miraculo intuentium qui candidissimum ebur in digitos et volam ac cæteram manum a præstanti quodam artifice tornatum videre sibi videbantur. Iris oculorum mare tranquillam referebat, in profunda quiete undarum cærulea serenitate renidens. Candor porro circumdans pupillum vivum et ipsum ac lucens, mistumque ex his omnibus gratiam evibrabat incomparabilem, et voluptate incredibili pascebat intuentes. Talis fere Irenes et Alexii forma exstitit. Patruus vero meus Isaacius statura fratri similis, ne in cæteris quidem valde discrepabat, sub pallidiori tamen facie; nec barba multum densa, quin et ad malas minus pilorum habuit quam frater licet junior. Amborum jam fratrum commune studium, si otium esset a negotiis, indulgere venationi, cui tamen cum occasio aderat militiam præferebant. Isaacius porro qui exercitus sæpe ductarat, cum committendum esset prælium, nunquam alii primas periculi aut lacessendi hostis dabat : verum ipse princeps simul hostilem aciem viderat in eam præceps mediam cæco ac fulmineo impetu ferebatur, magna plerumque strage ac disjectione phalangum. **78** Unde et contigit ut semel atque iterum in Asia pugnans cum Agarenis, caperetur. Atque hoc solum in bellicis rebus vituperabile patruus habuit meus, quod in congressionibus non regebat impetum.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[65] εἶπεν. [66] ἰταμούς. [67] ἀπέστιλβε. [68] οὐ κατὰ ἄλλα. [69] ἐπεῤῥόει τούτοις.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Ἑάλω.* Ut a Saracenis captus fuerit Isaacius, pluribus narrat Bryenius.

Quoniam vero Melisseno Nicephoro Cæsaris dignitas ex pacto debebatur, et Isaacium natu majorem fratrem insigniori aliquo decorari honoris titulo par erat, alius autem præterquam Cæsaris non erat, excogitavit novum imperator : et mistis *Sebasti* sive Augusti et *Autocratoris*, hoc est, imperatoris, nominibus titulum conflavit sebastocratoris, quasi diceres, secundi imperatoris, cui Cæsaris gradum subjunxit : eo cum Isaacium honestasset, uni eum concedere Augusto voluit, Melissenum Cæsarem tertio demum loco in acclamationibus appellari. Sed ne similibus quidem aut æqualiter ornatis redimiri coronis, diebus solemnibus, sebastocratorem et Cæsarem est passus, sed proportione gradus inter se diversis. Sicut et illæ ambæ quod ad sumptuositatem magnificentiamque attinet, sane plurimum Augustali quo ipse imperator utebatur diademati concedebant. Imperatorium siquidem diadema plane instar hemisphærii undique concavi ac clausi omni æque ex parte caput amplectebatur; margaritis et cæteri generis gemmis partim subsidentibus, et quasi operi intextis, partim exstantibus ac foras pendulis speciosissime ornatum. Nam utrinque ad tempora ex margaritis ac gemmis pluribus compacta monilia pendebant, verberabantque genas; atque id eximium et proprium insigne imperatoriæ potestatis erat. At sebastocratorum et Cæsarum coronæ cinctum habebant solum sparsione margaritarum per intervalla distinctum, sine ullo imminentis superne cavitatis orbe. Per idem tempus Taronita qui Alexii sororem in matrimonio habebat protosebastus et protovestiarius declaratus est : paulo etiam post ad panypersebasti dignitatem promotus et consessu dignatus Cæsaris. Ejus vero prior titulus protosebasti Adriano collatus est ipsius fratri, addita illustrissimi appellatione. Denique tertius et minimus horum frater Nicephorus et magnus drungarius classis est creatus, et in sebastorum ipse quoque solium provectus. Has dignitates et earum nomina primus excogitavit pater meus, partim eas componens ex prius distinctis, uti diximus, partim prius notas in novos detorquens usus. Etenim panypersebastus et sebastocrator composita sunt; sebasti vero sive Augusti nominis notio immutata est ab Alexio. Imperantium enim id olim quasi 79 cognomen erat. Alexius autem communem

A 'Επεὶ δὲ τὸν Μελισσηνὸν (88) Νικηφόρον τῆς τοῦ Καίσαρος κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἔδει ἀξίας μετειληχέναι καὶ τὸν Ἰσαάκιον (89) δὲ πρῶτον τῶν ἀδελφῶν κατὰ χρόνον ὄντα μείζονι ἐχρῆν τιμηθῆναι ἀξιώματι (ἕτερον δὲ ἀξίωμα πλὴν τοῦ Καίσαρος οὐκ ἦν), νέον ὀνοματοποιήσας ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἀπό τε τοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ αὐτοκράτορος σύνθετον ὄνομα τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος [80] τἀδελφῷ ἐφηρμόσατο, οἱονεὶ δεύτερον βασιλέα πεποιηκὼς, τὸν Καίσαρα τούτου [81] ὑποβιβάσας καὶ τρίτον ἐν ταῖς εὐφημίαις ἀριθμησάμενος μετὰ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος εὐφημίαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ στέμμασιν ἐν ταῖς πανδήμοις ἡμέραις αὐτοὺς στεφανοῦσθαι προσέταττε, τόν τε σεβαστοκράτορα καὶ τὸν Καίσαρα, κατὰ πολὺ διαφέρουσι τῇ πολυτελείᾳ τοῦ διαδήματος ᾧ αὐτὸς ἐστεφάνωτο. B Τὸ μὲν γὰρ βασιλικὸν διάδημα (90) καθάπερ ἡμισφαίριον εὔγυρον [82], τὴν κεφαλὴν διαδεῖ πανταχόθεν, μαργάροις [83] κοσμούμενον, τοῖς μὲν ἐγκειμένοις, τοῖς δὲ καὶ ἐξηρτημένοις. Ἑκατέρωθεν γὰρ τῶν κροτάφων ὁρμαθοί τινες (91) ἀπαιωροῦνται διὰ μαργάρων καὶ λίθων καὶ τὰς παρειὰς ἐπιξέουσι. Καὶ ἔστι τοῦτο ἐξῃρημένον τι χρῆμα τοῖς βασιλεῦσι στολῆς. Οἱ δὲ τῶν σεβαστοκρατόρων καὶ τῶν Καισάρων στέφανοι, σποράδην ἐστὶν ὅπου τῶν μαργάρων καὶ λίθων μετέχοντες ἄνευ τοῦ ἐπισφαιρώματος. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τετίμηται καὶ ὁ Ταρωνείτης (92) καὶ γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως πρωτοσέβαστός τε καὶ πρωτοβεστιάριος. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ πανυπερσέβαστος C ἀναδείκνυται καὶ σύνθωκος [84] τῷ Καίσαρι γίνεται. Πρὸς δὲ καὶ Ἀδριανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρωτοσέβαστος ἀξιοῦται περιφανέστατος· καὶ Νικηφόρος (93) ὁ ὕστατος ἀδελφὸς μέγας τε δρουγγάριος τοῦ στόλου προὐβέβλητο [85] καὶ εἰς τὴν τῶν σεβαστῶν καὶ οὗτος ἀνηνέχθη βαθμίδα. Τούτων δὲ τῶν ἀξιωμάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατὴρ προσεξεύρατο, τὰ μὲν συνθεὶς, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, τοῖς δὲ καὶ παραχρησάμενος. Τὸ μὲν γὰρ πανυπερσέβαστος καὶ σεβαστοκράτωρ καὶ ὅσα τοιαῦτα συντέθεικε, τῇ δὲ τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίᾳ παραχρησάμενος φαίνεται. Σεβαστοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέκαθεν ἐπιθετικῶς ὠνομάζοντο, καὶ ἦν ἐξιδιαζόντως εἰς βασιλέας λεγόμενον τὸ τοῦ Σεβαστοῦ ὄνομα· αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρῶτον κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν. Εἰ γάρ τις εἰς ἐπιστήμην καί τινα ὑπερτάτην φιλοσοφίαν ἀνάγοι τὴν D βασιλείαν, ὥσπερ τέχνην οὖσαν τεχνῶν καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν, θαυμάσαιτο ἂν καὶ τὸν ἐμὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] Desunt voces σύνθετον ὄνομα τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. [81] τοῦτον. [82] Deest vox εὔγυρον. [83] μαργάροις καὶ λίθοις. [84] ξύνθωκος. [85] Desunt voces καὶ Νικηφόρος ὁ ὕστατος ἀδελφὸς μέγας τε δρουγγάριος τοῦ στόλου προὐβέβλητο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(88) *Τὸν Μελισσηνόν*. Codinus, *De offic.* cap. 2, n. 2.

(89) *Τὸν Ἰσαάκιον*. Ex hoc Annæ loco hausit quæ habet dicto capite idem Codinus.

(90) *Βασιλικὸν διάδημα*. Vide quæ adnotamus in Dissertat. xxiv, ad Joinvillam, ubi fuse egimus de imperatorum Constantinopolitanorum coronis.

(91) *Ὁρμαθοί τινες*. Ἐνώτια et κρεμαστήρια τοῦ στέμματος dicuntur Achmeti cap. 248.

(92) *Ταρωνείτης*. Confer Codinum, *De offic.* cap. 2, n. 5. Uxorem duxerat Michael Taronites majorem natu sororum Alexii. Vide *Stemma Comnenic.*

(93) *Νικηφόρος*. Vide Zonaram et Glycam. De dignitate et officio magni drungarii classis multa viri docti congesserunt, quæ non exscribo.

πατέρα οἷόν τινα ἐπιστήμονά τε καὶ ἀρχιτέκτονα τὰ ὑπὸ τὴν βασιλείαν καινοτομοῦντα καὶ πράγματα καὶ ὀνόματα· πλὴν ὅσον οἱ μὲν τῶν λογικῶν ἐπιστημῶν προστάται διὰ σαφήνειαν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων ἐφεύραντο, ὁ δὲ ἐπιστημονάρχης οὗτος τῆς βασιλείας Ἀλέξιος πρὸς τὸ συμφέρον [86] ἅπαντα τῇ βασιλείᾳ διῳκονόμητο, ξενίζων πολλάκις καὶ περὶ τὴν τάξιν τῶν πραγμάτων καὶ περὶ τὴν κλῆσιν τῶν ὀνομάτων. Ὁ μέντοι ἱεροπρεπὴς ἐκεῖνος καὶ πατριάρχης Κοσμᾶς (94), οὗ καὶ πρότερον διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς κατὰ τὴν μνήμην τοῦ ἱεράρχου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τὴν ἱεροτελεστίαν [87] τελέσας ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον (95) ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἤδη ῥηθέντος σηκῷ, τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον διαπρέψας ἔτι [88] πέντε καὶ μῆνας ἐννέα, παραιτεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἄπεισιν εἰς τὴν τοῦ Καλλίου μονὴν (96). Ἐγχειρίζεται δὲ τοὺς τῆς ἀρχιερωσύνης οἴακας μετ' αὐτὸν ὁ προῤῥηθεὶς ἐκτομίας Εὐστράτιος ὁ Γαριδᾶς. Ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς βασιλίδος Μαρίας υἱὸς Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος, μετὰ τὴν παράλυσιν τῆς βασιλείας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα τὰ ἐρυθρὰ μὲν ἑκὼν ἀπεδύσατο πέδιλα, τὰ δὲ κοινὰ καὶ μέλανα [89] ὑπεδύσατο, Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ὁ μετὰ τὸν Δούκαν καὶ πατέρα τοῦ Κωνσταντίνου τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένος, τὰ μὲν [60] μέλανα ἐκεῖνον ἀποβαλεῖν διωρίσατο, ἐκ ποικίλων δὲ σηρικῶν ὑφασμάτων ὑποδήματα προσέταττε περιδεῖσθαι, ὥσπερ τὸν νεανίσκον ἐπαισχυνόμενος, καὶ τοῦ κάλλους ὁμοῦ καὶ τοῦ γένους ἀγάμενος. Τὸ μὲν [61] κόκκινον διόλου ἀπαστράπτειν αὐτὸ [62] τῶν πεδίλων οἷον ἐφθόνει, τὸ δέ τινας τόπους ἐκ τῶν ὑφασμάτων ἀνθεῖν τὸ κόκκινον, ὑπεδίδου. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου ἀνάῤῥησιν ἡ βασιλὶς Μαρία καὶ μήτηρ ἐκείνου, ταῖς ὑποθημοσύναις πεισθεῖσα τοῦ Καίσαρος, ἔγγραφον πίστιν ᾐτήσατο δι' ἐρυθρῶν βεβαιωθησομένην γραμμάτων καὶ σφραγῖδος χρυσῆς παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, ὥστε μὴ μόνον ἀσινῆ σὺν τῷ υἱῷ διατηρηθῆναι, ἀλλὰ καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ κἀκεῖνον [63], τά τε ἐρυθρὰ ὑποδιδυσκόμενον, καὶ στεφηφοροῦντα καὶ ὡς βασιλέα σὺν αὐτῷ ἀναγορευόμενον. Καὶ οὐκ ἠστόχησε τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ λαμβάνει χρυσόβουλλον λόγον βεβαιοῦντα τὰ αὐτῆς θελήματα ἅπαντα. Τηνικαῦτα καὶ ἃ ὑπεδιδύσκετο ἐκ σηρικῶν ὑφασμάτων περιελόντες, τῶν διόλου ἐρυθρῶν ὑποδημάτων τούτῳ μεταδιδόασι, κἂν ταῖς

pluribus summo principi propius admotis eam appellationem nova inventa dignitate fecit. Vir si quisquam unquam alius magnitudine mentis atque consilii consecutus ut regnandi scientiam, quæ vere ars artium et doctrina doctrinarum est, in certam methodum digereret; cujus pars hæc nominum innovatio et excogitatio dignitatum ad variam distributionem honoris, non parum ad finem universi negotii prudenter dispensata conferebat. Nec vero ut cæterarum disciplinarum magistri ita hic scientiæ regnandi consultissimus vir, nomina rebus aut instrumentis ad usum indicationis imponebat, sed ad ambitionem varie satiandam, suspendendas ex usu reipublicæ inhiantium spes, multosque simul ostentatione unius mercedis, quod varie vocata ornataque foret, visæ multiplicis, ad res gerendas alliciendos, hanc dignitatum fabricationem et nomenclaturam factitabat. Interim is cujus superius meminimus patriarcha Cosmas post aliquot ab Irene coronata dies ipsa memoria confessionis sancti Joannis Theologi, peracto sacro in templo ejusdem sancti apostoli ad Hebdomum sito, patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, postquam eam tenuisset annos quinque et menses novem, secessitque in monasterium Calliæ. Gubernacula vero patriarchalis sedis suscepit in manus prius memoratus eunuchus Eustratius Garidas. Quoniam vero Mariæ Augustæ filius Constantinus Porphyrogenitus, post abdicationem patris sui Michaelis Ducæ ultro se ille quidem in ordinem redegerat, rubris cothurnis deponendis, vulgaribusque ac nigris sumendis; verum successor patris ejus Botaniates, reveritus adolescentem et forma et genere conspicuum, nigra quidem calceamenta exuere ipsum jusserat, non usque eo tamen indulgens ut plane rubra concederet, sed quæ sparsos duntaxat raris flosculis haberent purpuræ clavos, quasi ad fortunæ mediæ inter privatam ac regiam indicationem elaborata ex coloribus utriusque textura, obtinuit ab Alexio jam imperatore Maria Augusta, idque Joannis Cæsaris usa consilio caveri sibi ac firmari rubris litteris sigilloque aureo voluit, ut præter incolumitatem suam filiique, status etiam pristinus filio eidem redderetur, hoc est, participatio imperii qualem habuerat patre regnante: atque adeo deinceps et rubris

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[86] ξυμφέρον. [87] ἱεροτελεσίαν. [88] ἔτη. [89] μέλανα. [60] Deest vocula μέν. [61] μὲν γάρ. [62] αὐτῷ. [63] ἐκεῖνον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(94) *Κοσμᾶς*. Patriarchali dignitate se abdicavit ultro Cosmas Hierosolymitanus, quod reipublicæ administrationem improbaret, 7 Maii, quo Græci S. Joannis evang. festum agunt, an. Chr. 1081, cum sedisset annos 5, menses 6.

(95) *Ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον*. Ædis S. Joannis evangelistæ in Hebdomo conditorem Constantinum M. agnoscit Codinus, in *Orig. Lambecianis*. In eo humatum Basilium Bulgaroctonum scribunt Scylitzes, Glycas, Joel et Pachymeres, lib. II.

(96) *Καλλίου μονήν*. De hoc monasterio silent cæteri scriptores Byzantini, nisi illud sit, quod ab Antonio patriarcha Constinopolitano instauratum fuisse tradit Nicephorus Gregoras in illius vita, quam laudat Allatius in Diatriba de Simeonibus, quæ sic inscribitur: Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου ΚΠ. Ἀντωνίου, τοῦ τὴν μονὴν τοῦ Καλέως συστησαμένου. Vetus membrana apud Ughellum, in *Patriarch. Venet.* n. 28, eidem patriarchæ Antonio *abbatis monasterii Caleos* dignitatem tribuit.

cothurnis et corona augustali uteretur, et nomen ejus cum Alexii nomine proclamaretur. Hæc scripto diplomate bullaque munito aurea concessa in usum statim sunt redacta, positisque Constantinus **80** polymitis ac variegatis, perfecte rubros induit calceos, et in largitionibus, bullis aureis, similibusque chartis, rubrica subscribebat una cum Alexio Augusto, et in supplicationibus ac pompis eum nullo medio cum tiara sequebatur. Quidam aiebant hæc jam illi cavisse ac pactam fuisse Mariam Augustam cum Comnenis antequam illi rebellarent. Utut se res habeat, his certe sic perfectis excessit illa palatio, magno comitatu deducentium, ac præ cæteris Isaacii sebastocratoris; migravitque in ædes a Constantino Monomacho Imperatore constructas prope templum magni Martyris Georgii, quæ lingua vulgari Mangana dici solent.

A δωρεαῖς καὶ χρυσοβούλλοις λόγοις δεύτερος τοῦ λοιποῦ συνυπογράφων ἦν διὰ κιναβάρεως (97) τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ, κἀν ταῖς προπομπαῖς μετὰ τῆς βασιλικῆς τιάρας συνεπόμενος. Ὡς δέ τινες ἔφασαν καὶ πρὸ τῆς ἀποστασίας τὰς περὶ τούτου συνθήκας εἶχεν ἡ βασιλίς, ἵν' οὕτω τὰ κατὰ τὸν υἱὸν αὐτῆς γένοιτο (98). Οὕτω γοῦν τῶν βασιλείων ἐκείνη ἐξέρχεται μετὰ προπομπῆς ἀξίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν μονὴν [64] τοῦ μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου παρὰ τοῦ ἀποβεβιωκότος Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου βασιλέως οἰκοδομηθεῖσαν [65] οἰκήμασιν κατασκηνώσασα (Μάγγανα ταῦτα ἡ κοινὴ ἔτι [66] κικλήσκει διάλεκτος), Ἰσαακίου συνεφεπομένου ταύτῃ τοῦ σεβαστοκράτορος.

B Cæterum imperator rectissime institutus a puero monitisque religiossimæ matris ad Dei timorem verum intimoque conceptum animo fictus ex longo formatusque, mordebatur acerbo sensu pœnitentiæ ad memoriam ubique obviam cladis civitatis, cujus omnes passim incolæ extrema malorum ac calamitatis perpessi erant in ingressu Comnenorum. Effectum habet interdum malum res optima, innocentia lapsus expers omnis, eum qui nihil unquam offenderit in superbiam ac tumidam præfidentiam efferens. At qui offendit, si et bene institutus in Dei cultu et natura prudens sit, statim Dei timore compunctus commovetur animo ac salutari conturbatur metu, præsertim si magnas res aggressus et in altum ac præceps fastigium evectus, egere C tunc cum maxime se sentiat præsenti Numinis auxilio: quo abnuente ac averso quid exspectandum aliud, quam fore ut errore, amentia, contumelia præceps qui Deum habet infensum, in scelus omne ruens et divinam in se iram exaugeat, et hominum ultione provocata throno quem insidere vix cœperat statim exturbetur atque evolvatur in miseriam ultimam? Qualia passum quondam Saulem scimus, cujus ob crimen scindens scindit Deus regnum ipsius. Harum tristi occursu cogitationum intimis mœrens sensibus Alexius, formidansque et æstuans animo tanquam mox incubitura in caput ipsius vindicta Dei severissima, quippe ob tantum ac tam multiplex crimen expilatæ deformatæque D civitatis. Nam quidquid illa colluvies mistæ multitudinis fœdum improbumve per licentiam victoriæ in capta urbe designaverat ac fecerat, imputabat

B Τὰ μὲν οὖν τὰ κατὰ [67] τὴν βασιλίδα Μαρίαν οὕτω παρὰ τῶν Κομνηνῶν ᾠκονόμητο. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ παιδείας ἐκ νηπίου τυχὼν ἀγαθῆς, καὶ πρὸς τὰς νουθεσίας τῆς μητρὸς ἑαυτὸν ἀπευθύνων, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐνστερνισάμενον [68] καὶ ἐγκάρδιον ἔχων, ἐδάκνετο ἀνιώμενος ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως προνομῇ, ἣν κατὰ τὴν εἰσέλευσιν αὐτοῦ πάντες πανδημεὶ ἐπεπόνθεισαν. Τὸ μὲν γὰρ ἄπταιστον ἴσως εἰς [69] ἀπόνοιαν ἄγει τὸν μηδ' ὅπως τι οὖν προσκεκρουκότα τοῖς πράγμασιν· ὁ δέ γε ἐξαμαρτών, εἴπερ ἐστὶ τῶν εὐλαβεστέρων καὶ τῶν νοῦν ἐχόντων, αὐτίκα τὸν τοῦ Θεοῦ [70] βάλλεται κατὰ ψυχὴν καὶ ὅλως κατακλονεῖται καὶ δέδοικε, καὶ μᾶλλον εἴγε πραγμάτων μεγάλων ἐπιδραξάμενος εἴη, καὶ εἰς ὑπερηφάνους ἀνέλθοι περιωπάς. Δέος γὰρ αὐτὸν C ὑποθράττει, μή πως ἀμαθίᾳ καὶ θράσει καὶ ὕβρει πορευόμενος τόν τε θυμὸν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτὸν ἐκκαλέσηται καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς ἀποπέσηται, ὧν τέως ἐγκρατὴς γέγονεν. Οἷα καὶ τῷ Σαοὺλ συμβεβήκει ποτέ· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τὸ τοῦ βασιλέως ἀτάσθαλον διαῤῥήσσων διέῤῥηξε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Τούτοις ἀλύων [71] τοῖς λογισμοῖς ὁ Ἀλέξιος καὶ παθαινόμενος τὴν ψυχὴν μήπου καὶ Θεοῦ ἄντικρυς μήνιμα γένοιτο (τὸ γὰρ εἰς ὅλην τὴν πόλιν γεγονὸς κακὸν παρ' ἑκάστου [72] τῶν στρατιωτῶν, ὁπόσος τηνικαῦτα συρφετὸς ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐπέῤῥευσεν, ἴδιον ἐλογίζετο) καὶ ὡς αὐτὸς ὢν ἐκεῖνος ὁ τὰ πάνδεινα ἐκεῖνα κακὰ ἐργασάμενον [73] κατετιτρώσκετό τε καὶ ἐξεφλέ- D γετο βασιλείαν, καὶ κράτος, καὶ ἁλουργίδα, καὶ διάδημα λιθοκόλλητον, καὶ ἐσθῆτα χρυσῆν τε καὶ περιμάργαρον οὐδὲν, ὥς γε τὸ εἰκὸς, λογιζό-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[64] γίνοιτο. [65] οἰκοδομηθεῖσιν. [66] εἰσέτι. [67] κατά. [68] ἐνστερνισάμενος. [69] καὶ εἰς. [70] Θεοῦ φόβον. [71] ἀλύων. [72] ἐκείνου. [73] ἐργασάμνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(97) *Διὰ κινναβάρεως*. Leo Grammat. in Leone Philos.: Τοῦτο καὶ πεποίηκεν ὁ βασιλεὺς, γράψας διὰ κινναβάρεως, καὶ ἀποστείλας μετὰ χρυσοβουλλίου ἔνδοθεν φαθλίου βραχέως τραχτοῦ. **269** Gregorius II. PP. ad Leon. Isaur. Imp. *Cum litteræ tuæ, et non alienæ sigillis imperatoriis obsignatæ essent, ac accuratæ intus subscriptiones per cinnabarim propria manu tua, ut mos est imperatoribus subscribere.*

(98) *Ἐν τοῖς κατὰ την μονήν*. Vide et confer Zonaram. Palatium Manganorum exstruxit Basil. Macedo, ut auctor est Scylitzes. In interiore Philopatio statuit Nicetas, qui præterea ab Andronico Comneno destructum refert. Vide Tract. nostrum de cap. S. Joan. B. cap. 8, n. 8.

μενος πρὸς τὴν τότε κατασχοῦσαν ἀπεριήγητον συμφορὰν τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. Τὰ γὰρ περιστοιχήσαντα [74] ταύτην δεινὰ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ οὐδεὶς ἂν καὶ θέλων διηγήσασθαι [75]. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ ἱερὰ, καὶ τεμένη, καὶ τὰ κοινὰ, καὶ τὰ ἴδια, ἁπανταχόθεν ὑπὸ πάντων καθηρπάζοντο· τὰ δὲ ὦτα τῶν ἁπάντων καταχεκρότηντο ταῖς ῥιπτουμέναις ἁπανταχοῦ βοαῖς καὶ φωναῖς· εἶπερ ἂν τις ἰδὼν σεισμὸν [76] εἶναι τὸ γινόμενον. Ταῦτα εἰς νοῦν βαλλόμενος ὁ Ἀλέξιος ἠνιᾶτό τε τὴν ψυχὴν καὶ κατεσπαράττετο καὶ οὐκ εἶχεν ὅ τι τῷ πλήθει τῆς λύπης χρήσαιτο. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τοῦ κακῶς πεπραγμένου παντάπασιν ὀξύτατος. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ προγεγονότα ἐφ' οἷς ἡ πόλις πονηρῶς ἔπραξεν, ᾔδει μὲν ὡς ἑτέρων χεῖρες καὶ γνῶμαι διενηργήκασιν, ἀλλὰ συνῄδει καὶ τοῦτό γε ἀκριβέστατα, ὅτι τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ πάθους αὐτὸς δέδωκεν· αὐτῷ δὲ πάλιν τῆς ἀποστασίας αἴτιοι οἱ ἤδη ῥηθέντες δοῦλοι γεγόνασιν. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἑαυτῷ τὴν ἅπασαν προσάπτων αἰτίαν θεραπεῦσαι τὸ τραῦμα καὶ ἐπεζήτει καὶ ἤθελεν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην θεραπείαν καὶ τῶν [77] τουτονὶ καθαρμὸν ἐπιχειροίη τοῖς τῆς βασιλείας πράγμασι καὶ τὰ κατά γε [τε] τὸν στρατὸν κατά τε τοὺς πολέμους καλῶς διιθύνοι καὶ διεξάγοι. Προσέρχεται τοίνυν τῇ μητρὶ, ἀνακοινοῦται τὸ ἐπαινετὸν πάθος ἐκεῖνο, θεραπείας τρόπον ἀναζητεῖ καὶ ἀπαλλαγῆς τῶν ὑποκνιζόντων αὐτοῦ τὴν συνείδησιν. Ἡ δὲ ἀσπάζεται τὸν υἱὸν καὶ ἀσμένως δέχεται τὰ λεχθέντα. Μετακαλοῦνται τοίνυν (τούτου συνδόξαντος) τόν τε πατριάρχην Κοσμᾶν [78] (οὔπω γὰρ τὸν τότε [79] τὸν θρόνον παρῄτητο) καί τινας λογάδας τῶν τῆς ἱερᾶς συνόδου (99) καὶ τοῦ μοναδικοῦ συντάγματος. Πρόσεισι τούτοις ὁ βασιλεὺς ὡς ὑπόδικος, ὡς κατάκριτος, ὡς εὐτελὴς ἢ [80] καί τις ἄλλος τῶν ὑπ' ἐξουσίᾳ [81] τεταγμένων, καὶ τὴν ψῆφον ὅσον οὐδέπω καραδοκούντων, ἣν κατ' ἐκείνου ψηφιεῖται τὸ δικαστήριον. Ἐξαγγέλλει πάντα, μὴ προβολὴν, μὴ συγκατάθεσιν, μὴ πρᾶξιν, μηδὲ αἰτίαν τῶν πεπραγμένων παραδραμὼν, ἀλλὰ πάντα [82] μετὰ φόβου καὶ πίστεως ἐξαγορευσάμενος, καὶ τὴν θεραπείαν ἐξ ἐκείνων θερμῶς ἐξαιτεῖ, ἐπιτιμίοις ἑαυτὸν καθυποβάλλων. Ὁ [83] δὲ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ ταὐτοῦ αἵματος προσήκοντας καὶ πρὸς τὴν ἀποστασίαν συναραμένους τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλουσιν, νηστείαν, καὶ χαμευνίαν, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ [84] ἐξιλέωσιν ἐπιτάξαντες. Δεξάμενοι δὲ τὰ ἐπιτίμια προθύμως ἐφύλαττον [85]. Ἀλλ' οὐδὲ αἱ [86] σφῶν αὐτῶν γυναῖκες

A ipse sibi, et tanquam proprius atque unus auctor actorque talium omnium sic convulnerabatur urebaturque imis præcordiis ingenti vi pœnitentiæ, quam non imperium, non purpura, non diadema contextu gemmarum efflorescens, non vestis auro collucens **81** et unionibus, ulla ex parte consolabatur. Horum enim fructum omnem amarissimo luctu obrutum corrumpebat occursans semper animo tristissima imago afflictæ conculcatæque ludibriis contumeliisque omnibus, atque extrema calamitate obtritæ Augustæ urbis. Sane quantum in illam tum malorum ingruerit nemo fando assequi unquam queat. Nam et privata et publica et sacra maximeque religiosa expilata direptaque sunt avarissime passim ab omnibus: tantique ac tam varii miserabiliter lamentantium questus audiebantur, ut terræ B motu periclitari urbem crederes: nihil horum fugiebat sensum fallebatque memoriam Alexii, hominis quo nemo erat aut perspicacior aut promptior ad judicium expers gratiæ de suis ipsius prave factis ferendum. Nam cum ipse patronus sui sibi suggereret militum eam fuisse culpam, respondebat a se occasionem, licentiam, et initium iis sceleribus datum rebellione ipsa, cujus licet in servos illos insidiatores rejicere invidiam poterat, malebat sibi ascribere ac propriæ conscientiæ curandæ per dolorem ac pœnitentiam vacare potius, quam alienæ accusandæ: sic statuens se tum demum auspicatum ac felix capessendæ reipublicæ C domi militiæque initium habiturum, si non nisi eluta labe culpisque procuratis per religiosa piacula, manum mentemque gubernaculis rerum admoveret. Ab hoc proposito matrem adit eique laudabilem illam suam perturbationem aperit, simul exquirit modum sedandi morsus conscientiæ. Illa filium materne excipit, consolatur, collaudat, libenterque recipit se facturam quod petebat. Communiter igitur consilio habito advocant patriarcham Cosmam (nondum is dignitati renuntiaverat) cumque eo præcipuos quosque ex sacra synodo et ordine monachorum. Ad hos in unum congregatos ingreditur imperator rei habitu cultuque, nec rei tantum, sed jam condemnati; sic vestitus, sic oculos sic vultum ferens, plane ut vilissimus de D plebe quispiam coram judicibus assisteret, mox atrum in ejus caput calculum daturis. Hic jam cuncta confitetur, non primum impetum ac cogitationem, non consensum, non progressionem in opus et exsecutionem, non finem et scopum propo-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[74] περιστοιχίσαντα. [75] διηγήσασθαι δυνήσηται. [76] χισμόν. [77] τόν. [78] Deest vox Κοσμᾶν. [79] γὰρ τότε. [80] ἢ. [81] ἐξουσίαν. [82] Desunt voces μὴ προβολὴν, μὴ συγκατάθεσιν, μὴ πρᾶξιν, μηδὲ αἰτίαν τῶν πεπραγμένων παραδραμὼν, ἀλλὰ πάντα. [83] οἱ. [84] θείου ἐδέξαντο. [85] ἐδέξαντο. [86] Deest vocula αἱ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(99) *Τῆς ἱερᾶς συνόδου.* Divisa et distributa olim fuere officia Magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ in IX Pentadas. Harum prima, magnum œconomum, magnum sacellarium, magnum chartophylacem, chartophylacem, et curatorem sacelli continebat. Atque isti erant præcipui patriarcharum consiliarii et assessores, solique jus habebant sedendi in synodo cum patriarcha: Οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως, ait Codinus.

situm in toto illo facinore præteriens, quin singulatim cum magna et timoris Dei et vivæ fidei significatione exponeret omnia: rogans ad hæc ut morbo cognito pro sua peritia et potestate mederentur; nec pœnis ac suppliciis parcerent quibus se ultro ferebat obnoxium. At illi non solum Augustum, sed alios quoque sive sanguine ipsi sive **82** amicitia conjunctos, qui defectionis quoquo modo participes adjutoresque fuerant, iisdem omnes piaculis subjiciunt, præscripto ipsis jejunio, humicubatione, cæterisque quæ cum his injungi solent pœnitentiam profitentibus, ad reconciliationem cum Deo impetrandam. Libenter accepere subiereque sententiam cuncti. Nec ipsæ mulieres eorum immunes squaloris ac luctus istius esse sustinuerunt: vicunque armorum ac rebellionis participes esse nequivissent: pertinere siquidem ad nuptialis necessitudinis et charitatis officium putabant etiam incommodorum in quibus versari viros suos cernerent, ultro communicationem appetere. Voluntariæ igitur se adjungunt conjugi quæque suo, ad jugum pœnitentiæ communi patientia trahendum. Itaque videre erat per id tempus palatium universum plenum lacrymarum ac luctus. Luctus non ignavi ac vituperabilis, animi abjecti imbecillitatem prodentis: sed honesti ac laudabilis, gaudiumque procuraturi nunquam auferendum. Qua in re imperator non minus eminebat quam in cæteris; quippe qui religionem longe pluris quam aliorum quidvis faceret. Itaque sub purpura saccum cilicinum nudæ cuti admotum gestabat per dies noctesque quadraginta, non alio per id tempus ad somnum excipiendum lecto utens quam humo ac pavimento, lapide autem pro cervicali ad fulciendum caput. Atque hac tandem religione perfunctus sic demum puras manus regni gubernaculis admovit.

A ἔξω τῶν ἐπιτιμίων ἑστάναι ἠνείχοντο· πῶς γὰρ φίλανδροι οὖσαι; αὐτόμολοι δὲ τὸν τῆς μετανοίας ζυγὸν ἀναδέχονται. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ βασίλεια τότε δακρύων καὶ πένθους ἀνάμεστα, πένθους οὐκ ἐπιψόγου οὐδ' ἀσθένειαν ψυχῶν κατηγοροῦντος, ἀλλ' ἐπαινετοῦ καὶ χαρᾶς προξένου τῆς κρείττονος, καὶ μηδέποτε λυομένης. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὁποῖος ἐκεῖνος τὴν εὐσέβειαν πλέον τι [87] ποιῶν, ἐντὸς τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος σάκκον περιεβέβλητο ἐν χρῷ ψαύοντα τῆς σαρκὸς ἐπὶ τεσσαράκοντα νυχθημέροις. Ἐν δὲ ταῖς νυξὶ χαμεύνης ἔκειτο ἐπὶ πέτρας μόνον ἀνέχων τὴν κεφαλὴν καὶ πενθῶν ὡς εἰκός. Εἶθ' οὕτως τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἁγναῖς ἅπτεται χερσίν.

Cum autem exonerare negotiorum curam a se in B providentiam matris suæ percuperet, initio tamen arcanum id consilium habuit: veritus ne si præ se ferret, perterrita ea metu imminentis molis, festinaret exsequi quod dudum parturiebat animo propositum recedendi a regia, vitæque ad processionem vulgari sublimioris transeundi. A qua illam Alexius ut sensim cogitatione abduceret, itabat ad illam consilii ejus exquirendi causa, nec quidquam quamvis minutum ac facile ipsa non consulta expediebat. Sic paulatim assuefaciens illam gubernationi, sibique in dies arctius indissolubiliusque devinciens, planeque illi persuadere atque aliis satagens, in una matris providentia se spem habere repositam imperii bene gerendi, quod absque consilio ejus foret, pessum iturum videretur. Illa vero quanquam C magno pondere in secedendi cogitationem propendebat, nihilque libentius quam monasterium in quo vitæ reliquum quiete transigeret cum mente agitabat, tum affectabat votis, tamen charitate filii, quo affectu nulli mulierum cedebat, vehementer impellebatur ad conferendam suam operam magnam rem aggresso, navemque nec firmam nec instructam satis iratis mari cœloque, cum præsenti periculo regenti nato: præsertim adhuc **83** inexperto, nuncque primum istos ventos, istos fluctus sentienti, nondum, inquam, usu rerum et

Οἰακοστρόφον δὲ μᾶλλον ἑαυτοῦ τὴν μητέρα ἱμειρόμενος [88] εἶναι, τὴν βουλὴν ὑποβρύχιον τέως εἶχε, δεδιὼς μὴ τοῦ τοιούτου γνωσθέντος αὐτῇ λογισμοῦ καὶ τῶν βασιλείων ἐξέλθοι, πρὸς ὑψηλότερον βίον (1) γινώσκων αὐτὴν ἀποβλέπουσαν. Ἐν πᾶσι μὲν οὖν τῆς [89] προσπίπτουσι βουλῆς αὐτῆς ἄτερ μηδὲ τὸ τυχὸν ἦν ἐνεργῶν, ἀλλὰ κοινωνὸν εἶχε τῶν βουλημάτων ὁμοῦ καὶ συλλήπτορα τὴν μητέρα [90] καὶ καταμικρὸν ὑφέρπων αὐτῇ, καὶ κοινοποιούμενος τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν. Καί που καὶ φανερῶς ἐνδεικνύμενος ὡς ἄτερ τῆς ἐκείνης φρενὸς καὶ γνώμης ἀπολεῖται τῆς βασιλείας τὰ πράγματα. Οὕτως εἶχε καὶ ξυνεδέσμει πλέον ἑαυτῷ [91] τὴν μητέρα, καὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἀπεῖργε καὶ ἀπεκώλυεν. Ἡ μὲν γὰρ πρὸς σταθμὸν ἀπέβλεπεν ἔσχατον, καὶ μονὰς διενοεῖτο, ἐν αἷς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον μετ' εὔφρονος λογισμοῦ ἑλκύσει τοῦ βίου. Καὶ ταῦτ' ἐνόει καὶ ἑαυτῇ διὰ παντὸς ἐπηύχετο τεύξασθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ τοιαῦτα κατὰ νοῦν συνδιεσκοπεῖτο καὶ ὅλως πρὸς ὑψηλότερον ἐνητένιζε βίον, ἀλλ' ἦν γε καὶ φιλόπαις εἴπερ τις ἄλλη γυνή, καί πως ἠβούλετο συνδιενεγκεῖν μετὰ τοῦ υἱοῦ τὸ τῆς βασιλείας κλυδώνιον, καὶ οὐριοδρομοῦσαν τὴν ναῦν ἢ καὶ πανταχόθεν βαλλομένην τοῖς κύμασιν, ὡς ἄριστα οἰακοστροφῶν [92] καὶ μάλιστα τοῦ παιδὸς ἄρτι ἐπὶ τὴν πρύμναν καθίσαντος, καὶ τῶν οἰάκων ἐφαψαμένου, καὶ μήπω πρώην θαλάττῃ καὶ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] εὐσέβειαν ἦν πλέον τι. [88] βουλόμενος. [89] τοῖς. [90] Desunt voces τὴν μητέρα. [91] ἑαυτοῦ. [92] οἰακοστροφεῖν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) *Ὑψηλότερον βίον*. Vide Zonaram, p. 234.

κύμασι καὶ ἀνέμοις ὡμιληκότος τοιούτοις. Ταῦτα δὲ λέγουσα, τὴν τῆς βασιλείας αἰνίττομαι πολυμερῆ καὶ πολυτάρακτον [93] ὄχλησιν. Τὸ τοίνυν μητρῷον πάθος κατεῖχεν αὐτὴν, καὶ συνδιεκυβέρνα τῷ υἱῷ καὶ βασιλεῖ καὶ τὰς ἡνίας ἔστιν ὅπου καὶ μόνη παραλαβοῦσα, ἀπροσπταίστως τε καὶ ἀναμαρτήτως τὸ ἅρμα τοῦ κράτους ἤλαυνεν. Ἦν γὰρ καὶ φρενήρης ἄλλως καὶ βασίλειος γνώμη αὐτόχρημα καὶ θρόνων κατόρθωσις· ἀνθεῖλκε δὲ ταύτην ἐκ θατέρου καὶ ὁ πόθος ὁ πρὸς Θεόν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα (2) ἐπινεμήσεως τῆς αὐτῆς ἔτι τρεχούσης ἡ τοῦ Ῥομπέρτου διαπεραίωσις τοῦτον ἐξελθεῖν κατηνάγκαζεν, εἰς φῶς ἤδη καὶ ἔργον τὸ τῆς ψυχῆς ἐννόημα ἐξάγων, τὴν αὐτοκράτορα διοίκησιν τῇ μητρὶ καὶ μόνῃ ἀπεκληρώσατο, καὶ διὰ χρυσοβούλλου λόγου τὰ βεβουλευμένα εἰς προὖπτον πᾶσι κατέστη- B σεν. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἱστορίαν συγγράφοντα οὐ παχυμερῶς τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις καὶ τὰ θεσπίσματα παραπέμπειν χρὴ, ἀλλὰ τὰς μὲν καταλεπτύνειν ὡς ἐνὸν, τὰ δ' ἐκείνοις δεδογμένα ἐκτίθεσθαι, εἰμὶ [94] καὶ αὐτὴ τοῦτον τὸν τρόπον τὰ τοῦ ῥηθέντος χρυσοβούλλου ἐκθησομένη, τὰς τοῦ γραφέως μόνον κομψείας [95] περιελοῦσα· ἔχει δὲ οὕτως.

A præteritorum memoria subacto quantum oportet ad multiplicem et spissam publicæ rei procurationem, in tanto imperio tamque male affecto, ac tot undique tantisque hostibus tentato. Evicit igitur maternus amor ut commodare manum filio mater ad habenas imperii tractandas, ipsumque quasi currum reipublicæ aurigæ vicem ipsa interdum sola vellet incitare, inoffenso cursu semper ac prospero. Erat enim prudentissima et regnis nata moderandis. Postquam autem nuntiata mense Augusto currentis adhuc indictionis irruptione ac trajectione Roberti cogi se ad prodeundum illi obviam cum copiis sensit Alexius, maturum id tempus ratus arcani hactenus sui de matre rebus præficienda consilii prodendi patrandique, auream B palam bullam edidit qua matri suæ uni administrationem plenam rerum imperii universarum attribuit. Quoniam vero ad officium historici pertinet non solum designare summatim consulta gestaque virorum præstantium, verum etiam in iis subtilius enucleatiusque edisserendis exactiori diligentia versari : age nos quoque pium Alexii affectum in matrem non quomodocunque indicasse contenti, etiam ipsis æternis tantæ rei monumentis intexendis huic operi pleniorem ejus distinctioremque notitiam posteritati transmittamus descriptione istius ipsius bullæ aureæ, quam hic deinceps cum fide reddimus, superfluo duntaxat scriptoris ornatu detracto.

Τὰ τοῦ χρυσοβούλλου τοῦ γεγονότος περὶ τῆς διοικήσεως τῶν κοινῶν τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως.

Οὐδὲν ἰσοστάσιον μητρὸς συμπαθοῦς καὶ φιλότεκνος, οὔτε ταύτης ἰσχυρότερον φυλακτήριον, κἂν C κίνδυνος προορᾶται, κἂν ἄλλο τι τῶν ἀπευκταίων λογίζοιτο [ἐλπίζοιτο]. Εἰ γὰρ βουλεύσεται αὕτη, πάγιον ἔσται τὸ βούλευμα· εἰ ἐπεύξεται, στήριγμα ἔσονται αἱ εὐχαὶ καὶ φύλακες ἀκαταγώνιστοι. Τοιαύτη γοῦν καὶ τῇ βασιλείᾳ μου ἐφάνη [96] ἐξ αὐτῆς τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας πρακτικῶς ἡ ἡγιασμένη μήτηρ αὐτῆς καὶ δέσποινα, τὰ πάντα μοι γεγονυῖα, καὶ τροφὸς καὶ ἀναγωγός. Καὶ γὰρ τῷ συγκλητικῷ καταλόγῳ αὐτῆς συνούσης, μητρὸς πόθος προέδραμε, καὶ υἱοῦ πίστις ἀκεραία συνετηρήθη. Μία ψυχὴ ἐν διῃρημένοις σώμασιν διεγνώσθη [97], καὶ χάριτι Χριστοῦ καλῶς διετηρήθη μέχρι τοῦ νῦν, οὐ τὸ ἐμὸν, ἢ τὸ σὸν, τὸ ψυχρὸν τοῦτο ῥῆμα ἐῤῥήθη, καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι αἱ αὐτῆς εὐχαὶ τὸν πάντα χρόνον πληθυνόμεναι εἰς τὰ ὦτα Κυρίου εἰσέδυσαν, καὶ εἰς τόδε D τὸ ἔτος [98] τῆς βασιλείας ἡμᾶς [99] ἀνήγαγον. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ μετὰ τὸ ἐπιλαβέσθαι τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων οὐκ ἔφερε μὴ συμπονουμένη ἐπίσης τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ τοῦ συμφέροντος αὐτὴ ἀντεχομένη

Bulla aurea imperatoris Alexii Comneni, qua matri suæ plenam potestatem tribuit rerum imperii administrandarum.

Nihil comparabile bonæ matri et bona malaque C suæ prolis ducenti propria ; nullum illo amuletum præsidiumque potentius : seu providetur imminens periculum, seu triste aliquid aut illætabile timetur. Siquidem illa sive in periculi provisione consilium suggesserit, erit id firmum et efficax : sive ad malum arcendum humana vi potentius preces ad Deum ac vota direxerit, erunt ea instar invictorum satellitum adversus quantasvis insidias latera utique ac salutem tutantium. Id adeo experientia nos ipsi longa comperimus, in sanctæ ac venerabilis parentis nostræ ac dominæ providentia usque a prima ætatula ad hanc diem educati. Hæc enim nutrix, hæc institutrix, hæc una plane omnia nobis fuit. Quare cum illa nos ex suo sinu in senatum ac reipublicæ tractationem jam solutos emancipa- D tosque dimitteret, non tamen tanti ejus hactenus impensi amoris oblivisci nos aut obsequii semper illi debiti potuimus, sed præcedens matris amor consequentem ac respondentem habuit filii pietatem, omnibus fidei **84** officiique testatam docu-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[93] πολύτεχνον καὶ πολυτάραχον. [94] εἶμι. [95] κομψίας. [96] Deest vox ἐφάνη. [97] ἐγνώσθη. [98] ὕψος. [99] Deest vox ἡμᾶς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(2) *Κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα.* Non sibi constat hoc loco Anna. Nam lib. I, pag. 37, Brundusio solvisse Robertum narrat sub hiemem, sole ad Australes circulos et Capricornum vergente. Hic vero, et pag. 98, Augusto mense, lib. IV, pag. 102, 105, Julii 17 die, ea ipsa qua coronatus est Alexius indictione 4. Vide Malaterram, lib. III, cap. 24.

mentis. Unus sensus, una concordia, una in corporibus anima duobus perspecta semper est, charitasque per Christi gratiam tanta inter nos hactenus tamque fuit integre servata ut nec sono tenus atque aurium, mentione mei ac tui, frigidi illius verbi, perstricta unquam libataque fuerit. Cujus rei cum alios fructus cepimus, tum illum maximum: quod cum illam nostri charitas ad vota facienda pro nobis precesque religione atque officio incensas apud Deum assidue fundendas impulerit, iis, ut pie credimus, exoratum cœleste numen nos in istum imperii apicem extulit. Ex quo illa tempore nunquam cessavit, quasi ut priorem benignitatem novis semper cumularet meritis, in laboris partem ultro accedere, nostrasque curas ac sollicitudines partim consolari miserando, partim suggerendo consilio in commune utili sublevare ac minuere. Cum igitur majestas nostra in procinctu expeditionis necessariæ et Deum ut confidimus habituræ faventem adversus hostes Romaniæ, delectibus habendis et tota constituenda militari disciplina supra modum occupata sit: eidemque tamen ex parte alia, non minus operosa, nec minus nostri officii propria rei judicialis et politicæ negotia impendeant, tot simul curis recte defungendis vix satis pares nihil melius ducimus quam si earum quas diximus rerum omnium administrationem sapientiæ venerabilis ac sanctæ matris nostræ committamus.

A καὶ τοῦ κοινοῦ, ἑτοιμαζομένη δὲ ἤδη ἡ βασιλεία μου σὺν Θεῷ πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἐχθρων τῆς Ῥωμανίας ἐξέλευσιν, διὰ φροντίδος μὲν πολλῆς ποιεῖται καὶ τὴν τοῦ στρατιωτικοῦ συλλογήν τε καὶ διευθέτησιν, οὐκ ἐλάχιστον δὲ ταύτης νενόμισται καὶ ἡ περὶ τῆς τῶν σεκρετικῶν (3) τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων διοικήσεως φροντίς. Εὗρε γοῦν οἷον ἀριστοκρατίας ἀνεπιβούλευτον ὀχύρωμα, ὡς ἂν τῇ ἡγιασμένῃ καὶ πανεντιμοτάτῃ μητρὶ αὐτῆς ἀνατεθῇ ἡ τῶν ἁπάντων διοίκησις.

Decernimus igitur ac præsenti diplomate bulla aurea munito sancimus, ut prædicta venerabilis mater nostra, pro magna qua pollet peritia rerum humanarum ac sæcularium, tametsi eas semper religioso animo contempsit, plenam deinceps potestatem habeat rerum omnium pro suo nutu arbitrioque constituendarum, seu viva voce, seu scripto, sive is ad eam retulerit qui rei universæ judiciariæ præest, sive inferiorum illo officialium quilibet, qui vel commentariorum vel libellorum, vel sententiarum curam gerat, horum cuivis quidquid illa responderit, quidquid etiam in cætera politicarum rerum gubernatione; puta rationibus fisci, et remissione publicorum debitorum in populi egentis sublevationem relaxanda; plane ratum haberi nobisque imputari præcipimus, nihiloque minoris obtinere firmitatis robur, quam si ab ipsa præsente, pronuntiante, dictanteque serenitate nostra statuerentur. Quæcunque, inquam, ab ipsa dubiorum oborientium solutiones ac responsa proferentur, quæcunque præcepta, scripta, non scripta, cum

B Διορίζεται γοῦν ἡ βασιλεία μου καθαρῶς διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου, ἵνα δι' ἣν ἔχει πολυπειρίαν περὶ τὰ βιωτικὰ πράγματα, εἰ καὶ τέλεον τούτων καταπεφρόνηκεν, ἅπερ ἂν [1] ἐγγράφως διορίσηται, κἂν παρ' αὐτοῦ [2] προεστῶτος τῶν σεκρέτων (4) ἀναφέρωνται ἢ τῶν ὑπ' αὐτὸν σεκρετικῶν ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν αἱ ὑπομνήσεις ἢ αἰτήσεις ἢ κρίσεις ἑτοιμασθήσονται ἐπὶ συμπαθείαις δημοσιακαῖς ὀφλημάτων, τὸ κῦρος ἕξουσι μόνιμον, ὡς παρὰ τοῦ γαληνίου κράτους τῆς βασιλείας μου οἰκονομούμενα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος αὐτῆς τὰ γραφέντα ἀποστοματιζόμενα. Οἷαι γὰρ ἂν λύσεις παρ' αὐτῆς ἀποφανθήσονται, ἢ καὶ προστάξεις ἔγγραφοι ἢ ἄγραφοι, κἂν εὔλογοι κἂν ἀνεύλογοι, σφραγῖδα φέρουσαι αὐτῆς τὴν μεταμόρφωσιν καὶ C τὴν κοίμησιν (5), ὡς αὐτῆς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται. Τῷ δὲ μηνὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν διοικοῦντος τὰ σέκρετα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προβολῶν καὶ διαδοχῶν τῶν σεκρέτων, καὶ τῶν θεμάτων [3], καὶ ἐπὶ τοῖς ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις καὶ δωρεαῖς ἀκινήτων βασιλικῶς ἡ ἁγία μήτηρ αὐτῆς ἕξει ἄδειαν, ὃ δόξει

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[1] Deest vocula ἄν. [2] παρὰ τοῦ. [3] Desunt voces καὶ τῶν θεμάτων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) *Σεκρετικῶν*. Σεκρετικὰ πράγματα Annæ dicuntur res judiciales, uti recte interpretatur Possinus: σέκρετον enim Græcis mediæ ætatis est tribunal, et forum judiciarium. Glossæ Basilic. Σέκρετον, δικαστήριον. Κονσιστόριον, βασιλικὸν σέκρετον. Hesychius, σέκρετον, συνέδριον. Nicephorus Cpol. processuum, seu *processionum* (uti lites appellantur a D. Gregorio, lib. IV, indict. 13, epist. 40) ædem vertit: Τῶν προόδων οἴκους, ἃς Ῥωμαῖοι σέκρετα καλοῦσι. *Secretum judicantis*, in l. XIV Cod. de fide instrum. *Judiciale secretum*, apud Ammianum, lib. XV. *Secretarium* nude et simpliciter apud Severum Sulpitium, lib. III de Vita S. Martini, et in l. IV *Cod. Theod.* de exact. In Anastasii Biblioth. Collectaneis, *secretarium* dicitur *locus in quem senatus collectus est*. SECRETARIUM AMPLISSIMI SENATUS REPARATUM; in veteri Inscript. apud Gruter. CLXX, 5; et Marlianum, lib. II *De topogr. urbis Romæ*, cap. 3. Hinc σεκρετικοὶ in Nov. II Constantini Porphyr. et apud Annam, dicti senatores, et judicum assessores: σεκρετικὸν ἀξίωμα, dignitas curialis, seu senatoria, in Jure Græco Rom.

(4) *Προεστῶτος τῶν σεκρέτων*. Quatuor potissimum D secreta, seu fora civilia recenset Manuel Comn. in Nov. Primum, magni Drungarii; secundum, ejus qui προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων dicebatur; tertium, τοῦ πρωτασηκρήτου; quartum denique, τοῦ δικαιοδότου. His omnibus qui præerat προεστὼς τῶν σεκρέτων dicitur Annæ. Laudat porro hunc locum Cujacius ad tit. VII C. de primicer. lib. XII. Vide Notata ad pag. 157.

(5) *Κοίμησιν*. Assumptionem Deiparæ. Vide Gretzer. ad Codin.

ταύτῃ ποιεῖν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τινες προβληθήσονται εἰς τὰ σέκρετα, ἢ καὶ εἰς θέματα καὶ διαδεχθήσονται, τιμηθήσονται δὲ καὶ ἐν μεγίστοις ἀξιώμασι, καὶ μέσοις, καὶ ἐλαχίστοις, ἔσονται εἰς τὸ ἑξῆς ἀμετακίνητοι καὶ ἀμετάπτωτοι. Ἀλλὰ καὶ αὐξήσεις ῥογῶν (6), καὶ προσθήκας δόσεων, καὶ συμπαθείας τῶν λεγομένων συνηθειῶν (7), καὶ σχιδευσμοὺς (8), καὶ ἀποσχιδευσμούς [a], προστάξει αὕτη ἀνενδοιάστως καὶ περιεκτικῶς εἰπεῖν, οὐδὲν ἀσυντελὲς λογισθήσεται ὅπερ αὐτὴ κελεύσει ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως. Τὰ γὰρ ῥήματα ταύτης καὶ τὰ προστάγματα ὡς τῆς βασιλείας μου λογισθήσονται, καὶ οὐδὲν τούτων ἀθετηθήσεται, ἀλλὰ καὶ κύρια καὶ μόνιμα ἔσονται εἰς τοὺς ἑξῆς χρόνους. Καὶ οὔτε εὐθύνην, οὔτε ἡντιναοῦν ἀνάκρισιν ὑποπτεύσῃ [b] νῦν ἢ εἰς τὸ μετέπειτα παρ' οὑτινοσοῦν τῶν ἁπάντων οὔτε τις τῶν ἐξυπηρετουμένων αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ὁ κατὰ τὴν ἡμέραν λογοθέτης τῶν σεκρέτων, κἂν εὔλογα κἂν παράλογα τὰ πραχθησόμενα δόξῃ. Τὸ γὰρ παντελῶς ἀλογοπράγητον [c] ἕξουσιν ἐσαεὶ ὁποῖα ἂν καὶ εἴη τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ λόγῳ στηριζόμενα.

causa, vel sine causa, impressa modo sigillo ejus, quod Transfigurationis et Mortis icones exhibet, omnino sic accipi haberique volumus, tanquam a nostra ipsa majestate summi jure imperii præscripta mandataque. Mense quoque ejus qui pro tempore rem judicialem administrat, etiam de promotionibus aut successionibus judicum aliorumve officialium fori ac consistorii, sed et in collationibus præfecturarum militarium, cæterarumque dignitatum et officiorum, insuper in donationibus immobilium quæ regiæ auctoritati reservatæ sunt, sancta eadem parens nostra liberam quidvis volet decernendi obtineat potestatem. Et quicunque per illam promoti fuerint in consistorianas vel in militares dignitates, aut ejus nutu in eas voluntateque successerint, aut quomodocunque admissi fuerint, promotive auctoritate illius ad honores summos, medios, infimos, immobiliter eos possideant, exerceant, fruantur, ab omni iis excidendi periculo **85** plane securi. Sed et augmenta stipendiorum, incrementa donativorum, remissiones misericordes eorum vectigalium quæ consuetudines vocantur, scissiones et rescissiones sine ulla dubitatione pleno jure ipsa instituet, constituet, decernet, pro voluntate. Denique ut breviter colligamus, nihil irritum infirmumve censebitur quod ipsa transegerit, vel scripto, vel sine scripto. Verba enim ejus ac præcepta, ut ab ipsa majestate nostra profecta reputabuntur :

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] σχιδευσμοὺς καὶ ἀποσχιδευσμούς. [b] ὑποπτεύσει. [c] εὐλογοπράγητον

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) *Αὐξήσεις ῥογῶν*. Roga hoc loco est honorarium, sive donativum, quod ab imperatore quotannis magistratibus dabatur, sive erogabatur (unde et vocis etymon), ut infra hoc lib. Ἡ *ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων*. Et lib. VI : Καὶ αὐτὸν τὸν Δοῦκα Βενετίας τῷ τῶν πρωτοσεβάστων ἀξιώματι, μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας ἐτίμησεν. Quemadmodum vero ejusmodi rogæ magistratibus, ac proceribus, ab ipso Augusto distribuerentur, belle narrat Luitprandus, lib. VI *Hist.* cap. 5, qui id fieri solitum scribit ea hebdomade, quæ Ramos Palmarum præcedit. Sic etiam vocabant *dona annua militum*, de quibus Hincmarus, *De ord. palat.* c. 22, aliave donativa, quæ iisdem erogabantur ab Augustis, unde et *Augustiaca* dicuntur Marcellino Comiti. Anastasius Biblioth. in S. Deusdedit PP. **270** *Et data roga militibus, pax facta est in tota Italia*. Idem in S. Severino : *Miles iste nihil exinde subventus habet, quomodo et rogæ vestræ, quas D. imperator vobis per vices mandavit, ibi sunt a sancto viro reconditæ*. Will. Tyrius, lib. XVIII, cap. 25 : *Effusa in populum civitatis, more solito, roga liberalissima*. Interdum roga pro stipendio sumitur. Hinc non semel : *Milites in roga imperatoris. De roga imperatoris* legimus apud Robertum Monach. lib. II; Baldricum Dolens. et Raimundum de Agiles. V. D. Gregor. lib. II, indict. 2, epist. 32; lib. VII, indict. 2, epist. 130.

(7) *Συνηθειῶν*. Συνήθειαι Græcis sunt tributa, vectigalia. *Gloss. Græco-Lat.*, *salarium*, παροχὴ, συνήθεια. Leo in *Tact.* cap. 19, § 18 : Ἢ τὸ οἱονοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας. Sic Latinis *consuetudines* eadem notione, apud Cassiod. lib. I, epist. 2; lib. III, epist. 23; lib. VII, epist. 2, etc.; Gregor. Turon. lib. IX, cap. 30; Willel. Tyr. lib. III, cap. 1; lib. XII, cap. 15; lib. XX, cap. 20; Anastas. in Vita PP. pag. 213 edit. Reg. et alios passim.

(8) *Σχιδευσμούς*. Scissiones et rescissiones rerum judicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus juris formulis firmatæ sunt, hic auguratur eruditus interpres. Verum nemo, opinor, rem adeo injustam in principe justum colente animo concipiet, ut res judicatas solo regiæ auctoritatis jure contra fas rescindi velit, aut sinat. Quin potius malim σχιδευσμόν hoc loco esse donativorum, seu stipendiorum magistratibus debitorum rescissionem, quam Galli vocant, *retranchement de gages et d'appointements*. Solent enim interdum principes annua officialium suorum stipendia propter majores bellorum, quibus premuntur, impensas, aut omnino, aut ex parte rescindere. Sic ipse Alexius, ut auctor est Zonaras, σπανίζων χρημάτων, τάς τε τοῖς ἀξιώμασιν ἀνηκούσας ἀνέκαθεν ἐτησίας δόσεις ἐξέκοψε, καὶ τὰς τῶν συγκλητικῶν οὐσίας προσαφῃρεῖτο. Eadem habet Glycas. Sic Pachymeres, lib. II, cap. 14, narrat Andronico Seniore imperatore, exhaustis imperatoriis thesauris, ipsas palatinis consuetas erogari rogas rescissas : Ἐπισχεθέντων πάλαι καὶ αὐτῶν ῥογῶν, καὶ προσοδιῶν τοῖς ἐν ἀνακτόροις δουλεύουσιν, ἃ δὴ καὶ βασιλεῖς ἐξ ἀρχαίου εἰς μίσθους ἐτίθουν ἀναγκαίους, τοῖς ὑπηρετουμένοις ἐκείνοις ἐξεκενοῦντο. Et lib. XII, cap. 8 : Τὰ γὰρ τῶν μισθῶν τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἐκδουλευσάντων ἐξεκενοῦντο. Sic denique Philippus VI Francorum rex binis edictis annorum 1337 et 1343, quæ exstant in registris Cameræ Computo. Paris. signatis *Crux* et *Pater;* et alii deinceps qui subsecuti sunt reges non semel, iisdem de causis, magistratibus annua exsolvi solita stipendia, aut penitus abrogarunt, vel eorum partem fisco adjudicarunt. Quemadmodum igitur, ut rogas, sive donativa, augere, ita et rescindere posset, matri concessit Alexius.

nullumque illorum abrogabile aut effectu cassum, omnia, rata, firma, immobilia in omne tempus erunt, nulli examini, cognitioni, retractationi cujusquam omnium unquam obnoxia, nec approbationis confirmationisve ullius, ut plane valeant plenumque effectum sortiantur, egentia. Neque quisquam qui illi ministraverit obsecutusve in aliquo fuerit, neque ipse qui pro tempore fuerit logotheta secretorum, quantumvis bene secusve consuta decretaque videantur quæ mandata fuerint, eo unquam a quoquam nomine vocari in jus ad causamque dicendam rationemve reddendam cogi poterit. Quippe cum omnia quæcumque tandem ac qualiacunque sint quæ mater nostra decreverit ac fecerit, vi præsentis bullæ aureæ vindicata nobis, nostræque auctoritati imputanda planeque in omne tempus rata, firma, valida decernamus, declaremusque.

Hactenus bulla aurea. Quam qui attendet jure utique mirabitur efferetque laudibus pietatem patris mei Alexii Augusti, qui nihil plane sibi reliquum fecerit quominus omnia supremæ potestatis jura decoraque matri filius suæ communicaret, ipsoque adeo imperiali solio ac fastigio, ut matrem loco sui regendo quasi curui reipublicæ præficeret, descendere quodammodo sit visus, circum apparendi ac cursandi, velut ministerii causa, partibus sibi tantummodo reservatis, soloque imperatoris nomine retento: et hoc ex adolescente jam in virum evadens, qua ætate cupiditas imperandi major esse solet in hominibus sic natis, sicque institutis, talique fortuna usis. At sane non segnem desidiam prætextu materni honoris obtegit, aut otium securum astuta pietate redimit. Nempe bellum in barbaros periculaque illa ac labores sibi deposcit, speciosa et quæstuosa cætera, gubernationem negotiorum, electiones magistratuum, vectigalium sumptuumque publicorum rationes, matri committit. Nimium id quidem liberaliter ac prodige, dicat fortasse quispiam, qui aulam in gynæceum transferri, et imperii tanti administrationem universam uni credi mulieri minime probandum putet. Verum is si sciat ac reputet quam exquisita fuerit ejus mulieris prudentia, quanta virtus, quam rara vis ingenii, vituperationem profecto in approbationem statim consilii talis et admirationem vertat. Tanta enim fuit in avia mea dexteritas in gerendis expediendisque rebus, tanta ordinandi digerendique civilia negotia facultas ac quasi capacitas magnæ mentis, ut non tantum Romano imperio quantum erat, sed regnis quæ sub sole sunt omnibus una optime regendis par videri posset. **86** Magno scilicet ex longa experientia usu prædita rerum humanarum, ingenio insuper ad naturas rerum facultatesque negotiorum pervidendas mire solerti: cui numeratum esset ac promptum, unde inchoandum quidlibet? qua et quo provehendum? quæ quibusque adversarentur, quæ quibusque juvandis nata aptaque essent: quid opus facto, celerrime pervidens; id ipsum ad prudenter exsequendum strenua et constans. Nec vero cum tantis ingenii consiliique partibus commendaretur, deficiebat illam lingua; quin habebat facultatem ejus generis innatam quæsitæ similem, naturæ bono, non industriæ beneficio rhetor quæ-

A Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ χρυσοβούλλου. Θαυμάσειε δ' ἄν τις ἐν τούτοις τὸν ἐμὸν πατέρα καὶ αὐτοκράτορα τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, καὶ ὅπως αὐτῇ παρακεχωρήκει τῶν ἁπάντων, αὐτὸς τῆς βασιλικῆς ἡνίας οἷον ὑπεξιστάμενος, καὶ τρόπον τινὰ ἐποχουμένῃ τοῦ βασιλικοῦ ἅρματος αὐτῇ παραθέων, καὶ ψιλοῦ μόνου τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος. Καίτοι κατὰ τὴν ἡλικίαν τὸν μείρακα ἤδη παρήλλαττε, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ἐπιφύεται τοῖς τοιούτοις ἤθεσιν ὁ τῆς φιλαρχίας ἔρως. Τοὺς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Βαρβάρους πολέμους καὶ ὅσα τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων ὑπῆν, αὐτὸς ἀνεζώσατο, πᾶσαν δὲ τῶν πραγμάτων διοίκησιν καὶ πολιτικὰς ἀρχάς, καὶ τοὺς περὶ τῶν εἰσφορῶν λόγους, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς βασιλείας ἀναχωμάτων [7] τῇ μητρὶ κατεπίστευσε.
B Καὶ ἴσως μὲν ἄν τις ἐνταῦθα γινόμενος καταμέμψοιτο τὴν οἰκονομίαν, ὡς γυναικωνίτιδι καταπιστεύσαντος τοὐμοῦ πατρὸς τὴν τῆς βασιλείας διοίκησιν. Ἀλλ' εἰ τὸ φρόνημα τῆς γυναικὸς ἠπίστατο, καὶ ὅση τις ἦν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν καὶ ὅπως εἶχε δραστηριότητος, ἀφέμενος μέμψεως πρὸς θαῦμα τὴν μέμψιν μετέβαλε. Τοσαύτη γὰρ ἡ ἐμὴ μάμμη περὶ τὰ πράγματα δεξιωτάτη καὶ τάξαι καὶ καταστήσασθαι πολιτείαν εὐμήχανος, ὥστε μὴ μόνον τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διοικεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν ὅπου δήποτε βασιλείαν ὁπόσην ἥλιος ἐφορᾷ. Πολύπειρός τε γὰρ ἦν καὶ πολλῶν πραγμάτων ἐγίνωσκε φύσεις, καὶ ὅπως ἄρχεται, καὶ εἰς ὃ καταντήσειεν ἕκαστον ἐξηπίστατο, καὶ τίνα μὲν τίνων εἰσὶν ἀναιρετικά, τίνα δὲ μᾶλλον ἐπιρρώννυσιν ἕτερα, ὀξυτάτη
C τε τὸ δέον καταμαθεῖν καὶ μετὰ ἀσφαλείας καταπρᾶξαι δεινή. Καὶ οὐχ ἦν μὲν τὴν γνώμην τοιαύτη, γλῶτταν δὲ εἶχεν ἀπᾴδουσαν πρὸς τὴν γνώμην· ἀλλ' ἦν αὐτόχρημα ῥήτωρ πιθανότητος [8], καὶ οὔτε λάλος καὶ εἰς μῆκος τοὺς λόγους ἐκτείνουσα, οὔτε ταχέως ἀπελίμπανεν αὐτὴ τὸ πνεῦμα τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπικαίρως ἀρξαμένη εἰς τὰ καιριώτατα πάλιν κατέληγε. Καὶ ὁ μὲν βασίλειος θρόνος αὐτὴν παρηκμακυῖαν κατείληφεν, ὅτε καὶ μᾶλλον τὸ φρονοῦν ἤκμαζε καὶ ἡ σύνεσις ἐπήνθει καὶ ἡ περὶ τὰ πράγματα ἐπιστήμη συνήκμαζεν, ἐξ ὧν οἰκονομίαι καὶ διοικήσεις τὸ κράτος ἔχουσιν. Ἔχει δὲ ὡς ἡ τοιαύτη τὸ εἰκὸς ἡλικία οὐ μόνον τι *λέξαι τῶν νέων σοφώτερον*, ὡς ἡ τραγῳδία φησίν, ἀλλὰ
D καὶ συμφορώτερον πρᾶξαι. Ὁ δὲ κατόπιν χρόνος καὶ ὁπόταν ἐκείνη ταῖς νεωτέραις συνεξητάζετο γυναιξί, θαῦμα ἄντικρυς ἦν, πολιὸν ἐν νεαρᾷ ἡλικίᾳ

Variæ lectiones ex cod Coislin.

[7] *ἀναλωμάτων*. [8] πιθανώτατος.

ἐπιδεικνυμένη φρόνημα. Καὶ παρεῖχεν ἐξ αὐτῆς A ὄψεως τῷ βουλομένῳ καταθρεῖν τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ ἐμβρίθεισαν [9]. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ὁ ἐμὸς πατὴρ τῆς βασιλείας ἐπιδραξάμενος τοὺς μὲν ἀγῶνας καὶ ἱδρῶτας ἑαυτῷ [10] τεταμίευκε θεωρὸν τῶν ἀγώνων τὴν μητέρα ποιούμενος, ἐκείνην δὲ δεσπότιν καταστησάμενος, τὸ παρ' ἐκείνης κελευόμενον, καθάπερ δοῦλος, ἔλεγέ τε καὶ ἔπραττεν. Ἔστεργεν οὖν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ὑπερφυῶς καὶ τῶν αὐτῆς βουλευμάτων ἐξήρτητο (τοσοῦτο [11] ἦν φιλομήτωρ), καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου τῆς ἐκείνης γλώττης ὑπηρέτιν, καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἐκείνης φωνῶν εἰς ἀκρίασιν, καὶ εἰς ἅπαντα ταύτῃ ὁ βασιλεὺς συγκατένευεν, ἢ ἀνένευεν, ἐφ' οἷς ἄρα ἐκείνη κατανεύσειεν ἢ ἀνανεύσειεν. Καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα ὅλως τοιοῦτον. Ἐκεῖνος μὲν B γὰρ σχῆμα βασιλείας εἶχεν, ἡ δὲ τὴν βασιλείαν αὐτήν· καὶ ἡ μὲν ἐθεσμοθέτει, διῴκει τὸ πᾶν, ἐπρυτάνευεν, ὁ δὲ τὰς διοικήσεις ἐκείνης καὶ τὰς ἐγγράφους καὶ τὰς ἀγράφους, τὰς μὲν χειρὶ, τὰς δὲ φωναῖ, ἐπεσφράγιζε, καὶ ὡς οὕτω γε φάναι, ὄργανον ἦν αὐτῇ βασιλείας, οὐ βασιλεύς. Ἠρέσκετο γὰρ ἐφ' ἅπασιν οἷς ἡ μήτηρ διαγνοίη καὶ διορίσειε, καὶ οὐχ ὡς μητρὶ μόνον καταπειθέστατος ἦν, ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐξάρχῳ βασιλικῆς ἐπιστήμης ταύτῃ προσεῖχε τὸν νοῦν. Ἤδει γὰρ ἀκριβῶς τὸ ταύτης ἐφ' ἅπασιν ἐπὶ τὸ κράτιστον συγκεχωρηκὸς, καὶ ὅτι διαφερόντως πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονότας ἀνθρώπους εἰς φρόνησίν τε καὶ σύνεσιν πραγμάτων ὑπερελαύνει.

A dam, ad persuadendum instructissima: non loquax illa quidem, aut garrulitatis inexhaustæ; non rursus in dicendo curta, et cito deficiente quasi spiritu, medio in cursu subsidens: verum ab ea et initia sermonis captari opportune et finis ad maturum exitum perduci solitus. Contulit ad hæc non parum quod imperii gubernaculis admota est matura jam ætate, quando prudentia rerum usu parta confirmataque viget maxime; et negotiorum perite tranctandorum ars, gubernandique ac dispensandi res humanas scientia multiplex consummationem, si unquam, obtinet. Nec enim solum habet ista ætas quod illi tribuit tragœdia, *loqui solere juvenibus prudentius*, sed etiam utilius consulere sapereque verius. Hujus porro de qua B loquimur mulieris quantas senectus opes sapientiæ longo ævo congestas habuerit, æstimare licet ex eo quod ejusdem etiamnum junioris prudentia miraculo solebat esse, canitiem quandam consummatæ maturitatis in ipsa adolescentia præferens: ac specie compositioneque vultus ac motuum haud dubium vel primo ac forte intuentibus, virtutis gravitatisque sibi penitus insitæ ostentans specimen. Talem hanc, ut dixi, matrem meus pater statim a suscepto imperio certaminum sudorumque spectatricem atque arbitram suorum alto in regni solio constituit, dominam illam suam non appellationis magis blanditia quam obsequii obedientia ferens ac probans. Amans eamdem observansque longe ultra communem modum, quadam humilitate mancipii: ex ejus consiliis totus pendens, dexteram non aliud quam maternæ linguæ famulam, aures nihil aliud quam vocum ac præceptorum ipsius exceptrices volens esse: quin etiam nutus omnes renutusque suos ex maternorum præjudiciis ducebat; eadem cum illa postque illam semper abnuere juxta annuereque solitus. Planeque sic seres habebat: ille speciem, hæc rem ipsam obtinebat regni. Illa jus dicebat, leges condebat, gubernabat, dispensabat omnia. Ille autem placita ejus sive scripto edita subscriptione firmabat; sive sola declarata voce, vocis item suæ suffragio corroborabat: ita ut, si dicere liceat, non imperator Alexius, sed matri instrumentum imperii fuerit. Adeo grata et rata habebat quæcunque illa decerneret statueretque; neque ut matri solum obedientissime **87** obsequebatur, verum etiam ut magistræ consultissimæ artis regnandi attentum et docilem præbebat animum. Quippe ipsi exploratissimum erat, illam, quod esset in quaque re factu optimum, videre semper optime sequique rectissime; eamdemque haud parvo intervallo omnes qui tunc erant homines prudentiæ laude peritiaque negotiorum antecellere.

Τοιαῦτα τὰ τῆς Ἀλεξίου βασιλείας προοίμια. Οὐ C γάρ τις αὐτοκράτορα τοῦτον εἰκότως τόγε νῦν ὀνομάσειε, τῆς αὐτοκράτορος περιωπῆς ἅπαξ ἀποκληρωθείσης παρ' αὐτοῦ τῇ μητρί. Ἄλλος μὲν οὖν νόμοις ἐγκωμιαστικοῖς ὑπείκων, πατρίδα τῆς θαυμασίας ἐκείνης μητρὸς ἐπαινείτω, καὶ γένος πρὸς Ἀδριανοὺς ἐκείνους τοὺς Δαλασσηνοὺς (9) ἀναφερό-

C Hujusmodi fuere initia regni Alexii, quem pene piget autocratorem, sive rerum omnium pleno arbitrio potentem, quæ summæ potestatis vulgaris est appellatio, dicere; cum is istam potestatem pro libito gubernandarum rerum semel in omne tempus a se in matrem transtulerit. Hic jam per me qui volet et poterit laudationum rhetoricas leges in

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[9] καὶ ἐμβρίθειαν. [10] τοὺς ἱδρῶτας ἑαυτῷ. [11] τοσοῦτον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

9) *Τοὺς Δαλασσηνούς*. Exstitit Dalassenorum familia Constantinopoli perillustris, ex qua recensentur Constantinus patricius, quem Constantinus imperator, Basilii frater, successorem sufficere decreverat, qui affectati postmodum imperii reus, in Protam insulam relegatus est a Michaele Paphlagone; Theophanes et Romanus, itidem patricii, Constantini fratres; et Adrianus horum patruelis, de quo hoc loco Anna; præterea Damianus Dalassenus, cujus filius Theophylactus Bulgaroctono imperante vixit; Damianus alter Scopiorum dux, sub Michaele Duca; Theophylactus alter, cujus meminit Nicephorus Bryennius; denique Constantinus Dalassenus, thalassocrator ab Alexio dictus. Memorantur hi passim ab Anna, Zonara, Scylitze, et Glyca.

argumento expromens in primis digno, genus heroinæ hujus ab Adrianis illis Dalassenis et Charonibus repetat, et albas eloquentiæ quadrigas in vastissimum campum laudis illorum immittat effusis habenis. Mihi enim historiam conscribenti, non ex genere aut sanguine, vel illa vel alia persona quavis, sed ex moribus ac virtute, idque ipsum quatenus opus est et institutæ scriptionis genus ac consilium patitur, insignienda est. 'Ergo ut de ea pergam exsequi quod silere non debeo. Fuit illa magnum ornamentum non mulierum modo sui temporis, sed etiam virorum, ac plane commune decus humanæ naturæ : cujus palmare exstitit facinus jam tum primis illis administrationis suæ temporibus, quod palatium Augustarum unde honos et bona fama exsulabat jam ex eo tempore quo Monomachus ille habenas imperii arripuit, quando levitati et pudendis amoribus augustum illud sacrarium patere cœpit, plane sanctitati restituit pristinæ. nisi etiam et majore cumulavit. Tam concinnum enim tamque laudabilem rerum omnium instituit ordinem, ut in formam religiosæ familiæ regum diversorium mutatum esse dici posset. Stata erant Dei laudibus canendis audiendisve descripta tempora; suæ cibo sumendo, suæ urbanis ac politicis negotiis horæ tractandis certæ assignatæ dimensæque. Ipsa omnibus exemplum et forma laudis omnis, plane usu vulgari naturæque captu majus quiddam præibat rapiebatque secum aulam universam; tam puris undique resplendens honestatis ac pudicitiæ radiis, ut si vel illis priscis exemplaribus probitatis decantatissimis heroinis compararetur, sol quidam plane videretur cum stellis compositus. Jam quis ejus misericordiam in pauperes, quis liberalem in egentes manum satis exprimere, nedum prædicare sermo queat? Omnibus e cognatione minus copiosis commune receptaculum domus ejus fuit : nec minus eadem alienis quoque patuit indigentibus. Jam sacerdotes et mo-

A μενον, καὶ Χάρωνας (10), καὶ τῷ πελάγει τῶν κατ' ἐκείνους προτερημάτων ἐπαφιέτω τὸν λόγον· ἐμοὶ δὲ ἱστορίαν ξυγγραφούσῃ, οὐκ ἐκ γένους καὶ αἵματος προσήκει ταύτην χαρακτηρίζειν, ἀλλ' ἐκ τρόπου καὶ ἀρετῆς καὶ τούτων ὁπόσων [12] ὁ τῆς ἱστορίας ὑποτίθεται λόγος. Ἵνα γὰρ πρὸς ἐκείνην ἐπαναδραμοῦμαι καὶ αὖθις, ἀξίωμα μὲν οὖν μέγιστον αὐτὴ οὐ γυναικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥένων καθίστατο, καὶ κόσμος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὴν δὲ περὶ τὰ βασίλεια γυναικωνῖτιν παντάπασι διεφθορυῖαν, ἐξότου ὁ μονομάχος ἐκεῖνος τὸ τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο κράτος, καὶ εἰς ἔρωτας ἀλόγους (11) ὑποκλίνασαν [13], καὶ μέχρι τῆς βασιλείας τοὐμοῦ πατρὸς, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀλλοιώσασα, εἰς κόσμον ἐπαινούμενον μετήνεγκε. Καὶ ἦν ἰδεῖν [14] τηνικαῦτα τάξεως ἐπαινουμένης
B μετειληχότα· καὶ γὰρ ὅρους τε τῶν θείων ὕμνων ἔταξε, καὶ καιροὺς ἀρίστου τε καὶ ἀρχαιρεσίας ἐπήξατο, στάθμη καὶ κανὼν τοῖς πᾶσιν αὐτὴ γεγονυῖα, ὡς τὰ βασίλεια μᾶλλον ἱερὰ φροντιστήρια (12) εἶναι δοκεῖν. Τοιαύτη τις ἦν ἡ ὑπερφυὴς καὶ ὄντως ἱερὰ ἐκείνη γυνή. Σωφροσύνῃ μὲν γὰρ τοσοῦτον ὑπερῆρε καὶ τὰς πάλαι ὑμνουμένας, περὶ ὧν ὁ πολὺς λόγος, ὁπόσον ἀστέρας ἥλιος· τὸν δὲ περὶ τοὺς πένητας οἶκτον αὐτῆς καὶ τὴν δαψιλῆ πρὸς τοὺς δεομένους χεῖρα, τίς παραστήσειε λόγος; Κοινὸν μὲν ἦν ἡ αὐτῆς ἑστία καταγώγιον τοῖς ἐξ αἵματος πενομένοις, κοινὸν δὲ καὶ ξένοις οὐχ ἧττον. Ἱερέας δὲ καὶ μοναχοὺς διαφερόντως ἐτίμα, καὶ ξυνδειπνοῦντας [15] εἶχε, καὶ οὐδενὶ ἄτερ μοναχῶν τὴν αὐ-
C τῆς τράπεζαν θεάσασθαι ἐνῆν. Ἡ δὲ ἔξωθεν ἐπιφαινομένη τοῦ ἤθους κατάστασις καὶ ἀγγέλοις αἰδέσιμος καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς δαίμοσι φοβερὰ, ἀνθρώποις δὲ μὴ ἐχέφροσιν, ἀλλὰ περὶ ἡδονὰς ἐπτοημένοις ἀνύποιστος καὶ ἐκ μόνου τοῦ βλέμματος, τοῖς δ' αὖ γε σωφροσύνης ἐπιμελουμένοις ἱλαρά τε καὶ προσηνής. Μέτρα γὰρ ἔγνω κατηφείας καὶ σεμνότητος, ὡς μήτε τὸ κατηφὲς ἄγριόν πως καὶ θηριῶδες δοκεῖν, μήτε τὸ ἁπαλὸν κεχαλασμένον τε καὶ ἀκόλαστον, καὶ ὅρον οἶμαι τοῦτ' εἶναι κοσμιότητος, κρα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[12] ὁπόσον. [13] ἀποκλίνασαν. [14] ἰδεῖν τὰ βασίλεια. [15] συνδειπνοῦντας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Καὶ Χάρωνας*. Fuit enim Anna Alexii mater, Alexii Italiæ præfecti filia, cui Χάρωνος cognomen inditum comminiscitur Nicephorus Bryennius, quod quemcunque telo ille aggrederetur hostem, statim neci daret : Ὧ καὶ τὸ ἐπώνυμον ἐκ τῆς ἀνδρείας κεκλήρωτο, οἷόν τινα γὰρ ἐναντίων βαλὼν, ἐπεὶ νεκρὸν ἀποδέδειχε, Χάρων ἐντεῦθεν
271 ἐπωνομάσθη. Verum ante Alexium Charonum familiam observare est apud Scylitzem : meminit enim ille Constantini cujusdam, cognomento Charonis, qui a Nicephoro Phoca imp. clava in caput impacta, ad Charontem ipsum et ad inferos detrusus est.

(11) *Εἰς ἔρωτας ἀλόγους*. Monomachum Augustum ob illicitos et pudendos amores infamant passim scriptores; vivente enim Zoe Porphyrogenita uxore, Constantini imperatoris filia, feminam quamdam, ex nobili Sclerorum gente ortam, non superduxit modo, sed eo venit amentiæ, ut Augustam appellaret, eique domicilium assignaret in
D palatio, mediusque Zoem inter et pellicem, populo spectante, sederet. De utraque intelligendus Joannes Euchaitarum episcopus carmine εἰς τὸ βιβλίον τῆς Διακονίας τοῦ Τροπαιοφόρου, quod Monomacho inscripsit :

Πιστὸς βασιλεὺς, εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ,
Σεβαστὸς, ὀρθόδοξος ὁ Μονομάχος, etc.

Et mox :

Ἔπειτα ταῖς σαῖς πανσεβάσταις Αὐγούσταις.

Et alio carmine in eumdem :

Καὶ τὰς Αὐγούστας ὡς συνέργους λαμβάνω.

Pari insania post Zoes interitum mulierculam aliam, Alani cujusdam principis filiam, quæ obses a patre data Constantinopoli morabatur, in regiam induxit, et Augustam appellavit. Vide Zonaram, pag. 207.

(12) *Φροντιστήρια*. Vide Notas ad Cinnami pag. 5.

θέντος τοῦ φιλανθρώπου τῷ τῆς ψυχῆς ἀναστήματι. Τὸ δὲ ἦθος αὐτῇ ὑποκαθήμενον πρὸς ἐνθυμήσεις ἀεὶ καινοτέρας ἀνελιττούσῃ τὰς γνώμας, οὐ φθαρτικὰς τοῦ κοινοῦ, ὥς τινες ὑπετονθόρυζον, ἀλλὰ σωστικάς, καὶ διεφθορυῖαν ἤδη τὴν βασιλείαν ἐς ὁλοκληρίαν ἐπαναγούσας, τά τε τοῦ κοινοῦ εἰς τὸ μηδὲν ἐληλακότα ἐπανορθούσας, ὡς δύναμις. Πλήν, εἰ καὶ τῇ τῶν κοινῶν διοικήσει ἐνησχολεῖτο, τῆς τοῖς μοναχοῖς προσηκούσης διαγωγῆς οὐδαμῶς καταπεφρονήκει. Ἀλλὰ τὸ πλεῖον μὲν τῆς νυκτός, τοὺς ἱεροὺς ἀπεπλήρου ὕμνους, προσευχῇ τε συντόνῳ καὶ ἀγρυπνίᾳ συντετηκυῖα, περὶ δὲ τὸ ὄρθριον, ἔστι δ' ὅτε καὶ δευτέρας ἀλεκτοροφωνίας (13) ταῖς τοῦ κοινοῦ προσέκειτο διοικήσεσι, περί τε ἀρχαιρεσιῶν σκοποῦσα καὶ τὰς τῶν δεομένων αἰτήσεις ἐπιλύουσα, ὑπογραμματεύοντος αὐτῇ Γρηγορίου τοῦ Γενεσίου. Ταῦτα εἴ τις ἠβούλετο ῥήτωρ εἰς ἐγκωμίου λόγους ἀγαγεῖν, τίνας ἂν οὐκ ἀπεκρύψατο τῶν πάλαι περιβοήτων ἐπ' ἀρετῇ καὶ κατ' ἀμφότερα τὰ γένη φανέντας περιφανεῖς, τοῖς ἐπιχειρήμασι καὶ ταῖς πρὸς ἄλλους συγκρίσεσιν ἐξογκῶν εἰς μέγα τὴν ἐπαινουμένην, ὥσπερ νόμος ἐστὶ τοῖς ἐγκωμιάζουσιν; Ἀλλὰ τὰ τῆς ἱστορίας οὐχ οὕτως ἄδειαν δίδωσι τῷ συγγράφοντι. Διόπερ εἰ περὶ ταύτης τῆς βασιλίδος λέγοντες τὰ μεγάλα σμικροπρεπέστερον εἴπωμεν, μηδεὶς ὑπὸ μέμψιν ἀγέτω τὸν λόγον, ὅσοι τὴν ἐκείνης οἴδασιν [16] ἀρετὴν καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀξιώματος, καὶ τὸ ἀγχίνουν ἐν ἅπασι, καὶ τὸ ἀκροφυέστατον τοῦ φρονήματος. Ἡμεῖς δὲ ὅθεν περὶ αὐτῆς λέγοντες μικρόν τι ἐξετραπόμεθα, πάλιν ἐπανακάμψωμεν. Ἐκείνη τοίνυν τὴν βασιλείαν, ὡς ἔφημεν, διιθύνουσα, οὐδὲ τὴν πᾶσαν ἡμέραν ταῖς κοσμικαῖς (14) φροντίσιν ἀφώριστο, ἀλλὰ τὰς ἐκ τύπου λειτουργίας εἰς τὸ ἱερὸν τέμενος τῆς μάρτυρος Θέκλας [17] (15) ἀπεπλήρου, ὅπερ ὁ αὐτο-

A nachos præcipuo semper **88** in honore habuit familiariterque adhibuit ad mensam: et hos quidem ita assidue, ut nemo illam accumbentem viderit sine monachis convivis. Species erat ejus tota venerabilis angelis, dæmonibus terribilis, lascivos et voluptarios, si qui occurrerent, tam acribus figebat oculis, ut severitatem aspectus illius ferre non possent: modestis sane ac probis hilarem se ac propitiam ferens. Nam tristitiæ modum perinde atque hilaritatis norat tenebatque, ut neque gravitas ejus tetrica nimium ac fera, nec rursus affabilitas justo blandior, et levitatis affinis videri posset: adeo mediocritatem amabilem simul et venerabilem ex mistione humanitatis cum austeritate temperaverat, arte quadam et conatu virtutis; B nam suapte natura propensior ad triste ac meditandum silentium erat, per quod novas et novas semper concipiebat versabatque animo cogitationes, non perniciosas reipublicæ, ut malevoli murmurabant, sed omnino salutares, et perditum jam imperium peneque ad nihilum redactum in totum decus amplitudinis pristinæ, quantum fieri poterat, reparantes. Cæterum quantacunque negotiorum moles incumberet, nequaquam ita illa se opprimi sinebat, ut ad religiosa officia vitæ monasticæ quam usurpare in palatio decreverat, præripi sibi tempus pateretur. Verum pleramque noctis partem divinis hymnis, juxta descriptionem ecclesiasticam in diurna toto anno pensa dispensatis, integre reddendis ac celebrandis insumebat: tum non exiguum C spatium somno detractum fundendis ad Deum privatis precibus et cæteræ religioni dabat, haud dubiis nocturnæ contentionis et vigiliarum in confecti exhaustique macie corporis signis exstantibus. Sub ea circa diluculum fere, nonnunquam a se-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[16] ἴσασιν. [17] Θέκλης.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(13) *Ἀλεκτρυοφωνίας.* Romani, ut auctores sunt Macrobius, lib. I; Saturn. et Censorinus, *De die natali*, cap. 24, diem civilem a media nocte incipiebant, cujus primam partem *de media nocte*, alteram *gallicinium*, tertiam *conticinium*, quartam denique *diluculum* vocabant. Tunc subit *mane*, cum lux videtur solis. Alii noctem in septem partes dividunt: Joannes de Janua, *Prima pars noctis dicitur crepusculum, secunda conticinium, tertia gallicinium*, (primum scilicet) *quarta intempestum, quinta iterum gallicinium*, (secundum nempe, quod hic δευτέρα ἀλεκτρυοφωνία dicitur) *sexta matutinum, septima diluculum*. Primum gallicinium innuunt hisce verbis Acta S. Thyrsi, cap. 8, n. 37: *Vix primum pullus dederat cantum*. Nam *pullum* a grammaticis pro gallo gallinaceo sumi notum ex S. Ambrosio ad Iren. *Quid in puellis? quam canora vox galli, nocturnisque vicibus solemne munus ad excitandum et canendum?* Hinc *pullus* pro gallicinio, in *Regula magistri*, cap. 33: *In hieme cavendum est ne nocturnos pullus aut antecedat, aut deprendat.* Alias *pullorum cantus* dicitur in eadem *Regula*, in Vita S. Fursei confess. cap. 1, n. 6; in Vita S. Davidis archiepisc. Meneuensis, n. 17, etc. *Pulli cantus* in *Hist. translat. S. Joann. abb. Reomanens.* cap. 3. Quin et observatum pridem a viris doctis apud evangelistam, in ms. bibliothecæ Regiæ legi: *Tertio pullo ter me negabis*, ubi lectio Vulgata habet: *Antequam gallus cantet, ter me negabis*. Ita apud Ammianum Marcellinum, lib. XX, *pullum silentem*, gallicinium interpretatur Valesius, ubi de Juliani inauguratione: D *Impositusque scuto pedestri, et sublatius eminens, pullo silente Augustus renuntiatus.* Sic enim præferunt mss. et editiones Romana et Florentina, non vero *nullo*, ut Vulgatæ. His enim verbis designavit Marcellinus ὥραν τρίτην, qua se imperatorem proclamatum testatur idem Julianus in Epist. ad Athenienses. Vide Arnob. *in Psal.* pag. 382, 485 edit. Froben.; Vitam S. Materni episc. Trevir. apud Bosquet. pag. 49; Heinsium ad Theocrit. id. 7, et Bourdelotium ad Heliod. lib. I.

(14) *Κοσμικαῖς.* Glossæ Græco-Lat. κοσμικός, *sæcularis*. Utuntur Canones Apostol. can. 7; Concil. Sardic. c. 7; Ephesin. part. I, c. 30, § 3; Chalcedon. can. 3, 24; Harmenopulus, lib. I, tit. 3, § 12, 13; Theophylactus Bulg. epist. 14, Pachymeres, lib. V, et alii. *Mundialis* Victori Uticensi, Prudentio, Joanni Diacono in Vita S. Gregor. et aliquot aliis.

(15) *Τέμενος τῆς Θέκλας.* Quatuor potissimum D. Theclæ sacrata templa Constantinopoli, vel in

eundo gallicinio, negotiis expediendis operam dabat A de comitiis et magistratuum lectionibus statuens; et libellis petentium consulentiumve respondens, ad hæc illi scribæ ministerium navante Gregorio Genesio. Hæc si quis rhetor ornare dicendo et coloribus artis illuminare aggrederetur, quos non veterum ex utrovis sexu laude virtutis illustrium ab ista superatos, gloriæque majoribus radiis obscuratos demonstraret? Utique si res hujusce nostræ vel per se spectatas celebrare vibratis collectisque sententiis, et exquisito apparatu lectorum sensuum, vel comparare cum aliis, et quanto iis intervallo præstent copiosius docere conaretur, prout artis dicendi præcepta præscribunt. At nobis quibus historiæ simplicitatem professis certe tam disertis esse non licet, ignosci æquum est ab iis qui cum virtutem B matronæ istius magnificamque dignitatem, præsentiam in omnibus solertis animi, atque excellentissimam sapientiam, usu forte ipsi ac visu perspexerint, res tantas tamque præclaras jejune a nobis exiliterque tractatas vel mirabuntur, vel etiam succensebunt. Me vero ne hæc fortasse quidem ipsa suscepti operis **89** ratio tam multis exsequi patitur: quæ tametsi recordatio assidue aurem vellit ac revocat, non prius tamen, quandoquidem digredi semel cœpi, redire in viam placet quam adhuc paulo ulterius excurrerim. Solebat eadem avia mea non totum negotiis sæcularibus diem impendere, sed statis quotidie horis sacris operam dare, sacrificioque liturgico juxta usum canonicum interesse in C templo piæ martyris Theclæ quod imperator Isaacius Comnenus ipsius levir exstrui curaverat tali quadam ex causa. Cum principe Dacorum icti olim fœderis pertæsi bellum in Romanos meditarentur, jamque aggredi cœpissent: id animadvertentes Sauromatæ, Mysi a veteribus appellati, ne ipsi quidem continere se intra limites ac quiescere volebant. Sed cum ulteriorem Istri ripam, qua id flumen Romanam ditionem suo alveo terminabat, incolerent, inde in fines nostros irruperunt, injurias a Getis quos infestos alia parte patiebantur

A κράτωρ Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς καὶ ἀνδράδελφος αὐτῆς ἐκ τοιαύτης αἰτίας ἐδείματο. Ἐπεὶ γὰρ ἃς πάλαι εἶχον οἱ τῶν Δακῶν ἀρχηγέται μετὰ τῶν Ῥωμαίων σπονδὰς τηρεῖν εἰσέτι οὐκ ἤθελον, ἀλλὰ παρασπονδήσαντες διέλυσαν, τούτου δὲ δήλου τοῖς Σαυρομάταις (16) γεγονότος, οἳ πρὸς τῶν πάλαι Μυσοὶ προσηγορεύοντο, οὐδὲ αὐτοὶ τοῖς ἰδίοις ὁρίοις ἐμμένοντες ἤθελον ἡσυχάζειν [18] νεμόμενοι πρότερον ὁπόσα ὁ Ἴστρος πρὸς τὴν Ῥωμαίων διορίζει ἡγεμονίαν, ἀλλ' ἀθρόον ἀπαναστάντες πρὸς τὴν ἡμεδαπὴν γῆν μετῳκίσθησαν. Αἰτία δὲ τῆς τούτων μετοικήσεως ἡ τῶν Γετῶν κατ' αὐτῶν ἄσπονδος ἔχθρα, ὁμορούντων μὲν ἐκείνοις, τούτους δὲ ληστευόντων. Διὰ ταῦτα καιρὸν ἐπιτηροῦντες, ἐπεὶ τὸν Ἴστρον ἀποκρυσταλλωθέντα εἶδον, ὥσπερ B ἠπείρῳ τούτῳ χρησάμενοι ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς μετανίστανται [19], ὅλον ἔθνος τοῖς ἡμετέροις ἐπιφορτισθὲν ὁρίοις, καὶ δεινῶς ἐληΐζοντο τὰς παρακειμένας πόλεις καὶ χώρας. Τοῦτ' ἐνωτισθεὶς ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος, δέον ἔκρινε τὴν Τριάδιτζαν (17) καταλαβεῖν, ἐπεὶ τοὺς ἑῴους βαρβάρους τῶν ἐπιχειρημάτων φθάσας ἀνεῖρξε, καὶ τοῦτο δὴ ἀπραγμονέστατον αὐτῷ ἐγεγόνει τὸ τμῆμα. Καὶ δὴ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν συλλεξάμενος, τῆς πρὸς τὰ ἐκεῖσε φερούσης ὁδοῦ ἥψατο, ἀπελάσαι βουλόμενος τῶν Ῥωμαϊκῶν ὅρων αὐτούς. Οἱ δὲ τοῦτον θεασάμενοι, εὐθὺς διαιρεθέντες διαφόρου γνώμης γεγόνασιν. Ὁ δὲ οὐ πάνυ πιστεύειν αὐτοῖς ἔχων, ἐπὶ τὸ καρτερώτατον καὶ δυσμαχώτερον μέρος αὐτῶν C σὺν καρτερᾷ τῇ φάλαγγι ἵεται. Καὶ δὴ πλησιάσας αὐτοῖς, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ στρατοπέδῳ κατέπληξε, πρὸς μὲν γὰρ τὸν οἷα δὴ κεραυνοφόρον ἀντωπεῖν οὐκ ἐτόλμων, τοῦ δὲ στρατοπέδου τὸν ἀρραγῆ συνασπισμὸν βλέποντες αὐτοὶ διελύοντο. Ὑποχωρήσαντες οὖν πρὸς μικρὸν, πόλεμον εἰς τρίτην αὐτῷ ἀναγγειλάμενοι, τὰς σκηνὰς αὐθήμερον ἀφέντες φυγαδείᾳ ἐχρήσαντο. Ὁ δὲ καταλαβὼν ἔνθα οὗτοι ηὐλίζοντο, καὶ τάς τε σκηνὰς αὐτῶν κατασκάψας καὶ τὴν εὑρημένην λείαν ἀπαγαγὼν, τροπαιοφόρος ἐπάνεισι. Γενομένου δὲ περὶ τοὺς τοῦ Λοβιτζοῦ (18) [20] πρόποδας ῥαγδαίου ὄμβρος αὐτὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[18] Desunt voces ἤθελον ἡζυχάζειν. [19] ἐπανίσχνται. [20] παρὰ τοὺς Λοβιτζούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

suburbanis, observo. Primum quidem Codinus, *De orig. C P.* a Constantino M. in loco Contrario dicto exstructum, et Deiparæ primo dicatum refert, deinde a Justino Curopalata imperat. in nomen S. Theclæ transfusum. Alterum a Justiniano adhuc privato ad urbis portum Ceratinum ædificatum narrat Procopius, lib. I *De ædif. Justin.* quod idem Justinus postmodum renovarit, ut auctor est Zonaras. Tertium juxta Galatam (nisi idem fuit cum Justinianeo) occurrit in Chronico S. Nicephori in Catalogo patriarch. C P. et in Novella Justiniani 159, ubi portæ Sycenæ regionis, τῆς ἀπαγούσης εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας meminit, quæ potuit esse maritima porta, qua, emenso freto, ad illud ibatur. Quartum denique condidit Isaacius Comnenus ex ea quæ hic ab Anna, Zonara, Scylitze, et Glyca refertur occasione, intra palatii septa, Blachernianum scilicet, ut habet idem Scylitzes, qui D illud, perinde ac Anna, ab elegantia commendat. Verum contra reclamat Zonaras, scribens ædem istam sordidioris Isaacii parcimoniæ argumentum fuisse, majori vero et ampliori magnificentia reædificatam a Joanne Alexii imp. filio, et in nomen Servatoris Jesu Christi commutatam.

(16) *Σαυρομάταις*. Qui Zonaræ et Scylitzæ in Isaacio *Hungari* dicuntur.

(17) *Τριαδίτζαν*. Quæ olim Sardica, urbs Thraciæ, vel ut aliis placet, Illyrici, aut Daciæ, concilio Sardicensi celebris. Vide Nicetam in Man. lib. III, n. 1; Glycam in Const. M. Sirmond. ad Sidon. Paneg. Anthem.; et Caroium a S. Paulo in *Geogr. sacra*, pag. 201.

(18) *Λοβιτζοῦ*. Castrum in Mysia, de quo Zonar. Scylitzes, Glycas, et Nicetas in Isaac. Ang. lib. II, n. 1.

καταλαμβάνει καὶ νιφετὸς ἔξωρος, εἰκοστὴν πρὸς τῇ τετάρτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου ἄγοντος ἐν ᾗ ἡ τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης μνήμη τελεῖται. Πλημμύρας οὖν γενομένης τῶν ποταμίων ῥευμάτων, καὶ ὑπερχειλήσαντος τοῦ ὕδατος θάλασσαν ἦν ὁρᾷν ἅπαν τὸ πεδίον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ἥ τε βασιλικὴ σκηνὴ καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν κατεσκήνου. Ἐντεῦθεν τὰ πρὸς χρείαν ἅπαντα ἠφανίσθησαν τοῖς ποταμίοις ῥεύμασι παρασυρέντα, οἱ ἄνθρωποι δὲ καὶ τὰ κτήνη ὑπὸ τοῦ κρύους ἐπήγνυντο. Ἐμυκᾶτο δὲ καὶ βροντῶν ὁ οὐρανὸς, ἀστραπαὶ δὲ συνεχεῖς χρονικὴν μὴ ἔχουσαι τὸ παράπαν διάστασιν τὸ περίγειον ἐκεῖνο ἅπαν ἐμπρῆσαι οἷον ἠπείλουν. Ταῦτα ὁρῶν ὁ βασιλεὺς ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν· ἀναστολῆς δὲ μετρίας γενομένης, πλείστους τε ἀποβαλὼν ταῖς δίναις τῶν ποταμίων συσχεθέντας ῥευμάτων ἐκεῖθεν μετὰ τῶν λογάδων ἔξεισι, καὶ ὑπὸ φηγόν τινα μετ' αὐτῶν ἀπελθὼν ἵστατο. Ἤχου δὲ μεγίστου καὶ βοῆς ἀπὸ τῆς [21] δρυὸς οἷον ἐξερχομένης [22] αἰσθόμενος, καὶ σφοδροτέρων ἀνέμων τηνικαῦτα πνεόντων, πτοηθεὶς, μὴ τῇ τούτων βίᾳ ἡ [23] δρῦς κατενεχθῇ, τοσοῦτον διάστημα ἀποστὰς ὁπόσον ἡ [24] δρῦς, εἰ κατενεχθείη μὴ φθάσῃ πατάξαι [25] αὐτὸν ἐννεὸς ἵστατο. Ὁ δ' εὐθὺς ὥσπερ ἐκ συνθήματος ῥιζόθεν ἀνασπασθεὶς εἰς γῆν ὁρᾶτο κείμενος. Ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάζων εἱστήκει τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν· λογοποιουμένην δὲ ἀποστασίαν περὶ τὴν ἕω (19) μαθὼν, εἴσεισιν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τηνικαῦτα ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης ναὸν περικαλλῆ ἐδείματο, μεγαλοπρεπῶς μὲν κατεσκευασμένον καὶ ἱκανῇ δαπάνῃ, χειρός τε τὸ ποικίλον ἔχοντα, σῶστρά τε θύσας (20) ἐν αὐτῷ Χριστιανοῖς προσήκοντα τοὺς θείους ὕμνους διὰ παντὸς ἐν αὐτῷ ἀπεπλήρου. Οὕτω δὴ [26] τὸ ἤδη ῥηθὲν ἱερὸν τέμενος ἐπ' ὀνόματι τῆς μεγαλομάρτυρος Θέκλης ἀνῳκοδόμητο, ἐν ᾧ τὰς ἐντεύξεις, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου συνεχεῖς ἐπεποίητο. Ἣν κἀγὼ βραχύν τινα τεθέαμαι χρόνον καὶ τεθαύμακα καὶ ὅτι μὴ κόμπος τὰ ἤδη ῥηθέντα, ἴσασιν ἅπαντες καὶ ὁμολογήσαιεν, εἴγε βούλοιντο, ὁπόσοι ἄτερ πάθους τὴν ἀλήθειαν ἐκκαλύπτειν ἐθέλουσιν. Εἰ μὲν γὰρ ἐγκωμιάζειν προειλόμην, ἀλλὰ μὴ ἱστορίαν ποιεῖν, ἐπὶ πλέον ἂν ἐπαφῆκα τὸν λόγον τοῖς περὶ τούτων διηγήμασι, καθάπερ φθάσασα ἐδήλωσα· νῦν δὲ ἐπανακτέον αὖθις αὐτὸν πρὸς τὸ προκείμενον.

A assiduis incursionibus ac latrociniis acceptis, cum in auctores minus possent, in Romanos innoxios ulturi. His igitur instigantibus causis ad iram, nostrique contemptum, occasione captata congelati Istri per ejus solidam superficiem velut per continentem progressi, non expeditione sed migratione integra, tota gens in nostros fines incubuit, gravi calamitate regionum atque urbium ejus limitis. His auditis imperator Isaacius operæ pretium putavit occupare Triaditzam, quo facto ubi Orientales Barbaros, audiendi causa ipsis nocendique ablata facultate, quiescere vel invitos compulit, facili opera factus securus ab ea parte, cum universo exercitu in Mysos movet, eos a Romanis finibus repulsurus. Hi et imperatorem et exercitum primo conspectu B veriti, dissidere sententiis ab invicem, quibusdam inclinantibus ad pacem. Quibus parum fidendum Augustus ratus, phalangem instructam castris ipsorum, qua parte munitissima erant, admovet ipse præsens et infestus. Quo inopinato accessu, oblato repente sui copiarumque tam propinquo conspectu, utraque specie vehementer Barbaros percutit. Nam et ipsum in armis ducem fulgura quædam terrifica vibrantem contra intueri nequaquam audebant : et structura phalangis consertusque contextus clypeorum indissolubili nexu cohærentium horribile spectaculum consternatis erat. Recesserunt igitur paulatim, sed ita ut intra illum ipsum diem tabernaculis ibi omnibus relictis, in C fugam se dederint, reversuri tamen, ut aiebant, nam in tertium ab eo diem condicebant prælium. At Isaacius castris eorum occupatis disjectisque tabernaculis, **90** prædaque omni quæ reperta est illic, convasata secumque ablata victor revertitur. Verum cum eo itinere ad radices montis Lobitzæ pervenisset, ibi cum vehementissimus imber opprimit, et nix intempestiva ; erat enim is vicesimus quartus Septembris dies, qua memoria magnæ martyris Theclæ celebratur. Immensum ergo intumescentibus fluviis, et longe supra ripas exstantibus, planities momento universa, in qua et augustale imperatoris et cætera exercitus totius tentoria erant, in faciem subiti pelagi versa est. Annona cuncta cum sarcinis hausta abreptaque fluctibus. D Homines et jumenta frigoris vi congelabantur. Mugiebat cœlum horrendis tonitribus ; et non jam

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[21] τοῦ. [22] ἐξερχομένου. [23] ὁ. [24] ὁ. [25] καταῤῥάξαι. Sed hoc altera manu. [26] Deest vocula δή.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(19) *Ἀποστασίαν περὶ τὴν ἕω*. Ex falso rumore, inquit Scylitzes.

(20) *Σῶστρά τε θύσας*. Solebant veteres ob restitutam sanitatem, et ob vitatum periculum diis sacrificia offerre in gratiarum actionem, idque σωτήρια et σῶστρα θύειν, et πανηγυρίζειν dicebant. De quo more Xenophon Ἀναβάσεως, lib. IV ; Dion. lib. XLI ; Herodot. lib. I ; Herodianus, lib. I, et IV ; Psellus, *De operat. Dæmon.* pag. 95 ; Achilles Tatius, lib. I ; Eustathius καθ' Ὑσμίνην, lib. VI et X ; Martialis, lib. XII, epigr. 45 ; Statius, lib. I ; Sylv. *Marmora Arundel.*. et ibi Seldenus pag. 72, et alii sine numero. Sacrificabant autem ut plurimum Jovi Φυξίῳ, ut auctor est Apollodorus, lib. I, vel Jovi Salutari ; vetus inscript. JOVI SALUTARI ULPIANUS GRAVI INFIRMITATE LIBERATUS Vide Trebellium Pollionem in Gallienis. Guillelm. Brito in Vocabul. *Pacifica dicitur oblatio, quæ fiebat pro pace ad Deum, vel ad homines, vel quod ad bonum pacis fiebat : sicut sacrificia, pro salute data, vel servanda offerebantur.*

fulgurabat quæ res intervallum habet conniventis subinde cœlestis flammæ; sed continenti late incendio sævi fulgoris omnia, quoquoversum ferrentur oculi, corripuerat. His aliquandiu summo animi angore conflictatus malis imperator respirare paulisper visus est, senescente aliquantulum impetu procellæ: quo laxamento cupide usus cum lecto numero suorum, qui vorticibus undarum plerosque haurientium se explicuerant, sub magnam et patulam succedit fagum. Sed brevi excitatus ingenti voce ex mediis ipsis perlata frondibus ramosæ arboris, animadversaque violentissima rabie ventorum fagum undique succutientium, trepide se proripit e ruinoso tecto in cœlum liberum; ac cum tanto spatio recessisset quantum arbor si rueret obtectura videretur, ibi attonitus metu stabat cum ecce velut idipsum exspectasset, radicibus avulsa imis cum fragore ac motu late ingenti afflicta terræ quercus apparuit. Sensit statim Augustus nec dissimulavit beneficium servati divinitus capitis sui: ac mox rumore vulgato defectionis in Oriente cujusdam, festinantius domum rediens nihil habuit antiquius quam ut magnæ martyri Theclæ templum elegantissimum conderet, magnificeque haud parvo sumptu instrueret atque insigniret, ornamentis et genere variis, et tum materia tum arte manuque pretiosis. Ibi et tum vota Comnenus pro salute sibi mirabiliter servata Deum venerans Christiano ritu persolvit; et omni deinceps tempore sacris illic hymnis religiosam dare operam consuevit. Eam tali occasione constructam Deoque sacratam ædem, ut dicere ceperam, imperatrix, mater Alexii Augusti, delegerat in qua publica religionis officia quotidie obiret: quam feminam et mihi brevi quodam tempore videre ac mirari contigit: licet quæ hic posui non magis oculato testimonio scribentis, quam publica omnium conscientia et libera confessione non invidentium **91**
fidem plenam habitura confidam. Quod si ut dixi, laudationem non historiam scribere instituissem, otiosius profecto immorarer in cæteris ejus matronæ recte pieque factis edisserendis, verum ad intermissam narrationem publicarum rerum nos jamdudum revocantem, aliquando redeundum est.

Alexius imperator palpitantem extremis singulitibus rem Romanam cernens, Turcis in Oriente cuncta vastantibus, occiduis provinciis imminente Roberto, nullumque non funem movente ut Pseudo-Michaelem in imperium eveheret, vel potius prætextu hominis fœnei vafre utente ad olim conceptam et hactenus pressam imperii sibi ipsi parandi cupiditatem explendam; qua ex fumo ac cinere in flammam late minacem exardescente, magnum jam et vehemens Romanos ab occasu fines amburere incendium ceperat, tot simul copiis terrestribus ex tota continente collectis, et ex universa littorali regione marium illorum tanto apparatu congregato triremium, biremium, remulco trahendarum, et per se euntium onerariarum navium: hæc, inquam, videns et secum reputans in imperii primordiis generosus juvenis, æstuabat animo, non satis expediens quo se verteret; cum eum illinc ad pugnam Turci vocarent, hinc Northmanni raperent. Ægre in primis eum habebat miser ac deploratus status Romanæ militiæ, ad trecenta demum capita Chomatenorum redactæ, eorumdemque nec robore nec experientia valen-

A 'Ασπαίρουσαν δὲ οἷον κατανοῶν τὴν βασιλείαν, ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος (καὶ γὰρ τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἱ Τοῦρκοι δεινῶς ἐληΐζοντο, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑσπέραν λίαν εἶχε κακῶς τοῦ Ῥομπέρτου πάντα κάλων κινοῦντος ἐφ' ᾧ τὸν προσεληλυθότα αὐτῷ ψευδώνυμον Μιχαὴλ εἰς τὰ βασίλεια εἰσάξαι· ὅπερ ἐμοὶ σκῆψις μᾶλλον δοκεῖ καὶ φιλαρχίας ἔρως, ἀναφλέγων αὐτὸν καὶ ἠρεμεῖν τὸ παράπαν μὴ συγχωρῶν· ἔνθεν τοι καὶ πάτροκλον πρόφασιν τὸν μοναχὸν Μιχαὴλ εὑρηκὼς, τὸν τέως ὑποτυφόμενον τῆς φιλαρχίας σπινθῆρα, εἰς πυρσὸν ἀνῆψε μέγαν, καὶ δεινῶς κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ὡπλίζετο, δρόμωνάς (21) τε καὶ διήρεις ἑτοιμάζων, καὶ τριήρεις, καὶ σέρμωνας (22), καὶ φορταγωγοὺς ἑτέρας παμπληθεῖς ναῦς ἐκ τῶν παραλίων εὐτρεπίζων B χωρῶν, κἀκ τῆς ἠπείρου δὲ δυνάμεις πολλὰς συλλέγων ἐς τὸ προκείμενον αὐτῷ συνεπαρηγούσας), ἐν ἀμηχανίᾳ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος μεῖραξ γενόμενος, καὶ μὴ ἔχων ὁποτέρωσε νεύσειεν, ἑκατέρα [27] [ἑκάστου] τῶν πολεμίων πρὸς ἑαυτὸν τὴν μάχην οἷον προαρπάζοντος, ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλε, μήτε στρατιὰν ἀξιόμαχον τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἐχούσης (οὐ πλείους γὰρ τῶν τριακοσίων στρατιωτῶν ἦσαν,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[27] ἑκάτερα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) *Δρόμωνας*. Dromones dicuntur naves bellicæ majores, a velocitate appellationem sortitæ, inquit Procopius, lib. I *Vandal.* Papias ex Isidoro: *Dromones sunt longæ et velocissimæ naves.* Robert. de Monte, an. 1191: *Invenit navem pagnorum maximam, quam Dromontam vocant.* Philippus *Mouskes*:

Esneques, et dromons fieres,
Roges, et busses, et visseres.

Hinc *dromonarii*, remiges dromonum, apud Senatorem, lib. II Nar. Sed de dromonibus passim agunt scriptores Græci et Latini, Theophyl. Simoc. lib. VII, cap. 10, lib. VIII, cap. 9; Leo in *Tact.* cap. 19, § 4, etc.; Albertus Aq. lib. IX, cap. 23, lib. X, cap. 14; Willel. Tyr. lib. XX, cap. 14; Jacobus de Vitriaco **273** lib. I, cap. 29; Matth. Paris. an. 1191; Walsingh. an. 1292; Malaterra, lib. II, C cap. 8, etc.

(22) *Σέρμονας*. Navis species nondum nota: nec enim ausim affirmare hoc loco *sermones* vocari navigia, quæ *germundi* dicuntur Malaterræ, lib. II, cap. 8: *Nostri denique tantummodo germundos et galeas, Siculienses vero cattos et golafros, et dromundos, sed et diversæ fabricæ naves habebant.*

A καὶ τούτων ἐκ τοῦ Χώματος ἀναλκίδων πάντη, καὶ ἀπειροπολέμων, καὶ ξενικῶν τινων εὐαριθμήτων βαρβάρων (23) τῶν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ εἰωθότων κραδαίνειν ὤμου τὸ ξίφος) μήτε σωρῶν χρημάτων τοῖς περὶ τὰ βασίλεια ταμείοις ἐναποκειμένων, δι' ὧν συμμαχίας [28] τινὰς ἐξ ἀλλοδαπῶν μετακαλέσοιτο. Λίαν γὰρ ἀτέχνως περί τε τὰ πολεμικὰ καὶ στρατιωτικὰ διατεθέντες οἱ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότες, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τῶν Ῥωμαίων συνήλασαν πάντα τὰ πράγματα. Ἐγὼ γοῦν καὶ στρατιωτῶν αὐτῶν καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἐνίων ἀκήκοα, ὡς οὐδεμία τῶν πόλεων ἀπ' αἰῶνος ἐς τοσοῦτον ἀθλιότητος κατήχθη. Εἶχεν οὖν τῷ αὐτοκράτορι δυσκόλως τὰ πράγματα, μεριζομένῳ φροντίσι παντοδαπαῖς. Ὁ δὲ, γενναῖος ὢν καὶ ἄτρεπτος, καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐμπειρίαν πολλὴν κεκτημένος, ἐβούλετο B ἐκ πολλοῦ κλύδωνος εἰς ἀλύπους ἀκτὰς τὴν βασιλείαν αὖθις ἐγκαθορμίσαι, τῶν ἐπανισταμένων ἐχθρῶν εἰς ἀφρὸν, Θεοῦ ἀρωγῇ, διαλυομένων κυμάτων δίκην, ὁπηνίκα ταῖς πέτραις προσαράξουσι. Δέον οὖν ἔγνω πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τοπάρχας ταχὺ μετακαλέσασθαι, ὁπόσοι φρούριά τε καὶ πόλεις κατέχοντες γενναίως τοῖς Τούρκοις ἀντικαθίσταντο. Εὐθὺς οὖν πρὸς ἅπαντας διαφόρους σχεδιάζει γραφὰς πρός τε τὸν Δαβατηνὸν τοποτηρητὴν (24) τηνικαῦτα τῆς κατὰ πόντον Ἡρακλείας καὶ Παφλαγονίας χρηματίζοντα, καὶ τὸν Βούρτζην (25) τοπάρχην ὄντα Καππαδοκίας καὶ Χώματος (26), καὶ τοὺς λοιποὺς λογάδας, δηλώσας μὲν καὶ ὁπόσα αὐτῷ ξυμπεσόντα

A tium. Auxiliares vero copiæ ex paucis omnino constabant Barbaris ejus generis quod ancipites utrimque ac manubriatos instar securium gladios dextro humero gestare suspensos solet. Nec vero suppetebant ex ærario exhausto pecuniæ quibus delectus haberi, et evocari ex sociis gentibus armati possent. Adeo enim dissolute ac sine ulla providentia qui prius imperium tenuerant abhinc retro annis aliquot res agi ferrique qua jusserant qua siverant, ut fortuna Romani nominis plane tum illorum vitio ad incitas redacta videretur. Equidem ipsa memini a senioribus atque adeo a fortibus et militaribus viris qui temere non pavent, audire me cum dicerent, tantam tunc miseriam hujus fuisse sub hoc capessentis imperium B Alexii primum tempus, personante omnium aures atque animos belli simul Turcici, simul Northmannici tumultus exspectatione ac fama, quantam nullius unquam urbis in omni retro exstitisse memoria fando esset auditum. Ea imperatoris quidem mentem in varias dividebant curas, sed generosum tamen bellicæque usu rei ac scientia fretum 92 non frangebant animum, quominus adhuc speraret, sese navem reipublicæ Deo bene juvante incolumem ab ista tempestate in securam stationem appulsurum; hostibus qui nunc undique insurgerent, in spumam, ut fluctus solent cum in scopulos impingunt, evanescentibus. Ab hac spe ac proposito manum rebus admovens primum omnium

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[28] ξυμμαχίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) *Βαρβάρων*. Varangorum.

(24) *Τοποτηρητήν*. Glossis Græco-Latinis, τοποτηρητὴς est *vicarius*, qui nempe vices alterius in urbis, castri, vel provinciæ præfectura obit. Chronicon anonymi Barensis, an. 1041: *Arduino Lambardo intravit in Melfi, erat topoteriti de ipso Catepano*. Id est, Arduinus Mediolanensis, cujus non semel occurrit mentio apud Scylitzem et Zonaram, vicarius erat capitanei Calabriæ in præfectura totius provinciæ, vel saltem Melfensi. Apud Paulum Warnefridum, lib. VI *Hist. Langob*. cap. 3 et 8, quidam Ado ducatum Forojuliensem *sub nomine loci servatoris* dicitur aliquandiu gubernasse, cum dux ipse non esset: sub nomine scilicet vicarii ipsius ducis. In antiqua charta anni 47 imperii Constantini, et 10 Romani ejus filii, 2 indict. data Neapoli, anno nempe Chr. 958, *Gregorius loci servator* subscribit. Vide *Leges Langob*. lib. I, tit. 26, § 78. Observo præterea ex Porphyrogenneta lib. *De adm. imper*. cap. 50; et lib. I *De themat*. cap. 16, στρατηγίδας, seu thematum, vel provinciarum præfecturas, divisas fuisse εἰς τούρμας; turmas vero εἰς βάνδα, ἤτοι τοποτηρησίας: quæ quidem τοποτηρησίαι præfecturæ erant urbium, oppidorum, et castrorum, quarum certus numerus turmam conficiebat: Καὶ ἐγένοντο ταῦτα τὰ ἑπτὰ βάνδα τούρμα μία. Qui turmæ præerat, τουρμάρχης, ejus præfectura τουρμαρχάτον dicebatur, ut auctor est idem Porphyrogenneta, qui præterea lib. I *De themat*. c. 2, scribit: Τουρμάρχας, εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν institutos. Certe turmarchas eosdem esse cum iis quos κατεπάνω, seu capitaneos, appellarunt, probabile est. Vide notata ad pag. 94. At in conciliis, τοποτηρηταὶ dicuntur C episcopi provinciæ cujuspiam, seu ἐπαρχίας, legati, a cæteris episcopis ad synodum missi, vel ad primates, qua notione passim accipi Τοποτηρητὰς τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, constat in Codice Canon. Eccles. Afric. Concilium Chalcedonense act. 1: Τῶν ὁσιωτάτων τοποτηρητῶν τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέωντος. Qui quidem vicarii interdum dicuntur in eodem concilio φύλακες ἀποστολικοῦ θρόνου.

(25) *Βούρτζην*. Vide Notata ad pag. 471.

(26) *Χώματος*. Vel ex hoc loco abunde patet, quam procul a vero aberrat vir doctissimus in Notis poster. ad Codin, *De off* cap. 6, n. 46, ubi milites ἐκ τοῦ χώματος apud Annam, *indigenas* interpretatur, a voce χῶμα, quæ Græcis terra est, seu agger, uti definitur in l. 10 D. de extraord. criminib. ita ut hac appellatione distinguantur ab alienigenis, extraneis, et conductitiis, cujusmodi sunt illi, quos ἐγχωρίους vocat Synesius, epist. 78. D Χῶμα enim thema esse, et provinciam ita dictam, indicat Anna hoc loco, et lib. II, pag. 324. Ἐκεῖθεν διὰ τοῦ χώματος διελθὼν, τὴν Λάμπην κατέλαβε. Nec a Laodicæa Phrygiæ procul abfuisse satis innuit, cum ait, Joannem Ducam Sardibus, Philadelphia, et Laodicæa obiter occupatis, Chomate transito, Lampem intercepisse. Nicetas pariter in Man. lib. VI, cap. 1, inter Laodicæam et Choma, Chonas, Lampem, et Celenas, ubi sunt Mæandri fontes, statuit. Et sane necesse fuerit Chomati vicinam fuisse Cappadociam, siquidem Burzes utrique provinciæ imperitabat, uti Anna commemorat. Neque aliud fuit Choma, quam illa Asiæ pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliæ et Tauro proxima, in qua oppidum

fulgurabat quæ res intervallum habet conniventis subinde cœlestis flammæ; sed continenti late incendio sævi fulgoris omnia, quoquoversum ferrentur oculi, corripuerat. His aliquandiu summo animi angore conflictatus malis imperator respirare paulisper visus est, senescente aliquantulum impetu procellæ: quo laxamento cupide usus cum lecto numero suorum, qui vorticibus undarum plerosque haurientium se explicuerant, sub magnam et patulam succedit fagum. Sed brevi excitatus ingenti voce ex mediis ipsis perlata frondibus ramosæ arboris, animadversaque violentissima rabie ventorum fagum undique succutientium, trepide se proripit e ruinoso tecto in cœlum liberum; ac cum tanto spatio recessisset quantum arbor si rueret obtectura videretur, ibi attonitus metu stabat cum ecce velut idipsum exspectasset, radicibus avulsa imis cum fragore ac motu late ingenti afflicta terræ quercus apparuit. Sensit statim Augustus nec dissimulavit beneficium servati divinitus capitis sui: ac mox rumore vulgato defectionis in Oriente cujusdam, festinantius domum rediens nihil habuit antiquius quam ut magnæ martyri Theclæ templum elegantissimum conderet, magnificeque haud parvo sumptu instrueret atque insigniret, ornamentis et genere variis, et tum materia tum arte manuque pretiosis. Ibi et tum vota Comnenus pro salute sibi mirabiliter servata Deum venerans Christiano ritu persolvit; et omni deinceps tempore sacris illic hymnis religiosam dare operam consuevit. Eam tali occasione constructam Deoque sacratam ædem, ut dicere ceperam, imperatrix, mater Alexii Augusti, delegerat in qua publica religionis officia quotidie obiret: quam feminam et mihi brevi quodam tempore videre ac mirari contigit: licet quæ hic posui non magis oculato testimonio scribentis, quam publica omnium conscientia et libera confessione non invidentium 91
fidem plenam habitura confidam. Quod si ut dixi, laudationem non historiam scribere instituissem, otiosius profecto immorarer in cæteris ejus matronæ recte pieque factis edisserendis, verum ad intermissam narrationem publicarum rerum nos jamdudum revocantem, aliquando redeundum est.

Alexius imperator palpitantem extremis singulis tibus rem Romanam cernens, Turcis in Oriente cuncta vastantibus, occiduis provinciis imminente Roberto, nullumque non funem movente ut Pseudo-Michaelem in imperium eveheret, vel potius prætextu hominis fœnei vafre utente ad olim conceptam et hactenus pressam imperii sibi ipsi parandi cupiditatem explendam; qua ex fumo ac cinere in flammam late minacem exardescente, magnum jam et vehemens Romanos ab occasu fines amburere incendium ceperat, tot simul copiis terrestribus ex tota continente collectis, et ex universa littorali regione marium illorum tanto apparatu congregato triremium, biremium, remulco trahendarum, et per se euntium onerariarum navium: hæc, inquam, videns et secum reputans in imperii primordiis generosus juvenis, æstuabat animo, non satis expediens quo se verteret; cum eum illinc ad pugnam Turci vocarent, hinc Northmanni raperent. Ægre in primis eum habebat miser ac deploratus status Romanæ militiæ, ad trecenta demum capita Chomatenorum redactæ, eorumdemque nec robore nec experientia valen-

A ᾿Ασπαίρουσαν δὲ οἷον κατανοῶν τὴν βασιλείαν, ὁ βασιλεὺς ᾿Αλέξιος (καὶ γὰρ τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον οἱ Τοῦρκοι δεινῶς ἐληΐζοντο, τὰ δὲ κατὰ τὴν ῾Εσπέραν λίαν εἶχε κακῶς τοῦ ῾Ρομπέρτου πάντα κάλων κινοῦντος ἐφ' ᾧ τὸν προσεληλυθότα αὐτῷ ψευδώνυμον Μιχαὴλ εἰς τὰ βασίλεια εἰσάξαι· ὅπερ ἐμοὶ σκῆψις μᾶλλον δοκεῖ καὶ φιλαρχίας ἔρως, ἀναφλέγων αὐτὸν καὶ ἠρεμεῖν τὸ παράπαν μὴ συγχωρῶν· ἔνθεν τοι καὶ πάτροκλον πρόφασιν τὸν μοναχὸν Μιχαὴλ εὑρηκώς, τὸν τέως ὑποτυφόμενον τῆς φιλαρχίας σπινθῆρα, εἰς πυρσὸν ἀνῆψε μέγαν, καὶ δεινῶς κατὰ τῆς τῶν ῾Ρωμαίων ἀρχῆς ὡπλίζετο, δρόμωνάς (21) τε καὶ διήρεις ἑτοιμάζων, καὶ τριήρεις, καὶ σέρμωνας (22), καὶ φορταγωγοὺς ἑτέρας παμπληθεῖς ναῦς ἐκ τῶν παραλίων εὐτρεπίζων
B χωρῶν, κἀκ τῆς ἠπείρου δὲ δυνάμεις πολλὰς συλλέγων ἐς τὸ προκείμενον αὐτῷ συνεπαρηγούσας), ἐν ἀμηχανίᾳ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος μεῖραξ γενόμενος, καὶ μὴ ἔχων ὁποτέρωσε νεύσειεν, ἑκατέρα[27] [ἑκάστου] τῶν πολεμίων πρὸς ἑαυτὸν τὴν μάχην οἷον προαρπάζοντος, ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλε, μήτε στρατιὰν ἀξιόμαχον τῆς τῶν ῾Ρωμαίων βασιλείας ἐχούσης (οὐ πλείους γὰρ τῶν τριακοσίων στρατιωτῶν ἦσαν,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[27] ἑκάτερα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) *Δρόμωνας*. Dromones dicuntur naves bellicæ majores, a velocitate appellationem sortitæ, inquit Procopius, lib. I *Vandal.* Papias ex Isidoro: *Dromones sunt longæ et velocissimæ naves.* Robert. de Monte, an. 1191: *Invenit navem pagnorum maximam, quam Dromontam vocant.* Philippus *Mouskes*:

Esneques, et dromons fieres,
Roges, et busses, et visseres.

Hinc *dromonarii*, remiges dromonum, apud Senatorem, lib. II Nar. Sed de dromonibus passim agunt scriptores Græci et Latini, Theophyl. Simoc. lib. VII, cap. 10, lib. VIII, cap. 9; Leo in *Tact.* cap. 19, § 4, etc.; Albertus Aq. lib. IX, cap. 23, lib. X, cap. 14; Willel. Tyr. lib. XX, cap. 14; Jacobus de Vitriaco 273 lib. I, cap. 29; Matth. Paris. an. 1191; Walsingh. an. 1292; Malaterra, lib. II, cap. 8, etc.

C (22) *Σέρμονας*. Navis species nondum nota: nec enim ausim affirmare hoc loco *sermones* vocari navigia, quæ *germundi* dicuntur Malaterræ, lib. II, cap. 8: *Nostri denique tantummodo germundos et galeas, Sicilienses vero cattos et golafros, et dromundos, sed et diversæ fabricæ naves habebant.*

καὶ τούτων ἐκ τοῦ Χώματος ἀναλκίζων πάντη, καὶ A ἀπειροπολέμων, καὶ ξενικῶν τινων εὐαριθμήτων βαρβάρων (23) τῶν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ εἰωθότων κραδαίνειν ὤμου τὸ ξίφος) μήτε σωρῶν χρημάτων τοῖς περὶ τὰ βασίλεια ταμείοις ἐναποκειμένων, δι' ὧν συμμαχίας [28] τινὰς ἐξ ἀλλοδαπῶν μετακαλέσοιτο. Λίαν γὰρ ἀτέχνως περί τε τὰ πολεμικὰ καὶ στρατιωτικὰ διατεθέντες οἱ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότες, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τῶν Ῥωμαίων συνήλασαν πάντα τὰ πράγματα. Ἐγὼ γοῦν καὶ στρατιωτῶν αὐτῶν καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἐνίων ἀκήκοα, ὡς οὐδεμία τῶν πόλεων ἀπ' αἰῶνος ἐς τοσοῦτον ἀθλιότητος κατήχθη. Εἶχεν οὖν τῷ αὐτοκράτορι δυσκόλως τὰ πράγματα, μεριζομένῳ φροντίσι παντοδαπαῖς. Ὁ δὲ, γενναῖος ὢν καὶ ἄτρεπτος, καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐμπειρίαν πολλὴν κεκτημένος, ἐβούλετο B ἐκ πολλοῦ κλύδωνος εἰς ἀλύπους ἀκτὰς τὴν βασιλείαν αὖθις ἐγκαθορμίσαι, τῶν ἐπανισταμένων ἐχθρῶν εἰς ἀφρὸν, Θεοῦ ἀρωγῇ, διαλυομένων κυμάτων δίκην, ὁπηνίκα ταῖς πέτραις προσαράξουσι. Δέον οὖν ἔγνω πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τοπάρχας ταχὺ μετακαλέσασθαι, ὁπόσοι φρούριά τε καὶ πόλεις κατέχοντες γενναίως τοῖς Τούρκοις ἀντικαθίσταντο. Εὐθὺς οὖν πρὸς ἅπαντας διαφόρους σχεδιάζει γραφὰς πρός τε τὸν Δαβατηνὸν τοποτηρητὴν (24) τηνικαῦτα τῆς κατὰ πόντον Ἡρακλείας καὶ Παφλαγονίας χρηματίζοντα, καὶ τὸν Βούρτζην (25) τοπάρχην ὄντα Καππαδοκίας καὶ Χώματος (26), καὶ τοὺς λοιποὺς λογάδας, δηλώσας μὲν καὶ ὁπόσα αὐτῷ ξυμπεσόντα

A tium. Auxiliares vero copiæ ex paucis omnino constabant Barbaris ejus generis quod ancipites utrimque ac manubriatos instar securium gladios dextro humero gestare suspensos solet. Nec vero suppetebant ex ærario exhausto pecuniæ quibus delectus haberi, et evocari ex sociis gentibus armati possent. Adeo enim dissolute ac sine ulla providentia qui prius imperium tenuerant abhinc retro annis aliquot res agi ferrique qua jusserant qua siverant, ut fortuna Romani nominis plane tum illorum vitio ad incitas redacta videretur. Equidem ipsa memini a senioribus atque adeo a fortibus et militaribus viris qui temere non pavent, audire me cum dicerent, tantam tunc miseriam hujus fuisse sub hoc capessentis imperium B Alexii primum tempus, personante omnium aures atque animos belli simul Turcici, simul Northmannici tumultus exspectatione ac fama, quantam nullius unquam urbis in omni retro exstitisse memoria fando esset auditum. Ea imperatoris quidem mentem in varias dividebant curas, sed generosum tamen bellicæque usu rei ac scientia fretum 92
non frangebant animum, quominus adhuc speraret, sese navem reipublicæ Deo bene juvante incolumem ab ista tempestate in securam stationem appulsurum; hostibus qui nunc undique insurgerent, in spumam, ut fluctus solent cum in scopulos impingunt, evanescentibus. Ab hac spe ac proposito manum rebus admovens primum omnium

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[28] ξυμμαχίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) *Βαρβάρων*. Varangorum.

(24) *Τοποτηρητήν*. Glossis Græco-Latinis, τοποτηρητής est *vicarius*, qui nempe vices alterius in urbis, castri, vel provinciæ præfectura obit. Chronicon anonymi Barensis, an. 1041: *Arduino Lambardo intravit in Melfi, erat topoteriti de ipso Catepano*. Id est, Arduinus Mediolanensis, cujus non semel occurrit mentio apud Scylitzem et Zonaram, vicarius erat capitanei Calabriæ in præfectura totius provinciæ, vel saltem Melfensi. Apud Paulum Warnefridum, lib. VI *Hist. Langob.* cap. 3 et 8, quidam Ado ducatum Forojuliensem *sub nomine loci servatoris* dicitur aliquandiu gubernasse, cum dux ipse non esset: sub nomine scilicet vicarii ipsius ducis. In antiqua charta anni 47 imperii Constantini, et 10 Romani ejus filii, 2 indict. data Neapoli, anno nempe Chr. 958, *Gregorius loci servator* subscribit. Vide *Leges Langob.* lib. I, tit. 26, § 78. Observo præterea ex Porphyrogenneta lib. *De adm. imper.* cap. 50; et lib. I *De themat.* cap. 16, στρατηγίδας, seu thematum, vel provinciarum præfecturas, divisas fuisse εἰς τούρμας; turmas vero εἰς βάνδα, ἤτοι τοποτηρησίας: quæ quidem τοποτηρησίαι præfecturæ erant urbium, oppidorum, et castrorum, quarum certus numerus turmam conficiebat: Καὶ ἐγένοντο ταῦτα τὰ ἑπτὰ βάνδα τοῦρμα μία. Qui turmæ præerat, τουρμάρχης, ejus præfectura τουρμαρχάτον dicebatur, ut auctor est idem Porphyrogenneta, qui præterea lib. I *De themat.* c. 2, scribit: Τουρμάρχας, εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν institutos. Certe turmarchas eosdem esse cum iis quos κατεπάνω, seu capitaneos, appellarunt, probabile est. Vide notata ad pag. 94. At in conciliis, τοποτηρηταὶ dicuntur C episcopi provinciæ cujuspiam, seu ἐπαρχίας, legati, a cæteris episcopis ad synodum missi, vel ad primates, qua notione passim accipi Τοποτηρητὰς τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, constat in Codice Canon. Eccles. Afric. Concilium Chalcedonense act. 1: Τῶν ὁσιωτάτων τοποτηρητῶν τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος. Qui quidem vicarii interdum dicuntur in eodem concilio φύλακες ἀποστολικοῦ θρόνου.

(25) *Βούρτζεν*. Vide Notata ad pag. 471.

(26) *Χώματος*. Vel ex hoc loco abunde patet, quam procul a vero aberrat vir doctissimus in Notis poster. ad Codin, *De off* cap. 6, n. 46, ubi milites ἐκ τοῦ χώματος apud Annam, *indigenas* interpretatur, a voce χῶμα, quæ Græcis terra est, seu agger, uti definitur in l. 10 D. de extraord. criminib. ita ut hac appellatione distinguantur ab alienigenis, extraneis, et conductitiis, cujusmodi sunt illi, quos ἐγχωρίους vocat Synesius, epist. 78. D Χῶμα enim thema esse, et provinciam ita dictam, indicat Anna hoc loco, et lib. II, pag. 324. Ἐκεῖθεν διὰ τοῦ χώματος διελθὼν, τὴν Λάμπην κατέλαβε. Nec a Laodicæa Phrygiæ procul abfuisse satis innuit, cum ait, Joannem Ducam Sardibus, Philadelphia, et Laodicæa obiter occupatis, Chomate transito, Lampem intercepisse. Nicetas pariter in Man. lib. VI, cap. 1, inter Laodicæam et Choma, Chonas, Lampem, et Celenas, ubi sunt Mæandri fontes, statuit. Et sane necesse fuerit Chomati vicinam fuisse Cappadociam, siquidem Burzes utrique provinciæ imperitabat, uti Anna commemorat. Neque aliud fuit Choma, quam illa Asiæ pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliæ et Tauro proxima, in qua oppidum

faciendum sibi putavit ut eos qui per Orientalem limitem urbibus aut arcibus præfecti fortem reipublicæ operam sustinendo Turcorum impetu navabant, ad se omnes accerseret. Statim ergo ad Dabatenum Heracleam Ponticam et Paphlagoniam obtinentem, ad Burtzen Cappadociæ et Chomati cum imperio ac præsidio præpositum, ad alios per ea loca insignes scribit, significans sese ex præsenti insidiarum periculo in solium imperii divinæ Providentiæ beneficio emersisse; ad hæc jubens eos idoneo locis quibus præerant præsidio relicto cum cætera militia festinare ad se in urbem cum delectu novorum militum quam numerosissimo possent. Sub hæc rerum Occiduarum cura sumpta, rationes inibat obsistendi Roberto, et impediendi quoad posset, ne duces ac comites, ut facere ceperant, ad eum confluere pergerent. Quo in genere sollicitum habebat Alexium Monomachatus de quo jam diximus qui ipsi nondum imperii compoti de pecuniis interpellatus verba sola remiserat, excusans fidem Botaniatæ obstrictam; de quo proinde justus erat metus ne audita abdicatione Botaniatæ, Roberto accederet. Ad hunc igitur præoccupandum congenerum suum Georgium Palæologum Dyrrachium destinat, cum mandatis, ut omnem adhiberet machinam quo sine vi ac armis inde Monomachatum ejiceret: nam ad rem aperto marte tentandam vires haud aderant. Addebat, ut Dyrrachium adversus apparatus Roberti præmuniret, muris machinisque vel instaurandis, vel de novo moliendis: admonens ut propugnaculorum pinnis ligna nullis clavis devincta relinqueret, quo ea in insilientes scalis admotis Latinos everti a propugnantibus facile possent. Scripsit etiam præfectis maritimarum civitatum, ipsisque insularibus, pluribus verbis adhortans ne caderent animis, neve indormirent rebus, verum in Robertum **93** oculo intento satagerent ne is socordia ipsorum maritimas urbes ejus limitis et insulas adeptus, summæ deinde rerum atque imperio negotium facesseret.

A Θεοῦ προνοίᾳ εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀνεβίβασεν, ἐξ ὑπογυίου κινδύνου παραδόξως σωθέντα, παρακελευόμενος δὲ τῶν σφετέρων χωρῶν πρόνοιαν ἱκανὴν ποιησαμένους κατασφαλίσασθαι αὐτὰς καὶ ἀποχρῶντας πρὸς τοῦτο στρατιώτας καταλιπεῖν· μετὰ δὲ τῶν ἐπιλοίπων εἰς τὴν Κωνσταντίνου παραγίνεσθαι, συνεπαγομένους καὶ νεολέκτους ἀκμῆτας ὁπόσους δύναιντο. Εἶτα δεῖν ἔγνω καὶ τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον (ὡς ἐνὸν) προκατασφαλίσασθαι καὶ τοὺς προσρυομένους ἐκείνῳ ἀρχηγούς τε καὶ κόμητας ἀπεῖρξαι τοῦ ἐγχειρήματος. Ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ τὴν πόλιν αὐτὴν κατασχεῖν πρὸς τὸν Μονομαχάτον ἀποσταλεὶς, δι' οὗ εἰς βοήθειαν αὐτὸν μετεκαλεῖτο, χρήματά τε ἐπεζήτει ἀποσταλῆναί οἱ, γραμματα μόνον κομίζων ἦκεν αὐτῷ προφάσεις δη- B λοῦντα, καθάπερ φθάσαντες ἱστορήσαμεν, δι' ἃς δῆθεν ἔτι τοῦ Βοτανειάτου τῆς βασιλείας ἐγκρατοῦς ὄντος βοηθεῖν οὐκ ἠδύνατο. Ταῦτα ἀναγνοὺς, καὶ πτοηθεὶς, μὴ μαθὼν τὴν ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Βοτανειάτου ἔκπτωσιν, προσρυῇ τῷ Ῥομπέρτῳ, ἀθύμως εἶχε παντάπασι. Τοιγαροῦν μετακαλεσάμενος τὸν σύγγαμβρον (27) αὐτοῦ Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἐξαπέστειλε (πόλις δὲ τοῦτο Ἰλλυρική) παρακαλεσάμενος πάσῃ μηχανῇ χρήσασθαι, ὥστε ἀμαχητὶ ἐκεῖθεν ἐξεῶσαι τὸν Μονομαχάτον, ἐπεὶ μὴ ἀποχρῶσαν εἶχε δύναμιν, δι' ἧς τοῦτον ἄκοντα ἐκεῖθεν ἀπελάσει· πρὸς δὲ τὰς τοῦ Ῥομπέρτου μηχανὰς ἀντιπαλαμᾶσθαι [ἀντιμηχανᾶσθαι] ὡς δύναμις. Παρεκελεύσατο καὶ τὰς ἐπάλξεις καινοπρεπέστερα [29] κατασκευάσαι, ἀνήλωτα C τὰ πλεῖω τῶν ξύλων ἐάσοντα [30], ἵν', εἴ που διὰ κλιμάκων συμβαίη τοὺς Λατίνους ἀνελθεῖν, ἅμα τῷ τῶν ξύλων ἐπιβῆναι περιτρέπωνται ταῦτα καὶ σὺν τούτοις καταπίπτωσιν εἰς τοὔδαφος. Ναὶ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν παραλίων πόλεων καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς νησιώταις πολλὰ διὰ γραφῶν παρηγγυᾶτο μὴ ἀναπεπτωκέναι, μηδὲ καταῤῥᾳθυμεῖν ὅλως, ἀλλ' ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν διὰ παντὸς περιφυλαττομένους [31], καὶ τὸν Ῥομπέρτον καραδοκοῦντας, μὴ ἐξ ἐφόδου τῶν παραλίων πόλεων ἐγκρατὴς γενόμενος καὶ αὐτῶν δὴ τῶν νήσων, πράγματα ἐσύστερον τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων παρέξῃ.

His in faciem contra Robertum paratis, alia quoque in ipsum molitus a tergo est. Concitare videlicet in eum studuit ducem Longobardiæ Germanum, papam Romanum, archiepiscopum

Ταῦτα μὲν οὕτω παρὰ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ Ἰλλυ- D ρικὸν ᾠκονόμητο, καὶ καλῶς τὰ τέως κατὰ πρόσωπον καὶ ἐν ποσὶ κείμενα τῷ Ῥομπέρτῳ κατοχυρώσας ᾤετο· ἀλλ' οὐδὲ τῶν κατὰ νώτων ἐκείνῳ προσιστα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[29] καινοπρεπέστερον. [30] ἐάσαντα. [31] περιφραττομένους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Choma statuitur a Ptolemæo, cujus etiam mentio 274 fit in concilio Ephesino parte II, act. 1, cui Eudoxius Χώματος τῆς Λυκίας episcopus interfuit. Sunt igitur milites ἐκ τοῦ Χώματος, qui a Bartze Chomatis principe, Alexio tanquam fœderato, vel fortassis domino, suppeditabantur.

(27) *Σύγγαμβρον. Glossar. Græco-Lat.* Σύγγαμβρος, *congener:* Congeneri dicuntur, qui ex eadem familia, seu duas sorores, uxores sibi asciscunt, ita ut respectu soceri ambo generi dicantur. Hesychius, ἀέλιοι (alias αἴλιοι), οἳ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες, ἤγουν σύγγαμβροι. Apud auctorem incertum, qui editus est post Theophanem, Micheal patricius Melissenus σύγγαμβρος narratur fuisse Constantini Copronymi imper. κατὰ τρίτην αὐτοῦ γυναῖκα, ob tertiam ejus conjugem, Eudociam scilicet, cujus sororem uxorem duxerat Melissenus. Hic vero Alexius et Palæologus invicem σύγγαμβροι, congeneri fuisse adnotantur, quia ut uterque Andronici Ducæ filiam duxerat, Alexius Irenem, Palæologus Annam Ducænam. V. Harmenopulum, lib. IV, tit. 6, § 14.

μένων κατεῤῥαθυμηκὼς ἦν. Γράμματα τοίνυν πρῶτον μὲν πρὸς τὸν ἀρχηγὸν Λογγιβαρδίας Ἑρμᾶνον (28) ἐκθέμενος, εἶτα καὶ πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης, πρὸς δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἔρβιον (29), πρὸς τοὺς πρίγκιπας, ἔτι γε μὴν καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν Κελτικῶν χωρῶν, δώροις τε μετρίοις τούτους δεξιωσάμενος καὶ ὑποσχέσεσι πολλῶν δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων, πρὸς τὴν κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἔχθραν ἠρέθιζεν· ὧν οἱ μὲν τῆς πρὸς τὸν Ῥομπέρτον φιλίας ἤδη ἀπέστησαν, οἱ δὲ ὑπισχνοῦντο, εἰ πλείονα λάβοιεν. Ὑπὲρ πάντας δὲ τούτους τὸν ῥῆγα Ἀλλαμανίας γινώσκων δυνάμενον, πᾶν ὅ τι καὶ βούλοιτο κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου καταπράξασθαι, ἅπαξ καὶ δὶς γράμματα πρὸς αὐτὸν ἐκπέμψας καὶ διὰ μειλιχίων λόγων καὶ παντοίων ὑποσχέσεων ὑποποιησάμενος, ἐπεὶ καταπειθῆ τοῦτον ἐγνώκει καὶ τῷ αὐτοῦ ὑπεῖξαι θελήματι ὑπισχνούμενον [32], μεθ' ἑτέρων αὖθις γραμμάτων τὸν Χοιροσφάκτην (30) ἐξέπεμψε τάδ' ὑπαγορευόντων· *Τὰ κατὰ τὴν σὴν μεγαλοδύναμον ἐξουσίαν καλῶς ἔχειν, καὶ προκόπτειν ἐπὶ τὸ βέλτιον, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ τῇ βασιλείᾳ μου, πανευγενέστατε, καὶ τῷ ὄντι Χριστιανικώτατε ἀδελφέ* (31). *Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἐξέσται τῇ τοῦ κράτους ἡμῶν θεοσεβείᾳ ἐπεύχεσθαί σοι τὰ κρείττω τε καὶ λυσιτελέστερα τὴν ἐν σοὶ καταμαθούσῃ θεοσέβειαν; Ἡ γὰρ πρὸς τὴν ἡμετέραν βασιλείαν ἀδελφική σου* [33] *αὕτη ῥοπὴ καὶ διάθεσις καὶ ὁ μετὰ τοῦ κακομηχάνου ἀνδρὸς συμφωνηθεὶς ἀναδεχθῆναί σοι κάματος, ἵνα τὸν παλαμναῖον καὶ ἀλιτήριον καὶ τοῦ Θεοῦ πολέμιον καὶ τῶν Χριστιανῶν ἀξίως μετέλθῃς τῆς κακοφροσύνης αὐτοῦ, πολλήν σοι τὴν ἀγαθοθέλειαν τῆς ψυχῆς διαδείκνυσι, καὶ τὸ ἔργον τοῦτο φανερὰν τὴν πληροφορίαν παρίστησι τοῦ κατὰ Θεὸν σοῦ φρονήματος. Τὰ δὲ κατὰ τὴν ἡμε-*

Capuæ Herbium, missis ad omnes in eam rem litteris. Quin etiam principes et duces Gallicarum regionum universos, et donis in præsens satis magnis, et promissione multo ampliorum in posterum, speque dignitatum concitare in Robertum eumdem studuit; nec frustra. Nam et illorum quidam his pellecti Roberto amicitiam renuntiarunt, et alii polliciti sunt se si plura darentur idem facturos. Intelligens vero plus omnibus contra Robertum posse regem unum Alemanniæ, diligentiam in eo demerendo captandoque peculiarem exprompsit. Tentatum enim semel et iterum blandissimis litteris, promissisque maximis, ut non abhorrentem sensit, totum jam effundens animum hanc ad eum tertiam per Chœrosphactem misit epistolam: *Prospere se habere res et regnum late potentis dominationis tuæ, proficereque in dies atque augeri optandum votis ac gratulandum sibi quoque ducit imperialis majestas nostra, longe nobilissime ac vere Christianissime frater. Quid enim sane religioni nostræ magis convenit, tuam in Dei cultu pietatem perspectissimam habenti, quam meliora tibi semper et florentiora vovere, petereque a communi Domino. Cum et propensio amicæ voluntatis quam in nos ostendis, et conatus quem præ te fers, ac decretum condictumque habes ad scelestum illum et fanaticum Dei et Christianorum hostem prout dignus est tractandum, magnam perfectionem ac sanctitatem tuæ mentis ostendat; certumque rebus ipsi documentum sit fidei erga Deum tuæ studiique sinceri. Porro quod imperii hujus nostri res attinet eæ magna ex parte florent ac præclare constant, una ferme tantum ex parte titubantes, qua Robertus turbat. Sed si quid Deo ejusque justis judiciis fidendum est, velox interitus hominem injustissimum excipiet: neque enim*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[32] Desunt voces ἐπεὶ καταπειθῆ τοῦτον ἐγνώκει καὶ τῷ αὐτοῦ ὑπεῖξαι θελήματι ὑπισχνούμενον.
[33] Deest vocula σου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) *Ἑρμᾶνον*. Hermannum comitem, Abagelardi fratrem uterinum, qui ea tempestate cum Roberto bellum gerebat, a quo demum ditionibus et bonis suis exutus, cum fratre Constantinopolim ad imperatorem Alexium concessit, a quo Canninorum in Dalmatia præfecturam postmodum obtinuit. Hermannum itaque, Roberto alias infensum, Alexius in eum acrius concitare studet, ut majus Roberto negotium facesseret. Guillelmus Apul. lib. VI:

Dux postquam Cannas sibi comperit esse rebelles,
Obsidet, obsessas evertit humo tenus illas,
Rexerat has genitus genitrice Hermanus eadem,
Onfredi fuerat qua filius Abagelardus:
Non tamen unus eis pater exstitit, illa duobus
Est sociata viris, miles præclarus in armis
Frater uterque fuit: sed cessit uterque potenti
Roberto, cui par vix orbe potentia toto.

Hermanni præterea meminit Malaterra, lib. III. cap. 5 et 6.

(29) *Ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἔρβιον*. Hervæum Capuæ archiepiscopum, cujus meminit Gregorius VII. P P. lib. IX, epist. 25; et Leo Ost. lib. III *Chron. Cass.* cap, 41. Vide Ughellum.

(30) *Χοιροσφάκτην*. Occurrunt ex hac familia viri aliquot illustres in Historia Byzantina, Leo scilicet patricius chœrosphactes sub Leone Phil. et Constantino ejus filio circa an. Chr. 915, alter ejusdem nominis et dignitatis, præterea dux excubitorum, sub Romano Argyro, apud Scylitzem pag. 610, 726; Zonaram, pag. 142, 148; idem forte cujus necem refert Anonymus Barensis ad an. 1040: *Ipsi conterati interfecerunt chirosfacti Criti*. Et Michael Chœrosfactes, cujus meminit auctor Gestorum S. Niconis, sub an. 969.

(31) *Χριστιανικώτατε ἀδελφέ*. Frequenter olim, ut et hodie, mutuo sese reges fratres appellitabant. Eguinartus in Carolo M. *Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua ei procul dubio longe præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, et in epistolis eos fratres appellando.* Vide Alcuin. epist. 41, 85 et III; Marculf. lib. I, cap. 9; Gregor. Turon. lib. II *Hist.* cap. 35; *Chronic. Alexandrin.* pag. 918; Menandr. in Excerpt. de legat. Odon. de Diogilo, lib. I, de profect. Lud. in Orient. pag. 13; Henricum Valesium ad Ammian. lib. XVII.

omnino relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem suam prævalere diutius. Jam quod inter nos convenerat ut ab imperiali majestate nostra ad potentissimam dominationem tuam centum et quadraginta tria millia nummorum et centum blattia mitterentur, ea jam missa **94** sunt per Constantinum protoproedrum et præpositum dignitatibus, juxta placitum tibi fidissimi et nobilissimi comitis Bulchardi. Dicta vero summa pecuniæ constat argento facto et romanato antiquæ qualitatis. Cum autem tua nobilitas juramentum perfecerit, tibi reliqua et promissa ducenta sedecim milia nummorum, et stipendia concessarum viginti dignitatum, per fidelissimum majestati tuæ Bagelardum, quando in Longobardiam perveneris. Quomodo vero perfici juramentum debeat significatum haud dubie jam fuerit nobilitati tuæ : B

A τέραν βασιλείαν τὰ μὲν ἄλλα ἔχει καλῶς. ἐν ἐλαχίστοις δὲ ἀστατεῖ καὶ ταράττεται τοῖς κατὰ τὸν Ῥομπέρτον κυμαινόμενα. Ἀλλ' εἴ τι δεῖ πιστεύειν τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἐκείνου δικαίοις κρίμασι, ταχεῖα ἡ καταστροφὴ τοῦ ἀδικωτάτου ἀνθρώπου παρέσεται. Οὐδὲ γὰρ ἀνέξεται πάντως Θεὸς ῥάβδον ἁμαρτωλῶν κατὰ τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐπὶ τοσοῦτον ἀφίεσθαι [31]. Τὰ μέντοι παρὰ τοῦ κράτους ἡμῶν συμφωνηθέντα ἀποσταλῆναι τῇ μεγαλοδυνάμῳ σου ἐξουσίᾳ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ ἑκατὸν βλαττία (32) ἀπεστάλησαν νῦν διὰ τοῦ πρωτοπροέδρου Κωνσταντίνου καὶ κατεπάνω (33) τῶν ἀξιωμάτων κατὰ τὴν ἀρέσκειαν τοῦ πιστοτάτου σου καὶ εὐγενεστάτου κόμητος τοῦ Βουλχάρδου (34). Καὶ τὸ ῥηθὲν πο

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] ἐπαφίεσθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(32) *Βλάττια*. **275** Quid sit βλάττιον, et βλάττα, docet *Glossar. Latino-Gr. Blattia*, θρόμβος αἵματος, *blattela*, θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλίων. Concinit Actuarius, qui βλάττιον ait esse ὃ ῥεῖ ἐκ (vel τὸ ῥοῦν) τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας, quod ex naribus conchæ marinæ, quam Græci πορφύραν vocant, fluit; sic enim legendum reor, pro ἐστοῦν. Est igitur *blatia*, item quod purpura. Ita in lib. I C. Quæ res venund. non poss. *purpuræ, quæ blatta, vel oxyblatta atque hyantina dicitur*. Ubi observo triplicis coloris fuisse blattam, purpuream nempe, quæ mero blattæ vocabulo intelligitur; alteram intensioris et vividioris coloris, quam ὀξυβλάτταν vocabant, βλάττιον ὀξύ, Cedrenus in Tiberio, pag. 393; tertiam denique violaceam, sive jantinam. Fuit olim in pretio *blatta Tyria*, vel purpura. Sidonius carm. 5 :

Pontus Castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.

Neapolitanam commendat Anastasius Bibliothec. in Leone III, *De blattin Neapolitano*; sed præsertim Byzantinam, pag. 150, 151, 152, 153. Idem Scriptor in Paschali : *Obtulit in sacro altari vestem de blattin Byzantea*. Et mox : *In dicta ecclesia fecit vela Tyria* (ex blatta nempe Tyria), *cum periclysi de blattin Byzantea*. Βλάττιον Βυζάντιον laudat etiam Actuarius. Nil mirum igitur si imperator Henricus ab Alexio ἑκατὸν βλάττια ad se mitti petierat, quia Byzantina præsertim in pretio erant. Jam vero vocem, βλάττια, hoc loco *vestes* significare vult Gretzerus ad Codinum : *Pannos ipsos holosericos ostrino colore tinctos*, glossator Annæus; quod magis probem. Nam extrema et senescente Græcia, βλάττιον pro serico usurpatum constat. Vide Salmas. ad *Hist. Aug.*

(33) *Κατεπάνω*. Dicitur Constantinus iste, propter dignitatem πρωτοπροέδρου, κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων, hoc est magistratuum supremus, seu qui magistratibus, axiomaticis, et proedris, vel consiliariis, præest. Nam Græcis ἀξιώματα sunt dignitates. Hinc ἀξιωματικός, *honorarius, qui honorem gerit*, in *Gloss. Græcolat.* Aliud Gloss. *dignitosus*, ἀξιωματικός. Occurrit vox ista non semel in *Basilicis* lib. VI, et apud Modestinum, lib. VI. Excusat. Guillelm. Biblioth. in Adriano II : *Eum pontificali pallio impositum, præcedentibus axiomaticis, et subsequentibus reliquis turbis in urbem redire conspexerant*, Anastasius in *Hist. Eccl.*: *Cum aliis quinque, tribus quidem comitibus, duobus vero axiomaticis*. Hinc ἀξιωματικόν salarium quod axiomaticis a principe pensitabatur apud Photium in *Nomoc.* tit. 8, cap. 7; et in *Glossis Basilic.* Porro vox κατεπάνω, sequioribus Græcis, sive ab ἐπάνω, et κατά, seu a vocabulo Latino *capitaneus*, deflexa, quemvis præfectum ordinis, aut provinciæ significat. Apud Scylitzen, pag. 727 : Κατεπάνω τῆς κάτω Μηδίας. Pag. 741 : Κατεπάνω Ἰβηρίας. Pag. 843 : Παῦλος πρόεδρος, ὁ τῆς Ἐδέσσης κατεπάνω. Pag. 858 : Κατεπάνω τῆς πόλεως. Apud Constantinum, *De admin. imp.* cap. 50 : Κατεπάνω τῶν Μαρδαϊτῶν Ἀτταλείας. Apud Theophylactum Bulg. archiep. epist. 19, κατεπάνου vox occurrit. Atque inde facile est haurire, unde appellationem sortiti sint *catepani*, seu *catapani* Italiæ C sub imperatoribus Byzantinis, ante Normannorum adventum, quorum crebra est apud scriptores mentio, Falcandum, Falconem Beneventanum, anonymum Barensem, scriptorem Vitæ S. Vitalis Siculi, et alios. Sed et ab uno ex iis capitaneis, seu, ut eos vocat *catapanis*, provinciam *capitanatæ* nuncupatam scribit Leo Ost. lib. II, cap. 51. At falli constat, cum catapani viri nomen fuisse existimat, cum fuerit dignitatis. Neque error est in oppidorum appellatione, quidquid garriat corrupte *capitanata* dici, *cum ex auctoris nomine*, inquit, *catapanata vocanda sit*. Nam qui Græcis *catapanus*, Latinis est *capitaneus*. Proinde *capitanata* appellata est præfectura aliquot oppidorum uni capitaneo subdita, quam κατεπανίκιον vocat Nicetas in Man. lib. II, et vetus charta apud Rhamnusium, *De* **276** *bello Constantinopolit.* lib. IV, pag. 167. Hinc etiam castiganda quæ habet Glaber Rodulphus, lib. III, cap. 1. *Tunc etiam imperator Basilius sancti imperii Cpolitani* D *præcepit cuidam satrapæ suo, illi qui cognominabatur Cataponti, eo scilicet quod juxta mare inhabitaret, ut a transmarinis civitatibus, quæ Romano debentur imperio veniens tributa exigeret.* Quo loco non leviter fallitur Glaber in voce *cataponti*, et ejus etymo, cum ille quem memorat, *catepano*, seu *catapanus* vocaretur, ex dignitate, vel præfectura provinciæ, hoc est, *capitaneus*. Neque feliciori conjectura vocabuli originem assecutus videtur Guillelmus Apul. lib. I :

Multa Græcorum cum gente Basilius ire
Jussus, in hunc audax anno movet arma sequenti.
Cui Catapan facto cognomen erat Bagianus (a).
Quod Catapan *Græci, nos* juxta *dicimus* omne.
Quisquis apud Danaos vice fungitur hujus honoris,
Dispositor populi parat omne quod expedit illi,
Et juxta *quod cuique dari decet*, omne *ministrat.*

(34) *Βουλχάρδου*. Fuit is Burchardus comes,

(a) Scylitzæ Βοιάννης; et in Jure Græco-Rom., tom. I, p. 285.

σὺν τῶν ἀποσταλέντων ἀπεπληρώθη διά τε εἰργασμένου ἀργυρίου καὶ Ῥωμανάτου (35) *παλαιᾶς ποιότητος. Καὶ τελειουμένου τοῦ ὅρκου παρὰ τῆς εὐγενείας σου, σταλήσονταί σοι καὶ αἱ ὑπόλοιποι διακόσιαι*[25] *δεκαὲξ χιλιάδες τῶν νομισμάτων, καὶ ἡ ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων διὰ τοῦ πιστοτάτου τῇ σῇ ἐξουσίᾳ Βαγελάρδου* (36), *ὁπηνίκα εἰς Λογγιβαρδίαν κατέλθῃς. Ὅπως μέντοι ὀφείλει τελεσθῆναι ὁ ὅρκος προεδηλώθη πάντως τῇ εὐγενείᾳ σου· ἀπαγγελεῖ δ' ἔτι σαφέστερον καὶ ὁ πρωτοπρόεδρος Κωνσταντῖνος καὶ κατεπάνω, ὡς καὶ παρὰ τοῦ κράτους ἡμῶν ἐνταλθεὶς ἕκαστον τῶν κεφαλαίων, ἅπερ μέλλουσι ζητηθῆναι, καὶ παρὰ τοῦ γενησομένου παρὰ σοῦ ὅρκου βεβαιωθῆναι. Ὁπηνίκα γὰρ ἡ* B *συμφωνία ἀναμεταξὺ τῆς βασιλείας μου καὶ τῶν παρὰ τῆς εὐγενείας σου ἀποσταλέντων πρέσβεων ἐγίνετο, διεμνημονεύθησάν τινα τῶν ἀναγκαιοτέρων κεφάλαια· ὅτι δὲ περὶ τούτων μὴ ἔχειν πρόσταξιν εἶπον οἱ τῆς εὐγενείας σου ἄνθρωποι, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ βασιλεία μου τὸν ὅρκον αὐ-*

A *exponet tamen adhuc clarius proto;rohedrus et præpositus Constantinus, ut qui ab imperiali majestate nostra mandata acceperit de singulis capitibus quæ debent quæri, et jurejurando a te præstando firmari. Quando enim conventio inter majestatem meam et missos a nobilitate tua legatos facta est, commemorata sunt quædam capita magnæ necessitatis ac momenti; de quibus quoniam se non habere mandatum dixerunt homines nobilitatis tuæ, propterea majestas mea juramentum ipsis distulit. Perficiatur ergo juramentum a nobilitate tua, ut fidelis tibi Albertes majestati meæ juratus affirmavit; et ut majestas nostra petit, cum additione maxime necessaria. Porro cunctationis ac moræ fidelissimi et nobilissimi* B *tui comitis Bulchardi causa fuit, quod majestas mea voluit charissimum nepotem meum filium felicissimi sebastocratoris dilectissimi germani majestati nostræ, videri ab ipso, ut redux nuntiaret tibi firmum pueri ac solers ingenium in tenero ætatis statu. Exteriora enim et corporea minoris facere soleo, quanquam et istis adolescentulus abunde ornatus est, prout nar-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[25] Deest vox διακόσιοι, sed spatium vacuum relictum fuit, per quod postea quidam duxit lineam rectam, forte ut significaret nihil ibi deesse.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

cognomento Rufus, postea episcopus Monasteriensis, Henrici imp. legatus. Coradus Usperg. an. 1121: *Dominus Henricus, qui Burchardo Ruso* C *dudum in legatione Henrici imperatoris apud Constantinopolim defuncto, per electionem ecclesiasticam in cathedram monasteriensem successerat.* Burchardi episcopi meminit præterea monachus Pegaviensis an. 1117, unde supplendus Catalogus episcoporum monasteriensium apud Merssæum.

(35) *Ῥωμανάτου.* Moneta aurea Romani Diogenis imperatoris effigie insignita, Bulla Anacleti papæ in Chronico Beneventani monasterii S. Sophiæ: *Aliosque fideles nostros benigne convenimus, quatenus quadringentos Romanatos, quos eis Potiferia accommodaverat, nobis persolverent.* Charta Andreæ comitis de Chelmo, an. 1241, apud Joan. Lucium in *Hist. Dalmat.* pag. 473: *Solvat nomine pœnæ comiti præfato M. Romanatos.* V. eumdem p. 141. Exstat in instructissimo Gazophylacio V. C. Dom. *du Mont*, in senatu Ambianensi consiliariorum decani, moneta aurea, in cujus antica duæ habentur figuræ stantes: prior imperatoris habitu Constantinopolitano, dextram pectori apponentis, D læva tenentis globum crucigerum; altera mulieris dextra capiti imperatoris stemma imponentis, cum hisce characteribus evanidis, DCCLOHOMO PωMANω. In postica, Christus in throno sedet. Characteres in hac parte exarati, visum effugiunt. Sic autem alios in antica descriptos legendos et concipiendos censuerim, DECΠOTH MΘ PωMANω, id est, **277** Δεσπότῃ Ῥωμανῷ; imperatorum enim nomina in nummis ejusce ævi tertio casu poni solita arguunt nummi Alexii et Manuelis. Litteræ vero MΘ. idem sonant ac Μήτηρ Θεοῦ, docentque mulierem, quæ hic exhibetur, esse Deiparam, a qua stemma excipit Romanus imperator, uti visitur in altero, quem Manueli ascribit Octavius Strada a Rosberg, pag. 338. Et in æneo alio, quem videre contigit in eodem gazophylacio V. C. D. *du Mont*, qui fortassis etiam eidem Romano Diogeni ascribendus est, etiamsi characteres adeo sunt attriti, ut vix quidquam ex iis percipi queat. Hunc describendum curavimus, ut exhibent idem Strada a Rosberg et Joannes Strada Mantuanus in factis Onuphrii. Sed vereor ne iste non tam fuerit nummus quam theca aliqua aut capsula, seu Ἐγκόλπιον Romani Diogenis, divi Joannis Theologi, seu Evangelistæ, reliquias continens; quod deprehendi præsertim potest ex Christi figura habentis ad pectus caput D. Joannis, cui Græci Scriptores Ἐπιστηθίου epitheton vulgo attribuunt, et ex characteribus 10. qu. quibus Joannem Theologum designari arbitror. Præterea in aversa parte primi hi characteres ΘHKO perspicue ostendunt legendum ΘHKH, id est *Theca* seu Ἐγκόλπιον pro Romano Diogene. V. Notata infra ad hanc pag. d. Sed de hacce conjectura statuat lector, eamque expendat per me licet. Romani Diogenis et Eudociæ effigies habentur apud Chiffl.-tium, lib. *De linteis sepulcr.* cap. 10, pag. 91.

(36) *Βαγελάρδου.* Abagelardus, Humfredi filius, Tancredi de Altavilla Normanni nepos, a patruo Wiscardo hæreditaria sorte privatus, Gisulfum D Salernitanum principem primum adiit, ejusque partes sectatus est contra Robertum an. 1073, Gisulfo demum sedibus suis perinde expulso et deturbato, cum viribus impar patruo obsistere non posset, Constantinopolim cum Hermanno comite fratre secessit, ibique tandem exsul diem ultimum clausit, uti pluribus narrant Malaterra et Willelmus Gemeticensis locis citatis, et Blondus, *De instaur. Roma reg.* XII. Guillelmus Apul. libro III.

Sic quia pace ducis non fungitur Abagelardus,
Et patrii juris loca deserit, et Danaorum
Exsul adit terras, cum rector Alexius esset
Imperii, clemens hunc suscipit ille benigne,
Tractat honorifice, dat multa: sed invida nulli
Parcere quæ curat, juveniles mors subit artus:
Quique regressurum se credidit esse potentem,
Diversi generis cum fascibus, atque triumphis,
Exsul apud Danaos et mortuus est, et humatus.

rabit tibi legatus tuus: qui post aliquam in urbe magna nostra et regia moram, puerum vidit et allocutus otiose est. Quoniam vero nondum mihi filium Deus dedit, et hic fratris filius suavissimus, filii mihi loco est, si Deo placuerit, nihil impediet quominus amicitia contracta jam inter nos, necessitudine quoque affinitatis in posterum firmetur. Ut æterna tali pignore concordia perduret, quæ nos non tantum ut Christianos, sed etiam ut nuptiarum affinitate conjunctos mutuo devinciat. Ex quo fiet ut alter alterius potentia roborati terribiles, Deo juvante, simus adversariis. Mittimus nobilitati tuæ velut boni ominis causa, munuscula hæc, crucem auream cum margaritis majoribus aptam pendere supra pectus, Thecam auream habentem intus particulas variorum sanctorum, quorum nomina, imposita cuique chartula scripto declarat, caucium præterea sardonychinum, crystalinum poculum, astriformem securiulam aureola connexam fibula, **95** *et opobalsamum. Prolonget Deus vitam tuam, dilatet fines ditionis tuæ, ponat omnes adversantes tibi in opprobrium et conculcationem. Pax et tranquillitas sit dominationi tuæ, et sol serenus illucescat omni terræ tibi subditæ. Fiant omnes hostes tui in opprobrium, cœlesti Dei potentia inexpugnabilem vim et certam tibi victoriam desuper largiente, qui verum ejus nomen tantopere amas, et in hostes illius manum armas.*

A *τοῖς*[36] *ἀνήρτησε. Τοίνυν καὶ τελεσθήτω ὁ ὅρκος παρὰ τῆς εὐγενείας σου. ὡς ὁ πιστός σου Ἀλβέρτης*[37] *ἐνωμότως τῇ βασιλείᾳ μου ἐξεβαιώσατο*[38]*, καὶ ὡς τὸ ἡμέτερον κράτος κατὰ προσθήκην ἀναγκαιοτέραν αὐτοῦ ζητεῖ. Ἡ δὲ βραδύτης τοῦ πιστοτάτου καὶ εὐγενεστάτου σου κόμητος τοῦ Βουλχάρδου γέγονε διὰ τὸ τὴν βασιλείαν μου βούλεσθαι τὸν φίλτατόν μου ἀνεψιὸν τὸν υἱὸν τοῦ πανευτυχεστάτου σεβαστοκράτορος (37) καὶ περιποθήτου αὐταδέλφου τῆς βασιλείας μου, θεαθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν ἐλθὼν ἀπαγγείλῃ σοι τὴν ἐν ἡλικίας ἁπαλῷ καταστήματι βεβηκυῖαν σύνεσιν τοῦ παιδός· τὰ γὰρ ἔξω καὶ σωματικά, δεύτερα*[39] *τίθεται λόγου ἡ βασιλεία μου εἰ καὶ ἐν τούτοις πολὺ ἔχει τὸ περιούσιον.* B *Ὡς γὰρ τῇ μεγαλοπόλει ἐνδημήσας ἐθεάσατο τὸ παιδίον, καὶ ὅσα εἰκὸς ὡμίλησεν, ἀπαγγελεῖ σοι ὁ πρέσβυς σου. Καὶ ἐπεὶ οὔπω παιδίον*[40] *ὁ Θεὸς τῇ βασιλείᾳ μου ἐχαρίσατο, τόπον δέ μοι γνησίου παιδὸς ὁ φίλτατος οὗτος ἐπέχει ἀδελφιδοῦς, Θεοῦ εὐδοκοῦντος, οὐδέν ἐστι τὸ κωλῦον ἑνωθῆναι ἡμᾶς δι' αἵματος συγγενικοῦ, καὶ φίλα μὲν ἀλλήλοις φρονεῖν ὡς Χριστιανοῖς, οἰκειοῦσθαι δὲ καὶ τὰ ἀλλήλων ὡς συγγενεῖς, ἵν' ἐντεῦθεν (38) ἕκαστος δι' ἀλλήλων δυναμούμενοι φοβεροὶ τοῖς ἐναντίοις ὦμεν μετὰ Θεοῦ. Τῇ μέντοι εὐγενείᾳ σου νῦν ἀπεστάλησαν*[41] *(39), δεξιωμάτων ἕνεκεν ἐγκόλπιον χρυσοῦν μετὰ μαργαριταρίων*[42] *(40), θήκη διάχρυσος (41) ἔχουσα τμήματα ἔνδον διαφόρων ἁγίων, ὧν ἕκαστος διὰ τῶν*[43] *ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν ἐντεθέντος χαρτίου (42) γνωρίζεται, καυκίον σαρδωνύχιον (43), καὶ ἐμπότης*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[36] αὐτῆς. [37] Ἀβέρτης. [38] ἐβεβαίωσε. [39] δεύτερον. [40] παιδίον μὲν οὔπω. [41] ἀπεστάλη. [42] μαργάρων. [43] τοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(37) *Τὸν υἱὸν τοῦ σεβαστοκράτορος.* Joannem Comnenum, postea Dyrrachii ducem. V. pag. 131. A.

(38) *Ἵν' ἐντεῦθεν.* Hugo Franciæ rex ad Basilium et Constantinum impp. Constantinopolitanos apud Gerbertum epist. III *Sed hæc conditio, quæ nostri juris sunt, vestra efficit, magnoque usui. si placet hæc nostra conjunctio, erit, magnosque fructus afferet. Etenim nobis obstantibus nec Gallus, nec Germanus fines lacesset imperii Romani.*

(39) *Ἀπεστάλησαν.* Huc pertinent quæ habet scriptor vitæ Henrici IV : *Ipse rex Græciæ, ut metum dissimularet, amicitiam ejus expetebat, et quem futurum hostem timuit, muneribus, ne fieret hostis, prævenit. Testatur hoc aurea tabula Spirensis altaris*, etc

(40) *Ἐγκόλπιον μετὰ μαργαριταρίων.* De Encolpio dictum supra. Μαργαριτάριον, pro **278** μαργαρίτης. Constantinus, in Historia Apollonii Tyrii :

Τόσον λογάρην καὶ καλὴν στολαῖς μαργαριτάρια.

(41) *Θήκη διάχρυσος.* Theca sanctorum reliquiis instructa. Inscriptio crucis, quæ est Trajecti ad Mosam, apud Appianum et Gretzerum :

Οὐ τὴν δὲ θήκην Ῥωμανῆς γῆς δεσπότης,
Ὡραιότησιν ἀρετῶν ἐστεμμένος,
Χάρισιν ὡράϊσε τιμίων λίθων.

Vide Acropol. cap. 2, Vita S. Eligii episc. Noviom. *Inter alia bonorum operum insignia, multas sanctorum ex auro, argento, atque gemmis fabricavit thecas, sive tumbas.*

C (42) *Χαρτίου.* Vide Dissert. ad Joinvillam 26, pag. 314.

(43) *Καυκίον Σαρδωνύχιον.* Calicem e Sardonyce. *Gloss. Græcolat.* καύκα, *patera.* Suidas, καυκίον παρ' ἡμῖν, κάλυξ δὲ παρὰ σοφοῖς. Occurrit præterea in Vita S. Eupraxiæ virg. n. 26, 28 : Vita S. Eudociæ Samarit n. 2, et alibi passim. Scribit Theophanes A. C. 609, circensibus ludis hæc in Phocam jactasse Prasinos, πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεκες. Quæ verba sic vertit Paulus Diaconus : *Iterum in gabata bibisti, iterum sensum perdidisti.* Est autem *gabata* idem quod paropsis, vas nempe concavum eduliis pulmentariisque aptissimum, qua voce utitur non semel Martialis. Glossæ Basil. καύκους, γάβατα. Cum vero Prasini id Phocæ objicerent, pravis veneficorum, seu *venenariorum*, uti vocantur a Tertulliano, Optato, Firmico et aliis, artibus et poculis illi porrectis, aut *caucis* venenatis, mentem D illius perturbatam innuebant. Unde ejusmodi venefici *cauculatores* dicuntur in Capitul. Caroli M., lib. I, tit. 64; quos minus recte, ut opinor, Salmasius in Notis ad Spartianum, eos esse putat, quos nostri *joueurs de gobelets* appellant. Sed et apud Theophanem in Philippico, Καυκοδιακόνου; eos esse arbitror e diaconis, qui calicem sacerdoti sacra facturo porrigebant : Τὸν ἀπὸ τῶν Καυκοδιακόνων σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης, Κοιέστορα τότε ὑπάρχοντα; vel certe qui *discum*, aut *patenam*. Nam apud Græcos *patena*, δίσκος dicitur, habetque lancis et disci profundioris figuram, sicque appellatur vas illud, in

κρύος (44), *ἀστροπελέκην* (45) *δεδεμένον μετὰ χρυσαφίου* (46), *καὶ ὀποβάλσαμον. Μακρύναι ὁ Θεὸς τὴν ζωήν σου, πλατύναι τὰ τῆς ἐξουσίας σου ὅρια, καὶ θείη σοι πάντας τοὺς ἀντιπίπτοντας εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς καταπάτημα. Εἰρήνη εἴη τῇ ἐξουσίᾳ σου καὶ γαλήνη, ἥλιος ἐπιλάμψοι πάσῃ τῇ ὑπηκόῳ σου, καὶ γένοιντό σοι ἅπαντες εἰς ὀνειδισμὸν* [44] *οἱ ἐχθροί, τῆς ἄνωθεν κραταιᾶς ἰσχύος κατὰ πάντων σοι χαριζομένης τὸ ἄμαχον, τοσοῦτον τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ ὄνομα ἀγαπῶντι, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐκείνου τὴν χεῖρα ὁπλίζοντι.*

A Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν Ἑσπέραν οἰκονομήσας, αὐτὸς πρὸς τὸ κατεπεῖγον καὶ ὑπόγυιον τὸν κίνδυνον ἁπλοῦν [45] ἡτοιμάζετο ἐγκαρτερῶν ἔτι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, σκοπῶν ὅπως διὰ παντοίας μεθόδου τοῖς εἰς προῦπτον ἐπικειμένοις ἐχθροῖς ἀντικατασταίη. Καὶ ἐπεὶ ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, τοὺς μὲν ἀθεωτάτους Τούρκους περὶ τὴν Προποντίδα ἑώρα ἐνδιατρίβοντας, τοῦ Σολυμᾶ (47) τῆς Ἑῴας ἁπάσης ἐξουσιάζοντος, καὶ περὶ τὴν Νίκαιαν αὐλιζομένου (οὗ καὶ σουλτανίκιον ἦν, ὅπερ ἂν ἡμεῖς βασίλειον ὀνομάσαιμεν), καὶ προνομὰς συνεχῶς ἀποστέλλοντος καὶ ληϊζομένου ἅπαντα τά τε περὶ τὴν Βιθυνίαν διακείμενα καὶ Θυνίαν [46] καὶ μέχρις αὐτῆς Βοσπόρου τῆς νῦν καλουμένης Δαμάλεως ἱππηλασίας καὶ ἐπιδρομὰς ποιουμένους καὶ λείαν πολλὴν ἀφαι-

His per Occidentem ita dispositis, ipse in urbe adhuc regia commorans, et sedulo exquirens vias omnes per quas manifestis ac jam in rem conferri incipientibus adversum se remque Romanam consiliis hostium occurreret, sese ad instans præsensque periculum comparabat Augustus Alexius. Quoniam vero impiissimos Turcos videbat circa Propontidem, ut superius indicavimus, commorantes: Solyma, qui Orienti toti imperitabat, Nicææ habitante (ubi et sultanicium erat, quod nos palatium diceremus) et ad quotidiana latrocinia eos immittente, sicque omnem late oram quæ Thyniæ et Bithyniæ objacet, usque ad ipsum Bosphorum, quæ nunc Damalis dicitur, assiduis qua equestribus qua pedestribus incursionibus deprædante planeque va-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[44] ἀφανισμόν. [45] ἀπειλοῦν. [46] Θυνίαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

quo sanctum panem, seu ἅγια δῶρα, reponunt. Liturgia S. Joannis Chrysost. Ὁ δὲ διάκονος εὐτρεπίζει τὰ ἱερὰ, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστέρῳ, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ, etc. A forma καυκίου, seu cauci, καυκίους, aut καυκία, appellatos quosdam Græcorum imperatorum nummos aureos et æreos alio loco observamus, qui, ni fallor, non alii sunt, aut diversi, ab iis quos Alexiana ætas *sciphatos* nuncupabat, quod cavi instar *scyphi*, seu *cauci*, quod idem est, illius formam quodammodo præferrent. Charta Roberti Guiscardi an. 9, ducatus, ind., 3, quæ exstat in Chronico monasterii Beneventani S. Sophiæ: *Volumus atque jure obligamus ut nonaginta aureos sciphatos eidem monasterio et curiæ nostræ componat. Schifati* dicuntur in variis chartis apud Baron. tom. XI et XII, non semel. Sed de his alias pluribus. Aliud porro est καῦκα, in Glossis Græco-Barbaris, scilicet, ἅβρα, δούλη, παλλακή, unde καυκίτζα, et καυκοποῦλα, *ancilla*; ex qua vocabuli significatione percipi potest quæ sit alterius, *cauculus*, apud Anastasium Biblioth. in *Hist. de exilio S. Martini PP*. pag. 79: *Eadem nocte tulerunt me de palatio, et non nisi cum sex puerulis et uno cauculo eduxerunt me ex urbe.* Ubi *cauculus*, videtur fuisse famulus, aut servus domesticus, nisi intelligatur parvulus canens qui ex eorum cyathorum specie fuerit quos *viatores* vocabant quod qui peregre proficiscebantur eos secum deferrent. Hesychius: Βιάτωρ, κυάθιον μικρὸν, ἤγουν κοχλιάριον. *Caucum* pro vase cavo, aut scypho, sæpe usurpant scriptores infimæ Latinitatis. Papias, *caucus, vasis genus*. *Cauci lignei* occurrunt apud D. Hieronymum lib. II, in Jovinianum; et apud Marcellum Empiricum, cap. 25; *argentei* apud Spartianum in Pescenio, et in Epist. Heldeberti regis Cantiæ ad S. Bonifacium Mogunt. episc.; *ærei* apud Bedam, lib. II, p. 279; *Hist. Eccl.* cap. 16; et Huntindonensem, lib. II, **279** pag. 316; *anactei* in *Hist. episcopor. Autisiod.* cap. 20, tom. I, *Bibl.* Labbei, Adde Trebell. Pollion. in Claudio, et Ennodium, epigr. 25. Inde *caucellus*, parvus caucus, in *Regula Magistri*, cap. 27. Denique Leunclavius ad Glycam, pag. 584, 1 edit. *caucum poculum* esse ait, *a sono quem edit. effluente vino simul et aere, appellatum.*

(44) *Ἐμπύστης κρύος*. Poculum crystallinum, *crystallo dedolatum vasculum*, Apuleio, lib. VI; κρύος enim crystallus dicitur Græcis recentioribus. Scholiastes Aristophanis ad *Nubes*: Ὕαλον δὲ ὑμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης, καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν· οἱ παλαιοὶ δὲ διαφανῆ λίθον αὐτὸν, ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύος, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. Incertus auctor de templo S. Sophiæ: Ἐντιθέμενος καὶ πολυτίμους λίθους σὺν κιόνων ὁλοχρύσων, καὶ κρύων, καὶ ἀσπίδων, καὶ σαπφείρων. Fuit porro crystallus olim in pretio, et præcipuis muneribus accensetur a Claudiano in Epigr. de crystallo:

Marmoreum ne sperne globum, spectacula transit
Regia, nec Rubro vilior iste mari.
Informis glacies, saxum rude, nulla figuræ
Gratia, sed raras inter habetur opes.

Informem crystallum vocat Claudianus, quam *impictam* appellat Apuleius, *Metam.* lib. 2; *asynthetam* Plinius, lib. XXXVII, cap. 2; *Annales Franc.* an. 872: *Mense Januario, circa Epiphaniam, Basilii Græcorum imperatoris legati cum muneribus et epistolis ad Ludovicum regem Radasponam venerunt, atque ei inter cætera xenia crystallum miræ magnitudinis, auro gemmisque pretiosis ornatum, cum parte non modica salutiferæ crucis, obtulerunt.*

(45) *Ἀστροπελέκην*. Ἀστροπελέκη apud Simonem Portium in Lexico Græco-Barb. est κεραυνὸς, πρηστήρ. Sed hoc loco aliud indubie sonat.

(46) *Μετὰ χρυσαφίου*. Corona pretiosa, χρυσάφι, *aurum*. Nicetas, in *Alex.* lib. III, Ἄνευ τῶν βλατίων, καὶ τοῦ ἀσήμου, καὶ χρυσαφίου, καὶ ἑτέρας ὕλης. Vide Goarum ad Codini cap. 4.

(47) *Σολυμᾶ*. Solymanni sultani, qui ea tempestate in Oriente imperabat, sedebatque Niceæ. Solymanni Stemma ex *Familiis* nostris *Orientalibus* hisce Notis præfiximus. Vide Alb. Aq. lib. II, cap. 21; Fulcher. lib. I, cap. 5; Tyrium, lib. III, cap. 1, et alios.

regressus in aulam est. At Robertus postquam Italicæ ditionis suæ curam ac potestatem omnem Rogerio filio apud Hydruntem commendasset, inde solvens Brundusii portum occupavit: ubi audito Palæologi Dyrrachium adventu, impigre in majoribus navigiis ædificari turres jussit e lignis, quas corio bubulo circumambiendas contegendasque apte curavit: tum cæteris quæ ad munitæ urbis oppugnationem opus erant cunctis, in naves summa diligentia comportatis; equis ad hæc et cataphractis equitibus naves celeres, quas dromones dicunt, inscendere jussis, reliquisque undique necessariis aut utilibus ad bellum strenue comparatis provisisque, trajectum urgebat. Decreverat autem navalibus simul terrestribusque copiis ac machinis urgere undique Dyrrachium, vel perculsurum se primo impetu ac de repugnandi proposito dimoturum ejus urbis propugnatores ratus; aut certe si obstinarent animos, numero posse ipsos obrui majoreque vi domari. Quod ejus consilium fama vulgatum magnam et insularibus, et iis qui Dyrrachini littoris oram incolunt, auditu ipso consternationem objecit. Denique omnibus quæ in procinctu solvendi fieri aut facta esse oportuerat ex sententia confectis retinacula rumpi præcipit, dromones, triremes, uniremesque arte atque opera nautarum in aciei bellicæ formam eleganti **98** ordine, præclaraque procul specie dispositas in altum invehens prospero afflante vento, cujus beneficio facile adversam ad Aulonem ripam tenuit: indeque oram legens usque Buthrotum, ibique adjuncto sibi Baimundo filio, qui prius trajecerat et Aulonem primo impetu ceperat, copias universas bifariam dividit: partem ipse unam mari cum classe ad Dyrrachium ducturus; alterius itinere terrestri eidem urbi Dyrrachio admovendæ, ductum permisit Baimundo. Tali consilio prætergressa classe Corcyræ oram, in ipso versus Dyrrachium flexu, circa promontorium quod *lingua* dicitur, maxima in eam subito procella

A λαβὼν παλινδρομεῖ πρὸς τὰ βασίλεια. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος εἰς Ὑδροῦντα [59] παραγενόμενος καὶ τὴν ἅπασαν αὐτοῦ ἐξουσίαν καὶ αὐτῆς δὴ τῆς Λογγοβαρδίας (51) τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ῥογέρῃ [59-60] ἀναθέμενος, ἐκεῖθεν ἐξελθὼν, τὸν λιμένα τοῦ Βρεντεσίου [61] κατέλαβε, κἀκεῖσε τὴν τοῦ Παλαιολόγου εἰς τὸ Δυῤῥάχιον ἔλευσιν μεμαθηκὼς, παραχρῆμα ἐν ταῖς μείζοσι τῶν πλοίων πύργους δειμάμενος διὰ ξύλων, διὰ βύρσης τούτους περιέστειλε, καὶ πάντα τὰ πρὸς τειχομαχίαν ἐπιτήδεια ἐν ταῖς ναυσὶν εἰσαγαγὼν σπουδαίως, εἴς τε τοὺς δρόμωνας ἵππους τε καὶ ἐνόπλους ἱππέας εἰσελάσας καὶ πάντοθεν τὰ πρὸς πόλεμον ὀξέως μάλα ἐξαρτήσας διαπερᾷν ἠπείγετο. Ἐσκόπει γὰρ ὁπηνίκα τὸ Δυῤῥάχιον καταλάβῃ, περιζῶσαι τοῦτο διὰ τῶν ἑλεπόλεων ἀπό τε θαλάττης καὶ ἠπείρου, ἵν' ἅμα μὲν καταπλήξῃ τοὺς ἐντὸς,
B ἅμα δὲ καὶ πανταχόθεν περιστοιχήσας αὐτοὺς, ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν αἱρήσεται. Θόρυβος τοίνυν ἐντεῦθεν τούς τε νησιώτας, καὶ τοὺς περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ Δυῤῥαχίου ταῦτα μεμαθηκότας κατέσχε πολύς. Ἐπεὶ δὲ κατὰ γνώμην αὐτῷ πάντα [62-63] τετέλεσται, λύσας τὰ πρυμνήσια, τούς τε δρόμωνας, καὶ τὰς τριήρεις, νῆας καὶ μονήρεις, κατὰ τὴν τῶν ναυτικῶν ἐμπειρίαν εἰς πολέμου σχῆμα διατυπώσας σὺν εὐταξίᾳ [64] τοῦ πλοὸς ἀπεπειρᾶτο. Οὐρίου δὲ τυχὼν πνεύματος, τὴν κατὰ τὸν Αὐλῶνα περαίαν κατέλαβε, καὶ τὴν ἠϊόνα παραπλέων, ἀπῆλθεν ἐν [65] μέχρι Βοθρεντοῦ (52). Κἀκεῖσε ἑνωθεὶς μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Βαϊμούντου προφθάσαντος περάσαι (53), καὶ
C τὸν Αὐλῶνα ἐξ ἐφόδου κατασχεῖν, διχῇ τὸ ἅπαν διελὼν στράτευμα, τὸ μὲν αὐτὸς κατεῖχε διὰ θαλάττης, τὸν ἀπόπλουν ὡς πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἐθέλων ποιήσασθαι, τοῦ δὲ τὸν Βαϊμοῦντον ἄρχειν ἐπέτρεψεν, διὰ ξηρᾶς μέλλοντα πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ὁδεῦσαι. Καὶ δὴ τὴν Κορυφὼ διελθὼν, καὶ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἀποκλίνας, κατὰ τὸ ἀκρωτήριον *Γλῶσσαν* (54) καλούμενον, μεγίστῳ κλύδωνι αἴφνης περιπεπτώκει. Νιφετὸς γὰρ πολὺς καὶ ἄνεμοι τῶν ὀρῶν κινηθέντες τὴν θάλατταν σφοδρῶς συνετάραττον. Κἀντεῦθεν ἠγείρετό τε τὰ κύματα καὶ ἐπω-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[59-60] Λογγιβαρδίας. [61] Βροντησίου. [62-63] πάντα ἤδη. [64] ἀταξίᾳ. [65] Deest, et recte, vocula ἐν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Ῥογέρῃ*. Ordericus, lib. VII: *Rogerius autem frater ejus* (Boemundi) *cognomento Bursa, jussu patris in Apulia remanserat, et ducatum sibi ex hæreditate matris debitum custodiebat.* Vide Malaterr. lib. III, cap. 30.

(52) *Βοθρεντοῦ*. Seu Βουθρωτοῦ. Buthrotum oppidum est in Epiro, a quo Βουθρότων κόλπος. Expeditionem istam Wiscardi pluribus commemorat Guillelmus Apul. lib. IV, ex quo excerpemus illa tantummodo quæ ad illustrandam Annam videntur conferre. Vide Notata ad pag. 159.

(53) *Προφθάσαντος περάσαι*. Vide supra p. 34, et Malaterram, lib. III, cap. 24.

(54) *Γλῶσσαν*. Promontorium forte Dyrrachinum, hodie *Capo di Durazzo*, nisi proximum intelligat, quod *Capo de Redoni* in charta Sophiani nuncupatur. Festo, *Lingua est promontorii genus*,
D *non excellentis, sed molliter in planum devexi.* Quo quidem vocabulo non semel hac utuntur notione scriptores, Pacuvius apud Agellium, l. IV, c. 17; Livius, lib. XXXVII et 44; et Ammianus, lib. XIV. Sic Ovidius, lib. XIII *Metamorph.* tria Siciliæ promontoria *Linguas* vocat:

Tribus hæc excurrit in æquora linguis.

Nec alia fortassis ratione insula quæ Catanæ in Sicilia adjacet, *Linguæ* nomen obtinuit, apud Blandinum monachum in *Miracul. S. Agathæ virg. et martyr.* cap. 2; *Ligulas* vocat appellative Cæsar, lib. III *De bello Gall.* hujusmodi loca in longum a continente in mare exporrecta; ut et Victor Uticensis, lib. I *De persecut. Vandal.*: *Dum ad Massalitanum littus egisset, quod Ligula vulgi consuetudine vocitatur.* Vide infra, pag. 369.

ρύετο, αἵ τε κῶπαι τῶν προσκώπων καθιέντων ἐθραύοντο, τάθ' ἱστία διαδιβρώσκοντες ἦσαν οἱ ἄνεμοι, αἱ δὲ κεραῖαι συνθλώμεναι κατὰ τοῦ καταστρώματος ἔπιπτον, καὶ αὔτανδρα ἤδη τὰ σκάφη κατεποντίζοντο, κἂν θέρους ὥρα ἦν (55), τοῦ ἡλίου τὸν καρκῖνον ἤδη παρελθόντος καὶ πρὸς τὸν Λέοντα ἐπειγομένου, ὁπότε καὶ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν εἶναί φασιν. Ἐταράττοντο οὖν ἅπαντες ἐξαπορούμενοι, καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ δράσαιεν, πολεμίοις τοιούτοις ἀντικαθίστασθαι μὴ δυνάμενοι. Θροῦς δ' ἐπῆρτο πολὺς, ᾤμωζον, ἐποτνιῶντο, ἐθεοκλήτουν [66] Θεὸν Σωτῆρα ἐπικαλούμενοι καὶ τὴν ἤπειρον θεάσασθαι ἐπηύχοντο. Ὁ δὲ κλύδων τέως οὐκ ἐνεδίδου, μηνίοντος ὥσπερ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ τοῦ Ῥομπέρτου ἀκάθεκτον καὶ ὑπέρογκον φρύαγμα καὶ τὸ τέλος ἐκ πρώτης ἀφετηρίας οὐκ εὐτυχὲς παραδεικνύοντος ἤδη. Τὰ μὲν οὖν τῶν πλοίων σὺν αὐτοῖς πλωτῆρσι κατεποντίσθη, τὰ δὲ ταῖς ἀκταῖς προσαραχθέντα συνεθλάσθη. Τῶν δὲ περιστελλουσῶν τοὺς πύργους βυρσῶν ὑπὸ τοῦ ὑετοῦ χαλαρωτέρων γεγονυιῶν, οἵ τε ἧλοι τῶν οἰκείων τόπων ἐξέστησαν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν αἱ βύρσαι βάρος εἰληφυῖαι τοὺς ξυλίνους ἐκείνους πύργους ταχὺ περιέτρεψαν, καὶ καταρραγέντες τὰς ναῦς κατέδυσαν. Τὸ δέ γε σκάφος (56) ἐν ᾧ ὁ Ῥομπέρτος ἐνῆν, ἡμίθραυστον γεγονὸς μόγις διεσώθη· ἐσώθησαν δὲ καί τινες τῶν ὁλκάδων σὺν τοῖς πλωτῆρσι παραδόξως. Πολλοὺς μὲν οὖν ἡ θάλασσα [67] ἀποπτύσασα [68], οὐκ ὀλίγα δὲ βαλάντια, καὶ ἄλλα τὰ ἐξ ὧν τὸ ναυτικὸν τοῦ Ῥομπέρτου συνεπεφέρετο περὶ τὴν ψάμμον κατέστρωσε. Τοὺς μέντοι νεκροὺς οἱ σωθέντες περιστέλλοντες ἔθαπτον, κἀντεῦθεν πολλῆς τῆς ἐκ τούτων δυσωδίας ἐμπίμπλαντο. Οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς τοσούτους ῥᾳδίως ἐνσωριάσαι [69]. Τῶν οὖν ἐδοδίμων [70] ἁπάντων ἀφανισθέντων, τάχα ἂν καὶ ὑπὸ λιμοῦ διεφθάρησαν οἱ τέως σωθέντες, εἰ μὴ τὰ λήϊα πάντα καὶ οἱ ἀγροὶ, καὶ οἱ κῆποι τοῖς καρποῖς ἔβριθον. Συνετὰ μὲν οὖν ταῦτα ἦσαν τοῖς [71] φρονοῦσιν ὀρθῶς, τὸν δὲ Ῥομπέρτον οὐδὲν τῶν γεγονότων ἐφόβει ἀκαταπτοήτως ἔχοντα καὶ εἰς τοσοῦτον, οἶμαι, τὴν ζωὴν ἑαυτῷ διαρκέσαι ἐπευχόμενον, ἐφ' ὅσον πρὸς οὓς ἐθέλει μάχεσθαι δύναιτο ἄν. Ἔνθεν τοι καὶ τοῦ προκειμένου σκοποῦ οὐδὲν [72] ἀπεῖρξεν αὐτόν. Ἀλλὰ μετὰ τῶν σωθέντων (ἦσαν γάρ τινες οἱ Θεοῦ ἀμάχῳ δυνάμει τοῦ κινδύνου ῥυσθέντες) ἑβδόμην ἡμέραν εἰς τὴν Γλαβινίτζαν (57) ἐγκαρτερήσας, ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἀνακτήσασθαι, διαναπαῦσαι δὲ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ κλύδωνος τῆς θαλάττης διασωθέντας, φθάσαι δὲ καὶ τοὺς εἰς τὸ Βρεντήσιον καταλειφθέντας καὶ μὴν

A ingruit. Nivalis erat imber largus et vehemens, venti ex montibus validi mare perflantes commovebant a fundo, surgentibus immensum cum horrendo fragore fluctibus. Frangebantur passim in remigantium manibus remi, discerptisque momento vi ventorum velis comminutæ antennæ in foros cadebant : naves ipsæ cum viris haustæ mergebantur. Incidit hic casus alieno tempore : æstatem agente anno, soleque post Cancrum magna jam ex parte obitum, ad Leonem festinante, quod tempus esse aiunt exorientis caniculæ. Gravis hinc perturbatio invasit milites juxta ducesque adversus hoc novum genus tot taliumque hostium nec pares nec paratos. Ergo in magna consternatione inopiaque consilii passim omnium, confusum exaudie- B batur murmur e mistis partim flentium, partim querentium, partim Deum Salvatorem invocantium vocibus; votaque facientium ut saltem spectare terram daretur. Quæ omnia mari surdo hauriebantur, nihilo remissius sæviente tempestate : ut satis appareret infensum Deum superbis atque immodicis Roberti ausis, hac in ipsis carceribus offensione ominosa, admonere voluisse hominem, ne alium quam ruinosum speraret exitum expeditionis naufragio ceptæ. Naves ergo pars cum vectoribus mari absorbebantur, pars frangebantur vadis ac littoribus illisæ : ac cum largo imbre mollita illa quæ diximus bubula coria, quibus turres ligneæ tegebantur, in laxos diffluerent sinus C clavosque quibus affixa ligno fuerant suis loculis vellerent, hinc jam vastæ pelles largis sinubus aura concepta, sumptoque pondere facile turres in ruinam trahebant : machinæque ingentes tum casu ipsæ suo conterebantur, tum naves mole atque impetu depressas in profundum mergebant. Prætoria in qua Robertus ipse dux erat vix multo denique labore semifracta servata est : servatæ per miraculum et aliæ quædam onerariæ. Porro per littora miserabile specimen exstabat, ejectorum fluctu cadaverum strages ingens; zonis **99** marsupiisque ac cætero instrumento classiariæ multitudinis temere simul sparsis per arenam. Nec pietas superstitum suscepta funerum cura sufficere libitinæ poterat : quoniam præter intolerandum D fœtorem, ipse condendorum terra corporum numerus omnem sepelientium diligentiam ac facultatem longe superabat. Cum vero præterea commeatus omnis corruptus undis aut assumptus esset, fame pereundum ejectis naufragis fuerat, nisi, ut anni

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[66] ἐθεοκλύτουν. [67] θάλασσα. [68] ἀποπτύουσα. [69] ἐνσοριάσαι. [70] ἐδωδίμων. [71] πᾶσι τοῖς. [72] τῶν γεγονότων οὐδέν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(55) *Θέρος ὥρα ἦν*. Vide notata ad pag. 83.

(56) *Τῷ δή γε σκάφος*. Guillelmus Apuliensis, lib. IV :

Sed ducis æstivo perpessæ tempore naves
Naufragium, impediere viam, navique procellis,
In qua dux aderat, vehementibus undique fracta,
Vix evadendi fuit impertita facultas

(57) *Γλαβινίτζαν*. In veteri Notitia apud Goarum, Glabinitza urbs est episcopalis, Dyrrachinæ metropoleos suffraganea, Acroceraunia olim dicta. Acroceraunias vero mentio est apud Æthicum, Antonin. auctorem *Itin. Marit.* etc.

A καὶ τοὺς ἄλλοθεν προσδοκωμένους διὰ στόλου καταλαβεῖν, τούς τε πρὸ μικροῦ φθάσαντας διὰ τῆς ἠπείρου διαπεραιωθῆναι ἱππέας ἐνόπλους καὶ πεζοὺς, καὶ τὸ ψιλὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἅπαντας συναγηοχὼς, διά τε τῆς ξηρᾶς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ Ἰλλυρικὸν πεδίον κατέλαβε μετὰ πασῶν τῶν αὐτοῦ δυνάμεων. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ταῦτά μοι διηγούμενος Λατῖνος ὡς ἔλεγε πρέσβυς τοῦ ἐπισκόπου Βάρεως (58) πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἀποσταλεὶς, καὶ ὡς διεβεβαιοῦτο σὺν τῷ Ῥομπέρτῳ τὴν τοιαύτην διέτριβε πεδιάδα (59). Καὶ δὴ ἐντὸς τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου (60) καλύβας ἐπήγνυντο, ἰλαδὸν τὰς δυνάμεις κατατιθέμενοι. Ἐν ᾗ βασιλεὺς ποτε Ἠπειρώτης Πύῤῥος Ταραντίνοις [73] ἑνωθεὶς, Ῥω-
B μαίοις ἐν Ἀπουλίᾳ καρτερὸν πόλεμον συνεστήσατο· καὶ ἀνδροκτασίας ἐκεῖθεν πολλῆς γεγονυίας, ὡς ἄρδην ἅπαντας ξίφους παρανάλωμα γεγονέναι, ἄοικος πάντη καταλέλειπται. Ἐν ὑστέροις δὲ χρόνοις (ὡς Ἕλληνές φασι, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ἐν τῇ πόλει γλυπτὰ γράμματα μαρτυροῦσιν) ὑπ' [74] Ἀμφίονος καὶ Ζήθου ἀνοικοδομηθεῖσα εἰς ὃ [75] νῦν ὁρᾶται σχῆμα αὐτίκα καὶ τὴν κλῆσιν μεταμείψασα Δυῤῥάχιον προσηγόρευται. Τοσαῦτα μὲν οὖν περιιστορείσθω [76] καὶ περὶ ταύτης τῆς πόλεως καὶ ἡμῖν τὰ τοῦ τρίτου λόγου ἐνταυθοῖ συμπεπεράνθω, τὰ δ' ἐφεξῆς ὁ μετὰ τοῦτον εὐθὺς ἱστορήσειεν.

tempus erat, maturis passim paratisque segetibus, horti insuper ac viridaria mitibus undique gravata fructibus annonæ supplementum opportunissimum offerrent. In his qui saperet, facile intelligeret Dei numen, et porro temerariis cœloque damnatis admonitus ceptis absisteret. At non is Robertus, homo giganteæ confidentiæ sub ictu fulminum audere pertinax, quem equidem crediderim in ipsa extremi acie periculi haud alia fecisse vota, quam ut sibi vita suppeteret eatenus quoad videre hostem et destinatas pugnas obire posset : hoc est, idipsum exsequi ob cujus meditationem vapulabat. Nihilo ergo segnius in designatæ oppugnationis propositum incumbens, eos qui divina vi periculo erepti fuerant, collegit : cumque iis Glabinitzæ substitit ad diem septimum : partim ut se illosque a mari atque a jactatione reficeret, partim ut conveniendi circa se spatium copiis daret, vel iis quas Brundusii reliquerat, vel quas aliunde classe advehendas exspectabat, vel quas Buthroto solvens, itinere terrestri versus Dyrrachium progredi jusserat ; equites videlicet cataphractos, peditatumque loricatum, et levem armaturam totius exercitus. Hos simul congregavit universos, nulla jam mora fuit quin infesta signa in agrum Illyricum simul a mari simul a terra inferre aggrederetur. Erat tum cum illo Latinus quidam, ex quo hæc audivi quæ hic scripsi, legatus, ut aiebat, episcopi Barensis ad Robertum missus : quo munere dum fungitur, in ejus comitatu se perstitisse aiebat toto eo tempore quo per istam planitiem Robertus castra posuit aut movit : quoad in ipso veteris Epidamni solo ac ruderibus vallum fixerunt, legionibus ordine dispositis intra vestigia et parietinas destructorum olim ejus urbis mœnium. In qua qui regnavit quondam Epirota Pyrrhus Tarentinis suppetias accurrens, gravissimum cum Romanis in Apulia bellum gessit, tanta suorum cæde, ut omnibus Epidamni civibus ea expeditione consumptis, ipsa civitas plane deinde inculta desolataque manserit. Donec postea (ut Græci narrant, et sculpta in eadem urbe antiquis litteris monumenta testantur) ab Amphione et Zetho in eam quæ nunc visitur **100** restaurata formam, nomen quoque cum fortuna mutans Dyrrachium appellata est. Et de originibus urbis istius, hactenus ; metamque hic figimus libri tertii ; reliquam seriem gestarum libro mox sequente redditturo.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] Ταραντῖνος. [74] ἐπ'. [75] ὅ. [76] παριστορείσθω.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Ἐπισκόπου Βάρεως.* Ursonis, Wiscardi Fidi consiliarii, de quo multa Joannes Archid. in tractatu *De invent. S. Sabini*, apud Baron. an. 1091, n. 13 ; et Bolandum 9 Febr. cap. 1, et in tractatu *De translat. corporis S. Nicolai de Myræa in Barim*, qui exstat apud Ordericum Vitalem, lib. VII, et Surium, tom. III, 9 Jun. Meminit etiam Ursonis Albericus, an. 1087. Obiit ille an. 1073, ut auctor est Anonymus Barensis, XVI Kalend. Mart.

(59) *Τοιαύτην διέτριβε πεδιάδα.* Ait Anna legatum episcopi Barensis in comitatu Roberti fuisse toto illo tempore, quo bellum istud gestum est. Est enim διατρίβειν πεδιάδα hoc loco, si bene auguror, quod Galli dicimus, *passer une campagne*. Porro Barim expugnarat paulo ante Robertus. Vide *Chronicon Cassin.* lib. III, cap. 44.

(60) *Ἐπιδάμνου.* Ab Anna excepisse videtur, quæ de Dyrrachii origine habet, Guillelmus
C Apuliensis :

Quondam fuit urbs opulenta,
Magnaque, præcipue tegulosis obsita muris.
Rex Epirotarum dicier hunc Epidaurum
Pyrrhus præcepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Taurentinis sociatus non dubitavit.
281 *Inde frequens bellum, varios et passa labores,*
Evacuata viris fuit, ad nihilumque redacta.
Destructam spatio post composuere minori
Zethus et Amphion, et præcepere vocari
Dyrrachium : ducis hæc circundatur obsidione.

De Epidauri, seu Dyrrachii nomine, origine et situ, adeundi præterea Thucydides, lib. I ; Appian. lib. II *De bello civili* ; Xiphilinus, in Pompeio ; Mela cap. III ; Constant. *De themat.* lib. II, cap. 9 : Will. Tyr. lib. II, cap. 4, etc. Vide infra, pag. 370, 384.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Δ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER IV.

101 *ARGUMENTUM.*

Robertus Dyrrachium oppugnat : Alexium Augustum acie vincit.

PERIOCHE.

Robertus immensis copiis terra marique Dyrrachium oppugnat. Propugnatorum Dyrrachii timor. Georgii Palæologi pectus intrepidum. Ejusdem experientia et peritia rei militaris Omnia parat ad propugnationem. Alexium admonet per nuntios de urbis periculo. Robertus imperii, non prædæ, cupidus. Ejus machinæ et turris lignea. Interrogatus quamobrem Dyrrachium oppugnaret, quid responderit. Pseudo-Michaelem obsessis ostendit, qui eum irrident Eruptio Græcorum in Latinos. Variæ opiniones de Ræctore monacho. Sollicitudo Alexii ob potentiam Roberti. Turcos in auxilium accersit. Venetos donis et promissis in Robertum concitat. Eorum classis valida prope Dyrrachium appellit in locum Pallia dictum. Classem Roberti adoriri primo non audent. Mittit **102** *ad eos Baimundum Robertus, jubentem ut Michaelem imperatorem agnoscerent. Id illi facere differunt. Deinde melius parati præfracte negant. Baimundus, irrideri se non ferens, eos aggreditur suo damno. Nam tantum non periit illa pugna, nave in qua erat perforata haustaque fluctibus. Etiam terrestri pugna Veneti Robertum lacessunt. Erumpente eodem tempore Palæologo, Veneti recedunt. Alexius gratias iis agit, et munera largitur. Robertus nec per hiemem obsidionem deserit. Veneti redeunt. Cum iis Romana classis. Robertianos in fugam vertunt. Robertus mari pulsus nec terræ possessionem tuetur, Epirotis tributum pendere ipsi recusantibus, quem mari exclusum scirent. Classem ergo iterum parat. Difficultas annonæ Roberti exercitum vexat ; et pestis qua tribus mensibus decem hominum millia perierunt. Equitatus Roberti vastatus morbo Comites aut duces viri fortissimi ad quingentos fame morboque absumpti. Naves in fluvium subductæ cum exhausto amne in mare duci non possent, Robertus arte illi incommodo medetur. Alexius Pacuriano scribit ut copias contrahat, sibique præsto sit. Ipse imperator adversus Robertum pergit. Fratrem Isaacium Constantinopoli relinquit ad tutelam urbis, et prævertendos motus. Alexius instructa acie proficiscitur Quæ ejus copiæ, quique illarum duces. Robertus Dyrrachium vehementer oppugnat. Palæologi fortitudo et vulnera. Alexius Thessalonicæ subsistit. Roberti castra munitissima instructissimaque, jactu tantum sagittæ a muris Dyrrachii distantia. Turris lignea Roberti inutilis reddita et incensa a Palæologo. Alexius in conspectum hostium venit. Palæologum invitum et repugnantem Dyrrachio ad se evocat. Qui cum aliis senioribus ducibus prælium dissuadet, junioribus contra suadentibus. Robertus pacem offert Alexio frustra. Robertus ducibus et comitibus permittit electionem ducis alterius, cui se ipsum obsecuturum spondet. Persuadet suis ut impedimenta comburant, et naves frangant, ne spes ulla mox præliaturis fugam ostendat. Robertus tota nocte orat, ante prælium, et sacra mysteria percipit : tum aciem instruit. Alexius item. Pugna committitur. Gaita Roberti conjux milites a fuga retrahit. Barbari omnes auxiliares Alexii gladio aut igne pereunt. Cædes Alexianorum. Imperator generosissime pugnat. Solus fugere cogitur. Mirabiliter se ab insequentibus expedit, incredibili quodam equi saltu. Roberti dolor et ira in suos quod elabi Alexium sivissent. Alexius, nec vulnere nec fuga conturbatus, Achridem se recipit, et inde curam Dyrrachii gerit.*

ΑΛΕΞΙΑΣ Δ'.

Ἡ μὲν οὖν Ἤπειρος τὸν Ῥομπέρτον εἶχεν ἐν αὐτῇ αὐλιζόμενον ἑπτὰ καὶ δεκάτην ἄγοντος τοῦ Ἰουνίου

Cepit Robertus Epirum insidere castris positis quarta decima die mensis Junii indictione quarta,

cum equestribus pedestribusque copiis numerum excedentibus; iisdemque peritissime ex militaris artis disciplina structis ordinatisque, in speciem plane terribilem. Jam enim post naufragium omni ex parte coacti milites **103** una in castra convenerant. A mari vero navium omnis generis ac formæ ingens numerus, alium habentium exercitum lectissimorum juvenum navalis militiæ peritorum, sedulo nautarum innumerabilium ministerio agebatur. Ita ut qui Dyrrhachium obtinebant præsidiarii, cum se tanta mole ac conatu peti undique viderent, terrifico spectaculo tot navium, machinarumque, multitudineque incredibili hominum haud parum conturbarentur. Nihil tamen ista movebant Palæologum Georgium, virum fortissimum, et bellicis olim curis ac periculis exercitum: quique dum longa in Oriente militia, sæpissime cum hostibus manum conseril, nec minus sæpe vincit, decus meruerat palmarum plurimarum. Hic tum suæ virtutis scientia securus, totus erat in communienda civitate: nec oblitus quid in eo genere sibi esset ab imperatore demandatum, propugnacula non devincta clavis, sed quæ impulsu evolvi in ascendentes possent erigebat undique: ballistas insuper et id genus murales machinas saxa ejaculantes per mœnium coronam certis intervallis disponebat. Quin etiam si quos metu perculsos ac torpentes cerneret, erigebat verbis generosis, et ex abundantia propriæ fortitudinis ad ignavorum corroborationem conferebat. Nihil aliunde cautionis aut diligentiæ tali tempori congrue omittens. Nam et speculatores per murum late omnem habebat dispositos: et ipse murorum ambitum stationesque militares noctu interdiuque sæpius obiens, vigilare unumquemque atque in propugnationis officio jubebat esse.

Eo etiam tempore expedivit ad imperatorem nuntios cum litteris irruptionem Roberti, consiliaque ejus, et plane decretam ipsi expugnationem Dyrrachii nuntiantibus; jam enim non ipse magis præsidii Præfectus, quam militum quisque intellexerat tum ex illa ipsa tam formidolosa operosaque specie ac mole machinarum, præsertim turris igentis ligneæ ipsis Dyrrachii muris altioris, tormenta bellica et ballistas saxis jactandis in fastigio habentis; tum ex tam studiose undique conclusa circumvallatione civitatis affluxuque continuo auxiliarium ex omni parte copiarum, ad illam in dies arctandam admovendamque magis: postremo ex eo quod animadvertebant ex vastatis obiter urbibus ac vicis circumpositis, comportari ea sedulo quæ ad usum tabernaculorum castrensium et mili-

A μηνὸς (61), τῆς τετάρτης ἐπινεμήσεως, μεθ' ἱππέων καὶ πεζῶν δυνάμεων ἀριθμὸν ὑπερβαινουσῶν καὶ φοβερὸν ἰδεῖν ἀπό τε τοῦ σχήματος ἀπό τε τῆς στρατηγικῆς καταστάσεως· ἤδη γὰρ ἁπανταχόθεν αὖθις συνήθροιστο στράτευμα, ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ παντοῖον εἶδος πλοίων μεθ' ἑτέρων στρατιωτῶν ἐμπειρίαν πολλὴν τοῦ διὰ θαλάττης [77] πολέμου ἐχόντων, τὸ ναυτικὸν αὐτοῦ διεπλοΐζετο [78]. Περιστοιχισθέντες [79] οὖν οἱ τοῦ Δυῤῥαχίου ἐντὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους, θαλάττης φημὶ καὶ ἠπείρου, καὶ ἀπειροπληθεῖς τὰς τοῦ Ῥομπέρτου ὁρῶντες δυνάμεις καὶ πάντα λόγον ὑπερβαινούσας, μεγίστῳ δέει συνείχοντο. Ὁ δέ γε Παλαιολόγος Γεώργιος, γενναῖος ὢν ἀνὴρ καὶ στρατηγικὴν πᾶσαν ἐξησκημένος, μυρίους δὲ πολέμους ἀγωνισάμενος κατὰ [80] τὴν Ἕω, καὶ νικητὴς ἀναδει- B χθεὶς, ἀκατάπληκτος ὢν, τὴν πόλιν κατωχύρου, τάς τε ἐπάλξεις κατασκευάζων, κατὰ τὰς ὑποθημοσύνας τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ λιθοβόλοις τὰ τείχη καταπυκνῶν μηχανήμασι, τούς τε ἀναπεπτωκότας τῶν στρατιωτῶν ἀνακτώμενος, καὶ σκοποὺς δι' ὅλου καταστήσας τοῦ τείχους. Καὶ αὐτὸς δὴ περιπολεύων διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπαγρυπνεῖν τοὺς φυλάσσοντας παρεκελεύετο.

C Τηνικαῦτα δὲ καὶ διὰ γραμμάτων (62) τὴν τοῦ Ῥομπέρτου ἔφοδον ἐδήλου τῷ αὐτοκράτορι, καὶ ὅτι τὴν πόλιν πολιορκήσων τὸ Δυῤῥάχιον παρεγένετο. Οἱ δὲ ἐντὸς, ὁρῶντες τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις καὶ τὸν κατασκευασθέντα ὑπερμεγέθη μόσυνα (63) ὑπερανεστηκότα καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ [81] Δυῤῥαχίου τειχῶν, βύρσαις τε πανταχόθεν [82] περιπεφραγμένον, καὶ τὰ λιθοβόλα μηχανήματα κατὰ κορυφὴν τούτου ἱστάμενα, τήν τε πᾶσαν περιβολὴν τῶν τειχῶν ἔξωθεν τοῦ στρατοπέδου περιζωσθεῖσαν, καὶ τοὺς ἁπανταχόθεν συῤῥέοντας συμμάχους πρὸς τὸν Ῥομπέρτον, καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐξ ἐπιδρομῆς πορθουμένας [83], δέει συνείχοντο, διαγινώσκοντες ἤδη τὸν σκοπὸν τοῦ δουκὸς Ῥομπέρτου, ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ πόλεις καὶ χώρας δηώσασθαι καὶ λείαν πολλὴν D ἐκ τούτων συγκομισάμενος, αὖθις εἰς Ἀπουλίαν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[77] θαλάσσης. [78] διεπλωΐζετο. [79] περιστοιχίσαντες. [80] περί. [81] Deest vocula τοῦ. [82] πανταχοῦ. [83] πορθουμένας, καὶ τὰς καλύβας ἐκεῖθεν πολλαπλασιαζομένας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) *Ἰουνίου μηνός*. Ordericus, lib. VII: *Deinde prosperis ventis aspirantibus, per mare Dyracio applicuit, et oppidanis viriliter obstantibus in fine mensis Junii urbem obsedit.* Anonymus Barensis an. 1081: *In mense Junii pervenit* (dux Robertus) *per mare et terra super Durachio, et congiravit eam per mare et per terram, pugnavitque ea cum multis machinis.* Incidit vero indictio 4 in an. Ch. 1081.

(62) *Διὰ γραμμάτων*. Gaufredus Malaterra, lib. III, cap. 25:

Constantinopolim Cartula mittitur,
Hostes in prœlio adfore dicitur.
Ereptum veniant cum pretio quæritur.
Ne subdantur hostibus.

(63) *Ὑπερμεγέθη μόσυνα* Guill. Apuliensis:

Oppugnare modis dux nititur omnibus urbem,
Atque operis miri fabricatur lignea turris;
Hanc super est ingens erecta petraria, magnos
Projiciens jactus, ut mœnia diruat urbis.

ἐπαναστρέψαι, ὡς ἁπανταχοῦ διεκκρυχεύετο [84], τὸ A Ἰλλυρικὸν πεδίον κατέλαβεν, ἀλλὰ τῆς ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἱμειρόμενος, τὸ Δυῤῥάχιον ὃ φασιν, ἐκ πρώτης ἀφετηρίας πολιορκῆσαι ἠπείγετο. Κελεύει τοίνυν ὁ Παλαιολόγος ἄνωθεν πυθέσθαι ὅτου χάριν παραγέγονεν. Ὁ δέ φησιν (64)· Ὥστε τὸν τῆς βασιλείας ἐξωσθέντα Μιχαήλ, τὸν ἐμὸν κηδεστὴν εἰς τὴν ἰδίαν τιμὴν αὖθις ἀποκαταστῆσαι, καὶ τὰς εἰς αὐτὸν γεγονυίας ὕβρεις ἐπεξελθεῖν καὶ τὸ ὅλον ἐκδικῆσαι αὐτόν. Οἱ δέ φασι πρὸς αὐτὸν ὡς Εἰ τὸν Μιχαὴλ θεασάμενοι γνωρίσομεν, προσκυνήσομέν τε εὐθὺς αὐτὸν καὶ τὴν πόλιν παραδῶμεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ῥομπέρτος προστάσσει εὐθὺς τὸν Μιχαὴλ λαμπρᾶς ἀμφιασθέντα, ὑποδειχθῆναι [85] τοῖς τῆς πόλεως οἰκήτορσιν. Ἀπαγαγόντες δὲ τοῦτον [86] μετὰ λαμπρᾶς προπομπῆς, B παντοίοις ὀργάνοις μουσικοῖς, καὶ κυμβάλοις κατακτυπούμενον ὑποδεικνύουσιν. Ἅμα δὲ τῷ τοῦτον θεάσασθαι, ἄνωθεν μυρίαις [87] ὕβρεσιν ἔπλυνον [88], μὴ ἐπιγινώσκειν αὐτὸν ὅλως διισχυριζόμενοι. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος παρ' οὐδὲν ταῦτα θέμενος, τοῦ προκειμένου ἔργου εἴχετο. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα οἵ τε ἐντὸς οἵ τε ἐκτὸς [89] πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, ἄφνω τῆς πόλεως ἐκπηδήσαντές τινες, μετὰ τῶν Λατίνων συναίρουσι πόλεμον· καὶ μερικῶς αὐτοὺς καταβλάψαντες αὖθις εἰσῆλθον εἰς τὸ Δυῤῥάχιον.

A tarium tuguriorum, qualia in obsidionibus excitari solent, prodesse poterant, adeoque jam ex ista materia multas esse domunculas constructas, aliasque quotidie construi. Ex his, inquam, omnes intellexerant, nequaquam, ut percrebuerat, prædæ solius cupidum esse Robertum, ideoque post vastatam direptamque regionem, onusto exercitu et satiata cupiditate, plenum mox in Italiam regressurum; sed expeditioni ejus ditionem atque imperium esse propositum, cujus clavim hanc quamdam atque arcem Dyrrachium sibi quovis sumptu conatuve subjicere omnino in animum induxisset, quod ad eum quem sequebatur assequendum finem ex isto progrediendum initio videbat. Ut autem idipsum præterea confirmaretur ex verbis ipsius, B jussit Palæologus percontari superne milites suos a Robertianis **104** ipsoque illorum duce, quam ob causam contra ipsos venirent? Quibus responderi Robertus jussit: expeditionem a se susceptam eo animo, ut affinem suum Michaelem imperiali solio exturbatum, dignitati pristinæ restitueret, injuriasque ac contumelias ipsi factas ulcisceretur. Ad ea Dyrrachienses: se Michaelem vidisse, si is ostenderetur ipsis, continuo se agnituros veneraturosque nec moram facturos ullam dedendæ civitatis. Quo Robertus audito, suis edicit Pseudo-Michaelem producant, regieque ornatum cum splendida pompa et musicorum omnis generis instrumentorum cantu, Dyrrachiensibus ostentent. Ita factum est. Verum ad id spectaculum milites ex propugnaculis cooriri contra magnis vocibus, exsibilareque ac convitiorum plaustris desuper conspuicare hominem; tum dicere monstrari quidem sibi os importunum plagiarii nebulonis, non Michaelis olim Augusti, quem præclare nossent. His pro nihilo Robertus habitis, sedulo instabat ceptis, ad finem expugnationis propositum toto impetu festinans. Per id ferme colloquii tempus insperato erumpentes e civitate quidam certamen conseruere cum Latinis, detrimentoque illato recessere.

Περὶ δέ γε τοῦ συνεφεπομένου μοναχοῦ τῷ Ῥο- C μπέρτῳ διαφόρου γνώμης ἦσαν οἱ πλείους. Οἱ μὲν διεκήρυττον τὸν οἰνοχόον λέγοντες εἶναι Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Δούκα, οἱ δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον διεβεβαιοῦντο τὸν αὐτοκράτορα Μιχαὴλ τὸν τοῦ βαρβάρου συμπένθερον (65), δι' ὃν καὶ τὸν πολὺν ἀνείλετο πόλεμον ὥς φασιν· ἔνιοι δὲ διενίσταντο ἀκριβῶς εἰδέναι, ὅτι σκῆψις ἦν τὸ ὅλον τοῦ Ῥομπέρτου. Οὐ γὰρ

C Quanquam vero quæ diximus de ostenso exploratoque monacho Michaelem simulante, ita successerunt; grassabantur tamen per obsessam civitatem locaque circumposita Romanæ ditionis variæ de illo sententiæ, scindebantque in contrarios sensus incertum vulgus. Erant qui tanquam de noto ipsis capite haud dubie pronuntiarent, fuisse illum pincernam Michaelis: alii enimvero confirmabant

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] διεκηρυκεύετο. [85] λαμπρῶς ἀμφιασθῆναι καὶ ὑποδειχθῆναι. [86] τὸν τοιοῦτον. [87] μυρίοις. [88] ἐπέπλυνον. [89] καὶ ἐκτός.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(64) *Ὁ δέ φησιν.* Idem poeta:

Legatos mittunt, cur venerit ipse, requirunt.
Dux venisse refert se, regni sede repulsus
Immerito Michael ut restituatur honori.
Illi promittunt urbis quos ipse petebat
Ingressus, nunquam viso Michaele negandos.
Cornicinum sonitu circumdatus atque tubarum
Et plectris, qui se Michaelem finxerat esse,
More coronatus deducitur imperiali.
Circumvallatus cantantibus undique turbis.
Unanimi cives, hunc ut videre, cachinno
Visum derident, dicentes, ipse solebat
Crateras mensis plenos deferre lyæo,
Et de pincernis erat inferioribus unus.

(65) *Συμπένθερον.* Michael Ducas imp. dicitur consocer Roberti, propter nuptias initas inter utriusque liberos, quæ vis est vocis *συμπένθερος*. Vide supra pag. 28, 52. Cæterum quandoquidem erant non pauci qui non larvam, sed genuinum Michaelem esse existimabant, et affirmabant, jure D in dubium vocari potest, fueritne in vivis Michael, cum Dyrrachinam obsidionem aggressus est Robertus. Nam si etiamnum superstes fuisset, vix est ut credatur Rectorem hunc monachum eo venisse impudentiæ, ut Michaelem nedum exstinctum effingere voluerit. Deinde id saltem indicasset, vel certe non **282** siluisset Anna. Scio Scylitzem referre Michaelem a Botaniata exactum in monasterio Manuelis vitam produxisse usque ad Alexii tempora a quo benigne habitus est, eoque imperante mortem obiisse. Verum hac in re fidem ne mercatur Scylitzes, aliorum judicium.

A αὐτόμολος εἰς αὐτὸν ἐκεῖνος [90] ἐληλύθει, ἀλλ' ἐπεὶ ἀπὸ ἐσχάτης πενίας καὶ τύχης ἀφανοῦς διὰ δραστηριότητα φύσεως καὶ φρονήματος ὄγκον, πασῶν τῶν κατὰ τὴν Λογγιβαρδίαν πόλεων καὶ χωρῶν καὶ αὐτῆς τῆς Ἀπουληΐας ἐγκρατὴς γεγονὼς κύριον ἑαυτὸν κατέστησεν, ὡς ὁ λόγος ἄνωθεν φθάσας ἱστόρησε, μετ' οὐ πολὺ εἰς ἔφεσιν πλειόνων ἐλθὼν, ὁποῖα ταῖς ἀκορέστοις ἐγγίγνεσθαι εἴωθε [91] ψυχαῖς, τῶν κατὰ τὸ [92] Ἰλλυρικὸν διακειμένων πόλεων δεῖν ἔγνω ἀποπειρᾶσθαι. Καὶ οὕτως εἰ εὔοδα αὐτῷ τὰ πράγματα γένοιτο, τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. Καὶ γὰρ πᾶς φιλοχρήματος, ἐπειδὰν ἀρχῆς δράξοιτο γαγγραίνης οὐδὲν [93] διενήνοχεν, ἥτις ἐπειδὰν σώματος ἐπιλάβοιτο οὐδαμῶς ἵσταται, μέχρις ἂν τὸ ὅλον διαπορευομένη λυμήνηται.

Michaelem esse ipsum Augustum, cujus calamitate excitus pro jure ac necessitudine affinitatis Robertus arma cepisset. Nonnulli perseverabant, plane sibi compertum, meram eam esse fabulam, fictumque commentum vafri hominis Roberti bello injusto prætextum plausibilem obtendentis. Neque enim ullo esse modo verisimile Michaelem Ducam ad Robertum transfugisse, aut aliam quærendam belli causam esse, quam ejusdem Roberti avaritiam, quæ primis successibus illecta, irrevocabiliter in cætera feratur; dulcedine primi questus ad cæteram prædæ adhuc intactæ rapinam instigante: nihilque adeo id mirum in tali homine, qui cum ex ultima egestate humillimæ fortunæ, inquietudine naturæ, audacique non minus quam felice industria, prudentia non vulgari dirigente, se ipsum excitaverit usque ad regni apicem, urbibus et regionibus omnibus Longobardiæ primum, deinde etiam Apuliæ sibi, ut superius memoratum est, subjiciendis, jam ut consentaneum usitatumque est, degustato semel lucro, cupiditatem continere nequeat; quin adjectis ad Illyrici oram civitatesque tractus istius oculis, experiendam in iis et consolandam rapacitatem suam interim censeat: certus, si votis eventa nunc quoque responderint, grassari semper ulterius in quæque obvia pro more ac natura avaritiæ, **105** quam merito gangrænæ comparaveris: ut enim illa lues si semel membrum quodvis arripuerit, serpit in cætera continuo, nec uspiam quiescit donec corpus universum tabefecerit: sic ea pestis animi quidquid quavis in parte admomorderit, universum comprehendere absorbereque irrevocabili impetu pergit; ac nisi ceptis aut progressibus efferis vis resistentium major occursaverit, prorsus absumat usque ad extremum.

B Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ πάντα διὰ γραμμάτων τοῦ Παλαιολόγου ἀναδιδαχθεὶς, καὶ ὅτι κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα διαπεράσας (ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε) καὶ τοσούτῳ κλύδωνι καὶ ναυαγίῳ κατασχεθεὶς καὶ οἵᾳ θεομηνίᾳ περιπεσὼν, οὐχ ὑπεστάλη, ἀλλὰ τὸν Αὐλῶνα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ συνελθόντων ἐξ ἐφόδου κατέσχε, καὶ ὅπως αὖθις ἁπανταχόθεν ἀπειροπληθεῖς δυνάμεις ἐς αὐτὸν συῤῥέουσι νιφάσιν ἐοικυῖαι χειμερίῃσι καὶ οἱ κουφότεροι τὸν ψευδώνυμον ἐπ' ἀληθείας Μιχαὴλ εἶναι τὸν βασιλέα πιστεύοντες προσέρχονται τῷ Ῥομπέρτῳ, ἐδεδίει πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως ἀποβλέπων μέγεθος. Καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις μηδὲ τὸ πολλοστὸν τῶν τοῦ Ῥομπέρτου σωζούσας κατανοῶν, δέον ἔκρινεν ἐκ τῆς Ἑῴας Τούρκους μετακαλέσασθαι, καὶ τηνικαῦτα περὶ C τούτου δηλοῖ τῷ σουλτάνῳ (66). Ἀλλὰ καὶ τοὺς Βενετικοὺς (67) προσκαλεῖται δι' ὑποσχέσεων καὶ δώρων (ἀφ' ὧν, ὥς φασι, καὶ τὸ Βενετὸν χρῶμα (68) ἐν ταῖς ἱππικαῖς ἁμίλλαις Ῥωμαίοις ἐξεύρηται), τὰ μὲν ἐπαγγειλάμενος, τὰ δὲ καὶ προτείνων

Allatis porro ad imperatorem Palæologi litteris quæ de trajectu Roberti mense Junio facto, deque naufragio ac cœlesti in eum ira, quæ frustra illum admonuerat, item de occupato obiter Aulone, deque infinitis copiis nivium instar hibernarum ad eum undecunque confluentibus, indicabant: nec illud dissimulantes, esse aliquos qui persuaderi sibi sinerent Michaelem olim Augustum revera cum Roberto esse, eoque in ejus partes trahi; his, inquam, omnibus Alexius acceptis, in gravem de summa rerum sollicitudinem incidit, magnitudinem periculi in quo res publica versaretur etiam atque etiam secum reputans. Ac cum facile cerneret, quas haberet ad manum speraretve copias, ne unam quidem partem ex plurimis quæ Roberti exercitum conflabant æquare multitudine posse, statuit sibi esse ex Oriente Turcos evocandos; idque agere missis nuntiis cum sultano cepit. Venetos quoque (a quibus color in circensibus ludicris ad discrimen factionis alterius celebri usu adhi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] ἐκεῖνον. [91] εἴωθε γίνεσθαι. [92] Deest vocula τό. [93] κατὰ οὐδέν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(66) *Σουλτάνῳ*. Solymanno Nicæensi toparchæ, quocum paulo ante fœdus pepigerat Alexius. Vide pag. 97.

(67) *Τοὺς Βενετικούς*. Venetos in auxilium Græcorum ascitos narrant etiam Guil. Apul. Malaterra, lib. 3, cap. 26; anonymus Barensis, et Sabellicus dec. 1 lib. IV extremo.

(68) *Τὸ Βενετὸν χρῶμα*. Seu, ut alii, quod Venetis cærulei colores fierent. Anonymus scriptor, τὸ Βενετὸν, ἀπὸ Βενετίας ὠνόμασται, ἐν ᾗ γίνεται τὰ κυανᾶ χρώματα. Adde Isidorum, lib. XIX Orig. cap. 17, et Vegetium, lib. V, cap. 7. Male, inquit Alamannus, nam ante conditas Venetias id nomen fuit, cum Suetonius Venetæ factionis meminerit in Vitell. cap. 14. Ita sane si Venetias hodiernas intelligat. At fuerunt ante Suetonium non Veneti D modo, sed et Venetiæ, quod nomen reperitur apud Livium, Plinium, Florum, Velleium, et alios, quos laudat in *Italia* sua Phil. Cluverius, lib. I, cap. 17. Vide præterea Paulum Warnefrid. *De gest. Langob.* lib. II, cap. 14; et S. Augustin. lib. VI, *Contra Faustum Manichæum*, cap. 8.

ἤδη, εἰ μόνον θελήσαιεν τὸ ναυτικὸν ἁπάσης τῆς χώρας αὐτῶν ἐξοπλίσαι καὶ τάχιον εἰς τὸ Δυῤῥάχιον καταλαβεῖν, ἐφ' ᾧ τοῦτο μὲν φυλάξαι, μετὰ δὲ τοῦ στόλου τοῦ Ῥομπέρτου καρτερὸν συστήσασθαι πόλεμον. Καὶ εἰ κατὰ τὰ μηνυθέντα [94] αὐτοῖς ποιήσαιεν, εἴτε Θεοῦ ἐπαρήγοντος τὴν νικῶσαν σχοῖεν, εἴτε (ὁποῖα συμβαίνειν εἴωθεν) ἡττηθεῖεν, ἐκεῖνα αὐτὰ λήψονται κατὰ τὰ ὑπεσχημένα, ὥσπερ εἰ κατὰ κράτος ἐνίκησαν. Ἀλλὰ καὶ ὁπόσα τῶν θελημάτων αὐτῶν μὴ ἐπισφαλῆ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ εἶεν, ἀποπληρωθήσονται [95] διὰ χρυσοβούλλων λόγων ἐμπεδωθέντα. Οἱ δὲ τούτων ἀκούσαντες, πάντα ὅσαπερ ἤθελον αὖθις διὰ πρέσβεων ἐξαιτησάμενοι, τὰς ὑποσχέσεις βεβαίας λαμβάνουσι. Τηνικαῦτα γοῦν [τοίνυν] στόλον εὐτρεπίσαντες διὰ παντοίου εἴδους πλοίων τὸν πρὸς Δυῤῥάχιον ἀπόπλουν ἐποιοῦντο σὺν εὐταξίᾳ πολλῇ. Καὶ πολλὰς κελεύθους διανηξάμενοι κατέλαβον τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς ὑπεραμώμου Θεοτόκου πάλαι ἀνοικοδομηθὲν τέμενος εἰς τόπον *Παλλία* καλούμενον, ἀπέχοντα τῆς παρεμβολῆς τοῦ Ῥομπέρτου, ἔξωθεν τοῦ Δυῤῥαχίου κειμένης, ὡσεὶ σταδίους ὀκτωκαίδεκα. Θεασάμενοι δὲ τὸ ναυτικὸν τοῦ Ῥομπέρτου ἐκεῖθεν τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου παντοίῳ εἴδει πολεμικῶν ὀργάνων περιπεφραγμένον, ἀπεδειλίασαν πρὸς τὸν πόλεμον. Μεμαθηκὼς δὲ τὴν τούτων ἔλευσιν ὁ Ῥομπέρτος, πέμπει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον πρὸς αὐτοὺς μετὰ στόλου, μηνύων εὐφημῆσαι τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ αὐτὸν τὸν Ῥομπέρτον. Οἱ δὲ εἰς νέωτα τὴν εὐφημίαν ἀνήρτων. Ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ἐπεὶ οὐκ ἐνῆν αὐτοῖς ταῖς ἀκταῖς προσπελάσαι, νηνεμίας οὔσης, συναρτήσαντες τὰ μείζονα τῶν πλοίων, καλωδίοις τε δεσμήσαντες, καὶ τὸν λεγόμενον πελαγολιμένα (69) συναρτίσαντες, πύργους τε ξυλίνους (70) ἐν τοῖς

A bitus nomen invenit) concitare adversus Robertum studuit, oblatione promissioneque donorum ab eis contendens, ut nauticum omnem suum apparatum quam primum educerent suis portubus, Dyrrhachiumque peterent ac tuerentur, pugnamque navalem cum Roberti classe committerent, certis sibi in quovis eventu suis præmiis. Sive enim, Deo juvante, vincerent; sive ut sunt casus rerum, humanitus aliquid paterentur, eadem se repræsentaturum quæ polliceretur. Quod si quæ præterea cuperent, quæ salva republica concedi possent, facillimum in annuendo se futurum, concessionibusque firmitatem æternam, Bullarum Aurearum expeditione adjuncturum. Hæc nequaquam aspernanda Venetis sunt visa. Miserunt ergo legatos qui postulationes ipsorum proponerent: quibus B cum plane satis esset factum solvit versus Dyrrachium valida Venetorum classis, multitudine navium omnis generis et militari disciplina, ordinatissimaque dispositione terribilis. Ea magnos emensa maris tractus, appulit tandem ad locum dictum Pallia, ubi visebatur templum olim exstructum in nomine purissimæ et superimmaculatæ Dei Matris, distans a Roberti castris extra Dyrrhachium munitis, intervallo stadiorum ferme octodecim. Inde Veneti speculati Roberti classem **106** e regione Dyrrhachii positam, copiosissime instructam omni armorum machinarumque genere, quibus aut sese tueri, aut nocere hostibus posset, ausi sane non sunt eam lacessere, præliique aleam jacere. At C Robertus eorum adventu comperto, Baimundum comitante classe ad ipsos misit, cum mandatis: ut Michaelem Augustum ipsumque Robertum agnoscerent, venerationemque acclamatione testarentur.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] διαμηνυθέντα. [95] ἀποπληρωθήσεται.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(69) *Πελαγολιμένα*. Portum in mari ipso faciebant, aut quando cessante vento, proximo littori naves admovere non poterant, ut hic apud Annam: aut si in loca importuosa et arenosa inciderant. Tunc enim majora navigia in unam seriem, in speciem lunæ crescentis, ordinata; eaque saccis arena completis in modum anchoræ pendentibus communiebant, idque πελαγολιμένα ποιεῖν appellant Anna hoc loco et lib. VI, pag. 160; et Leo Aug. in *Tactic.* cap. 20, § 196. Willelm. Nangius in S. Ludovico. a. 1269: *Circa vero solis occasum venitur ad* 10 *milliaria prope portum, sed vento verso in contrarium, non potuit accessus ad portum fieri tota die. Jactantur ergo anchoræ, et de non portu portus efficitur.* Respexit forte Nangius illud Claudiani *De bello Gild.*

Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus, ingenti mansuescunt stagna recessu.

Huc etiam spectant illa Vegetii, lib. V, cap. ult. *Quod si cautela hostium evitatis insidiis publico Marte confligat, tunc liburnarum instruendæ sunt acies, non directæ, ut in campo, sed incurvæ ad similitudinem lunæ: ita ut productis cornibus acies media simuletur, ut si adversarii perrumpere tentaverint, ipsa ordinatione circumdati deprimantur.* Vide Joan. Schefferum lib. III *De militia veterum*, cap. 5.

(70) *Πύργους τε ξυλίνους*. Malaterra, lib III, cap. 26, de hoc navali prælio scribens: *Venetiani naves suas pluribus commeatibus aggregatas nocturno silentio exonerando levigantes, et in summitate mali uniuscujusque navis solium duorum vel trium hominum arte componentes, lapidibusque et pilis ad jaciendum munientes, sese ad defensionem, potius, quam ad deditionem aptant.* In majoribus porro D liburnis propugnacula turresque constituebantur, ait Vegetius, lib. V, cap. 14: *Ut tanquam de muro, ita de excelsioribus tabulatis facilius vulnerarent inimicos.* Castellatas naves vocat ejusmodi navigia Paulus Diac. lib. XVIII *Hist. Misc.*: πλοῖα καστελλόμενα, Theophanes; ipsa vero castella, ξυλόκαστρα, Leo in *Tact.* cap 19, § 7, e quibus milites in mediam hostilem navem jaciebant, ἢ λίθους μολίσκους, ἢ σίδηρα βαρέα, οἷον μάζας ξιφοειδεῖς, δι' ὧν ἢ τὴν ναῦν διατρύφουσιν, ἢ τοὺς ὑποκειμένους συνθλάσουσιν σφοδρῶς καταφερόμενα. Tactica Philippi ducis Clivensis D. Ravestani: *Aussi pareillement leur nef devant et derrière est toute pomptée, et converte de gros chables pour garder les pierres et les barres de fer, que ceux des hunes jettent en bas: car c'est la chose qui fait le pis, quand l'on est a aborder, que les coups qui viennent des hunes.*

Ea re Veneti in crastinum dilata, insequente vespera, quoniam cessante vento admovere se littori non poterant, majora navigia in unam seriem ordinata rudentibus inter se devinciunt, eumque, qui dici solet, ***maritimum portum*** ipsa sinuatæ aciei structura, naviumque objectu magnarum undique disposito, efficiunt. Tum vero ligneas turres in loco velorum excitant, in quas attrahunt funibus ordineque in iis locant scaphas omnes suas, certo armatorum numero in singulas tributo; congesta ipsis telorum copia. Erant autem ea tela hujus formæ. Crassissimos stipites in partes dissecuerant, longitudine non ultra cubitalem : eos caudices duriores gravioresque, ideo ad nocendum aptiores reddiderant magnis undique atque acutis infixis clavis. Sic comparati Francicæ classis opperiebantur adventum. Nec defuit illucescente jam die Baimundus, promissam heri acclamationem repetens : sed cum nihil aliud nisi grandes in faciem contumelias referret, ignominiæ impatiens toto impetu in navigia Venetorum invehitur : quem cætera mox classe consequente atrox pugna committitur a Baimundo præsertim; quem ultra innatum ardorem aculei conviciorum irritaverant. Ergo dum instat ferocius prætoriamque suam fixis Venetorum navigiis licentius admovet, illi uno ex truncis quos diximus ex alto in navem Baimundi devoluto, eam perforant; quæ subeunte per labem aqua cum sorberetur fluctibus, repente vectores pro se quisque fugere, et scilicet in idipsum quod fugiebant malum fuga ipsa ruere : mergi enim in navi metuentes, mergebantur in mari. Hoc ferme fato absumpti sunt omnes qui Venetorum ictibus in ipso prælio non ceciderant. Baimundus vero in

A ἱστίοις αὐτῶν οἰκοδομήσαντες, διὰ καλωδίων ἀνήγαγον ἐν αὐτοῖς τὰ ἑκάστῳ αὐτῶν συνεφεπόμενα μικρὰ ἀκάτια. Ἐντὸς δὲ τῶν τοιούτων ἄνδρας ἐνόπλους εἰσαγαγόντες, ξύλα τε παχύτατα εἰς μέρη διατεμόντες, οὐκ εἰς πλεῖον πήχεως ἑνὸς, σιδηρέους ἥλους ὀξεῖς ἐμπήξαντες ἐν αὐτοῖς, τὴν τοῦ Φραγγικοῦ στόλου ἐξεδέχοντο ἔλευσιν. Ἡμέρας δὲ ἤδη αὐγαζούσης, καταλαμβάνει ὁ Βαϊμοῦντος τὴν εὐφημίαν ἐξαιτούμενος. Τῶν δὲ εἰς τὸν πώγωνα (71) αὐτοῦ ἐφυβρισάντων, τοῦτο ὁ Βαϊμοῦντος μὴ ἐνεγκὼν, αὐτὸς πρῶτος κατ' αὐτῶν ἐξορμήσας, τοῖς μεγίστοις τῶν αὐτῶν πλοίων προσεπέλασεν, εἶτα καὶ ὁ λοιπὸς στόλος. Καρτεροῦ δὲ πολέμου συῤῥαγέντος, ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος καρτερώτερον αὐτοῖς ἐπεμάχετο, ἐκ τῶν εἰρημένων ξύλων ἄνωθεν ῥίψαντες, εὐθὺς διέ-B τρησαν τὴν ναῦν, ἐν ᾗ ὁ Βαϊμοῦντος ἐτύγχανεν ὤν. Ὡς δὲ, ἀναῤῥοιβδήσαντος τοῦ ὕδατος, καταποντίζεσθαι ἔμελλον, οἱ μὲν ἐξερχόμενοι τῆς νεὼς ἐξ ἧσπερ [26] ἔφυγον, εἰς τοῦτ' αὐτὸ ἐνέπιπτον καὶ ἐβυθίζοντο, οἱ δὲ μετὰ τῶν Βενετικῶν μαχόμενοι ἀνῃρέθησαν· ἐκεῖνος δὲ εἰς κίνδυνον ἤδη ἐληλακὼς, εἰς ἓν τῶν αὐτοῦ πλοίων εἰσπηδήσας, εἴσεισιν. Ἐπὶ πλέον δὲ θαῤῥήσαντες οἱ Βενετικοὶ, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν μάχην θαῤῥαλεώτερον συνάψαντες καὶ τελείως κατατροπωσάμενοι τούτους, ἐδίωξαν ἄχρι τῆς τοῦ Ῥομπέρτου σκηνῆς. Ἅμα δὲ τῷ τῇ χέρσῳ πελάσαι, εἰσπηδήσαντες ἄλλον πόλεμον μετὰ τοῦ Ῥομπέρτου συνάπτουσι. Τούτους θεασάμενος ὁ Παλαιολόγος, ἐξελθὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ κάστρου Δυῤῥαχίου μα-C χόμενος ἦν μετ' αὐτῶν. Καρτεροῦ γοῦν γεγονότος πολέμου, καὶ μέχρι τῆς Ῥομπέρτου παρεμβολῆς φθάσαντος, ἐκεῖθεν ταύτης πολλοὶ ἐδιώχθησαν. πολλοὶ δὲ καὶ παρανάλωμα ξιφῶν (72) γεγόνασιν. Οἱ δὲ Βενέτικοι, λείαν πολλὴν ἀφελόμενοι, εἰς τα

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[26] οὗπερ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

283 (71) *Πώγωνα*. Est sane quod miremur, cur Veneti Boemundo Latino, seu Franco, barbam exprobrarint, cum ea tempestate apud Latinos et Francos barbam rasitare passim usu receptum esset Guibertus coætaneus scriptor, lib. v *Gest. Dei per Franc.* cap. 6 : *Nostris autem in assiduo positis procinctu, fatiscentium genarum maciem horribilis primum situs ambierat, et Francico more incuria diuturnæ peregrinationis omisso, barbulam quisque rasitare distulerat.* Id ipsum de Latinis testantur Willelmus Tyrius, lib. ii, cap. 2; Jacobus de Vitriaco, lib. i, cap. 73; Radevicus, lib. iv *Gest. Frider.* cap. 50; Nicetas in Isaac. lib. i, n. 10; Gregoras, lib. ix, et alii sine numero. Sed præsertim morem hunc Normannis ipsis ascribit Willelmus Malmesbur. lib. iii *De gest. reg. Angl.* dum narrat speculatores *ab Haraldo Anglorum rege in Willelmi nothi castra submissos, retulisse, pene omnes in exercitu illo presbyteros videri, quod totam faciem cum utroque labro rasam haberent.* Et Matthæus Paris, an. 1196. *Willelmo itaque filio Roberti, cognomento, cum barba, cujus genus avitum ob indignationem Normannorum radere barbam contempsit*, etc. Quin et ipse Boemundus, quod Anna infert, pag. 404, mentum acie novaculæ ad cutem radebat, ita ut cujus fuerit coloris ejus barba, dicere illa non potuerit. An igitur Veneti ipsi barbati Boemundo imberbes genas objecere, quemadmodum semiviris solemus? Nam constat ejus ævi Venetos non receptum a cæteris Latinis usum amplexos, sed Græcorum instar, quorum mores etiam in vestibus D retinuere, barbam nutrivisse. Quod Ordelafi Falieri ducis, qui hoc sæculo vixit, effigies, quæ in ecclesia S. Marci Venetiis conspicitur, et aliæ aliquot veterum nobilium Venetorum, quas repræsentat Cæsar Vecellius, lib. *Degli habiti antichi et moderni*, satis confirmant. Unde cum post Alexii excessum, inter Joannem filium et Venetos simultas nescio quæ orta esset, *decretum fuit ut Veneti, qui huc usque barbas nutriverant, de cætero imberbes efficerentur*, ut auctor est in Annalibus Dandulus, ad an. 1126. V. Notata ad pag. 165.

(72) *Παρανάλωμα ξιφῶν*. Victoriam Venetorum attigit etiam Guillelmus Apuliensis.

Crastina progrediens aurora fugaverat umbras,
Ad bellum populus navale paratur uterque,
Amplius hujus erat, quia gnara Venetica belli
Gens ruit audacter : classis ducis expavefacta
Ad portum fugitiva redit, sic pugna remansit
Ter redeunte die, gens multa Venetica portum
Appetit, et naves Roberti Marte lacessit.

ἴδια πλοῖα παλινοστήσαντες εἰσῄεσαν. Ὁ δὲ Παλαιολόγος εἰς τὸ κάστρον εὐθὺς εἴσεισιν. Ἡμέρας γοῦν τινὰς οἱ Βενετικοὶ διαναπαυσάμενοι, ἀποστέλλουσι πρὸς τὸν βασιλέα πρέσβεις διαμηνύοντες τὰ γεγονότα. Ὁ δὲ φιλοφρονησάμενος αὐτοὺς ὡς εἰκὸς, καὶ μυρίων εὐεργεσιῶν ἀξιώσας, ἀπέλυσεν, ἀποστείλας μετ' αὐτῶν χρήματα ἱκανὰ πρός τε τὸν δοῦκα Βενετίας (73) καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντας.

A extremum discrimen adductus, ægre in aliud navigium evadens se subduxit. Duce sic amoto in reliquos jam perculsos Veneti vehementius invecti, plane omnes in fugam averterunt, insequentes usque ad tabernaculum Roberti : quin etiam exscensione subito facta manum cum Roberto conserunt : quod conspicatus ex speculis arcis suæ Palæologus, erupit et ipse de repente, conjunctoque impetu cum Venetis, haud segni manu hostes adortus, periculum usque ad castra Roberti promovit, eo enim usque fuga et trepidatio perlata est, cæsis per campos gladio plurimis. Veneti prædam multam in navigia sua **107** reportarunt : Palæologus vero se in arcem recepit. Post hæc aliquot diebus ibi morati Veneti, nuntios ad imperatorem miserunt, indicaturos quæ contigerant : qui eos ut par erat benevolentissime exceptos beneficiis onustos innumeris remisit, cum non modica pecuniæ summa qua et ducem Venetiarum et alios sub ipso ejus reipublicæ magistratus munerabatur.

Ὁ δὲ Ῥομπέρτος, μαχιμώτατος ὤν, δεῖν ἔγνω μὴ B ἀφίστασθαι τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καρτερῶς μάχεσθαι. Χειμῶνος δὲ ὄντος οὐκ ἦν αὐτῷ τὰ πλοῖα εἰς τὴν θάλασσαν καθελκῦσαι· ἀπεῖργε δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας ἐρχομένους, καὶ τοὺς τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ ἐκεῖθεν κομίζοντας, ὅ τε Ῥωμαϊκὸς, καὶ ὁ τῶν Βενετικῶν στόλος, τὸν ἀναμεταξὺ πορθμὸν ἐπιμελῶς τηροῦντες. Ὡς δὲ τὸ ἔαρ (74) ἤδη παρῆν, καὶ ὁ θαλάττιος κλύδων ἐπέπαυτο [97], πρῶτον μὲν οἱ Βενετικοὶ λύσαντες τὰ πρυμνήσια κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἐξώρμησαν· ἐχομένως δὲ τούτοις ὁ Μαύριξ κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπέπλευσε στόλου, καὶ συναίρεται πόλεμος ἐντεῦθεν βαρύτατος, καὶ οἱ τοῦ Ῥομπέρτου τα νῶτα διδόασιν. Εἶτα δεῖν ἔγνω ὁ Ῥομπέρτος ἅπαντα τὸν αὐτοῦ στόλον ἑλκῦσαι εἰς τὴν χέρσον. Οἱ C δὲ νησιῶται, καὶ τὰ παρὰ θάλατταν τῆς ἠπείρου πολίχνια, καὶ ὁπόσοι ἄλλοι φόρους παρεῖχον τῷ Ῥομπέρτῳ, τεθαῤῥηκότες διὰ τὰ συμπεσόντα αὐτῷ, οὐχ ἑτοίμως τὰ ἐπιτεθέντα βάρη ἐδίδουν, τὴν αὐτοῦ κατὰ θάλατταν μαθόντες ἧτταν. Δεῖν οὖν ἔγνω πλείονι περιεργίᾳ πολέμου χρήσασθαι, καὶ διά τε θαλάσσης καὶ ἠπείρου μάχεσθαι. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐνῆν τὰ κατὰ γνώμην εἰς ἔργον ἄγειν [98], δεδιὼς τὸ ναυάγιον, ἀνέμων μεγάλων τηνικαῦτα πνεόντων, ἐγκαρτερήσας

At Robertus vir animi imperterriti atque adversus omnes bellicorum casuum offensiones invicta constantia muniti, plane decrevit non alium huic bello finem quam victoriam facere; talique proposito obdurare contra tum cœli ac procellarum, tum hostilium terra marique incursionum commeatum annonæ prohibentium, incommoda. Nam nec ipse per tempestatem poterat navigia in tutum subducta mari committere : et idem illud incommodum clausi maris, transitum Italicarum navium e Roberti ditione necessaria ad ipsum comportare parantium arcebat. Accedebant imposita portubus circum omnibus præsidia Romanæ Venetæve classis, quorum intenta custodia mare adhuc magis invium Roberti usibus fecerat. Ut vero jam liberum mitiori cœlo mare fuit, Veneti obsidere non contenti velis remisque oppugnatum Robertum pergunt. Quibus cum se adjunxisset Maurix cum classe Romana, gravissimo prælio contracto Robertiani terga verterunt. Ex quo tempore Robertus faciendum sibi putavit, ut omnes suas naves in continentem subduceret, libera possessione maris hostibus permissa. Sed et illa ejus offensione insulares erecti, quique oram Epiri littoralem oppi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] ἐπέπαυτο. [98] προάγειν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Δοῦκα Βενετίας*. Dominicum Silvium, cujus statuæ ob fusum Robertum hocce inscriptum ἐπί- D γραμμα testatur Sansovinus :

Obsesso repuli Guiscardum marte Robertum
Dyrrachio, hinc dominum [δεσπότην] *me vocat præsul Alexis.*

(74) *Ὡς δὲ τὸ ἔαρ*. Anno scilicet 1182.

Μαύριξ. Classis Alexianæ præfectus. Guillelmus Apul. lib. IV.

Classis Alexinæ dux Mabrica venerat illuc.

Alteri igitur navali isti prælio non interfuit Alexius, sed Maurix magnus dux, vel certe classis præfectus, ab Alexio submissus, quod contra historiæ fidem scripsit Petrus Luccarus, lib. I *Annal. Ragusin.* Nam tempore initi Græcos inter et Normannos prælii, Alexius Constantinopoli adhuc morabatur, quod diserte tradit Anna. Sed præstat ad illustrandam *Alexiadem* subjungere quæ in hanc rem commemorat Luccarus. *S'accostarono parimente a Roberto Guiscardo re (il duca) di Puglia e Calavria, fratello del conte Gofredo, e come si legge ne' nostri archivii, ed in Baldasar de Spalato, i Spalatini* **284** *gli mandarono in aiuto una galea, ed i Rausei due, quando che egli faceva guerra ad Alessio Conneno imp. ed ad Domenico Silvio doge di Venetia, all' hora avenne, che attaccandosi queste due armate a combattere, la galea rausea venne a caso alle mani con la galea imperiale, sopra di cui montati i soldati rausei, uno di loro voleva ferire l'imperatore, ma il suo capitano gridando ad alta voce, Non fare, che costui è l'imperatore, egli si ritirò indietro.* Certe Ragusinos Roberti partes amplexos contra Venetos et Græcos auctor est prætorea Guillelmus Apul.

Gens comitata ducem cum Dalmaticis Ragusæa,
Telorum densis consternit jactibus æquor :
Non tamen a portu procul audent ducere naves
Castrorum dederat tutum vicinia portum.
Funibus incisis quasdam violenter ab ipso
Littore propulsas vi turba Venetica ducit.

A ἐπὶ δυσὶ μησὶ πρὸς τὸν λιμένα τῆς Ἱεριχὼ ηὐτρεπίζετο, βουλόμενος ἀπό τε τῆς θαλάττης καὶ τῆς ἠπείρου μάχεσθαι, καὶ τὰ τῆς μάχης ἐξήρτυεν. Ὁ δὲ στόλος ὅ τε ** Βενετικὸς καὶ ὁ Ῥωμαϊκὸς, ὡς ἐνὸν τὸν πορθμὸν ἐτήρει, καὶ ὁπηνίκα μικρὸν ἡ θάλασσα τοῖς βουλομένοις πλεῖν νῶτα ὑπεῖχε, τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἐπιχειροῦντας διαπερᾷν. Ἀπεῖργε δὲ [1], οὐδ' ἀπὸ τῆς ἠπείρου ῥᾳδίως ἐνῆν τὰ πρὸς χρείαν κομίζεσθαι, περὶ [2] τὸν Γλυκὺν ποταμὸν αὐλιζομένοις αὐτοῖς, τῶν ἐκ τοῦ Δυῤῥαχίου ἀπειργόντων τῆς χορταγωγίας χάριν, ἢ συγκομιδῆς ἑτέρας ἐξιόντας τῆς τοῦ Ῥομπέρτου ταφρείας, λιμώττειν ἐντεῦθεν τούτοις συνέβαινεν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἄηθες τοῦ τόπου μεγάλως αὐτοὺς ἐλυμαίνετο. Διὰ παραδρομῆς τοίνυν μηνῶν τριῶν (ὡς λέγεται) φθορὰ γέγονεν ἀνδρῶν εἰς χιλιάδας
B δέκα συμποσουμένων [3]. Ἡ δὲ νόσος αὕτη καὶ τὰς μετὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἱππικὰς δυνάμεις καταλαβοῦσα, πολλοὺς διέφθειρεν. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἱππέων κόμητες καὶ λογάδες ἀλκιμώτατοι ἄνδρες μέχρι τῶν πεντακοσίων νόσου καὶ λιμοῦ παρανάλωμα γεγόνασι, τῆς δὲ χθαμαλωτέρας τύχης ἱππεῖς ἀναρίθμητοι. Τῶν δὲ πλοίων αὐτοῦ εἰς τὸν Γλυκὺν [4] ἐνορμισθέντων ποταμὸν, ὡς εἴρηται, τούτου ὀλιγωθέντος διὰ τὴν ἀνυδρίαν ἤδη μετὰ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιγεγονὸς ἔαρ τοῦ θέρους θερμότερον ἐπιβάλλοντος, καὶ μηδ' ὁπόσον ταῖς [5] χαράδραις εἴωθε καταῤῥεῖν ὕδωρ ἔχοντος, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν, μὴ δυνάμενος αὖθις αὐτὰ εἰς τὴν θάλασσαν ἑλκῦσαι. Ἀλλ' οἷα μηχανικώτατος ὢν καὶ βαθύνους ἀνὴρ, πασσάλους ἑκατέρωθεν ἐκέλευε
C πήγνυσθαι τοῦ ποταμοῦ, συνδεδέσθαι δὲ τούτους διὰ λύγων πυκνῶν, εἶτα δένδρα παμμεγέθη κόπτοντας ῥιζόθεν ὄπισθεν αὐτῶν καταστρωννύειν ψάμμον ἐπιπάττοντας ἄνωθεν, ὡς εἰς ἕνα τὸ ὕδωρ συλλείβεσθαι τόπον [6], ὥσπερ εἰς διώρυχα μίαν τὴν ἐκ τῶν πασσάλων γεγονυῖαν συναθροιζόμενον. Καὶ κατὰ μικρὸν ἀναλιμνάζον τὸ ὕδωρ, τὴν κρηπῖδα πᾶσαν ἐπλήρου τοῦ ποταμοῦ, καὶ εἰς βάθος ἀξιόλογον ἤρχετο, ἕως τὰς ναῦς ἀνεκούφισε καὶ τὰς τέως ἐρηρεισμένας νῆας τῇ γῇ ἀνέσχε τε καὶ ἀκρόπλους ἐποίησε. Καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε εὐπλοίας ἐπιδραξάμενα τὰ πλοῖα, εὐκόλως πρὸς τὴν θάλασσαν εἱλκύσθησαν.

dulis tenebant, et alii circum, antea Roberto vectigales, aperte detrectare tributi pensitationem ausi jam sunt. Unde Robertus cito sensit quanti momenti maris imperium, aut saltem usus liber, ipsi esset ad rerum suarum non solum famam, sed etiam salutem, successumque ceptorum. Constituit ergo renovato impetu bellum iterum terra simul marique movere. Non tamen altum statim tenuit: quoniam qui tunc mare tenebant venti vehementes, memoria illi refricanda naufragii præteriti, futuri alterius metum incusserant. Duobus igitur mensibus portu se continuit urbis Jericho, magna interim cura ac diligentia se comparans ad bellum, ut dixi, maritima conjunctim terrestrique impressione instaurandum. Nihilo vero segnius remissiusve per id tempus Venetæ Romanæque classes claustra maris obtinebant, transitui hostilium navium intentæ prohibendo: quæ, ut primulum remissa tempestate patiens navigationis æquor esse cœperat, ex Italia transfretare ad Robertum conabantur: sed per obsidentes littora nostros, minime poterant. Quin nec terra frumentatio, cæterique vectura commeatus, facilis Roberto erat, cujus castra metata ad Dulcem fluvium, impositos quasi cervicibus patiebantur præsidiarios Dyrrachienses, assiduis eruptionibus eos incessentes qui frumentandi **108** aut usus similis alterius cujuscunque gratia ultra vallum prodire auderent. Inde fames primum exercere ipsos; deinde etiam ab insuetudine cœli morbis crebrescentibus, pestilentiæ tanta vis exarsit, ut ea tribus mensibus facile hominum decem millia dicatur absumpsisse. Et quoniam in equitatum præcipue florentissimum Roberti pestis incubuisse visa est impetu sæviori, eam plane copiarum ejus partem lectissimam deformavit miserum in modum, si non penitus ad nihilum redegit. Constat quippe ex comitibus ipsis ac cæteris magnatibus nobilitate ac fortitudine insignibus viris, qui istud militiæ corpus conflabant, exstinctos esse, qua lue, qua fame, ad quingentos; equites autem fortunæ humilioris, qui similiter perierint, numerum iniri præ multitudine non potuisse. Quoniam vero, ut dictum est, subductæ naves fuerant in alveum Dulcis fluvii, contigit ut cum eas inde educere oportuit, tanta urgeretur siccitate id flumen, ut squallenti voragini aridi torrentis, quam alveo perennis amnis esset tum quidem similius, ac ne tantum quidem aquæ haberet quantum in plerisque torrentibus cernitur. Incommoda sane res consiliis Roberti classem, ut diximus, mari reddere parantis; at naves interceptæ vado, trudi secundo flumine in mare nequibant. Sed homo industriæ mirificæ, fecundique ad artium excogitationem pectoris, viam inivit ejus expediendæ difficultatis talem quamdam. In maxime declivi ac demissa parte alvei jam sicci, figi utrinque paxillos in arenam jussit invicem oppositos, continua in longum serie; tumque cum sibi utrovis ex latere contiguo, viminum implicatione plurima quam arctissime vinciri. Vallum sic fixum roborari voluit a parte exteriori ripas versus, applicitis in longum ingentibus arboribus, ad eam rem radicitus avulsis. Supra eas exaggerari subigique ac apprime multa vi arenam imperat, latentes rimas omnes expleturam. Intra hunc sic angustatum sicque directum alveolum, omnes jam reliquias æstivantis fluvii, ac toto sparsas vasto

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

** ὁ. [1] διαπερᾷν ἀπεῖργεν. ὡς δέ. [2] πρός. [3] ποσουμένων. [4] Γλυκήν. [4-5] Desunt voces μετὰ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιγεγονὸς ἔαρ τοῦ θέρους θερμότερον ἐπιβάλλοντος. καὶ μηδ' ὁπόσον ταῖς. [6] Desunt voces ὄπισθεν αὐτῶν καταστρωννύειν ψάμμον ἐπιπάττοντας ἄνωθεν ὡς εἰς ἕνα τὸ ὕδωρ συλλείβεσθαι τόπον.

alveo temereque errantes aquarum venas, corrivari manu præcipit. Nec longum tempus in medicum aqua sensim confluens usque ad summa labra ejus quam descripsimus factitiæ crepidinis incre vit, profunditate abunde magna ut naves jam levaret hærentes saburræ, prorsumque in mare pelleret.

Μεμαθηκὼς δὲ τὰ κατὰ [7] Ῥομπέρτον ὁ αὐτοκράτωρ, A παραχρῆμα διὰ γραφῆς τῷ Πακουριάνῳ τὴν αὐτοῦ ἀκάθεκτον ὁρμὴν παρίστησι, καὶ ὅπως τὸν Αὐλῶνα κατέλαβε, μὴ πεφροντικὼς ὅλως τῶν συμπεσόντων δεινῶν [8], κατ' ἤπειρόν τε καὶ θάλατταν, μήτε τῆς ἥττης ἐκείνης, ἣν ἐκ πρώτης, ὅ φασιν, ἀφετηρίας ἐπεπόνθει· καὶ ὡς χρὴ μὴ μέλλειν, ἀλλὰ θᾶττον τὰς δυνάμεις ἐπισυναγαγόντα ἑνωθῆναί οἱ. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τὸν Πακουριάνον. Αὐτὸς δὲ αὐτίκα [9] ἔξεισι τῆς Κωνσταντίνου εἰς μῆνα Αὔγουστον (75) τῆς τετάρτης ἐπινεμήσεως τὸν Ἰσαάκιον εἰς τὴν μεγαλόπολιν καταλιπών, ἐφ' ᾧ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἑδράζεσθαι, καὶ εἴ πού τινες λόγοι ἀπᾴδοντες [10] ἐξ ἐχθρῶν ἐξακούοιντο, ὁποῖα εἴωθεν, αὐτὸν διασκεδάζειν τε καὶ φρουρεῖν τὰ βασίλεια καὶ τὴν πόλιν, ἅμα καὶ τὸ τῶν γυναικῶν φιλοπενθὲς B ἀνακτώμενον. Τὸ δέ γε εἰς τὴν μητέρα ἧκον οὐδεμιᾶς, ὡς οἶμαι, βοηθείας ἐδεῖτο, ῥωμαλεωτάτης καθισταμένης ἐκείνης, καὶ ἄλλως μεταχειρίζεσθαι τὰ πράγματα δεξιωτάτης. Τοιγαροῦν τὸ γράμμα ὁ Πακουριάνος ἀνελίξας, τηνικαῦτα ὑποστράτηγον προχειρίζεται Νικόλαον τὸν Βρανᾶν, ἄνδρα γενναῖον καὶ πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχοντα περὶ τὰ πολεμικά. Ὁ δὲ, μετὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς καὶ τῶν τῆς μείζονος τύχης τῆς Ὀρεστιάδος σπουδαίως ἔξεισιν ἑνωθῆναι τῷ βασιλεῖ ἐπειγόμενος. Ἐφθακὼς δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ εὐθὺς εἰς πολέμου σχῆμα τὸ ὁπλικτικὸν ἅπαν κατέστησεν, ἡγεμόνας τῶν λογάδων ἐπιστήσας ἄνδρας γενναιοτάτους, παρακελευσάμενος [11] οὕτω τῆς ὁδοιπορίας ἔχεσθαι οὗπερ ὁ τόπος C αὐτοῖς τοῦτο δίδωσιν, ἵνα, τὸ σχῆμα τῆς παρατάξεως διαγνόντες, καὶ τὸν ἴδιον ἕκαστος γνωρίσας τόπον, ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης ἀσύγχυτοι μένωσι, καὶ μὴ ῥᾳδίως μεταφέροιντο, καὶ ὡς ἔτυχεν. Ἐξῆρχε μὲν οὖν τοῦ τῶν ἐξουδιτῶν [ἴσ. ἐξκουβιτῶν] τάγματος Κωνσταντῖνος ὁ Ὦπος, τῶν Μακεδόνων ὁ Ἀντίοχος, τῶν Θετταλῶν δὲ Ἀνδρόνικος, ἢ [12] Ἀλέξανδρος ὁ Καβασίλας. Ὁ δέ γε Τατίκιος (76) καὶ μέγας τῷ τότε Πριμικήριος (77) τῶν περὶ τὴν Ἀχρι-

At imperator factus certior de omnibus dedit ad Pacurianum litteras, quibus, indicata irruptione Roberti, irrevocabilique illo impetu, quem nec naufragium, nec adversæ terra marique pugnæ, nec fames luesve, ac tanta omnis generis in ipso limine offensio, reflectere a ceptis aut ad sui curam tutioraque avertere consilia posset, significabat magnopere se velle, ut ipse contractis quam id celerrime fieri posset, omnibus copiis quamprimum ad se præsto esset, exercituique imperatoris suum in itinere adjungeret. Ipse siquidem Augustus Alexius Augusto mense indictionis quartæ Constantinopoli profectus **109** est commendata urbis cura, custodiaque palatii, fratri Isaacio, illic quasi in specula relicto, ad observandum ecqui orirentur novi motus, ut in nuper constituto principatu, quos pro sua prudentia et fortitudine in ipsis statim primordiis opprimeret: quinetiam illa cum cura ad Isaacium domi relinquendum impulit, ut is ad consolationem mulierum Comnenæ familiæ, aut aliarum affinium præsto esset. Quas alloqui nimius mœror ex virorum absentia periculoque augeret. Quanquam, matrem quidem Comnenorum quod attinebat, sua illam firmitas animi, peritiaque ac dexteritas expediendarum rerum cui nihil novum occurreret, nihil ita perplexum quod non explicaretur consilio præsenti, a talis auxilii ac providentiæ necessitate removebat. Interim Pacurianus resignatis Augusti litteris, intellectoque quid a se vellet, elegit, qui exercitui sub se præesset, Nicolaum Branan, virum fortem, et multa experientia rei bellicæ. Ipse autem cum gravi armatura universa et flore omni nobilitatis militantis, Orestiade celeriter egreditur, imperatori conjungi festinans. Quod ubi factum est, imperator statim graviter armatos milites in aciem ac phalangem ordinat, ducesque nobilibus præficit viros strenuissimos: iterque sic facere jussit, observata figura totius aciei ac situ et distantia cujusque ab altero quæ tunc erat, quantum soli per

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[7] κατὰ τόν. [8] αὐτῷ δεινῶν. [9] παραυτίκα [10] ἐπᾴδοντες. [11] παρακελευόμενος. [12] Deest vocula ἤ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(75) *Εἰς μῆνα Αὔγουστον*. Igitur Alexius statim atque Roberti in Illyricum adventum rescivit, CPoli eodem anno ind. 4, cum exercitu profectus est.

(76) *Τατίκιος*. Is est Taticius, magnus Turcorum D Achridensium seu Bardariotarum primicerius, quem origine et genere Saracenum fuisse docemur ex hoc Annæ loco, quique a teneris annis Alexii συνηλικιώτης et σύντροφος fuerat, ut auctor est Bryennius, lib. IV, n. 20. Postmodum Gothofredum et Francos in expeditionem Hierosolymitanam proficiscentes cum idoneo exercitu, ab eodem Alexio missus, comitatus est. *Tatinus truncatæ naris*, seu Rhinotmetus, dicitur Alberto Aq. lib. II, cap. 12 et 37; *Taticius naribus truncus et omni virtute*, Raymundo de Agiles; *Tatingus*, Baldrico lib. II; *Tacingus*, Guiberto, lib. IV, cap. 10; *Tetigus*, Roberto Mon. lib. IV; *Taninus*, Willelmo Tyrio, lib. II, cap. ult. lib. III, cap. 2; denique *Statinus*, Giloni Par. lib. V *Histor. viæ Hieros.*

Robertus, Stephanus, Tancretius, Hugo, Statinus,
Qui dum vivebat, naso non laude carebat.

(77) *Πριμικήριος*. Primicerii dignitas ut Palatina, interdum et militaris fuit. Præsertim vero ita nuncupatus in palatio Constantinopolitano Bardariotarum fœderatorum, seu Turcorum Achridensium, quid ad Bardarium Macedoniæ fluvium habitabant, præfectus, ut constat ex Codino *De off.* cap. 5, n. 54, quo tum munere fungebatur Taticius, Turcus ipse Achridensis et Bardariota. V. lib. II, 317.

quod ingrederentur natura pateretur. Id eo præscribebat, ut assuescerent servandis locis agnoscendisque, ut deinde cum prælium foret non temere statim moverentur et passim exerrarent. Per hunc modum præfectus est excubitarum (*) agmini Constantinus Opus, Macedonibus Antiochus, Thessalis Andronicus aut Alexander Cabasilas. At Taticius magnus tunc primicerius, Turcos circum Achridas habitantes ductabat; vir fortissimus, et in præliis imperturbati pectoris, non liberæ ille quidem a proavis conditionis ac fortunæ; pater enim ejus Saracenus cum esset ac more gentis

A δῶν [13] (78) οἰκούντων Τούρκων ἡγεμόνευε, γενναιότατος ὢν καὶ ἀκατάπληκτος ἐν μάχαις, οὐκ ἐλευθέρας μὲν ὢν τύχης ἐκ προγόνων· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, Σαρακηνὸς ὤν, ἐκ προνομῆς περιῆλθε [14] τῷ πρὸς πατρὸς ἐμῷ πάππῳ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ. Τῶν δέ γε Μανιχαίων (79) πρὸς τοῖς ὀκτακοσίοις εἰς δισχιλίους ποσουμένων ἡγεμόνες ἦσαν ὁ Ξαντᾶς καὶ ὁ Κουλέων, τῆς αὐτῆς αἱρέσεως καὶ οὗτοι, ἄνδρες ἅπαντες οὗτοι μαχιμώτατοι, καὶ αἵματος ἀπογεύσασθαι [15] τῶν ἐχθρῶν, καιροῦ καλοῦντος, ἑτοιμότατοι, καὶ πρός γε ἔτι καὶ ἰταμοὶ καὶ ἀναίσχυντοι· τῶν δέ γε οἰκειοτέρων αὐτῶν [16], βεστιαρίτας (80)

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[13] Ἀχριδῶ. [14] περιελθών. [15] ἀπογεύεσθαι· [16] αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(78) *Ἀχριδῶν*. Achris Bulgariæ Macedonicæ Metropolis, πόλις ἑσπέριος ὑπὸ τὴν Πιερίαν τὸ ὄρος κειμένη, Cantacuzeno, lib. II, cap. 20. In sublimi colle prope lacum maximum, unde Drinus, seu Drymon Septentrionem versus effluit, ut est apud Nicephorum Call. lib. XVII, cap. 28, olim Lychnidus, ut quidam putant, postea Bederina, demum prima Justiniana dicta est a Justiniano, cui ea natalis fuit, a quo etiam maximis donata est privilegiis: quanquam Procopius in *Anecd.* Lychnidum a Bederina videtur distinguere. Postremo Achris, Achrida, seu ut habet Tyrius lib. XX, cap. 2. Acreda, nuncupata est, a Mocro Bulgarorum rege hanc appellationem sortita, uti Anna innuit lib. XII, pag. 371. De Achride et privilegiis episcoporum Achridensium, vide Theophylactum Bulgar. arch. epist. 27; præterea Alamannum ad Procop. *Hist. Arc.* Joannem Morinum, lib. I *Exercit. Eccles.* cap. 27; et Leonem Allat. lib. I *De Eccl. Occid. et Or. perpet. cons.* cap. 25, n. 4.

(79) *Μανιχαίων*. Manichæos, seu Paulicianos intelligit, qui eo ævo circa Philippopolim habitabant, quosque non semel ab animi fortitudine commendat Anna. Hos ex Armenia et Asia in Thraciam a Constantino Copronymo traductos scribit Theophanes: Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Σύρους τε καὶ Ἀρμενίους, **285** οὓς ἤγαγεν ἀπὸ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Μελιτηνῆς, εἰς Θρᾴκην μετῴκισεν, ἐξ ὧν ἐπληθύνθη ἡ αἵρεσις τῶν Παυλικιανῶν. Idem auctor est a Leone Copronymi filio Syros hæreticos, eos idem forte cum Paulicianis, in Thraciam pariter translatos. Manichæorum Philippopolitanorum meminit etiam Scilitzes, pag. 866, ut et Villharduinus noster, n. 208, ubi haud adeo trita de Paulicianis adnotavimus. Porro Guillelmus Apul. lib. I Manichæos Græcis meruisse eo ævo refert:

Cum Græcis aderant quidam, quos pessimus error
Fecerat amentes, et ab ipso nomen habebant.
Plebs solet ista Patrem cum Christo dicere passum,
Et fronti digito signum crucis imprimit uno:
Non aliam Nati personam quam Patris esse,
Hanc etiam sancti Spiraminis esse docebant.

Vide Notata ad pag. 154 et 451.

(80) *Βεστιαρίτας*. De vestiario et vestiariorum dignitate multa viri docti. Βεστιαρῖται vero iidemne qui βεστιάριοι, scio controverti. Certe ut vestiariorum officium erat circa vestes imperatoris, ita et vestiaritarum. Ecce apud Cedrenum, an. 22 Justiniani προχένσου γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ἀπώλεσαν οἱ βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως. Quo loco Theophanes habet, οἱ Βεστήτορες; quæ quidem vox non semel reperitur in antiquis inscriptionibus. Romæ in Exquiliis: D. PHEDIMO VESTI-

B TORI. M. AVG. PHAEDER. FRATRI. PIISSIMO. Alia quæ exstat in *Roma subterranea*, lib. III, cap. 3: HIC POSITVS. EST. BENEMERITVS. EL... VESTITOR. IMPERATORIS. QVI. VIX. DEPOSITVS. D. VIII. KAL. SEPTEMBR.. DOMINI. HONORI AVG. VI. COSS. Præsertim vero vestiaritæ dicti videntur Annæ ævo domestici palatii, qui ex familia imperatoris erant, quos Franci nostri vulgo inde *Familiares* vocabant, et ut Annæ verbo utar, οἰκειότεροι principis. Id diserte indicat Willelmus Tyrius, lib. XX, cap. 26: *Sed et suis nihilominus non longe ab eodem Palatio honesta simul et commoda fecit hospitia præparari, ubi etiam, sicut prius, impensas non solum necessarias et voluptuarias supereffluentes vestiaritæ, et hi, quibus id officii deputatum erat magnifice et superabundanter non cessabant ministrare.* At unde vestiaritæ appellati sint domestici isti palatii, disquirendum. Constat vestiarium dici ædem in qua vestes asservantur: proinde vestiarium imperatoris erit, ἐν ᾧ
C τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται, ut est apud Moschopulum. Illud postea Ἀλλαξιμάριον vocatum scribit Codin. *De off.* cap. 2, quod imperator ex eo novas subinde vestes promeret, et mutaret. Unde crebro apud eumdem scriptorem, ἀλλάσσειν, pro *induere* usurpatur: et vestes ipsæ quæ mutantur, ἀλλάγματα, et ἀλλαγαὶ apud Marcum hieromonachum, et eumdem Codinum vocantur: apud auctorem, *De offic. Eccl. CP.* editum a Medonio, ἀλλαξίματα. Sic passim *mutatoria* ejusmodi, quæ subinde mutantur, vestes appellant Will. Tyrius lib. VI, cap. 6; Bruno, *De bello Saxonico*, Udalricus, lib. II, *Consuet. Cluniac.* monachus Pegaviensis, Matthæus Paris, et alii scriptores Latini. Sæpe etiam vestiarium pro ærario sumitur, in quo depositæ opes imperatoriæ, atque hoc vocabulo (βεστιάριον) perpetuo utitur Nicetas in codice Barbaro-Græco, iis locis ubi editus βασιλικὸν ταμεῖον, ἢ χρυσῶνα habet. Ita sacrum ærarium vertunt Græci,
D ad l. II Cod. Ne fiscus vel Resp. Eoque sensu legimus in Relatione quadam Ogerii protonotarii apud Waddingum, an. 1269 bona confiscata *intromissa ad imperiale Vestiarium.* Et apud Leonem Ost. lib. I, cap. 28: *Rupit ipsum monasterii vestiarium, et inde tulit solidos mazatos 24 millia.* Adde l. IV, cap. 61 et 78. Nec pecuniæ duntaxat, vestes, aut panni asservabantur **286** in vestiario, sed etiam cimelia varii generis, et majoris pretii, cujusmodi sunt τὰ ἀργυρᾶ μινσούρια τὰ ἀνάγλυφα, ut est apud Porphyrogennetam, lib. I, *De themat.* et Leonem Grammaticum in Basilio. Anastasius Bibl. in Severino papa: *Sigillaverunt omne vestiarium Ecclesiæ et cimelia episcopi.* Quæ quidem omnia inibi asservata constat, ut essent munera, quibus interdum donarentur principes fœderati, interdum

(*) *Forte* excubitarum, *aut etiam*, excubitorum, *vide Gloss.*

ἡ συνήθεια καλεῖ, καὶ τῶν Φραγκικῶν [17] ταγμάτων ὁ Πάνου κομήτης (81), καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Οὐμπερτόπολος[18] ἐκ γένους τὴν ἐπωνυμίαν λαβών[19]. Οὕτως οὖν τὰ τάγματα καταστήσας πανστρατὶ κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἐξώρμησε. Συναντήσας δέ τινι ἐκεῖθεν ἐξερχομένῳ περὶ τῶν κατὰ τὸ Δυῤῥάχιον πυθόμενος σαφέστερον ἐμεμαθήκει ὅτι ὁ Ῥομπέρτος νικήσας [κινήσας] πάντα τὰ πρὸς τειχομαχίαν ἐπιτήδεια ὄργανα τοῖς τείχεσι προσεπέλασεν. Ὁ δὲ Παλαιολόγος Γεώργιος διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας πρὸς τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις (82) καὶ τὰ μηχανήματα ἀντικαθιστάμενος καὶ ἀπαγορεύσας ἤδη, καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσας καὶ ἐξελθὼν μετ' αὐτὸν [20] καρτερὸν συνεστήσατο [21] πόλεμον. Καὶ καιρίως ἐν διαφόροις τοῦ σώματος τόποις ἐπλήγη, καὶ μᾶλλον περὶ τὸν κρόταφον βέλους διελθόντος· ὃ βιαζόμενος ἐξελεῖν καὶ μὴ δυνηθεὶς, μετακαλεσάμενός τινα τῶν ἐμπείρων περιεῖλε τὰ ἄκρα, τόν τε στύρακά φημι, καὶ οὗ τὸ βέλος πτερύσσεται, τὸ δ' ἐπίλοιπον μέρος τῷ τόπῳ τῆς πληγῆς ἐναπέμεινε. Δεσμήσας δὲ τὴν κεφαλὴν ὡς ὁ καιρὸς ἐνεδίδου [22], αὖθις ἐς μέσους τοὺς ἐναντίους ἑαυτὸν ὠθήσας μαχόμενος μέχρι δείλης ἑσπέρας ἀκλόνητος ἵστατο. Ταῦτα ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς καὶ διαγνοὺς ἀρωγῆς ταχείας τοῦτον δεῖσθαι, ἐπέτειγε [23]

A latrocinaretur. incursione militari captus, avo meo paterno Joanni Comneno in prædæ partem servus cesserat. Manichæis porro octingentis supra bis millenos duces dati sunt Xantas et Culeo, hæresis ejusdem homines; omnes hi viri fortissimi et ad libandum, ubi occasio se offert, hostilem sanguinem paratissimi, ferocissimi præterea audacissimique. Familiaribus denique ipsis, quos *vestiaritas* consuetudo vocat, et Francicis cohortibus Panucometes et Constantinus Umpertopulus, a genere appellationem nactus, præpositi fuere. Sic constitutis Alexius ordinibus cum universo exercitu in Robertum movet. Quo tempore per quemdam qui ab illis partibus recens veniebat, distinctius cognovit quonam ibi statu res esset. Admovisse nimirum B Robertum **110** Dyrrachii mœnibus omnes machinas murales, quibus cum Palæologus per noctem diemque continuo summa vi obstitisset, desperantem ad extremum isto genere pugnæ vincere, patefecisse urbis portas, irruisseque in hostes ut eos a machinis averteret, atrocique prælio commisso, graviter in variis corporis locis sauciatum esse, præsertim circa tempora telo trajectum, quod ipse conatus vellere cum non potuisset, advocato chi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] φραγγικῶν. [18] Οὐμπερτόπουλος. [19] λαχών. [20] αὐτῶν. [21] συνέστησε. [22] ἐδίδου. [23] ἐπέτεινε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

etiam subditi ipsi bene de imperatore meriti. Unde recte observat Cujacius thesaurum imperatorium, C *largitiones*, appellatum, et dignitatem ipsam comitis sacrarum largitionum *munerariam dignitatem* a Senatore, lib. VI, epist. 7, dictam, quasi muneribus potissimum et liberalitatibus exercendis thesauri imperii addicti sint. Sed et *vestis sacræ* curam penes comitem sacrarum largitionum fuisse adnotat idem Senator, additque: *Quidquid in vestibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quidquid in gemmis ambitio humana potest habere pretiosum, illius ordinationibus obsecundasse.* Qui igitur olim comes sacrarum largitionum, postea, a vestiario, seu ærario, πρωτοβεστιαρίτης dictus est, sub quo erant βεστιαρῖται, seu nobiles ex familia imperatoris selecti, qui vestibus cæterisque muneribus ad principes deferendis destinabantur; cujus dignitatis meminit Pachymeres, lib. I, cap. 20, lib. VI, cap. 19, lib. IX, cap 8. Solebant quippe imperatores Byzantini et reges alii vestes et pannos magni pretii ad principes confœderatos mittere, qui etiamnum mos familiaris est Turcicis D sultanis, quibus eorum animus demulcerent, quod infra Anna testatur, pag. 428, et Nicetas in Alexio, lib. I, n. 3. Joannitius Bulgarorum rex in epist. ad Innocent. III PP.: *Misi autem ad præsens in signo parvæ recordationis examita duo epicima dupla, unum est rubeum, et aliud album.* Leo Ost. lib. III, *Chr. Cass.* cap. 19: *Ibi 20 pannos sericos emit, ut si esset necessarium, haberet quod donaret regi* (a). Erant igitur vestiaritæ nobiles selecti, qui in comitatu imperatoris erant, cujusmodi sunt quos in regum nostrorum curia *gentilshommes ordinaires de la maison du roi*, vulgo appellamus. Nam aliud fuit vestiariorum munus. Papias, *vestiarius, qui vestes curat.* Vetus inscript. L. AGRIO. VESTIARIO. TENUIARIO. IMP. Atque ita vocem hanc usurpat Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii M. PP. l. I, c. 1. Sed an *vestararii* iidem fuerint cum *vestiariis*, vix ausim quidquam certi definire. Vestarariorum passim meminit Anastasius, in Vitis PP. edit. Reg. pag. 114, 213, 219, 283, 285, 292. Id constat, ejusmodi munus Longobardis peculiare fuisse, ex Chronico monasterii Benevent. S. Sophiæ, pag. 615, 625, 638, 641. Ex quo emendandus auctor Vitæ S. Petri Cavensis abbat. n. 29, ubi perperam Odo quidam *vestarasius* pro *vestararius*, dicitur. Erat enim Odo *vestararius* Cavensis monasterii, qua dignitate in eodem monasterio functus legitur quidam Caloctus, apud Ughellum, tom. VII *Ital. sacr.* pag. 610. Exstat in tabulario S. Benigni apud Perardum in Burgundicis, Epistola Joannis ejusdem monasterii abbatis inscripta *Domino Ill. sacri palatii vestarario, primo senatori, necnon unico Romanorum duci.* Ex quibus conjicere est illustrem fuisse vestarariorum in palatiis dignitatem. Inter ecclesiastica munia fuisse etiam vestararium docet vetus charta an. 1247. Apud Ughellum in archiep. Benevent. n. 15, pag. 210, tom. VIII. Certe vestarariorum munus fuit, ni fallor, circa vestiarium, seu ærarium. Adde Paulum Warnefr. lib. V *De gest. Langob.* cap. 2. Diversus porro πρωτοβεστιάριος in aula Constantinopolitana, a protovestiarita, nam is vestiariis præerat. De utraque dignitate passim scriptores Byzantini. Occurrit præterea apud Leonem Grammaticum in Constantino Porphyrog. Πριμικήριος τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου, quæ quidem dignitas comitivæ sacrarum largitionum olim fuisse annexa colligitur ex senatore loco citato.

(81) *Πανουκομήτης*. **287** Nicetas *Panucometes*, infra pag. 346.

(82) *Πρὸς τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις*. Nam *oppugnantium machinis per alias machinas consuevit obsisti*, ait Vegetius, lib IV, cap 8, 22 et 29.

(a) V. Acta Adriani IV, PP. apud Baron. an. 1156.

rurgo exstantem e plaga cuspidem qua parte pennulæ affigi solent, incidi curavisse, reliqua sagitta in vulnere relicta, sicque obligato prout tempus sivit, capite in medios rursum hostes præcipiti impetu ruisse, fortissimeque ibi pugnasse, quoad per lucem licuit, de loco nulla vi dimotum usque ad profundam vesperam, quando nocte certamen est diremptum. His imperator auditis facile intelligens maturo auxilio esse opus obsessis, corripere gradum instituit. Quo itinere Thessalonicam delatus, inde certius exploratis rebus hostium, satis comperit: instructissimum copia rerum omnium et virorum fortium maximo numero Robertum diligentissime munivisse castra loco non amplius quam jactu arcus a Dyrrachio distante: materiam ad eam munitionem ex universa per circuitum campestri regione comportatam: idoneis eumdem præsidiis suorum obtinere montes circum omnes, angustiasque vallium, ac arces collium: sed et vigilantem ac fortem propugnationem Palæologi audiebat ibidem ex multis studiose narrantibus, eum inflammare cogitantem turrim Roberti ligneam, præsto habuisse secum in muris naphtam picem et aridorum lignorum paratam copiam, dispositis insuper balistis: sicque insultum hostium et machinarum hostilium vim forti et certo exspectasse animo. Quod autem sciret magnum ad spem arcis expugnandæ a Roberto momentum constitui in turre lignea quam dudum magno sumptu comparaverat; aliam et ipsam similem ex adverso turrim excitasse, quæ venienti a foris hostili turri pari mole responderet: ac tota nocte quæ insultum præcessit, fuisse occupatum in experienda machina, tentandoque, num trabs, quæ in summa turri Dyrrachiensi parata portæ quæ erat in fastigio posita contra venientis hostilis molis, recta occurrere debebat, sicque patefactionem ejus impedire, satis apte suspensa expeditaque ad istum effectum esset: ea probatione cum comperisset recte ac facile, prout opus erat, moveri trabem, magna jam fiducia hostium impressionem exspectasse. Postridie igitur, jussisse Robertum ingredi turrim eos omnes qui ad pugnandum ex ea machina delecti fuerant. Erant hi partim graviter armati pedites, partim equites, omnes fere numero
111 quingenti. Quibus ingressis admotaque turri

A τὴν ὁδοιπορίαν. Καταλαβὼν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην διὰ πολλῶν τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον ἐπὶ πλέον ἐβεβαιοῦτο. Καὶ γὰρ ἕτοιμος ὢν ὁ Ῥομπέρτος καὶ γενναίους μὴν [24] παρετοιμάσας στρατιώτας, πολλὴν δὲ καὶ ὕλην κατὰ τὴν πεδιάδα συναθροίσας τοῦ Δυῤῥαχίου τὴν παρεμβολὴν κατέθετο, ὡσεὶ τόξου βολὴν τῶν τειχῶν τούτου ἀπέχουσαν· πολλὰς μέντοι τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις καὶ περὶ τὰ ὄρη, καὶ τὰ τέμπη, καὶ τοὺς βουνοὺς κατέθετο. Ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Παλαιολόγου ἐπιμέλειαν ἐκ πολλῶν κατεμάνθανε. Ἤδη γὰρ ὁ Παλαιολόγος,· ἐμπρῆσαι διανοούμενος τὸν ἑτοιμασθέντα παρὰ Ῥομπέρτου μόσυνα, καὶ τοῖς τείχεσιν ἐπιθεὶς νάφθαν, καὶ πίσσαν, καὶ ξηρῶν ξύλων σχίδακας, καὶ λιθοβόλα ὄργανα, τὴν τοῦ πολέμου συμβολὴν [25] ἐκαραδόκει.
B Προσδόκιμον δὲ τὸν Ῥομπέρτον ἔχων ἐς νέωτα, ὃν προφθάσας ἡτοίμασεν ἐντὸς ξύλινον πύργον κατευθὺ τοῦ ἔξωθεν ἐρχομένου πύργου καταστήσας, δι' ὅλης νυκτὸς δοκιμασίαν ἐπεποίητο τοῦ ἄνωθεν τούτου δοκοῦ ὃν προβάλλεσθαι ἔμελλον κατὰ τῶν θυρέτρων τοῦ μόσυνος τοῦ ἔξωθεν ἐνηγελμένου [26], εἰ ῥᾳστά τε κινοῖτο, καὶ ἀντιπρόσωπος ἀντιπίπτων ταῖς θύραις οὐκ εὐκόλως ἀνοίγνυσθαι ξυγχωρήσειεν. Διαγνοὺς δὲ ὡς εὐπετῶς τὸ ξύλον ὠθεῖται καὶ εὐστοχήκει [27] τοῦ πράγματος, ἀπεθάῤῥησεν ἤδη πρὸς τὸν ἐλπιζόμενον πόλεμον. Τῇ μετ' αὐτὴν δὲ σιδηροφορῆσαι κελεύσαντος τοῦ Ῥομπέρτου ἅπαντας καὶ ἐντὸς τοῦ πύργου πεζούς τε καὶ ἱππεῖς ὁπλοφόρους ὡσεὶ πεντακοσίους εἰσαγαγόντος, ἐπὶ τῷ τείχει τοῦτον προσ-
C πελάσαντες ἤδη τὴν ἄνωθεν οὖσαν θύραν ἀναπετανvύειν [28] ἠπείγοντο, ὡς γεφύρᾳ (83) ταύτῃ χρησόμενοι [29] πρὸς τοῦ κάστρου [30] εἰσέλευσιν, ὁ Παλαιολόγος ἐντὸς τὸ παμμέγεθες ξύλον τηνικαῦτα ὠθήσας δι' ὧν φθάσας προκατεσκεύασε μηχανῶν καὶ ἀνδρῶν πολλῶν καὶ γενναίων, ἄπρακτον τὴν τοῦ Ῥομπέρτου μηχανὴν ἐποίησε, τοῦ δοκοῦ τὸ παράπαν μὴ συγχωροῦντος ἀνεῳχθῆναι τὴν θύραν. Εἶτα βάλλων τοὺς ἄνωθεν τοῦ πύργου ἱσταμένους Κελτοὺς συνεχῶς, οὐκ ἀνίει· οἱ δὲ τὰς βολὰς μὴ φέροντες ἐκρύπτοντο. Κελεύει τοίνυν ἐμπρησθῆναι τὸν πύργον. Καὶ οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, καὶ εὐθὺς ἔργου [31] ἡ τοῦ πύργου πυρκαϊὰ ἐγένετο. Καὶ οἱ μὲν ἄνωθεν ἐκρημνίζοντο, οἱ δὲ κάτωθεν ἀνοίξαντες τὴν περιπέζιον τοῦ πύργου θύραν ἔφευγον. Τούτους δὲ
D φεύγοντας ὁρῶν ὁ Παλαιολόγος τηνικαῦτα γενναίους ἄνδρας ὁπλοφόρους ἐξάγει διὰ τῆς πυλίδος τοῦ κά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] μέν. [25] συμπλοχήν. [26] ἐνηνεγμένου. [27] ἠστοχήκει. [28] ἀναπεταννύειν. [29] χρησάμενοι. [30] πρὸς τὴν τοῦ ἀντιχάστρου. [31] ἔργον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) Ὡς γεφύρᾳ. Similem machinam sic describit Sugerius, in Lud. VI, cap. 10: *Erigitur tristegas tres pugnantibus porrigens supereminens machina..., hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui se excelsius porrigens cum paulisper demitteretur super glandem facilem descendentibus pararet ingressum.* Et Nicolaus de Braia in *Gestis Ludovici VIII*:

Tunc ex quadratis, visu mirabile, lignis
Erigitur turris, a cujus culmine cerni
De facili poterat quidcunque fiebat in urbe
Quodque fuit majus, pons ligneus arte paratur
Longus, et extremus, et muris altior urbis,
Armatis via tuta viris, Marti timor ingens,
Quem duplices gessere rotæ, etc.

Exstant ejusmodi turrium pontibus instructarum figuræ apud Nic. Rigaltium ex Bitone, et aliis, in notis ad Onosandrum, et apud Lipsium in Poliorceticis.

στρου, καὶ ἑτέρους μετὰ ἀξινῶν, ὡς ἂν δι' αὐτῶν ὁ ξύλινος [32] πύργος ἀφανισθῇ. Καὶ οὐδὲ τούτου ἠστοχήκει, ἀλλὰ τοῦ πύργου τὰ μὲν ἄνωθεν ἐμπρήσας, τὰ δὲ κάτω διά τινων λαξευτηρίων ὀργάνων ποδοκοπήσας τελείως [33] ἠφάνισεν.

A mœnibus, cum in eo jam inclusi essent ut portam ad id paratam in muri pinnas dejicerent, qua deinde ipsi tanquam ponte uterentur ad invadendam urbem, frustra ipsos porta deorsum trudenda laborasse, propterea quod eodem tempore trabem validam ex turri æquali, vi machinarum brachiorumque promotam Palæologus portæ illi exterius applicuit, valideque incussit obnixo constanter, et nulli contrario impulsui unquam cedente conatu: qua arte factum est ut trabe omnino impediente apertionem januæ, machina sine effectu remanserit. Neque hoc contentum Palæologum insuper jussisse sine ulla intermissione peti telis creberrimis Francos exstantes in summa turri, qui jaculationem assiduam non ferentes, cum se occultarent: tum demum imperasse admoveri flammas machinæ. Nondum id dicere absolverat, cum turris in incendium versa tota in ignibus reluxit. Hic jam qui in superioribus tabulatis erant præcipites certatim se deorsum dare: quibus vero in inferiori parte statio fuerat, portam turris infimam summa celeritate revellentes ardentem domum incitatissimo fugiebant cursu. Hos ita effuse currentes conspicatum Palæologum immisisse in eos per posticum armatos viros fortes, aliosque post submisisse cum securibus ad turrim exscindendam, ac nec huic conatui successum defuisse, sic turrim superiori quidem parte absumptam flammis, inferiori vero excisam ferro ac manu laceratam, funditus perditam dissipatamque concidisse.

Ἐπεὶ δὲ ὡς [34] ταῦτα διηγησάμενος ἔλεγεν, ὡς B ὁ Ῥομπέρτος αὖθι ἕτερον κατασκευάζειν μόσυνα [35] ἠπείγετο [36] παρόμοιον τῷ προκατασκευασθέντι, καὶ ἑλεπόλεις κατὰ τοῦ Δυῤῥαχίου ἡτοίμαζε, διαγνοὺς ὁ βασιλεὺς ἀρωγῆς τοὺς ἐν τῷ Δυῤῥαχίῳ ταχὺ [37] δεῖσθαι, καταστήσας τὰς ἰδίας δυνάμεις, τῆς πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ὁδοῦ εἴχετο. Καταλαβὼν οὖν ἐκεῖσε [38] καὶ τάφρον ποιήσας, καὶ τὰ στρατεύματα καταθεὶς, εἰς τὸν λεγόμενον Χαρζάνην (84) ποταμὸν, εὐθὺς διά τινων ἀποστείλας ἠρώτα τὸν Ῥομπέρτον, ὅτου χάριν παρεγένετο, καὶ τίς αὐτῷ ὁ σκοπός; Ἐκεῖθεν δὲ ἀπάρας ἔρχεται εἰς τὸ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἐν ἱεράρχαις μεγίστου Νικολάου ἱδρυμένον [39] τέμενος (85), τέσσαρας σταδίους τοῦ Δυῤῥαχίου ἀπέχον, καὶ τὴν τοῦ τόπου διεσκοπεῖτο θέσιν, ὥστε τὸν ἐπικαιρότατον C τόπον ὅποι χρὴ τὰς φάλαγγας ἐν καιρῷ μάχης καταστήσασθαι, προκαταλαβεῖν. Πεντεκαιδεκάτη δ' ἦν τηνικαῦτα τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς (86). Αὐχὴν δὲ ἦν ἀπὸ Δαλματίας διήκων εἰς θάλασσαν ἀποτελευτῶν εἰς [40] ἀκρωτήριόν τι ὅπερ οἷον [41] Χεῤῥόνησός ἐστιν, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἤδη ῥηθὲν ᾠκοδόμηται τέμενος. Ἠρέμα δὲ τὸ τοῦ αὐχένος πρανὲς συμβάλλων [42] τῇ πεδιάδι πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἀπονενευκὸς, ἐξ εὐωνύμου μὲν τὴν θάλασσαν, δεξιόθεν δὲ ὄρος ὑψηλὸν καὶ ὑπερκείμενον ἔχει. Ἐκεῖσε γοῦν τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν συναγαγὼν καὶ τὴν χάρακα πηξάμενος τηνικαῦτα καὶ τὸν Παλαιολόγον μετεκαλεῖτο Γεώργιον. Ὁ δὲ πεῖραν σχὼν τῶν τοιούτων ἐκ μακροῦ, μὴ συμφέρον τοῦτο λογιζόμενος, ἀνένευε τὴν ἐξέλευσιν, αὐτὸ τοῦτο

Hæc accepit Thessalonicæ Augustus; quibus adjunctum mox est ab eodem qui priora illa retulit, Robertum nihil his fractum statim alteram construere cepisse parem priori turrim, aliasque de integro cum maxime apparare admoverequе machinas obsessæ urbi, non absistere, nisi victorem, certum. Unde facile imperator intellexit auxilio et quidem celeri ac repræsentato rem Dyrrachiensem indigere. Instructis itaque copiis Dyrrachium versus iter extemplo pronuntiat capessitque, promotisque castris ad flumen Charzanen, inde certos ad Robertum destinat, qui ex eo, nomine suo, quærerent, quorsum expeditionem suscepisset, quidve isto paratu peteret. Movet inde ad templum erectum in nomine sanctissimi inter pontifices ac maximi Nicolai, quatuor stadiis distans Dyrrachio, unde prospectu commodo situm locorum speculabatur ad usum futuræ pugnæ; quis præoccupari mature deberet, quis explicandæ phalangi aptior deligi, jam tum constituens. Agebatur tum quinta decima mensis Octobris dies. Collum porro aut jugum erat quoddam a Dalmatia versus mare sese attollens, longiusculo eminentioris terræ tractu, postremo in 112 promontorium desinens, peninsulæ fere forma. Ibi, cujus modo meminimus, templum erat situm. Eminentia vero illa non præfracte suggesta, sed miti et fallente declivitate, planitiei mista, versus Dyrrhachium vergebat, mare a sinistris, a dextris

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[32] Deest vox ξύλινος. [33] τελείως. [34] ὁ. [35] μόσυνον. [36] ἐπεχείρει. [37] ταχείας. [38] ἐκεῖθεν. [39] Deest vox ἱδρυμένον. [40] πρός. [41] Deest vox οἷον. [42] συμβάλλον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(84) *Χαρζάνην*. De quo fluvio infra non semel, qui Panyasus, ni fallor, olim dictus, et ad Dyrrachium in duos scinditur alveos, quorum alter *Arzenta* Sophiano nuncupatur, vocabulo ad Charzanem haud abludente.

(85) *Νικολάου τέμενος*. Meminit hujus pariter templi Malaterra, lib. III, cap. 28, et Guillelmus Apul. lib. IV.

(86) *Ὀκτωβρίου μηνός*. Ordericus Vitalis, D lib. 7: *Mense Octobri Alexius imperator Dyracio appropinquavit*, etc. Et Malaterra loco citato: *Dux ergo videns hiemem sibi imminere, mensis enim erat Octobris, inde progressus super fluvium Dæmoniorum* (Drymonem), *castrum ad æstivandum construxit, quod ex suo nomine Montem Guiscardi appellavit*. Sed hæc post initum cum Alexio prælium accidere. Vide infra pag 114.

rurgo exstantem e plaga cuspidem qua parte pennulæ affigi solent, incidi curavisse, reliqua sagitta in vulnere relicta, sicque obligato prout tempus sivit, capite in medios rursum hostes præcipiti impetu ruisse, fortissimeque ibi pugnasse, quoad per lucem licuit, de loco nulla vi dimotum usque ad profundam vesperam, quando nocte certamen est diremptum. His imperator auditis facile intelligens maturo auxilio esse opus obsessis, corripere gradum instituit. Quo itinere Thessalonicam delatus, inde certius exploratis rebus hostium, satis comperit: instructissimum copia rerum omnium et virorum fortium maximo numero Robertum diligentissime munivisse castra loco non amplius quam jactu arcus a Dyrrachio distante: materiam ad eam munitionem ex universa per circuitum campestri regione comportatam: idoneis eumdem præsidiis suorum obtinere montes circum omnes, angustiasque vallium, ac arces collium: sed et vigilantem ac fortem propugnationem Palæologi audiebat ibidem ex multis studiose narrantibus, eum inflammare cogitantem turrim Roberti ligneam, præsto habuisse secum in muris naphtam picem et aridorum lignorum paratam copiam, dispositis insuper balistis: sicque insultum hostium et machinarum hostilium vim forti et certo exspectasse animo. Quod autem sciret magnum ad spem arcis expugnandæ a Roberto momentum constitui in turre lignea quam dudum magno sumptu comparaverat; aliam et ipsam similem ex adverso turrim excitasse, quæ venienti a foris hostili turri pari mole responderet: ac tota nocte quæ insultum præcessit, fuisse occupatum in experienda machina, tentandoque, num trabs, quæ in summa turri Dyrrachiensi parata portæ quæ erat in fastigio posita contra venientis hostilis molis, recta occurrere debebat, sicque patefactionem ejus impedire, satis apte suspensa expeditaque ad istum effectum esset: ea probatione cum comperisset recte ac facile, prout opus erat, moveri trabem, magna jam fiducia hostium impressionem exspectasse. Postridie igitur, jussisse Robertum ingredi turrim eos omnes qui ad pugnandum ex ea machina delecti fuerant. Erant hi partim graviter armati pedites, partim equites, omnes fere numero
III quingenti. Quibus ingressis admotaque turri

A τὴν ὁδοιπορίαν. Καταλαδὼν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην διὰ πολλῶν τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον ἐπὶ πλέον ἐδεδαιοῦτο. Καὶ γὰρ ἕτοιμος ὢν ὁ Ῥομπέρτος καὶ γενναίους μὴν [24] παρετοιμάσας στρατιώτας, πολλὴν δὲ καὶ ὕλην κατὰ τὴν πεδιάδα συναθροίσας τοῦ Δυῤῥαχίου τὴν παρεμβολὴν κατέθετο, ὡσεὶ τόξου βολὴν τῶν τειχῶν τούτου ἀπέχουσαν· πολλὰς μέντοι τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις καὶ περὶ τὰ ὄρη, καὶ τὰ τέμπη, καὶ τοὺς βουνοὺς κατέθετο. Ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Παλαιολόγου ἐπιμέλειαν ἐκ πολλῶν κατεμάνθανε. Ἤδη γὰρ ὁ Παλαιολόγος, ἐμπρῆσαι διανοούμενος τὸν ἑτοιμασθέντα παρὰ Ῥομπέρτου μόσυνα, καὶ τοῖς τείχεσιν ἐπιθεὶς νάφθαν, καὶ πίσσαν, καὶ ξηρῶν ξύλων σχίδακας, καὶ λιθοδόλα ὄργανα, τὴν τοῦ πολέμου συμ-
B βολὴν [25] ἐκαραδόκει. Προσδόκιμον δὲ τὸν Ῥομπέρτον ἔχων ἐς νέωτα, ὃν προφθάσας ἡτοίμασεν ἐντὸς ξύλινον πύργον κατευθὺ τοῦ ἔξωθεν ἐρχομένου πύργου καταστήσας, δι' ὅλης νυκτὸς δοκιμασίαν ἐπεποίητο τοῦ ἄνωθεν τούτου δοκοῦ ὃν προβάλλεσθαι ἔμελλον κατὰ τῶν θυρέτρων τοῦ μόσυνος τοῦ ἔξωθεν ἐνηγελμένου [26], εἰ ῥᾳστά τε κινοῖτο, καὶ ἀντιπρόσωπος ἀντιπίπτων ταῖς θύραις οὐκ εὐκόλως ἀνοίγνυσθαι ξυγχωρήσειεν. Διαγνοὺς δὲ ὡς εὐπετῶς τὸ ξύλον ὠθεῖται καὶ εὐστοχήκει [27] τοῦ πράγματος, ἀπεθάῤῥησεν ἤδη πρὸς τὸν ἐλπιζόμενον πόλεμον. Τῇ μετ' αὐτὴν δὲ σιδηροφορῆσαι κελεύσαντος τοῦ Ῥομπέρτου ἅπαντας καὶ ἐντὸς τοῦ πύργου πεζούς τε καὶ ἱππεῖς ὁπλοφόρους ὡσεὶ πεντακοσίους εἰσαγαγόντος, ἐπὶ τῷ τείχει τοῦτον προσ-
C πελάσαντες ἤδη τὴν ἄνωθεν οὖσαν θύραν ἀναπεταννύειν [28] ἠπείγοντο, ὡς γεφύρᾳ (83) ταύτῃ χρησόμενοι [29] πρὸς τοῦ κάστρου [30] εἰσέλευσιν, ὁ Παλαιολόγος ἐντὸς τὸ παμμέγεθες ξύλον τηνικαῦτα ὠθήσας δι' ὧν φθάσας προκατεσκεύασε μηχανῶν καὶ ἀνδρῶν πολλῶν καὶ γενναίων, ἄπρακτον τὴν τοῦ Ῥομπέρτου μηχανὴν ἐποίησε, τοῦ δοκοῦ τὸ παράπαν μὴ συγχωροῦντος ἀνεῳχθῆναι τὴν θύραν. Εἶτα βάλλων τοὺς ἄνωθεν τοῦ πύργου ἱσταμένους Κελτοὺς συνεχῶς, οὐκ ἀνίει· οἱ δὲ τὰς βολὰς μὴ φέροντες ἐκρύπτοντο. Κελεύει τοίνυν ἐμπρησθῆναι τὸν πύργον. Καὶ οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, καὶ εὐθὺς ἔργου [31] ἡ τοῦ πύργου πυρκαϊὰ ἐγένετο. Καὶ οἱ μὲν ἄνωθεν ἐκρημνίζοντο, οἱ δὲ κάτωθεν ἀνοίξαντες τὴν περιπέζιον τοῦ πύργου θύραν ἔφευγον. Τούτους δὲ
D φεύγοντας ὁρῶν ὁ Παλαιολόγος τηνικαῦτα γενναίους ἄνδρας ὁπλοφόρους ἐξάγει διὰ τῆς πυλίδος τοῦ κά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] μέν. [25] συμπλοχήν. [26] ἐνηνεγμένου. [27] ἠστοχήκει. [28] ἀναπεταννύειν. [29] χρησάμενοι. [30] πρὸς τὴν τοῦ ἀντικάστρου. [31] ἔργον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) Ὡς γεφύρᾳ. Similem machinam sic describit Sugerius, in Lud. VI, cap. 10: *Erigitur tristegas tres pugnantibus porrigens supereminens machina..., hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui se excelsius porrigens cum paulisper demitteretur super glandem facilem descendentibus pararet ingressum.* Et Nicolaus de Braia in *Gestis Ludovici VIII:*

Tunc ex quadratis, visu mirabile, lignis
Erigitur turris, a cujus culmine cerni
De facili poterat quidcunque fiebat in urbe
Quodque fuit majus, pons ligneus arte paratur
Longus, et extremus, et muris altior urbis,
Armatis via tuta viris, Marti timor ingens,
Quem duplices gessere rotæ, etc.

Exstant ejusmodi turrium pontibus instructarum figuræ apud Nic. Rigaltium ex Bitone, et aliis, in notis ad Onosandrum, et apud Lipsium in Poliorceticis.

στρου, καὶ ἑτέρους μετὰ ἀξινῶν, ὡς ἂν δι' αὐτῶν ὁ ξύλινος [32] πύργος ἀφανισθῇ. Καὶ οὐδὲ τούτου ἠστοχήκει, ἀλλὰ τοῦ πύργου τὰ μὲν ἄνωθεν ἐμπρήσας, τὰ δὲ κάτω διά τινων λαξευτηρίων ὀργάνων ποδοκοπήσας τελείως [33] ἠφάνισεν.

A mœnibus, cum in eo jam inclusi essent ut portam ad id paratam in muri pinnas dejicerent, qua deinde ipsi tanquam ponte uterentur ad invadendam urbem, frustra ipsos porta deorsum trudenda laborasse, propterea quod eodem tempore trabem validam ex turri æquali, vi machinarum brachiorumque promotam Palæologus portæ illi exterius applicuit, valideque incussit obnixo constanter, et nulli contrario impulsui unquam cedente conatu: qua arte factum est ut trabe omnino impediente apertionem januæ, machina sine effectu remanserit. Neque hoc contentum Palæologum insuper jussisse sine ulla intermissione peti telis creberrimis Francos exstantes in summa turri, qui jaculationem assiduam non ferentes, cum se occultarent: tum demum imperasse admoveri flammas machinæ. Nondum id dicere absolverat, cum turris in incendium versa tota in ignibus reluxit. Hic jam qui in superioribus tabulatis erant præcipites certatim se deorsum dare: quibus vero in inferiori parte statio fuerat, portam turris infimam summa celeritate revellentes ardentem domum incitatissimo fugiebant cursu. Hos ita effuse currentes conspicatum Palæologum immisisse in eos per posticum armatos viros fortes, aliosque post submisisse cum securibus ad turrim exscindendam, ac nec huic conatui successum defuisse, sic turrim superiori quidem parte absumptam flammis, inferiori vero excisam ferro ac manu laceratam, funditus perditam dissipatamque concidisse.

Ἐπεὶ δὲ ὡς [34] ταῦτα διηγησάμενος ἔλεγεν, ὡς B ὁ Ῥομπέρτος αὖθι ἕτερον κατασκευάζειν μόσυνα [35] ἠπείγετο [36] παρόμοιον τῷ προκατασκευασθέντι, καὶ ἑλεπόλεις κατὰ τοῦ Δυῤῥαχίου ἡτοίμαζε, διαγνοὺς ὁ βασιλεὺς ἀρωγῆς τοὺς ἐν τῷ Δυῤῥαχίῳ ταχὺ [37] δεῖσθαι, καταστήσας τὰς ἰδίας δυνάμεις, τῆς πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ὁδοῦ εἴχετο. Καταλαβὼν οὖν ἐκεῖσε [38] καὶ τάφρον ποιήσας, καὶ τὰ στρατεύματα καταθεὶς, εἰς τὸν λεγόμενον Χαρζάνην (84) ποταμὸν, εὐθὺς διά τινων ἀποστείλας ἠρώτα τὸν Ῥομπέρτον, ὅτου χάριν παρεγένετο, καὶ τίς αὐτῷ ὁ σκοπός; Ἐκεῖθεν δὲ ἀπάρας ἔρχεται εἰς τὸ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἐν ἱεράρχαις μεγίστου Νικολάου ἱδρυμένον [39] τέμενος (85), τέσσαρας σταδίους τοῦ Δυῤῥαχίου ἀπέχον, καὶ τὴν τοῦ τόπου διεσκοπεῖτο θέσιν, ὥστε τὸν ἐπικαιρότατον C τόπον ὅποι χρὴ τὰς φάλαγγας ἐν καιρῷ μάχης καταστήσασθαι, προκαταλαβεῖν. Πεντεκαιδεκάτη δ' ἦν τηνικαῦτα τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός (86). Αὐχὴν δὲ ἦν ἀπὸ Δαλματίας διήκων εἰς θάλασσαν ἀποτελευτῶν εἰς [40] ἀκρωτήριόν τι ὅπερ οἷον [41] Χεῤῥόνησός ἐστιν, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἤδη ῥηθὲν ᾠκοδόμηται τέμενος. Ἠρέμα δὲ τὸ τοῦ αὐχένος πρανὲς συμβάλλων [42] τῇ πεδιάδι πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἀπονενευκὸς, ἐξ εὐωνύμου μὲν τὴν θάλασσαν, δεξιόθεν δὲ ὄρος ὑψηλὸν καὶ ὑπερκείμενον ἔχει. Ἐκεῖσε γοῦν τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν συναγαγὼν καὶ τὴν χάρακα πηξάμενος τηνικαῦτα καὶ τὸν Παλαιολόγον μετεκαλεῖτο Γεώργιον. Ὁ δὲ πεῖραν σχὼν τῶν τοιούτων ἐκ μακροῦ, μὴ συμφέρον τοῦτο λογιζόμενος, ἀνένευε τὴν ἐξέλευσιν, αὐτὸ τοῦτο

Hæc accepit Thessalonicæ Augustus; quibus adjunctum mox est ab eodem qui priora illa retulit, Robertum nihil his fractum statim alteram construere cepisse parem priori turrim, aliasque de integro cum maxime apparare admovereque machinas obsessæ urbi, non absistere, nisi victorem, certum. Unde facile imperator intellexit auxilio et quidem celeri ac repræsentato rem Dyrrachiensem indigere. Instructis itaque copiis Dyrrachium versus iter extemplo pronuntiat capessitque, promotisque castris ad flumen Charzanen, inde certos ad Robertum destinat, qui ex eo, nomine suo, quærerent, quorsum expeditionem suscepisset, quidve isto paratu peteret. Movet inde ad templum erectum in nomine sanctissimi inter pontifices ac maximi Nicolai, quatuor stadiis distans Dyrrachio, unde prospectu commodo situm locorum speculabatur ad usum futuræ pugnæ; quis præoccupari mature deberet, quis explicandæ phalangi aptior deligi, jam tum constituens. Agebatur tum quinta decima mensis Octobris dies. Collum porro aut jugum erat quoddam a Dalmatia versus mare sese attollens, longiusculo eminentioris terræ tractu, postremo in 112 promontorium desinens, peninsulæ fere forma. Ibi, cujus modo meminimus, templum erat situm. Eminentia vero illa non præfracte suggesta, sed miti et fallente declivitate, planitiei mista, versus Dyrrhachium vergebat, mare a sinistris, a dextris

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[32] Deest vox ξύλινος. [33] τελείως. [34] ὁ. [35] μόσυνον. [36] ἐπεχείρει. [37] ταχείας. [38] ἐκεῖθεν. [39] Deest vox ἱδρυμένον. [40] πρός. [41] Deest vox οἷον. [42] συμβάλλον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(84) *Χαρζάνην*. De quo fluvio infra non semel, qui Panyasus, ni fallor, olim dictus, et ad Dyrrachium in duos scinditur alveos, quorum alter *Arzenta* Sophiano nuncupatur, vocabulo ad Charzanem haud abludente.

(85) *Νικολάου τέμενος*. Meminit hujus pariter templi Malaterra, lib. III, cap. 28, et Guillelmus Apul. lib. IV.

(86) *Ὀκτωβρίου μηνός*. Ordericus Vitalis, D lib. 7: *Mense Octobri Alexius imperator Dyracio appropinquavit*, etc. Et Malaterra loco citato: *Dux ergo videns hiemem sibi imminere, mensis enim erat Octobris, inde progressus super fluvium Dæmoniorum* (Drymonem), *castrum ad æstivandum construxit, quod ex suo nomine Montem Guiscardi appellavit*. Sed hæc post initum cum Alexio prælium accidere. Vide infra pag 114.

montem excelsum late dominantem habens. Talis probato loci situ, in eum universas imperator copias congregat; vallumque jacere ac munire in eo castra jubet, et in ea evocari Palæologum Georgium e civitate obsessa curat. Ille vir omnium ex longo usu peritissimus, cum universæ rei bellicæ, tum præsertim eorum quæ propugnationes urbium spectant, excusavit intempestivum egressum ex arce summa vi oppugnata, missoque certo ad imperatorem homine, periculum ejus rei præsens demonstravit. Tamen Augustus perseverabat in sententia; iteratisque mandatis omnino ad se venire Georgium jubebat, qui ne tum quidem obsequens, mandata perferentem suo nomine referre hæc Augusto jubet: *Mihi nimis exitiosum videtur arcem arctissime obsessam vehementissimeque oppugnatam in summi discriminis articulo a præfecto suo deseri. Ergo nunquam committam ut tanti flagitii possim argui, aut credam id vere a tua majestate imperari mihi, quamlibet id multi confirment nuntii. Ac plane nisi tuæ regiæ manus ipsum annulum ad me perlatum videro hinc non exibo.* Misit imperator annulum, et eo Palæologus conspecto extemplo cum bellicis navibus ad ipsum venit. Ex eo Augustus multa percontatus de Roberto, totaque oppugnationis ac propugnationis ratione, omnibus distincte cognitis, consuluit hominem: ecquid censeret decertandum acie; et num alea decretorii de rerum summa prælii recte tali loco et tempore jaci posse ipsi videretur. Negavit ille, ut tum res erant committi spem fortunæ belli prudenter posse. Incumbebant eodem ducum plerique, ac fere ut quisque longiori usu experientior erat militiæ, ita pluribus verbis dissuadebat prælium Augusto: magno insuper consensu, factu optimum omnes affirmantes fore, si velitationibus et jaculationibus crebris coerceret Robertum intra vallum, nec ei frumentationem aut cæteræ annonæ commeatum ulla ex parte liberum relinqueret. Idemque ut facerent, commeatuum nempe subvectionem in Roberti castra pro se quisque impedirent, mandata perferri curaret ad Bodinum et Dalmatas, reliquosque circum præfectos et duces adjacentium regionum: isto modo facile ac tuto debellari Robertum posse. Hæc seniorum ducum sententia fuit. At plerique juniorum pugnam malebant, ferociterque deposcebant, imperatorem modis omnibus in id pertrahere consilium conantes. In his primi erant Constantius Porphyrogenitus, Nicephorus Synadenus, Nampites Barangorum ductor, ipsique Romani Diogenis olim Augusti

A πρὸς τὸν βασιλέα δηλώσας. Ὡς δ' αὖθις ὁ βασιλεὺς ἐπιμελέστερον τοῦτον μετεκαλεῖτο, φησὶν, *Ἐμοὶ λίαν ὀλέθριον δοκεῖ πολιορκουμένου τοῦ κάστρου ἐξελθεῖν, καὶ εἰ μὴ τὸν δακτύλιον τῆς χειρὸς τῆς σῆς βασιλείας θεάσομαι, οὐκ ἐξελεύσομαι.* Ἀποσταλέντα δὲ τοῦτον θεασάμενος, τηνικαῦτα φοιτᾷ πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ πολεμικῶν νηῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτον ἰδὼν, τὰ κατὰ τὸν Ῥομπέρτον αὐτῷ ἐπυνθάνετο. Τούτου δὲ πάντα αὐτῷ διασαφήσαντος, ἠρώτα εἰ χρὴ τὸν μετ' αὐτῶν [43] ἀποθαῤῥῆσαι πόλεμον. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτον ἀνένευε τέως. Ἀλλὰ καί τινες τῶν περὶ τὰ πολεμικὰ πεῖραν ἐκ μακροῦ χρόνου ἐσχηκότων, ἐπιμελῶς τοῦτον ἐκώλυον συμβουλευόμενοι καρτερῆσαι δι' ἀκροβολισμῶν σπεῦσαι στενοχωρῆσαι τὸν B Ῥομπέρτον, μὴ συγχωρουμένων [44] τῶν ὑπ' αὐτὸν χορταγωγίας χάριν, ἢ προνομῆς, τῆς ἰδίας παρεμβολῆς ἐξιέναι. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ Βοδίνῳ καὶ τοῖς Δαλμάταις καὶ τοῖς λοιποῖς ἀρχηγοῖς τῶν παρακειμένων, χωρῶν παρακελεύσασθαι ποιεῖν, διαβεβαιούμενοι, ὡς τοῦτον τὸν τρόπον ῥᾳδίως ὁ Ῥομπέρτος ἡττηθήσεται. Οἱ δὲ πλείονες τῶν νεωτέρων τοῦ στρατοῦ τὸν πόλεμον προὐτρέποντο, καὶ πάντων μᾶλλον Κωνστάντιος ὁ Πορφυρογέννητος, καὶ Νικηφόρος ὁ Συναδηνὸς, καὶ ὁ τῶν Βαράγγων ἡγεμὼν Ναμπίτης, καὶ αὐτοὶ οἱ τοῦ προβεβασιλευκότος Ῥωμανοῦ [45] τοῦ Διογένους υἱεῖς, ὅ τε Λέων, καὶ ὁ Νικηφόρος (87). Ἅμα δὲ καὶ οἱ πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἀποσταλέντες ἐπαναληλυθότες [46], τὰ ἐκείνου πρὸς τὸν βασιλέα ἀπεστομάτιζον. Ὡς *Ἐγὼ* C *μὲν*, φησὶν, *οὐδαμῶς κατὰ τῆς σῆς βασιλείας ἐξελήλυθα, ἀλλ' ἐκδικήσων μᾶλλον τὴν γενομένην εἰς τὸν ἐμὸν συμπένθερον ἀδικίαν. Εἰ δὲ σὺ τὴν μετ' ἐμοῦ* [47] *θέλεις εἰρήνην, ἀσπάζομαι τοῦτο* [48] *κἀγὼ, μόνον εἰ καὶ αὐτὸς τὰ μετὰ τῶν ἐμῶν δηλωθέντα σοι πρέσβεων προθυμηθῇς ἀποπληρῶσαι.* Ἐπεὶ [49] ἀδύνατα παντάπασιν ἐπεζήτει καὶ ἐπιβλαβῆ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ὑπισχνούμενος ἅμα εἰ τεύξεται τῶν παρ' αὐτοῦ ζητουμένων, καὶ αὐτὴν τὴν Λογγιβαρδίαν ὡς ἀπὸ τοῦ βασιλέως λογίσασθαι καὶ βοηθεῖν ὁπηνίκα χρεία ἐστὶ, τὰ δὲ σκῆψις ἦν, ἵνα δόξῃ δι' ὧν μὲν αἰτεῖται τὴν [50] εἰρήνην θέλειν, ἀδύνατα δὲ λέγων καὶ μὴ τυγχάνων, τῆς μάχης ἀνθέξεται, εἶτα τὴν τῆς μάχης αἰτίαν τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων προστρίψειεν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ D πρὸς συμβιβάσεις ἤθελον ἀπονεῦσαι [51]. Ἀτέλεστα γοῦν αἰτησάμενος καὶ μὴ τυχὼν, πάντας τοὺς κόμητας συγκαλεσάμενός φησι πρὸς αὐτούς· *Οἴδατε τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως Βοτανειάτου τοῦ Νικηφόρου γεγονυῖαν ἀδικίαν εἰς τὸν ἐμὸν συμπένθερον, καὶ τὴν ἀτιμίαν ἣν ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Ἑλένη ἐπεπόνθει τῆς βασιλείας σὺν αὐτῷ ἐξεωσθεῖσα* [52].

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[43] αὐτοῦ. [44] συγχωρούμενον. [45] Ῥωμαίων. [46] ἐπανεληλυθότες. [47] αὐτοῦ. [48] νῦν τοῦτο. [49] ἐπεὶ δέ. [50] αὐτὸς τήν. [51] Desunt voces διὰ τοῦτο οὐδὲ πρὸς συμβιβάσεις ἤθελον ἀπονεῦσαι. [52] ἐξωθεῖσα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Λέων καὶ Νικηφόρος*. Habuit Romanus Diogenes ex Eudocia Augusta conjuge filios duos. Prior Leo Diogenes Theodoram Comnenam Alexii *imperatoris* sororem uxorem duxit. Alter, Nicephorus Diogenes, ab eodem Alexio, initæ conspirationis reus, oculis privatus est. Anna lib. IX, et Zonaras pag. 238. Vide Bryen. lib. I, n. 29.

Τοῦτο δὲ μὴ φέροντες, εἰς ἐκδίκησιν τούτων κατὰ τοῦ Βοτανειάτου τῆς χώρας ἡμῶν ἐξεληλύθειμεν· ἐκείνου δὲ τῆς ἀρχῆς παραλυθέντος, νῦν πρὸς βασιλέα ἔχομεν νέον καὶ στρατιώτην γενναῖον ὑπὲρ τὸν χρόνον αὐτοῦ πεῖραν τῆς στρατιωτικῆς ἐπιστήμης ἐσχηκότα, καὶ οὐ χρὴ ὡς ἔτυχε τὸν μετ' αὐτοῦ ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ὅπου γὰρ πολυαρχία, ἐκεῖ καὶ σύγχυσις τῆς διαφόρου γνώμης τῶν πολλῶν ταύτην εἰσαγούσης. Λοιπὸν χρὴ ἑνός τινος ἡμῶν ἐπακούειν [53], κἀκεῖνον μὲν τὴν ἐξ ἁπάντων βουλὴν ἐπιζητεῖν, καὶ μὴ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἀπεριμερίμνως χρῆσθαι καὶ ὡς ἔτυχε [54], τοὺς δέ γε λοιποὺς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς μετ' εὐθύτητος λέγειν πρὸς αὐτὸν ἑπομένους ἅμα τῇ τοῦ προκριθέντος βουλῇ. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἷς ἐξ ἁπάντων ἕτοιμος ὢν ὑπείκειν, ᾧ ἂν πάντες προκρίνητε. Πάντες οὖν τὴν βουλὴν ταύτην [55] ἐπαινέσαντες καὶ καλῶς λέγειν τὸν Ῥομπέρτον φάμενοι, τηνικαῦτα αὐτῷ τῶν πρωτείων παρακεχωρήκασιν ἅπαντες, εἰς τοῦτο ὁμογνωμονήσαντες. Ὁ δὲ ἀκκιζόμενος [56] οἷον ἀνεβάλλετο τέως τὴν ἐγχείρησιν· οἱ δὲ μᾶλλον ἐπέκειντο τοῦτο αὐτὸν [57] αἰτοῦντες. Ὑπείξας οὖν τῷ φαινομένῳ ταῖς αὐτῶν παρακλήσεσι, κἀν τούτῳ ὠδίνων ἐκ μακροῦ λόγους ἐκ λόγων περιέπλεκε, καὶ αἰτίας αἰτίαις συνείρων εὐφυῶς εἰς ὅπερ ἱμείρετο, ἄκων ἐδόκει τοῖς μὴ εἰς νοῦν βάπτουσιν ἔρχεσθαι. Λοιπόν φησι πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε τῆς ἐμῆς βουλῆς, κόμητες, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ στρατοῦ, ἐπεὶ τὰς σφῶν πατρίδας καταλελοιπότες ἐνταυθοῖ παρεγενόμεθα, καὶ ἡ προκειμένη μάχη πρὸς ἀνδρικώτατον βασιλέων [58] ἐστὶ, καὶ ἄρτι μὲν τοὺς τῆς βασιλείας οἴακας ἀναδεξάμενον, πολλοὺς δὲ πολέμους ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων νενικηκότα, καὶ μεγίστους ἀποστάτας δορυαλώτους αὐτοῖς προσενηνοχότα, ὁλοψύχως χρὴ τῆς μάχης ἀνθέξασθαι [59]. Καὶ εἰ τὴν νικῶσαν ἡμῖν ἐπιψηφιεῖται ὁ [60] Θεὸς, οὐκ ἔτι χρημάτων ἐν χρείᾳ ἐσόμεθα. Χρὴ τοιγαροῦν (88) τὰς μὲν σκευὰς ἁπάσας ἐμπρῆσαι, τὰς δὲ ὁλκάδας διατρήσαντας (89) κατὰ τοῦ πελάγους ἀφεῖναι, καὶ οὕτω τὴν μετ' αὐτῷ [61] ἀναδέξασθαι μάχην, ὡς τηνικαῦτα γεννηθέντας καὶ τεθνηξομένους. Ἐπὶ τούτοις κατένευσαν ἅπαντες.

A filii Leo et Nicephorus. Commodum sub id tempus quo juniores pugnam urgebant, redierunt a Roberto quos ad eum missos e castris ad Charzanen metatis 113 superius diximus, responsa ejus ad imperatoris interrogationes talia reportantes: *Ego*, inquiebat, *contra tuam majestatem non suscepi expeditionem hanc, sed arma justa sumpsi, animo ulciscendi injuriam affini meo Michaeli factam. Quod si tu pacem mecum velis, amplector hoc et ego, modo ea quæ tibi per legatos meos exponi curabo, inducas in animum perficere.* Ita ille. At ejus legati petierunt res quæ concedi nullo modo possent, utpote Romano imperio perniciosæ. Postulatorum tamen invidiam sublevabat Robertus cumulatione promissionum ingentium: adeo ut, si quæ peteret da- B rentur, confirmaret se Longobardiam ipsam imperio imputaturum et non nisi precario aut beneficiario ab imperatore possessurum jure. Verum ea parum ex animo dici apparebat, ostendique duntaxat ad obtentum excusationemque in vulgus: tanquam per se haud stetisset quin pax componeretur, qui ad tam sibi damnosas conditiones descendisset: unde futurum erat ut secuturi prælii causa omnis atque invidia in imperatorem conferretur. Tali suspicione de malo et subdolo Roberti animo, disjecta consensu procerum compositionis tractatio est. Ab hac repulsa Robertus comites omnes qui cum ipso militabant convocans, in hunc modum ipsos alloquitur: *Scitis quam a Botaniate Nicephoro injuriam* C *passus sit consocer meus Michael Augustus: quaque ignominia fuerit ab eodem affecta filia mea Helena, una cum ipso regia expulsa. Hujus, si meministis, doloris sensus nos patria excivit; jam tum cum adhuc regnaret ille auctor injuriæ Botaniates. Verum ex eo tempore converso illic orbe rerum, objicitur armis nostris pro veteri novus, et cum rebus cæteris, tum ætate vigens ac florens imperator, pene adhuc adolescens ille quidem, at longe supra quam sperari a juvene poterat, subactus experientia longa bellicarum rerum. Qui cum ideo ego nequaquam perfunctorie aut vulgari duntaxat attentione conatuve capessendum bellum arbitror, verum cum exquisita ratione militaris disciplinæ atque ordinis: cujus rei magna pars sita est in imperio unius religiosissime* D *servato. Ubi enim multi simul imperant, necesse est pugnantium sententiarum conflictus exsistere, ex quibus non oriri perturbatio non potest. Opus igitur est esse aliquem unum ex nobis cui cæteri obediant; qui tamen suo ipsius judicio nimium non tribuat, sed alios in consilium adhibeat, sententiasque amplectatur quæ optimæ a quovis proferentur. Atque istum ad*

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[53] τῶν ἐφ' ἡμῶν τοὺς λοιποὺς ἐπακούειν. [54] ἀσυμβούλως. [55] ταύτην οὖν τὴν βουλήν. [56] ἀκιζόμενος. [57] αὐτό. [58] βασιλέα. [59] ἀνθέξεσθαι. [60] Deest vocula ὁ. [61] αὐτοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(88) *Χρὴ τοιγαροῦν*. Guillelmus Apuliensis:
Castra cremat veniente die dux providus horum,
Ut duce digresso fas sit irrumpere nulli.

(89) *Τὰς ὁλκάδας διατρήσαντες*. Malaterra, lib. III, cap. 27: *Dux vero videns belli certamen imminere, ut suis omnem spem fugæ auferendo ad defensionem sui ardentius inflammaret, naves suas a mari projectas omnes combussit, ne forte cum acrius prælium nostris immineret, timidi certamen declinando, spe transmeandi, illorsum transfugerent.*

usum oportebit unumquemque, quid sibi veniat in mentem libere sincereque proponere. Deinde vero deliberatione conclusa sententiam quæ prævaluerit, ad ductoris arbitrium, sine ulla dubitatione exsequi. Agite ergo, ite in suffragia, eligite quemcunque utilissime præfuturum autumabitis. En ego eum agnoscam quicunque erit; et quidquid præscripserit faciam. Probata est magno audientium assensu tum oratio tum modestia Roberti. Datisque sortibus summa consensione omnium electus in ducem supremum, præpositusque cunctis idem ille est. At is delatum honorem callida simulatione recusare videbatur, sic studia sibi faventium magis accendens : **114** et quem tanta fraudulentarum artium serie principatum ambiebat, nunc ista oblati repudiatione fucosa validius prensans certiusque sibi firmans. Ergo ubi multas veteratorie prætexuit refugiendi summi loci causas, quas eo animo eoque artificio proponebat omnes ut plane contrarium persuaderent : tandem ut videri voluit expugnata constantia, tanto procerum consensui victas manus invitus scilicet dedit. Quando et reliquam hanc ad ipsos orationem in hunc modum pertexuit : *Audite meum consilium, comites milites que reliqui. Quandoquidem relicta omnes patria huc progressi stamus in procinctu ad decernendum acie cum imperatore bellicosissimo, qui nuper admodum adeptus regnum nihil utique sibi faciet reliqui ad omnem artem conatumque, quo auspicia principatus sui potius honestet victoria celebri, quam probrosa clade dedecoret. Est autem illi non insuetum vincere, qui sub prioribus Augustis multa et magna bella confecerit, tyrannosque non paucos victos acie captosque adduxerit. Quoniam hæc, inquam, ita sunt toto animo totoque pectore, nobis arbitror hanc pugnam esse capessendam, omnium securis rerum aliarum præterquam victoriæ; quam si Deus annuerit, abunde divites copioseque instructi erimus ut præterquam inconsulti, etiam exilis angustique sit animi ex parcimonia præsenti sibi in tempus istud velle consulere. Non enim jam dubitabo dicere quid velim, quidve necessarium factu arbitrer. Plane oportet, itaque jubeo, vasa supellectiliaque nostra cuncta comburere : onerarias vero perforatas et cum onere perituras, in mare trudere : sicque cum Alexio pugnare tanquam ibidem modo natos, moxque morituros.* Annuerunt his omnibus singuli.

Talia versabat animo, consulebat, agebatque Robertus : alia e contrario Alexius, magis etiam varia excogitataque acutius. In eo conveniebant ambo tamen, quod continerent uterque adhuc exercitum : per illam moram exquisitione attentissima indagantes pro se quisque quænam esset ratio vincendi certissima. Imperator quidem spem in stratagemate ponebat, quo se hostes conclusurum in medio crediderat. Auxilia videlicet universa, cunctam, inquam, sociarum gentium militiam circumducere clam hostili exercitui parabat, jussosque legere maris littus quam longissimo circuitu quo facilius Roberti providentiam fallerent, in eum se locum quam occultissime conferre imperabat, unde impetum a tergo facere in hostes aversos possent, eodem tempore quo ipse cum cætero exercitu a fronte Robertum adoriretur. Qui quidem Robertus tabernaculis vacuis relictis, pontem nocte transgressus (numerabatur tum octava supra 10 Octobris dies, indictione quinta) in templum antiquitus exstructum prope mare, in nomine martyris Theodori se contulit cum exercitu suo universo : ibique per totam noctem propitiato precibus numine, immaculata divinaque mysteria percepere. Inde ad instruendam aciem versus, in ea ipse media sibi delegit cepitque locum. Cornu quod mare specta-

A Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ Ῥομπέρτου διανοήματά τε καὶ βουλεύματα· ἄλλα ταυτὰ [62] τοῦ αὐτοκράτορος ποικιλώτερά τε καὶ ὀξύτερα. Συνεῖχον δ' ὅμως οἱ δημαγωγοὶ ἄμφω τὰ στρατεύματα, στρατηγίας καὶ δημαγωγίας πέρι βουλευόμενοι, ὅπως μετ' ἐπιστήμης δημαγωγήσαιεν, καὶ στρατεύσοιντο. Καὶ ὁ μὲν αὐτοκράτωρ αἴφνης νυκτὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐπεισπεσεῖν [63] τῇ τοῦ Ῥομπέρτου παρεμβολῇ σκεπτόμενος, τὸ μὲν ἐθνικὸν ἅπαν [64] στράτευμα ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν μέρους ἐπέτρεψε προσβαλεῖν διὰ τῶν ἁλυκῶν διελθόντας, καὶ πλείονα τὴν ὁδοιπορίαν ἀναδέξασθαι αὐτοὺς διὰ τὸ ἀνύποπτον οὐκ ἀπηνήνατο· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, ὁπηνίκα γνοίη ἐφθακότας τοὺς ἀποσταλέντας, ἠβούλετο προσβαλεῖν τῷ Ῥομπέρτῳ. Ὁ; κενὰς τὰς σκηνὰς καταλιπὼν, B καὶ νυκτὸς διὰ τῆς γεφύρας διεληλυθὼς (ὀγδόη δ' ἦν πρὸς τῇ δεκάτῃ τοῦ παριππεύοντος [65] μηνὸς Ὀκτωβρίου, ἐπινεμήσεως πέμπτης) τὸ παρὰ τὴν θάλατταν ἐπ' ὀνόματι τοῦ μάρτυρος Θεοδώρου πάλαι ἀνοικοδομηθὲν τέμενος κατέλαβε κατὰ (66) παντὸς τοῦ στρατεύματος. Καὶ δι' ὅλης νυκτὸς τὸ θεῖον ἐξευμενιζόμενοι, τῶν ἀχράντων καὶ θείων μυστηρίων (90) μετελάμβανον. Εἶτα τὰς ἰδίας καταστήσας φάλαγγας, τὴν μέσην εἵλετο [67] τοῦ συντάγματος χώραν, τὸ δέ γε πρὸς θάλατταν κέρας τῷ Ἀμηκέτῃ [68] (91) ἐπέτρεψε κόμητι [69]

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[62] ἀλλὰ δ' αὐτά. [63] ἐπιπεσεῖν. [64] Deest vox ἅπαν. [65] ἐληλυθώς. [66] παριππεύοντος. [67] μετά. [68] εἴχετο. [69] Ἀμικέτῃ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(90) *Τῶν θείων μυστηρίων*. Malaterra, *Mane autem facto, dux ipse lucis crepusculo, omnesque nostri surgentes cum summa devotione hymnos Dei cum missarum celebratione audiunt, presbyteris* C *compunctive confitentes peccata, muniuntur sacra Viatici ministeriis.*

(91) *Τῷ Ἀμικέτῃ*. Meminit Amicetæ comitis anonymus Barensis in Chron. an. 1068 : *Obiit*

κόμης δὲ οὗτος τῶν ἐπιφανῶν γενναῖος, καὶ χεῖρα, A καὶ γνώμην, θάτερον δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Βαϊμούντῳ, τὴν ἐπίκλησιν Σανίσκῳ. Τούτων ὁ αὐτοκράτωρ αἰσθόμενος δεινὸς ὢν τὸ συνοῖσον ἐν ὀξείᾳ εὑρηκέναι ῥοπῇ μεθαρμοσάμενος ἑαυτὸν πρὸς τὸ συμπεσὸν, αὐτοῦ που κατὰ τὸ πρανὲς παρὰ τὴν θάλασσαν [71], τὰς παρατάξεις κατέστησε. Καὶ διελὼν [72] τὰ στρατεύματα, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰς σκηνὰς τοῦ Ῥομπέρτου ἀπερχομένους Βαρβάρους τῆς ὁρμῆς οὐκ ἀνέκοψε, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑτερόκοπα φέροντας ξίφη παρακατασχὼν μετὰ τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ τοῦ Ναμπίτου ἀποβάντας τῶν ἵππων ἔμπροσθεν ἐκ μικροῦ διαστήματος προπορεύεσθαι στοιχηδὸν ἐπέτρεψε· τοῦτο δὲ γένος ἀσπιδηφόρον ξύμπαντες [73]. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ στρατεύματος εἰς φάλαγγας διελὼν, αὐτὸς B μὲν τὸ μεσαίτατον εἶχε τῆς παρατάξεως, δεξιόθεν δὲ καὶ ἐξ εὐωνύμου φαλαγγάρχας τὸν Καίσαρα Νικηφόρον τὸν Μελισσηνὸν ἐπέστησε, καὶ τὸν καλούμενον Πακουριάνον, καὶ μέγαν δομέστικον. Τὸ δὲ μεσαίτατον αὐτοῦ τε καὶ τὸν [74] πεζῇ βαδιζόντων Βαρβάρων, ἱκανοὺς εἶχε στρατιώτας τῆς τοξείας εἰδήμονας, οὓς κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου προεκπέμπειν ἠβούλετο, ἐπιτρέψας τῷ Ναμπίτῃ, ὁπηνίκα βούλοιντο πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἐξιππάσασθαι, καὶ αὖθις ὑποστρέφειν, χώραν αὐτοῖς ἐξ ἐφόδου διδόναι ἐφ' ἑκάτερα σχιζομένους, εἶτα αὖθις συνεχίζεσθαι καὶ συνασπικίτας πορεύεσθαι. Οὕτω γοῦν τὸ ἅπαν διατυπώσας στράτευμα, αὐτὸς [75] μὲν κατὰ μέτωπον ἵστατο τῶν Κελτικῶν στρατευμάτων τὴν ἠϊόνα παραθέων· οἱ δὲ ἀπο- C σταλέντες Βάρβαροι τὰς ἁλυκὰς διεληλυθότες, ἐπεὶ καὶ οἱ ἐντὸς τοῦ Δυῤῥαχίου τὰς πύλας ἀνεπέτασαν, τοῦτο αὐτοῖς τοῦ αὐτοκράτορος ἐπισκήψαντος, ἐν ταυτῷ ταῖς Κελτικαῖς σκηναῖς προσέβαλον [76]. Κατ' ἀλλήλων δὲ τῶν δημαγωγιῶν ἐρχομένων ἀποσπάδας ἀποστέλλων ὁ Ῥομπέρτος ἱππασίας ἐκέλευε ποιεῖσθαι, εἴ που ἐκεῖθεν ὑποσῦραί τινας δυνηθεῖεν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος. Ἀλλ' οὐδ' ὁ βασιλεὺς πρὸς τοῦτο ἀνεπεπτώκει [77]· ἔπεμπε δὲ μᾶλλον καὶ συχνοὺς ἀντικαταστησομένους αὐτοῖς πελταστάς. Ἀκροβολισμοῖς [78] οὖν μετρίοις [79] ἀμφοτέρων κατ' ἀλλήλων χρησαμένων, ἐπεὶ καὶ ὁ Ῥομπέρτος ἠρέμα τούτοις εἵπετο, καὶ τὸ μεταίχμιον ἤδη ἀπεστενοῦτο διάστημα, τῆς φάλαγγος τοῦ Ἀμηκέτου [80] προεκδραμόντες πεζοὶ καὶ ἱππεῖς περὶ τὸ ἄκρον τῆς παρατάξεως τῆς τοῦ Ναμπίτου D προσέβαλλον. Γενναιότερον δ' αὐτῶν ἀντικαταστάντων παλίνοροι [81] γεγόνασιν, ἐπεὶ οὐ πάντες λογάδες ἦσαν, καὶ θαλάσσῃ ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίψαντες ἄχρι τοῦ

A bat Amicettæ commisit, **115** viro inter comites illustri manuque juxta ac consilio prompto. Alteri Baimundum præesse voluit, suum filium, cognomento Saniscum. His imperator compertis pro ea ingenii promptitudine qua valebat maxima ad pervidendum uno intuitu quid facto esset opus, seque momento ad occasionis opportunitatem transformandum; ibidem ubi forte tum fuit, per jugi declive præter maris oram aciem et ipse suam explicat; divisisque quas secum retinuerat copiis (nam Barbaros qui ad circumveniendum Robertum invadendaque a tergo ejus castra ire ceperant, revocandos non putavit) eos tantum qui ancipites in humeris gladios gestant, destinatos licet et ipsos circuitioni castrorum hostilium, retinuit; mutato- B que imperio præcepit omnes omissis equis cum duce ipsorum Nampite ante universam aciem modico intervallo directos in seriem procedere. Sunt hi omnes clypeis muniti. Reliquum exercitum in phalangas distribuit, totius ipse aciei insidit medium, a dextris sinistrisque Nicephorum legionibus præfecit, Melissenum Cæsarem, et magnum domesticum, qui Pacurianus vocabatur. Occultaverat vero tam intra intimum phalangis suæ quam in medio agmine Barbarorum illorum quos diximus jussos equis descendere in hostem ivisse pedites, certos manipulos satis numerosos jaculatorum optimorum, quos repente in Robertum immittere co- C gitabat: mandaveratque Nampitæ, ut cum plenam ostendisset hostibus speciem mox in ipsos irrupturi, retrocederet statim, laxatisque in latus utrumque ordinibus suorum sagittariis locum daret erupturis, moxque iterum suos in unum cogeret, junctisque mutuo protectos clypeis, ire prorsum juberet. Ipse imperator e regione frontis ipsius aciei Francicæ, maritimam obibat oram. Interim Barbari ad circumeundum missi littoralem emensi tractum captoque circuitu, cum Dyrrhachiensibus imperatoris jussu ad idipsum egressis junctu in castra Francica impetum fecere. Jam vero ambo summi utrinsque partis duces in se invicem infesti vadebant, instructis aciebus. Et Robertus quidem turmis levium equitum identidem submissis, velita- D tionibus delibabat universam pugnam, in id maxime intentus, ut isto, si posset, modo, fervidiores aliquos ex Romani exercitus eliceret corpore. Nec fefellit imperatorem astus. Ergo is diligenter cavit,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] Deest vox κόμητι. [71] θαλάττης. [72] διελθὼνε [73] ἅπαντες. [74] τῶν. [75] αὐτοῖς. [76] προσέβαλλον. [77] ἀνεπέπτωκει. [78] ἀκροβολισμούς. [79] μετρίους. [80] Ἀμικέτου. [81] παλίνορσοι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Argyro Proedro, et Apochara Catap. et Amicetta intravit Iuvenacie. Idem videtur qui *Amicus comes* non semel appellatur a Guillelmo Apul. et in rescripto quodam Rogerii Apuliæ ducis et Boemundi fratrum, an. 1090, pro Bantino monasterio in Apulia, quod ita subscribit, *Amicus gratia Dei inclytus comes.* Exstat illud apud Baronium, hoc anno n. 17 et 18, apud quem fit præterea mentio Goffredi, Amici comitis filii, in altero Urbani II. PP. Diplomate. Ab Amico regem Croatiæ captum habetur in Archivo monasterii SS. Cosmæ et Damiani Jadrensis, apud Joan. Lucium lib. II *Hist. Dalmat.* cap. 10, et in Vita Joannis Traguriensis episcopi: *Anno 1075 tempestate qua comes Amicus regem Croatiæ cepit.* Sed de Amico comite, et ejus familia, plura mox ad pag. 117.

cetratis extra ordinem objectis equitatui sistendo, ne sua inde turbaretur phalanx. Conserebantur ergo inter cetratos nostros Robertique velites proœmiales pugnæ, jaculationibus non creberrimis : donec Roberto sensim suos assectante campus inter acies medius magis ac magis arctabatur. Jamque Amecceti phalanx peditatu juxta equitatuque totum emenso spatium, Nampite agmen **116** invaserat, atque adeo barangis fortissime resistentibus aversa in fugam fuerat; neque enim eximiis militibus tota constabat. Hi ergo in mare fuga delati ad collum usque immergebant se fluctibus, studio contingendi Romanas Venetasque naves, in quibus perfugium frustra sperabant petebantque : quando Gaita, ut quidam auctores tradunt, Roberti conjux, in bellum secuta virum, Pallas altera, licet non Minerva, conspicata fugientes, acri fixos intuiti magna voce increpuit lingua patria tantum non Homericum illud inclamans : *Este viri, quousque fugam tendetis inertem.* Qui cum haud sisterentur clamore, ipsa longa in manum hasta correpta totis effusis habenis ignavos infesta persequitur. Ea re illi animadversa, colligunt sese in pugnamque se mutuo ad officium adhortati redeunt. Simul vero bipennigeri et ipse ductor eorum Nampites ardore pugnandi et successu primo per imperitiam elati, longo jam intervallo a Romanis disjuncti legionibus conserere festinabant manum cum ipsa Gallorum acie; quibus et suo et aliorum judicio nequaquam inferiores in belligerando haberi solent; eos Robertus contra venientes speculatus facile conjecit ex celeritate gradus, ex magnitudine percursi spatii, ex gravitate armorum, defatigatos ac anhelitu sublimi esse oportere. Ergo insilire in ipsos jubet globos quosdam peditum, qui eos degustatos, ubi longe mollius quam pro incessus audacia resistentes sentiunt, facile admoto et ingeminato impetu cunctos ad unum delent, quibus tuendi loci animus aut cura superfuit. Cæteri fugam intenderunt versus templum summi cœlestis militiæ principis Michaelis, in quod, quanta loci capacitas fuit, constipati sunt quamplurimi : quos sacra ædes capere haud potuit, ascensum in tectum ejus ac fastigium moliti tutos ibi se miseri credebant; verum Latini igne immisso ipsos cum

A τραχήλου ταῖς νηυσὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ καὶ Βενετικοῦ στόλου πελάζοντες, ἐκεῖθεν ᾐτοῦντο τὴν σωτηρίαν, καὶ παρ' ἐκείνων οὐ προσεδέχοντο. Ἡ δέ γε Γαΐτα (92), ὥς λόγος τίς φησιν, ἡ τοῦ Ῥομπέρτου σύνευνος αὐτῷ συστρατευομένη, Παλλὰς ἄλλη, κἂν μὴ Ἀθήνη, θεασαμένη τοὺς φεύγοντας, δριμὺ τούτους ἐνατενίσασα [82], κατ' αὐτῶν μεγίστην ἀφεῖσα φωνὴν, μονονοὺ τὸν [84] Ὁμηρικὸν ἔπος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λέγειν ἐῴκει· *Μέχρι πόσου φεύξεσθε; στῆτε, ἀνέρες ἔστε.* Ὡς δὲ ἔτι φεύγοντας τούτους ἑώρα δόρυ μακρὸν ἐναγκαλισαμένη, ὅλους ῥυτῆρας ἐνδοῦσα κατὰ τῶν φευγόντων ἵεται. Τοῦτο θεασάμενοι καὶ ἑαυτῶν γεγονότες, αὖθις πρὸς μάχην ἑαυτοὺς ἀνεκαλέσαντο. Ἐπεὶ [85] δὲ οἱ πελεκυφόροι (93) καὶ αὐτὸς ὁ τούτων ἀρχηγὸς ὁ Ναμπίτης δι' ἀπειρίαν [86] B καὶ θερμότητα ὀξύτερον βεβαδικότες, ἱκανὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως ἀπέστησαν, σπεύδοντες ξυμβαλεῖν [87] ἐν ἴσῳ θυμῷ τοῖς Κελτοῖς (καὶ γὰρ οὐχ ἧττον ἐκείνων περὶ τὰς μάχας, καὶ οὗτοι ἐκθυμότεροί εἰσι, καὶ τῶν Κελτῶν ἐν τούτῳ τὸ [88] μέρει μὴ ἀποδέοντες), κεκοπιακότας τούτους ἤδη καὶ ἀσθμαίνοντας ὁ Ῥομπέρτος θεασάμενος, καὶ τοῦτο ἀπό τε τῆς ὀξείας κινήσεως, τοῦ τε διαστήματος βεβαιωθεὶς καὶ τοῦ ἄχθους τῶν ὅπλων, τι ἂς τῶν πεζῶν ἐπέσκηψε κατ' αὐτῶν εἰσπηδῆσαι. Οἱ δὲ προκεκμηκότες ἤδη μαλακώτεροι τῶν Κελτῶν ἐφαίνοντο. Πίπτει γοῦν τηνικαῦτα τὸ βάρβαρον ἅπαν, καὶ ὁπόσοι τούτων ἐσώθησαν περὶ τὸ τέμενος (94) τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ προσπεφευγότες, οἱ μὲν καὶ C ὁπόσους ἐξεχώρει τὸ τέμενος ἐντὸς εἰσῄεσαν, οἱ δὲ ἄνωθεν τοῦ τεμένους ἀνελθόντες εἱστήκεσαν, τὴν σωτηρίαν, ὡς ᾤοντο, ἐκεῖθεν πραγματευσόμενοι [89]. Οἱ δὲ Λατῖνοι πῦρ κατ' αὐτῶν ἀφέντες, σὺν τῷ τεμένει πάντας κατέκαυσαν. Τὸ δέ γε λοιπὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος καρτερῶς πρὸς αὐτοὺς ἀπεμάχοντο. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος καθάπερ τις πτερωτὸς ἱππότης σὺν ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσι κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐλᾷ, καὶ ὠθεῖται ταύτην, καὶ εἰς μέρη πολλὰ διασπᾷ. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν τῶν ἀντικειμένων ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ μαχόμενοι πίπτουσιν, οἱ δὲ φυγῇ τὴν ἑαυτῶν ἐπραγματεύσαντο σωτηρίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος καθάπερ τις πύργος ἀκλόνητος ἔμενε, κἂν πολλοὺς τῶν μετ' αὐτοῦ ἀποβεβλήκει ἀνδρῶν καὶ γένει καὶ πείρᾳ στρατιωτικῇ διαφερόν- D των. Πέπτωκε γὰρ τηνικαῦτα ὁ Κωνστάντιος (95)

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[82] ἐνατενίζουσα. [83] ἀφιεῖσα. [84] τό. [85] ἐπειδή. [86] ἐμπειρίαν. [87] συμβαλεῖν. [88] τῷ. [89] πραγματευσάμενοι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(92) *Ἡ δὲ Γαΐτα.* Testatur etiam Guillelmus Apul. in hoc prælio Amazonis instar pugnasse Roberti uxorem, et in eo vulneratam :

Uxor in hoc bello Roberti forte sagitta
Quadam læsa fuit, quæ vulnere territa, nullam
Dum sperabat opem, se pene subegerat hosti,
Navigio cujus se commendare volebat,
Instantis metuens vicina pericula lethi :
Hanc Deus eripuit, fieri ludibria nolens
Matronæ tantæ, tam nobilis et venerandæ.

(93) *Ἐπεὶ δὲ πελεκυφόροι.* Malaterra loco citato primam istam Varangorum cladem pariter refert. Contigit vero hoc prælium *feria* III, *die S. Lucæ apostoli et evangelistæ*, an. 1082, ut auctor est Anonymus Barensis, qui Annæ hac in re concinit. Sed errat Anna, cum ait initum indict. 4 ; nam hoc anno mense Octobri currebat indictio v.

(94) *Περὶ τὸ τέμενος.* Ecclesiam S. Nicolai, non Michaelis, habet hoc loco Malaterra.

(95) *Κωνστάντιος.* Constantius Porphyrogenneta, Constantini Ducæ imperatoris ex Eudocia filius, Michaelis Parapinacæ frater, idem, opinor, qui Zonaræ et Scylitzæ Constantinus. Narrant quippe ii scriptores liberos sex habuisse Constan-

υἱὸς μὲν τοῦ προβεβασιλευκότος Κωνσταντίνου τοῦ A Δούκα, οὐκ ἰδιωτεύοντος αὐτοῦ ἔτι ἀποτεχθεὶς, ἀλλ' ἐν πορφύρᾳ καὶ γεννηθεὶς, καὶ τραφεὶς, καὶ ταινίας τῷ τότε καιρῷ βασιλικῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀξιωθείς· καὶ ὁ [90] Νικηφόρος μὲν τὴν κλῆσιν, Συναδηνὸς δὲ τὴν ἐπίκλησιν καλούμενος, ἀνὴρ γενναῖος, καὶ ὡραιότατος [91], καὶ σφαδάζων πάντων ὑπερτερῆσαι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μαχόμενος. Μεθ' οὗ ὁ ἤδη ῥηθεὶς Κωνστάντιος περὶ κήδους ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ ἀδελφῇ πολλάκις ὡμίλει· ναὶ μὴν καὶ ὁ τοῦ Παλαιολόγου πατὴρ Νικηφόρος, καὶ ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν· πλήττεται γὰρ καὶ ὁ Ζαχαρίας καιρίαν κατὰ τοῦ στέρνου, καὶ τὴν ψυχὴν ἅμα τῇ πληγῇ ἐπαφίησι, καὶ ὁ Ἀσπέτης [92], καὶ πολλοὶ τῶν λογάδων. Τῆς δὲ μάχης μὴ διαλυομένης, ἐπεὶ τὸν βασιλέα ἑώρων ἔτι ἀντικαθιστάμενον, ἀποκριθέντες B τινὲς τῶν Λατίνων τρεῖς, ἀφ' ὧν εἷς ὁ ἤδη ῥηθεὶς Ἀμηκέτης [93] ἦν, ὁ δὲ Πέτρος τοῦ Ἀλίφα (96),

A templo pariter concremarunt universos. Interea cætera nostrorum phalanx præclare ac generose repugnabat Gallis. Donec Robertus velut alatus quidam eques, cum omnibus suis simul copiis ineluctabili insiliens impetu, Romanam loco movet et in multas partes discerpsit aciem. Duces militesque qua in vestigio cæsi, qua in fugam abacti variam. At imperator Alexius nihilo secius velut fundatissima turris quæpiam exstabat alte in campo, dimicans fortissime, stragem licet circa se undique virorum cernens, tum nobilitate generis, tum experientia bellicarum rerum, valde insignium. In iis erat Constantius, Constantini Ducæ quondam Augusti filius, patre jam imperatore genitus, **117** in purpura natus nutritusque, quin etiam B jam tum imperatoria a patre tænia dignatus. Cecidit et Nicephorus cognomento Synadenus, juvenis forma præstans, et illo præcipue die ausis factisque

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] Deest vocula ὁ. [91] Desunt voces καὶ ὡραιότατος. [92] Ἀσπιέτης. [93] Ἀμικέτης. Sic semper.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

tinum, tres masculos, totidem sequioris sexus: ex masculis Michaelem et Andronicum parentibus privatis natos, Constantinum patre jam imperatore, ideo Porphyrogennetam dictum, et ornamentis imperatoriis a patre donatum. Is a Nicephoro Botaniata contra Turcos Orientem incursantes cum imperio missus, conciliatis militum animis, purpuram induit, a quibus postea Nicephoro traditus, in monasterium trusus est, et in insulam relegatus. Botaniata in ordinem acto, priori condi- C tioni restitutus, Alexio militavit, ac demum in prælio Dyrrachino cæsus vitam amisit. Guillelmus Apul.

Occidit hoc bello regni spoliatus honore
Constantinus, et est subhumatus honore decenti.

Ubi Constantinum ait *spoliatum honore regni*, quia vivo patre, ut refert hoc loco Anna, imperator acclamatus fuerat. Hanc etiam Porphyrogennetæ cædem attigit Zonaras, de hac clade scribens: Καὶ ἡττηθεὶς ἀκλεῶς ἔφυγε, πολλῶν ἐκεῖ πεσόντων, οὐ τῶν τυχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς καὶ βασιλείου τυγχανόντων ἐξ αἵματος. Id attigit præterea Glycas.

(96) *Πέτρος τοῦ Ἀλίφα*. Petrus ille, Francigena Orderico lib. VII, pag. 645, dictus, deinceps sese adjunxit Alexio, cujus ille opera variis in negotiis usus legitur apud Annam lib. V, et cum Francis proceribus qui an. 1097 expeditionem Hierosolymitanam aggressi erant, dum per Thraciam et Byzantii fines iter faciunt, Constantinopoli in Sy- D riam profectus est, uti narrat eadem Anna lib. XI. Petri cognomen tam varie apud Scriptores rerum Hierosolymitanarum exaratum invenitur, ut familiæ et gentis vestigium ex iis agnosci vix queat: etsi erunt forte qui Aliphæ, seu Allifæ, Samnii celebris quondam oppidi, dominium obtinuisse censebunt, cum Normanni provinciam istam occuparunt, eoque deturbatum a Wiscardo aut Rogerio **289** transiisse in partes Alexii imperatoris, indeque cognomen retinuisse: sed Aliphæ oppidum Normanno alicui proceri paruisse non tradunt istius ævi historiographi. Apud Tudebodum, edit. Duchesnianæ lib. II, *Petrus de Aluph*; apud Baldricum, lib. II, et Ordericum, IX, *Petrus de Alfia* nuncupatur. Tudebodus editionis Bongarsianæ; Robertus Monachus, lib. III; Guibertus lib. IV, cap. 1, *Petrum de Alpibus* appellant. Sane exstat in provinciæ comitatu, in vicaria Barjolensi, castellum vetus in veteribus chartis *de Alpibus*, et incolis *Aulps* hodie vocitatum, quod Sibylla, Gaufredi de Agouto, Treti et Toloni domini, filia unica, testamento suo 14 Aug. anni 1261, in familiam Blacassiam, a qua etiamnum hac tempestate possidetur, transfudit, institutis hæredibus Blacasseto et Guillelmo de Bellodinari fratribus, Bonifacii Blacassii cognati filiis, quos pueros penes se educarat, C sibique invicem substitutis, uti ex Legendario Ecclesiæ Tolonensis docemur. Ab hoc castro, Petri derivatum cognomen in Historia Gallobyzantina statuisse me libens agnosco, nec discedo omnino ab sententia, cum hanc firmare videatur Amici comitis, de quo paulo ante egimus, cum Petro consanguinitas, quos iisdem constat parentibus, eademque familia prognatos. Amicorum porro, vel, si mavis, Amiciorum gens, non Normannica, sed Provincialis fuit, ex qua exstitit Giraldus Amici Gravesonis in Tarasconensi vicaria dominus, qui a Nostradamo an. 1150, memoratur; ille, opinor, qui Adelam Raynerii de Castellari et Garcennæ Forcalcariensis filiam matrimonio sibi junxit, ex quo prodiit Guillelmus comes Forcalcariensis, vulgo Adelæ filius, ex matre, cognominatus. Fallitur enim Antonius Ruffius in *Hist. comitum provinciæ*, dum ait Adelam, Bertrandi comitis filiam fuisse, cum repugnent acta varia, quæ asservantur in D Archivo regis Christianissimi, in quibus Guillelmus, Raynerii gener dicitur. Subscribit præterea Diplomati Raimundi comitis Tolosani, an 1088. Giraudus Amicus, in tom. VIII Spicilegii Acheriani, pag. 160; Petrus Amici, et Berengarius Amicus chartam aliam Petri regis Aragonum et Mariæ Montispessul. an. 1204, ibid. pag. 218 et 219. Jam vero ad stabiliendam nostram de Petri et Amici familia, et consanguinitatis affinitate conjecturam, præstat utriusque stemma, quantum ex Guillelmo Apuliensi delibare id licuit, perstringere. Petro et Amici patri communis fuit parens. Petrus comitis titulo a Guillelmo donatus, et inter Francos et Normannos, qui primi in Italia sedem fixerunt, ditior habitus, ab Humfredo comite, et Drogone Humfredi fratre postea victus et capus, liberos habuit Goffridum et Petrum. Goffridus prior vita excessit, relicto filio impubere Richardo, cujus quoad suæ fieret ætatis,

(a) Arch. Reg. Tolosa, sacco 12, tit. 15; sac. 17, tit. 9; sac. 20, tit. 32.

fortibus magnopere affectare visus laudem pugnatoris generosissimi omnium. Cum hoc modo dictus Constantius de nuptiis cum sorore ipsius tractare crebris congressibus cœperat. Eodem quoque absumptus fato est Palæologus Nicephorus, pater Georgii, aliique ex illustribus. Quippe Zacharias ictu lethali trajectus pectus, simul accepit vulnus, simul animam reddidit. Similiter periit Aspetes, et eximiorum plerique. Stante tamen adhuc et vigente nihilominus post tantam cædem prælio, quandiu scilicet impune exstabat imperator locum

A ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὁ δὲ τρίτος κατ' οὐδὲν τούτων ἐλάττων, ὅλους ῥυτῆρας ἐνδόντες τοῖς ἵπποις, δόρατα μακρὰ ἐναγκαλισάμενοι κατ' αὐτοῦ ἵενται. Καὶ ὁ μὲν Ἀμηκέτης διημαρτήκει τοῦ βασιλέως, μικρὸν παρεκκλίναντος τοῦ 94 ἵππου· τοῦ δ' ἄλλου τὸ δόρυ διὰ τοῦ ξίφους ὁ βασιλεὺς ἀπωσάμενος, καὶ τονώσας τὴν χεῖρα, παίει τοῦτον κατὰ τὴν κλεῖδα, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ λοιποῦ ἀποτέμνει σώματος, ὁ δὲ φρενήρης τε ὢν καὶ ἑδραῖος τὸν νοῦν, μηδὲν ὅλως συγχυθεὶς γοργότητι γνώμης, ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τὸ δέον συνεὶς, ὕπτιον ἅμα τῇ πληγῇ ἑαυτὸν

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

patrimonium rexit Petrus patruus. Erat illud potissimum in Apulia Peucetia, ubi oppida et castra, ab avo pleraque in ora maris exstructa, vel instaurata, obtinebat; Andrum videlicet, Tranum, Coretum, Barolum, Buxilias, præterea Tarentum. Quod oppidum cum a Petro repeteret Guiscardus, qui illud a fratre sibi concessum contendebat, ortum est inter illos bellum. Petri partes sectatus est Amicus, Juvenacii et Spinacioli comes, aut dominus, Petri consanguineus; Amico enim *patruus Petri pater* exstiterat, inquit Guillelmus Apul. Captus in hoc bello Petrus, pace tandem a Guiscardo impetrata, oppida quæ perdiderat recepit, excepto Trano. Sed haud multo post Petrus rursum in rebellionem delapsus, Jordano Capuano principi, qui a Guiscardo desciverat, una cum Amico, Abagelardo Humfredi filio, Roberto comite Montisscabiosi, Goffredo de Conversana Roberti fratre, et aliis adjungitur. Quo in bello Juvenatium Guiscardi partes secutum, frustra ab Amico, cujus erat, et sociis obsidione tentatum **290** est. Pace firmata inter Jordanum et Guiscardum, cum Amicus Spinaciolum, cui filius præerat, amisisset, cum Guiscardo reconciliatur. Petrus vero, cui Tranum et Tarentum abstulerat Guiscardus, recepto Trano, ab eodem perinde pacem obtinet. Amico, præter Goffredum, filius fuit Gualterus, qui a Guillelmo Apul. non semel memoratur. Gesta esse hæc bella an. 1082 auctor est Gaufredus Malaterra, lib. III, cap.

B 33, 34 et 35; quibus exactis et finitis, Petrus et Amicus cum Roberto in Dalmatiam trajecerunt, uti hoc loco Anna commemorat. Exstincto Roberto, Petrus ad Alexium transiit, mox cum Francis nobilibus in Syriam profectus, præfecturam in ea expeditione, et principatum Cæsareæ in Cappadocia obtinuit. Inde in Græciam reversus, Alexio contra Boemundum meruit, ac demum Didymotichi in Thracia fortunæ suæ sedem fixit. Auctor est enim Nicetas in Man. lib. II, n. 4, quatuor fratres Petraliphas, ex Francica gente oriundos, qui eo ævo Didymoticum incolebant, Manueli imperatori bello contra Siculos C. an. 1152 militasse, in quibus fuere Nicephorus et Alexius Petraliphæ, de quibus Cinnamus, lib. V et VI. Quos quidem a Petro de Alpha, cujus hic mentio fit, prognatos suadet cognomen, et temporis vel annorum ratio. Enimvero constat Petralipharum familiam in palatio Constantinopolitano primas obtinuisse. Recensentur C enim ab eodem Niceta in Isaacio, lib. III, n. 8. Inter archontes, seu viros urbis primarios, qui in Isaacium Angelum conspirarunt, Joannes ὁ Πετραλίφας, a quo genus ducebat Theodorus, non semel ab Acropolita memoratus, cujus soror nupsit Michaeli Angelo Dyrrachii duci, quod etiam scripsit Gregoras. Intricatum hoc Petraliipharum et Amiciorum stemma retexet subjectus index genealogicus.

N. pater Petri. *Guill. Apul. pag.* 12, 28.

N. pater Amici. *Guill. Apul. pag.* 12, 28, b, 29, b. — Petrus comes Andrensis. *Guill. Apul. pag.* 14.

Amicus comes Juvenacii. — Goffridus comes Andrensis. *Guill. Apul. pag.* 14. — Petrus Græcis Petraliphas dictus.

Goffredus Amicus. — Gualterus Amicus. *Guill. Apul. pag.* 8, 14. — Richardus comes Andrensis. *Guill. Apul. pag.* 14. *Baron. An.* 1090. — Nicephorus et Alexius Petraliphæ, ab horum altero prognatus.

Gofridus comes Andrensis. *Alex. Celes. l.* I, *c.* 11, 19; *l.* II, *c.* 18, 23, 36, 38, 40. — Joannes Petraliphas Isaacio Aug. imperante.

Richardus comes Andrensis, cujus meminit Cinnamus. — Theodorus Petraliphas. — N. nupta Michaeli Angelo.

Rogerius comes Andrensis sub Guillelmo II.

Goffridus comes Andrensis, et Dominus Montis Viridis. *V. Ughell. tom.* VII *Ital. Sacr., pag.* 1091, 1094.

ὡς ἐπ' οὐρὰν τοῦ ἵππου ἔθετο. Καὶ εὐθὺς τὸν χρῶτα τοῦ σώματος μικρὸν παραξέσασα ἡ τοῦ ξίφους ἀκμὴ περὶ τὴν ἀκοὴν παραποδισθεῖσα τῆς κόρυθος, καὶ τὸν συνέχοντα ταύτην ὑπὸ τὴν γένυν ἱμάντα διασπάσασα, ὦσε ταύτην εἰς γῆν. Τηνικαῦτα δὲ ὁ μὲν Κελτὸς ἐκεῖνος παραθέει ὃν ᾤετο κατακρημνίσαι τοῦ ἵππου, ὁ δ' εὐθὺς ὀρθωθεὶς ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἑδραῖος ἐκάθητο, μηδὲν τῶν ὅπλων ἀποβαλών. Ἀλλὰ καὶ γυμνὸν τὸ ξίφος κατέχων τῇ δεξιᾷ, τῷ δὲ λύθρῳ τοῦ ἰδίου πεφοινιγμένος αἵματος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπερικάλυπτον ἔχων, καὶ τὴν πυρσὴν καὶ ἡλιῶσαν κόμην περιπλανωμένην ταῖς ὄψεσι, καὶ διοχλοῦσαν [95.95] αὐτόν· ὁ γὰρ ἵππος ταραττόμενος καὶ ἀποπτύων τοὺς χαλινοὺς καὶ φριμάσσων, ἀτακτότερον ἐμπίπτειν τῷ προσώπῳ τοὺς βοστρύχους παρεσκεύαζεν· ἀλλὰ καὶ ὡς ἑαυτὸν ἀνακαλεσάμενος, ὡς ἐνῆν, τοῖς ἐναντίοις ἀντικαθίστατο. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς Τούρκους (96*) φεύγοντας ἑώρα, καὶ αὐτὸν τὸν Βοδῖνον ἀπολέμητον ὑποχωροῦντα· ὥπλιστο γὰρ καὶ οὗτος καὶ εἰς πολέμου τύπον [96] τὸ αὐτοῦ διατυπώσας στράτευμα κατὰ ταυτηνὶ [97] τὴν ἡμέραν ἵστατο, ὡς ἐπαρήξων τάχα τῷ αὐτοκράτορι, κατὰ τὰς πρὸς αὐτὸν γεγενημένας συνθήκας· ἐκαραδόκει δὲ, ὡς ἔοικεν, ἵνα εἰ μὲν τὴν ῥοπὴν τῆς νίκης τῷ αὐτοκράτορι δοθεῖσαν γνοίη, ἐπιτεθείη καὶ αὐτὸς τοῖς Κελτοῖς, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀτρεμήσῃ τε καὶ ὀπισθόπους γένηται· ταῦτα διαλογιζόμενος, ὡς ἐξ ὧν ἐπεπράχει δῆλον, καὶ τὴν νικῶσαν ἀπάρτι τοὺς Κελτοὺς ἐγνωκὼς ἔχοντας, ἄγευστος πολέμου τὸ παράπαν, οἴκαδε ἐπαναδεδραμήκει. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ταῦτα θεασάμενος, καὶ ὡς [98] μηδένα τὸν αὐτῷ ἐπαμύνοντα βλέπων, τὰ μετάφρενα καὶ αὐτὸς τηνικαῦτα δίδωσι τοῖς ἐναντίοις. Καὶ οὕτως ἐδίωκον οἱ Λατῖνοι τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα.

adhuc obtinens, tres Latinorum, quorum unus supra nominatus Amecetes fuit, alter Petrus Aliphæ filius, ut ipse affirmavit, tertius, alius quispiam nulla re inferior duobus, totis habenis equo quisque suo laxatis, longis armati hastis in eum incurrerunt. Et Amecetes quidem recta ictum in imperatorem non pertulit, equo paulisper declinante, alterius hastam primo imperator gladio repulit, tum intentis manus nervis vehementem in hostem intorquens ictum, quo ipsam carpi juncturam petiit, manum illius a reliquo abscidit corpore. At tertius imperatorem in fronte percussit; verum ille sibi summe præsens firmo et imperturbato semper animo, quantuslibet circa tumultus et rerum sursum deorsum omnium permistio ferveret, ut venientem sensit ictum, abjecit se retro supinum in equi caudam; quo factum est ut summa duntaxat cute frontis perstricta, leviterque delibata mucro cuspidis in prominentem galeæ limbum offendens, lorum quo eadem galea sub mento circum astringebatur abruperit, eamque in terram dejecerit. Tunc Gallus excussisse se imperatorem ex equo ratus, quasi ad prædam procurrit; at ille statim sese erigens firmansque stabili sede in ephippiis, idem qui ante apparuit, arma retinens eadem quæ prius, manumque nudo gladio formidabilem vibrans, cruentatus ille quidem recenti vulnere, nudoque capite, flavaque jam soli exposita coma temere vagante, umbranteque oculos non sine molestia: nam equus efferatus fremensque ac frenum respuens vehementi concussu cæsariem retro pendentem in frontem averterat: cæterum utcumque erat collegit prout potuit seipsum, hostibusque obvium infracta generositate ut prius obtulit. Ubi vero Turcos fugientes vidit, et Bodinum pugna non tentata recedentem (steterat enim hic in armis eo die instructoque tanquam ad prælium agmine **118** suorum, speciem ostentabat quasi totis viribus pro imperatoris causa dimicaturus esset, juxta pacta conventa quæ inter ipsos intercesserant. Revera tamen sibi parcere decreverat, spectareque quorsum vergeret victoriæ fortuna, ut si eam quidem haud dubie favere imperatoris partibus cerneret, tunc ipse in victos facili, apud victores gratiosa impressione Gallos impeteret, sin contra eveniret, abstineret pugna, incolumesque in tutum copias reduceret. Talia cogitasse a principio illum ex iis quæ fecit intellectum est. Simul enim satis perspexit stare victoriam a Gallis, bello prorsus ingustato domum strenue se retulit): ea, inquam, ubi vidit imperator, seque destitutum plane ab omnibus, tergum et ipse tandem hostibus dedit. Sicque jam omni ex parte Latini plane fusum fugatumque Romanum exercitum persequebantur.

Ὁ δὲ Ῥομπέρτος καταλαβὼν τὸ τέμενος τοῦ Ἁγίου Νικολάου, ὅπου καὶ ἡ βασιλικὴ σκηνὴ, καὶ ἅπασα ἡ σκευὴ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος, ὁπόσους εὐσθενεῖς εἶχε τὸν βασιλέα διώκειν ἐκπέπομφεν, αὐτοῦ που αὐτὸς ἐγκαρτερῶν φανταζόμενος τὴν τοῦ αὐτοκράτορος κατάσχεσιν. Τοιοῦτοι γὰρ λογισμοὶ τούτου τὸ ὑπέρογκον ἐξέκαιον φρόνημα. Οἱ δὲ εὐ-

At Robertus postquam ipse Sancti Nicolai templum occupavit, ubi augustale imperatoris vasaque et supellectilia omnia totius exercitus Romani erant, quos valentissimos in suis universis habuit copiis ad imperatorem insequendum capiendumque misit, ipse interim ibidem opperiens optatum nuntium, speratumque conspectum Augusti cap-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[95.95] διοχλοῦσαν. [96] τόπον. [97] ταυτὴν. [98] Deest vocula ὡς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(96*) *Τούρκους*. Turcos hoc in bello Alexio militasse auctor est præterea Guill. Apuliensis.

Pars quoque Turcorum cum Græcis interit ingens.

tivi, quod haud dubie futurum augurabatur animo, vir cogitationibus assuetus vastis et spebus immensis. Porro haud segniter quos miserat operi instabant demandato, Alexium incitatissime secuti usque ad locum vulgari incolarum lingua *Malam costam* appellatum : cujus hic admodum situs ac forma est. Fluit amnis infra, Charsanes dictus; hinc alta exsurgit rupes. Inter utrumque transitus fuit fugientis et sequentium, ibique loci majori velocitate tandem assecutorum imperatorem, quem et hastis in lævum ejus latus vehementer illatis, magno insuper incumbentes impulerunt impetu (novem autem erant) et facile videlicet in dextram partem inclinarunt. Dejecissentque omnino in terram, nisi mucro longiusculi ensis quem manu dextera tenebat Alexius, duræ superficiei soli innitens, ipsum a casu sustinuisset. Cæterum in isto dextrorsum impulsu aculeus calcaris lævi cum infimam oram ephestridis, qua ea cingulo inferiori, sive substramini adnectitur, admomordisset, totum equitem, loco motis ephippiis, propendulum in partem alteram fecerat : at ipse læva manu setas equini colli correptas tenens, sese ut poterat sustinebat, adminiculo non in longum suffecturo, nisi haud dubio numine divinæ potentiæ salutem imperatori ex ipsis ejus inimicis mirabiliter offerentis, incurrissent in mox casurum ab illa parte in quam præcipitabat alii Galli, arrectis infestisque similiter hastis, quarum mucrones valide appliciti loricæ dextræ commodum ruentem Alexium erexerunt, in medioque apte sedili ephippiorum, prout ille optare tali tempore poterat, collocarunt. Quanquam enim toto illi pellebant nisu, in partemque plane lævam dejiciendi equitem animo ac spe, tamen nonnisi dimidium rei quam agebant peragere ipsis licuit per commilitones eorum, ex lævo, ut dictum est, latere obnixo impetu fixis hastarum cuspidibus dextrum in latus eumdem equitem trudentes. **119** In quo cum utrimque perseveraretur obstinatius, prorsus inopinatum aliquandiu mira-

A ψύχως μάλα τοῦτον ἐδίωκον μέχρι τόπου τινὸς παρὰ τῶν ἐγχωρίων καλουμένου Καχὴ [**] πλευρά. Ἡ δὲ τούτου θέσις ποταμὸς ῥέων κάτωθεν ὁ Χαρζάνης καλούμενος, ἔνθεν δὲ ὑπερκειμένη πέτρα (97) ὑψηλή, ἀναμεταξὺ δὲ τούτων φθάνουσιν αὐτὸν οἱ διώκοντες, οἳ καὶ παίουσιν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν διὰ τῶν δοράτων (ἐννέα δὲ ἦσαν [1] ξύμπαντες), καὶ ἐπὶ θάτερα κλίνουσι. Τάχα δ' ἂν καὶ ἐπεπτώκει, εἰ μὴ τὸ ξίφος, ὃ τῇ δεξιᾷ κατεῖχε χειρὶ, ἔφθασεν ἐναπερεισθῆναι τῇ γῇ. Ναὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ μύωπος ἀκμὴ, τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς ἐνδακοῦσα τὸ ἄκρον τῆς ἐφεστρίδος, ὃ ὑπόστρωμα λέγουσι, κλινέστερον [2] τὸν ἱππότην ἐποίει. Καὶ αὐτὸς δὲ τῇ λαιᾷ τῆς χαίτης τοῦ ἵππου δραξάμενος ἀνεῖχεν ἑαυτόν. Βοηθεῖται μέντοι [3] ἐκ θείας τινὸς δυνάμεως, σωτηρίαν
B παρ' [4] ἐχθρῶν αὐτῷ κομιζούσης παραδόξως· ἀναφύει γὰρ δεξιόθεν ἄλλους Κελτοὺς τὰ δόρατα πρὸς ἐκεῖνον ὀρθώσαντας· οἳ καὶ τὰ ἄκρα τῶν δοράτων κατὰ τὴν δεξιὰν πλευρὰν ἐμβαλόντες, ὤρθωσάν τε ἀθρόον [5] τὸν στρατιώτην, καὶ εἰς τὸ μέσον ἀντέστησαν, καὶ ἦν ἰδεῖν θαῦμα παράδοξον. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ εὐωνύμων ἀνατρέπειν ἠπείγοντο, οἱ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, τὰ δόρατα τῇ πλευρᾷ πήξαντες, ὥσπερ τοῖς πρώην ἐναντιούμενοι καὶ ἀντερείδοντες δόρασι δόρατα ἐπ' ὀρθοῦ σχήματος τὸν βασιλέα ἐποίησαν. Ἑδράσαντος δὲ ἑαυτὸν γενναιότερον καὶ συσφίγξαντος περιβάδην τὸν ἵππον ὁμοῦ καὶ τὴν ἐφεστρίδα, τηνικαῦτα γίνεταί τι [6] τῆς γενναιότητος ἐκείνου τεκμήριον. Ὁ γὰρ ἵππος ἄλλως μὲν καὶ θερμότατος ὢν καὶ ὑγροσκελής, ἄλλως δὲ ἀθλητικώτατος καὶ πολεμικὸς (ἔφθη γὰρ
C ὅπου τοῦτον ἀναλαβέσθαι τοῦ Βρυεννίου μετὰ τῆς ἐρυθροβαφοῦς ἐφεστρίδος, ὁπότε τοῦτον εἷλεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης, βασιλεύοντος ἔτι Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου), τὸ δὲ ὅλον εἰπεῖν ὑπὸ θείας προνοίας ἐμπνευσθεὶς, πάλλεταί τε εὐθὺς καὶ διαέριος γίνεται, καὶ ἐπ' ἄκρου τῆς εἰρημένης πέτρας ἐφίσταται, ὥσπερ ὑπόπτερος κουφισθεὶς, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῶν μύθων, Πηγάσου πτερὰ λαβών. Σγουρίτζην (98) τουτονὶ τὸν ἵππον ὁ Βρυέννιος ὠνόμαζεν. Τὰ δὲ τῶν Βαρβάρων δόρατα, ὥσπερ κενεμβατήσαντα, τὰ μὲν

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[**] καινή. [1] Deest vox ἦσαν. [2] ἀκλινέστερον. [3] μέν. [4] ἐξ. [5] ἀθρόως. [6] Deest vocula τί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(97) *Ὑπερκειμένη πέτρα.* **291** Quin et ipsi rupi *Petræ* nomen tribuit Guillelmus Apuliensis :

Et properare loco moneat, qui Petra vocatur,
Ecclesiæ Sancti Nicolai proximus iste
Est locus.

Castrum dicitur Papiæ : *Dyrrachium est mons Epiri. Ibi est castrum quoddam Petra dictum.* Et alibi, *Petra, forte castrum in Epiro.* Certe petris inædificabantur castella. S. Prosper, *De Provid. Dei :*

Non castella petris, non oppida montibus altis
Imposita, etc.

(98) *Σγουρίτζην.* Ita dictus equus Bryennii, a colore subfusco, subobscuro, seu Badio, uti vocant, nigro : Græcis enim recentioribus σγοῦρος, est obscurus. Narratio de Bertrando Romano
D Græco-barbara ms. ξανθὸς, καὶ σγουροκέφαλος, εὐόφθαλμος, καὶ ὡραῖος. Ejusmodi coloris equos *Brunos bayos* vulgo appellamus. Computum hospitii regis Fr. an. 1312, ubi de equis, qui a rege militarem ordinem ab eo consecutis in festo Pentecostes concessi sunt, eorum colores sic recenset: *Ferrandus, bayus, grisus grisus liardus, niger, brunus, brunus bayus, favus, brunus favus, bauçantus, bayus bauçantus, bayus favus, ruffus liardus, varius, niger bauçantus, brunus bayus signatus, liardus pommeletus, morellus, grisus pommeletus, niger stellatus in fronte, clarus bayus, niger maletinctus, albus ferrandus, albus grisus, niger grisus, brunus grisus ferrandus, morellus maletinctus*, etc. Sed de equorum coloribus consulas velim Gruterum pag. 341; Palladium *De re rustic.* lib. IV, pag. 13; et Isidor. lib. XII *Orig.* cap. 1.

καὶ τῶν χειρῶν τούτων ἐξέπεσον, τὰ δὲ διαπεπαρμένα τοῖς μέρεσι τοῦ ἐσθήματος τοῦ βασιλέως ἐναπομείναντα, μετεωρισθέντα τῷ ἵππῳ συνηκολούθησαν. Ὁ δὲ εὐθὺς ἀποκόπτει τὰ ἐπαγόμενα δόρατα, καὶ οὔτε τεθορύβηται τὴν ψυχὴν ἐν τοσούτοις δεινοῖς καταστὰς, οὔτε συνεθολώθη τοὺς λογισμοὺς, ἀλλὰ ταχὺ τοῦ συνοίσοντος γίνεται, καὶ τὸ παράδοξον ἐκ μέσου ἑαυτὸν ποιεῖται. Οἱ δέ γε Κελτοὶ κεχηνότες εἱστήκεσαν, τὸ γεγονὸς ἐκπληττόμενοι· καὶ γὰρ ἦν ἐκπλήξεως ἄξιον· θεασάμενοι δὲ τοῦτον ἐφ' ἑτέραν τραπέντα, καὶ αὖθις ἐδίωκον. Ὁ δὲ, ἐπὶ πολὺ νῶτα τοῖς μεταδιώκουσι στρατιώταις διδοὺς, στρέψας τὸν χαλινὸν καὶ συναντήσας ἑνὶ τῶν διωκόντων, διελαύνει τὸ δόρυ τοῖς στέρνοις. Ὁ δὲ τηνικαῦτα εἰς γῆν ὕπτιος ἔκειτο. Ὁ δὲ βασιλεὺς, αὖθις τὰς ἡνίας στρέψας, εἴχετο τῆς προτέρας ὁδοῦ. Συναντᾷ τοίνυν ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν διωκόντων τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις Κελτοῖς οὐκ ὀλίγοις· οἱ δὲ, πόῤῥωθεν τοῦτον θεασάμενοι συνησπικότες ἔστησαν, τούς τε ἵππους ἀναψύξαι βουλόμενοι, ἅμα δὲ καὶ ζωγρῆσαι τοῦτον ἐθέλοντες, κἀντεῦθεν ὥσπερ τι λάφυρον τῷ Ῥομπέρτῳ κομίσαι. Ὁ δὲ ἅμα μὲν τοὺς ὄπισθεν φεύγων διώκοντας, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν θεασάμενος, ἀπεγνώκει τὰς σωζούσας ἐλπίδας. Συλλεξάμενος δὲ ἑαυτὸν, ἐπὶ τῶν ἄλλων μέσον τινὰ ἐθεάσατο ἀπό τε τοῦ σώματος καὶ τῆς τῶν ὅπλων ἀποπαλλομένης αἴγλης τὸν Ῥόμπερτον εἶναι νομίσας, καταστήσας τὸν ἵππον κατ' αὐτοῦ φέρεται· κἀκεῖνος δ' ἐκεῖθεν πρὸς αὐτὸν τὸ δόρυ εὐθύνας, καὶ μέντοι γε καὶ συνελάσαντες ἄμφω κατὰ τὸ μεσαίχμιον, κατ' ἀλλήλων ἵενται. Πρότερον δὲ ὁ αὐτοκράτωρ διιθύνας τὴν χεῖρα παίει τοῦτον διὰ τοῦ δόρατος· τὸ δὲ αὐτόθεν διὰ τῶν μαζῶν εἰς τὰ μετάφρενα διεκβάλλεται. Καὶ τὸν μὲν βάρβαρον αὐτίκα εἶχεν γῆ· εὐθὺς γὰρ τοῦτον ἀφῆκεν καὶ ἡ ψυχὴ, τῆς τρώσεως καιρίας γεγενημένης. Καὶ τοῦ λοιποῦ ὁ βασιλεὺς, διασχισθείσης τῆς φάλαγγος, διὰ μέσων αὐτῶν ἐξιππάσατο, ἄδειαν αὐτῷ ἐφευράμενος τὴν σφαγὴν τοῦ βαρβάρου τούτου. Οἱ δ' εὐθὺς τὸν τρωθέντα εἰς γῆν ἐῤῥιμμένον θεασάμενοι, περιχυθέντες κειμένῳ, περὶ αὐτὸν διεπονοῦντο. Καὶ οἱ ὄπισθεν [7] τὸν βασιλέα διώκοντες, τούτους θεασάμενοι, ἀποβάντες τῶν ἵππων καὶ γνωρίσαντες τὸν ἄνδρα, ἐκόπτοντο ὀλολύζοντες. Ἀλλ' ὁ Ῥόμπερτος μὲν οὐκ ἦν, ἕτερος δὲ τῶν ἐπιφανῶν καὶ ὁ τούτου δεύτερος. Τούτων δὲ ἀσχολουμένων, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰ πρόσω τὴν πορείαν ἐπεποίητο.

culique plenum spectaculum exstitit loricati in equo imperatoris appetiti undique mucronibus hastarum, et earum vario se mutuo temperante impulsu ita librati, ut nulla re alia quam multitudine in ruinam urgentium erectus staret. Cum is autem tali occasione strenue utens sese in sede certius firmasset, restitutaque in debitum locum ephestride equi habenas angustius compescens alte adduxisset, generosus sonipes natura prærfervidus, et firmis cruribus, planeque aptus ad conatus circenses martiosque, non modo se in posteriores ungulas erexit, verum etiam impetu concepto, saltum expediens, sese equitemque suum in petræ adjacentis, cujus modo meminimus, verticem instar Pegasi cujusdam volucris extulit. Dicebatur is equus Guritzes, quod nomen acceperat a priori domino Bryennio. Hic enim ipse est quem insignibus imperialibus ac purpureis phaleris ornatum Alexius in prælio contra Bryennium, imperante adhuc Botaniate Nicephoro, ut superius narravimus, ceperat. Cæterum quantæcunque ejus equi vires erant, nequaquam id sine divinæ erga Alexium providentiæ præsenti ope miraculoque manifesto potuisse tunc quidem visus est. Hastæ porro Barbarorum, partim ipso equitis quem urgebant evolantis impetu excussæ de manibus tenentium effluxerunt, partim infixæ variis partibus imperatoriarum vestium ipsum imperatorem sese in altum efferentem, equi similiter raptæ saltu, consecutæ sunt. Quas statim Augustus cum ipsis unde pendebant vestium laciniis abscidit. Moxque nulla perturbatione mentis in tantis malis, aut turbida incertitudine consilii, statim expediens quid facto esset opus, se mirabiliter inde proripuit: Gallis inhianter circum suspectantibus, incredibilique stupore perculsis. Et erat stupendi causa. Mox alio procul itinere fugientem conspicati toto rursus insequuntur impetu; quorum strepitu instantium imperator admonitus, ubi tracta in longum fuga securos periculi victores fecerat, repente versis habenis unum insequentium, quem forte primum obvium habuit, hasta transverberans, adverso pectore, supinum dejicit in terram. Sicque converso iterum equo priore via continuat fugam. Eo itinere paulo post incidit in quasdam Gallorum cohortes quæ Romanos persecutæ fugientes in castra victrices redibant. Ili viso procul agnitoque Augusto ibidem in via media, qua necessarius erat transitus, conglobati scutisque commissis et invicem consertis exspectant, quo et equis longo cursu fessis aliquid laxamenti modica requie ad novos conatus darent, et imperatorem, quem vivum capere potius quam incursu occidere mallent, haud ignari quam gratum id Roberto munus oblaturi essent, sic melius redigerent in potestatem. Tum enimvero imperator qui tot a tergo insequentium hostium infestum impetum vix ac ne vix quidem jamdudum frustraretur, alios quoque occurrentes a fronte cernens, plane actum putavit **120** de salute sua. Ergo, quod unum supererat, honestam nec inultam affectans mortem, postquam brevi spatio sese collegit, in confertam repente obstantium turbam irruit; mediumque ipsorum sublime exstantem animadvertens quempiam tum a staturæ modo, tum a fulgore armorum suspicatus Robertum esse, ipsum recta petit. Quem alter magno animo protentaque hasta ex adverso similiter invadit. Eo utriusque cursu medium spatium

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[7] ὄπισθεν δέ.

momento corruptum est. Concurrunt equites. Prior imperator directa manu adversario hastam incutit; ictus per mamillas in dorsum trajicit. Barbarus statim humi procumbit exanimatus lethali vulnere. Mox incitato Augustus equo per divisam phalangem cœpto itinere ferebatur, redempta per necem istius Barbari securitate fugiendi. Nam Galli cæteri ad jacentem accurrerunt adjutandi causa curandique, illique ipsi qui dudum a tergo insequebantur Alexium, in eum perlati locum ubi postremo cæsus procumbebat Barbarus, descenderunt ibidem ex equis, agnitoque viro mortem ejus lamentabundi plangebant ululantes. Non fuit is quidem Robertus, verum ex illustrissimis principibus alius uni Roberto secundus. Sic igitur istis occupatis imperator purum iter ac liberum in tuta tenebat loca.

Verum ego inter hæc narranda parum meminisse visa sum, vel historiæ fide ac religione ad veri cujusvis promulgationem urgente, vel admiratione me quoque efferente facinorum tantorum tamque incredibilium, me patris mei res gestas scribere. Etenim ne historiam fictionis suspectam reddam, soleo plerumque brevitate magna transcurrere quæ de patre meo narranda occurrunt, cohibente me verecundia ne eas juvare arte efferreque dicendo ausim: quin etiam nec totam ipsis suam latitudinem in narrando tribuens. Atque utinam ista causa ne obstaret, et ego hujus affectus erga parentem pii suspicione libera totam orationis vim in istam uberrimam laudandorum facinorum segetem possem immittere: efficerem profecto et argumento sui plente facultatem ab æquis juxta iniquisque magnifica dictione pervincerem, neminem in omni memoria exstitisse in unum cujus res gestæ arctiorem cum omni genere laudis conjunctionem habuerint. Nunc gestientem in laudationem istam linguæ stylique impetum metus ille retardat ac refrigerat: ne plerisque ex usu vulgari de me censentibus videar, in commendatione capitis ita mihi conjuncti ut laudum ipsius in me contagio redundet, indulsisse charitati damno veritatis: et res quæ proferendæ tunc essent prorsus inusitatæ atque mirabiles ex vano hausisse potius, propriove ingenio finxisse, quam ex certa testataque prompsisse memoria. Quanquam si cedere affectibus et ultra severitatis historicæ gyros exsultare licentia quidvis dicendi inducerem in animum, næ ego non plus exsultationi triumphoque quam luctui lamentisque indulgerem: adeo tristia plerumque adversaque sunt quæ vitam atque imperium mei patris describere aggressæ exprimenda narratione veniunt. Quorum equidem commemoratione sæpissime inter commentandum stillante in stilum **121** ac chartam oculo defungor; tum, non facilius erumpentes questus e pectore quam ex oculis lacrymas continens, remitto interdum dolori habenas luctumque exspirare in querimonias sino, quas, cum alioqui breves sint, neutiquam intempestivas visum iri arbitror: imo si secus facerem, et domesticas calamitates tantas siccis oculis absque significatione mœroris ulla, plane ut silex sensu cassus, aut durissimus adamas præterirem, periculum esset ne tota historia ficta potius ad ostentationem artis, atque ad scenicarum exemplum fabularum mendaci videretur tragicorum casuum varietate concinnata, quam narratio serio complexa vere in vita versatas fortunæ infensæ acerbitates; tales profecto ac tantas ut earum interposita mentione jurare debeam, si esse audireque patris amans velim, nihil hac in parte inferior illo juvene quem sic loquentem Homerus facit: *Non, Agelae, Jovem patrisque mei mala juro*, verum parentis mei clades virtusque quam ea evadenda vincendaque monstravit mihi privatim uni deploranda admirandaque relinquatur. Nunc in orbem susceptæ historiæ redeamus.

A 'Αλλ' ἔγωγε μεταξὺ τῶν λόγων ἐπελαθόμην, τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν τῆς ἱστορίας, τὸ δὲ καὶ [8] διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ὑπερβολὴν, ὅτι πατρὸς κατορθώματα γράφοιμι. Μηδὲ γὰρ βουλομένη τὴν ἱστορίαν ὕποπτον θεῖναι, πολλάκις παρατρέχω [9] τὰ τοῦ πατρὸς, μήτε αὐξάνουσα, μήτε πλάτος [10] περιτεθεῖσα [11]. Εἴθε γὰρ ἐλευθέρα ἦν τοῦ πάθους τούτου τοῦ πατρικοῦ, καὶ ἀπόλυτος, ἵνα, καθάπερ ὕλης ἀμφιλαφοῦς δραξαμένη, τὴν σοβάδα γλῶσσαν ἐνεδειξάμην, ὁπόσην ἔχει περὶ τὰ καλὰ τὴν οἰκείωσιν. Ἐπιλυγάζει [12] δέ μου τὸ πρόθυμον ἡ φυσικὴ στοργὴ, μήπως δόξαιμι τοῖς πολλοῖς ὑπὸ προθυμίας τοῦ λέγειν περὶ τῶν κατ' ἐμαυτὴν, τερατολογίας παρέχειν ὑπόληψιν. Καὶ γὰρ ἂν, πολλαχοῦ τῶν καθορθωμάτων [13] τῶν πατρικῶν μεμνημένη, καὶ τὴν ψυχὴν B αὐτὴν ἐπεστάλαξα [14], ξυγγράφουσά τε, καὶ διηγουμένη, ἐν ὁπόσοις καιροῖς [15] περιπέπτωκε, καὶ οὐδ' ἄνευ μονῳδίας καὶ θρήνου τὸν τόπον παρῆλθον. Ἀλλ' ἵνα μὴ ῥητορεία κομψή τις ᾖ κατὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς ἱστορίας, ὥσπερ τις ἀπαθὴς ἀδάμας καὶ λίθος, παρατρέχω τὰς τοῦ πατρός μου [16] ξυμφοράς. Ἅπερ ἔδει κἀμὲ καθάπερ ἐκεῖνον τὸν Ὁμηρικὸν νεανίσκον εἰς ὅρκον προφέρειν (οὐδὲ γάρ εἰμι χείρων ἐκείνου τοῦ λέγοντος· *Οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμεῖο*), πρὸς τὸ εἶναι καὶ λέγεσθαι φιλοπάτωρ. Ἀλλὰ τὸ μὲν πάθος τὸ πατρικὸν ἐμοὶ μόνῃ καταλελείφθω, καὶ θαυμάζειν, καὶ ὀλοφύρεσθαι, τὰ δὲ τῆς ἱστορίας ἐχέσθω.

Post hæc Galli ad Robertum rediere; qui eos infecta re vacuos cernens, auditis quæ acciderant

C Μετὰ ταῦτα οἱ μὲν Κελτοὶ τῆς πρὸς τὸν Ῥόμπερτον ὁδοῦ φερούσης εἴχοντο. Ὁ δὲ κενοὺς τούτους

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[8] Deest vocula καί. [9] μεταπρέχω. [10] πάλιν. [11] περιτιθεῖσα. [12] ἐπηλυπάζει. [13] κατορθωμάτων [14] ἀπεστάλαξα. [15] πόσοις κακοῖς. [16] Deest vocula μου.

θεασάμενος, πυθόμενός τε τὰ τούτοις συμπεσόντα, πάντας μὲν μεγάλως κατητιᾶτο, ἕνα δὲ τούτων ἔκκριτον καὶ μαστίζειν ἠπείλει, ἄνανδρόν τε ἀποκαλῶν καὶ ἀπειροπόλεμον. Καὶ ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς πέτρας μετὰ τοῦ ἵππου ἀνέθορε, καὶ τὸν βασιλέα Ἀλέξιον ἢ κρούσας ἀνεῖλεν, ἢ δραξάμενος ζῶντα ἤγαγε [17], τὰ πάνδεινα πάσχειν ᾤετο. Ἦν γὰρ ὁ Ῥόμπερτος οὗτος τἄλλα μὲν εὐψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος, πικρίας δὲ ὅλος ἄνθρωπος καὶ ἐπὶ [18] ῥισὶν ἐπικαθήμενον ἔχων τὸν χόλον, καὶ τὴν καρδίαν μεστὴν θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἔμπλεων, καὶ οὕτως ἔχων περὶ τοὺς πολεμίους, ὡς ἢ τὸν ἀντικαθιστάμενον διαπεῖραι τῷ δόρατι ἢ ἑαυτὸν διαχρήσασθαι, παρὰ τὸν μοιραῖον, φησί, κλωστῆρα ἀπαλλαττόμενος. Ὁ μέντοι στρατιώτης ἐκεῖνος, ὃν ὑπ' αἰτίαν [19] ὁ Ῥόμπερτος ἦγε, τό τε ἀνεπίβατον καὶ ὀξὺ τῆς πέτρας μάλα σαφῶς διηγεῖτο, καὶ ὅτι εἰς τὸ μετεωρότατον ὁ τόπος ἐπῆρτο, καὶ ὡς ἡ πέτρα ὀξεῖα ἦν καὶ ἀκροσφαλής, καὶ ὡς οὐδένα, οὐ πεζόν, οὐχ ἱππότην ἐπιβῆναι ταύτης δυνατὸν ἄνευ θείας τινὸς μηχανῆς, μὴ ὅτι γέ τινα πολεμούμενον καὶ μαχόμενον, ἀλλ' οὐδ' ἄνευ πολέμου τινὸς εἶναι δυνατὸν ἀποπειρᾶσθαι τῆς πέτρας. Εἰ δέ μοι, φησί, καὶ διαπιστοίης, ἐπιχειρήσας ἢ αὐτὸς σύ, ἤ τις ἄλλως [20] τῶν ἱπποτῶν ὁ θαῤῥαλεώτατος τῶν ἀμηχάνων αἰσθήσεται. Εἰ δ' οὖν, ἀλλ' εἴ τις ἀναφανεῖται τῆς πέτρας περιγενόμενος, μὴ ὅτι γε ἄπτερος, ἀλλὰ καὶ ὑπόπτερος ὤν, ἕτοιμος αὐτὸς πᾶν ὅ τι δεινὸν [21] ὑποστῆναι καὶ ἀνανδρίας [22] κατακριθῆναι. Ταῦτα εἰπὼν μετὰ θαύματος καὶ ἐκπλήξεως ὁ βάρβαρος τὸν ἐπίχολον Ῥόμπερτον κατέστειλέ τε καὶ εἰς θαῦμα ἐκίνησεν ἀφέμενον τοῦ ὀργίζεσθαι.

Vehementer omnes objurgavit, insignem etiam quemdam inter ipsos flagris cædi se jussurum est minatus, ignavum imperitumque rei bellicæ incusans. Addebat imprecari se sibi mala omnia nisi in tali casu equum ipse suum simili saltu in eumdem petræ verticem in quem Augustus evaserat, immissurus fuisset, ibique eumdem aut equo dejectum occisurus aut capturus vivum. Erat quippe hic Robertus generosissimus ille quidem summusque contemptor periculorum, at idem irritabilis ut qui maxime, naribus ferme iram spirantibus, atque ubi quippiam offenderet, minusve ad votum succederet, statim indignabundus, stomachique atque acerbitatis plenus: hostes vero quod attinet, cum versaretur in prælio equitemque in adversum infestus vaderet, perire adversarium an se ipsum mallent, fatis permittebat, securus et paratus in utrumque, sed certus alterutrius. Cui cum contra exciperet is quem acriter incessebat miles, insuperabilem fuisse petram nimium quantum excelso acumine, ascensu undique ita abrupto, itaque præcipiti ac lubrico ut nisi Deo tanquam oblata machina juvante extollenteque, nemo, non dicam impeditus armis et in equo bellatore cataphractus, ac pugnans, sed ne pedes quidem otiosus et securus, perreptare in ejus verticem quantavis industria conatuve queat. Quod si mihi non credis, ajebat, age experire aut ipse tu aut quivis alius equitum maxime audax maximeque peritus equi regendi; si quis vestrum eniti saltu reipsa potuerit in saxi verticem, nisi non solum alatus ipse, sed et alato vehens equo, non recuso quin supplicio quantumvis acerbo me subjicias ignaviæque condemnes. His miles dictis, eo gestu atque habitu qui facile prodereț stuporem in quo erat adhuc ex hærente sensibus **122** memoria saltus incredibilis quem oculis paulo ante usurpaverat, Robertum placavit, ira ejus in admirationem versa.

Ὁ δὲ βασιλεύς, τοὺς ἑλιγμοὺς τῶν παρακειμένων ὀρῶν καὶ πᾶσαν τὴν δύσβατον ἀτραπόν, ἐν δυσὶ νυχθημέροις διεξελθών, καταλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα (99). Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὸν Χαρζάνην διελθών, καὶ μικρὸν περὶ τὴν καλουμένην *Βαβαγορὰν* ἐγκαρτερήσας (τέμπος δ' αὕτη δύσβατόν ἐστι), μήθ' ὑπὸ τῆς ἥττης, μήθ' ὑπὸ ἄλλων τοῦ μόθου [23] κακῶν τὸν νοῦν συγχυθείς, μήθ' ὑπὸ τῆς κατὰ τὸ μέτωπον τοῦ τραύματος ὀδύνης ὑποχαλάσας, κἂν τὰ ἐντὸς ὑπὸ τῆς λύπης τῶν ἐν τῇ μάχῃ πεπτωκότων, καὶ μᾶλλον τῶν γενναίως ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν ἐξεφλέγετο. Ἀλλ' ὅμως ὅλος τῆς πόλεως ἦν Δυῤῥαχίου καὶ ταύτης ἐμέμνητο, ἀχθόμενος ὅτι ἄτερ ἡγεμόνος καταλέλειπτο, τοῦ Παλαιολόγου διὰ τὴν ὀξεῖαν συμβολὴν τοῦ πολέμου μὴ δυνηθέντος ἐπαναστρέψαι. Καὶ ὡς ἐνὸν [24] τοὺς κατ' αὐτὴν ἠσφαλίσατο καὶ τὴν τῆς [25] ἀκροπόλεως φρουρὰν τοῖς ἐκκρίτοις Βενετί-

At imperator, longos circuitus objacentium montium et impeditissimos calles inviæ semitæ continuato labore duorum dierum totidemque noctium emensus, Achridem tenuit, trajecto per id iter amne Charzane et paululum duntaxat in saltu impervio dicto *Babagora* moratus, animo ipse nihil perturbato, vel fatigationis ex jactatione tanta, cæterorumque malorum; ne dolore quidem tum maxime pungente accepti in fronte vulneris inflecti se quidquam aut in ullam remissionem frangi sinens. Quanquam illum intus in animo ingens urebat desiderium tot illustrium virorum qui fortissime dimicantes in pugna ceciderant. Tamen a cura justa illa quidem, sed in præsens inutili, ad instantium provisionem mentem transferens, totum se dabat exquirendis rationibus Dyrrhachii tuendi. Quæ civitas ut jam par esse posset oppugnationi victoris Roberti susti-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἀνήγαγε. [18] ἐν. [19] αἰτίασιν. [20] ἄλλος. [21] εἴ τι δυνατόν. [22] ἀνανδρίαν. [23] Desunt voces τοῦ μόθου. [24] ἐξόν. [25] Deest vocula τῆς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(99) *Ἐπιλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα.* Hinc erroris arguuntur Sabellicus et Collenutius, qui Alexium in Peloponnesum fugisse scribunt.

nendæ, merito Alexius sua prudentia rem æstimans verebatur, quippe qui reputabat Palæologum cujus ea virtute hactenus steterat, inde nunc abesse. Nam is semel evocatus, per fortunam deinde adversi prælii haud situs est in suam arcem iterum ingredi. Tamen imperator eos qui restabant Dyrrhachii confirmare in officio quoad licuit sategit. Electisque Venetis qui coloniam illuc duxerant, arcis custodia mandata, cæteram gubernationem propugnationemque urbis universæ Comiscortæ ex Arbanis profecto commendavit, scriptis ad eum de iis quæ tali tempore facienda viderentur, accuratis litteris.

A κοις (1) τῶν ἐκεῖσε ἀποίκων ἀνέθετο, τὴν δέ γε ἐπίλοιπον πᾶσαν πόλιν τῷ ἐξ Ἀρβανῶν (2) ὁρμωμένῳ Κομισκόρτῃ, τὰ συνοίσοντα διὰ γραμμάτων ὑποθέμενος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) *Βενετίκοις*. Malaterra, lib. III, cap. 29 : *Erat autem ea tempestate apud Duracium Venetianus quidam, nomine Dominicus, nobili genere, cujus providentiæ major turris ad tuendum delegata erat*, etc.

(2) *Ἀρβανῶν*. Ἀρβανοὶ, qui Ἀρβανῖται Scylitzæ in Niceph. Phoca, hodie Albani. Ἀρβανιτία, Albania, in Poemate ms. cui titulus Θρῆνος, seu Lamentatio de capta a Turcis CP.
Ἔχεται δὲ τὴν Βουλγαρίαν, καὶ τὴν Ἀρβανιτίαν.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Ε'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER V.

123 ARGUMENTUM.

Robertus Dyrrhachio in potestatem redacto in Italiam rediens, Henricum Alamaniæ regem fugat, castris ejus captis. Baimundus in Illyrico relictus, multis urbibus captis, Alexioque imperatore bis acie victo, tertio ad Larissam prælio non plene victor, quanquam nec omnino victus, redire tamen ad patrem cogitur conspiratione suorum, quos contra illum Alexius clam concitaverat. Italus quidam homo turbulentus, Constantinopoli revocare prava dogmata publice jubetur.

PERIOCHÆ.

Roberti deliberatio. Dyrrhachienses urbem dedunt. Roberti charitas in suos et cura supplendi exercitus. Imperatoris mœror generosa spe conjunctus. Comparatio Alexii cum Roberto. Illius præ hoc excellentia. Imperator Deaboli suos colligit. Novos delectus cogitat. Botaniatis **124** *profusio. Exinanitio ærarii. Cur Alexius imperium non abdicarit. Principes pecuniam conferunt. Spes militum immensæ. A sacris pecuniis subsidium quæsitum. Sebastocrator convocata synodo Ecclesiarum minus celebrium spolia petit. Repugnat ei libera voce Metaxa ; Leo Chalcedonensis spoliatione templorum efferatur in Alexium : quem acriter incessit longa ejus abutens patientia. Pecuniæ sacræ iterum tentatæ. Leo doctrinæ suspectæ reus factus. Licentissime in Augustum invehitur. Ejus reconciliationem oblatam spernit. Chalcedonensi sede deponitur ; in exsilium mittitur. Imperator milites exercet. Legatis missis Alamaniæ regem in Robertum incitat. Constantinopolim revertitur. Manichæi ab eo recedunt. Robertus audita Henrici expeditione in Longobardiam Baimundum Illyrico præficit, ei bellum Romanum commendat. Italiam repetit. Exercitum Salerni congregat. Romam tendit. Hinc cum papa junctus in Henricum movet ; qui territus fugit. Robertus ejus castris et spoliis potitus Romam redit. Ibi papa in sede firmato rex ab eo salutatur. Tum Salernum se recipit ; ubi patrem Baimundus tristi vultu convenit, perfidia suorum a medio victoriarum cursu revocatus. Is post patris abscessum magnis copiis transfugio Romanorum auctis multas urbes capit, arces munit, regiones vastat, bis Alexium acie vincit et fugat insidiis ejus evitatis. Trium comitum conjurationem detegit et vindicat. Alexius auxilia Turcorum implorat. Baimundus Larissam obsidet, propugnante Leone Cephala. Alexius auxilio Larissenibus venit. Somnium videt ; votum facit ; insidias struit. Hinnitu equorum victoriæ omen capit. Simulata Romanorum fuga, Imperator castra Gallorum capit. Clades equitatus Gallici. Baimundi vanum gaudium. Fortitudo præsentis animi. Latini Romanos cædunt. Laudes Michaelis Ducæ. Stratagema Baimundi. Romani exercitus fuga. Uzæ fortitudo. Latini turbantur*

inclinatione vexilli. Alexius comites Gallos colloquiis tentat; non frustra; conspirant enim contra Baimundum et recedere ipsum cogunt. Alexii studium pro religione et sana doctrina. Itali novatoris ortus et primordia. Litterarum studia imperante Alexio florent. Michael Psellus divinitus adjutus in studiis. Jurgia Itali cum Psello. Michael Ducas Augustus et fratres ejus amantes litterarum. Italus Epidamnum mittitur, Romam fugit, Constantinopolim revocatur. Principatum professionis philosophicæ obtinet. Vitia ejus et laudes. Doctrinæ qualitas et genus. Parum prodest discipulis. Digressio de studiis Alexii et Irenes. Nam hæc deditissima lectioni fuit præsertim operum sancti Maximi. Italus convincitur pravi dogmatis. Judicium ecclesiasticum eludit. Dogmata ejus anathemati subjiciuntur. Ea ipse revocat, et se Ecclesiæ reddit.

ΑΛΕΞΙΑΣ Ε'.

Ὁ μέντοι Ῥομπέρτος (3), ἀμεριμνήσας παντάπασι, τὴν λείαν πᾶσαν, καὶ τὴν βασιλικὴν σκηνὴν ἀφελόμενος, τροπαιοφόρος, καὶ γαυριῶν τὴν πεδιάδα κατέλαβεν εἰς ἣν πρότερον ηὐλίζετο, τὸ Δυῤῥάχιον πολιορκῶν. Καὶ μικρὸν διαναπαυσάμενος ἐβουλεύετο ἢ [26] χρὴ αὖθις ἀποπειρᾶσθαι τῶν τούτου τειχῶν ἢ τὴν μὲν [27] πολιορκίαν εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ παραφυλάξασθαι, τὸ παρὸν δὲ τὴν Γλαβινίτζαν καταλαβεῖν, καὶ τὰ Ἰωαννίνα (4), κἀκεῖσε παραχειμάσαι, καταθέμενον τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν, εἰς τὰ ὑπερκείμενα τέμπη τῆς πεδιάδος Δυῤῥαχίου. Οἱ δ' ἐντὸς Δυῤῥαχίου, καθάπερ ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἐπεὶ οἱ πλείους ἀπὸ Μέλφης καὶ Βενετίας ἦσαν ἄποιχοι [28], τὰ ξυμπεσόντα τῷ αὐτοκράτορι μεμαθηκότες, καὶ τὴν τοσαύτην ἀνδροκτασίαν, καὶ τὴν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν σφαγήν, καὶ τοὺς στόλους ὑποκεχωρηκότας, καὶ ὅτι ὁ Ῥομπέρτος εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ τὴν πολιορκίαν ταμιεύεται, διεσκοπεῖτο ἕκαστος ὅ τι πράττειν χρὴ καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ αὖθις ἐς τοσούτους ἐμπεπτωκέναι κινδύνους. Συλλεξάμενοι οὖν ἑαυτούς, τὸ ἀπόῤῥητον ἕκαστος εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγουσι, καὶ περὶ τῶν ὅλων γνωσιμαχήσαντες, ὥσπερ ἐν ἀπόροις πόρον εὑρηκέναι ᾠήθησαν πεισθῆναί τε [29] τῷ Ῥομπέρτῳ, καὶ παραδοῦναί οἱ τὴν πόλιν. Ἐρεθισθέντες δὲ καὶ παρά τοῦ τῶν ἀποίκων [30] Μέλφης, καὶ ταῖς τούτου πεισθέντες ὑποθημοσύναις, τὰς εἰσόδους ἀναπετάσαντες, πάροδον τῷ Ῥομπέρτῳ (5) δεδώ-

125 Cæterum Robertus belli securus, quippe plene jam victor, castris impedimentisque Romani exercitus universis, et ipso Augusti tabernaculo, potitus, tropæis erectis exsultabundus, triumphansque superbo gaudio, planitiem quam ante prælium castris insederat, cum Dyrrhachium obsideret, repetiit iterum, modicaque illic mora, deliberavit: ecquid oppugnationem urbis de integro resumere præstaret, murosque iterum quatere? an potius ea re in ver proximum dilata, nunc Glabinitzam occupare ac Joannina, ibique hibernare, universo exercitu distributo per amœnas et uberes valles quas ii montes efficiunt, qui æquabilem et campestrem Dyrrhachiensis soli regionem ab oriente terminant? Qui vero Dyrrhachio inclusi, resistere adhuc velle, ut superius vidimus, videbantur; homines attenti suis rebus et Melphorum Venetorumque coloni plerique, audita imperatoris clade, cædeque tot ducum ac virorum principum, cum insuper classem utramque Romanam Venetamque recessisse cernerent: reputarentque secum, nec saltem experiendæ virtutis præsentem occasionem dari; quoniam percrebuerat decrevisse Robertum, eos lenta duntaxat per hiemem obsidione circumcludendos, in vernam tempestatem totis viribus oppugnandos differre; his, inquam, perculsi qui Dyrrhachium obtinebant cogitare pro se quisque

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[26] ἐβουλεύετο εἰ. [27] τήν. [28] ἄποικοι. [29] Deest vocula τε. [30] ἐποίκων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) *Ὁ μὲν Ῥόμπερτος*. Malaterra, lib. III, cap. 27: *Nostri itaque victoriam adepti, duce eos reprimente, haud longe fugientes persecuti sunt, sed ad castra eorum regressi, dux in tentoriis imperatoris hospitatur.* Guillelmus Apul.

Dux in Alexinis remorari tempore castris
Non multo propter putrefacta cadavera curat.

(4) *Ἰωαννίνα*. Joannina, Acarnaniæ, seu Ætoliæ oppidum, olim Cassiope dictum, episcopali sede insigne sub Metropolitano Naupacti. Hujus mentio est apud Porphyrogenn. in Basilio cap. 16; Cantacuzenum, lib. II, cap. 34; Joannem Anagnostam, cap. 18; Laonicum, lib. I, Gregoram, etc.

(5) *Πάροδον τῷ Ῥομπέρτῳ*. Venit Dyrrachium in potestatem Roberti, proditione Dominici, nobilis Veneti, cujus mox memini, qui in proditionis præmium filiam Willelmi principatus comitis, ejusdem Roberti ex fratre neptem, in uxorem obtinuit, uti narrant Malaterra, lib. III, cap. 18; Ordericus Vitalis, lib. VII, et Guillelmus Apul. lib. IV, qui pluribus historiam et modum capti Dyrrachii prosequitur. Unde mirum cur Anna proditorem hunc **292** Melphensem faciat, cum in confesso sit ex prædictis scriptoribus fuisse natione Venetum. Huc spectant quæ habet Willelm. Malmesbur. lib. IV, *Hist.*, a quo hausit quæ in eamdem sententiam scribit Albericus, an. 1084: *Cum oppidani fiducia mœnium jactitarent ideo urbem Duracium nominatam, quod contra omnes obsidiones imperterrita duraret: Et ego, inquit Guiscardus, vocor Durandus, et eousque in obsidione durabo, quo civitati nomen auferam, ut non Durrachium, sed Mollucium amodo dicatur. Cujus responsi constantia effecit, ut confestim pavefacti portas aperirent.*

intentius ac disquirere privatim taciti cœperunt, A ecqua iniri posset opportuna ratio salutis expediendæ, cavendique in posterum ne in mala pericula ve iis similia quibus modo defuncti essent, denuo revolverentur. Iis diu singillatim animo versatis, congregati aliquando in cœtum unum ut in medium consulerent, unoquoque quod privatim sapiebat in commune proferente, post modicam sententiarum altercantium pugnam haud gravate consenserunt : unam optimam videri difficultatis in qua essent explicandæ viam, si cum Roberto agerent, eique certis conditionibus dederent civitatem. Exstitit præcipue in isto deditionis consilio suadendo urgendoque obnixum studium cujusdam coloni Melphensis, quo multa in eam partem commemorante monenteque, tandem in ejus est sententiam deliberatio conclusa, decretumque ut portæ patefierent, Robertique potestati urbs permitteretur : qua is occupata copias in eam ex hibernis evocavit : ibique recreavit exercitum, diligenti cura sauciorum habenda ; non eorum duntaxat qui vulnerati graviter fuissent, verum et illorum quoque quos vel leviter in summa cute gladius strinxisset. Exquisivit etiam exacte quot qualesve suorum præteritis absumpti pugnis perissent, quorum in locum, quoniam delectibus habendis aptum per hiemis otium tempus videretur, novas auxiliarium cohortes conducere videlicet sibique adjungere parabat : in animo habens, simul ver illuxisset **126** instructo exercitu infestis signis recta in imperatorem tendere.

κασιν. Ἐγκρατὴς δὲ τούτου γενόμενος, τὰς δυνάμεις μετεκαλεῖτο, φιλοκρινῶν [31] ἅμα εἴ που τέτρωταί τις καιρίαν, ἢ ἐπὶ χρῶτα παραξήσαντος [32] τυχὸν τοῦ ξίφους, καὶ διερευνώμενος ὁποῖοί τε καὶ ὁπόσοι πολέμου παρανάλωμα γεγόνασιν [33] ἐν ταῖς προηγησαμέναις μάχαις, σκοπῶν [34] ἅμα, ἐπεὶ χειμὼν ἤδη παρῆν, κατὰ τόδε καιροῦ διὰ τούτου καὶ μισθοφορικὸν ἕτερον ἐπισυνάξαι, καὶ ξενικὰς ἐπισυλλέξαι δυνάμεις, καὶ ἦρος ἐπιφανέντος, τηνικαῦτα πανστρατὶ κατὰ τοῦ βασιλέως χωρῆσαι.

Talia victor, sibique victoriam ipse applaudens B ac magnifice gratulans Robertus cogitabat parabatque. E contrario imperator victus fugatusque, insuper et vulnere in fronte deformatus, sed et majore intus in animo percussus plaga, pudore nimirum tam acerbæ luctuosæque cladis, et desiderio tot fortium illustriumque virorum qui funesto illo prælio ceciderant : tacitus mœrensque ac velut malis attonitus aliquandiu stupebat, segni luctu desidens. Verum torpore isto cito excusso brevi se sibi reddidit, atque in generosas spes curasque se dignas excitato animo, totum se dedit rationibus exquirendis reparandæ jacturæ, cladisque atque ignominiæ cumulate in hostes vere proxime secuturo refundendæ. Erat hoc par ducum tanta utrimque similitudine præditum laudum, C quanta fere odii atque hostilium irarum acerbitate discors : uterque ad omnes bellicæ rei functiones ac partes manu juxta menteque promptissimus ; ambo in providendo acres, in conscientia celanda cautissimi, neuter ullius rudis militaris artis, seu oppugnare arcem, seu struere insidias, seu aperto marte signa conferre opus esset, pariter expediti consilio, manu strenui, pectore firmi atque intrepidi, ut nunquam ullo bello ad spectaculum orbis

Ἀλλ' οὐχ αὐτὸς μὲν ὁ Ῥομπέρτος, καίτοι νικητὴν ἑαυτὸν καὶ τροπαιοῦχον ἀνευφημῶν, τοιαῦτα ἐλογίζετο, ὁ δ' ἡττηθεὶς βασιλεὺς, καὶ τραυματίας γεγονὼς, διὰ τὴν ἀνύποιστον ἐκείνην ἧτταν καὶ τοσούτους καὶ τοιούτους ἀποβεβληκὼς, μορμολυχθεὶς (6), οἷον συνέσταλται· ἀλλὰ μηδὲν σμικροπρεπὲς ἑαυτοῦ [35] λογισάμενος, μηδὲ χαλάσας ὅλως τὸν λογισμὸν, σπεύδων ἦν ὅλῃ γνώμῃ τὴν ἧτταν ἦρος φανέντος ἀνακαλέσασθαι. Ἦσαν γὰρ ἄμφω πάντα προϊδεῖν καὶ συνιδεῖν ἱκανοὶ, καὶ πολεμικῶν τεχνασμάτων οὐδενὸς ἀδαεῖς, ἀλλὰ πάσαις μὲν τειχομαχίαις, πάσαις δὲ λοχήσεσι, καὶ ταῖς ἐκ παρατάξεως ἀγωνίαις αὐθάδεις [36], τὰς δὲ διὰ χειρὸς πράξεις δραστικοὶ καὶ γενναῖοι, καὶ ἐχθροὶ πάντων τῶν ὑπ' οὐρανὸν ἡγεμόνων [37], γνώμῃ καὶ ἀνδρίᾳ κατάλληλοι. Εἶχε δέ τι τοῦ Ῥομπέρτου πλέον ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος, ὅτι νεάζων τὴν ἡλικίαν (7) ἔτι, κατ' οὐδὲν ἐλάττων τοῦ ἤδη ἀκμάζοντος ἦν, καὶ τὴν γῆν μικροῦ σαλεύειν, ὅλας τε φάλαγγας ἐκ μόνου ἐμβοήματος αὐχοῦντος συνταράττειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέροις συντηρείσθωσαν τόποις. Μελήσει γὰρ πάντως τοῖς ἐγκωμιάζειν ἐθέλουσιν. Ὁ δέ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος, ἐν Ἀχρίδι μικρὸν ἑαυτὸν ἀνακτησάμενος, καὶ τὸ σῶμα διαναπαύσας, καταλαμβάνει τὴν Δεάβολιν (8).

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] φυλλοκρινῶν. [32] παραξέσαντος. [33] γέγοναν. [34] καὶ σκοπῶν. [35] περὶ αὐτοῦ. [36] ἐθάδες. [37] ἡγεμόνων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) *Μορμολυχθείς*. Guillelmus Apuliensis :

Lacrymatur Alexius hostem
Prævaluisse sibi, cui nec par copia gentis,
Nec par census erat, discedit saucius ipse,
Cogitur et lacrymans inglorius ille reverti,
Gloria cui fuerat frustra sperata triumphi.

(7) *Νεάζων τὴν ἡλικίαν*. Erat Alexius cum imperium accepit annorum circiter 33, vixit enim juxta Zonaram, annos 70, a quibus si 37, cum aliquot mensibus, quot imperavit, demantur, resta- D bit numerus annorum supradictus.

(8) *Δεάβολιν*. Deabolis Nicephoro Gregoræ, lib. III, et Nicephoro Callist. lib. XVII, cap. 28 : Τὸ τοῦ Διαβόλεως ἄστυ, Acropolitæ, cap. 80, et Pachym. lib. II, cap. 11. Duplicem Deabolim statuit idem Acropolita, cap. 49 : Magnam et Parvam. Unde forte Διαβόλεις numero multitudinis effert Cantacuzenus, lib. I, cap. 55. Hodie *Diavoli*, haud procul a lacu Achridis. Vide Jus Græcor. pag. 285 et Not. ad pag. 380.

Καὶ τοὺς μὲν τοῦ πολέμου διασωθέντας τῆς ἐκ τοῦ μόχθου κακοπαθείας ὡς ἐνὸν ἐπανελάμβανε, τοὺς δέ γε ἐπιλοίπους ἁπανταχόθεν ἀποστείλας διεκηρύκευε τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβεῖν. Ἐπεὶ δὲ πεῖραν τοῦ Ῥομπέρτου, καὶ τῆς τόλμης τοῦ τηλικούτου ἔσχε στρατεύματος, καὶ πολλὴν ἀφέλειαν καὶ ἀνανδρίαν τῶν ὑπ' αὐτὸν κατεψηφίσατο (οὐ γὰρ ἂν προσθείην στρατιωτῶν, ὅτι καὶ οἱ τέως παρόντες, ἀγύμναστοί τε τὸ παράπαν ἦσαν, καὶ πάσης [38] στρατιωτικῆς ἐμπειρίας ἀδαεῖς), διὰ τοῦτο γοῦν ἐδεῖτο συμμάχων· τόδε ἄτερ χρημάτων οὐκ ἐνῆν· τὰ δὲ οὐ παρῆν, τῶν βασιλικῶν ταμιείων, ἐπὶ μηδενὶ δέοντι κενωθέντων ὑπὸ τοῦ προβεβασιλευκότος Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου (9), ὡς [39] μηδὲ τῶν ταμιείων κεκλεῖσθαι τὰς θύρας, ἀλλὰ ἀνέτως πατεῖσθαι παντὶ τῷ βουλομένῳ δι' αὐτῶν ὁδεύειν· προπέποτο γάρ. Ἔνθεν τοι καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τὸ πᾶν συνίστατο, ἀσθενείας καὶ πενίας ὁμοῦ συμπιεζούσης τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους. Τότε δὲ, τότε, τί τὸν νέον βασιλέα, καὶ ἄρτι τῶν τῆς βασιλείας οἰάκων ἐπιβεβηκότα ἐχρῆν διαπράξασθαι; Πάντως καὶ [40] ἐξαπορούμενον τὸ πᾶν καταλειπόντα [41] ἐκστῆναι τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ ἐναντίον [42] ὄντα αἰτιῷτό τις αὐτὸν ὡς ἀπειροπόλεμον καὶ ἀνεπιστήμονα ἀρχηγὸν, ἢ ἐξ ἀνάγκης ὡς ἐνὸν καὶ συμμάχους μετακαλέσασθαι καὶ τὰ τούτοις [ἐπαρκέσοντα] δοθησόμενα χρημάτων [43] ὅθεν δήποτε συναγαγεῖν, καὶ τούτους [44] ἁπανταχῆ διασπαρέντας τοῦ στρατεύματος διὰ δωρεῶν ἀνακαλεῖσθαι, ἵνα ἐντεῦθεν μείζους ἐλπίδας κτησάμενοι, αὐτοὶ [45] μετ' αὐτοῦ ἐγκαρτερήσαιεν, καὶ οἱ ἀπόντες πρὸς τὸ ἐπανέρχεσθαι προθυμότεροι γένοιντο, καὶ οὕτως γενναιότερον πρὸς τὰ Κελτικὰ πλήθη ἀντικαταστῆναι δυνήσαιντο [46]. Ἀνάξιον μὲν οὖν καὶ ἀσύμφωνον τῆς αὐτοῦ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐπιστήμης ὁμοῦ καὶ τόλμης μηδὲν πεπραχέναι βουλόμενος, πρὸς δύο ταῦτα ἀπέβλεψε, συμμάχους τε ἁπανταχόθεν μεταπέμψασθαι ἐλπίσι πολλῶν δωρεῶν εὐμηχάνως τούτους ὑποσυρόμενος, τὴν δέ γε μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αἰτήσασθαι χρήματά οἱ ξυμπορισαμένους ὅθεν δήποτε ἐκπέμψαι.

duo magis inter se pares adversarii commissi a fortuna videantur. Eo tamen excellebat Alexius quod ætate multo juniori, Roberti robur illud maturum, et belligerantis ævo pleno Barbari minas ac spiritus quibus succussurum se terram supplosione pedis et phalangas uno clamoris sono conturbaturum pene jactabat, abundantia quadam præcoce anticipatæ virtutis in se repræsentabat adolescens. Sed nimirum hæc locis aliis, aliisque artificibus reservanda sunt: erunt enim qui evigilabunt in istas curas tantæ indolis laudandæ, par otium paremque facultatem ad argumentum afferentes ornatus omnis capax, nihil horum quæ hic perstrinximus prætererire poterit. Cæterum imperator Alexius ubi se apud Achridem brevi quiete paulisper recreavit, Deabolim se contulit, ibique colligendis reliquiis cladis, paucisque qui vulneribus ac fatigatione semineces eo subinde confluebant curandis fovendisque dabat operam; reliquos missis quoquoversum præconibus curavit admonendos ut Thessalonicam se conferrent. Ad hæc reputans, quod tristis experientia docuerat, quam imparem Roberti copiis ipse objecisset exercitum; planeque damnans omnes in posterum spes quas in tali non dicam militum, sed prorsus imbellium, funditusque rudium tyronum genere posuerat, necessario cogitationem appulit ad auxilia bellicosarum gentium paranda vocandaque. Verum intercedebat optimo consilio, quod neque ejusmodi delectus sine præsenti pecunia fieri possent, neque ut tum res erant, ulla fere undecunque appareret conficiendæ ratio pecuniæ: quippe cum exinanitum funditus esset ærarium inconsultissimis et inutilissimis profusionibus **127** ejus qui nuper imperaverat Nicephori Botaniatæ, quem aiunt tam supina dissolutione administrasse rem pecuniariam, ut jam valvæ apothecarum in quibus recondi thesauri regii consueverant, reseratæ ac patentes relinquerentur, cuivisque potestas esset illac iter habendi: non enim erat periculum, pecuniis omnibus prius exhaustis ac comesis, nequid rapacitati forte transeuntium exponeretur. Hinc publica res magnis e at in angustiis, infirmitate simul et egestate Romanum imperium urgentibus: ut cui nec ad sui tutelam miles suppeteret, nec ad delectus pecunia. Quid ergo facere oportebat juvenem imperatorem habenas tantamque male constituti principatus tractare tum primum exorsum? utrum desperata salute reipublicæ redire in privatam fortunam imperiumque abdicare? Atqui futurum erat, si hoc faceret, ut pusillanimitatis atque ignaviæ damnaretur: et quamvis honestas sui receptus haberet causas, tamen infamiam æternam suo nomini conscisceret: tanquam metu degeneri, conscientiaque inertis atque imbellis animi, non ullo laudabili consilio, turpes latebras otii privati, aulæ ac solio prætulisset. Quod dedecus cum morte pejus homini esset sic nato sicque instituto, sustinenda illi plane ad extremum persona semel suscepta fuit, et ne anteacta vita rebusque prius gestis indignum aliquid sapere facereve posset argui, summo undique conatu reparandum bellum, copiis omni ex parte cogendis, evocandisque viris strenuis spe ingenti præmiorum; quorum fides et certa exspectatio

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[38] πάσης, sine καί. [39] τοσοῦτον, ὡς. [40] ἤ. [41] καταλιπόντα. [42] ἀναίτιον. [43] χρήματα. [44] τούς. [45] αὐτοὶ δέ. [46] δυνήσεται.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(9) *Βοτανειάτου*. Addit editio Hœscheliana, καὶ Μιχαὴλ τοῦ Δοῦκα.

præsentibus pignoribus donorum in antecessum oblatorum sancienda erat. Hoc ille consilium sequi certus duas in res magnopere incubuit. Primum enim dimissis quoquoversum magna celeritate viris idoneis auxiliares congregare copias studuit, magnifica ostentatione donorum ingentium. Deinde cum matre fratreque instantissimis egit nuntiis litterisque ut ii pecunias quomodocunque confectas omnino ad se quamprimum mitterent.

Ad ea illi mandata consiliis collatis, circumspectisque ac desperatis viis omnibus aliis pecuniæ cogendæ, ad voluntariam rerum omnium suarum collationem confugerunt. Ergo quidquid mater, quidquid frater, quidquid uxor Alexii Augusti auri argentique habuere, totum ad fornacem publicam, ubi moneta fundi cudique solet, in nummos commutandum missum est. In quo enituit imperatricis matris meæ studium : quæ prima omnium sine cunctatione ulla liberalissime prorupit in profusionem rerum plane omnium quas vel a patre, vel a matre, hæreditatis nomine unquam acceperat. Magnum exemplum, et, quemadmodum rebatur, imitatores habiturum, edens, contemnendarum in tanto publico discrimine privatarum rationum. Sub hæc qui vel consanguinitate vel amicitia conjunctiores Comnenis erant, pro affectus quisque sui ac facultatis modo plus minusve contulere auri argentique. Inde quantum plurimum conflari nummorum potuit, partim sociis **128** stipendia poscentibus numeratum, partim Augusto suppeditatum est, nihil satis habenti ad præsentem usum. Nam et illi qui prælio infausto qualemcunque operam voluntarii navaverant, ita exspectabant sua præmia, ut si ea spebus non responderent recessuri viderentur : et qui stipendia merebant, non modo repræsentari ea flagitabant, sed etiam augeri. Ergo cum iis varie satiandis sedandisque statim esset universa profligata recens pecunia, tamen inhiante ad plura cupiditate plurimorum, nihil actum apparebat, nutareque haud dubie fides exercitus videbatur, nisi uberiores largitiones affluerent, coactus periculo Augustus iterum instituit gravissime ut pecuniæ plures suggererentur. Res enimvero incommoda ! quo enim jam tenderetur ultra extremum ? aut quid erat demum reliquum post ipsam principalem domum priori collatione spoliatam ? Consultationes igitur inter potentes rerum trahebantur longæ, nullumque expedientes exitum ; idque tum privatis con-

A Οἱ δὲ πόρον πορισμοῦ μὴ ἐφευρίσκοντες [47] ἕτερον, πρότερον μὲν ἅπαντα τὰ αὐτῶν συναγαγόντες χρήματα ὁπόσα ἐν χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ, τῇ βασιλικῇ χωνείᾳ παραπεπόμφασι· πρώτη ὅτι [48] πάντων ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ ἐμὴ ὁπόσα ἔκ τε πατρῴου καὶ μητρῴου [49] κλήρου ἐνυπῆρχεν αὐτῇ κατεβάλλετο, καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν πρὸς τοῦτο ἐρεθίσαι οἰομένη· ἐδεδίει γὰρ ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ὁρῶσα [50]. Εἶτα δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων ὁπόσοι εὐνοϊκώτερον πρὸς τοὺς βασιλεῖς τούτους διέκειντο αὐθαιρέτως προτεθυμηκότων καταβάλλεσθαι ὁπόσης [51] ἕκαστος εἶχε προθέσεως χρυσίου καὶ ἀργυρίου πορισάμενοι, ἐξέπεμψαν τὸ μέν τι τοῖς ξυμμάχοις [52], τὸ δέ τι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐπικειμένην B χρείαν μηδαμῶς ἐξαρκούντων, τῶν μὲν χάριτας αἰτούντων, ὡς συναγωνισαμένων δῆθεν, τῶν δὲ ὁπόσον μισθοφορικὸν, δαψιλέστερον τὸν μισθὸν ἐξαιτουμένων, ἐνέκειτο αὖθις καὶ ἕτερα ἀνακαλούμενος διὰ τὸ ἀπεγνωκέναι τὴν Ῥωμαίων εὔνοιαν. Οἱ δὲ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονότες, καὶ πολλοὺς λογισμοὺς ἀνελίξαντες ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, ἐπεὶ καὶ τὸν Ῥομπέρτον αὖθις ὁπλιζόμενον μεμαθήκεσαν μὴ ἔχοντες ὅ τι καὶ δράσαιεν, εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους (10), καὶ τοὺς κανόνας (11) περὶ τῆς τῶν ἱερῶν ἐκποιήσεως ἀπέβλεψαν. Καὶ μετὰ τῶν ἄλλων εὑρηκότες, ὅτιπερ [53] ἐπ' ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων τὰ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν ἱερὰ ἔξεστιν ἐκποιεῖσθαι (ἑώρων δὲ ὅτι καὶ τῶν C Χριστιανῶν ὅσοι περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τὴν βαρβαρικὴν ἐτέλουν χεῖρα καὶ ὁπόσοι τὴν σφαγὴν ἐξέφυγον, ἐμιαίνοντο διὰ τὴν τῶν ἀπίστων συναναστροφὴν), ὀλίγ' ἄττα τῶν πάλαι ἠργηκότων ἱερῶν καὶ καταλελυμένων, ὡς εἰς μηδεμίαν χρείαν συντελοῦντα, ἀλλ' ἀφορμὴ μόνον ἱεροσυλίας, καὶ ἀσεβείας ἅμα [54] τοῖς πολλοῖς παρεχόμενα, ὡς ὕλην χαράγματος [55] (12) εἰς μισθὸν τοῖς στρατιώταις καὶ συμμάχοις τὰ τοιαῦτα χρηματίσαι ἐσκέψαντο.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[47] ἐφευρίσκοντες. [48] δέ. [49] μητρῴου καὶ πατρῴου. [50] ἐνορῶσα. [51] καταβαλέσθαι ὁπόσον. [52] συμμάχοις. [53] ὅτι. [54] Deest vox ἅμα. [55] χαραγμάτων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους*. Justinianeas leges intelligit, quibus rerum et cimeliorum ecclesiasticorum alienatio prohibetur, excepta causa redemptionis captivorum, l. *Sancimus*, Cod. de sacr. Eccles. nov. 7, 65 et 120.

(11) *Καὶ τοὺς κανόνας*. Vide D. Gregor. lib. VI, epist. 13, 35, lib. VII, indict. 2 : epist. 14. D. Ambros. lib. II *De offic.* cap. 28, a quo Gratianus deduxit canonem *Aurum habet Ecclesia* 12, quæst. 3. Exempla de distractis Ecclesiæ vasis ob redemptionem captivorum, vel alimoniam pauperum, prostant apud Priscum in Excerptis de legat. Vi- D ctorem Uticens. lib. I ; Possidium. in Vita S. Augustini, cap. 24. Socrat. lib. VII, cap. 21 ; Hoveden. pag. 731 ; Radulf. de Diceto pag. 630 ; Monachum S. Mariani an. 1179, etc. Vide præterea in eamdem sententiam Epistolam Melchioris Incoferi in Notis Allatii, ad cap. 3, Acropolitæ.

(12) *Χαράγματος*. Χάραγμα est moneta signata. Ducas, Χάραγμα ἀργυρῶν χιλιάδας ς'. *Character* Paulo Diac. lib. XIX, *Hist. Misc.* Χαράσσειν νομίσματα καὶ μιλιαρήσια apud Syncellum. Hinc *Paracharagma*, moneta adulterina, apud Cassianum, Collat. I, cap. 20, 22 ; et Collat. II, cap. 9 ; et

gressionibus, tum in senatu ad ipsum vocato. Tandem prævalente in dies metu Roberti, perditis rebus, quasi ad sacram anchoram ecclesiasticorum thesaurorum adjecta naufragantis reipublicæ cogitatio est. Replicati ad obtentum rei parum in vulgus plausibilis veteres canones, quibus in redemptionem captivorum impendi sacras pecunias conflarique vasa templorum, fas esse cavebatur. Admonebant incidisse tempus illud. Servire enim servitutem miserabilem et in exitium animæ ac periculum salutis præsens sub dominis infidelibus Christianos per Orientem innumerabiles. Quibus succurri posset non ex ipsis quidem celebribus et quotidiana religione frequentatis sacris ædibus redemptionis pretio petendo : sed ex desertis nullumque jam fere usum habentibus : quæ magna donariorum veterum copia refertæ nihil aliud nisi sacrilegia nocturnorum furum exspectarent provocarentque. Quæ quanto melius utiliusque in monetam cusa conducendo exercitu nostrorum sociorumque Christianos olim erepturo Turcicis vinculis, expenderentur?

Τούτου οὖν [56] συνδόξαντος, ἀνέρχεται ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ μέγα τέμενος τὴν σύνοδον ἐκκλησιάσας, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἅπαν πλήρωμα. Θεασάμενοι δὲ τοῦτον οἱ τῆς ἱερᾶς συνόδου ἐπ' Ἐκκλησίας ᾧ [57] συνεδριάζοντες [58] Πατριάρχῃ ἔκθαμβοι γεγονότες [59] ἠρώτων ὅτου χάριν παρεγένετο. Ὁ δὲ, *Λέξων ἥκω τι πρὸς ὑμᾶς χρήσιμον τῇ βιαίᾳ τῶν πραγμάτων παρεμπτώσει καὶ σωστικὸν τοῦ στρατοῦ.* Ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων (13) ἱερῶν κανόνας ἀπεστομάτιζε. Καὶ πολλὰ περὶ τούτων δημηγορήσας, *Ἀναγκάζομαι*, φησὶν, *ἀναγκάζειν, οὓς οὐ βούλομαι ἀναγκάζειν*, καὶ γενναίους προτιθέμενος λογισμοὺς, ἐδόκει τάχα πείθειν τοὺς πλείονας. Ὁ δέγε Μεταξᾶς ἀντέτεινεν, ἀντυποφοράς [60] τινας εὐλόγους εἰσαγαγὼν, ἀποσκώπτων ἅμα καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰσαάκιον. B Ἀλλ' ὅμως τὰ δεδογμένα ἐκράτει. Τοῦτο ὕλη μεγίστης κατηγορίας τοῖς βασιλεῦσιν ἐγένετο (οὐκ ὀκνῶ γὰρ καὶ τὸν Ἰσαάκιον ἀπόρφυρον βασιλέα κατονομάζειν), οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι καιροῦ διαρκέσασα. Καὶ γὰρ ἀρχιερεύς τις τηνικαῦτα Χαλκηδόνος Λέων προὐκάθητο, οὐ τῶν πάνυ σοφῶν καὶ λογίων, ἀρετῆς δὲ ἐπιμεμελημένος, τὸ δὲ ἦθος αὐτῷ σκληρὸν καὶ ἀπόκροτον. Οὗτος οὖν τῶν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις (14) πυλῶν, ἀφαιρουμένους [61] τοῦ ἐπικειμέ-

A Hanc ubi tentare viam placuit, sebastocrator Isaacius in magnam Dei Ecclesiam se confert, ibique indicto cœtu sacrorum ministrorum, non modica est exceptus admiratione præsulum assessorum patriarchæ, verentium quorsum hic talis viri adventus spectaret; denique ad interrogationem ipsorum, cujus rei gratia adesset ultro percontantium, sic Isaacius respondit : *Veni huc dicturus vobis aliquid in hoc deploratissimo republicæ statu necessarium, utpote quo uno spes servandi exercitus continetur.* His subjecit mentionem eorum quos dixi canonum, et templorum minus celebratorum religioso fidelium concursu e quibus minimo incommodo aliquid opum acervatim congestarum delibari posse videretur. Disseruit in eam B sententiam verbis sane multis : tum facundiæ vim regni autoritate corroborans, non dissimulavit, extorquere se paratum, si oporteret, id quod impetrare perorando conatus esset hactenus. Deprecatus tamen invidiam odiosi verbi, sic eam in fortunam ac necessitatem transtulit : *Cogo vos*, inquit, *sed coactus ipse prius ad utendum coactione ista, coactus autem extrema necessitate rerum et supremo periculo nominis Romani.* Ita ille partim **129** rogans, partim imperans, plerosque flexerat,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[56] γοῦν. [57] Deest vocula ᾧ, sed spatium vacuum relinq. [58] συνεδριάζοντα. [59] Desunt voces ἔκθαμβοι γεγονότες. [60] ἀνθυποφοράς. [61] ἀφαιρούμενος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Paracaraximus, apud Petrum Damianum lib. II, epist. 1, quam vocem sic interpretatur Ælfricus in Gloss. Saxon. *Paracaraximus : Fals pening*, id est, falsus denarius. Inde etiam *Paracharactæ* C dicti, qui falsos nummos cudunt L. 8. Cod. Theod. de Falsa moneta. Παραχαράττειν τὸ δίκαιον dixit Anastasius Sinaita. Vide Innoc. Ciron., lib. III. Obser. Jur. canon. cap. 2 et Meursium.

(13) *Περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων.* Vasa superflua Ecclesiæ distrahi posse sanxit Justinianus Nov. CXX, non tamen ex omni causa, sed tantum si ipsa Ecclesia debitis prægravetur. Porro jam antea Heraclius moturus in Persas, cum ærarium prioribus bellis exhaustum esset, ex templorum et ædium sacrarum donariis et vasis nummos conflaverat, ut auctor est Theophanes.

(14) *Χαλκοπρατείοις.* **293** Chalcopratia forum æris venalis interpretatur hoc loco Possinus. Sane exstitisse olim Constantinopoli vicum, seu plateam sic dictam ab officinis ærariis, testantur Codinus in *Orig.* et Leunclavius in *Pand. Turc.* cap. 248 : quemadmodum alia fuit ab argentariorum officinis, ἀργυροπρατείων appellatione donata, ut auctor est Theophanes, an. 5 Justiniani. *Vicum Argentarium* dixit S. Augustinus, lib. VII *De civit. Dei*, cap. 4. Verum secus censet Cujacius, ad l. VII C. *De colleg. et chartoprat.* lib. II; contendit enim locum hunc perperam *Chalcopratia* a scriptoribus vocari, cum *Chartopratia* dicere debuissent, in quo nempe erant officinæ, ubi chartæ distrahebantur. Nam fuit in urbe Constantinopolitana, ut ait Justinianus Nov. XLIII, πολλὴ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία. Sed sive Chalcopratia officinæ fuerint ærariæ, seu chartariæ, id pro certo haberi debet eas officinas non intellexisse Annam; siquidem de templis agit, a quibus τὰ μὴ χρησιμεύοντα ἱερὰ abstulit Alexius, in quibus fuerunt valvæ argenteæ Chalcopratiorum ædis, Deiparæ sacræ, cui id nominis a loco, ubi inædificata erat, inditum. De ejus conditore variæ sunt scriptorum sententiæ. Cedrenus enim Theodosium Juniorem condidisse templum Chalcopratiorum, et Deiparæ sacrasse commemorat, cum locus is antea esset Judæorum synagoga. Cedreno concinunt Glycas et Joelus. Theophanes vero, et ex eo Anastasius in *Hist. Eccles.*, et Paulus Diac. lib. XII *Hist. Misc.* Justinum ædis Chalcopratianæ condi-

at non Metaxam, qui ei constanter obstitit, multasque contra rationes attulit plausibiles, loquendi libertate etiam usque ad sugillationem Isaacii provecta: verum pluribus cedentibus, frustra fuit, et in sententiam sebastocratoris conclusa res est. Ea magnarum adversus imperatores (nam Isaacium non dubitem imperatorem citra purpuram dicere), gravium ea, inquam in fratres Comnenos querelarum causa exstitit, non in præsens modo aut finitimum tempus, sed et in longe consequens invidia durante, cui accendendæ non segnem dedit operam Leo quidam Chalcedonensis tum antistes, non ille quidem valde doctus aut eloquens, cæterum virtutis cultor, homo duris austerisque moribus. Is cum e valvis templorum quæ ad forum æris vænalis procul ab opportunitate populi sita minori concursu terebantur, auri argentique laminas atque emblemata revelli cerneret, in medium irruens voce liberrima intercessit; nec ulli excusationi necessitatis aut allegationi priscorum canonum concedere quidquam voluit. Quin etiam ex eo tempore contumeliose atque impotenter invehi consueverat in Augustum, præsentemque in os objurgare, quoties ille redibat in urbem regiam; dabatque animos homini, abutenti ea re quam venerari debuerat, patientia incredibilis et humanissima facilitas principis talia dissimulantis. Nunc vero cum occasione primæ Alexii expeditionis in Robertum Isaacius justissimis de causis ex Senatusconsulto, impetrato etiam consensu præsulum, pecunias servandæ rerum summæ necessarias e templis peteret, opposuit hic sese subimpudentius, eaque contumacia gravem sebatocratoris in se iram movit. Consequentibus deinde temporibus, cum Augustus aliquot a Gallis acceptas clades sexcentis

νου αὐταῖς ἀργυρίου καὶ χρυσίου. εἰς τὸ μέσον εἰσδὺς ἐπαῤῥησιάζετο, μηδ' ὅλως ἢ οἰκονομίας, ἢ τῶν περὶ τῶν ἱερῶν κειμηλίων νόμων ἐπαισθανόμενος. Ὑβριστικώτερον δὲ καὶ οἷον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῷ τηνικαῦτα, κρατοῦντι προσεφέρετο, ὁσάκις εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανῄει, τῇ ἀνεξικακίᾳ ἐκείνου, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ καταχρώμενος. Καὶ ὁπηνίκα μὲν τὰ πρῶτα κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ὁ αὐτοκράτωρ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐξῄει, Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος καὶ αὐταδέλφου αὐτοῦ χρήματα, μετὰ τῆς κοινῆς γνώμης, ὅθεν δήποτε συμποριζομένου, μετὰ τῶν νόμων ἅμα καὶ τοῦ δικαίου, εἰς θυμὸν ἐκίνει τὸν ῥηθέντα ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως, ἀναισχυντότερον αὐτῷ προσφερόμενος. Ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, πολλάκις μὲν ἡττηθεὶς καὶ μυριάκις αὖθις κατατολμήσας τῶν Κελτῶν, Θεοῦ νεύσει νικηφόρος καὶ στεφανίτης ἐπανεληλύθει, ἐπεὶ καὶ αὖθις ἄλλο νέφος ἐχθρῶν, τοὺς Σκύθας φημὶ, κατ' αὐτοῦ ἐξορμῶν ἤδη μεμαθήκει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ συλλογὴ τῶν χρημάτων, καὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ μεγαλοπόλει ἐνδημοῦντος ἐφ' ὁμοίαις αἰτίαις ἐσπουδάζετο, ὁ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ἀναιδέστερον προσέπεσε τῷ αὐτοκράτορι. Καὶ συζητήσεως ἐντεῦθεν πολλῆς περὶ τῶν ἱερῶν γενομένης [62], λατρευτικῶς [63] οὐ σχετικῶς (15) δὲ προσκυνεῖσθαι τὰς ἁγίας εἰκόνας παρ' ἡμῶν ἐδογμάτιζεν ἐν τισὶ μὲν εὐλόγως καὶ κανονικῶς [64] ἅμα ἐνιστάμενος, ἐν τισὶ δὲ καὶ οὐκ ὀρθῶς δογματίζων οὐκ οἶδα εἴτε δι' ἔριν, καὶ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέχθειαν τοῦτο πεπονθὼς, εἴτε δι' ἄγνοιαν. Ἐξακριβοῦν γὰρ ἀσφαλῶς τὸν λόγον οὐκ εἶχεν ὅ τι λογικῆς μαθήσεως ἀμέτοχος ὑπῆρχε παντάπασιν. Ὡς δ' ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐθρασύνετο, χαιρεκάκοις ἀνδράσι πειθόμενος ὁποῖοι πολλοὶ τότε ὑπῆρχον τοῦ πολιτεύματος, εἰς τοῦτο παρανυττόμενος, καὶ πρὸς ὕβρεις καὶ βλασφημίας ἀκαίρους ἐτράπετο, καὶ ταῦτα παρακα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[62] γινομένης. [63] λατρευτικῶς. [64] ἀρχιερατικῶς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

torem agnoscunt, traduntque eo perinde exstitisse loco, ubi antea fuerat Judæorum synagoga, haud procul a Magna ecclesia. A Theophane et cæteris dissentit *Chronicon Alexandrinum*, in quo Marciano et Pulcheriæ uxori attribuitur. Theodorus Lector, Ecl. I, quem sequitur Nicephorus Call. lib. XIV, cap. 2 et 49, solam Pulcheriam conditricem agnoscit. Denique Justinianus Nov. III, cap. 1, a Verina Leonis M. uxore ædificatam scribit. Sed hæc ita concilianda sunt, uti jam olim monuimus, ut dicamus a Theodosio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina postmodum et Justino de novo instauratam. De hoc templo agunt præterea idem Theodorus Lector, Ecl. II; Gregorius II. PP. epist. 2, ad Leonem Isaurum, Cedrenus in Mauricio, Porphyrogen. *De adm. imp.* cap. 29, et Gyll. lib. II, cap. 21.

(15) *Λατρευτικῶς, οὐ σχετικῶς*. Id est, cultu latriæ, qui soli Deo competit, non vero per accidens, et respectu prototypi, qui Theophani A. Leonis Isauri X. σχετικὴ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησις dicitur: *affectivam imaginum adorationem* vertit Anastas. in *Hist. Eccl.* Quo spectant illa ex Act. IV synodi Romanæ sub Stephano IV PP. apud Holstenium in Collectione Romana: *Non sicut deos imagines adoramus nos fideles, absit, sicut pagani; sed tantummodo affectum et charitatem animæ nostræ ad vultum faciei imaginis aptamus*. Quæ verba sumpta sunt ex VII synodo, act. 1: Καὶ προσκυνῶ οὐχ ὡς θεοὺς, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὴν σχέσιν καὶ πόθον τῆς ψυχῆς μου, ὃν εἶχον πρὸς αὐτοὺς τὸ πρῶτον καὶ ἀρτίως ἐνδεικνύμενος, παρακαλῶ πάντας αὐτοὺς ὁλοψύχως πρεσβεύειν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεὸν, etc. Act. II, *De imaginibus*: Καὶ ταύτας σχετικῷ πόθῳ προσκυνοῦμεν. Constantin. Manasses in Theophilo κατὰ σχέσιν dixit:

Καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ, καὶ τῶν μαρτύρων,
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας
Ἐν ὑποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.

Joannes Damascenus, lib. III *De cultu imag.* Προσκυνοῦμεν οὖν ταῖς εἰκόσιν, οὐ τῇ ὕλῃ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις· ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ εἰς πρωτότυπον διαβαίνει. Eadem habet VII synodus, act. VII, p. 686 edit. 1618. Vide Theophan. Ceram. Homil. de SS. Imagin. Vitam S. Theophanis 294 Confess. editam ab Henschenio 12 Martii cap. 16; et *Turcogr.* Crusii pag. 51 et 408.

λοῦντος αὐτὸν τοῦ βασιλέως μεταβαλεῖν τὴν περὶ A τῶν εἰκόνων γνώμην, ἔτι δὲ [65] καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι [66] ἀπεχθείας ὑπισχνουμένου ἅμα καὶ τὰ ἱερὰ ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις λαμπρότερα ἀποδοῦναι, καὶ πᾶν ὅ τι δέοι ποιεῖν πρὸς διόρθωσιν, καὶ ἤδη καὶ διορθωμένου [67] παρὰ τῶν ἐλλογιμωτέρων τότε τῆς συνόδου, οὓς οἱ τῷ τοῦ Χαλκηδόνος μέρει προσκείμενοι κόλακας ἐκάλουν, καθαιρέσει κατεδικάζετο· ὡς δὲ μηδὲν ὑποπτήσσων οὐδόλως ἠρέμει, ἀλλὰ καὶ αὖθις συνετάραττε τὴν Ἐκκλησίαν, οὐκ ἀγεννῆ φρατρίαν συνεπαγόμενος, ὡς ἄτακτος ἦν πάντη καὶ ἀδιόρθωτος, μετὰ πολλῶν ἐνιαυτῶν παρέλευσιν, πάντες ὁμοῦ τοῦ ἀνδρὸς κατεψηφίσαντο, κἀντεῦθεν ὑπερορίαν καταδικάζεται. Καὶ δέχεται τοῦτον ἡ περὶ τὸν Πόντον Σωζόπολις (16), παντοίας προνοίας καὶ θεραπείας βασιλικῆς [68] ἀξιούμενον, B καὶ οὐδαμῶς χρῆσθαι ταύταις ἠβούλετο, ὕστερον, δι' ἣν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔτρεφε μῆνιν ὡς ἔοικεν.

'Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡδέ πη περιγεγράφθω. Ὁ δέ γε C αὐτοκράτωρ τοὺς νεήλυδας (συνέρρεον γὰρ ἱκανοὶ περισωθέντα τοῦτον μεμαθηκότες) ἐπιμελῶς ἐξεπαίδευεν, ὅπως ἱππεύειν χρὴ καὶ τοξεύειν εὐστοχώτατα, ὁπλιτεύειν τε καὶ ἐνεδρεύειν ἐπικαιρότατα. Ἐπεπόμφει δὲ αὖθις πρὸς τὸν ῥῆγα Ἀλαμανίας πρέσβεις ὧν προεξῆρχον [69] ὁ Μεθύμνης (17) κα-

de illis reportatis victoriis ultus esset, Deo juvante, coronatusque inde ac triumphans in urbem regiam esset invectus: exortaque nova Scytharum in imperium irrumpentium gravissima procella, in non dispari periculo ad simile præsidium simili omnium consensu, præsente insuper et rem urgente imperatore, confugeretur, idem hic homo solita sua pervicacia magnopere apud imperatorem offendit. Porro hac occasione cum de sacris ædibus signisque et imaginibus multa ut fit disputarentur, hic antistes in eam sententiam disseruit, ut contenderet, sacras imagines absoluto a nobis et in ipsis hærente cultu affici, non autem duntaxat relativo. Itaque ut ille quidem nonnulla plausibiliter canoniceque et pro dignitate sacerdotii diceret ageretque, tamen in aliis prolabebatur parum orthodoxe sentire deprehensus: cujus erroris causam haud scio an æstui contentionis, excurrentis plerumque longius quam par est, an studio obsistendi imperatori a quo dudum abhorrebat, an denique ignorantiæ veri assignandam putem, in ultimam tamen hanc partem suspicione propendeo. **130** Quoniam enim is vir multam operam litteris non dederat, artisque ratiocinandi funditus rudis erat, facile fieri potuit ut quædam minus ad theologiæ canones exacta inter disputandum effutierit; verum in dies successibus ipsis adolescente ea quam impune lacessendis imperatoribus usurpare semel cœperat audacia, incitantibusque ad ipsum ultro currentem male feriatis plurimis, quibus ea quæ tum erat reipublicæ gubernatio non placebat, homo sui parum potens in contumelias maledictaque intempestiva et intolerabilia efferebatur, Augustum licentissime proscindens, placare hominem e contrario conantem, suadentemque amicissime ut et quæ temere de sacris imaginibus dixerat mature revocaret, et deposita simultate, redire secum in gratiam vellet: se enim restituere paratum quæ e sacris abstulerat ædibus, imo splendidiora repositurum, ad emendationem porro culpæ istius qualiscunque nihil legitimi piaculi recusaturum: quo in genere præcipuis sacrorum, antistitum adeo jam satisfecerat, ut ii causam ejus diligenter tuerentur, eoque ipso nomine ab iis qui Chalcedonensis partes fovebant assentatores audirent; verum ad ea ille obsurdescens omnia, irrevocabiliter quo impetum cœperat ruebat. Quare ad necessarium remedium animadversionis canonicæ ventum tandem est, homoque multis nominibus id meritus de sede quam occupabat est depositus. Non fregit indomitum animum ea res; turbat iterum et factiones ciet in Ecclesia, non exigua sibi adjuncta secumque abducta multitudine sectariorum. Quod dum per multos annos agit, turbulentique sui ingenii et inflexibilis pervicacia plenam fidem facit omnibus, denique omnium calculis damnatus exsulare jussus est apud Sozopolim ad Pontum: ubi providerat imperator, ut officiosissime exciperetur, curareturque copiose: quanquam, ille contumacia se involvens sua, et in concepta semel adversus Augustum ira animum, ut apparebat obfirmans, oblata ejus uti liberalitate noluit.

Sed de his hactenus. Ad imperatorem enim redeundum est, qui recens appulsos milites (multi siquidem ad eum, ut salvum esse constitit, confluxere) sedulo exercebat ad omnes partes functionis militaris: docens, equum scite regere, collimare arcu quam certissime, vadere exsertis armis in adversos, rursusque tempestive subsidere in insi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[65] γάρ. [66] ἀπέχεσθαι. [67] διορθουμένου. [68] Deest vox βασιλικῆς. [69] προεξῆρχεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) *Σωζόπολις*. Sozopolim ad Pontum Euxinum pariter statuit Cantacuzenus, lib. I, cap. 3: Τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὔξεινον Πόντον, πολυάνθρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν. Sozopoleos mentio fit præterea apud Annam pag. 362. Tzetzem, chil. 12, hist. 396, et Samuelem Guichenonum, in *Allobrogum principum Historia*, ad an. 1366. Aliam ejusdem appellationis urbem in Pamphylia statuunt Nicetas in Joan. n. 4; Scylitzes et Tageno Pataviensis; in alterutra natus Joannes patriarcha Constantinopolitanus, de quo Gregoras, lib. VI.

(17) *Ὁ Μεθύμνης*. Methymna Ptolemæo et aliis, est Lesbi insulæ oppidum. Vide infra, p. 206. Est etiam Æliano, lib. XIV Περὶ ζώων, cap. 20, urbs

diis. Miserat vero denno legatos ad regem Alamaniæ, sub quodam Methymne dicto, quem legationis esse principem jusserat. Illis et litteras et mandata dederat quibus magnopere instigare Henricum conabatur ad rumpendas omnes moras invadendæ Longobardiæ, juxta pacta conventa inter ipsos antea transacta. Iret ergo quamprimum moveretque infesta signa in Roberti ditionem, quo, ejus viribus ad necessariam rerum suarum defensionem a Romano imperio tantisper aversis, respirare interim a clade Alexius posset, et conductis iterum auxiliaribus copiis comparare se ad Robertum toto Illyrico pellendum. In eo si rex Alamaniæ operam commodare ipsi facillimam vellet, maximam ab se initurum gratiam, quam omnibus officiis et beneficiis rependere ac remunerari **131** paratissimus esset imperator Alexius, in primis vero connectenda quamprimum affinitate quam Henrici legati regem ipsorum cupere significaverant, cujusque ipsis spes facta fuerat. His ita dispositis Augustus Pacurianum magnum domesticum ibi relinquens, ipse in urbem regiam revertitur, auxiliares illuc undecunque copias commodius convocaturus, et alia quædam pro tempore ac rerum præsentium statu dispositurus. Manichæi Xantas et Culeo, cum iis quos ductabant, numerum æquantibus quingentorum supra duo millia, temere atque injussu domum revertuntur: sæpiusque ab imperatore revocati, promittebant quidem, sed nullo morarum fine differebant reditum. Quare in id sedulo incumbebat imperator donis et honoribus per litteras pollicendis, ut eos reduceret: in quo tamen frustra fuit, illis ne sic quidem reverti curantibus. Dum hæc ita imperator adversus Robertum comparat, venit ad eundem Robertum trepidus nuntius, regem Alamaniæ in procinctu esse ad invadendam Longobardiam. Ea ille re in curam versus postquam in contrarias sententias alternavit animum aliquandiu, acri attentione disquirens, quid in tali articulo rerum factu esset optimum, tandem reputans se Rogerio filio ditionem Italicam attribuisse, jam tum cum in istam expeditionem versus Illyricum solveret, Baimundo vero alteri filio nullam adhuc assignasse

A λούμενος, καὶ διὰ γραφῆς ἐπὶ πλέον ἐρεθίζει μὴ μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ τὰς αὐτοῦ ἀναλαβόμενον δυνάμεις, τάχιον τὴν Λογγιβαρδίαν καταλαβεῖν κατὰ τὰς συγκειμένας συνθήκας [70] ἐφ' ᾧ ἀπασχολῆσαι τὸν Ῥομπέρτον, ἵν' οὕτως ἀδείας τυχὼν στρατεύματα αὖθις καὶ ξενικὰς δυνάμεις συλλέξηται καὶ οὕτω τοῦτον τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἀπελάσῃ πολλὰς τῷ Ἀλαμανίας [71] ῥηγὶ ὁμολογήσας τὰς χάριτας, εἰ οὕτω ποιήσει, καὶ τὸ ὑποσχεθὲν αὐτῷ διὰ τῶν παρ' αὐτοῦ σταλέντων πρέσβεων κῆδος ἐκπληρῶσαι (18) διαβεβαιούμενος. Ταῦτα οἰκονομήσας τὸν Πακουριάνον μέγαν δομέστικον αὐτοῦ που καταλιπών, αὐτὸς, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέρχεται, ἐφ' ᾧ καὶ ξενικὰς ἀπανταχόθεν συλλέξασθαι δυνάμεις, καὶ ἄλλ' ἄττα οἰκονομῆσαι τῷ καιρῷ καὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι πράγμασι ξυμβαλ- B λόμενα. Οἱ δὲ Μανιχαῖοι ὅ τε Ξαντᾶς καὶ ὁ Κουλέων μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς, ὡς εἰς δύο πρὸς τῇ ἡμισείᾳ χιλιάδας ποσουμένων, ἀσυντάκτως οἴκαδε ἐπανέρχονται· καὶ πολλάκις μετακαλούμενοι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, ὑπισχνοῦντο [72] μὲν ἐληλυθέναι, ὑπερετίθεντο δὲ τὴν ἔλευσιν. Ὁ δὲ ἐπέκειτο καὶ δωρεὰς αὐτοῖς καὶ τιμὰς διὰ γραφῶν ὑπισχνούμενος, καὶ οὐδ' οὕτω πρὸς αὐτὸν ἐληλύθεσαν. Οὕτως οὖν τοῦ βασιλέως κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἑτοιμαζομένου, ἧκέ τις τῷ Ῥομπέρτῳ ἀπαγγέλλων τὴν τοῦ ῥηγὸς Ἀλαμανίας [73] (19) εἰς Λογγιβαρδίαν ὅσον ἤδη ἄφιξιν. Ὁ δὲ ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενος, διεσκοπεῖτο τί ἂν χρὴ ποιεῖν. Πολλὰ τοίνυν γνωσιμαχήσας, ἐπεὶ τὸν μὲν Ῥογέρην ἐν τῷ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπε- C ρᾶν διάδοχον τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς καταλέλοιπε [74], τῷ δέ γε Βαϊμούντῳ [75] νεωτέρῳ ὄντι οὔπω χώραν τινὰ ἀπενήματο [76], συναγαγὼν τοὺς κόμητας ἅπαντας, καὶ τοὺς [77] ἐκκρίτους τοῦ ὁπλητικοῦ [78] παντὸς, μετακαλεσάμενος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον [79] (20), τὸν σανίσκον [80], δημηγόρος προὐκάθητο καί φησιν (21).

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] μετὰ τῶν συγκειμένων συνθηκῶν. [71] Ἀλαμάνων. [72] ὑπισχνοῦνται. [73] Ἀλαμάνου. [74] κατέλειπε. [75] Βαϊμούνδῳ. [76] ἀπενείματο. [77] Deest vocula τούς. [78] ὁπλιτικοῦ. [79] Βαϊμοῦνδον. [80] νεανίσκον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Cretæ insulæ. Ab alterutra dictus, quisquis fuit, legatus iste, quem Methymnæ episcopum fuisse conjicio. Est enim Methymna urbs episcopatu insignis apud Allatium, *De Eccl. Occid. et Orient. consens.* lib. II, cap. 12. In concilio Nicæno I subscripsit Andreas ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμνείων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, ut est in schedis Sambuci apud Seldenum ad Eutychii *Origines*, pag. 127. De hac porro Alexii ad Henricum legatione Bertholdus agens: *His temporibus Constantinopolitanus imperator maximam pecuniam Henrico quondam regi transmisit, ut Robertum Guiscardum ducem Calabriæ et Apuliæ, conjuratum militem Domini Papæ, in ultionem ejusdem regis bello appeteret.* Conradus abbas Usperg. an. 1083: *Eodem tempore legati Græcorum venerunt munera multa et magna in auro et argento, vasisque ac sericis afferentes.*

D (18) *Κῆδος ἐκπληρῶσαι.* Vide supra, pag. 94.

(19) *Τὴν τοῦ ῥηγὸς Ἀλαμανίας.* De hac Henrici IV in Italiam expeditione consulendi Berthold. Argentin., Uspergensis, Leo Ost., Hugo Flavin., Marianus Scotus, Otho Frising., Sigebertus, et alii.

(20) *Βαϊμοῦντον.* Guillelmus Apuliensis:

Robertus geminis exacto navibus anno,
Adriacis undis loca rursus ad Appula transit,
Is primogenito populum commiserat omnem,
Cui nomen Boemundus erat, pariterque Brieno.

(21) *Καί φησιν.* Comparanda hæcce Roberti oratio cum ea quæ exstat apud Ordericum, l. VII, p. 642. Consulendus etiam Gaufr. Malaterra, lib. III, cap. 33.

regionem cui præesset summo jure, comitibus et lectis ex toto exercitu viris in consilium vocatis, accersitoque Baimundo, ipse ad orandum altiori loco considens, sic locutus est :

Οἴδατε, κόμητες, ὅτι τὸν φίλτατόν μου υἱὸν Ῥογέρην, καὶ πρωτότοκον τῶν υἱῶν, κύριον τῆς ἐμῆς ἐν τῷ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν μέλλειν διαπερᾷν κατέστησα χώρας. Οὐ γὰρ ἐχρῆν ἐκεῖθεν ὑποχωροῦντα, καὶ τοιοῦτον ἀναδεχόμενον ἔργον, τὴν ἰδίαν χώραν ἄτερ ἡγεμόνος καταλιπεῖν εἰς προνομὴν ἕτοιμον παντὶ τῷ βουλομένῳ, ἐκκεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ ῥὴξ Ἀλαμανίας [81] *πολιορκήσων ταύτην ἤδη καταλαμβάνει, χρὴ καὶ ἡμᾶς* [82] *ὡς ἐνὸν ταύτης ἀντιποιήσασθαι. Οὐδὲ γὰρ δεῖ ἑτέρων ἐπιλαμβανομένους, τῶν ἰδίων κατεῤῥαθυμηκέναι. Λοιπὸν ἐγὼ μὲν ἄπειμι ἐφ' ᾧ τῆς οἰκείας χώρας ἀντιποιήσασθαι τὴν πρὸς τὸν Ἀλαμανίας ἀναδυσάμενος μάχην. Τουτωὶ* [83] *δέ μοι τῷ υἱῷ τῷ νεωτέρῳ ἐπαφίημι τό τε Δυῤῥάχιον, καὶ τὸν Αὐλῶνα, καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις, καὶ νήσους ὅσας φθάσας αὐτὸς τῷ 'μῷ δόρατι κατέσχον. Παρεγγνῶμαι* [84] *δὲ ὑμῖν καὶ ἀξιῶ ὡς ἐμὲ τοῦτον λογίζεσθαι καὶ ὅλῃ χειρὶ [ψυχῇ] καὶ γνώμῃ ὑπὲρ αὐτοῦ μάχεσθαι. Καὶ σοὶ δὲ τῷ φιλτάτῳ μοι ἐπισκήπτῳ υἱῷ* (ἀποστρέψας τὸν λόγον πρὸς τὸν Βαϊμούντον [85]) *διὰ τιμῆς πάσης τοὺς κόμητας ἄγειν, καὶ συμβούλοις ἐν* [86] *ἅπασι χρήσασθαι, καὶ μὴ οἷον ἐναυθεντεῖν* (22), *ἀλλὰ πάντων αὐτοῖς κοινωνεῖν. Σὺ δὲ ἀλλ' ὅρα μὴ καταμελήσεις* [87] *τὸν κατὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἀναπράξασθαι πόλεμον, ἀλλ' ἐν ὅσῳ μεγάλην ἧτταν ἡττήθη, καὶ μικροῦ μαχαίρας ἔργον ἐγεγόνει, καὶ τὸ πολὺ τῶν αὐτοῦ στρατευμάτων τῷ πολέμῳ ἀνήλωτο. Καὶ γὰρ, φησὶ, καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ ζωγρηθῆναι, καὶ ἐκ μέσων τῶν χειρῶν ἡμῶν τραυματίας ᾤχετο. Μὴ ἀνήσεις ὅλως, μή πως ἀνέσεως τυχὼν, συλλέξῃ* [88] *τό τε πνεῦμα καὶ γενναιότερον ἢ τὸ πρότερον ἀντικατασταίη σοι. Οὐ γὰρ τῶν τυχόντων ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' ἐκ νηπίου ἐν* [89] *πολέμοις καὶ μάχαις ἐντραφεὶς, πᾶσάν τε τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν ἐληλυθὼς, ὁπόσους ἀποστάτας τοῖς πρώην αὐτοκράτορσι δορυθηράτους ἐποίησε, καὶ αὐτὸς πάντως ἐκ πολλῶν ἀκούεις. Εἰ γοῦν ὅλως ἀναπέσῃς καὶ μὴ κατ' αὐτοῦ χωρήσῃς πάσῃ γνώμῃ, ὁπόσα μὲν αὐτὸς ἔργα, πολλὰ καμὼν ἤνυσα φροῦδα ποιήσεις, αὐτὸς δὲ τοὺς καρποὺς τῆς ἰδίας ῥαθυμίας πάντως δρέψῃ. Κἀγὼ μὲν ἤδη ἄπειμι ἀγωνισόμενος, τὸν ῥῆγα τῆς ἡμεδαπῆς* [90] *ἀπελάσαι χώρας καὶ οὕτω τὸν φίλτατόν μοι Ῥογέρην ἐπὶ τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐξουσίας ἑδράσαι.*

A *Scitis, comites, charissimum filium meum primogenitum Rogerium a me cum in Illyricum trajicerem constitutum fuisse dominum ditionis Italicæ meæ. Non enim oportebat me illinc ad tantæ aleæ ac periculi negotium solventem, solum proprium ac quasi natale meum, sine custode ac principe cujusvis expositum cupiditati relinquere, velut paratam prædam omni tollere ausuro. Quoniam vero rex Alamaniæ, ut certis indiciis comperimus, in eam spem se accingit, et magno exercitu invadere nostras domos ac terram parat, utique faciendum nobis est ut ejus conatibus obviam eatur. Quæ enim ratio sinit, ut qui alienis acquirendis insistimus, propriorum jacturam ignava desidia feramus? Ego igitur hanc spississimam operæ partem ultro deposco mihi* B *et sumo: bellum, inquam, cum rege Alamaniæ ego ipse gesturus toleraturusque propero; huic vero juniori meo filio Dyrrachium et Aulonem urbesque ac insulas cæteras quæ belli hujus nondum licet patrati, quasi anticipata præmia in pignora reliquorum jam habemus, relinquo, addico, commendoque. Quod ut prospere feliciterque cedat oro obtestorque vos, ut eum non alio habeatis loco quam me ipsum; ita ut sicut pro me fecistis, sic pro ejus causa atque capite toto animo totoque pectore pugnandum vobis arbitremini. Tibi vero, fili charissime, pro jure atque affectu patrio impero* **132** *commendoque* (hæc dicens vultum et orationem ad Balmundum vertit) *ut omni honoris atque observantiæ genere quo par* C *est, comites prosequaris, consiliisque ipsorum tantum tribuas, ut nihil plane rerum prius gerere aggrediaris quam eorum sententiam exquisieris; quam quidem tanti apud te momenti esse volo, ut nunquam ei privatam tuam quantumvis ea tibi scita callidaque videatur, præferendam putes. Præcipue autem præ cæteris omnibus etiam atque etiam mando tibi Romanum bellum. Et vide ne nulla unquam hujus tibi curæ remissio subrepat. In Romanum, inquam, bellum, fili, jam a nobis affectum, tu patrandum incumbe. Res tibi reliqua est cum imperatore magno prælio victo, ab ingenti clade vix incolumi elapso. Qui hoc ipsum in lucro posuit, quod cæsis deletisque plerisque omnibus suis copiis, ipse unus tantum non occisus, tantum non captus, e manibus nostris evaserit. Tu ne vim, ne impetum remittas; insta;* D *incumbe in concussum semel; illud metuens, ne is colligendi sui spatium per te nactus, formidolosior existat ultor acceptæ cladis, majoresque ac vehementiores ipso dolore ac sensu ignominiæ in nos spiritus colligat. Non est is, mihi crede, de vulgo aliquis, et quem impune possis contemnere. Homo a puero in bellis præliisque nutritus, qui Orientem Occidentemque victoriis peragraverit. Audivisti omnino quam*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] Ἀδάμ. [82] ὑμᾶς. [83] τουτωί. [84] παρεγγυῶμαι. [85] Βαϊμοῦνδον. [86] Deest vocula ἐν. [87] καταμελήσῃς. [88] συλλέξαι. [89] Deest vocula ἐν. [90] ἡμεδαπῆς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) *Ἐναυθεντεῖν*. Hesychius, Αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν. Phrynichus, Αὐθέντης, ἐπὶ τοῦ δεσπότου, οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες. Vide quæ de hujus vocis notatione habent præterea Meursius et Fabrotus, in *Gloss.* et Allatius, lib. I *De Eccl. Occid. et Orient. perpet. consens.* cap. 21, n. 4.

multos quamque potentes tyrannos prioribus imperatoribus ipse armis manuque victos ac vinctos adduxerit. In hoc tali tu hoste si attentionem laxas, si aliter in eum quam totis viribus summaque contentione ferris, brevi quæ egó molimine ac labore promovi magno, in nihilum tua culpa tuoque damno recident omnia. Tuo, inquam, damno; nam tibi si, quod Deus avertat! secus quam mando faceres, acerbi fructus tuæ desidiæ otiose gustandi longo tempore obtruderentur. In his verbis et mandatis vale tibi dico, fili, vobisque, comites, alia hinc ad pericula aliaque bella sine mora pergens, decertaturus cum rege Alamaniæ, ipsumque e nostris finibus pulsurus, ut charissimo meo filio Rogerio possessionem olim a me datam idem vindicem atque asseram propriam.

Hæc locutus monerem conscendit, et in oppositam oram Longobardicam trajecit; momentoque Salernum delatus (quæ civitas dudum a plerisque qui ei terrarum tractui imperitare affectaverant in ducalis curiæ ac comitatus sedem totiusque principatus quasi metropolim delecta fuerat), ibi per otium delectibus habendis, convocandisque magno undique studio ac sumptu copiis, tum ex civibus atque indigenis, tum ex aliis etiam remotis gentibus, quamplurimis quamque firmissimis, vacavit. Interim rex Alamaniæ, juxta ea quæ Augusto promiserat, se ad invadendam Longobardiam accingebat. Qua re comperta, Robertus festinavit Romam, ut ibi conjunctis cum papa copiis certiori spe successus ad arcendum suis finibus Henricum pergeret. Consensit in id papa facile. Ergo ambo communi impetu adversus Alamanum vadunt: qui magnis ostentatis minis haudquaquam consentanea subjungens, quippe refrigeratus Orientalibus nuntiis de imperatoris prælio adverso, quo amissis maximam partem copiis, ipse vulneratus multis locis, mira generositate invicti animi, conatibusque **133** heroicis, Deo superisque omnibus juvantibus vix salvus evasisset, tutiora respicere consilia decrevit, nec necesse aut con-

A Οὕτω μὲν οὖν ξυνταξάμενος αὐτῷ, εἰσεληλυθὼς εἰς μονήρες, τὴν περαίαν τῆς Λογγιβαρδίας κατέλαβε· καὶ ὀξέως εἰς τὸ Σαλερηνὸν (23) ἐκεῖθεν παραγίνεται (ὅπερ πάλαι ποτὲ εἰς κατοικίαν τῶν τῆς δουκικῆς ἀξίας ἀντιποιουμένων ἀφώριστο). Κεῖθι γοῦν ἐγκαρτερήσας ἱκανὰς συνειλόχει δυνάμεις, καὶ μισθοφορικὸν ἐξ ἀλλοδαπῶν ὅτι πλεῖστον. Ὁ δὲ ῥὴξ Ἀλαμανίας κατὰ τὰς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὑποσχέσεις καταλαμβάνειν ἤδη τὴν Λογγιβαρδίαν ἠπείγετο. Τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ Ῥομπέρτος ἔσπευδε τὴν Ῥώμην καταλαβεῖν, ἑνωθησόμενός τε τῷ πάπᾳ καὶ τὸν Ἀλαμανίας ἀπείρξων τοῦ προκειμένου σκοποῦ. Ἐπειδὴ [91] οὐδ' ὁ πάπας πρὸς τοῦτο ἀνένευεν, ἄμφω κατὰ τοῦ Ἀλαμανίας [92] ἐξώρμησαν· ὁ μέντοι ῥὴξ πολιορκεῖν τὴν Λογγιβαρδίαν B ἐπειγόμενος, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα ἐμεμαθήκει, καὶ ὅτι μεγάλην ἧτταν ἡττηθεὶς, τῶν μὲν τοῦ στρατεύματος ξιφῶν παρανάλωμα γεγονότων, τῶν δὲ ἑκασταχοῦ διασπαρέντων, αὐτὸς εἰς πολλοὺς καταστὰς κινδύνους ἐν τῷ γενναίως μάχεσθαι, καιρίως ἐν διαφόροις τοῦ σώματος πληγεὶς μέρεσι, τόλμῃ καὶ γενναιότητι γνώμης, παραδόξως ἐρρύσθη, στρέψας τὰς ἡνίας [93] (24), πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἐχώρει, τοῦτο νίκην λογισάμενος τὸ μὴ κινδύνοις ἑαυτὸν ὑποβαλεῖν ἐπὶ μηδενὶ δέοντι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[91] ἐπεὶ δέ. [92] Ἀλαμάνου. [93] ἡνίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) *Εἰς τὸ Σαλερηνόν*. Robertus, relicto Illyrico, in Italiam Gregorio papæ opem laturus trajicit anno Christi 1082; ita Malaterra, lib. III, cap. 33, 37, Leo Ost. lib. III, cap. 52; et Suger. in Ludov. VI, cap. 9. Totam expeditionis istius Historiam sic exsequitur Guillelmus Apuliensis, lib. IV:

Cannis destructis Romam molitur adire
Contra Gregorii Romani præsulis hostem
Henricum, cujus jamdudum obsederat urbem
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altera tormentis murorum mœnia fregit,
Et turres multas invictæ diruit urbis.
Jamque sibi fuerat pars subdita Transtyberina,
Gregorius quadam fuerat conclusus in arce,
Quæ munita satis, non expugnabilis ulli,
Est e videbatur, miri structura laboris.
295 *Hanc et munierat fidæ custodia gentis.*
Robertum tantos ubi novit inisse paratus,
Et sibi cum tantis inferre conatibus arma,
Rex fugit Henricus, ducis hunc audacia terret,
Et virtus totam jam notificata per urbem,
Exspectare verens hunc, ad loca tuta recessit.
Robertus Romam properans vi perforat urbis
Egregiæ muros; tamen auxi iantibus ipsi
Paucis Gregorii fautoribus: inde quibusdam
Ædibus exustis, violenter ab obsidione
Liberat obsessum jam tanto tempore papam:
Hunc secum magno deducit honore Salernum.
Post ducis abscessum, papam concesserat illis
Ipse Ravennatem Guibertum, qui scelerata
Mente pari insurgens, regnum præsumpsit adire
Sedis apostolicæ, Clemens a plebe vocatus.
Agmina Romuleæ dux urbe reducta Salerni
Dimisit, nunquam par huic exercitus hæsit.
C *Millia sex equitum, triginta millia Romam*
Duxerat hic peditum: sic uno tempore victi
Sunt terræ Domini duo, rex Alemannicus iste,
Imperii rector Romani maximus ille:
Alter ad arma ruens armis superatur, et alter
Nominis auditi sola formidine cessit.

(24) *Στρέψας τὰς ἡνίας*. Willelmus Gemeticensis, lib. VII, cap. 43: *Hic Robertus duos imperatores in uno vicit prælio, Alexium Græcorum in Græcia, Henricum Romanorum in Italia. Satis enim victus est Henricus, qui audita fama ducis Roberti, nec viribus Saxonum, nec Alamannorum, nec etiam mœnibus urbis quæ caput est orbis, confisus, vel tutus, concitus aufugit.* Willelmus Malmesb. lib. III *De gest. Angl. Nec sustinuit nuntium advenientis* (Roberti) *Henricus, quin cum falso papa, sola fama territus terga daret.* Vide Hugonem Flaviniacens. in Chronic. pag. 229.

Οὗτος μὲν οὖν εἴχετο τῆς πρὸς τὰ οἴκοι φερούσης. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος, φθάσας εἰς τὴν τοῦ ῥηγὸς παρεμβολὴν, αὐτὸς μὲν προσωτέρω διώκειν οὐκ ἤθελεν, ἀπόμοιραν δὲ ἱκανὴν τῶν αὐτοῦ ταγμάτων διελὼν, διώκειν τὸν Ἀλαμανίας [94] προὐτρέψατο [95]. Αὐτὸς δὲ τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενος μετὰ τοῦ πάπα, πρὸς Ῥώμην ἀπένευσεν, καὶ τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἰδίου θρόνου καθίσας [96], εὐφημίας αὖθις παρ' ἐκεῖνον [97] τυγχάνει, κἄπειτα πρὸς τὸ Σαλερηνὸν ἐπανέρχεται, τῆς ἐκ τῶν πολλῶν [98] μόχθων [99] κακοπαθείας ἑαυτὸν ἀνακτησόμενος.

sultum credidit, magnæ rei aleam tali tempore jacere, nullo idoneo spei pignore aut operæ proposito pretio. Magnis igitur itineribus retro in patriam contendit, in victoriæ parte numerans salvum atque incolume reportare domum caput suum. At Robertus ubi castra regis occupavit, insequi ipse quidem fugientem tanti non putavit; cæterum delectis ex toto exercitu copiis eo negotio dato, ut vestigia Alamani strenue premerent, ipse præda potitus omni Romam versus iter intendit, una cum papa, quem cum illic in throno proprio firmasset, vicissim ab eo iterum rex appellatus, Salernum se recepit, ibi ex fatigatione tot bellorum modica sese quiete refecturus.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καταλαμβάνει τοῦτον ὁ Βαϊμοῦντος [1], τὴν ἀγγελίαν τῆς ἐπισυμβάσης αὐτῷ ἥττης (25) ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων. Ὅπως δὲ ξυνέπεσε τὰ τῆς τύχης αὐτῷ ὁ λόγος ἤδη δηλώσει. Καὶ γὰρ τῶν ἐκείνου μεμνημένος παραγγελμάτων, καὶ ἄλλως δὲ ἀρηΐφιλος ὢν ἀνὴρ καὶ φιλοκινδυνότατος, ἀτρὶξ κατὰ τοῦ βασιλέως μάχης εἴχετο. Καὶ τὰς ἰδίας δυνάμεις ἀναλαβόμενος, συνεφεπομένους ἔχων καὶ ὁπόσοι ἐλλογιμώτεροι, καὶ λογάδες Ῥωμαίων στρατιῶται καὶ ἡγεμόνες τῶν παρὰ τοῦ Ῥομπέρτου κατασχεθεισῶν χωρῶν καὶ πόλεων (ἀπεγνωκότες γὰρ καθάπαξ τοῦ αὐτοκράτορος, ὅλοι τῆς τοῦ Βαϊμούντου [2] γεγόνασι [3] γνώμης), καταλαμβάνει διὰ τῆς Βαγενητίας τὰ Ἰωάννινα, καὶ τάφρον κατὰ τοὺς ἔξωθεν διακειμένους [4] ἀμπελῶνας ποιήσας πρότερον, ἅμα δὲ καὶ τὸ ὁπλητικὸν [5] ἅπαν ἐν ἐπικαίροις τόποις καταθέμενος, αὐτὸς ἐντὸς τὰς σκηνὰς ἐπήξατο [6]. Τὰ δὲ τείχη περιαθρήσας, καὶ τὴν τοῦ κάστρου ἀκρόπολιν ἐπισφαλῆ διαγνοὺς, οὐ μόνον αὐτὴν ἀνορθοῦν ὡς ἐνὸν ἠπείγετο, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν ἐν ἄλλῳ μέρει τῶν τειχῶν, οὗ μᾶλλον αὐτῷ συνοῖσον δέδοκτο, ἐρυμοτάτην [7] ἀνῳκοδόμει, ληϊζόμενος ἅμα καὶ τὰς περικειμένας πόλεις καὶ χώρας. Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, εὐθὺς μηδὲν μελλήσας ὅλως, τὰς δυνάμεις ἁπάσας συναγαγὼν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως σπεύσας ἔξεισι μῆνα [8] Μάϊον (26). Τοιγαροῦν τὰ Ἰωάννινα καταλαβὼν, ἐπεὶ ὁ τοῦ πολέμου καὶ τῆς μάχης καιρὸς ἤδη παρῆν τὰ [9] οἰκεῖα στρατεύματα, μηδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ Βαϊμούντου [10] δυνάμεων ὄντα κατανοῶν, καὶ ἄλλως δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Ῥομπέρτου προηγησαμένης μάχης, γινώσκων τὴν πρώτην κατὰ τῶν ἐναντίων ἱππασίαν τῶν Κελτῶν ἀνύποιστον (27), δέον ἔκρινε πρῶτον μὲν διὰ πολλοστῶν μετρητῶν τινων καὶ ἐκκρίτων ἀκροβολισμοὺς ποιήσασθαι, ἵνα ἐντεῦθεν ἔνδειξίν τινα καὶ

Non longum inde tempus, cum patri se sistit Baimundus, indicia successus improsperi in dejecti vultus mœstitia palam ferens. Res ejus ut se habuerint, quaque fortuna bellum gesserit, deinceps narrabimus. Relictus in Illyrico ferox juvenis non magis patris mandatis quam proprio impetu in occasionem conserendi cum imperatore prælii totus imminebat. Ergo assumptis secum tum suis copiis, tum Romanis transfugis, qui, desperata imperatoris fortuna, victorem secuti, non plebeii solum, sed viri etiam insignes magno numero ad Baimundum accesserant: quibus adjungendi præfecti urbium ac regionum quæ nuper ditioni Roberti subjectæ fuerant, cum his omnibus per Bagenetiam profectus Joannina tenuit, ubi adjacentes loco vineas fossa primum circumdedit, exercitumque universum idoneis disposuit stationibus. Tum ipse tabernacula intus fixit; exploratisque muris et castri arce parum firma ac semiruta, non modo restituere illam omni ope conatus est, sed aliam quoque in altera murorum parte, loco ad id ipsi viso commodo, firmissimam ædificavit; simul circumjacentes urbes et regiones assiduis illinc emissis incursionibus prædatorum vastans. His imperator auditis confestim summa diligentia collectis copiis Constantinopoli erumpit mense Maio: citoque ad Joannina perlatus, cum hostis pugnæ copiam affatim faceret, non tamen prius experiundum decretorio certamine de rerum summa putavit quam velitationibus specimen cepisset virtutis Baimundi peritiæque militaris. Id adeo consilii probavit illi primum conscientia paucitatis suorum (constabat enim satis multis partibus numerosiorem esse Baimundi exercitum), deinde quod nupero cum Roberto conflictu expertus fuerat, primum impetum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] Ἀλαμάνου. [95] προυτρέπετο. [96] ἑδράσας. [97] ἐκείνου. [98] Deest vox πολλῶν. [99] μόθων. [1] Βαϊμοῦνδος. [2] Βαϊμούνδου. Sic semper postea. [3] γεγόναν. [4] Deest vox διακειμένους. [5] ὁπλιτικόν. [6] ἐπήξατο, [7] ἐρυμνοτάτην. [8] κατὰ μῆνα. [9] καιρὸς ἤδη παρῆν, τά. Sic manuscriptus distinguit colon periodi. [10] Βαϊμούνδου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(25) *Ἥττης*. Cladem Boemundi ad Larissam intelligit, quam hoc libro commemorat. Adde Zonaram, pag. 236.

(26) *Μῆνα Μάϊον*. Anno scilicet Chr. 1083.

(27) *Ἀνύποιστον*. Primum Gallorum impetum atrocissimum semper fuisse, ut nec sustineri posset, testantur passim scriptores, Memnon, Polybius, lib. II Livius, lib. XXVII; XXXIV et XXXVIII; Silius Italic. lib. VIII: Frontinus, lib. II etc. Vide præterea eamdem Annam pag. 134, 135, 283, 325; Petrum Diac. lib. IV; *Chronic. Cassin.* cap. 41, et Joan. Sarisberiensem, lib. VI; Polycrat. cap. 16.

equitatus Gallici plane ineluctabilem esse. Delibatos igitur ex universa acie lectorum militum 134 globos subinde missitare instituit, qui hostem eminus jaculando lacesserent, ut ex successibus singularium manipulorum minimo periculo velitantium, augurium de spe tota ac fortuna universi prælii capere posset, posteaque securius et prudentius pugnam committere. Sic igitur in conspectu mutuo positis et certare utrinque gestientibus exercitibus, reputans semper animo Alexius primam illam quavis resistendi constantia majorem Latinorum ruentium vim, tale quiddam ad eam sistendam frustrandamve commentus est. Leviores quosdam paravit currus, quibus pauciores quam vulgo solet, hoc est quatuor duntaxat infixit contos. His pedites imposuit loricatos, quos jussit ubi primum irruentes fusis habenis Latinos cernerent, currus in occursum propellere: quæ res necessario contextum phalangis et contesseratum aciei nexum perruptura erat. Adest ecce hora prælii commodum exorto sole perque sudum ab ortu renidente. Struit imperator aciem eaque sibi locum in media sumit. Baimundus promptus ad prælium, nec imparatus adversus insidias, sic tanquam plane compertum haberet quid contra machinatus esset Alexius, ordinem aciei suæ mutat, prout præsens poscebat usus. Divisit enim bifariam copias, curribusque in medio relictis, utrimque magno impetu in Romanam invehitur aciem. Miscentur phalangibus phalanges, viri cum viris cominus congrediuntur; multi utrinque cadunt; tandem vincente Baimundo, stabat tamen imperator imperterritus, turris instar inconcussæ, ab omni licet parte telis ac jaculis petitus. Ac nunc eques infestus in adversos irruebat Gallos, manum conserens, cædensque, et vicissim vapulans: nunc fugientes suos crebris clamoribus revocans. Ut autem phalanges suas in partes plurimas dissectas discerptasque vidit, tandem decrevit se sibi consulere oportere: non ullo ille quidem degeneri correptus

A τῆς τῷ Βαϊμούντῳ ἐνυπαρχούσης στρατηγικῆς ἐπιστήμης σχοίη, καὶ γένοιτό [11] οἱ διὰ τῶν μερικῶν προσβολῶν [12] τὴν τοῦ ὅλου γνῶσιν ἐσχηκέναι κἀντεῦθεν ξὺν ἐπιστήμῃ βεβαιότερον πρὸς τὸν Κελτὸν ἀντιπαρατάξασθαι. Οὕτω γοῦν τὰ στρατεύματα κατ' ἀλλήλων ἐσφάδαζεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἀνύποιστον τῶν Λατίνων δεδιὼς πρώτην προσβολὴν, καινόν τι ποιεῖ. Ἀμάξας κουφοτέρας κατασκευάσας, καὶ τῶν συνήθων ἧττους ἐφ' ἑκάστῃ τούτων κοντοὺς ἐνέπηξε τέσσαρας, καὶ πεζοὺς ὁπλοφόρους ἐπέστησεν, ὥστε ὁπηνίκα οἱ Λατῖνοι ὅλους ῥυτῆρας χαλάσαντες κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ὁρμήσουσι φάλαγγος τὰς ἁμάξας ὠθεῖσθαι πρόσω διὰ τῶν ὑφισταμένων ὁπλοφόρων πεζῶν, ἵν' οὕτω τὸ συνεχὲς διακόπτηται τοῦ συνασπισμοῦ τῶν Λατίνων. Καὶ B ἐπεὶ καιρὸς πολέμου παρῆν, τοῦ ἡλίου ἤδη τοῦ ὁρίζοντος λαμπρῶς ὑπερκύψαντος, ὁ αὐτοκράτωρ τὰς φάλαγγας εἰς πολέμου τύπον καταστήσας, αὐτὸς τὸ μεσαίτατον εἶχεν. Ὁ γοῦν Βαϊμοῦντος οὐκ ἀνέτοιμος τῆς μάχης συγκροτουμένης πρὸς τὸν [13] μηχανὴν ἐφάνη τοῦ αὐτοκράτορος. Ἀλλ' ὥσπερ προγνοὺς τὸ βεβουλευμένον, μεθαρμόζεται πρὸς τὸ ξυμπεσὸν, καὶ τὰς ἰδίας δυνάμεις δίχα διελὼν, καὶ τὰς ἁμάξας παρεκκλίνας [14], κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἑκατέρωθεν ἵσταται [ἵεται] παρατάξεως. Καὶ φάλαγγες μὲν φάλαγξι τηνικαῦτα ἐμίγνυντο, καὶ ἀνέρες ἀνδράσι κατὰ στόμα ἐμάχοντο. Οὕτω δὲ πολλῶν ἑκατέρωθεν ἐν τῷ μάχεσθαι πεσόντων, τὴν μὲν νικῶσαν (28) εἶχεν ὁ Βαϊμοῦντος, ὁ δέ γε αὐτο- C κράτωρ καθάπερ τις πύργος ἀκλόνητος ἵστατο ἐξ ἑκατέρου μέρους βαλλόμενος, καὶ ὅπου μὲν ἱππαζόμενος κατὰ τῶν ἐπιόντων Κελτῶν καὶ συμπλεκόμενος ἐνίοις, πλήττων, καὶ κτείνων καὶ πληττόμενος, ὅπου δὲ καὶ τοὺς φεύγοντας συχνοῖς ἐμβοήμασιν ἀνακτώμενος. Ὡς δ' εἰς μέρη πολλὰ τὰς φάλαγγας διασπασθείσας ἑώρα, δεῖν ἐλογίσατο καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ τὸ ἀσφαλὲς περιποιήσασθαι, οὐ σώζων ἑαυτὸν, οὐδ' [15] ὑπὸ δειλίας συγχυθεὶς, ὡς τάχα ἄν τις εἴποι, ἀλλ' εἴ που τὸν κίνδυνον δι' ἐκ φυγὼν [16], καὶ συλλεξάμενος ἑαυτὸν αὖθις γενναιότερον τοῖς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] γένηταί οἱ. [12] προβολῶν. [13] τήν. [14] παρεγκλίνας. [15] οὐδ'. [16] διεκφυγών.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) *Τὴν νικῶσαν εἶχεν.* Expugnatis Joanninis, ad Artam, urbem ad Ambracium sinum positam, castra statuerat Boemundus; cui, dum obsidetur, opem dare volens Alexius, a Boemundo fugatur. Hanc Boemundi victoriam narrant Malaterra, lib. III, cap. 29; Ordericus Vitalis, lib. VII, pag. 644; et Willelmus Malmesb. lib. III, pag. 107, præsertim vero Guillel. Apul. lib. V hisce versibus:

Post ubi Robertum cognovit Alexius esse
Æquore transvectum, vires reparare minutas
Nititur, absentisque ducis perfringere castra.
Hæc duo servabant vi consilioque potentes,
Filius ille ducis Boemundus, et iste Briennus.
Haud procul a Janina, non parvi nominis urbe,
296 *Partis Alexinæ populus sua castra locarat.*
Multiplici partem præmunit Alexius illam
Obice plaustrorum, quam p. rvia planiciei
D *Ad pervadendam facilem vicinia reddit.*
Ferrea cum tribulis omnes saliunca viarum
Præpedit accessus, ut laxis hostis habenis
Dum d mittet equos, pedibus figatur equorum.
At nebula Danaum prospectus impediente,
Illuc Normanni per vitibus aspera densis,
Plenaque carectis loca pervenere latenter.
Obstat congrediens paulisper Alexius illis:
Sed non instantes sufferre diutius illos
Evaluit, petiitque fugam, victusque recessit.
Urbem Thessaliæ superatus Marte secundo
Appetit egregiam, vulgus hanc vocat Salonichin.

Anna non Thessalonicam, sed Achridem post hanc cladem Alexium venisse scribit; in cæteris consentit Guillelmus, nisi quod unicam, ex duabus, quas ipsa agnoscit Anna, victoriis confi it. Nam in priori prælio plaustrorum obice, in altero tribulis usum Alexium Anna commemorat.

μαχομένοις Κελτοῖς ἀντικατασταίη. Ὑποφεύγων δὲ τοὺς ἐχθροὺς μετ' ὀλίγων πάνυ τινῶν, καὶ τῶν Κελτῶν τισιν ἐντυχὼν, αὖθις ἐκεῖνοις ὁ ἀκαταπτόητος στρατηγὸς ἐδείκνυτο. Ἀναῤῥώσας γὰρ τοὺς σὺν αὐτῷ. καὶ σφοδρῶς τὴν κατ' αὐτῶν ἱππασίαν, ὡς σήμερον τεθνηξόμενος ποιήσας, ἢ κατὰ κράτος ἡττήσων, κτείνει μὲν αὐτὸς παίσας ἕνα τῶν Κελτῶν, καὶ ὁπόσοι δὲ σὺν αὐτῷ ἄρεως [17] ἦσαν ὑπασπισταὶ, πολλοὺς τρώσαντες ἐξεδίωξαν, καὶ οὕτως ἀμετρήτους καὶ μεγίστους δι' ἐκφυγὼν [18] κινδύνους, αὖθις σώζεται διὰ τῶν Στρούγων (29) διελθὼν εἰς Ἀχρίδας. Κἀκεῖθ' [19] ἐγκαρτερήσας, καὶ πολλοὺς [20] τῶν πεφευγότων ἀνακαλεσάμενος, αὐτοῦ που μετὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πάντας καταλιπὼν, καταλαμβάνει τὸν Βαρδάρην οὐ ῥᾳστώνης χάριν· βασιλικὰς γὰρ ῥᾳθυμίας καὶ ἀναπαύλας οὐδαμῶς ἑαυτῷ ἀπεμέτρει· καὶ [21] συναγαγὼν τὰ στρατεύματα, καὶ μισθοφορικὸν συλλεξάμενος κατὰ τοῦ Βαϊμούντου χωρεῖ, ἕτερόν τι σκοπήσας δι' οὗ καταγωνίσαιτο τοὺς Κελτούς. Τριβόλους γὰρ σιδηρᾶς κατασκευάσας, ἐπεὶ τὴν μάχην ἐς νέωτα προσεδόκα, ἑσπέρας τούτους [22] ἐν τῷ μεταιχμίῳ [23] τῆς πεδιάδος κατέστρωσεν [24], οὗπερ σφοδροτέραν ἐστοχάζετο τοὺς Κελτοὺς τὴν ἱππασίαν ποιήσασθαι, μηχανώμενος τάχα τὴν πρώτην καὶ ἀνύποιστον τῶν Λατίνων ὁρμὴν διὰ τούτων ἀποθραῦσαι περιπαρέντων τῶν τριβόλων τοῖς τῶν ἵππων ποσὶ, καὶ τοὺς μὲν κατὰ μέτωπον ἱσταμένους τῶν Ῥωμαίων ὁπόσοι δόρατα ἔφερον μεμετρημένας τὰς ἱππασίας ποιεῖσθαι, καὶ ὀπίσον μὴ τοῖς τριβόλοις περιπαρεῖεν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάτερα σχιζομένους ὑποστρέφειν, τοὺς δὲ πελταστὰς πόῤῥωθεν τῶν [25] Κελτῶν σφοδροὺς ἐκπέμπειν τοὺς οἰστοὺς, τὸ δέ γε δεξιὸν καὶ εὐώνυμον κέρας ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀσχέτῳ ῥύμῃ τοῖς Κελτοῖς ἐπεισπεσεῖν. Τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς διανοήματα. Τὸν δὲ Βαϊμοῦντον ταῦτα οὐ διέλαθε. Συνέβαινε γάρ τι τοιοῦτον. Ὅπερ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἑσπέρας κατ' ἐκείνου ἐβουλεύσατο, πρωΐας ὁ Κελτὸς μεμάθηκε. Καὶ πρὸς τὸ ἀκουσθὲν εὐφυῶς μεθαρμοσάμενος τὴν μάχην ἀνεδέχετο, καὶ οὐκ ἔτι

A metu mortis, aut, quod in tantis malis pronum suspicari sit, perturbatione ulla rationem non sequentis animi, sed consilio sapienti et generoso statuens servare se spei ac periculo majori. Quippe si se modo subduxisset, futurum videbat, ut iterum aggredi Gallos posset, ultionemque ex ipsis hodiernæ cladis sumere. Fugiens igitur cum oppido paucis, subito conspicatus Gallos aliquot, oblitus fortunam, ex cedente in audacem aggressorem vertitur. Suos breviter admonet, secumque in hostem ut mox morituros aut splendide superaturos rapit. Tum ipse prævolans Gallorum unum cædit ac sternit. Comitum ipsius quantum quisque virtutis habuit varie in hostes objectos exprompsit, multis eorum vulneratis fugatisque. **135** In hunc B modum innumerabilibus et maximis periculis defunctus iterum servatus imperator est, per Strugas in Achridas perveniens. Ibi sat multis suorum e fuga collectis, eos ibi omnes sub magni domestici cura reliquit. Ipse ad Bardarem pergit, non cessandi causa quietisve gustandæ, homo qui fructum imperii in otii usura deliciisque non poneret, sed reparandarum virium exercitusque novis delectibus supplendi e civibus sociisque, ut deinde quamprimum instructior contra Baimundum pergeret; quod et fecit. Ibique in procinctu pugnæ tale quid excogitavit ad vincendos Gallos, vimque ineluctabilem equitatus Latini frangendam. Nocte quæ prælium præcessit, campum in quo concurrendum erat præ- C occupavit ferreis muricibus spargere: unde futurum sperabat ut immittentibus se solito impetu Gallis equitibus, pedes equorum implicarentur et vulnerarentur; interim dum præmoniti Romani seseque continentes intra eos fines a quibus ca tribulorum pernicies abesset, pares hostibus inopinato malo perculsis profligandis se contra offerrent. Quos etiam, si occasio vocaret ultra signatas metas invadendi hostis, imperator dividere aciem jusserat, et duobus lateribus campo muricibus strato in medio relicto in hostes ruere. Porro ce-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἄρεος. [18] διεκφυγών. [19] κἀκεῖσε. [20] ἱκανούς. [21] καὶ αὖθις. [22] ταῦτα. [23] μεσαιχμίῳ. [24] κατέστρωσαν. [25] κατὰ τῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(29) *Διὰ τῶν στρούγων.* Editio Hoeschelii habet στρουγῶν. Sunt vero στρουγαὶ, Bulgarica lingua, fossæ, stagna, vivaria, e quibus magnus piscium proventus parabatur, pro quo tributum pensitabatur quotannis fisco imperatoris. Theophylactus arch. Bulg. epist. 41 : Καὶ γὰρ ἐπί τε τοῖς μύλοις διπλασίω οἱ κληρικοὶ, ἢ οἱ λαϊκοὶ ὑπετέλεσαν. Καὶ ἐπὶ τῶν Βουλγάρων μὲν γλώτταις λεγομέναις στρουγαῖς, (Ἕλλην δ' ἀνὴρ διώρυχας ἂν ταύτας ἐρεῖ) ἰχθύων ἄγραν προξενούσαις, καὶ ἐπὶ ταύταις δὲ πολλαπλασίω τῶν τοῦ κοινοῦ πλήθους ἐζημιώθησαν. Et paucis interjectis, τοπάριον λιμναῖον, strugas interpretatur : Καὶ ἐπί τινι τοπαρίῳ λιμναίῳ ἰχθύων ἄγραν διδόντι πένισσαν. Joannes Phocas in *Descript. Terræ Sanctæ*, n. 20, Achridis situm describens, paludi inædificatam tradit, unde aqua emergit, in variis terræ convallibus restagnans, quas *strugas* accolæ vocant : Ἔχει γοῦν D σχήματος ἡ πᾶσα ἔρημος, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἅμα τῇ Νεκρᾷ τῶν Σοδόμων θαλάσσῃ κατὰ τὸν ἡμέτερον στοχασμὸν τῆς τοῦ θεάματος θέσεως Ἀχρίδος, ἐν τούτῳ τὴν ἐναλλαγὴν μόνην φαινομένην, ἐν τῷ μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης Ἀχρίδος ἐξέρχεσθαι ὕδωρ εἰς διαφόρους τῆς γῆς περιλιμναζόμενον φάραγγας ἃς στρουγὰς οἱ τῆς ἐκεῖσε γῆς οἰκήτορες ὀνομάζουσιν, etc. In his porro Annæ, Theophylacti et Phocæ locis, intelligi planum est alveos illos, quos olim Samuel Bulgarorum rex, Lychnitidem paludem, cui Achridis inædificatum oppidum, exhaurire volens, fecerat : qua quidem in palude maximam vim piscium fuisse testatur Nicephorus Callist. lib. xvii, cap. 28 : Ἐξ ἧς καὶ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται. Anna, lib. xii, fossas istas et alveos Lychnitidis paludis τάφρους vocat. Vide pag. 371.

tia is mandaverat, ut quam densissimam possent A telorum nubem procul in Gallos jacularentur, interim dum dextrum lævumque cornu, ex sua quodque parte, vehementissimo impetu in eosdem incumberet. Hæc quid profuit tam sapienter excogitasse patri meo quorum indicium statim ad Baimundum deferebatur; in quo versabatur cæca proditorum fraus, cujus perfidiosa diligentia quidquid vesperi decrevisset, primo mane compertissimum Gallo erat. Nec surdo dictum aut parum prompto ad præcavendum subita mutatione aciei. Explicat ergo suas copias ad prælium; at non qua parte, quoque modo solebat certamen invadit. Odoratus videlicet consilium imperatoris exercitum et ipse suum bifariam scissum irruere ab gemino latere in Romanos jubet, aciem ipsam mediam et B frontem exercitus stare immotam, quasi exspectantem donec hostes per infestam planitiem in ipsos tenderent. Hæc ita facta sunt. Nec vero Romani Latinorum impetum diu sustinuerunt; terga statim vertunt, nec fere occursum contra ruentium nupera velut clade adhuc attoniti audent. Turbatur Romana acies, frustra imperatore consuetam exhibente constantiam, et manu menteque strenue rem gerente. Non enim stabat solum imperterritus, sed lacessebat ultro adversos, vulnera inferens vicissimque accipiens. Tandem cum exercitum dilapsum cerneret, seque desertum cum paucis, officii sui credidit non temere diutius nullo operæ pretio periclitari. Quæ enim ratio sit defatigatum C et solum contra **136** victorem exercitum niti pertinacia pugnandi, projicereque salutem in discrimen nulla spe vocante? Postquam igitur aliquandiu dextro lævoque cornu suorum fugato, totum exercitus Baimundi pondus atque impetum unus stitisset sustinuissetque Alexius, demum persuaderi sibi sivit a sua prudentia ut se a præsenti periculo, in quo frustra tentari fortunam palam esset, ad aliam aciem aliudque periculum se servaret. Agitabat enim vel in illa calamitosa fuga, homo infracti animi, magnifica consilia resumendi meliore sorte contra Baimundum belli, reponendique illi clades omnes istas: ita quodammodo dum vincebatur vincens, et dum fugiebat, persequens, nunquam vero infringi sibi generosam fiduciam, aut D desperationis laqueis se constringi patiens. Erat quippe fide præditus in Deum maxima: ejusque numen quasi præsens assidua in omnibus cogitatione circumferebat: juramentoque abstinebat omnino. Cum igitur desperata, ut modo dixi, victoria impetu retro verso cederet, insequente Baimundo, cum lectissimis quibusque comitum, conversus ad Gulen (paternus hic illi ex longo fidus erat famu-

A ὡς ἔθος αὐτῷ τὴν ὁρμὴν τῆς μάχης ἐποίει, ἀλλὰ προαρπάσας τὴν τοῦ αὐτοκράτορος βουλὴν, αὐτὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους τὸν μόθον μᾶλλον ἀνερίπησε [26] τὴν κατὰ μέτωπον φάλαγγα ἀτρεμεῖν τέως παρακελευσάμενος. Τῆς γοῦν μάχης ἀγχεμάχου γεγονυίας οἱ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος τὰ νῶτα τοῖς Λατίνοις δεδώκασι, μηδ' ἀντωπῆσαι τούτοις τοῦ λοιποῦ ἰσχύοντες, προκατεπτοημένοι ὄντες διὰ τὴν προηγησαμένην ἧτταν. Καὶ σύγχυσις τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως ἦν, κἂν ὁ βασιλεὺς ἀκλόνητος μένων γενναίως καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ ἀντικαθίστατο, πολλοὺς μὲν τρώσας, ἔστι δ' οὗ καὶ τρωθείς. Καὶ ἐπεὶ τὸ ἅπαν ἐκρεῦσαν ἤδη στράτευμα ἐθεάσατο, καὶ ἑαυτὸν μετ' ὀλίγων καταληφθέντα [27], δέον ἐλογίσατο μὴ ἀλόγως ἀνθιστάμενος κινδυνεῦσαι. B Ἐπὰν γάρ τις, πολλὰ μογήσας, μὴ πρὸς ἰσχύος ἔχει [28] τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαθίστασθαι, μάταιος ἂν εἴη [29] εἰς προῦπτον κίνδυνον ἑαυτὸν συνωθῶν. Τοῦ γοῦν δεξιοῦ καὶ εὐωνύμου κέρως τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος φυγαδείᾳ χρησαμένων, ὁ βασιλεὺς ἔτι ἐγκαρτερῶν μετὰ τῆς τοῦ Βαϊμούντου φάλαγγος γενναίως ἀπεμάχετο, τὸν ὅλον αὐτὸς ἀναδεξάμενος πόλεμον. Τὸ δὲ ἀναντίῤῥητον συνεὶς τοῦ κινδύνου, δέον ἔκρινεν ἑαυτὸν περισῶσαι, ὡς αὖθις δύνασθαι μάχεσθαι πρὸς τὸν καταγωνισάμενον καὶ ἀντίπαλος ἔσεσθαι καρτερώτατος, καὶ μὴ τὸ πᾶν τῆς νίκης ἄρασθαι τὸν Βαϊμοῦντον. Τοιοῦτος γὰρ ἦν ἡττώμενος καὶ νικῶν, φεύγων καὶ αὖθις διώκων, καὶ μηδέ ποτε ὑποπτήσσων, μήτε μὴν ἀνελπιστίας βρόχοις C ἁλισκόμενος. Ἦν γὰρ καὶ εἰς Θεὸν (30) μεγίστην ἔχων πίστιν, καὶ τοῦτον μὲν ἐς μέσον διὰ παντὸς περιφέρων, ὅρκου δὴ [30] παντάπασιν ἀπεχόμενος. Ἀπειρηκὼς οὖν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ὀπισθόρμητος καὶ αὐτὸς γέγονε, διωκόμενος παρὰ τοῦ Βαϊμούντου καὶ ἐκκρίτων κομήτων. Ἐν τούτοις δέ φησι πρὸς τὸν Γουλῆν (οὗτος δὲ πατρῷος αὐτοῦ θεράπων) καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· *Μέχρι πόσου φευξόμεθα*; Καὶ στρέψας τὸν χαληνὸν [31] καὶ τοῦ κολεοῦ [32] τὸ ξίφος ἐξαγαγὼν, παίει τὸν πρώτως αὐτῷ συναντήσαντα κατὰ τῆς ὄψεως. Τοῦτο οἱ Κελτοὶ θεασάμενοι, καὶ διαγνόντες αὐτὸν τῆς ἰδίας ἀπεγνωκότα σωτηρίας, ἐπειδὴ τοὺς τοιαύτης γνώμης γεγονότας, ἄνδρας ἀκαταμαχήτους πάλαι ἐγίνωσκον, ὑποσταλέντες τοῦ διώκειν ἐπαύσαντο. Καὶ οὕτω τῶν διωκόντων D ἀπαλλαγεὶς, ὑπεξῄει τοῦ κινδύνου. Οὐδὲ φεύγων δὲ ὅλως ἀνεπεπτώκει, ἀλλὰ τῶν φευγόντων τοὺς μὲν ἀνεκαλεῖτο, τοὺς δὲ καὶ ἐπέσκωπτε, κἂν οἱ πολλοὶ τὸν ἀγνοοῦντα ὑπεκρίνοντο. Οὕτω γοῦν τοῦ κινδύνου σωθεὶς, εἰσέρχεται εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐφ' ᾧ συναγαγεῖν αὖθις στρατεύματα καὶ κατὰ τοῦ Βαϊμούντου χωρῆσαι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[26] ἀνεῤῥίπισε. [27] καταλειφθέντα. [28] ἔχῃ. [29] ᾖ. [30] δέ. [31] χαλινόν. [32] κουλεοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(30) *Εἰς Θεόν*. Pietatem Alexii, et cæteras animi dotes commendat etiam Ordericus Vitalis, lib. VII: *Erat*, inquit, *prudens et probus, audax et largus et amabilis omnibus*. Et mox: *Erat multum sapiens et misericors pauperibus, bellator fortis et magnanimus, affabilis militibus, munerumque dator largisssimus, divinæ legis cultor devotissimus*. Fuit tamen Alexius, ut ait Malmesburiensis lib. II, *astutia et fraudibus, quam probitate notior*. Vid. Annam, pag. 231.

lus tum fugæ comes) et ad paucissimos qui cum eo erant : *Quonam*, inquit, *usque fugiemus ?* **Et** simul cum dicto flexis habenis ac stricto gladio, eum in facie vulnerat qui forte primus ex insequentibus se obtulit. Id Galli cum vidissent, et ex eo intelligerent desparatam ab illo salutem, memores vinci non posse qui tales sunt, remissa sequendi cura, quievere. Sic spatium recedendi Augustus habuit, quo usus est ille quidem, cæterum ita soluto securoque animo, ut illi vacaret quos obiter cerneret fugere, partim revocare, partim increpare, quanquam plerumque audire dissimulantes. Tanto periculo defunctus in urbem regiam se recipit, animo reparandi exercitus, moxque denuo in Baimundum movendi.

Ἐπεὶ δὲ, τοῦ Ῥομπέρτου πρὸς Λογγιβαρδίαν πα- A λινοστήσαντος, τὴν μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος μάχην ὁ Βαϊμοῦντος ἀνεδέξατο ταῖς ἐκείνου ὑποθημοσύναις χρώμενος, καὶ διὰ παντὸς μάχας καὶ πολέμους ἀναῤῥιπίζων, τὸν μὲν Πέτρον τοῦ Ἀλίφα μετὰ τοῦ Πουντέση (31) εἰς πολιορκίαν ἐν διαφόροις τόποις ἐξέπεμψεν· ἔνθεντοι καὶ τοὺς μὲν δύο Πολόβους [33] εὐθὺς ὁ Πέτρος τοῦ Ἀλίφα κατέσχε· τὰ δὲ Σκόπια (32) ὁ προῤῥηθεὶς Πουντέσης· αὐτὸς δὲ μηνυθεὶς παρὰ τῶν Ἀχριδιωτῶν, ταχὺ τὰς Ἀχρίδας καταλαμβάνει. Καὶ πρὸς μικρὸν ἐγκαρτερήσας τοῦ Ἀριέβη φρουροῦντος τὸ κάστρον, ἄπρακτος ἀπῆλθεν εἰς τὸν Ὀστροβόν (33) [34]. Κἀκεῖθεν κενὸς ἀποπεμφθεὶς διῆλθε διὰ τοῦ Σοσκοῦ, καὶ διὰ τῶν Σερβίων (34) ἀπῆλθεν εἰς Βέῤῥοιαν. Καὶ προσβαλὼν ἐν πολλοῖς καὶ πολλάκις τόποις καὶ μὴ ἀνύσας, B διὰ τῶν Βοδινῶν (35) καταλαμβάνει τὰ Μόγλενα (36), καὶ ἀνεγείρει καστέλλιόν τι [35] πρὸ χρόνου ἐρειπωθέν. Εἶτα καταλιπὼν ἐκεῖ μεθ' ἱκανῶν κόμητά τινα Σαρακηνὸν (37) ἐξ ἐπωνυμίας καλούμενον εἰς τὸν Βαρδάρην, κατέλαβεν εἰς τὰς καλουμένας

A Qui quidem tanquam jam abunde satisfecisset patris Longobardiam repetentis mandato, quo præceperat urgere bello Alexium, et prælium cum illo committere, maturum putavit oppugnationi arcium operam dare. Duobus ergo ducibus, Petro Aliphæ et Puntesi, attributis idoneo numero copiis, negotium dedit capiendarum urbium: eos in diversas partes ad res uno tempore plures gerendas mittens. Petrus Aliphæ duos Polcobos statim cepit. Scopia vero Punteses. Ipse Baimundus ultro arcessitus ab Achridiotis Achridas occupavit. Verum arce cui Ariebes præerat deditionem abnuente, postquam ad eam spem tentandam brevem illi moram fecit, re infecta Ostrobum adiit : unde similiter repulsus B per Soscum et Servios Berrhœam petiit, ubi multis successu nullo tentatis locis, tandem per Bodinos pervenit Moglena **137**, ubi castellulum quoddam olim dirutum restauravit ; comitemque ibi quemdam Saracenum nomine, cum idoneo præsidio reliquit, qui regionem tueretur usque ad Bardaren.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[33] πολέμους. [34] εἰς Ὀστροβόν. [35] κατέλιόν τι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(31) *Πουντέση*. Expressit, ni fallor, hocce vocabulo Anna Gallicum *Pontoise*, seu *Pontese*, uti perpetuo effert Ordericus Vitalis, dum de oppido Pontesiano agit, ut et Ivo Carnot. epist. 28. Sed et fluvius Isara, cui illud adjacet, hodie *Oyse* dictus, *Esia* nuncupatur a Vibio Sequestro. Fuit C igitur *Ponteses* iste comes Annæus ex familia Pontesiæ, seu Velocassium, vel, si mavis, Vilcassini **297** comitum : cujus cognominis eo florebant ævo Radulfus cognomento Delicatus, et Heremarus de Pontesia, (cujus mentio est apud Vitalem, lib. III, pag. 496) Amalrici filii, Drogonis Pontesiæ, seu Vilcassini, et Ambianorum comitis nepotes, qui quidem Radulfus et Heremarus, eorumque liberi, quod Pontesiani oppidi partem aliquam hæreditario jure possiderent, nonnunquam Pontesiæ comites indigitantur in veteribus tabulis. Radulphi meminerunt aliquot quæ habentur in *Histor. S. Martini de Campis*, pag. 504, 505, 506, et in Histor. Bellovacensi a Loweto edita tom. I, pag. 691. Stemma vero Pontesianæ familiæ exstat apud Duchesnium in *Hist. Monmorenciaca*, lib. II, cap. 7.

(32) *Σκόπια*. Urbs ad Axium amnem. Scopia numero singulari apud Catacuzenum, lib. III, cap. 42, lib. IV, cap. 19. Τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον apud Nic. Gregoram, lib. VIII, τὰ Σκόπια apud Laon. lib. I; Scylitzen, pag. 705; Annam, pag. 252; et Tzetzem chil. 12, cap. 396; Σκόποι Stephano Byzantino.

(33) *Ὄστροβον*. Ὄστροβος λίμνη, haud procul a Bodenis, Acropolitæ et Scylitzæ, pag. 705, 711. Meminit etiam istius paludis Cantacuzenus, lib. IV, cap. 19, hodie *Ostro*, in charta Sophiani.

(34) *Σερβίων*. Urbs ad confinia Bœotiæ et Thessaliæ, τὰ Σέρβια Scylitzæ, pag. 705, numero multitudinis, non Servii, uti vertit interpres, quo perinde in errore versatur Pontanus ad Cantacuz. lib. IV, cap. 19, cujus hæc sunt : Ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων· πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις κειμένη καὶ Θετταλίας.

(35) *Βοδηνῶν*. Τὰ Βοδηνὰ, oppidum ad Erigonium fluvium, hodie *Vodena*. Vide Cantacuz. lib. I, cap. 54; Bodena in Bulgaria statuit Scylitzes, pag. 709, situm urbis exhibet pag. 705, his verbis : Φρούριον δὲ τὰ Βοδηνὰ ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς καταῤῥεῖ τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστρόβου ὕδωρ ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέων ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ὑποδυόμενον. Τὰ τῶν Βοδηνῶν τέμπη habet Acropolita, cap. 80.

(36) *Τὰ Μόγλενα*. Urbs episcopatu insignis apud Scylitzem, pag. 709, 710 : Cantacuzenum, lib. I, cap. 44 et 46; Τὸ τῶν Μογλένων θέμα habet Zonaras, p. 237.

(37) *Σαρακηνόν*. De comite, Saraceno cognominato, silent scriptores rerum Normannicarum. D Fuit olim in Campania nostra familia hocce cognomine, cujus alicubi meminit Joinvillæus in *Hist. S. Ludov.* et *Charta Philippi III, Regis Franc.* an. 1270; *Probat. Hist. Castilioneæ*, pag. 69. De eadem etiam quædam habent Scipio Ammiratus et Campanilis in Familiis Neapolit. Alium ejusdem cognominis comitem memorat Anna, pag. 390.

Ipse in locum Aspras Ecclesias vocatum se contulit totisque in eo mansit tribus mensibus. Quo tempore detecta conjuratio est trium insignium comitum, Puntesis, Reboldi, et Guillelmi; qui communicato invicem consilio decreverant ad imperatorem transfugere. Ex his Punteses rem proditam odoratus, matura fuga se subduxit, ad imperatorem se recipiens. Alii duo more Francis usitato singulari certamine se purgare jussi sunt.

A Ἄσπρας (38) Ἐκκλησίας. Καὶ τριμηναῖον χρόνον διατρίβοντος ἐκεῖ, ἐν τῷ μεταξὺ ἔκκριτοι τρεῖς [36] τῶν κομήτων, ὅ τε Πουντέσης, ὁ Ῥεβόλδος (39) [37] καὶ Γελιέλμος (40) [38] τις καλούμενος, συνωμοσίαν πεποιηκότες αὐτομολῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα, ἐφωράθησαν. Καὶ ὁ μὲν Πουντέσης, τοῦτο προγνούς, ἀποδράσας προσῆλθε τῷ αὐτοκράτορι, οἱ δὲ λιποὶ [39] δύο κατεσχέθησαν, καὶ ἀπελύθησαν κατὰ τὸν νόμον τῶν Κελτῶν (41) εἰς πόλεμον. Καὶ ἡττηθεὶς (42)

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[36] τινές. [37] Ῥικάλδος. [38] Γιλιέλμος. [39] λοιποί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(38) *Ἀσπράς*. Ἀσπρὸς hoc loco Album significat. Vide Glossaria.

(39) *Ῥεβόλδος*. Malim Ῥενόλδος, ut sit Renoldus, vel Renaldus, cujus nomenclaturæ occurrit Rainaldus Musca, inter comites Normannicos, Guiscardi socios, apud Willelmum Apul. lib. II.

(40) *Γελιέλμος*. Inter nobiles Normannos, qui in Italia sedes fixerunt cum Guiscardo recensetur a Guillelmo Apul. lib. III, Guilielmus filius Yvonis, cui dux concesserat urbem Betontinam. An vero idem, qui hoc loco ab Anna memoratur, non plane constat.

(41) *Κατὰ τὸν νόμον Κελτῶν*. Licebat veterum Francorum legibus de objectis criminibus duello se purgare, quo victus pro convicto habebatur. Id passim videre est in LL. Burgundicis, Bajoar. Alaman. etc. Barclaius, in *Icone animorum*, de Gallis : *His auctoribus quondam factum, ut in dubiis judiciis, cum utrimque argumenta essent obscura, armis litigantium crederetur. In circum arenamve dimissi pugnabant, victus pro nocente habebatur. Et inde vesaniæ origo hanc ætatem infestans, quæ jam auctis finibus, cum olim magistratuum arbitrio esset, hodie ad privatorum libidinem desiævit.* Vide Savaron. in tract, *De duellis*. et Isaac. Pontanum, **298** lib. VI, *Orig. Franc.* cap. 17. Transiit etiam in imperium Græcanicum duellorum usus ἐπὶ τοῖς ἀδήλοις. Vide Pachymer. lib. I, cap. 10.

(42) *Καὶ ἡττηθείς*. Jussi igitur monomachiam cum delatoribus inire Renaldus et Guilielmus comites, ab iis in arena coram judicibus devicti, tanquam rei Dei judicio convicti, pœnas dederunt. Pœna vero illa, quæ victo irrogabatur, varia et diversa erat pro criminis objecti, vel denegati ratione: gravior nempe in capitali, levior in leviori crimine. Verum quia leges et edicta principum duelli judicium, seu examen, nusquam fere nisi in capitalibus causis admittebant, factum inde ut extremo affectos supplicio victos plerumque legamus, aut membris mutilatos. Philippus, cogn. Pulcher, Franciæ rex in ea, quam de duellis edidit, constitutione D an. 1306 : *Encore voulons et ordonnons, que se le vaincu est vif, qu'il soit en estant leué, et par les rois d'armes, ou heraus luy soient les esguillettes couppées, et tout son harnois çà et là par le champ ietté, et puis à terre couché : et se il est mort, soit ainsi desarmé et là laissé iusqu'à nostre ordonnance, qui sera de pardonner, ou faire iustice, tout ainsi que bon nous semblera.* Harduinus *de la Jaille*, in tractatu ms. *du Champ de Bataille*, ad quæstionem, qua mulctari pœna victus debet, sic reponit : *Si c'est pour trahison ou meurdre droit d'armes, raison et iustice veulent qu'il soit par le sergent criminel couché, lié, et traisné sur une cloie, les pieds deuant hors du champ, et de là par cheuaux au gibet, pour estre pendu, ou en la place de la ville auoir la teste tranchée, et le tout selon la coutume du duché*, etc. His consentanea sunt quæ habet Butelerius in *Summa rurali*, part. I, tit. 39. At pœna non accusato duntaxat, si superari contin- B geret, infligebatur, verum etiam accusanti et delatori, si duello succumberet, qui hoc in casu talionis pœna plectebatur. Comes Glocestrensis in tract. ms. de duellis : *Bonne foy et bonne loy d'armes veut, que l'appelant ait encore mesme peine que le deffendant deueroit auoir, s'il estoit jà vaincu et desconfit.* Id disertis verbis in legibus a Friderico I imperatore conditis cautum scribit Guntherus, lib. VII Ligurini :

Vulneris, aut cædis convictus, voce duorum,
Qui modo non fuerunt violato sanguine juncti,
Hic caput, ille manum perdat. Si teste carebit
Altera pars, facinusque volet formidine pœnæ
Abjurare reus, poterit jurare, volentem
Quilibet oblato licite reprobare duello,
Passurus similem, non victo crimine, pœnam.

Idipsum statuit Philippus Augustus Franciæ rex in Neustria, seu Normannia nostra deinceps ob- C servandum : cum antea, non ut in cæteris Galliæ provinciis, ex veterum Normanniæ ducum edictis usus invaluisset, ut delator duello victus, certam pecuniæ summam reo numeraret, ab omni pœna de cætero liber. Willelmus Brito lib. VIII, Philipp.

Quædam aut in melius juri contraria mutans
Constituit, pugiles ut in omni talio pugna
Sanguinis in causis ad pœnas exigat æquas :
Victus ut appellans, sive appellatus eadem
Lege ligaretur, mutilari aut perdere vitam,
Moris enim exstiterat apud illos (a) hactenus, ut si
Appellans victus in causa sanguinis esset,
Sex solidos decies cum nummo solveret uno.
Quod si appellatum vinci contingeret, omni
Re privaretur, et turpi morte periret.
299 *Injustum justus hoc juste rex revocavit,*
Reque pares Francis Normannos fecit in ista.

D Sane in legibus Willelmi Nothi a Bromptono, Lambardo et Seldeno editis nihil a me ejusmodi observatum, iis locis ubi de duello agitur. Porro duello victos supremo multatos supplicio passim tradunt scriptores : *Annales Franc.* Bertiniani, an. 8?0 ; *Chron. Hildesheimense*, an. 969 ; Dithmarus, lib. III ; Simeon Dunelmensis et Radulfus de Diceto, an. 1096 ; D. Bernardus, epist. 39 ; Henricus de Knighton, an. 1385 ; Monstrelletus, I vol. cap. 23 ; Edwardus Bysseus in Not. ad Uptonum pag. 36, etc. Arma vero duello succumbentis, comitis Stabuli erant, qui certamini judicis loco præerat, vel domini, per leges Hierosolymitani regni, quas *Assissias* vocant, cap. 96 : *Et celui qui sera mort el champ, le seignor le doit faire trainer et pendre : et les armes dou vaincu doivent estre dou Connestable, et celles dou vainqueur qui sont brisées, et cheent sur le champ. Et se pais est faite*

(a) Normannos.

A κατεβλήθη ὁ Γελιέλμος, [40] ὃν καὶ κατασχὼν ἐτύφλωσεν. Τὸν δέ γε ἕτερον Ῥεβόλδον [41] ἀπέστειλε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ Ῥομπέρτον εἰς Λογγιβαρδίαν, ὑφ' οὗ ἀφαιρεῖται καὶ οὗτος τοὺς ὀφθαλμούς. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος, ἀπάρας ἀπὸ τῶν Ἄσπρων Ἐκκλησιῶν, ἀπῆλθεν εἰς Καστορίαν. Τοῦτο μαθὼν ὁ μέγας δομέστικος καταλαμβάνει τὰ Μόγλενα, καὶ κατασχὼν τὸν Σαρακηνὸν, κτείνει παραυτίκα ἐρειπώσας τελείως τὸ καστέλλιον [42]. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος, ἐξελθὼν τῆς Καστορίας (43), ἔρχεται εἰς τὴν Λάρισσαν, κεῖθι [43] παραχειμάσαι βουλόμενος.

Καταλαβὼν δὲ τὴν μεγαλόπολιν ὁ αὐτοκράτωρ, καθάπερ εἴρηται, εὐθὺς ἔργου εἴχετο ὁποῖος ἐκεῖνος θερμουργὸς καὶ μηδέποτε ῥᾳστώνης μετειληχὼς, δυνάμεις τε ᾐτεῖτο τὸν σουλτάνον μετὰ ἡγεμόνων πεῖραν ἐκ μακροῦ ἐσχηκότων. Ὁ δὲ τηνικαῦτα πέμπει B πρὸς αὐτὸν χιλιάδας ἑπτὰ μετὰ ἡγεμόνων λίαν [44] ἐμπείρων, καὶ αὐτὸν τὴν [45] Καμύρην χρόνῳ καὶ πείρᾳ τῶν ἄλλων ὑπερέχοντα. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ᾠκονόμει καὶ ἡτοιμάζετο, ὁ Βαϊμοῦντος μέρος τι τοῦ ἰδίου στρατεύματος ἀποδιελόμενος Κελτοὺς καταφράκτους ὅλους ἀποστείλας ἐξ ἐπιδρομῆς κατέσχε τὴν Πελαγονίαν (44), τὰ Τρίκαλα, καὶ τὴν Καστορίαν. Αὐτὸς δὲ ὁ Βαϊμοῦντος, μετὰ ξύμπαντος τοῦ στρατεύματος καταλαβὼν τὰ Τρίκαλα (45), ἀποσπάσα τοῦ ὅλου στρατεύματος [46] γενναίους ὅλους καὶ [47] ἐξ ἐφόδου κατέσχε τὸν Τζίβισκον (46). Κἀθ' οὕτω καταλαβὼν τὴν Λάρισσαν κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ

A Victus Guillelmus pro convicto est habitus, quem idcirco Baimundus excæcavit. Reboldum suspicione laborantem ad Robertum patrem suum in Longobardiam misit a quo et oculis privatus est. Post hæc Baimundus ab Aspris Ecclesiis movens, Castoriam se contulit; qua re magnus domesticus cognita Moglena occupat, Saracenoque occiso castellum omnino destruit. Tunc Baimundus Castoria egressus prope Larissam venit, hiemare illic in animo habens.

At imperator simul in urbem regiam, ut diximus, pervenit, nulla parte quietis capta, pro sua vigili strenuaque indole, statim in opus incubuit, cujus causa venerat, congregandarum copiarum. Ad eam B rem milites a sultano petiit, cum ductoribus militiæ peritis, et longa belli experientia subactis. Tunc ille ad Augustum misit septem millia Turcorum sub disciplina experientissimorum ducum: inter quos Camyres ætate ac usu supra omnes eminebat. Interim dum ea tractat paratque imperator, Baimundus parte copiarum a suo exercitu divulsa, excursione Gallorum cataphractorum quotquot habebat Pelagoniam occupavit. Ipseque iterum junctis copiis cum universo exercitu cepit Tricala. Rursusque emissa manu lectissimorum ex universo numero militum, impressione subita Tzibiscum subjecit sibi. Inde jam Larissæ copias admovens

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[40] Γιλιέλμος. [41] Ῥυκάλδον. [42] καστέλιον. [43] ἐκεῖθι. [44] Deest vox λίαν. [45] δὲ τόν. [46] στρατεύματος ἀποστείλας. [47] Deest vocula καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

de la bataille, puis que les champions s'en sont laissez aler ensemble, toutes les armures, qui sont cheus el champ brisees et entieres, doivent estre dou Connestable : et se il n'y a connestable, doivent estre dou seignor. Quin etiam ipsa victi bona fisco domini, cujus cliens, seu vassallus erat, addicebantur, siquidem capitale esset crimen, de quo accusatus fuerat. Harduinus supra citatus : *Et le reste de ses biens sont au prince confisquez.* Libera ab omni ære alieno, ut est apud Philippum *de Beaumanoir* ms. cap. 61 : *Cil qui est vaincus perd le cors, et quanque il a de quelque signeur qui le tiegne, et vient le forfeture a casque Signeur de qui il tenoit, et si mueble et sera tel aussi assignement dessos qu'il est troué. Et en cette maniere quiconques est condamné de tait fet, par lequel fet il doie perdre le cors, si mueble et si heritaige sont demené en cette maniere; ne li signeur qui ont le sien par reson de forfeture, ne sont tenus à paier riens, que cil qui est condamnez du fet deust de dete.* Inter D Arresta Saccarii Paschatis, an. 1267. In secundo Regesto Joannis de S. Justo, quod exstat in Camera Comput. Paris. fol. 37, hæc de ejusmodi bonorum confiscatione habentur : *De quodam homine vice comitatus Auribeci (Orbec) petente bona adversarii sui, quem per vadium belli devicit, et suspendi fecit, ad ipsum pertinente per consuetudinem Normanniæ, ut dicebat, quæ quidem bona dictus vicecomes tenebat pro rege, concordatum fuit, quod dictus homo victorium habens, bona mobilia habebit, et immobilia dominis in quorum terra consistunt remanebunt, si de consuetudine debeant habere.* Denique si victus veniam et vitam a prin-

C cipe impetrasset, pro mortuo habebatur, ejusque bona principis, aut domini, cujus cliens erat, fisco adjudicabantur. Vel si duellum initum esset in provincia, ubi bonorum confiscatio locum non haberet, transibant statim in legitimos hæredes. Exstat Arestum, seu Placitum, senatus Parisiensis latum in festo S. Martini, an. 1281, adversus Hugonem *de Tiffauges* valetum, sive armigerum, qui tertiam partem Bellæ Villæ sibi deberi contendebat, ut quæ uxori ex Mauricii de Foresta militis, patrui, successione obvenisset, *quem dicebat pro mortuo haberi debere, pro eo quod in duello facto inter dictum Mauricium de Foresta ex una parte, et Mauricium de Castromuri ex altera, in curia vicecomitis Thoarcensis domini sui, dictum Mauricium de Foresta victum fuisse dicebat.*

(43) *Καστορίας*. Castoriam paulo ante expugnarat Robertus, capto scilicet Dyrrachio, ejusque præfecturam Fortino de Rosana commendaverat, D uti narrat Malaterra, lib. III, cap. 29.

(44) *Πελαγονίαν*. Pelagonia Macedoniæ oppidum, Livio notum, Castoriam inter et Axium fluvium, ut habent Tudebodus, lib. I, et Cantacuzenus, lib. I, cap. 51, in patentibus campis exstructum, ut est apud Nicetam, in *Man.* lib. III, 300
n. 1. *Vallis Pelagoniæ* meminit Raymundus de Agiles. Vide Cinnamum, lib. III, pag. 73 A.

(45) *Τρίκαλα*. Urbs ad Strymonem fluv. Tzetzæ chil. IX, cap. 280. Cantacuzeno, lib. II, cap. 28, *Castrum de la Tricala* Sanuto epist. 3. Vide Belonum, lib. I. *Observ.* cap. 55.

(46) *Τζίβισκον*. Meminit etiam Guillelmus Apul. Tzibisci capti, et obsessæ Laodiceæ, lib. V :

ad ipsam magni martyris divi Georgii memoriam junctis omnibus copiis castra posuit: moxque muris vallo cinctis obsidere aggressus est civitatem. Erat urbi præfectus Leo Cephalas cujus pater dudum patri imperatoris Alexii fidem atque industriam probaverat, in familiare ministerium adhibitus; a quo hic filius neutiquam degener, adversus impetus machinasque Baimundi Larissam totis sex mensibus fortissime defendit. Is a principio missis nuntiis diligenter edocuit imperatorem per litteras de adventu impetuque Barbari. Ac gestiebat quidem jam tum Augustus recta in Baimundum vadere; tamen consilio impetum regens satius judicavit supplere primum exercitum otioso mercenarii undique militis delectu: qui ubi satis magnus est visus, omnibus quique olim quique nuper nomen dederant copiose armatis instructisque, prodit imperator cum renovato **138** exercitu, et movens a Constantinopoli in loca Larissæ vicina venit. Iter ejus tale fuit. Per collem Celliorum dictum via publica a dextris relicta, et colle vulgari indigenarum lingua vocato *Cissabo Exeban* descendit. (Oppidum id Blachicum est proxime Androniam situm.) Hinc cum rursus in alterum transisset pagum, quem Plabitzam consueverunt appellare, prope cognominem præterfluentem amnem, castra ibi posuit, et fossa valloque munivit, quantum opus fuit. Hinc surgens in hortos Delphinæ se transtulit, indeque Tricala. Quo loco litteras ei quidam reddidit Leonis Cephalæ, cujus est superius facta mentio, liberius in hunc modum scriptas: *Scis, Auguste, me summa ope summoque conatu incolumem hactenus quam mihi credideras arcem conservasse. Nunc in extrema quædam ventum est. Nam cibis quibus vesci Christianos fas est deficientibus, ad feros insuetosque versi, horum quoque jam copia destituimur. Si ergo nec voluntas, nec facultas tibi deest auxiliandi quamprimum nobis, erit cur magnas Deo agamus gratias; sin minus, ego*

A μεγαλομάρτυρος Γεωργίου (47) μνήμην σὺν ὅλαις δυνάμεσι, καὶ περιζώσας τὰ τείχη ἐπολιόρκει αὐτήν. Ὁ δὲ ταυτηνὶ τὴν πόλιν φυλάττων πατρῴου τοῦ αὐτοκράτορος θεράποντος υἱὸς Λέων ὁ Κεφαλᾶς γενναίως πρὸς τὰς τοῦ Βαϊμούντου ἀντικαθίστατο μηχανὰς ἐφ' ὅλοις [48] μησὶν ἕξ. Δηλοῖ δὲ τὴν τοῦ Βαρβάρου ἔφοδον διὰ γραφῶν τηνικαῦτα τῷ αὐτοκράτορι. Ὁ δὲ οὐ παραχρῆμα καίτοι σφαδάζων τῆς πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον φερούσης ἥπτετο, ἀλλὰ πλεῖστον [49] μισθοφορικὸν ἐπισυνάγων [50] ἁπανταχόθεν, ἀνεβάλλετο τὴν ἐξέλευσιν. Εἶτα καρτερῶς ὁπλίσας ἅπαντας, ἔξεισι τῆς Κωνσταντίνου. Καὶ τοῖς μέρεσι τῆς Λαρίσσης ἐγγίσας, καὶ διελθὼν διὰ τοῦ βουνοῦ τῶν Κελλίων (48), καὶ τὴν δημοσίαν λεωφόρον δεξιόθεν καταλιπὼν καὶ τὸν βουνὸν τὸν οὑτωσὶ ἐγχωρίως B καλούμενον *Κίσσαβον* [51], κατῆλθεν εἰς *Ἐξεβὰν* [52] (χωρίον δὲ τοῦτο Βλαχικὸν (49) τῆς Ἀνδρονίας ἔγγιστα διακείμενον). Ἐκεῖθεν δὲ καταλαβὼν δὲ ἑτέραν [53] αὖθις κωμόπολιν Πλαβίτζαν συνήθως καλουμένην ἀγχοῦ που τοῦ οὑτωσί πως καλουμένου ποταμοῦ ῥέοντος διακειμένην [54], τὴν σκηνὴν κατέθετο ἀποχρῶντα [55] τάφρον διωρύξας [56]. Καὶ ἐγερθεὶς ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς ἀπῆλθεν ἄχρι τῶν κηπουρείων [57] τοῦ Δελφινᾶ, κἀκεῖθεν εἰς τὰ Τρίκαλα. Γράμμα δέ τις τηνικαῦτα ἧκε [58] κομίζων τοῦ Κεφαλᾶ Λέοντος παῤῥησιαστικώτερον [59] γράφοντος· *Ἴσθ', ὦ βασιλεῦ, ὅτι μέχρι τοῦ νῦν σπουδὴν πολλὴν εἰσενηνοχὼς* [60] *διετήρησα τὸ κάστρον ἀνάλωτον. Ἤδη δὲ τῶν ἐφωμένων* [61] *Χριστιανοῖς* C *τροφίμων στερούμενοι καὶ τῶν μὴ προσηκόντων ἡψάμεθα. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἡμῖν ἀπέλιπον* [62]. *Εἰ γοῦν βοηθῆσαι ἡμῖν θέλων σπεύσεις, καὶ τοὺς πολιορκοῦντας ἐκδιῶξαι δυνηθείης, τῷ Θεῷ χάρις. Εἰ δ' οὖν τοὐμὸν ἤδη πεπλήρωκα· καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀνάγκῃ δουλεύοντες (καὶ τί γὰρ δεῖ πρὸς φύσιν καὶ τὴν ἐκ ταύτης τυραννίδα ποιεῖν;) γνώμην ἔχομεν τὸ φρούριον παραδοῦναι τοῖς ἐπικειμένοις ἐχθροῖς καὶ φανερῶς ἀποπνίγουσιν. Ἀλλ' εἰ ταῦτα δυστυχῆσαι συμβαίη, ἐπάρατος*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[48] ἐπὶ ὅλοις. [49] πλεῖον. [50] συναγαγών. [51] Κίσαβον. [52] Ἐζεβάν. [53] ἑτέραν. [54] Deest vox διακειμένην. [55] ἀποκρῶταν. [56] διορύξας. [57] σκήπτρων. [58] ἧκε. [59] Λέοντος περὶ οὗ φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε παῤῥησιαστικώτερον. [60] συνενηνοχώς. [61] ἐφειμένων. [62] ἐπέλιπον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Exsultans capti Boamundus honore Civisci,
Obsidet insigni Larissam nomine claram,
Ad quam delatos thesauros imperiales,
Quamque opibus magnis audiverat esse repletam.

(47) *Γεωργίου*. 23 April. *Monolog. Gr.*, Codin. *De off.* cap. 15, n. 9.

(48) *Βούνου τῶν Κελλίων*. *Cellia*, mons Larissæ vicinus, ita dictus a Cellis, seu monasteriis monachorum, quibus solemne erat montes et deserta sectari, quo vitam ab omni mundi strepitu seclusam agerent, ut alter ejusdem appellationis locus in Ægypto, apud Sozomenum, lib. VI, cap. 31, et Nicephor. Callistum, lib. II, cap. 38, cui id perinde nominis inditum a monachorum cellis tradunt; κέλλα enim, et κελλίον, ut Latinis, ita et Græcis nuperis cella est et monasterium. Epistola concilii Sardicensis: Μακάριον ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦντο. Joannes Patr. Hieros. D in Vita S. Joan. Damasceni: Ἀπῆν δέ ποτε τοῦ κελλίου ὁ τοῦ Ἰωάννου ἡγούμενος. Vide Annam, pag. 489. Hinc κελλιῶται dicti monachi, de quibus Goarus ad Codin. pag. 73. Cellarum Thessalicarum meminit *Itinerarium Hierosol.* et Antonini, ut et monasteriorum *Kelliæ* Innocentius III. P P. lib. XIII, epist. 42, qua queritur archiepiscopum Larissenum indebitas iis exactiones imperare. Meminit præterea septima synodus, Act. IV, Leonis Ἡγουμένου, seu abbatis monasterii τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῶν Κελλίων. Ab ejusmodi monachorum cellis dictus etiam forte locus, *Cellæ* in Æmathia, et *Cellia* in Bithynia apud Annam, lib. XII.

(49) *Βλαχικόν*. De Vlachia, seu Walachia Macedonica, quam Μεγαλοβλαχίαν vocat Pachymeres, lib. I, cap. 30, diximus in Notis ad Villhard. n. 106. Adde Cinnamum, lib. VI, et ibi Notas nostras.

μὲν γενοίμην ἐγὼ, τολμηρῶς δὲ καὶ κατὰ τῆς σῆς βασιλείας τοῦτο παῤῥησιάζομαι, εἰ μὴ τάχιον σπεύσῃς [63] τοῦ κινδύνου ἡμᾶς ἐξελέσθαι, μὴ πρὸς τοσοῦτον βάρος πολέμου τε καὶ λιμοῦ ἀντισχεῖν ἐπὶ πλέον δεδυνημένους, σὺ δ' ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς, εἴγε δυνάμενος βοηθεῖν οὐκ ἐπέσπευσας τὴν βοήθειαν, οὐκ ἂν φθόνοις ἔγκλημα προδοσίας ἀποφυγγάνων.

A *quidem quod meum erat præstiti, quod restat, æquum est, ut nobis per te quoque liceat, id quod ultima necessitate adacti cogitamus, exsequi. (Quid enim oportet diutius adversus naturæ vim atque imperium obniti?) Decrevimus autem arcem hostibus dedere, qui non jam oppugnant, sed præfocant palam nos. Me miserum! si enim hoc cladis ac dedecoris suscipio, diris devovebor scilicet, infortunii magnitudine usque ad invidiam flagitii progressa. Verum quo me vertam igitur? nisi si das veniam audaciæ qua in majestatem tuam istius mali causam confero; et te, nisi nos tuos tua causa, tui spe, belli famisque longis incommodis ad extremam jam imbecillitatis exhaustos, maturo properas auxilio eripere, siquidem id potes, vix effugere posse aio proditionis notam.*

Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ δεῖν ἔγνω διά τινος τρόπου ἑτέρου αὐτοὺς καταγωνίσασθαι. Λογισμοὶ δὲ τοῦτον συνεῖχον καὶ μέριμναι. Καὶ δῆτα σκοπῶν ὅπως χρὴ λόχους ἐνστήσασθαί [64] δι' ὅλης ἡμέρας διεπονεῖτο, ἀρωγὸν τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος. Μετακαλεσάμενος οὖν τηνικαῦτα τῶν γερόντων τινὰ Λαρισσαίων, ἐπυνθάνετο περὶ τῆς τοῦ τόπου θέσεως. Καὶ ἀναθείνας [65] τοὺς ὀφθαλμοὺς ἅμα καὶ τῷ δακτύλῳ ἐπισημαίνων ἐπιμελῶς ἀνηρώτα ὅποι φάραγγές εἰσι διεῤῥωγυῖαι τοῖς τόποις ἢ λόχμαι τινὲς βαθεῖαι πρὸς αὐτὰς συνεχίζονται [66]. Ταῦτα δὲ τοῦ Λαρισσαίου ἐπυνθάνετο, βουλόμενος λόχον ἐπιστῆσαι καὶ δι' ἀπάτης τοὺς Λατίνους καταγωνίσασθαι· τὸν γὰρ φανερὸν καὶ κατὰ μέτωπον φθάσας ἀπηγόρευε πόλεμον πολλάκις συμβαλὼν καὶ ἡττηθεὶς, καὶ πεῖραν τῆς συμβολῆς τοῦ Φραγγικοῦ πολέμου λαβών. Ἐπεὶ δὲ ἥλιος κατέδυ, αὐτός τε δι' ὅλης κεκοπιακὼς τῆς ἡμέρας ὁ βασιλεὺς εἰς ὕπνον ἐτράπετο, ὄνηρος [67] ἐφίσταται τούτῳ. Ἐδόκει ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ τεμένους τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου ἑστάναι, καὶ φωνῆς ἀκούσας [68] · *Μὴ λυποῦ μηδὲ στένε· αὔριον νικᾷς*. Τὴν δὲ φωνὴν βάλλειν αὐτοῦ τὴν ἀκοὴν ᾤετο ἐκ μιᾶς τῶν ἐν τῷ τεμένει ἀπηωρημένων εἰκόνων, ἐν ᾗ ὁ μεγαλομάρτυς Δημήτριος κατεγέγραπτο. Διυπνισθεὶς δὲ καὶ περιχαρὴς γεγονὼς ἐκ τῆς ὀνείρου ταύτης ὀμφῆς, ἐθεοκλήτει [69] τε τῷ μάρτυρι, καὶ προσυπισχνεῖτο [70], εἰ γένοιτό οἱ νίκην κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἄρασθαι, αὐτός [71] τε παραγενέσθαι, καὶ πρὸ σταδίων ἱκανῶν τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης οὐκ ἔφιππον, ἀλλὰ πεζῇ καὶ βάδην ἐρχόμενον εἰς τὴν αὐτοῦ ἐλεύσεσθαι προσκύνησιν. Καὶ δὴ μετακαλεσάμενος τοὺς στρατηγούς τε καὶ ἡγεμόνας, καὶ συγγενεῖς ἅπαντας, βουλῆς ἤρχετο, τὴν ἑκάστου γνώμην ἀναζητῶν· εἶτα τὸ σκοπηθὲν ἀπήγγειλε. Τὸ δὲ ἦν παραδοῦναι [72] τὰ τάγματα ἅπαντα τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ· προεξάρχοντα δὲ τὸν Μελισσηνὸν (50) Νικηφόρον ἐφίστησι, καὶ τὸν Κουρ-

Hæc Augustum, quanquam valde movebant, perpellere tamen nequiverunt ad præcipitandum prælium. Expertus erat sæpius plus satis Latino-
B rum vim, nec satis ad victoriam spei ponebat in recto et simplici conatu aperti Martis. Ergo post imploratum Dei numen animo in acrem et longam, per unum totum diem, meditationem merso, exquisivit secum attentissime, num qua stratagematis et insidiarum occasio esset. Accersiverat Larissæum hominem, cujus indicio ad descriptionem locorum quorum situm procul explorantes oculi minus exacte discernerent, utebatur. Cum hoc satis locutus, intentoque in loca quæ simul ambo cernerent, digito curiose percontatus, ubi valles ac voragines profundique in iis ac inopinati recessus essent, sole demum occaso in altum et placidum, quippe diurna contentione fatigatus, compositus soporem est: per quem oblato sibi somnio faustum
C victoriæ augurium accepit. Visus enim sibi est stare intra templum magni martyris Demetrii, **139**
vocemque hujusmodi audire: *Ne angaris, neve gemas, cras vinces.* Ferri autem in ejus aures videbatur ea vox ex una in templo alte suspensarum imaginum, in qua magnus martyr Demetrius erat pictus. Somno solutus cum gaudio ingenti ob tam lætum omen, attenta religione supplicat divo martyri, riteque vovet, si spei compos de hostibus vincendis conceptæ fieret, sese statim peregre profecturum ad memoriam ejus; stadiisque aliquot antequam Thessalonicam pervenisset, equo rejecto, processurum peditem ad venerationem sancti patroni. Sub hæc convocatis ducibus, tribunis, cognatisque suis universis ipsorum sententiam de
D re præsenti quæsivit audivitque primum, tum quod sibi visum erat protulit. Nempe bonum factu videri, atque ad victoriam utile, si totius aciei regimen cognatis suis ipse permitteret, omnibusque

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[63] σπεύσεις. [64] ἐνδιαστήσασθαι. [65] ἀνατείνας. [66] συσχίζονται. [67] ὄνειρος. [68] ἀκοῦσαι. [69] ἐθεοκλύτει. [70] προσυπισχνεῖτο. [71] αὐτόθι. [72] δοῦναι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(50) *Μελισσηνόν*. Meminit Guillelmus Apuliensis Melisseni, cui auxiliares copias adducendas tradidit Alexius, cujus fratrem fuisse ait, quia Alexii sororem matrimonii jure sibi devinxerat. Socium præterea addit Melisseno adjunctum Adrianum, Alexii fortassis fratrem, licet cognatum tantum dicat:

Plurima post triduum duo conduxere potentes
Agmina Græcorum Boamundo bella parantes
Alter germanus Augusti Melisianus,
Alter cognatus, nomen fuit Adrianus.

iis Melissenum præficeret Nicephorum et Curticium Basilium, qui et Joannaces vocabatur, virque erat e numero illustrium, fortitudine et peritia rei bellicæ late inclytus, Adrianopoli oriundus. Nec vero legiones tantum istis tradidit, sed insignia quoque Imperii atque imperatoris: mandavitque ut aciem dirigerent eadem prorsus forma et modo, quibus in prioribus præliis usus ipse fuerat: priusque jaculationibus eminus pugnæ proluderent, sic demum classicis insonantibus universam in Latinos aciem moverent, ubi porro scutis admotis consertisque manibus certari cœptum foret, terga repente Latinis darent, fugamque effusam tanquam versus Lycostomium simularent. Hæc ita imperatore præscribente, concors omnium equorum qui erant in exercitu repente exauditus hinnitus est, mirantibus cunctis, imperatore vero et ingeniosioribus quibusque felix statim augurium agnoscentibus. Cum his mandatis suos reliquit ad dexteram arcis Larissæ. Ipse, exspectato solis occasu, sumit secum generosos viros ad idipsum segregatos, et angustiis Libotanini penetratis, effractoque Rebenico, per Allagen, sic dictum locum, ad sinistrum se contulit Larissæ latus. Inde circumspecto locorum situ depressioreque observata quadam quasi valle, in eam se cum suis abdit. Ea ut tuto pater meus

A τίκιον Βασίλειον, τὸν καὶ Ἰωαννάκην [73] καλούμενον· ἀνὴρ δὲ οὗτος τῶν ἐπιφανῶν, περιβόητος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ στρατιωτικῇ ἐπιστήμῃ, ἐξ Ἀδριανουπόλεως [74] ὡρμώμενος [75]. Οὐ τὰ τάγματα δὲ μόνον αὐτοῖς παραδίδωσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα (51) ἅπαντα. Ἐπέσκηπτε δὲ ποιήσασθαι τὴν παράταξιν καθ' ὃ σχῆμα ἐν τοῖς προηγησαμένοις πολέμοις αὐτὸς παρετάττετο, παραγγείλας αὐτοῖς δι' ἀκροβολισμῶν [76] πρότερον ἀπόπειραν τῶν ἔμπροσθεν τῶν Λατίνων [77] ποιήσασθαι, εἶτα τὸν Ἐυάλιον [78] ἀλαλάξαντας, πανστρατὶ κατ' αὐτῶν χωρῆσαι· ἐπὰν δὲ ὁ συνασπισμὸς γένηται καὶ εἰς χεῖρας κατ' ἀλλήλων ἔλθωσι, νῶτα παρασχεῖν τοῖς Λατίνοις καὶ φεύγειν ἀκρατῶς ὡς πρὸς τὸ Λυκοστόμιον (52) ὑποκρίνεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ ὁ βασιλεὺς ταῦτα παρεκε- B λεύετο, χρεματισμὸς [79] ἁπάντων τῶν ἵππων τοῦ στρατοπέδου αἴφνης ἐξηκούσθη. Καὶ θάμβος ἐπὶ τούτῳ κατέσχεν ἅπαντας· ἀγαθὸς δὲ ὅμως οἰωνὸς αὐτῷ τε τῷ βασιλεῖ τηνικαῦτα [80] καὶ πᾶσι τοῖς περιεργοτέροις ἐδόκει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως πως ἐπισκήψας αὐτοῖς, καὶ καταλιπὼν δεξιόθεν τοῦ κάστρου Λαρίσσης, περιμείνας τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, γεννάδας τινὰς ἄνδρας ἕπεσθαί οἱ ἐπιτάξας, τὴν τοῦ Λιβοτανίνου κλεισοῦραν (53) διεληλυθὼς καὶ τὸν Ῥεβένικον (54) περικόψας, καὶ διὰ τῆς καλουμένης Ἀλλαγῆς (55) πρὸς τὸ εὐώνυμον τῆς κλεισούρας [Λα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] Ἰωανάκην. [74] Ἀνδριανουπόλεως. [75] ὁρμώμενος. [76] ἀκροβολισμῶν. [77] Λατίνων ἐρχομένων. [78] ἐνυάλιον. [79] χρεμετισμός. [80] παρτυτίκα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Τὰ τῆς βασιλείας παράσημα.* Historiam et Stratagema narrat præterea Zonaras.

(52) *Λυκόστομον.* Lycostomum Thessaliæ πολίχνιον facit Cantacuzenus, lib. II, cap. 28; lib. IV, cap. 19. Vide Ortel. in *Peneus.*

(53) *Λιβοτανίνου κλεισοῦραν.* *Clusuras* vocabant Latini æque ac Græci recentiores τὰς τῶν στενῶν παρόδους, ut est apud Leonem in *Tacticis.* Anna, lib. X, pag. 272: Τὰ γὰρ τέμπη, ἅπερ κλεισούρας ἡ ἰδιῶτις οἶδε γλῶσσα. Hic vero clusuræ vocabulo angustias ad alveum Penei, seu Salabryæ fluvii, qui Ossam inter et Olympum fluit, haud dubie intellexit. Prælium enim ad Larissæ urbis conspectum, quæ Peneo adjacet, commissum narrat, a qua haud procul abest locus celebratissimus, Thessalica Tempe, circa Penei ostia, ad utramque ejus ripam, Larissam inter et mare. Quemadmodum enim non uno loco **301** Anna quaslibet *clusuras*, seu angustos montium aditus, *Tempe* vocat, ita ipsamet Thessalica Tempe *clusuras* nuncupavit, vocabulo synonymo. Nec obstat quod hic *Libotanini clusura* dicitur, cum toto tractu, quem a Larissa ad mare percurrit Peneus, montibus et collibus impedito et implicato, occurrant angustiæ plures, seu *clusuræ*, quæ ab oppidorum, aut castrorum inibi exstructorum vicinia nomen sortitæ sunt, ut est illa quæ pag. 141, *Dominici Palatium* appellatur, in ipsismet Thessalicis angustiis. Tzetzes chil. 9, cap. 280.

Τέμπη δὲ καὶ κοιλώματα Θετταλικά, καὶ ὄρη
Ἃ Πένειος διέκοψεν ὁ ποταμὸς ἐκρέων,
Καὶ μέσος δὲ φερόμενος ῥοῦν κατασύρει τούτων.

Vide Cioffanum ad VII *Metamorph.* Sic in Alpibus, quas Eustathius ad Dionysium a voce Gallica κλεισοῦραν denotante dictas opinatur, quæ exstant angustiæ a locis proximis nomen sortiuntur. *Clu-* C *sas* et *clusuras* in Alpibus passim legimus apud Prosperum Aquit. in Chronico, Fredegarium, et alios Francicæ Historiæ scriptores. Quo quidem *clusæ* nomine in iis superest etiamnum castrum, in præruptis et altis Rhodano imminentibus saxis positum, de quo *Hist. episcop. Autissiod.* cap. 54, et Rhellicanus ad Jul. Cæsaris lib. I *De bello Gallic.* Illud idem, quod Ennodius in Vita B. Epiphanii *clusuras* vocat. *Clausuras* etiam statuit in Pyrenæis Julianus Toletan. in *Hist. Wambæ reg.* *Pyrenæorum claustra* dixit Orosius, lib. VII, cap. 40. *Puertos*, seu *Portus* appellant Hispani, voce Ulpiano nota, l. 59 D. de verbor. signific. *Portas* dixit geographus Nubiensis, ut Græci πύλας, hinc Thermopylæ, Necropylæ, etc. Porro non modo angustiæ *clusuræ* dictæ, sed et ipsa quæ ad angustiarum munimenta ædificantur castra. Theophylactus Simoc. lib. VII, cap. 14: Ἐντεῦθεν οἱ Βάρβαροι τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων περικάθηνται, κλεισούρας τῇ πατρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλεῖν ταῦτα D εἰώθασιν; quæ totidem verbis habentur apud Suidam. Qui ejusmodi castris præfecti erant, κλεισουράρχαι dicti Græculis, Liutprando, lib. V, cap. 8, *clusurarum custodes.* Sed hæc nota.

(54) *Ῥεβέννικον.* Oppidum ad Thessalica Tempe, *Ravennica* Innocentio III. PP. lib. XIII, epist. 137, lib. XIV, epist. 119. Vide *Hist.* nostram *Gallo-Byzantinam*, lib. II, n. 9.

(55) *Ἀλλαγῆς.* Meminit Allagæ, loci ita nuncupati, Gregoras, lib. IV, quem ad Lysimachiam statuit. Idem vero ἀλλαγὴ sonat, quod apud Latinos *mutatio*: unde conjicere est locum fuisse mutandis equis addictum, cujusmodi passim recensent Itineraria. Certe *mutationes* varias hoc in tractu habet Hierosolymitanum.

ρίσσης] μέρος καταλαβὼν, καὶ περιαθρήσας τὴν ἅπασαν τοῦ τόπου θέσιν, χθαμαλώτερον τόπον κατανοήσας, ἐκεῖθι μετὰ τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ λόχων ἦν. Οἱ δὲ ἡγεμόνες τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων, ὁπηνίκα ὁ βασιλεὺς προλοχήσειν, ὡς εἴρηται ἐπειγόμενος τὴν τοῦ Λειβοτανίνου [81] κλεισούραν διέρχεσθαι ἔμελλε, τηνικαῦτα ἀποσπάδα [82] τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀποδιελόμενοι ταγμάτων κατὰ τῶν Κελτῶν ἐξέπεμψαν, ἐφ' ᾧ πρὸς ἑαυτοὺς ἑλκύσας [83] ὡς μὴ ἐκεχειρίαν ἔχοιεν φωρᾶσθαι [84] τὸν αὐτοκράτορα ὅποι [85] πορεύεται. Οἳ καὶ, πρὸς τὴν πεδιάδα κατελθόντες, προσέβαλον τοῖς Κελτοῖς, καὶ ἐφ' ἱκανὸν μαχεσάμενοι διέστησαν, τῆς νυκτὸς ἀπ' ἄρτι μὴ παραχωρούσης τὴν μάχην. Καταλαβὼν δὲ τὸν σκοπηθέντα τόπον ὁ βασιλεὺς ἅπαντας ἀποβῆναι τῶν ἵππων ἐκέλευε [86], καὶ ἐπὶ γόνυ κλιθέντας τοὺς χαλινοὺς χερσὶ κατέχειν. Καὶ αὐτὸς δὲ, χαμαιδρύῳ περιτυχὼν, ὡσαύτως κατακλιθεὶς τὸν χαλινὸν ἐν χερσὶ κατέχων ἐπὶ πρόσωπον τὸ ἐπίλοιπον τῆς νυκτὸς ἔκειτο.

A et sine sensu Latinorum faceret, jam tum a prima discessione ejus, quando Libotanini saltum cœpit ingredi ad insidiarum locum tendens, duces exercitus Romani cohortes quasdam in Latinos immiserunt: qui prodeuntes illis obviam pugnam commiserunt in planitie, quoad nox ingruens recedere utrosque ad sua coegit. At imperator ubi designatum locum **140** tenuit, desilire comites suos omnes ex equis jussit, genuque posito habenas frenorum tenere manibus. Quod ipse similiter fecit, admovens se humili, quem forte reperit, Trissaginis frutici, ubi freno manu correpto genibusque positis, deinde per noctem reliquam procubuit in faciem.

B Ἀνίσχοντος δὲ τοῦ ἡλίου ἐπεὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων τάγματα κατὰ φάλαγγας ἱστάμενα ὁ Βαϊμοῦντος ἐθεάσατο, τάς τε βασιλικὰς σημαίας καὶ τὰ ἀργυρόηλα δόρατα, τοὺς ἵππους μετὰ τῶν βασιλικῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων ὡς ἐνὸν, καὶ αὐτὸς τὴν ἰδίαν κατ' αὐτῶν κατεστήσατο φάλαγγαν [87] διχῇ διελὼν τὰς δυνάμεις, καὶ τῶν μὲν αὐτὸς κατάρχων, τῶν δὲ φαλαγγάρχην τὸν Βρυένιον (56) καταστήσας. Λατῖνος δὲ οὗτος τῶν ἐπιφανῶν, ὃν καὶ κονοσταῦλον ὠνόμασαν. Οὕτω γοῦν τὰς ἰδίας καταστήσας δυνάμεις, τὸ σύνηθες καὶ πάλιν ποιεῖ, καὶ κατὰ μέτωπον τῆς παρατάξεως ὅπῃ τὰ βασιλικὰ ἑώρα παράσημα, ἐκεῖ τοι [88] αὐτοκράτορα νομίσας εἶναι, ὡς πρηστὴρ τοῖς φαινομένοις ἐμπίπτει. Οἱ δὲ, μικρὸν ἀντισχόντες, τὰ νῶτα τούτῳ διδόασιν· ὁ δὲ τούτους διώκων ὄπισθεν ἤλαυνεν ἀκρατῶς, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. C Ὁ μέντοι βασιλεὺς, τὰ ἴδια τάγματα ἐπὶ πολὺ φεύγοντα ὁρῶν καὶ τὸν Βαϊμοῦν-

Oriente vero sole, cum vidisset Baimundus instructam Romanam aciem ac signa ea producta quæ non nisi imperatore præsente, et in ea loci parte ubi ipse est erigi consuevere, hastas quoque argenteis distinctas clavis, proprium insigne militum imperatorem proxime stipantium, equos denique purpureis tapetibus instratos, nihil dubitans quin ibi esset Augustus, aciem et ipse contra suam dirigit, copiis bifariam divisis partem alteram sibi ipse ductandam sumpsit, alteri Bryenium præfecit. Latinus hic erat ex illustribus quem et Conostablum vocabant. Sic distributis Baimundus copiis, ipse in aciei Romanæ frontem, ubi esse imperatorem ex signis autumabat, repente pro more suo solemni ritu ignei turbinis invehitur, vana specie mendacium tunc signorum in spem irritam opimorum spoliorum elatus. Romani, ut constitutum erat, terga statim vertunt; eos ille

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] Λιβοτανίνου. [82] ἀποσπάδα τινά. [83] ἑλκύσαι. [84] φωράσαι. [85] ὅπη. [86] ἐκέλευσε. [87] φάλαγγα. [88] ἐκεῖ τόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(56) *Βρυένιον*. Qui Guillelmo Apul. *Brienus*. Genus ducebat ille, non ex familia comitum Briennensium in Campania Belgica, sed a comitibus seu ducibus Britanniæ Armoricæ; unde a Francis ortum, et τῶν ἐπιφανῶν, hoc est, ex illustrioribus, fuisse dicitur ab Anna. Brienum enim illum esse, seu Brienium, cujus mentio occurrit apud Willelmum Gemeticensem, lib. VII, cap. 41; Ordericum Vitalem, lib. IV, ad an. 1068, et Thomam Walsinghamum probabile est; filium scilicet Odonis Redonensis, Penteuriæ comitis, Alani III, Britanniæ ducis nepotem, qui Willelmum Nothum, cujus Diploma pro monasterio Sandionysiano subscribit apud Doubletum, lib. III, cap. 12, in Angliam secutus, rerum præclare gestarum gloria non modice inclaruit, fusis et deletis duobus Haraldi regis filiis. In Italiam postea profectus, Guiscardum adiit, a quo constabularii, quæ tum suprema erat, dignitatem obtinuit, quod hic indicat Anna: qua etiam fungebatur, cum capta ab Alexio, cui ille præerat Castoria (*), in patriam hoc est, in Italiam, **302** rediit. Nam sub Rogerio duce, Boemundi fratre, in Apulia et Calabria eodem functum munere docent veteres chartæ annorum 1095 et 1097, quas profert in episcopis Melphensibus Fernandus Ughellus. Unde patet Brienum non Boemundi, sed Roberti, seu potius Apuliæ constabularium fuisse. Boemundi vero constabularius memoratur nobilis Normannus, nomine Ilgyrus, qui Boemundum in Galliam comitatus venit anno 1106, ut auctor est Eadmerus, lib. IV *Novorum*, a quo *Magister militum Boemundi* appellatur. Ab hoc Brieno familiam baronum Castri Brieni, seu *de Chateaubrien* in Britannia Armorica, orditur Augustinus *du Pas* in *Famil. Armoric.* Vide *Gesta Steph. reg. Angl.* lib. I et II; et Argentreum, in *Hist. Brit.* lib. IV, cap. 40. Cæterum prælium istud ad Larissam sic perstringit Guillelmus Apuliensis:

D

Obsidione suæ turbatus Alexius urbis
Innumera cum gente venit, pugnamque virilem
Contra Normannos exercuit. Obvia namque
Pugnando cædit sibi gens comitata Brienum,
Non modicum spectans Boamundus collibus agmen,
Imperii pariter rectorem credit adesse.
Irruit, et trepidos hostes, ut nisus alaudas,
Insequitur, populo Græcorum exercitus hujus
Terga dat: at tantus contexit pulvis utrumque,
Ut neuter videat, quorsum pars altera tendit.
Abdita silvarum victi petiere Pelasgi.

(*) Anna, pag. 143, 152.

acer insequitur, eodem illo impetu ipsi usitato quo in ipsos in acie stantes irruerat. Hæc imperator cernens, et ex contentione cursus ac spatio temporis in persequendo posito conjectans lato jam intervallo abesse Baimundum a castris suis, equo ipse conscenso jussisque suis idem facere castra Gallorum invadit, multisque necatis qui illic reperti sunt præda omni ac spoliis potitur. Tum cura obtutuque in acies versis, fugere adhuc suos videt; instare impigre Baimundum. Post hunc et Bryenium eodem ferri. Accersit propere Pyrrum Georgium sagittandi arte celebrem; assignat ipsi selectum manipulum cetratorum, ac jubet celeriter Bryenium insequi: ea tamen cautione ut neutiquam accederent ad Gallos, copiamque iis conserendæ cominus pugnæ facerent: sed longe tantum jacularentur densos telorum imbres, in equos maxime. Ut igitur intra jactum ventum est, equos Gallorum creberrimis sagittis fodiunt, magno equitum periculo damnoque. Nam sane ut homine Gallo equum agitante generosum et vegetum nihil vel terribilius ad aspectum, vel ad impetum pugnandi ineluctabilius est, ita si subducatur equus, nihil infirmius atque impeditius: pondere siquidem

τον ὄπισθεν τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἀκρατῶς διώκοντα στοχασάμενος, ἱκανὸν ἤδη διάστημα τῆς ἰδίας ἀποστῆναι τὸν Βαϊμοῦντον [89] παρεμβολῆς ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβὰς, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ παρακελευσάμενος, παραλαμβάνει [90] τὴν τοῦ Βαϊμούντου παρεμβολήν. Καὶ εἴσω ταύτης γενόμενος πολλοὺς μὲν τῶν παρευρεθέντων Λατίνων ἀναιρεῖ, καὶ τὰ λάφυρα ἐκεῖθεν ἀναιρεῖται. Εἶτα περιαθρεῖ τοὺς διώκοντας καὶ φεύγοντας. Καὶ ἐπεὶ ἀτεχνῶς ἑώρα τὴν φυγὴν ποιουμένους καὶ τὸν Βαϊμοῦντον ὄπισθεν διώκοντα, καὶ ἐκείνου ὄπισθεν τὸν Βρυέννιον, μετακαλεσάμενος τὸν καλούμενον Πυῤῥὸν Γεώργιον ἐπὶ τοξείᾳ ὑμνούμενον καὶ ἑτέρους ἄνδρας γενναίους, χωρίσας ἱκανοὺς πελταστὰς, ὄπισθεν τοῦ Βρυεννίου ὀξέως ἐλαύνειν ἐπέσκηψεν· φθάσαντας δὲ μὴ ἀγχέμαχον τὴν μάχην ποιῆσαι, ἀλλὰ πόῤῥωθεν κατὰ τῶν ἵππων μάλα συχνὰ πέμπειν τὰ βέλη. Ἐπικαταλαβόντες οὖν τοὺς Κελτοὺς, τοὺς ἵππους πυκνοῖς οἰστοῖς ἔβαλλον, ὡς ἐν ἀμηχανίᾳ τοὺς ἱππότας καθίστασθαι. Καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνὴρ (57) πᾶς, ἐποχούμενος μὲν ἀνύποιστος τὴν ὁρμὴν [91] καὶ τὴν θέαν ἐστὶν, ἐπὰν δ' ἀποβαίη τοῦ ἵππου, τῷ μέντοι [92] τῷ μεγέθει τῆς ἀσπίδος, τὸ δέ τι καὶ διὰ τὰ τῶν πεδίλων προάλματα (58), καὶ δρόμον

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[89] Desunt voces τὸν Βαϊμοῦντον. [90] καταλαμβάνει. [91] εἰς ὁρμήν. [92] τὸ μέν τι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(57) *Καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνήρ*. Vide pag. 398.

(58) *Πεδίλων προάλματα*. *Calcarium aculeos* vertit eruditus interpres. Verum, aut fallor, intelligit Anna hoc loco prominentes et ultra pedum longitudinem prosilientes extremas calceamentorum partes, desinentes in acumen quoddam: cujusmodi videre est in plerisque nobilium nostratium simulacris, ac præsertim in comitibus Hollandiæ Philippi Gallæi, quibus visis, nemo est qui non ultro fateatur his exstantibus aculeis incessum cursumque impediri. Atque ideo tactici Græcanici, cum de militum vestibus agunt, id potissimum vetant, ne eorum calcei hisce aculeis promineant. Leo Aug. cap. 6, § 26: Τὰ ὑποδήματα αὐτῶν μὴ ἔχειν ὀξείας ἔμπροσθεν. Istiusmodi rostratorum calceorum auctorem Fulconem Andium comitem facit Ordericus Vitalis, lib. VIII, non quod ille eos adinvenerit, sed quod in Galliam primus illorum usum invexerit. Nam apud Romanos viguisse calceos repandos et uncinatos, docent Cato apud Festum, Cicero lib. *De nat. deor.*; Tertullianus, *De pallio*, cap. 5, et alii, quorum ea erat forma, ut in arcuatum acumen desineret, unci ad instar in altum reflexa, unde *uncipedes* eidem dicti Tertulliano, qui calceis uncinatis utebantur. Sed et sanctus Augustinus serm. 248, *De tempore*, gravius invehitur in *vestimentorum muliebrium affectatam similitudinem, calceamentorum quoque metas necessitatis excedentem simulatam longitudinem*. De Fulcone sic Ordericus: *Hic in multis infamis et reprehensibilis erat, multisque vitiorum pestibus obsecundabat. Ipse nimirum quia pedes habebat deformes, instituit sibi fieri longos, et in summitate acutissimos subtalares, ita ut operiret pedes, et eorum celaret tubera, quæ vulgo vocantur uniones* (Latinis gemursæ). *Insolitus inde mos in Occiduum orbem processit, levibusque, et novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde sutores in calceamentis quasi caudas scorpionum, quas vulgo pigacias appellant, faciunt, idque genus calceamenti pene cuncti divites et egeni expetunt*. Et mox: *At in istis diebus veterum ritus pene totus novis adinventionibus commutatus est. Femineam mollitiem petulans juventus amplectitur, feminisque viri* **303** *curiales in omni lascivia summopere adulantur. Pedum articulis, ubi finis est corporis, colubrinarum similitudinem caudarum imponunt, quas velut scorpiones præ oculis suis prospiciunt*. Idem scriptor, lib. II: *Pervicaces nempe filii Belial capita sua comis mulierum comunt, et in summitate pedum suorum caudas scorpionum gerunt, quibus se per mollitiem femineos, et per aculeos nempe serpentinos ostendunt*. Ex his Orderici verbis jam modo percipimus, cur Robertus comes Atrebatensis, apud Mathæum Paris, an. 1250, Anglos ut *caudatos* non semel perstrinxerit, quos caudatis et aculeatis istis calceamentis plus solito usos constat: *Nunc bene mundatur magnificorum exercitus Francorum a caudatis*. Et infra: *O timidorum caudatorum formidolositas! quam mundus præsens foret exercitus, si a caudis purgaretur et caudatis*. Petrus Blesensis, epist. 66, de Henrico II Anglorum rege: *Arcuati pedes, equestres tibiæ, thorax extensior, lacerti pugiles, virum fortem, agilem et audacem denuntiant*. Certe calceos rostratos in usu fuisse sub Roberto rege, cui coævus fuit Fulco, docet Adalbero Laudun. episcop. Carm. ad Robertum regem:

Cœpit summa pedum cum tortis tendere rostris.

Neque unicus et solus est Ordericus in hoc ridiculo rostratorum calceorum more exagitando; Guibertus abbas Nogenti lib. I de Vita sua: *Vestium qualitates in tantum sunt ab illa veteri frugalitate dissimiles, ut dilatio manicarum, tunicarum angustia, calceorum de Corduba rostra torticia, totius utique jacturam videas clamare pudoris*. Petrus Damian. lib. V, epist. 16: *Hic itaque nitidulus et semper ornatus atque conspicuus incedebat, ita ut caput ejus nunquam nisi Gibellina pellis tegeret, —calceus postrema ad aquilini rostri speciem non falleret,*

ἀνεπιτήδειον εὐχειρότατός τε τηνικαῦτα γίνεται, καὶ ἀλλοῖος παντάπασιν ἢ [93] πρότερον, ὀκλαζούσης οἷον καὶ τῆς ψυχικῆς αὐτῷ προθυμίας. Καὶ τοῦτο οἶμαι γινώσκων ὁ βασιλεὺς, μὴ τοὺς ἱππότας, ἀλλὰ τοὺς ἵππους ἀναιρεῖν ἐπέταττε. Τῶν δὲ ἵππων τῶν Κελτῶν πιπτόντων περιεδινοῦντο [94] οἱ τοῦ Βρυενίου. Καὶ ἀπὸ τῆς τούτων πολλῆς συστροφῆς, κονίσαλος [95] (59) μακρὸς καὶ πυκνὸς ἵστατο μέχρι νεφῶν κορυφούμενος ὡς παραβάλλεσθαι τοῦτον κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῷ κατὰ τὴν Αἴγυπτον γεγονότι πάλαι σκότει ψηλαφητῷ. Τάς τε γὰρ τούτων ὄψεις ἀπετύφλου ἡ πυκνότης τῆς κόνεως, καὶ ἄγνοιαν ἐμπαρεῖχεν, ὁπόθεν καὶ παρὰ τίνων οἱ ὀϊστοὶ πέμπονται. Τρεῖς δὲ Λατίνους ἀποστείλας ὁ Βρυένιος, ἐδήλωσε τῷ Βαϊμούντῳ τὸ πᾶν, οἳ καὶ κατέλαβον αὐτὸν εἴς τι νησήδιον [96] ποταμοῦ τοῦ οὕτω καλουμένου Σαλαβρία [97] (60), μετά τινων ἱστάμενον ὀλίγων Κελτῶν καὶ σταφυλὰς ἐσθίοντα, ἅμα δὲ καὶ ὑπέρκομπόν τι καυχώμενον, ὅπερ καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρᾳδεῖται καὶ περιφέρεται. Τοῦτο γὰρ πολλάκις ἔλεγε, βαρβαρίζων τὸ *Λυκοστόμιον*, ὅτι *τὸν Ἀλέξιον εἰς λύκου στόμα ἐνέβαλον*. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ὑπεροψία σφάλλουσα τοὺς πολλοὺς καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ὄψιν καὶ ἐν ποσὶ κείμενα. Ἀκούσας δὲ τὰ παρὰ τοῦ Βρυενίου μηνυθέντα, καὶ ἐπιγνοὺς

A ipso gravium armorum, clypeique immanis affligitur, ut stare satis aut tueri locum nequeat: ne vero fuga saltem sibi consulat, obstat moles militarium ocrearum, et ipsi, si nihil aliud, exstantes aculei calcarium cursum impediunt, paratamque ac certam hosti prædam exponunt dejectum equitem. Quin etiam non idem ille martius et ferox perseverare in excussis animus dicitur: et calamitas casus usque ad pectus ac robur mentis infringendum valet. **141** fortitudine quasi claudicante ab offensione lapsus. Id, credo equidem, perspectum imperator habens collineare sagittarios in equos potius quam in equites jussit. Multis igitur equis cadentibus ex agmine Bryenii, reliqui scilicet efferati exsurgebant seseque vertebant, B multa jactatione pulveris, quo in auras et usque ad nubes excitato, vario strepitu jactationeque tot quadrupedum, genus quoddam Ægyptiarum illarum palpabilium tenebrarum totum late circa cœlum obsedit, ita ut ne se quidem mutuo videre possent multoque minus explorare, unde et a quibus sagittæ in ipsos ingruerent. Hic Bryenius tres Latinos ad Baimundum mittit propere indicatum quo loco res essent. Reperiunt illum cum paucis suorum in parva insula fluminis, cui nomen Sala-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[93] καί. [94] περιωδινοῦντο. [95] κονίσσαλος. [96] νησίδιον. [97] σαλαυρία.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Guillelmus Malmesb. lib. IV *De gest. Anglor.*: *Tunc fluxus crinium, tunc luxus vestium, tunc usus calceorum cum acuminatis* (al. *arcuatis*) *aculeis inventus.* Gaufridus Vosiensis, cap. 74: *Longa in ocreis vel calceis rostra gestant.* Denique tradit auctor *Magni Chronici Belg.* an. 1374, sectam Chorizantium Leodiensium, *rostra calceorum clamasse se abhorrere, unde in Leodio fieri tunc vetatum.* Ejusmodi etiam *rostra* vetat Regula Templariorum, cap. 29. In ea gravius invehitur Gersonus cancellarius Parisiensis, ubi de corruptis clericorum ævi sui moribus conqueritur, *Decl. def. vir. Eccl.* § 59: *Quid quod quarumdam Ecclesiarum canonici calceis rostrati, vestibus accurtati, abjecto clericali habitu, militarem assumunt?* Denique iis interdicuntur in concilio Senonensi, an. 1538, cap. 24, *lunati et cornuti calcei.* Cuspides autem ita demum porrexit ætas recentior, ut essent plus quam bipedales. Auctor *Historiæ Caroli VI*, in Bibl. Thuana, an. 1396, de Francis ad Nicopolim: *Vestimenta fimbriata et manicata superflue, et semper calcieamenta rostrata longitudinis duorum pedum, et quandoque amplius deferebant: quæ reprehensibilis dissolutio inter nobiles, et specialiter Franciæ vigebat.* Addit Spelmannus, adeo producta ejusmodi rostra, ut hæc alii catenis argenteis, alii deauratis, plerique fibulis e bysso a tibiis suspendere cogerentur: et Edwardus IV, Angliæ rex, an. 1464, lege sanxerit, ut nemo cuspides illas ultra duos pollices produceret, sub pœna 20 solidorum. Sed rostrorum in calceis usus jam penitus in Gallia cœpit obsolescere Carolo VI regnante, uti docemur ex eodem scriptore Vitæ illius, quod ea potissimum in præliis, si aut pedes incedendum, vel pugnandum esset, haud leve incommodum militibus procrearent. Sic ille de Francis cum Bajazete pugnaturis: *Et ut levius pedestres possent incedere, rostra longa et superflua calceorum amputarunt: quæ, proh pudor! reprehensibilis et* C *vana curiositas inter nobiles huc usque viguerat, et tunc terminata fuit.* Quæ quidem non minimum illustrant hunc Annæ locum. Nescio an ad Orderici *Pigacias* spectent illa Willelmi de Guignevilla, poetæ vernaculi:

304 *Au lignolet le veux cauchier,*
Et neuue robe li baillier,
Li contoier de joielles,
De tablettes et de coudelles,
De gresle coroie ferrée,
Et de bourse papelotée,
De las de soie desguisez,
Rouges et vers entremeslez,
Du cointement ESPIGACHIER,
Le veux toûjours, et couchier
Toutes les nuits mult noblement,
Et li faire son aisement.

At unde *pigaciarum* vox iis sæculis inducta sit, fateor nihil mihi occurrere, ut et quare apud Martinum de Bosco-Gualteri, in Vita B. Mariæ de D Malliaco, dicantur ejusmodi calceorum rostra *poulainiæ* vocabulo istius auctoris ævo, hoc est C. an. 1350 innotuisse. Sic vero ille scriptor, cap. 5, § 35: *In illis diebus nobiles et potentes illam sotularium acutiam longissimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contempserunt: inter quos miles quidam Reginaldus nomine, tibia et pede protensis illam a sotularibus suis amputari permisit, voluit, et præcipit: est hoc in domo reginæ, ut cæteris in posterum transiret in exemplum.*

(59) *Κονίσαλος.* Hipsum observat Guillelmus Apuliensis loco citato.

(60) *Σαλαβρία.* Ita dictus recentiori ævo Peneus. Eustath. ad Dionys.: Πήνειος ὁ νῦν Σαλαβρίας καλούμενος. Tzetzes Chil. 9, cap. 280:

Καὶ Σαλαμβρία παρ' αὐτοῖς Βαρβάροις ἰδιώταις.

bria, comedentem uvas, simulque insolentius gloriantem, verbis illis, quæ deinde in vulgarem abierunt irrisa cantilenam. Repetebat enim sæpius, notionem nominis Lycostomii alludens, festivitate parum decente barbarum os, *sese Alexium in lupi fauces conjecisse*. En ut cæca superbia est, abscondens multis quamvis alioqui callidis, quæ præ oculis et ante pedes habent! Auditis vero Baimundus nuntiis Bryenii, doloque intellecto, ac victoria imperatoris fraude parta, commotus est quidem ut par erat: tamen animo non concidit, tam forti atque ad sperandum pertinaci vir hic erat indole! Raptim ergo electi ab eo cataphracti quidam Galli conscendunt tumulum e regione Larissæ situm. Eos ibi simul Romanus exercitus vidit, concordi omnes alacritate poscebant in ipsos duci. Verum id imperator fieri vetuit. Delecti tantum ex variis cohortibus varii idoneo numero adversus eos missi, in quos repente tanto impetu invecti Latini sunt, ut ex iis ad quingentos occiderint. Tum imperator animo providens locum qua transiturus Baimundus videbatur, misit qui eum præoccuparent milites fortissimos cum Turcis, duce omnibus præfecto Migideno, quos ut prope fuerunt Baimundus primo impetu percellens vicit, fudit, fugavit, et usque ad fluvium insecutus est.

A τὸν δόλον καὶ τὴν δι' ἀπάτης νίκην τοῦ αὐτοκράτορος, ἤχθετο μὲν ὡς εἰκὸς, κατέπιπτε δὲ οὐδαμῶς ὁποῖος ἐκεῖνος. Ἀποκριθέντες οὖν τινες τῶν ὑπ' αὐτῷ [98] κατάφρακτοι Κελτοὶ ἀνῆλθον εἰς ἀκρώρειάν τινα κατέναντι τῆς Λαρίσσης διακειμένην. Τούτους τὸ ὁπλιτικὸν θεασάμενοι, ξὺν πολλῇ προθυμίᾳ ἐβίαζον προσβαλεῖν [99] αὐτοῖς· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἀπεῖργε [1] τούτους τοῦ ἐγχειρήματος. Ἐκ διαφόρων δὲ πολλοὶ καὶ διάφοροι ξυμμιγέντες ταγμάτων, ἀνελθόντες προσέβαλον τοῖς Κελτοῖς· οἱ δὲ παραχρῆμα κατ' αὐτῶν ὡρμηκότες ἀναιροῦσιν ἄχρι τῶν πεντακοσίων. Εἶτα τοῦ βασιλέως στοχασαμένου τοῦ τόπου δι' οὗ ὁ Βαϊμοῦντος ἔμελλε διελθεῖν, καὶ ἀποστείλαντος γενναίους στρατιώτας μετὰ [2] Τούρκων, καὶ τοῦ Μιγιδηνοῦ προεξάρχοντος, ἅμα τῷ πλησίον γενέσθαι, B εὐθὺς ὁ Βαϊμοῦντος, ὁρμήσας κατ' αὐτῶν, ἥττησε τούτους μέχρι τοῦ ποταμοῦ διώξας.

Postridie prima luce fluvium idem cum comitibus et ipso Bryenio transgressus, cum observasset palustrem quemdam locum prope Larissam, inter duos colles jacentem, ad eum recta tetendit, iter faciens per nemorosam planitiem in angustias valde arctas desinentem. Clisuræ, sive claustra, dici solent id genus loca. Hæc autem proprio nomine Domenici palatium vocabatur. Per eam ingressus Baimundus vallum illic fixit munivitque castra. Eum ibi postera die sub diluculum aggreditur cum exercitu universo dux phalangis Michael Ducas, avunculus meus, vir prudentiæ laude celeberrimus, forma vero et magnitudine corporis excellens **142** non supra omnes modo qui tum erant, sed et qui unquam fuerant; miraculo enim erat intuentibus. Jam qui futurum provideret certissimo, qui quod instabat animadverteret introspiceretque statim penitus, qui, quid opus, consuleret idem optime, dexterrimeque exsequeretur, unus is erat; neminem in his partibus habens comparabilem. Illi præceperat imperator ne omnes suos in claustri fauces introduceret, sed legiones quidem stare juberet extra, continua serie depositas. Paucos tantum e Turcis fere ac Sarmatis delectos qui sagittandi arte præstarent, penetrare intra fauces pateretur: hisque ipsis ediceret, ne alio ullo genere armorum quam telis procul ac missilibus uterentur. Verum hi cum ingressi excursiones equestres in Latinos facerent, qui foris stabant magna pugnandi libidine præcepti reverentiam vincente, pro se quisque in saltum ingredi, nec sine mutuo prævertendi studio, cœperunt. Videbantur ad exploratam victoriam tendere, quod

Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν αὐγαζούσης ἤδη τῆς ἡμέρας· παραδραμὼν τὸν ἤδη ῥηθέντα ποταμὸν μετὰ τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ κομήτων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Βρυενίου, ἐπεὶ ἑλώδη τόπον ἐν τοῖς τῆς Λαρίσσης μέρεσιν ἐθεάσατο ἀναμεταξὺ δύο βουνῶν, πεδιάδα ἀλσώδη εὑρὼν ἀποτελευτῶσαν εἰς στενωπὸν [3] (κλεισούραν τοῦτο [4] καλοῦσιν) τὴν λεγομένην Δομενίκου [5] παλάτιον, διὰ τούτου εἰσελθὼν, ἐκεῖ τὸν χάρακα C ἐπήξατο. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν κατὰ τὸ περίορθρον, καταλαμβάνει αὐτὸν ὁ φαλαγγάρχης Μιχαὴλ ὁ Δούκας, ὁ πρὸς μητρὸς [6] ἐμὸς θεῖος μετὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς, ἀνὴρ [7] ἐπὶ φρονήσει διαβεβοημένος, ὥρᾳ δὲ καὶ μεγέθει σώματος διαφέρων, οὐ τῶν τότε καιροῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων (θάμβος γὰρ εἶχεν ἅπαντας τοὺς ὁρῶντας τὸν ἄνδρα), συνιδεῖν δὲ τὸ μέλλον καὶ φωράσαι τὸ ἐνεστὸς, καὶ καταπράξασθαι [8] δεινότατός τε καὶ ἀπαράμιλλος. Τούτῳ ὁ αὐτοκράτωρ ἐπέσκηψεν μὴ πάντας ἐντὸς τοῦ στομίου τῆς κλεισούρας εἰσελθεῖν, ἀλλὰ τὰς μὲν δυνάμεις ἔξωθεν ἵστασθαι ἰλαδὸν, ὀλίγους δὲ διελεῖν [9] Τούρκων καὶ Σαυροματῶν τῆς τοξείας εἰδήμονας, καὶ [10] τούτοις παραχωρῆσαι τῆς εἰσόδου, ἐπισκῆψαι D δὲ τούτοις μηδενὶ ἑτέρῳ ξίφει πλὴν οἰστοῖς χρήσασθαι. Εἰσελθόντων δὲ καὶ ἱππασίας ποιουμένων κατὰ τῶν Λατίνων, οἱ ἔξωθεν ἱστάμενοι, πρὸς ἀλλήλους σφαδάζοντες, ἤριζον ὁποῖος ἂν τὸ στόμιον εἰσέλθοι. Ὁ γὰρ Βαϊμοῦντος, πλήρης ὢν βασιλικῆς [11] ἐπιστήμης, τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευε συνησπικότας ἵστασθαι, καὶ ταῖς ἀσπίσιν ἑαυτοὺς περιφράττοντας, ἀτρεμεῖν. Ὁ δέ γε πρωτοστράτωρ θεασάμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν κατὰ μικρὸν ἐκρέοντας καὶ εἰσερχομένους διὰ τοῦ στομίου, εἰσῆλθε καὶ αὐτός. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος τούτους θεασάμενος, *ὥσπερ λέων ἐχάρη με-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[98] αὐτόν. [99] ξυμβαλεῖν. [1] ὀπῆγε. [2] μετὰ καί. [3] στενωπὴν ἐξύν. [4] τοῦτον. [5] Δεμενίκου. [6] πατρός. [7] ἀνήρ τις. [8] καταπράξασθαι. [9] διελών. [10] Deest vocula καί. [11] στρατηγικῆς.

A *γάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας*, εἶπεν ἄν τις Ὁμηρικῶς, ὡς καὶ οὗτος, ἰδὼν ἐν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς [9] τούτους καὶ τὸν πρωτοστράτορα Μιχαήλ, ἀσχέτῳ ῥύμῃ πανσυδὶ κατ' αὐτῶν ἵεται· οἱ δὲ παραχρῆμα νῶτα διδόασιν. Οὐζᾶς (61) δὲ τὴν κλῆσιν φερώνυμον ἐκ τοῦ γένους λαχὼν, ἐπ' ἀνδρίᾳ διαβεβοημένος, *εἰδὼς ἠδ' ἐπὶ δεξιὰ ἠδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην* (61*), καθ' Ὅμηρον, ἐν τῷ τοῦ στομίου ἐξέρχεσθαι δεξιὰ παρεκκλίνας, γοργῶς ἐπιστραφεὶς, παίει τὸν αὐτῷ ὑπαντιάσαντα [13] Λατῖνον. Ὁ δ' εὐθὺς κύμβαχος κατὰ γῆς ἔκειτο. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος ἐδίωκε τούτους μέχρι τοῦ ποταμοῦ Σαλαβρία [14]. Ἐν δὲ τῷ φεύγειν ὁ ἤδη ῥηθεὶς Οὐζᾶς, παίει τὸν τὴν σημαίαν τοῦ Βαϊμούντου κατέχοντα διὰ τοῦ δόρατος, καὶ τὴν σημαίαν τῶν χειρῶν αὐτοῦ B ἀφαρπάσας, μικρὸν περιδινεῖ καὶ κλίνει πρὸς τὸ πρανές. Οἱ γοῦν Λατῖνοι τὴν σημαίαν ἐξ ὀρθίου σχήματος κατακλιθεῖσαν ἑωρακότες, ἐν συγχύσει γεγόνασι, καὶ ἐφ' ἑτέραν ἐτράποντο ἀτραπὸν, δι' ἧς καὶ τὰ Τρίκαλα καταλαμβάνουσιν ἤδη προκατασχεθέντα παρά τινων τῶν τοῦ Βαϊμούντου πρὸς τὸ Λυκοστόμιον φευγόντων. Κἀκεῖσε τέως ηὐλίζοντο [15] εἴσω τούτων γεγονότες· ἐκεῖθεν δὲ καταλαμβάνουσι τὴν Καστορίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποστρέψας ἀπὸ Λαρίσσης καὶ τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβὼν, ὁποῖος ἐκεῖνος περὶ τὰ τοιαῦτα ταχὺ μάλα πρὸς τοὺς σὺν τῷ Βαϊμούντῳ κόμητας ἀποστείλας, πολλὰς ὑποσχέσεις ἐπεποίητο, εἰ τὸν Βαϊμοῦντον τοὺς μισθοὺς ἀπαιτήσουσιν οὓς περ [16] αὐτοῖς καὶ ὑπέσχετο· τοῦ δὲ μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι παραπείσουσι τοῦτον κατελθεῖν C εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀναζητῆσαι ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς Ῥομπέρτου καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον διαπεράσαι τοὺς αὐτῶν μισθοὺς ἐξαιτησόμενον. Καὶ εἰ τοῦτο ἀνύσαιεν, πάντας τιμῆς καὶ εὐεργεσιῶν μυρίων ἐπαπολαῦσαι. Καὶ ὅσοι μὲν τούτων ἐπὶ μισθῷ δουλεῦσαι θελήσουσι, προσλαμβάνεσθαι τούτους, καὶ ἀποχρῶντα τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι, κατὰ τὰ θελήματα αὐτῶν, τοὺς δ' αὖ εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν βουλομένους ἀπελθεῖν ἀκινδύνως [17] διαβιβάσαι διὰ τῆς Οὐγγρίας. Ὑπείξαντες οὖν τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι οἱ κόμητες, τοὺς τῶν παραδραμόντων τεσσάρων ἐνιαυτῶν μισθοὺς ἀσυμπαθῶς ἀπῄτουν. Ὁ δὲ μὴ ἔχων ἀποδοῦναι, ἀνεβάλλετο τέως. Ὡς δὲ ἐνέκειντο εὔλογα αἰτοῦντες, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, D τὸν μὲν Βρυέννιον αὐτοῦ που φυλάσσειν τὴν Καστορίαν κατέλιπε, καὶ τὸν τοὺς Πολόβους φυλάσσοντα Πέτρον τοῦ Ἀλίφα· αὐτὸς δὲ τὸν Αὐλῶνα κατέλαβε. Τοῦτο δὲ μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς νικητὴς εἰς τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων ἐπαναζεύγνυσι.

Latinos præter morem in loco stantes, cecidisse animis, et fugam cogitare temere crediderant. At ars erat illa versutissimi Baimundi, qui ad primas velitationes stare suos, objectis modo scutis, nec in hostes ferri, quoad plures affluerent, jusserat. Protostrator vero Michael cum suos per hunc modum paulatim intra saltum effluentes cerneret, ingressus cum illis et ipse est. Quem jam cum toto agmine penetrasse angustias ubi vidit, *Gaudet, ut occursu prædæ leo raptor opimæ*, diceret aliquis Homerice, videns, inquam, et vix oculis præ gaudio credens Baimundus, protostratorem cum exercitu clausum loco, sibique expositum, toto in Romanos suo suorumque simul incubuit impetu; at illi non ferentes terga verterunt. Uzas tamen appellationem a genere sortitus, vir fortitudinis laude inclytus, *Et clypeum dextraque sciens lævaque vibrare*, item ut Hector ille Homericus, in ipso angustiarum egressu cum a dextris, quo forte pronus erat currentium impetus, inopinato declinasset paululum, in Latinum proxime sequentem insurrexit vasto ictu, ex quo ille in caput præceps statim afflictus in terram est. At Baimundus insecutus Romanos est usque ad flumen Salabriam. Cæterum idem, cujus meminimus, Uzas inter fugiendum signiferum Baimundi hasta percussit, signumque ipsi de manibus extortum circumduxit inclinavitque terram versus. Turbavit ea res Latinos, quibus vexillum peculiare summi ducis e recto inclinatum infortunii ipsi oblati signum esse solet. De regione institutæ viæ ea illos perturbatio dimovit. Omissis ergo Romanis alio itinere Tricala contendunt, locum jam præoccupatum a quibusdam Baimundi militibus Lycostomium versus fugientibus. Illic igitur obiter diversati Castoriam se recipiunt. Imperator vero cum e Larissa **143** Thessalonicam se contulisset, ut erat excogitator prudentissimus artium nocendi hostibus, missis qui clam agerent cum comitibus exercitus Latini, suasit illis promissione quantorum vellent præmiorum, ut stipendia sibi a Baimundo promissa repræsentari modo flagitarent, cogerentque ipsum, si excusaret inopiam præsentem, ire ad patrem suum Robertum, et ab eo, trajecto mari, pecunias petere. Hæc si facerent omnes honores, omnia beneficia, sperare ipsos a se jubebat. Quod si qui eorum Romanæ militiæ dare nomen vellent, amplissima ipsis stipendia se numeraturum; sin redire in domos suas mallent, tutum illis iter per Hungariam daturum. Arrigunt aurem ad ea comites, et conspiratione facta in Baimundum cooriun-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[9] ὀφθαλμοῖσι. [13] ὑπαντήσαντα. [14] Σαλαυρία. [15] αὐλίζονται. [16] ὥσπερ. [17] ἀκινδύνους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) *Οὐζᾶς*. Usas vel Usus, a gente et natione, inquit Anna, nomen sortitus. Sunt vero Usi, Scythici populi et Hunnici, Patzinacis et generis præstantia et multitudine haud inferiores. *Husi* Raimundo *de Agiles*, et Tudebodo, lib. II dicti. De his agunt Zonaras in Const. Duca et Romano Diog.; Scylitzes in Monomacho et Const. Duca; Porphyrogenneta, *De adm. imp.* cap. 9, 10 et 37; Tzetzes, chil. 8, cap. 224, et Anna, pag. 170, 201.

(61*) Iliad. II, v. 226.

bria, comedentem uvas, simulque insolentius gloriantem, verbis illis, quæ deinde in vulgarem abierunt irrisa cantilenam. Repetebat enim sæpius, notionem nominis Lycostomii alludens, festivitate parum decente barbarum os, *sese Alexium in lupi fauces conjecisse*. En ut cæca superbia est, abscondens multis quamvis alioqui callidis, quæ præ oculis et ante pedes habent! Auditis vero Baimundus nuntiis Bryenii, doloque intellecto, ac victoria imperatoris fraude parta, commotus est quidem ut par erat: tamen animo non concidit, tam forti atque ad sperandum pertinaci vir hic erat indole! Raptim ergo electi ab eo cataphracti quidam Galli conscendunt tumulum e regione Larissæ situm. Eos ibi simul Romanus exercitus vidit, concordi omnes alacritate poscebant in ipsos duci. Verum id imperator fieri vetuit. Delecti tantum ex variis cohortibus varii idoneo numero adversus eos missi, in quos repente tanto impetu invecti Latini sunt, ut ex iis ad quingentos occiderint. Tum imperator animo providens locum qua transiturus Baimundus videbatur, misit qui eum præoccuparent milites fortissimos cum Turcis, duce omnibus præfecto Migideno, quos ut prope fuerunt Baimundus primo impetu percellens vicit, fudit, fugavit, et usque ad fluvium insecutus est.

Postridie prima luce fluvium idem cum comitibus et ipso Bryenio transgressus, cum observasset palustrem quemdam locum prope Larissam, inter duos colles jacentem, ad eum recta tetendit, iter faciens per nemorosam planitiem in angustias valde arctas desinentem. Clisuræ, sive claustra, dici solent id genus loca. Hæc autem proprio nomine Domenici palatium vocabatur. Per eam ingressus Baimundus vallum illic fixit munivitque castra. Eum ibi postera die sub diluculum aggreditur cum exercitu universo dux phalangis Michael Ducas, avunculus meus, vir prudentiæ laude celeberrimus, forma vero et magnitudine corporis excellens **142** non supra omnes modo qui tum erant, sed et qui unquam fuerant; miraculo enim erat intuentibus. Jam qui futurum provideret certissimo, qui quod instabat animadverteret introspiceretque statim penitus, qui, quid opus, consuleret idem optime, dexterrimeque exsequeretur, unus is erat; neminem in his partibus habens comparabilem. Illi præceperat imperator ne omnes suos in claustri fauces introduceret, sed legiones quidem stare juberet extra, continua serie depositas. Paucos tantum e Turcis fere ac Sarmatis delectos qui sagittandi arte præstarent, penetrare intra fauces pateretur: hisque ipsis ediceret, ne alio ullo genere armorum quam telis procul ac missilibus uterentur. Verum hi cum ingressi excursiones equestres in Latinos facerent, qui foris stabant magna pugnandi libidine præcepti reverentiam vincente, pro se quisque in saltum ingredi, nec sine mutuo prævertendi studio, cœperunt. Videbantur ad exploratam victoriam tendere, quod

τὸν δόλον καὶ τὴν δι' ἀπάτης νίκην τοῦ αὐτοκράτορος, ἤχθετο μὲν ὡς εἰκὸς, κατέπιπτε δὲ οὐδαμῶς ὁποῖος ἐκεῖνος. Ἀποκριθέντες οὖν τινες τῶν ὑπ' αὐτῷ [98] κατάφρακτοι Κελτοὶ ἀνῆλθον εἰς ἀκρώρειάν τινα κατέναντι τῆς Λαρίσσης διακειμένην. Τούτους τὸ ὁπλιτικὸν θεασάμενοι, ξὺν πολλῇ προθυμίᾳ ἐβίαζον προσβαλεῖν [99] αὐτοῖς· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἀπεῖργε [1] τούτους τοῦ ἐγχειρήματος. Ἐκ διαφόρων δὲ πολλοὶ καὶ διάφοροι ξυμμιγέντες ταγμάτων, ἀνελθόντες προσέβαλον τοῖς Κελτοῖς· οἱ δὲ παραχρῆμα κατ' αὐτῶν ὡρμηκότες ἀναιροῦσιν ἄχρι τῶν πεντακοσίων. Εἶτα τοῦ βασιλέως στοχασαμένου τοῦ τόπου δι' οὗ ὁ Βαϊμοῦντος ἔμελλε διελθεῖν, καὶ ἀποστείλαντος γενναίους στρατιώτας μετὰ [2] Τούρκων, καὶ τοῦ Μιγιδηνοῦ προεξάρχοντος, ἅμα τῷ πλησίον γενέσθαι, εὐθὺς ὁ Βαϊμοῦντος, ὁρμήσας κατ' αὐτῶν, ἥττησε τούτους μέχρι τοῦ ποταμοῦ διώξας.

Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν αὐγαζούσης ἤδη τῆς ἡμέρας· παραδραμὼν τὸν ἤδη ῥηθέντα ποταμὸν μετὰ τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ κομήτων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Βρυεννίου, ἐπεὶ ἑλώδη τόπον ἐν τοῖς τῆς Λαρίσσης μέρεσιν ἐθεάσατο ἀναμεταξὺ δύο βουνῶν, πεδιάδα ἀλσώδη εὑρὼν ἀποτελευτῶσαν εἰς στενωπὸν [3] (κλεισούραν τοῦτο [4] καλοῦσιν) τὴν λεγομένην Δομενίκου [5] παλάτιον, διὰ τούτου εἰσελθὼν, ἐκεῖ τὸν χάρακα ἐπήξατο. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν κατὰ τὸ περίορθρον, καταλαμβάνει αὐτὸν ὁ φαλαγγάρχης Μιχαὴλ ὁ Δούκας, ὁ πρὸς μητρὸς [6] ἐμὸς θεῖος μετὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς, ἀνὴρ [7] ἐπὶ φρονήσει διαβεβοημένος, ὥρᾳ δὲ καὶ μεγέθει σώματος διαφέρων, οὐ τῶν τότε καιροῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων (θάμβος γὰρ εἶχεν ἅπαντας τοὺς ὁρῶντας τὸν ἄνδρα), συνιδεῖν δὲ τὸ μέλλον καὶ φωράσαι τὸ ἐνεστὸς, καὶ καταπράξασθαι [8] δεινότατός τε καὶ ἀπαράμιλλος. Τούτῳ ὁ αὐτοκράτωρ ἐπέσκηψεν μὴ πάντας ἐντὸς τοῦ στομίου τῆς κλεισούρας εἰσελθεῖν, ἀλλὰ τὰς μὲν δυνάμεις ἔξωθεν ἵστασθαι ἰλαδὸν, ὀλίγους δὲ διελεῖν [9] Τούρκων καὶ Σαυροματῶν τῆς τοξείας εἰδήμονας, καὶ [10] τούτοις παραχωρῆσαι τῆς εἰσόδου, ἐπισκῆψαι δὲ τούτοις μηδενὶ ἑτέρῳ ξίφει πλὴν οἰστοῖς χρήσασθαι. Εἰσελθόντων δὲ καὶ ἱππασίας ποιουμένων κατὰ τῶν Λατίνων, οἱ ἔξωθεν ἱστάμενοι, πρὸς ἀλλήλους σφαδάζοντες, ἤριζον ὁποῖος ἂν τὸ στόμιον εἰσέλθοι. Ὁ γὰρ Βαϊμοῦντος, πλήρης ὢν βασιλικῆς [11] ἐπιστήμης, τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευε συνησπικότας ἵστασθαι, καὶ ταῖς ἀσπίσιν ἑαυτοὺς περιφράττοντας, ἀτρεμεῖν. Ὁ δέ γε πρωτοστράτωρ θεασάμενος τοὺς ὑπ' αὐτὸν κατὰ μικρὸν ἐκρέοντας καὶ εἰσερχομένους διὰ τοῦ στομίου, εἰσῆλθε καὶ αὐτός. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος τούτους θεασάμενος, *ὥσπερ λέων ἐχάρη με-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[98] αὐτόν. [99] ξυμβαλεῖν. [1] ἀπῆγε. [2] μετὰ καί. [3] στενωπὸν ἐξύν. [4] τοῦτον. [5] Δεμενίκου. [6] πατρός. [7] ἀνήρ τις. [8] καταπράξασθαι. [9] διελών. [10] Deest vocula καί. [11] στρατηγικῆς.

γάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, εἶπεν ἄν τις Ὁμηρικῶς, ὡς καὶ οὗτος, ἰδὼν ἐν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς [12] τούτους καὶ τὸν πρωτοστράτορα Μιχαήλ, ἀσχέτῳ ῥύμῃ πανσυδὶ κατ' αὐτῶν ἵεται· οἱ δὲ παραχρῆμα νῶτα διδόασιν. Οὐζᾶς (61) δὲ τὴν κλῆσιν φερώνυμον ἐκ τοῦ γένους λαχὼν, ἐπ' ἀνδρίᾳ διαβεβοημένος, *εἰδὼς ἠδ' ἐπὶ δεξιὰ ἠδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην* (61*), καθ' Ὅμηρον, ἐν τῷ τοῦ στομίου ἐξέρχεσθαι δεξιὰ παρεκκλίνας, γοργῶς ἐπιστραφεὶς, παίει τὸν αὐτῷ ὑπαντιάσαντα [13] Λατῖνον. Ὁ δ' εὐθὺς κύμβαχος κατὰ γῆς ἔκειτο. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος ἐδίωκε τούτους μέχρι τοῦ ποταμοῦ Σαλαβρία [14]. Ἐν δὲ τῷ φεύγειν ὁ ἤδη ῥηθεὶς Οὐζᾶς, παίει τὸν τὴν σημαίαν τοῦ Βαϊμούντου κατέχοντα διὰ τοῦ δόρατος, καὶ τὴν σημαίαν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀφαρπάσας, μικρὸν περιδινεῖ καὶ κλίνει πρὸς τὸ πρανές. Οἱ γοῦν Λατῖνοι τὴν σημαίαν ἐξ ὀρθίου σχήματος κατακλιθεῖσαν ἑωρακότες, ἐν συγχύσει γεγόνασι, καὶ ἐφ' ἑτέραν ἐτράποντο ἀτραπὸν, δι' ἧς καὶ τὰ Τρίκαλα καταλαμβάνουσιν ἤδη προκατασχεθέντα παρά τινων τῶν τοῦ Βαϊμούντου πρὸς τὸ Λυκοστόμιον φευγόντων. Κἀκεῖσε τέως ηὐλίζοντο [15] εἴσω τούτων γεγονότες· ἐκεῖθεν δὲ καταλαμβάνουσι τὴν Καστορίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποστρέψας ἀπὸ Λαρίσσης καὶ τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβὼν, ὁποῖος ἐκεῖνος περὶ τὰ τοιαῦτα ταχὺ μάλα πρὸς τοὺς σὺν τῷ Βαϊμούντῳ κόμητας ἀποστείλας, πολλὰς ὑποσχέσεις ἐπεποίητο, εἰ τὸν Βαϊμοῦντον τοὺς μισθοὺς ἀπαιτήσουσιν οὕς περ [16] αὐτοῖς καὶ ὑπέσχετο· τοῦ δὲ μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι παραπείσουσι τοῦτον κατελθεῖν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀναζητῆσαι ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς Ῥομπέρτου καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον διαπεράσαι τοὺς αὐτῶν μισθοὺς ἐξαιτησόμενον. Καὶ εἰ τοῦτο ἀνύσαιεν, πάντας τιμῆς καὶ εὐεργεσιῶν μυρίων ἐπαπολαῦσαι. Καὶ ὅσοι μὲν τούτων ἐπὶ μισθῷ δουλεῦσαι θελήσουσι, προσλαμβάνεσθαι τούτους, καὶ ἀποχρῶντα τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι, κατὰ τὰ θελήματα αὐτῶν, τοὺς δ' αὖ εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν βουλομένους ἀπελθεῖν ἀκινδύνως [17] διαβιβάσαι διὰ τῆς Οὐγγρίας. Ὑπείξαντες οὖν τῷ τοῦ βασιλέως προστάγματι οἱ κόμητες, τοὺς τῶν παραδραμόντων τεσσάρων ἐνιαυτῶν μισθοὺς ἀσυμπαθῶς ἀπῄτουν. Ὁ δὲ μὴ ἔχων ἀποδοῦναι, ἀνεβάλλετο τέως. Ὡς δὲ ἐνέκειντο εὔλογα αἰτοῦντες, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, τὸν μὲν Βρυέννιον αὐτοῦ που φυλάσσειν τὴν Καστορίαν κατέλιπε, καὶ τὸν τοὺς Πολόβους φυλάσσοντα Πέτρον τοῦ Ἀλίφα· αὐτὸς δὲ τὸν Αὐλῶνα κατείλαβε. Τοῦτο δὲ μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς νικητὴς εἰς τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων ἐπαναζεύγνυσι.

Latinos præter morem in loco stantes, cecidisse animis, et fugam cogitare temere crediderant. At ars erat illa versutissimi Baimundi, qui ad primas velitationes stare suos, objectis modo scutis, nec in hostes ferri, quoad plures affluerent, jusserat. Protostrator vero Michael cum suos per hunc modum paulatim intra saltum effluentes cerneret, ingressus cum illis et ipse est. Quem jam cum toto agmine penetrasse angustias ubi vidit, *Gaudet, ut occursu prædæ leo raptor opimæ*, diceret aliquis Homerice, videns, inquam, et vix oculis præ gaudio credens Baimundus, protostratorem cum exercitu clausum loco, sibique expositum, toto in Romanos suo suorumque simul incubuit impetu; at illi non ferentes terga verterunt. Uzas tamen appellationem a genere sortitus, vir fortitudinis laude inclytus, *Et clypeum dextraque sciens lævaque vibrare*, item ut Hector ille Homericus, in ipso angustiarum egressu cum a dextris, quo forte pronus erat currentium impetus, inopinato declinasset paululum, in Latinum proxime sequentem insurrexit vasto ictu, ex quo ille in caput præceps statim afflictus in terram est. At Baimundus insecutus Romanos est usque ad flumen Salabriam. Cæterum idem, cujus meminimus, Uzas inter fugiendum signiferum Baimundi hasta percussit, signumque ipsi de manibus extortum circumduxit inclinavitque terram versus. Turbavit ea res Latinos, quibus vexillum peculiare summi ducis e recto inclinatum infortunii ipsi oblati signum esse solet. De regione institutæ viæ ea illos perturbatio dimovit. Omissis ergo Romanis alio itinere Tricala contendunt, locum jam præoccupatum a quibusdam Baimundi militibus Lycostomium versus fugientibus. Illic igitur obiter diversati Castoriam se recipiunt. Imperator vero cum e Larissa 143
Thessalonicam se contulisset, ut erat excogitator prudentissimus artium nocendi hostibus, missis qui clam agerent cum comitibus exercitus Latini, suasit illis promissione quantorum vellent præmiorum, ut stipendia sibi a Baimundo promissa repræsentari modo flagitarent, cogerentque ipsum, si excusaret inopiam præsentem, ire ad patrem suum Robertum, et ab eo, trajecto mari, pecunias petere. Hæc si facerent omnes honores, omnia beneficia, sperare ipsos a se jubebat. Quod si qui eorum Romanæ militiæ dare nomen vellent, amplissima ipsis stipendia se numeraturum; sin redire in domos suas mallent, tutum illis iter per Hungariam daturum. Arrigunt aurem ad ea comites, et conspiratione facta in Baimundum cooriun-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[12] ὀφθαλμοῖσι. [13] ὑπαντήσαντα. [14] Σαλαυρία. [15] αὐλίζονται. [16] ὥσπερ. [17] ἀκινδύνους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) *Οὐζᾶς*. Usas vel Usus, a gente et natione, inquit Anna, nomen sortitus. Sunt vero Usi, Scythici populi et Hunnici, Patzinacis et generis præstantia et multitudine haud inferiores. *Husi* Raimundo *de Agiles*, et Tudebodo, lib. II dicti. De his agunt Zonaras in Const. Duca et Romano Diog.; Scylitzes in Monomacho et Const. Duca; Porphyrogenneta, *De adm. imp.* cap. 9, 10 et 37; Tzetzes, chil., 8, cap. 224, et Anna, pag. 170, 201.

(61*) Iliad. II, v. 226.

tur, armatis precibus stipendia proxime lapsorum annorum quatuor sibi sine ulla mora persolvi contendentes. Frustra ille diffundere quærebat diem, aut spem eludendæ petitionis in cunctandi arte reponebat. Illi obnixi et a proposito immobiles ne horam quidem indulgebant. Quid faceret, nam æqua et vere sibi debita petebant? Cum aliud non posset, Bryennio commendata Castoria, arce vero Poloborum Petri Aliphæ custodiæ commissa, ipse Aulonem petiit; quod cum imperator certo comperisset, in urbem regiam victor invectus est.

Ibi vero cum perturbatam offendisset Ecclesiam factionibus Itali cujusdam novam hæresim spargentis, vir qui apostolicum pectus augustali purpura tegeret, nulla, quamvis necessaria post tot militares labores, quiete gustata, bellicis quin etiam, utcunque urgerent, in aliud tempus dilatis curis, expellendi Castoria Bryennii, totum se impendit novo dogmati refutando, Ecclesiæque pacificandæ. Haud modicus hic tumultus fuit. De cujus auctore paulo diligentius, repetita ex ipsis principiis memoria, disserendum est. Fuit is ut nomine, sic et origine Italus, diu tamen commoratus in Sicilia. Insula ea est Italiæ juxta objacens. Cujus incolæ Romani imperii jugum excutere conantes magnum in se bellum concitarunt, per quod opus habuerunt auxilia ex vicina ipsis et favente accersere Italia. Tali occasione miles eo aspiravit Itali pater; filiolum secum ducens, sarcinam verius quam socium militiæ, quippe infra ætatem militarem puerum, meditantem tamen jam tum pro captu bellicas res, assultantemque vestigiis paternis, atque assuescentem duris a tenero ut mos Italicorum est, et sub parente magistro tyrocinium ponentem. Hæc prima institutio pueritiæ Itali fuit; hoc fundamentum litterarum et doctrinæ; non Athenis aut in schola, sed in Sicilia et castris positum. **144** Cum vero exinde inclytus ille Georgius Maniaces, imperante Monomacho, tyrannide assumpta, Siciliam occupasset, ægre illinc Itali pater trepida fuga cum filio se recepit in Longobardiam Romanis subjectam adhuc. Hinc jam nescio quo casu quave fortuna iste Italus Constantinopolim venit, in urbem eruditionis et artis ratiocinandi nequaquam tum egenam. Quanquam enim inde usque a principatu Basilii Porphyrogeniti, ad prius memoratum imperium Monomachi, melioris doctrinæ studium a plerisque neglectum jacuerat, non tamen ut exstinctum planeque sepultum esset. Exstitit ergo atque emersit illustrius, excitatum ingeniis excellentibus, qualium circa tempora imperatoris Alexii magnus proventus apparuit. Ii serio veram eruditionem arripuerunt; nugante ante hac fere juventute, otiosisque aucupiis cothurnicum, aut aliis exprobrabilioribus ludicris ætatem discendi per inertem lasciviam conterente, in summo contemptu ele-

Καταλαβὼν δὲ ταύτην, καὶ ἐν συγχύσει τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν εὑρών, οὐδὲ πρὸς βραχύν τινα χρόνον ἀνέσεως ἔτυχεν. Ἀλλ' ὁποῖος ἐκεῖνος ἀποστολικὸς ὤν, ἐπεὶ κυμαινομένην τοῖς τοῦ Ἰταλου [18] δόγμασι τὴν Ἐκκλησίαν εὗρε, κἂν καὶ τοῦ [19] Βρυεννίου ἐβουλεύετο (Κελτὸς δὲ οὗτος τὴν Καστορίαν κατασχὼν ὡς εἴρηται), ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἠμέλει τοῦ δόγματος. Ἐπὶ τούτοις γὰρ καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰταλὸν περὶ τῆς αἱρέσεως τοῦ Ἰταλικοῦ ἐβλάστησαν μεγάλως τὴν Ἐκκλησίαν συνταράττοντα [20]. Οὗτος δὲ ὁ Ἰταλὸς (δεῖ γὰρ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς [21] διηγήσασθαι) ὥρμητο μὲν ἐξ Ἰταλίας καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἐφ' ἱκανὸν διέτριψε· νῆσος δὲ αὕτη ἀγχοῦ τῆς Ἰταλίας διακειμένη. Οἱ γὰρ Σικελοὶ (62) ἀποστάντες τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ εἰς πόλεμον κατ' αὐτῶν καὶ μάχας ἀπονενευκότες, τοὺς Ἰταλοὺς εἰς συμμαχίαν προὐκαλέσαντο, μεθ' ὧν καὶ ὁ τοῦ Ἰταλοῦ πατὴρ ἦν, ἔχων καὶ τὸν παῖδα μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν μὴ στρατεύσιμον [22] εἶχε τὴν ἡλικίαν, συνεφεπόμενον τούτῳ καὶ συμπαρασκαίροντα καὶ τὰ πολεμικὰ, οἷα τὰ τῶν Ἰταλῶν παιδευόμενον. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῆς ἡλικίας οὕτως εἶχε τῷ Ἰταλῷ, καὶ ἡ πρώτη τοιαύτη τούτῳ καταβολὴ τῆς παιδεύσεως. Ἐπεὶ δὲ ὁ κλεινὸς Γεώργιος ἐκεῖνος ὁ Μανιάκης, τοῦ Μονομάχου τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων διέποντος, τυραννήσας τὴν Σικελίαν κατέσχε, μόλις ἐκεῖθεν ὁ τοῦ Ἰταλοῦ πατὴρ καὶ τὸν παῖδα ἐπιφερόμενος πέφευγε. Καὶ εἰς Λογγιβαρδίαν φυγάδες ἄμφω κατήχθησαν ἔτι ὑπὸ Ῥωμαίους τελοῦσαν. Ἐκεῖθεν δὲ οὗτος ὁ Ἰταλὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὴν Κωνσταντινούπολιν κατέλαβεν, ἁπάσης παιδείας καὶ τέχνης λογικῆς οὐκ ἐνδεῶς ἔχουσαν. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτοκρατορίας Βασιλείου τοῦ Πορφυρογεννήτου μέχρι αὐτῆς τῆς τοῦ Μονομάχου βασιλείας ὁ λόγος, εἰ καὶ τοῖς πλείοσιν ἐῤῥᾳθύμητο, ἀλλ' οὖν γε πάλιν οὐ καταδεδυκὼς, ἀνέλαμψε καὶ ἀνέθορε, καὶ διὰ σπουδῆς τοῖς φιλολόγοις ἐγένετο ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀλεξίου τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ πρὸ τούτου χλιδώντων τῶν πλειόνων καὶ παιζόντων ἀνθρώπων καὶ ὀρθυγίαις, καὶ ἄλλοις αἰσχίοσι παιγνίοις, ἐνασχολουμένων [23] διὰ τὴν χλιδὴν, λόγον δὲ καὶ παίδευσιν ἅπασαν τεχνικὴν ἐν παρέργῳ τιθεμένων. Οὕτως οὖν τοὺς ἐνταῦθα ἔχοντας ὁ Ἰταλὸς εὑρηκὼς, καὶ ἀνδράσιν ὁμιλήσας σχολαστικοῖς, καὶ ἀμειλίκτοις καὶ τὸ ἦθος ἀγρίοις (ἦσαν γὰρ τότε καί τινες περὶ τὴν βασιλεύουσαν τοιοῦτοι), παιδείας τοίνυν λογικῆς ἐξ ἐκείνων μετασχὼν, καὶ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[18] Ἰταλικοῦ. [19] κατὰ τοῦ. [20] ταράττοντα. [21] ἀρχῆς αὐτῆς. [22] στρατεύειν. [23] ἀσχολουμένων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Οἱ γὰρ Σικελοί.* De Siculorum defectione a Græcis agunt Scylitzes, Zonaras, et Malaterra, lib. I, cap. 7 et seq.

A Μικρὸν δὲ ἐνταῦθα, τὴν τοῦ λόγου διήγησιν διακόψασα [75] ὅπως τοὺς Παυλικιανοὺς (72) κατηγωνίσατο διηγήσομαι. Οὐκ ἔφερε μηδὲ τούτους τοὺς ἀποστάτας καταγωνίσασθαι πρὸ τοῦ τὰ βασίλεια καταλαβεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἀπό τινος νίκης ἑτέραν νίκην πρυτανευόμενος, καὶ τὴν πληθὺν τῶν Μανιχαίων τὸν κύκλον συμπληροῦσαν τῶν ἑαυτοῦ κατορθωμάτων ἐποίει. Οὐδὲ γὰρ ἐνῆν τῷ λαμπρῷ τροπαίῳ τῶν ἑσπερίων πολεμίων, οἷον σπῖλον ἐνεῖναι τοὺς ἐκ Παυλικιανῶν ὁρμωμένους ἐκείνους. Διὰ πολέμου δὲ καὶ μάχης οὐκ ἤθελεν, ἵνα μὴ ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου πολλοὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναιρεθήσονται, πάλαι τούτους γινώσκων ἐκθυμοτάτους ἄνδρας, καὶ δριμὺ κατὰ τῶν ἐχθρῶν πνέοντας. B Ἔσπευδεν οὖν διὰ τοῦτο τοὺς πρωταιτίους μὲν τιμωρήσασθαι, τοὺς δέ γε λοιποὺς τῷ τοῦ στρατοπέδου συγκαταλέξαι σώματι. Ἔνθεν τοι καὶ διὰ τρόπου τούτου [76] μετῄει. Γινώσκων δὲ τὸ φιλοκίνδυνον τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, καὶ περὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς μάχας ἀκάθεκτον, ἐδεδίει μὴ ἀπογνόντες χεῖρόν τι μελετήσαιεν· ἠρέμουν γὰρ τέως τὴν σφῶν οἰκοῦντες πατρίδα, καὶ οὔπω πρὸς λεηλασίας ἄλλας καὶ προνομὰς ἐξετράποντο· μετεπέμπετο οὖν διὰ γραμμάτων τούτους ἐν τῷ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπανέρχεσθαι συχναῖς ὑποσχέσεσιν. Οἱ δὲ τὴν κατὰ τῶν Κελτῶν νίκην αὐτοῦ μεμαθηκότες ἐδεδίεσαν, εἰ τάχα καὶ τὰ γράμματα χρησταῖς αὐτοὺς ἐλπίσιν ὑπέσαινον· ὅμως καὶ μὴ βουλόμενοι τῆς πρὸς αὐτὸν εἴχοντο. Ἐκεῖνος δὲ τὴν Μοσυνούπολιν (73) καταλαβὼν, αὐ- C τόθι προσέμενεν, ὑποκρινόμενος [αὐτοῦ που] δι' ἄλλ' ἄττα ἐγκαρτερεῖν, τὸ δέ γε ὅλον τὴν αὐτῶν ἀναμένων ἄφιξιν. Καταλαβόντας [77] δὲ ἐσχηματίζετο ἀναθεωρῆσαι τούτους βούλεσθαι, καὶ ἑκάστου τὴν ὀνομασίαν ἐγγράψασθαι [78], ἔνθεν τοι καὶ φοβερὸς προὐκάθητο, καὶ [79] οὐ φύρδην, ἀλλὰ καὶ δεκάδας τοὺς λογάδας [80] τῶν Μανιχαίων ποιεῖσθαι ἐκέλευσε, τὴν τῶν κοινῶν θέαν ἐς νέωτα ὑποσχόμενος, κᾆθ' οὕτως εἴσω τῶν πυλῶν ἀπογραφομένους εἰσέρχεσθαι. Ἡτοιμασμένοι δὲ ὄντες οἱ τούτους δεσμεῖν ὀφείλοντες, τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὅπλα ἀναλαμβανόμενοι, τούτους ἐν τοῖς ἀποτεταγμένοις φρουρίοις ἐνέκλειον. Οἱ δέ γε ἐφεξῆς ἐρχόμενοι παντελῆ τῶν πραττομένων ἄγνοιαν ἔχον-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[75] τεμοῦσα. [76] τούτους. [77] καταλαβόντων. [78] ἀναγράψασθαι. [79] κατά. [80] Desunt voces τοὺς λογάδας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(72) *Παυλικιάνους*. Paulicianos cum Manichæis hoc loco Anna et alibi sæpe confundit; erant enim Pauliciani Manichæorum asseclæ. Timotheus presbyter, lib. Περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ· Γειτονεύουσι δέ πως καὶ ἀγχίθυροι, εἰσί *τινες τῶν αἱρετικῶν*, ἤγουν ἔν τισι τῶν δογμάτων D αὐτῶν βλασφήμων πρὸς ἀλλήλους, οὕτως Ἀετιανοὶ τῷ Ἀρείῳ, Ναύαται Σαββατιανῷ, — καὶ Παυλικιανοὶ τοῖς Μανιχαίοις. Vide Notata ad pag. 450.

(73) *Μοσυνύπολιν*. Villharduino *Mosynople*. Vide Observ. nostras ad hunc scriptorem.

τες εἰσῄεσαν ἀγνοοῦντες τὸ ἀποβησόμενον ἑκάστῳ. Τούτους μὲν οὖν οὕτω κατέσχε, καὶ τὰς αὐτῶν περιουσίας δημεύσει καθυποβαλὼν, διενείματο τοῖς συγκεκοπακόσι [81] τούτῳ ἐν ταῖς συμπεσούσαις μάχαις, καὶ τοῖς κινδύνοις γενναίοις ἐκείνοις στρατιώταις. Ἀπελθὼν δὲ ὁ τὴν οἰκονομίαν ταύτην ἀναδεξάμενος, καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας τῶν οἰκιῶν ἀπελάσας, κατὰ τὴν ἀκρόπολιν ἐμφρούρους εἶχεν. Τοὺς δέ γε κατασχεθέντας τῶν Μανιχαίων συμπαθείας κατὰ μικρὸν ὁ αὐτοκράτωρ ἠξίωσεν· ὁπόσοι δὲ καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος τυχεῖν προείλοντο, οὐδὲ τούτου ἀπετύγχανον. Διὰ παντοίας δὲ περιελθὼν αὐτοὺς μεθόδου, καὶ διαγνοὺς τοὺς αἰτίους τῆς τοιαύτης ἀπονοίας ἐν νήσοις περιορίσας καθεῖρξε· τοῖς δέ γε λοιποῖς ἄδειαν δεδωκὼς, ὅποι [82] βουλητὸν αὐτοῖς ἀπιέναι ἀπέλυσεν. Οἱ δὲ τὴν ἐνεγκαμένην (74) τῶν ἄλλων προτιμησάμενοι αὐτίκα πρὸς αὐτὴν ἐπανέτρεχον, ὡς ἐνὸν τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομήσαντες.

A per decadas digestam introduci jubet. Velle se cum iis sic ad colloquii facilitatem divisis modo agere de privatis rebus, de publica legationis accersitæ causa deinde acturum. Ex hoc decreto admittebantur intra januas, **155** quorum ex catalogo nomina recitabantur; introducti paratis occurrebant qui eos equis armisque ablatis vinctos in custodias deducerent cuique constitutas. Vocabantur mox alii omnium quæ prius ingressis contigerant quæque sibi ipsis impenderent ignari. Per hunc modum capita ipsa tumultus cepit, ex eorumque publicatis bonis fortes et fideles milites qui constantem in periculis ipsi ac præliis et laboriosam navarant operam remuneratus est. Misit etiam qui uxores detentorum domibus ejicerent, bonaque B omnia fisco vindicarent: ipsis interim sub tuta munitarum arcium custodia pœnas desertæ militiæ luentibus, quibus tamen postmodum suæ naturæ indulgens magnam paulatim remisit pœnæ partem: admissis etiam ad baptismi gratiam quotquot ex ipsis ad eam invitati non renuerunt. Omnibus denique usus artibus ad liquidum explorandæ veritatis, quos ipsorum comperit mali consilii fuisse auctores eos solos deportatione in insulas punivit, cæteris dimissis potestatem fecit quo mallent eundi. Eo illi arbitrio ita usi sunt ut nullam terrarum oram præferendam patriæ putarent, ad eam ergo festinarent universi sua illic pro se quisque curaturi.

Ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐπάνεισι. Οὐκ ἔλαθε δὲ τοῦτον τὰ κατ' αὐτοῦ ἐν τριόδοις τε καὶ γωνίαις ὑποψηθυριζόμενα [83]. Ἀλλὰ ἀκούων ἐτιτρώσκετο τὴν ψυχὴν, ὅτι μὴ τοσοῦτον εἰργασμένος πολλαπλασίω τὰ στόματα τῶν συκοφαντούντων, εἶχεν ἑαυτῷ περιχαίνοντα. Ἐκεῖνος γὰρ χρείας κατεπειγούσης, καὶ κοσμικοῦ κλύδωνος ἐξ ἀπορίας τῶν βασιλικῶν ταμείων, πρὸς τοῦτο ἀπέβλεψε καὶ ὡς δάνειον ἐλογίζετο, ἀλλ' οὐχ ὡς ἅρπαγμα ἢ τυραννικῆς χειρὸς ἐπιβουλὴν, ὡς οἱ διαλοιδορούμενοι λέξειαν. Ἀλλὰ καὶ γνώμης οὕτως εἶχεν ὡς μετὰ τὸ κατορθῶσαι τοὺς ἐπικειμένους πολέμους ἀποδώσων ταῖς ἐκκλησίαις τὸν ἀφῃρημένον κόσμον αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἔφερεν ὑπαναζεύξας [84] τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ὑπόθεσιν γίνεσθαι τοῖς ἐθέλουσι διασύρνειν [85] τὰ ἐκείνου. Ἔνθεν τοι καὶ ἐκκλησίαν κηρύττει, καὶ συνέδριον μέγιστον εἰς τὰ ἐν Βλαχέρναις ἀνάκτορα, ἑαυτὸν ἐθέλων πρῶτον ὑπόδικον καταστήσασθαι, καὶ οὕτω τὰ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογήσασθαι. Παρῆν δὲ ἤδη καὶ ἡ σύγκλητος ἅπασα, καὶ τὸ στρατιωτικὸν, καὶ ὅσον τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου καραδοκοῦντες τὸ τί ἂν βούλοιτο ἡ τῶν ἁπάντων συνέλευσις. Τὸ δὲ ἦν ἄρα ἄλλο οὐδὲν, ἢ ἡ τῶν κατὰ τοῦ βασιλέως θρυλλουμένων ἀνάκρισις. Παρῆσαν οὖν τηνικαῦτα οἱ τῶν ἱερῶν φροντιστηρίων κηδεμόνες καὶ τὰ βιβλία ἐς μέσον τηνικαῦτα προὐτίθεντο [86] (βρέβια (75) ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν), ἐν οἷς

Revertentem porro imperatorem in urbem regiam nec latuit, nec parum commovit murmur sinistrum male in ipsum animati vulgi quo trivia atque angiportus personabant. Enimvero urebat hominem tantis modo periculis pro republica perfunctum nihil tot talibusque rebus gestis lucrari C se visum aliud nisi ut illorum ipsorum quos servasset ingratissimorum civium tanto plura in ejus contumeliam ac sugillationem ora paterent. Susurri mussitantium hi ferebantur: spoliatas ab imperatore sacras ædes quas ornari ab ipso cumularique oportuerat. Atqui fatalis impulsu necessitatis, ad frangendos impetus sævissimos procellæ cujusdam ineluctabilis ex mundi pene totius in unum Romanum nomen conspiratione coorientis, ultimo reipublicæ periculo vocante, in extrema inopia fisci ad istud ultimum mutui a templis sumendi remedium ventum fuerat. Mutuo enim duntaxat ad tempus discriminis urgentis illa sumebantur aliquando cum usura refundenda, non D ut maledici obtrectabant, tyrannica grassatione rapiebantur. Ac quanquam sibi erat conscius recti propositi quo post primam a bellis requiem decreverat ornamenta sua templis reddere, non neglexit tamen in præsens famæ suæ succurrere laboranti, et sermonum qui tunc ferebantur causam quoad licuit curavit tollere. Convocat igitur

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] συγκεκοπιακόσι. [82] ὅπη. [83] ὑποψιθυριζόμενα. [84] ἐπαναζεύξας. [85] διασύρειν. [86] προυτίθετο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(74) *Τὴν ἐνεγκαμένην*. Philippopolitanam provinciam. Vide infra, pag. 168 et 450.

(75) *Βρέβια*. Laudant hunc Annæ locum Cujac. ad leg. 4 de conveniend. fisci debit. P. Pithœus in Gloss. ad Capit. Car. M., Meursius, Gretzerus et alii. Est autem *Brevis*, inventarium, rotulus, vel

magnum conventum in palatium Blachernarum coram quo se reum imperator primum sistere, deinde pro se ipse causam dicere in animo habebat. Convenerat jam senatus universus, tum militaris omnis nobilitas, postremo totus ordo sacrorum hominum. **156** In magna omnes exspectatione, quorsum vocarentur. Id non erat aliud, nisi ut eorum quæ de imperatore jactabantur cognitio deferretur ad talem cœtum libere de re tota judicaturum. Adsunt sacrarum domuum curatores; proferuntur in medium libri (*Brevia* vulgaris sermo vocare solet) in quibus perscriptus exstat exactus catalogus omnium, vasorum, operum, ornamentorum quæ templo cuique sunt propria. Sedebat imperator excelsa in sede totum in speciem judicium moderans ipse ac gubernans, re autem vera subiens potius, seque examini atque arbitrio judicum submittens. Habebatur diligens ratio numerusque inibatur donariorum quæ cuique sacro loco multorum olim liberalitate addicta fuerant. Comparabatur alius catalogus ablatorum vel ab illis ipsis qui dederant, vel ab ipso nunc imperatore. Tanta disquisitione nihil aliud Alexii jussu sublatum deprehensum est nisi ornatus auri argentique tumulo Zoes illius Augustæ impositus, et alia quædam perpauca vasa parum ad sacri ministerii usum necessaria. His ita disquisitis palam se imperatorem reum profitetur judiciumque de se permittit cuivis cognoscere parato; tum mutata sensim dicendi forma, et sono vocis : *Quantis*, inquit, *Barbarorum undique oppugnationibus appetitum imperium invenerim, quamque destitutum necessariis ad se tuendum contra tales hostes præsidiis, scitis profecto ipsi et ego plus satis expertus sum coactus ea causa et cura salutis publicæ objectare caput meum periculis innumeris et maximis, inter infestos plurimorum hostium*

A ἀναγεγράφαται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει κειμήλια· Καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ [87] κριτὴς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ καθῆστο θρόνου, τῇ δὲ ἀληθείᾳ αὐτὸς ἐξετασθησόμενος. Ἐξητάζετο τοίνυν τὰ πάλαι παρὰ πολλῶν ἀνατιθέντα [88], τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις, καὶ παρὰ τούτων ἐσύστερον ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἀφαιρεθέντα. Καὶ ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον ἀφαιρεθὲν κατεφαίνετο, ὁ μόνον [89] τῇ σορῷ τῆς βασιλίδος ἐκείνης Ζωῆς (76) ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργυροῦ ἐπικείμενος κόσμος, καὶ ὀλίγα τινά, ἄλλα σκεύη μὴ τοσοῦτον εἰς ἱερὰν λειτουργίαν χρηματίζοντα, ἑαυτὸν εἰς τοὐμφανὲς ὁ αὐτοκράτωρ ὑπόδικον καθίστησιν, κριτὴν δὲ τὸν βουλόμενον ὅν τινα οὖν. Καὶ μετὰ μικρὸν μεταβαλὼν τῇ γλώττῃ· Ἐγώ, φησί, *τὴν βασιλείαν πανταχόθεν κυκλουμένην βαρβάροις* B *εὑράμενος καὶ μηδέν τι πρὸς τοὺς ἐπικειμένους ἐχθροὺς ἀξιόμαχον ἔχουσαν, ἴστε ὁπόσοις κινδύνοις περιπέπτωκα, μικροῦ καὶ βαρβαρικοῦ ξίφους ἔργον γεγονώς. Καὶ γὰρ πολλαπλασίους ἦσαν οἱ ἑκατέρωθεν ἡμᾶς τοξεύοντες. Τὰς γὰρ τῶν Περσῶν ἐπελεύσεις, καὶ τὰς τῶν Σκυθῶν ἐκδρομάς, οὐκ ἀγνοεῖτε, καὶ τῶν ἐκ Λογγιβαρδίας ὀξυνομένων δοράτων οὐκ ἐπιλέλησθε* [90]. *Τὰ δὲ χρήματα συναπῆρε τοῖς ὅπλοις. Καὶ ὁ κύκλος τῆς ἡγεμονίας εἰς τὸ ἀμερὲς συνένευκε* [91] *κέντρον. Ὅπως δὲ τό τε ὁ ὁπλητικὸν* [92] *ἅπαν ηὔξηται γυμναζόμενον καὶ ἁπανταχόθεν συλλεγόμενον καὶ συγκροτούμενον οἴδατε· καὶ ταῦτα πάντα, ὅτι* [93] *πολλῶν ἐδεῖτο χρημάτων, ἴστε πάντες.* C *Καὶ ὅτι ἀφαιρεθέντα εἰς δέον ἀνήλωτο κατὰ τὸν Περικλέα ἐκεῖνον, καὶ ὑπὲρ τῆς ὑμῶν τιμῆς δεδαπάνηται. Εἰ δὲ τοῖς μεμψιμοίροις ὡς τοῖς κανόσι προσκεκρουκότες κατεφάνημεν, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσι προφήτης Δαβὶδ εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάγκην ἐληλυθώς, τῶν ἱερῶν ἐγεύσατο ἄρτων μετὰ τῶν στρατευμάτων αὐτοῦ, καὶ ταῦτα μὴ ἐνδεχομέ-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] τὸ μὲν φαινόμενον. [88] ἀνατεθέντα. [89] ἀλλ' ἢ μόνον ὁ. [90] ἐπελήσθητε. [91] συνένευε. [92] ὁπλιτικόν. [93] ὅτι τά.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

chartula continens indicem, seu summariam rerum quarumpiam descriptionem. *Glossæ Græco-Lat.* Πιττάκιον, *Pittacium*, *Brevis*. Glossæ Juris, βρεβεῖον, ἡ καταγραφή. Βρεβείοις, Χαρτείοις. Codex Canonum Eccles. Afric. Καὶ τὸ βρέβιον, ὅπερ τῇ ἐπιστολῇ προσέδησαν. Can. 34 : Ἐν τούτῳ τῷ βρεβίῳ τῷ ἀποδρεφθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου. Adde can. 93. Veget. lib. II, cap. 19 : *Quando quis commeatum acceperit, vel quot dierum, annotatur in Brevibus.* Lampridius, in Alexand. Severo : *Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet Breves, et numerum, et tempora militum.* Annales Fr Bertiniani, an. 869 : *Ut episcopi, abbates, et abbatissæ Breves de honoribus suis, quanta mansa quisque haberet—deferre curarent.* Acta Murensia : *Continentur in supradictis capsulis reliquiæ aliorum quorumdam sanctorum, cum quibus Breves non inveniuntur.* Utuntur passim hac notione scriptores; S. Hieron. epist. 5; S. Bened. in *Reg.* cap. 32, 41; Gregor. M. lib. II, ind. 2, epist. 41; Gregor. Tur. lib. IV *Hist.* cap. 41; Lupus Ferrar. epist. 80; Udalric. lib. I *Consuet. Clun.* cap. 52; Capit. Car. C. tit. 31, cap. 19. Hinc *imbreviare*, in Breves redigere, describere, apud Eckehard. Jun. *De casib. S. Galli*, cap. 16; Hincmar. in Præfat. opusc. LV; Hoveden. pag. 779; Annal. Fr. Bertin. an. 869; Ignot. Cassin. cap. 6, etc.

D (76) *Σορῷ τῆς βασιλ. Ζώης.* Refert Zonaras Constantinum Monomachum imp. exstinctam Zoem Porphyrogennetam conjugem muliebriter luxisse, novaque illam apotheosi cœlitum numero ascripsisse, et pari cum angelis ipsis honorasse cultu : quod fungus ex ejus tumulo germinasset, tanquam fuerit, ut dicere solebat, σημεῖον ἄνωθεν οἰκονομηθὲν, ἵνα μὴ ἀγνοεῖται ἡ βασιλὶς τοῖς νοεροῖς συντεταγμένη δυνάμεσι· id est, signum aliquod ex industria procuratum, quo imperatricem Zoem eodem, quo cæteræ potestates angelicæ, in cœlis ordine **307** collocatam mortales intelligerent. Tunc etiam ex hac fictitii miraculi occasione probabile est etiam a Monomacho conjugis thecam a loco, ubi jacebat, varioque auri et gemmarum ornatu decoratam in Secretarium demum translatam, repositamque inter cæteras divorum thecas.

του, τῆς ἐξ ἰδιαζομένης ἱερεῦσι τροφῆς ἰδιώτην ἅψασθαι. Καὶ ἄλλως δὲ καταμαθεῖν ἔστι τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἐν ἑτέροις ἐνδιδόντας τὰ ἱερὰ πιπράσκεσθαι ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως αἰχμαλώτων. Εἰ δὲ αἰχμαλωτιζομένης οἰκουμένης καὶ δορυαλώτων ἤδη τῶν πόλεων καὶ αὐτῆς τῆς Κωνσταντίνου γενέσθαι κινδυνευουσῶν, ὀλίγων τινῶν καὶ οὐδὲ πάνυ τῆς τῶν ἱερῶν μετεχόντων ἀξίας, ἐν βίᾳ τοσαύτῃ ἁψάμενοι εἰς τὴν ἐλευθερίαν τούτων συνεχρησάμεθα [94], οὐδεμίαν ἄρα κατηγορίαν εὔλογον τοῖς φιλοσκώμμωσι [95] καταλιμπάνομεν. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ μεταστρέψας τὸν λόγον, ἔνοχον εἶναι ἑαυτὸν ποιεῖται, καὶ καταδικάζει αὐτὸς ἑαυτόν. Εἶτ' αὖθις τὰ βρέβια ἀνελίττειν προστάττει τοῖς ἔχουσιν, ἵνα καταφανῆ γένηται τὰ ἀφῃρημένα. Καὶ παραχρῆμα τῷ μὲν σεκρέτῳ (77) τοῦ Ἀντιφωνητοῦ (78) χρυσίου ποσότητα ἱκανὴν ἐλογίσατο κατ' ἔτος εἰσκομιζομένου τοῖς τοῦ δημοσίου φροντισταῖς, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπαράσαλευτον διαμεμενήκει· ἐκεῖσε γὰρ ἡ τῆς δηλωθείσης βασιλίδος σωρὸς [96] ἐναπέκειτο· τοῖς δὲ Χαλκοπρατείοις ἐτησίαν εἴσοδον χρυσίου ἀρκοῦντος τοῖς τῷ θείῳ τεμένει τῆς Θεομήτορος συνήθως τοὺς ὕμνους ἐπιτελοῦσιν ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμιείων πρυτανεύεσθαι παρεκελεύσατο.

gladios arcusque diu ac sæpe versatus, unde vix incolumis evasi. Persarum, inquam, expeditiones in nos, incursiones Scytharum, illasque cusas exacutasque in Longobardia in latus nostrum ac pectus hastas nondum, ut opinor obliti estis. Pecuniæ cum armis abierant. Orbis imperii in centrum ac punctum plane jam individuum evanuerat. In tanta tamen difficultate rerum delectus habitos, auctas et exercitatas copias, strenue curatam rem militarem recordamini. Nec profecto prudentiam fugit vestram talia sine pecuniis haud potuisse præstari. Porro quæ ablata sunt utiliter esse expensa non minus vere confirmare quam ille in occasione simili Pericles, possum. Nam in vestri quos alloquor honoris, salutisque adeo ac libertatis pretium persoluta sunt. Exstitisse tamen querulos quosdam qui hæc a nobis contra veterum canonum auctoritatem reprehenderent mirum minime est. Talium enim censuram nec ipse rex propheta David evadere in causa simili valuit. Coactus enim, ut accepimus, extrema necessitate famis, sacros panes quibus vesci sacerdotes solos fas erat laicus ipse cum commilitonibus gustare non dubitavit. Rem ausus minus excusabilem quam istud est cujus causam dicimus. Lex enim illa vetus nullam diserte casum exceperat quo liceret non sacerdotibus edere panes istos. At iidem illi sacri qui nobis ad invidiam obtenduntur canones clare permittunt vasa quæque sacra **157** *distrahi ac venumdari cum id necesse erit ad redemptionem captivorum. Magnum ergo nos piaculum contra canones admisimus qui ut captivum liberaremus Christianum orbem, et plerasque civitates maximas, interque illas Constantinopolim,*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] κατεχρησάμεθα. [95] φιλοσκώμμοσι. [96] σορός.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Σεκρέτῳ*. Diximus supra ad pag. 84, *Secretum* apud scriptores Byzantinos pro foro judiciali, seu loco in quo exercentur judicia vulgo accipi, quod potissimum ex Novella Manuelis Comneni probavimus. Id præterea astruit Codinus in *Orig.* ubi de loco Τόποι dicto: Ἔνθα Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκου, καὶ Σέκρετον τὸν τόπον ἐποίησε. Primus a civili ad ecclesiasticum forum Secreti nomen transtulit Paulus Samosatenus episcopus, quod ei inter damnationis capita objectum olim fuit in synodo Antiochena, ut auctor est Eusebius, lib. VII *Hist. eccles.*, cap. 30. Ecclesiastica secreta Constantinopoli octo recensent scriptores; patriarchæ duo, majus et minus; alia magni œconomi, magni sacellarii, magni sceuophylacis, chartophylacis, minoris sacellarii, ultimum denique magni protecdici, quod cæteris postremo est adjunctum. De Secreto majori patriarchæ, seu potius æde ita nuncupata, in qua judicia sua exercebat, agunt Theophanes, Paulus diaconus et sanctus Nicephorus, qui ædi Sophianæ proximum, sive in ipso patriarchio, exstitisse scribit, imaginibus ex opere musivo adornatum. Ejusdem etiam meminit Michael Cerularius patriarcha Constantinopolitanus in edicto de projecto pittacio, apud Leonem Allatium. Secretum minus ita nuncupatum est, quia erat ædes priori capacitate inferior; unde μικρὸν δόμημα dicitur eidem Nicephoro, imaginibus ex opere musivo æque adornatum De hoc posteriore secreto agunt Theophanes, Scylitzes, et Xiphilinus patriarcha in sancito quodam apud Leunclavium. In utroque secreto synodos egisse patriarcham ex prædictis scriptoribus colligitur. An vero in altero horum secreto asservata fuerit Zoæ theca (seu σορός) vix ausim definire, cum parum vero consentaneum sit in loco judiciario collocatam fuisse a Monomacho. Exstitit præterea ædes alia Constantinopoli Secreti nomine donata, quam in ipso palatio statuere videntur Simocatta, lib. VIII, cap. 8; et Theophanes an. 25 Justiniani, illa forte, quam a Prasina factione una cum prætorio, scriniis et carceribus incendio consumptam, an. Phocæ 7 narrat idem Theophanes.

(78) *Ἀντιφωνητοῦ*. Ἀντιφωνητής Harmenopulo, lib. III, tit. 6, Basilicis et J. C. Græcis dicitur reus pecuniæ constitutæ, qui pro alio constituit, quem Galli vocant ex verbo *répondant*, uti observatum a Cujacio ad Paulum lib. I *Sentent.*, tit. 20, et ex Narratione de Salvatoris dicti Ἀντιφωνητοῦ imagine, quæ exstitit Constantinopoli in Tetrastylo, edita a Combefisio, abunde constat. Qua etiam notione *responsalis* vox usurpata legitur in veteri charta Hugonis Lingonensis episcopi an. 1221. In Tabul. Campaniæ Thuani, fol. 171: *Nos nobilem mulierem Blancham illustrem comitissam Campaniæ constituimus plegiam et responsalem.* Est igitur verborum Annæ sensus, Alexium certam pecuniæ summa quotannis Secreto ex ærario publico a vectigalium curatoribus decrevisse inferendam, vice sponsionis ejus quæ ex auro et argento thecæ Zoæ circumposito conflata erat. Porro emissa ab Alexio hac ipsa tempestate Novella, seu Bulla Aurea, de ornamentis Ecclesiæ non auferendis, quæ exstat in *Jure Orientali* data mense Augusti, 5 indict. an. mundi 6590, Christi 1082.

præsenti servitutis periculo eriperemus, non vasa quidem sacra, sed quosdam ornatus et accessiones sacrarum rerum, paucas et comparatione relictorum non magni pretii, mutuati sumus, ad alioquin inevitabile tantæ miseriæ discrimen removendum. Tanta in hoc facto ego quidem conscientiæ fiducia nitor ut non dubitem quamvis iniquos et malignos modo non plane cæcos experiri judices : satis certus nullam inde justam posse trahi vituperandæ administrationis nostræ rationem. Hæc locutus mox dejecto vocis sono reum se tamen et pœnæ obnoxium humiliter professus est, sese ipse condemnans. Inde rursum explicare Brevia custodes illorum jubet inireque æstimationem ac summam ablatarum rerum. Ac statim secreto Antiphonetæ notabilem auri summam in annos singulos pendendam a curatoribus fisci constituit. Quod et in hunc diem perpetua fide præstitum est. In isto enim templo prius memoratæ imperatricis erat tumulus ex quo aliquem ornatum erasum diximus. Chalcoprateis vero annuum vectigal auri suffecturum ad alendos eos omnes qui in ista Dei Genitricis sacra æde divinas laudes celebrare quotidie solent, ex ærario regio suppeditari jussit.

Sub idem fere tempus detecta conjuratio in imperatorem est. Consenserant in eam præcipui quique senatores ac duces, tribunique exercitus; nec obscuris aut dubitabilibus indiciis vestigata res, sed producti accusatores certi omnes ad quos quomodocunque contagio cogitati sceleris aut conscientia pervenisset ulla, invictis argumentis convictos fateri crimen coegerunt. Nec tamen imperator infligi pœnas iis quas præscribunt leges, pro sua clementia, passus est; publicatione modo bonorum et exsilio animadvertere in auctores contentus. Hic finis conspirationis istius fuit. Nunc ad Manichæos, de quibus nuper egimus, revocanda narratio est. Quando Alexius in magni domestici dignitatem evectus est a Nicephoro Botaniate Blæsum quemdam Manichæum in familiarium ministrorum numerum ascivit, quem et sacro baptismate dignatum uni ex imperatricis famulabus matrimonio copulavit. Ei viro quatuor in patria sorores erant, quas illi, de qua paulo ante diximus, Manichæorum calamitati implicitas cum cæteris in custodias abduci bonis omnibus spoliatas cernens, majorem commotus in modum est, majusque id malum esse quam ut ferri posset, statuit. Circumspiciebat igitur occasionem elabendi e manibus imperatoris. Nec fefellit ejus conjugem haud dubiis deprehensa signis cogitatio transfugii. Adit eum cui per id tempus **158** commissa gubernatio Manichæorum erat, illique de viro suo quæ norat aperuit. Sensit Balbus rem proditam, eoque maturandum ratus omnibus quibuscum consilia contulerat, quique illi vel consanguinitate vel alia necessitudine juncti erant ad se raptim convocatis cum iis erumpit et Beliatobam occupat. Oppidulum id est alto et munito situ, quippe impositum montis vertici, et in convallem loco subjectam imminens. Invenerunt eas sedes incolis vacuas, eoque tanquam proprias occupantes, indeque quotidianis excursionibus loca fini-

A 'Εν τούτοις ἐπιβουλὴ ἂν ἐφάνη[97] (79) κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος, μελετωμένη παρά τε τῶν τῆς συγκλήτου λογάδων, καὶ τῶν τοῦ στρατοῦ κορυφαίων· καὶ διεμηνύθη τηνικαῦτα τῷ αὐτοκράτορι. Καὶ οἱ κατήγοροι παρέστησαν, καὶ τοὺς συνίστορας τῆς τοιαύτης βουλῆς ἐξήλεγχον. 'Εκδήλου δὲ τῆς μελέτης ἤδη γεγονυίας, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ[98] νόμων ποινῆς κατ' αὐτῶν βαρείας ἐπερχομένης, ὁ αὐτοκράτωρ ποινὴν μὲν οὐδαμῶς ἐπενεγκεῖν αὐτοῖς προτεθύμητο, δήμευσιν δὲ μόνον καὶ περιορισμὸν κατὰ τῶν πρωταιτίων ἀπεφήνατο, καὶ μέχρι τούτου τὴν τῆς τοιαύτης ἐπιβουλῆς ἐπεξέλευσιν ἔστησεν. 'Αλλὰ γὰρ ὁ λόγος ἀνατρεχέτω ὅθεν[99] ἀπεῤῥύη. 'Οπηνίκα ὁ αὐτοκράτωρ εἰς τὴν τοῦ δομεστικάτου (80) ἀξίαν παρὰ Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου ἀνηνέχθη, τραυλόν τινα B Μανιχαῖον προσλαβόμενος μετὰ τῶν γνησίων αὐτοῦ θεραπόντων συγκατέλεξε, καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιώσας, μιᾷ τῶν τῆς βασιλίδος θεραπαινίδων συνέζευξεν. Οὗτος οὖν τέσσαρας ἀδελφὰς ἔχων, ὡς ταύτας ἐμφρούρους μετὰ τῶν λοιπῶν τότε συναπαχθείσας ἐθεάσατο, τά τε προσόντα ἀφαιρεθείσας ἅπαντα, ἤχθετο καὶ φέρειν οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ διεσκοπεῖτο ὅπως ἑαυτὸν τῆς τοῦ αὐτοκράτορος χειρὸς ἀπαλλάξειεν. 'Εν γνώσει δὲ τούτων ἡ αὐτοῦ ὁμευνέτις ἤδη γεγονυῖα, καὶ ἀποδιδράσκοντα τοῦτον ὁρῶσα δηλοῖ τῷ τηνικαῦτα τὴν οἰκονομίαν τῶν Μανιχαίων ἐμπεπιστευμένῳ. Οὐ διέλαθε τοῦτο τὸν τραυλὸν καὶ τηνικαῦτα ὁπόσοις φθάσαι τὸ ἀπόῤῥητον ἀνεκάλυψε, πρὸς αὐτὸν ἑσπέρας μεταπέμπεται. Καὶ C ὁπόσοι δὲ ἐκ συγγενείας ἦσαν αὐτῷ προσήκοντες ἐς αὐτὸν συνεληλυθότες καταλαμβάνουσι τὴν Βελιάτοβαν· πολίχνιον δὲ τοῦτο διακείμενον κατὰ τὴν ἀκρολοφίαν τοῦ κατὰ ταυτηνὶ τὴν Βελιάτοβαν τέμπους. Ἄοικον δὲ τοῦτο ἐφευρηκότες, ὥσπερ ἴδιόν τι λάχος λογισάμενοι, ἐν αὐτῷ τὰς οἰκήσεις ἐποιοῦντο. Εἶτα τὰς καθ' ἑκάστην ἐκεῖθεν ἐκδρομὰς ποιούμενοι, καὶ μέχρι τῆς σφετέρας φθάνοντες πόλεως Φιλίππου (81), λείαν πολλὴν ἀναλαμβανόμενοι[1] ἐπανέστρεφον. Ὁ δὲ τραυλὸς τούτοις μὴ ἀρκούμενος σπονδὰς μετὰ τῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] ἀνεφάνη. [98] τῶν. [99] αὖθις ὅθεν. [1] ἀναλαβόμενοι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(79) *Βουλὴ ἀνεφάνει*. Confer Zonaram in Alexio.

(80) *Δομεστικάτου*. Dignitas domestici, quæ vox occurrit rursum apud Annam pag. 168 et 301. In Novella Theodos. de scholaribus apud Balsamon. ad Can. apost. et Gregor. Turon. lib. II *Hist.*, cap. 8.

308 (81) *Φιλίππου*. Πόλις Φιλίππου, non est Philipporum urbs, sed Philippopolis, cujus confinia incolebant eo ævo Pauliciani.

παρίστριον νεμομένων Σκυθῶν (82) ἐποιεῖτο, τοὺς A τήν Γλαβινίτζαν καὶ Δρίστραν ἡγεμόνας, καὶ τὰ ταύταις παρακείμενα ὑποποιούμενος, μνηστευσάμενος ἅμα ἑαυτῷ καὶ τῶν λογάδων Σκυθῶν ἑνὸς θυγατέρα, σπεύδων ὅλῃ χειρὶ λυπῆσαι τὸν αὐτοκράτορα διὰ τῆς τῶν Σκυθῶν ἐπελεύσεως. Ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς καθ' ἑκάστην μανθάνων, τὸ μέλλον προμηθευσάμενος, ἔσπευδεν ὑποποιεῖσθαι τοῦτον διὰ γραμμάτων καὶ ὑποσχέσεων, ὑφορώμενος τὸ ἐξ αὐτοῦ τεχθησόμενον κακόν. Ἀλλὰ καὶ χρυσόβουλλον λόγον ἀπαθείας (83), καὶ πάσης ἐλευθερίας ἐκθέμενος, ἐκπέπομφε πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ὁ καρκῖνος (84) ὀρθὰ βαδίζειν οὐκ ἐμάνθανεν· ὁ αὐτὸς δὲ ἦν ὁ χθὲς καὶ πρότριτα τούς τε Σκύθας ὑποποιούμενος, καὶ πλείονας αὐτῶν σφετέρων μεταπεμπόμενος χωρῶν, καὶ ληϊζόμενος τὰ παρακείμενα ἅπαντα. B

tima vastantes, interdum usque ad suam ipsorum urbem Philippos latrocinando provecti, multa onusti præda revertebantur. Nec his contentus Balbus fœdus init cum Scythis Istri vicina colentibus. Duces enim illius gentis qui Glabinitzam et Drestram adjacentesque iis regiones obtinent adeo sibi conciliavit, ut etiam filiam illustris inter Scythas viri magna ipsorum voluntate acceperit conjugem. Hæc magna ira machinabatur fugitivus, tota, quod aiunt, manu ingens imperatori malum cudens, irruptionem videlicet Scytharum. Cujus periculi momentum solita sua sapientia providens et reputans Augustus crebras benevolentissime scriptas et promissis plenas ad Balbum revocando litteras misit; auream etiam bullam qua impunitas ipsi plenissimaque libertas sanciebatur reddendam ei curavit; verum cancer recta ingredi non didicit. Idem erat homo postea qui heri et nudiustertius, Scythas in Romanos concitans, armata emissariorum manu late infestans viciniam circum omnem.

Εἶτα ὁ μὲν αὐτοκράτωρ, ὁδοῦ πάρεργον καὶ τὰ κατὰ τοὺς Μανιχαίους ποιησάμενος, ὑποσπόνδους αὖθις εἶχεν. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος κατὰ τὸν Αὐλῶνα χρονοτριβῶν ἦν (ἐπαναγέσθω γὰρ πρὸς αὐτὸν αὖθις ὁ λόγος), καὶ τὰ κατὰ τὸν Βρυένιον μεμαθηκώς, καὶ τοὺς ἄλλους κόμητας, ὧν οἱ μὲν θητεῦσαι τῷ αὐτοκράτορι προείλοντο, ἄλλοι δὲ ἄλλοσε διεσπάρησαν, τὴν ἐνεγκαμένην ἀναζητήσας, διαπερᾷ εἰς Λογγιβαρδίαν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἴδιον πατέρα[2] εἰς τὸ Σαλερηνόν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, καὶ πολλὰ κατὰ τοῦ βασιλέως εἰπών, ἠρέθιζε κατ' αὐτοῦ. Ὃν θεασάμενος ὁ Ῥομπέρτος τὴν δεινὴν ἐκείνην ἀγγελίαν ἐπὶ τοῦ προσώπου φέροντα, καὶ τὰς C πολλὰς ἐκείνας ἃς ἐπ' αὐτῷ εἶχεν ἐλπίδας ὀστράκου δίκην εἰς τοὐναντίον μεταπεσούσας, αὖος ἐφ' ἱκανὸν εἱστήκει ὥσπερ ὑπὸ κεραυνοῦ βληθείς. Περὶ πάντων δὲ πυθόμενος, καὶ μαθὼν τὰ παρ' ἐλπίδας αὐτῷ συμπεσόντα ἀθυμίᾳ κατεσχέθη. Ἀγενὲς μὲν οὖν οὐδ' οὕτω τι ἐλογίσατο, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἀνδρείας καὶ τόλμης ἀνάξιον. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς μάχας πλέον[3] ἠρέθιστο, καὶ φροντίδες τοῦτον καὶ μέριμναι αὖθις τῶν προτέρων μείζους συνεῖχον. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἰσχυρὸς προστάτης τῶν οἰκείων βουλευμάτων τε καὶ προλήψεων καὶ μηδαμῶς ἐθέλων ἀνεῖ-

In cæteris tamen ejus popularibus Manichæis imperator operam non perdidit, sed eos obiter ad frugem revocatos fidei rursus atque obedientiæ imperii adjunxit. Interim Baimundus (ejus enim jam tempus revisendi est) Aulone moras trahebat; cum ecce ad ipsum perferuntur quæ Bryenio contigerant; audivit et de aliis comitibus, partim in partes ipsos imperatoris transisse, partim alium alio dispersum. His ita compertis æger animi in patriam transfretat, patremque Salerni convenit, ut jam superius indicatum est, multa congressu primo adversus imperatorem expostulans, quæ instigare Robertum in eum possent. Robertus vultu jam ex ipso mœstitiaque filii augurio infortunii præcepto, ubi ejus oratione distinctius cognovit in quid recidissent ingentes illæ spes quas in Baimundo ejusque exercitu rediens ab Illyrico collocasset, quam omnia tegulæ instar momento in contrarium versa essent, ut aspectu primo aliquandiu pallidus hæserat, velut fulmine afflatus, ita post auditum tragœdiæ totius ingenti mœstitia oppressus est. Ignavum tamen nihil aut generositate **159** indignum conscivit sua. Martios potius concepit spiritus, et in heroicas assurrexit

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

ἀναλαβόμενοι. [2] πατέρα Ῥομπέρτον. [3] ἐπιπλέον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Παρίστριον νεμομένων Σκυθῶν*. Scythæ D Istri fluvii accolæ Παρίστριοι Σκύθαι dicuntur Scylitzæ in Monomacho. Constantinus Manasses: Ἔβλεψε τοῦτον Δάνουβις, καὶ Σκύθης Ἰστρογείτων. Παρίστριος πεδιάς, apud Nicetam, in Man. lib. VI, n. 1; παρίστρια, eidem lib. IV, n. 1; τὰ κατὰ Βρανιζόβαν καὶ Βελεγράδα. V. Annam, p. 190, 271, et notata ad pag. 242.

(83) *Λόγον ἀπαθείας*. Anna rursum, pag. 249, 293. *Verbum securitatis* dixit. Paulus diac. lib. XXIII *Hist. Misc. Vellem effugere et venire ad te, transmitte ergo mihi verbum securitatis, et quos hic habeas amicos, ut hoc eis credam, et mecum occurrant.* Alibi *verbum* nude, lib. XVIII et XIX. etc. Ita *Sermo tuitionis* apud Marculfum, lib. I, cap. 24. *In verbo ponere*, in leg. Salica, tit. 14 et 59, et apud Gregor. Turon. lib. IX *Hist.* cap. 19 et 27, hoc est, in suam tutelam recipere. Hinc nostris loquendi usus familiaris, *donner sa parole, en parole de roi.* Quo spectant quæ de verbis episcoporum habet Petrus Blesensis, epist. 51: *Verba episcoporum, qui apostolorum sunt filii et hæredes, vim juratoriam in se habent, ut in eis jusjurandum sit, quod est verbum simplex in aliis, et quod in aliis est simplex perjurium, sacrilegium sit in illis.* Id etiam convenit regum et principum promissis, quibus solemne est fidem suam nude interponere, præsertim quando cum subditis quidpiam agunt, aut iis aliquid pollicentur.

(84) *Ὁ καρκῖνος*. Vide Michaelem apostolium Proverb. cent. II, § 11, et infra pag. 247.

minas cladis hosti reponendæ. Novam igitur versare ac parare animo expeditionem cœpit, et in curas ac sollicitudines reparandi exercitus prioribus acriores mentem dividere. Erat is natura vehemens promotor semel cœptorum : quæ cogitasset, quæ decresset, ab iis absistere nunquam inducturus in animum, quantævis contra occursarent malorum et periculorum moles : imperterriti plane vir pectoris, fiduciæque sui tantæ, ut nihil non expugnabile vel ad primum suum impetum duceret. Cito igitur excusso torpore quem illi mœror improsperi successus induxerat, dimissis in omnes partes strenue nuntiis secundam in Illyricum trajectionem expeditionemque pronuntiat, fortes ad se ac militares viros juvenesque gloriæ cupidos convocans. Nec longum in medio tempus, et confluebat undique numerus militum ingens equitum peditumque; armati omnes erant splendide et oculo ac vultu Martium spirabant. Multitudinem sic Homerus exprimeret :

Crebra ut apum glomerata minuto examina vulgo,

confluebant autem non ex vicinis magis quam ex longinquis et alio sub cœlo sitis regionibus et urbibus. Et Robertus ad magnitudinem propositi apparatus modum exæquans, tam valide sese armabat, quam putabat necessarium ad ulciscendam filii cladem. Collectis exercitibus filios convocat, Rogerium, et qui dicebatur Gidas, quem imperator Alexius occulta legatione tentaverat offerendis nuptiis e consanguinitate sua : quam affinitatem delatione honorum insignium et liberalissima largitione pecuniæ immensæ se cumulaturum promittebat : audiente libenter ea juvene, fidemque jam tum ac consensum dante, quanquam cogitatæ defectionis indicia cautissima dissimulatione oppressit ne in notitiam patris aut fratrum emanarent. Hos ergo Robertus tum ad se vocatos filios equitatui præfecit universo : præseque ambos misit cum mandatis, ut Aulonem mature occuparent; quod illi mari trajecto, primo statim incursu fecerunt; idoneoque illic præsidio relicto Buthrotum cum suis copiis profecti urbem quoque illam facile ceperunt. Interim Robertus cum classe uni-

A ναι ἐφ' οἷς καθάπαξ διεβουλεύσατο, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν ἀκατάπληκτος, καὶ πάντα αὐτῷ ἁλώσιμα ἐκ μόνης προσβολῆς οἰόμενος γίνεσθαι. Εὐθὺς οὖν τὸ φρονοῦν αὐτῷ τῆς ψυχῆς συναγαγὼν καὶ τῆς πολλῆς ἀθυμίας ἑαυτὸν ἀνακτησάμενος, ἀποστείλας πανταχόθεν διεκηρύκευε τὴν εἰς τὸ Ἰλλυρικὸν αὖθις κατὰ τοῦ βασιλέως διαπεραίωσιν, μετακαλούμενος ἅπαντας. Καὶ αὐτίκα πανταχόθεν πλῆθος συνείλεκτο στρατιωτῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν πάντων ἐξωπλισμένων λαμπρῶς, καὶ πρὸς μάχην ἀποβλεπόντων. Τὸ πλῆθος εἶπεν ἂν Ὅμηρος·

B *Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,*

καὶ συνέῤῥεον ἔκ τε τῶν παρακειμένων πόλεων, καὶ ἐξ ἀλλοδαπῶν δὲ οὐχ ἧττον. Κἀντεῦθεν ὡπλίζετο καρτερῶς ἐφ' ᾧ τὴν τοῦ υἱοῦ ἀνακαλέσασθαι ἧτταν. Ἱκανὰ δὲ συλλεξάμενος στρατεύματα, εἶτα τοὺς αὐτοῦ μετακαλεσάμενος υἱεῖς, τόν τε Ῥογέρην καὶ τὸν Γίδαν (85) καλούμενον, ὃν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος, θέλων τοῦ πατρὸς ἀποστῆσαι, ἀποστείλας λάθρα περὶ κήδους αὐτῷ ἐδήλωσεν ὑποσχόμενος καὶ τιμὴν διαφέρουσαν, καὶ χρημάτων δόσιν δαψιλῆ· ὁ δὲ τούτων ἀκούσας συνέθετο, τὸν δὲ λόγον τέως εἶχεν ἀπόῤῥητον. Τούτοις οὖν τὸ ἱππικὸν ἅπαν παραδοὺς, ἀπέστειλε παραγγείλας σπουδάσαι κατασχεῖν τὸν Αὐλῶνα. Οἱ καὶ [b] διαπεράσαντες ἐξ ἐπιδρομῆς, τοῦ-
C τον εἷλον. Καὶ μετρητούς τινας εἰς φυλακὴν αὐτοῦ καταλιπόντες μετὰ τῶν λοιπῶν καταλαβόντες τὸν Βοθρεντὸν (86) ἐξ ἐφόδου καὶ τοῦτον κατέσχον. Ὁ δέ γε Ῥομπέρτος, τὸ ναυτικὸν αὐτοῦ ἅπαν ἀναλαβόμενος, καὶ τὴν ἐς [b] τὸ Βοθρεντὸν παραλίαν παραπλέων κατέλαβε τὸ Βροντήσιον, ἐφ' ᾧ πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπεράσαι. Τὸν δ' ἀπὸ τῆς Ὑδροῦντος [c] πορθμὸν ἧττον διάστημα ἔχειν μεμαθηκὼς, ἐκεῖθεν διεπέρασεν (87) εἰς τὸν Αὐλῶνα, καὶ οὕτω

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] δέ. [b] ὡς πρός. [c] Ἰδροῦντος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) *Γίδαν*. Tres exsistere Wiscardo ex Sigelgaita conjuge filii masculi ; Rogerius, dux Apuliæ; alter Robertus qui subscribit Diploma Rogerii fratris ducis Calabriæ pro Ecclesia Consentina, an. 1093, apud Ughellum, tomo IX *Ital. sacr.* pag. 257, nec multo post obiit ; tertius Guido. Is navali prælio cum Venetis inito interfuit, D uti Anna commemorat. Fratrem deinde Boemundum in expeditionem sacram proficiscentem comitatus, fortiter iis in bellis se gessit, eoque nomine celebratur a Tudebodo, lib. IV ; Roberto Mon. lib. VI ; Baldrico, lib. III ; Guiberto, lib. V, cap. 26 et 27 ; et Willelmo Tyrio, lib. VI, cap. 11. Periit tandem ille ex febri, Boemundo Dyrrachium obsidente anno Christi 1107, ut docemur ex scriptore *Historiæ Hierosol.*, pag. 608, apud Bongarsium, tametsi probabilius soluta jam obsidione et pace Alexium inter et Boemundum firmata obiisse, ex iis quæ ab Anna narrantur, lib. XIII, pag. 388 et seqq.; Orderico Vit. lib. XI, pag. 824, et vet. scriptore qui exstat tom. IV *Hist. Franc.* pag. 95.

(86) *Βόθρεντον*. Rogerus Hovedenus : *Ad exitum insulæ de Cuuerfu in Romania est castellum desertum, quod dicitur Butentrost, super littus maris, in quo Judas proditor natus erat.* Buthrotum, geographis, uti supra monuimus. Servius ad illud Virgilii lib. III *Æneid.*:

Et celsam Buthroti ascendimus urbem ;

hæc civitas est in Epiro, cujus pars est Chaonia, quæ ante Molossia dicta est.

(87) *Διεπέρασεν*. Trajecit iterum Robertus in Illyricum mense Septembri, anno scilicet Christi 1081, ut auctor est Malaterra, lib. III, cap. 40. Gesta in hac ultima Roberti expeditione multis refert Guillelmus Apul. lib. V, quæ ad illustrandam Annam integra, etsi prolixiora, hoc loco damus, cum hic egregius scriptor, licet semel editus, haud omnibus obvius sit.

διὰ τῆς ἀναμεταξὺ τοῦ Αὐλῶνος καὶ τοῦ Βοθρεντοῦ A παραλίας μετὰ τοῦ στόλου αὐτοῦ παντὸς διελθὼν ἡνώθη μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἡ Κορυφὼ προσκατασχεθεῖσα παρ' αὐτοῦ αὖθις ἀπεστάτησε, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν Βοθρεντὸν καταλιπὼν αὐτὸς μετὰ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἀπέπλευσε πρὸς τὴν Κορυφώ. Ἀλλ' ὁ μὲν Ῥομπέρτος τοιαῦτα.

Ἅπερ μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, οὐδαμῶς ἀνεπεπτώκει, ἀλλὰ τοὺς Βενετίκους διὰ γραμμάτων ἐξώτρυνε, παρασκευάσας αὖθις τὸν μετὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἀναδήσασθαι πόλεμον, στόλον ἱκανὸν ἐξωπλίσαντας [7] καὶ τὰς δαπάνας πολλαπλασίους λή- B ψεσθαι ὑποσχόμενος, αὐτὸς δὲ διήρεις, καὶ τριήρεις, καὶ παντοῖον εἶδος ληστρικῶν κατασκευάσας κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἐξέπεμψεν, ὁπλίτας εἰσαγαγὼν, τῆς διὰ θαλάττης μάχης εἰδήμονας. Τὴν δὲ κατ' αὐτοῦ τῶν στόλων ἔφοδον μεμαθηκὼς ὁ Ῥομπέρτος τὴν μάχην προαρπάζων ὁποῖος ἐκεῖνος λύσας τὰ πρυμνήσια μετὰ τοῦ ναυτικοῦ αὐτοῦ παντὸς τὸν λιμένα Κασσόπης (88) κατέλαβεν. Οἱ δέ γε Βενέτικοι κα-

A versa ad littus Buthroto oppositum provectus, indeque coram legens Brundusium tenuit, inde trajicere in Illyricum cogitans : sed cum didicisset breviorem esse trajectum Hydrunte, in eam reversus urbem Aulonem versus solvit cum exercitu. Mox Aulone tota classe comitante rursus oram legens filiis se Buthroti junxit. Quoniam vero Corypho prius occupata defecerat, filiis Buthroti relictis ipse cum classe Robertus 160 Corcyram petiit, arcem amissam recuperaturus.

Hæc agente Roberto nequaquam cessabat imperator, aut ad tantas apparatuum minas despondebat animum. Scripsit primum omnium ad Venetos, omni ratione suadens ut rursus in Robertum B classem armarent : pecunias in sumptum navium, in stipendia militum, largissimas liberalissime pollicens. Ipse biremes, triremesque, formæque omnis ac modi piraticas naves, magno iis numero imposito exercitatorum maritimis pugnis militum, in hostem immisit. Nec recusavit, qua erat audacia, certamen Robertus, sed potius ultro occurrere accersereque periculum generositate dignum sua credidit. Adventu ergo audito ambarum in se clas-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[7] ἐξοπλίσαντας.

Car. Dufresnii Du Congii notæ.

His ita completis animos intendit ad illud
Propositum, quod mente diu tractarat agendum.
Electos igitur nautas, et quos magis aptos
Militiæ novit, secum facit ire Tarentum.
Huc cum gente sua navis convenerat omnis.
309 *Classis magnificos ibi militiæque paratus*
Instruit, expensis naves implentur et armis.
Portum Brundusii, qui tutior esse videtur,
His comitatus adit. Transire veretur Hydrunti,
Quo brevior transcursus erat, quia tempus adesse
Cœperat autumni, tranquilla recesserat æstas.
Unde timens ratibus, mora ne qua noceret Hydrunti
Ex tempestatis subitis incursibus ortæ,
In portu tuto fit tutus classe recepta,
Exspectat flatus prudenti mente secundos.
Inde valefaciens uxori littore stanti,
Restantique simul populo cum conjuge, cœpit
Finibus Ausoniis jam non rediturus abire.
Armatis centum viginti navibus æquor
Transfretat Adriacum, genito comitante Rogero,
Qui patris esse sequax armorum strenuitate,
Et placida cunctis affabilitate studebat.
Duxit præterea naves, oneraria quarum
Lex erat, has et equis sumptuque replevit et armis,
Et variis rebus, quas æquoris exigit usus.
Æquore transvectos exercitus ille coegit
Quem ducis egregii servabat filius alter.
Exegere fere menses in littore binos,
Tempestate gravi bellum differre coacti.
Temperie placida portum redeunte relinquunt.
Et contra Venetum naves, Danaumque chelindros
Certamen navale parant. Dux quinque triremes
Ducit, ducendos commisit quinque Rogero :
Roberto totidem fratri, totidem Boemundo.
His aderant ratium suffragia juncta minorum.
Innumeris bello Danai duxere chelindros :
Altera turba novem confisa triremibus altis,
Quas habiles bello magis esse Venetia novit.
Roberti naves dum conspicit inferiores
Esse suis, audacter eis congressa recessit,
Atque interpositis Danaum præfulta chelindris,
Jactibus innumeris telorum desuper hostes
Sauciat, et ferri se pondera magna minatur
Jacturum, ne classis eis inimica propinquet.
Vix in ea navi, quæ fert ad bella Rogerum,
Quilibet illæsus reperitur, et ipse lacerto
Saucius, obstanti stat cedere nescius hosti,
Immemor illati sibi vulneris : ardor honoris,
C *Quantus adesse solet victoribus, incitat illum.*
Hunc pater insigni decoratus sæpe triumpho
Accit, et accitum majori classe chelindros
Dissociare jubet. Patris impiger ille jubentis
Jussa sequi properans, cum quinque triremibus illis
Quæ sibi commissæ fuerant, inferre chelindris
Bella parat, Danai nihil hoc pugnante repugnant,
Sed passim fugiunt, ut aves obstare volanti
310 *Non audent aquilæ, cursuque latere fugaces*
Coguntur lepores, dum ne rapiantur aduncis
Unguibus, et rostro metuunt cibus esse voraci.
His ita dimotis stat sola Venetica classis.
Robertus, genitique sui, dum stare fugatis
Græcorum ratibus, solas videre triremes,
Invasere suis cum ratibus acriter illas,
Tamque fuit vehementi impulsus impetus horum,
Ut septem mersis non posse Venetica classis
Elabi speret, solis sed stare duabus
Navibus ad bellum nil profuit : hostibus omnes
D *Cedere coguntur, solito dux more triumphat*
Classe triumphata secum duo millia victor
Ad portum ducit de pugnatoribus istis,
Qui magis obstiterant, et quorum audacia major
Præter eos, alios quingentos adnumeravit,
Qui capti fuerant. septem, fugientibus Argis,
Argolicæ naves sunt hoc certamine captæ.
Qui castrum Coryphi servare fideliter illi
Solliciti fuerant, solvuntur ab obsidione
Quam passi fuerant, dux dum metuendus abesset,
Exin victrices, et victas ducere naves
Procurat tutis stationibus, ut locet illas
Temporis hiberni dux incumbente pruina,
Naves et nautas ibi collocat, et remorari
Dum placidæ redeant æstatis tempora jussit.

(88) *Κασσόπης*. Urbs portu insignis, a qua Brundusium navigabatur. Ulpian. Leg. 1, § 12 D, de exercit. act.: *Ut ecce naves quæ Brundusium a Cassiope, vel a Dyrrachio vectores trajiciunt.* Quo

sium ipse suam instructam ad pugnam solvens portum Cassopes insedit. Venetorum prima statio in Passarorum portu fuit: ubi comperto Roberti occursu recta in portum Cassopes infesta classe inveluntur. Vehemens pugna fuit, nec missilibus procul gesta sed manu conserta cominus; ad extremum victus Robertus est. Sed indomitus animus victum se haud fatebatur; reliquias colligit, majore vi et ope ad alterum prælium priore atrocius se parat. Non fefellit utriusque classis duces, qui recenti victoria subnixi ultro ad tertium diem occurrunt, vehementique prælio commisso Robertum iterum splendide superant. Sicque in portum Passarorum revertuntur. Hic sive, ut fit, ex præteritis successibus nimia sui fiducia, sive contemptu hostium, quasi jam debellatum cum illis esset, solutius jam et securius se gerere cœperunt quam in veterani et generosissimi ducis Roberti adhuc armati vicinia par esset; ac præter cæteram negligentiam naves celeres haud exiguam navalis exercitus partem Venetias dimittunt, quasi tot opus esset nuntiis ad præconium relatæ de Roberto nobilissimæ victoriæ illic faciendum. Didicit ista Robertus a quodam Veneto Petro Contarino recenti ad ipsum transfuga; itaque quanquam ex sensu ac dolore iteratæ cladis, incredibili ægritudine ac mœrore oppressus, excitavit tamen ad occasionem novæ spei fortem animum, et redintegrato impetu decrevit Venetos rursus aggredi. Eum contra venientem inopinato audientes non sine admiratione et perturbatione Veneti majora sua navigia funibus inter se alligant e regione portus urbis Corypho, et facto, quem vocant, pelagolimene sive maris portu, parvas scaphas in medium coegerunt, sicque armati omnes operiebantur hostem. Neque is moram fecit. Conseritur atrocius longe quam unquam antea prælium, summis viribus animisque;
161 stant utrimque obnixi seque ubique adversos ferunt: nemine initium præbendi tergi faciente. Quoniam vero Veneti longa militia commeatus absumpserant quibus fetas et gravatas habuerant naves, eæ jam nihil præter milites et arma conti-

A ταλαβόντες τὸν λιμένα Πασάρων (89) καὶ μικρὸν κἀκεῖθι τὴν τοῦ Ῥομπέρτου ἔφοδον μεμαθηκότες, θᾶττον καὶ αὐτοὶ καταλαμβάνουσι τὸν λιμένα Κασσόπης. Καὶ συμβολῆς καρτερᾶς γενομένης, καὶ τῆς μάχης ἀγχεμάχου, ἡττᾶται ὁ Ῥομπέρτος. Ὁποῖος δ' ἐκεῖνος φιλοπόλεμος, καὶ ἐκθύμως ἔχων πρὸς μάχας, οὐδὲ μετὰ τὴν ἧτταν ἐκείνην τὸ παράπαν ἐνεδίδου, ἀλλ' αὖθις ἡτοιμάζετο πρὸς ἑτέραν μάχην καὶ συμβολὴν πολέμου μείζονος. Ὅπερ οἱ ἡγεμόνες ἀμφοτέρων τῶν στόλων μεμαθηκότες, κἀκ τῆς προηγησαμένης νίκης θαῤῥήσαντες μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν προσβαλόντες αὐτῷ οἱ Βενέτικοι [9], λαμπρὰν τὴν κατ' αὐτοῦ νίκην ἤραντο. Εἶθ' οὕτως ἐπανέρχονται πάλιν εἰς τὸν λιμένα Πασάρων. Εἴτε ὁποῖα ἐν τοῖς τοιούτοις ὡς τὰ πολλὰ φιλεῖ γενέσθαι
B ἐπαρθέντες ἐπὶ ταῖς προγεγενημέναις νίκαις, εἴτε τοὺς ἡττηθέντας ἀπελπίσαντες ἀναπεπτώκασιν ὡς ἤδη τὸ πᾶν ἠνυκότες, καὶ καταφρονητικῶς πρὸς τὸν Ῥομπέρτον διετίθεντο. Εἶτα διελόντες τὰ ταχύδρομα τῶν πλοίων ἀπέστειλαν εἰς Βενετίαν διηγησομένους τὰ ξυμπεσόντα, καὶ ὅπως κατὰ κράτος τὸν Ῥομπέρτον ἥττησαν. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος ταῦτα μεμαθηκὼς ἀπό τινος Βενετίκου Κονταρίνου (90) Πέτρου καλουμένου ἄρτι προσπεφευγότος αὐτῷ, ἐπὶ πλέον ἠθύμει, καὶ οὐκ ἔτι ἀνεκτῶς εἶχεν· λογισμοῖς δὲ κρείττοσιν ἀναῤῥώσας ἑαυτὸν αὖθις κατὰ τῶν Βενετίκων ἵεται. Οἱ δὲ Βενέτικοι τῷ ἀπροόπτῳ καταπλαγέντες τῆς αὐτοῦ ἐλεύσεως, εὐθὺς δεσμήσαντες τὰ μείζω τούτων πλοῖα καλωδίοις παρὰ τὸν λιμένα τῆς Κορυφὼ καὶ συναπαρτίσαντες τὸν λεγόμενον πελαγολιμένα, τὰ
C σμικρὰ τούτων σκάφη [10] εἰς μέσον ἤλασαν· σιδηροφορήσαντες δὲ ἅπαντες ἐκαραδόκουν τὴν τούτων ἔλευσιν. Ὁ δὲ καταλαβὼν συμμίγνυται τούτοις πρὸς πόλεμον. Ὁ δὲ πόλεμος δεινὸς ἦν καὶ τῶν πρώην ἰσχυρότερος, ἐκθύμως μαχομένων ἢ πρότερον. Καρτερᾶς οὖν μάχης ἀναμεταξὺ γεγονυίας, καὶ μηδενὸς τῶν μερῶν νῶτα διδόντος, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ πρόσωπον ἐρχομένων, ἐπεὶ οἱ Βενέτικοι τὰ προσόντα τούτοις φθάσαντες προκατηναλώκεσαν, καὶ οὐδὲν ἄλλο πλὴν τῶν ὁπλιτῶν ταῖς ναυσὶν παρῆν, αὗται δὲ τῇ κουφότητι ἐπεπόλαζον οἷον τοῖς ὕδασιν ἀνεχόμεναι, ὡς μηδ' ἄχρι δευτέρου ζωστῆρος (91) τοῦ ὕδατος

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[8] ληστρικῶν νηῶν. [9] Desunt voces οἱ Βενέτικοι. [10] Deest vox σκάφη.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

loco Laz. Baysius, lib. *De re navali*, Cassopa legendum censet, ut et apud Ciceronem, lib. XVI, *Epist. fam.* epist. 9, aitque oppidum esse Corcyræ insulæ ex Plinio, lib. IV, cap. 12, ubi etiam ab Anna videtur statui. *Cutzope* dicitur Hovedeno et Bromptono, an. 1191; *Cassiopi Castrum*, D. Gregorio M. lib. XII, epist. 2, 3 et 8. hodie *Cassopo*. Vide Thomam Porchaccum, *De insul.* Est præterea ejusdem appellationis Thesprotiorum urbs in Epiro, de qua geographi.

(89) *Λιμένα Πασσάρων.* Πάσσαρον Molossiæ in Epiro locus apud Plut. in Pyrrho, et Livium, lib. XLV.

(90) *Κονταρίνου.* Ex illustri Contarenorum Veneta gente, ex qua prodiere Duces aliquot reip. Venetæ

D (91) *Ἄχρι δευτέρου ζωστῆρος.* Theodorus Prodrom., lib. V. τῶν κατὰ Ῥοδάνθην pag. 225.

Ἐκ δευτέρου ζωστῆρος ἄχρι καὶ τρίτου
Πίλοις κατεσκέπαστο ναστοῖς παχέσιν.

Τρίτος ζωστὴρ apud Constant. Manassem in Theophilo, et Nicetam in Man. lib. II. N. 1, qui ἔσχατος ζωστὴρ dicitur Zonaræ in Theophilo. Dicuntur autem ζωστῆρες Athenæo lib. V. ὑποζώματα, ubi describit navem a Philopatore exstructam: ὑποζώματα ἐλάμβανε δώδεκα, quæ quidem ὑποζώματα appellantur ὑποζεύματα a Scholiaste Aristoph. in Equitibus: ζωμεύματα, τὰ λεγόμενα ὑποζώματα· εἰσὶ δὲ ξύλα τῶν νεῶν. Lignorum enim seu asserum latiorum, quibus navis latera constant, unaquæque series ζωστὴρ dicitur, ita ut tot

A φθάνοντος, πανσυδὶ ἐπὶ τὴν ἑτέραν πλευρὰν τὴν ὡς πρὸς τοὺς πολεμίους συῤῥεύσαντες, τηνικαῦτα ἐβυθίσθησαν· ἦσαν δὲ ὡσεὶ χιλιάδες τρισκαίδεκα. Αἱ δὲ ἄλλαι τῶν νηῶν σὺν αὐτοῖς πλωτῆρσι κατεσχέθησαν. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος μετὰ τὴν λαμπρὰν ἐκείνην νίκην (92) ἀπηνῶς διατεθεὶς, πολλοῖς τῶν κατασχεθέντων ὠμοτάτως ἐχρήσατο, τῶν μὲν τὰς ὄψεις πηρώσας, τοὺς δὲ ῥινοτομήσας, τινῶν δὲ καὶ χεῖρας ἢ πόδας ἢ καὶ ἀμφότερα ἀφελόμενος. Περὶ δέ γε τῶν λοιπῶν, ἀποστείλας πρὸς τοὺς ὁμοχώρους αὐτῶν διευφήμισεν [11], ἵν' ὁ βουλόμενος πρίασθαι τὸν ἴδιον τιμῆς, ἀφόβως παραγίνοιτο. Ἅμα δὲ καὶ τὰ περὶ εἰρήνης αὐτοὺς ἠρώτα. Οἱ δὲ μηνύουσι πρὸς αὐτόν· *Ἴσθι, δοὺξ Ῥομπέρτε, ὡς εἰ καὶ τὰς σφῶν ἡμῶν γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀποσφαττόμενα θεασαίμεθα, οὐκ ἂν τὰς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Ἀλέξιον* B *συνθήκας ἀπαρνησόμεθα, οὔτε μὴν τοῦ ἐπαρήγειν αὐτῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκθύμως μάχεσθαι ὅλως ἐνδώσομεν* [12].

nentes leviores innatabant quam ut regi possent commode, aqua ne ad secundum quidem usque cingulum pertingente. Ergo cum eam partem quæ hostes spectabat urgerent corporibus suis milites, naves omnes in illud latus invertebantur sensim donec ad extremum demersæ sunt. Erant in iis ad tredecim hominum millia. Aliæ porro naves simul cum vectoribus captæ sunt. Robertus illustri ea victoria usus crudelissime præteritarum dolorem cladium studuit ulciscendo consolari. Multos eorum quos cepit inhumane cruciavit deformavitque. Quibusdam oculos eruit, aliis nares abscidit, nonnullis manus aut pedes. Fuere quibus utraque illa simul demeret. De reliquis, admonuit dimissis per vicina loca præconibus qui suos numerato pretio redimere vellent innoxie ad se ac secure venire posse; simul jussit tentari eorum animos de pace componenda secum. At illi sic responderunt: *Scito, dux Roberte, neque si uxores et filios nostros a te contrucidari cerneremus, inducere posse nos in animum ut fidem Alexio juratam fallamus, aut in ejus propugnanda causa conatibus periculisve parcamus ullis.*

Καιροῦ δ' ὀλίγου παρεῤῥυηκότος, δρόμωνάς τε καὶ τριήρεις εὐτρεπίσαντες οἱ Βενέτικοι (93), καὶ ἄλλ' ἄττα τῶν μικρῶν καὶ ταχυδρόμων νηῶν, μετὰ πλείονος δυνάμεως κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἔρχονται. Καὶ δὴ καταλαβόντες αὐτὸν περὶ Βοθρεντὸν [13] αὐλιζόμενον, τὸν μετ' αὐτοῦ συνάπτουσι πόλεμον, καὶ κατὰ κράτος νικῶσι, πολλοὺς μὲν ἀποκτείναντες, πλείονας δὲ καὶ βυθίσαντες· μικροῦ δὲ δεῖν καὶ αὐτὸν τὸν γνήσιον υἱὸν αὐτοῦ Γίδαν, καὶ τὴν ὁμευνέτιν κατέσχον Γαΐταν [14]. Καὶ νίκην κατ' αὐτοῦ λαμπρὰν C ἀράμενοι, δηλοῦσι πάντα τῷ βασιλεῖ. Ὃς διὰ πολλῶν τούτους ἀμειψάμενος δωρεῶν καὶ τιμῆς, καὶ αὐτὸν τὸν δοῦκαν Βενετίας (94) τῷ τῶν πρωτοσεβα-

Non longum inde tempus fluxerat cum dromonibus et trieribus Veneti paratis nonnullisque aliis parvis et velocibus navibus exercitu in majorem quam antea numerum reparato, in Robertum infesti movent stationem habentem circa Buthrotum, consertoque acri prælio illum plane vincunt multis ex ejus exercitu cæsis, pluribus demersis. Parumque abfuit quin filium ejus Gidam et uxorem Gaitam caperent. Cujus splendidæ victoriæ simul imperator, ipsorum nuntiis indicantibus, certior est factus, multis eos muneribus magnisque honoribus prosecutus est. Duci Venetiarum protosebasti dignitatem cum congruo censu annuo contulit:-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] διεφήμισεν. [12] ἐνδώσομεν. [13] παρὰ τὸ Βρεντισθόν. [14] Deest vox Γαΐταν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

habeat ζωστῆρας navis, quot ejusmodi asseres quorum primus est qui supremus et altior, qui πρῶτος ζωστὴρ vocitatur. Adde Heliodorum, lib. I.

(92) *Λαμπρὰν νίκην*. Hanc Roberti navalem victoriam in mensem Novembrem conjicit Romualdus archiepiscopus Salernitanus: *Dux Robertus collecto agmine iterum in ultramarinas partes statuit proficisci. Quod dum imperatori Alexio compertum esset, suum direxit exercitum cum multitudine navium simul cum exercitu Venetianorum, ut maris iter duci prohiberetur. Contra quos dux Robertus, una cum filio Rogerio, cum navibus suis non segniter progressus, cum iis acriter conflixit mense Novembri, et navali prælio commisso, dux Robertus una cum filio suo* **311** *Rogerio, victoriam capiens, maxima cæde prostravit eos, quorum quidem multi in mare demersi, plures autem capti, nonnulli vero per fugam vix elapsi sunt, sicque prostratis hostibus dux ipse simul cum Rogerio filio exsultans tripudio, adiit Boemundum filium suum, quem in terris, quas ibi conquisierat, dereliquit, cum suo exercitu imperium Constantinopolitanum invadere cupiens.* Anonymus vero Barensis initum Januario mense an. C. 1085, Robertum inter et Venetos navale prælium scribit: *An. 1085, indict. 8, transiit Robertus in Romania in mense Octobri. In mense Januarii* D *commisit bellum in mare cum ipsis Beneticis, et vicit.*

(93) *Βενέτικοι*. De tertio hoc prælio, vel saltem Venetorum ista victoria, silent prorsus scriptores. Sabellicus, dec. 1, lib. v, ter Venetos cum Roberto mari dimicasse tradit, ac primo quidem prælio Roberti classem debellasse, aliis cladem passos: *Nec ita multo post in Alexii gratiam Veneti in Normannos moverunt, eodem ferme loco ubi prius, sed longe alio eventu pugna commissa est. Victi quidem adeo insignem cladem Veneti accepere, ut ex numerosa classe, quam eo Silvius duxerat (quia alii mediis aquis cæsi, alii capti essent) paucissimi evasisse dicantur.* Et mox de tertio prælio: *Circa Dyrrachium per hæc quoque tempora a Græcis Venetisque Phalerii (ducis Venet.) ductu adversus Guiscardum, nec meliore eventu quam antea Silvio duce pugnatum reperio.*

(94) *Δοῦκαν Βενετίας*. Ob præstita sibi his in bellis a Venetis auxilia, Venetorum ducem, qua tum dignitate fungebatur Vitalis Phalerius, seu Falierus, qui illam inierat an. 1184, protosebastum dixit Alexius, cæterosque Venetos multis muneribus magnisque honoribus est prosecutus. Quo quidem titulo ornatum Vitalem prodit etiam Franc. Sansovinus in *Venetia*, lib. II, pag. 187, prior. edit. ubi aliquot alios Venetorum duces similibus titulis identidem ab imperatoribus Byzantinis co-

ecclesiis omnibus quæ Venetiis sunt, satis magnum auri numerum quotannis ex imperiali ærario pendendum constituit. Eximie vero ecclesiæ structæ in nomine evangelistæ apostoli Marci vectigales fecit Melphenses omnes qui officinas Constantinopoli haberent. Omnesque præterea officinas ac tabernas alias quæ a veteri Hebraica scala ad Biglam, sic dictam, pertinent; simul et eas scalas

A στῶν ἀξιώματι μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας ἐτίμησεν [18]. Ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς ἐν Βενετίᾳ ἐκκλησίαις χρυσίου ποσότητα ἱκανὴν ἐτησίως διανέμεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἐκέλευσε. Τῇ μέντοι ἐπ' ὀνόματι τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἀποστόλου Μάρκου ἐκκλησίᾳ ὑποφόρους ἅπαντας τοὺς ἐκ Μέλφης (95) ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐργαστήρια (96) ἔχοντας πεποίηκεν, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς Ἑβραϊκῆς σκάλας (97)

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[18] Deest vox ετιμησεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

honestatos testatur, quibus ii ad vitam uterentur. Hoc autem verborum initio Vitalis diplomata concepta leguntur: *Nos Vitalis Faletro dux ac imperialis protosevastus*. Additur in editione Hoescheliana, Ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην σῶν ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀλόγου (legendum ἀναλόγου) ῥόγας. Hypertimorum dignitas metropolitanorum erat, quorum alii ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι, alii tantum ὑπέρτιμοι dicebantur, ut est in Notitia Andronici. Erat porro ea tempestate Venetorum patriarcha Dominicus Contarenus, de quo Gregorius VII papa lib. I, epist. 18; lib. II, epist. 14.

(95) *Τοὺς ἐκ Μέλφης*. Melphitani, seu Amalphitani, navigationi et mercaturæ operam non modo impenderunt, sed eo potissimum nomine celebrantur a scriptoribus, quod primi peregrinas et quas Oriens non noverat, merces, in remotiores orbis plagas, lucri faciendi gratia, inferre tentaverint, et in plerisque maritimis oppidis domicilia et officinas, ubi moram facere possent, et commercia sua exercere, nutu quibus illa parebant principum, possiderent: quod præter Annam hoc loco, et pag. 125 et 163, testantur Willelmus Tyrius, lib. XVIII, cap. 4; Alexander abb. Celesin. lib. III, pag. 866; et Leander Albert. in *Descr. Ital.*; Guillelmus Apul. III:

Urbs hæc dives opum, populoque referta videtur:
Nulla magis locuples argento, vestibus, auro,
Partibus innumeris, hac pluribus urbe moratur
Nauta, maris cœlique vias aperire peritus.
Huc et Alexandri diversa feruntur ab urbe,
Regis et Antiochi: hæc freta et plurima transit,
His Arabes, Indi, Siculi noscuntur et Afri:
Hæc gens est totum pene nobilitata per orbem,
Et mercanda ferens, et amans mercata referre.

312 (96) *Ἐργαστήρια*. Amalphitanorum, qui Constantinopoli commercii exercendi causa commorabantur, aliasque in urbe tabernas, vel officinas, seu potius, quæ ex iis in imperatorium fiscum inferri solebant vectigalia, Ecclesiæ D. Marci ultro largitur Alexius; nam hac tempestate Amalphis, seu Amalphia, quæ a suis antea regebatur ducibus, Roberto parebat, proindeque Amalphitanis bellum erat cum Alexio. Exstincto enim Joanne duce Amalphitano, Joannis ducis filio, an. 1070, Sergioque Joannis filio exacto, Robertus Ducatum Amalphitanum nactus erat an. 1075, urbe occupata, cui postmodum successit Rogerius filius, uti narratur in *Chronico Amalphitano*. Ut ergo Amalphitanorum mercatorum animos sibi conciliarent Græci, varia iis in urbe privilegia indulserant, *embolumque*, (de qua infra) *ergasteria*, quæ *estacones* dicuntur in charta Boemundi II principis Antiocheni, et ecclesias concesserant. Amalphitanorum vero ecclesia Constantinopoli vocabatur *Ecclesia S. Mariæ Amalphitanorum de Latina*, ut ex Bulla Alexandri IV PP. apud Ughellum colligitur. Erant porro varia et complura in urbe Constantinopolitana *ἐργαστήρια ἐμπορίας καὶ πραγματείας διαφόρου*, *ut ait Justinianus Nov. 43*, quorum nomine imperatori pensitatio præstabatur, cujus reditus pro certa quantitate ad præbenda luminaria, et ædificia publica, ac tecta reparanda impendebatur, l. 19 Cod. de oper. publ. aut in sumptus funerum. d. Nov. XLIII et LIX, et Nov. Leonis XII, a qua pensitatione, aut intributione cæteræ officinæ, quæ ad ecclesias, vel alias domos pietati dedicatas, vel ad viros illustres, vel ad domum imperatoriam pertinebant, immunes non erant. Meminit lex 12, Cod. de episc. et cleric. ergasteriorum, vel tabernarum, ad ecclesias pertinentium, de quibus agit etiam Gyllius, in *Constantinopoli*, lib. II, cap. 4, sub finem; Benjaminus vero Tudelensis in *Itinerario*, vectigalis quod cogebatur ex tabernis Constantinopolitanis: *Ipsius civitatis tributum singulis diebus viginti aureorum millia conficere aiunt, cum ex locatione tabernarum, tum ex foris venalitiis et mercatorum vectigalibus*. Ἐργαστηριακὸν dictum illud tributum, quod pro officinis solvebant mercatores, in Diplomate Andronici imp. apud Phranzem, lib. III, cap. 24, quod nostris *Stallagium*. Charta Communiæ urbis S. Quintini in Veromanduis apud Hemereum: *Quisquis in forum venerit, stallum suum statuere possit, ubi terram vacuam repererit, suumque solvat stallagium*. Philippus *Mouskes* in Chilperico:

Si leur donna le rienage,
Des nés et tout le pontenage,
Et l'estalage, et les merciers.

(97) *Ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς Σκάλας*. Quemdam CPolitanæ urbis angiportum assignatum et concessum Venetis ab Alexio refert Cinnam. lib. VI, n. 10, quem Ἔμβολον a multis appellatum ait, forte quod esset ea urbis pars porticibus exornata, cujusmodi variæ erant CPoli sparsim in omnibus pene regionibus, quas ἐμβόλους vulgo appellabant. Nam et ἐμβόλους, seu Porticus, Troadenses, Domnini, Fanionis, Eubuli, Marciani, Arcadianas, Regias, Argyropratiorum, Novas, Fori, Palatii, etc. passim habent scriptores Byzant. Isidor. Gloss. *Imbulus, ab ambulando, Ambulatorium*. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus: sunt enim platearum porticus hinc inde*. Sic autem Cinnamus, eo loco, ubi immunitates et privilegia Venetis ab Alexio, propter præstitum bello contra Robertum auxilium, concessa commemorat: Οὗτοι Ἀλεξίῳ ποτὲ βασιλεῖ χεῖρα παρασχόμενοι σύμμαχον, ὁπηνίκα Ῥόμπερτος ἐκεῖνος ἐξ Ἰταλίας ἐπὶ Δυῤῥάχιον μεταβὰς ἐπολιόρκει τὴν χώραν, ἀμοιβῆς τυγχάνουσι τῆς ἄλλης, καὶ δὴ καὶ στενωπὸς αὐτοῖς ἐν Βυζαντίῳ ἀποτέτακτο, ὃν Ἔμβολον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοὶ, μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο κατ' ἐμπορίαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων παρέσχοντο. Quo ἐμβόλου 313 vocabulo non tam porticus quam urbis portio, seu regio (nos *quartier* dicimus) intelligitur. Ita etiam Pisanis fœderatis imperatores Constantinopolitani *embolum* et *scalas* concesserant, quod Calojoanni, seu Joanni Comneno ascribere videntur *Annales Pisanorum* editi ab Ughello, tom. III *Italiæ sacræ*. Hæc enim in veteri diplomate an

μέχρι τῆς καλουμένης Βίγλας (98) διήκοντα ἐργαστήρια, καὶ τὰς ἐντὸς τοῦ διαστήματος τούτου ἐμπε-

quæ intra istud totum spatium continentur, donavit. Præter magnas immobilium largitiones tum

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

1161, quod ab eodem Ughello in *Archiepiscopis Pisanis* pag. 466, refertur, legimus : *Tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Joannis operarii operis Pisanæ Ecclesiæ S. Mariæ pro loco ipsius operis damus et irrevocabiliter concedimus ecclesias, videlicet embolum, et scalas, et stateram quæ sunt in Constantinopoli, et sunt ab imperatore operi Sanctæ Mariæ concessa*, etc. Atque in eo Diplomate *embolani* dicuntur Pisani, qui embolum istum incolebant, aut certe quibus emboli præfectura demandata erat : *Ita ut neque archiepiscopus, neque consules Pisani, neque Missatici, neque vicecomes, neque embolani, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanæ civitatis potestatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi.* In alio instrumento, an. 1224, apud eumdem Ughellum dicto tomo, pag. 501 et 503, fit mentio *emboli pellipariorum* in urbe Pisana : nos diceremus, *le quartier des tanneurs*. Vide eumdem, tom. VII, pag. 278. Quod vero spectat ad ecclesias, quas Veneti Constantinopoli tenebant, una fuit Sancti Archidani, vel Akidani, cujus mentio fit in Bullis Cœlestini III et Honorii III PP. apud Ughell. in patriarch. Gradens. Porro scalarum vocabulo navalia intelligi pridem docuerunt viri docti. Alii scalas *trajectus maritimos* interpretantur, per quos videlicet navibus exscensus aditusve patebat in portum, vel in urbem. Sic auctor *Descript. CP.* in reg. 6, scalam Sycenam, *trajectum Sycenum*, dixit, quæ alias πέραμα Justinianarum nuncupatur in Nov. LIX, cap. 5; Sycæ enim Justinianæ dictæ, uti tradit Stephanus Byzantius. Sed et aliæ urbis scalæ περάματα in eadem Nov. appellantur : Ἔξω τῶν νέων τειχῶν, ἢ ἐν ἄλλοις περάμασιν, id est, *extra novos muros et alios trajectus*, quemadmodum hæc verba reddidit Cujacius. Atque inde περαμάτων nomenclaturam servant etiamnum scaphæ ipsæ quibus fretum Sycenum trajicitur, ut auctor est Petrus de Valle, epist. 2. Horum trajectuum sub scalarum nomine meminit Nov. CLIX, in princip. et l. 7 Cod. de aquæd. lib. XI. Quin et ipsæ in continenti *Clusuræ*, seu angustiæ, *scalæ* videntur etiam nuncupatæ. Certe Cinnamus, lib. I, meminit loci, *Mala Scala*, Κακὴ Σκάλα, dicti, quod, uti scribit, esset χωρίον ἐρυμνὸν et ἀπόκρημνον. Scala igitur non tam portus, quam ipse trajectus dictus est vocabulo a Latio deducto, ex eo quod Græci veteres trajectus omnes, seu freta βάθρα (quæ vox Latinis *scalas* notat) appellarent. Ita Euripides, in *Aulide*, v. 80, στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα, vocavit angustum fretum, quod Aulidem Bœotiæ a Chalcide disterminat, *tam modicum ut ponte jungatur*, teste Plinio, seu ut Solinus, *per fabricam brevissimæ machinæ adeatur pede*. Ab eodem fonte trajectus iidem *gradus* a Latinis nuncupantur. Nec enim sunt gradus, quod vult Surita, pontes ad maris, aut majorum fluviorum littora, sed freta, et angusti maris, atque interdum fluminum meatus. Ammianus, lib. XV, ubi de Rhodano : *Gallico mari incorporatur per patulum sinum quem vocant, Ad Gradus*. Rhodani *gradus* occurrunt præterea apud auctorem *Itinerarii maritimi*, quam appellationem tribuunt etiamnum Rhodani accolæ ipsis meatibus, seu trajectibus, per quos fluvius in mare evolvitur, reliquo fluvii ipsius ostio arenis ferme undique obsito. Hos enim trajectus *gras* appellant, adjuncta quadam ab locis vicinis, aut a pelagi natura, aut soli denominatione. Superest præterea ejusdem vocabuli vestigium in Occitania ad stagnum Magalonense, quod ad septentrionem continenti adhæret, ad meridiem a **314** Gallico mari, validissimo aggere disjungitur. Haud procul a Magalona urbe in modum insulæ stagnantibus aquis circumfusa, Montispessulani præsulum cathedrâ olim insigni, disruptus agger iste meatum ac trajectum navibus a mari venientibus præbet in stagnum, quod portus vicem præstat. Canalem istum versus antiqui in Arnoldum episcopum Magalonensem scripti, circa an. 1078, *gradus* vocant, indigenæ vero *le grau*, apud Catellum, lib. II, *Rer. Occitan.*

Hic muros fecit, turres hic undique fecit,
Clerum divinis contulit officiis.
Iste gradus clausit, quo prædo piraticus hausit
Sæpe latrociniis littora nostra suis.
Navibus introitus per eum gradus alter apertus,
Non procul a terris, o Magalona, tuis.

In diplomate Ludovici VII, reg. Franc. an. 1155, apud Sammarthanos, in *Episcopis Magalon.* n. 21, gradus isti *portus* nomine donantur : *In comitatu Sustantionensi portus, qui dicitur gradus.* In *Annalibus Pisanis* editis ab Ughello, tom. III; *Ital. sacr.* sub an. 1165, *gradus Mergierii* dicuntur, pro *Mergorii*, seu *de Merqueil*. *Gradus* etiam in stagno Salsarum in comitatu Ruscinonensi habent chartæ aliquot veteres ex Chartophylacio regis Christianissimi. Id porro vocabuli notione ista non nuperum : eo quippe utitur Valerius Maximus, lib. III, cap. 6, ubi observatum a viris doctis : *P. Scipio augendo exercitum, trajiciendoque in Africam, opportunum quæreret gradum.* In sequiori vero Latio non semel usurpatum legimus. *Annales Pisani*, de S. Petro Apostolo : *Transfretavit circa littora Pisanorum, ubi hodie dicitur Ecclesia S. Petri ad gradus.* Infra, de eadem æde : *In quo loco cum per mensem moram fecisset, ad gradus maris ecclesiam construxit.* Iidem Annales, sub an. 1178 : *Saraceni cœperunt bellare, et invadere insulam Sardiniæ, et ire in partibus Pisanorum et usque ad gradus Romæ.* Neque aliunde nomen accepit insula Venetiis proxima, quæ *Gradus*, vulgo *Grao*, dicitur, quod in ea exscensiones fierent, et portus vice esset Venetis. A prædictis dissentit Petrus Gyllius, lib. II, *De Bosp. Thrac.* cap. 11, cujus sententiæ favere videtur Cujacius, ad leg. VII, Cod. de aquæductu; contendit enim scalas esse crepidines ac moles portuum, quarum objectu pelagi furentis atrocitas frangitur, quas, inquit, Ἕλληνες, a figuræ similitudine χηλὰς appellant, posteri Græci βάθρα. Latini *scalas* seu *gradus*, quia ex illis ad naves velut gradus jacitur. Factum deinde ut quæ vetustioribus Græcis χηλαὶ, iisdem jam ignorantibus χαλαὶ, denique a vulgi consuetudine, quæ litteras depravare solet, *scalæ* appellatæ sint. Sed hæc accurata egent discussione, quæ non est hujus loci. Unde Ἑβραϊκῆς Σκάλας nomen huic scalæ accesserit, haud plane constat; nisi dicamus ita nuncupatam, quod vicina fuerit monasterio Stauracii quod τὰ Βραχὰ, et τὰ Ἑβραϊκὰ vocabant, de quo Theophanes, Zonaras, et Cedrenus in Mich. Rhang. et Paulus Diacon. lib. XXIV; vel quod adjacuerit portæ urbis, olim Neorii, postea a recentioribus Græcis, ipsique Ducæ cap. 28 et 29, ὡραία, aliis *Heuræa*, seu *Hebræa* dictæ, ab ædificiis Hebræorum, seu Judæorum huic portæ obversantibus, ut Gyllius, lib. III, cap. 1, et Leunclavius in *Pand.* cap. 200, tradunt. Vel denique, quæ mea est sententia quod ab hac scala exscensus fieret pergentibus in eam στενοῦ regionem, in qua erant Judæorum, aut Hebræorum sepulturæ, quæ Villharduino *Juiverie*, seu *Judæaria* ideo nominatur. Vide notas nostras ad hunc scriptorem.

(98) *Βίγλας*. Locus ita dictus a vigiliis, seu

Constantinopoli tum Dyrrhachii, **162** tum ubicunque alibi illi petierunt. Quodque maximum omnium fuit, mercimonia ipsorum cuncta quovis portorio aut vectigali decrevit immunia in omne tempus esse in cunctis Romanæ ditionis locis, ut quidquid exportarent importarentve nihil, ne obolum quidem, redemptoribus fisci aut publicanis similibusve regiæ pecuniæ collectoribus, commercii alteriusve tributi nomine pendere cogerentur. Sed plane liberam cunctæque Romanorum magistratuum potestati exemptam haberent mercaturam.

At Robertus (revertatur enim oratio unde digressa est, et reliquam pertexat narrationem) ne post hanc quidem cladem quiescere potuit, sed cum jam antea navigia e suis quædam duce iis suo filio præfecto in Cephalleniam misisset, studio civitatis quæ in ea insula est, occupandæ, ipse navigiis quæ ad manum tum habuit reliqua, in statione relictis ad Bontitzam, ubi et castris positis

A ριεχομένας σκάλας (99) ἐδωρήσατο, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἀκινήτων δωρεάς, ἔν τε τῇ βασιλευούσῃ, καὶ τῇ πόλει Δυῤῥαχίου, καὶ ὅποι ποτ' ἂν ἐκεῖνοι ᾐτήσαντο. Τὸ δὲ δὴ μεῖζον τὴν ἐμπορίαν αὐτῶν ἀζήμιον ἐποίησεν ἐν πάσαις ταῖς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν Ῥωμαίων χώραις, ὥστε ἀνέτως ἐμπορεύεσθαι καὶ κατὰ τὸ αὐτοῖς βουλητὸν, μήτε μὴν ὑπὲρ κουμερκίου [16] (1) ἢ ἑτέρας τινὸς εἰσπράξεως τῷ δημοσίῳ εἰσκομιζομένης παρέχειν ἄχρι καὶ ὀβολοῦ ἑνὸς, ἀλλ' ἔξω πάσης εἶναι Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας.

Ὁ δέ γε Ῥομπέρτος (ἐπαναγέσθω γὰρ αὖθις ὁ λόγος ὅθεν ἐξέπεσε καὶ καθ' εἱρμὸν ἐχέσθω τῆς διηγήσεως), οὐδὲ μετὰ ταύτην τὴν ἧτταν αὖθις ἠρέμει· ἀλλ' ἐπεὶ προφθάσας τινὰ τῶν πλοίων αὐτοῦ B μετὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ (2), κατὰ τῆς Κεφαλληνίας ἀπέστειλε σπεύδων τὴν ἐν αὐτῇ πόλιν κατασχεῖν, τὰ μὲν ἐνόντα αὐτῷ πλοῖα τῇ Βοντίτζῃ (3) προσώρμισε μετὰ τῆς παρεμβολῆς πάσης, αὐτὸς δὲ (4) εἰς μο

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[16] κομμερκίου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

excubiis. Βίγλα enim Ducæ cap. 38, et aliis, quos laudant Rigaltius, Meursius, et Fabrotus, vigilia est, seu **315** custodia. Est igitur Βίγλα, locus ubi erat statio vigilum, in quo excubabant milites, qui urbis et civium securitati invigilabant: *Moris quippe Constantinopolitanorum erat*, ait Luitprandus, lib. I, cap. 3, *ne a vicinis gentibus opprimerentur, singulis quibusque noctibus per totius civitatis bivium, quadriviumque armatos milites causa custodiendæ civitatis, qui eam invigilarent, ponere.* C His qui præerat tribunus, *drungarius vigiliæ* dicebatur, qui nostris *miles gueti*, seu vernacula lingua, *chevalier du guet*, cujus quidem officii apud Parisienses ea erat dignitas, ut nonnisi a milite obiri posset, ut est in veteri Aresto parlamenti, 13 Januarii an. 1457. Meminit etiam Codinus, in *Orig. CP.* loci ita dicti in urbe: Τὰ δὲ λεγόμενα Κοντάρια, βίγλα ἦν μεγάλη τὸ πρότερον.

(99) *Ἐμπεριεχομένας σκάλας.* Hoc est, portoria, quæ ex scalis intra illud spatium positis rogebantur. Erant enim in ipso Ceratino portu plures scalæ, seu, ut ita dicam, in ipso portu plures portus, cum scala pars esset portus; unde Moschopulus dixit scalam esse μέρος τοῦ λιμένος, εἰς ὃ αἱ νῆες δέδενται. In isto quippe sinu exstitit *Scala Chalcedonensis*, quæ collocatur in 5 regione in vet. urb. descript. cujus meminit *Chronicon Alexandr.* an. 12 Arcad. et 7 Theod. Jun., de qua etiam habet quædam Gyllius in CP. lib. III, cap. 1. D *Scala Sycena* in regione 6, *Trajectus Justinianarum* appellata in Novell. LIX; de qua idem Gyllius, lib. III, cap. 2; et Leunclavius in *Pand.*, cap. 127. *Scala Timasi*, quam in 7 regione statuit urbis Descriptio; *Scala Acropoleos*, apud Theophanem, pag. 365. Cedrenum in Copron. et Paulum Diac., XXII *Hist. Misc.* Exstitit præterea locus *Heptascalon*, a septem scalis proximis dictus, de quo Scylitzes, Cantacuzenus, lib. IV, cap. 22, et Gyllius, lib. III, cap. 9. Ad Propontidem recensentur scalæ aliquot: *Scala* τῶν Πηγῶν, apud Scylitzem in Romano, quæ *Portus Aureæ portæ* dicitur Ducæ, cap. 38; *Contoscalium*, seu parva scala, a qua porta urbis vicina dicta Contoscalii, cujus mentio occurrit apud Cantacuzenum, lib. IV, cap. 2; et Phranzem, lib. III, cap. 11. Vide Leunclav. in *Pandect.*, cap. 200. Meminit porro portoriorum, quæ ex scalis pendebantur, lex 7, Cod. de aquæductu, lib. XI, ubi *omnia vectigalia, quæ colligi possunt ex universis scalis urbis*, in reparationem aquæductuum CP. impendi jubentur. Quæ Græci sic vertunt: Εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας ἀναλισκέσθω. Σκαλιατικὰ ejusmodi vocat diploma Andronici Junioris apud Phranzem.

(1) *Ὑπὲρ κομμερκίου.* Cinnamus loco supra laudato, de Venetis: Μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο τὰς κατ' ἐμπορίαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων παρέσχοντο. Hic vero κομμέρκιον sumitur pro telonio, vel tributo, quod pro ipso commercio, mercatura, vel negotiatione pensitabatur. Sic enim passim hanc vocem usurpant Græculi sequioris ævi. Glossæ Basil. τελώνιον, κομμέρκιον. Conventiones Michaelis Palæol. imp. et communis Januens. an. 1261 editæ post Villhard. *Permittet contrahere de toto jam dicto imperio omnibus et singulis Januensibus, et deferre libere et expedite sine aliquo impedimento daciæ, commercii, sive exactionis.* Sanutus, lib. II, part. II, cap 4. *Quod præfata tributa, datia et commercia, aliaque necessaria nequaquam transferri valeant.* Hinc κομμερκιάριος dictus ejusmodi vectigalium exactor, Constantino, *De adm. imp.*, cap. 43, et auctori *Chronici Alex.*, pag. 900. Vide præterea Glossaria Meursii et Fabroti.

(2) *Μετὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ.* Rogerii in Cephaleniam appulsum, resque ibi actas attigit Guillelmus Apuliensis, lib. IV:

Hoc abeunte Rogerum
Jussit adire suo cum milite Cephaloniam,
Ut tanta fuerat quæ tempestate rebellis
Victa refrenetur, hæc insula dum capietur,
316 *Undique terrendas Græcorum moverat urbes.*
Jussa patris sequitur, jussamque Rogerus ad urbem
Cum ducis agminibus properavit, et obsidet illam.

(3) *Βοντίζῃ.* Idem poeta:

Ipse suos equites hyemali tempore secum
Bundiciam ducit mansurus, ibique moratu

Cæterum Bundiciam jam ante expugnarat Robertus. Idem Guill. lib. IV:

Bunditiam nautæ vi captam depopulantur.

(4) *Αὐτὸς δέ.* Guillelmus Apul.:

Continuis hujus soboles generosa Rogerus
Perterrere minis non cessat Cephaloniam.

νήρη γαλέαν (5) εἰσελθὼν τὴν Κεφαλληνίαν κατέλαβε. Καὶ πρὶν ἢ ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσι, καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἑνωθῆναι ἐγκαρτερῶν ἔτι περὶ τὸν Ἀθέρα [17] (6) (ἀκρωτήριόν τι τοῦτο τῆς Κεφαλληνίας) λάβρῳ κατέχεται πυρετῷ. Μὴ φέρων δὲ τὴν τοῦ πυρετοῦ φλόγωσιν, ὕδωρ ψυχρὸν αἰτεῖ. Τῶν δὲ περὶ αὐτῶν [18] ἁπανταχοῦ σκεδασθέντων εἰς τὴν τοῦ ὕδατος ζήτησιν, τῶν ἐγχωρίων τις πρὸς αὐτούς φησιν· Ὁρᾶτε ταυτηνὶ τὴν νῆσον τὴν Ἰθάκην· ἐν αὐτῇ πρώην πόλις μεγάλη ἀνῳκοδόμητο Ἱερουσαλὴμ καλουμένη, κἂν τῷ χρόνῳ ἠρείπωται· ἐν αὐτῇ πηγὴ [19] ἦν πότιμον ἐσαεὶ καὶ ψυχρὸν ὕδωρ ἀναδιδοῦσα. Τούτων ὁ Ῥομπέρτος ἀκούσας, δέει πολλῷ τηνικαῦτα συνεσχέθη. Συμβαλὼν οὖν τὸν Ἀθέρα καὶ τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, τὸν ἐφιστάμενον αὐτῷ θάνατον ἐπεγίνωσκε. Καὶ γὰρ πρὸ πολλοῦ τινες αὐτῷ ἐμαντεύοντο, ὁποῖα εἰώθασιν οἱ κόλακες [20] τοῖς μεγιστᾶσιν εἰσηγεῖσθαι ὅτι Μέχρι τοῦ Ἀθέρος αὐτοῦ ἅπαντα μέλλεις ὑποτάξαι. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπερχόμενος, τῷ χρεὼν λειτουργήσεις. Εἴτε δὲ ὁ πυρετὸς τοῦτον ἀνάλωσεν, εἴτε πλευρῖτις ἦν ἡ νόσος ἀκριβῶς λέγειν οὐκ ἔχω. Τέως δι' ἓξ ἡμερῶν τελευτᾷ (7), καταλαμβάνει δὲ τοῦτον τὰ ἔσχατα πνέοντα

totus exercitus consederat, monere galea invectus Cephaleniam tenuit : ubi antequam et aliis suis post secuturis copiis et ipsi qui jam præcesserat filio suo se conjungeret, cum apud Atherem moraretur (est Ather promontorium quoddam Cephaleniæ) vehementi correptus febre est, cujus ardorem non ferens frigidam petiit. Ad quam ejus vocem dispersis qui circa erant ad inquisitionem fontis, indigenarum quispiam respondit : Videte hanc insulam Ithacam. In ea constructa olim fuit magna civitas Jerusalem vocata. Jam vetustate collapsa est. Cæterum in ejus solo fons perennis est aquæ limpidæ ac potabilis. His Robertus auditis magno metu concussus, quippe ex loci ubi erat nomine et urbis Jerusalem vicina instare sibi mortem intellexit. Etenim olim sibi prædictum meminerat a quibusdam ex eo quæstuoso vatum genere qui magnorum principum gratiam adulatoriis artibus captare solent, se usque ad istum Atherem ditioni suæ cuncta subjecturum ; hinc proficiscentem Hierosolymam debitum naturæ soluturum. Porro febrisne ardens is morbus fuerit, an, ut alii tradunt, dolor lateris, parum habeo compertum.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἀέρα. [18] περὶ αὐτόν. [19] πηγή. [20] οἱ κόλακες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Insula Roberto proponitur esse petenda,
Ad quam missus erat capiendam filius ejus.
Ab hoc porro in Cephaloniam Roberti appulsu portui insulæ, seu sinui, qui Illyricum respicit, mansit *Wiscardi portus* appellatio. Falsum enim quod Hovedenus et Bromptonus scribunt, ita dictum, quod eo loci mortem obierit, et tumulo mandatus fuerit Wiscardus.

(5) *Γαλέαν*. Cedrenus, pag. 581 : Μετὰ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ κουπαρίων, ἃς δὴ γαλέας κατονομάζειν εἰώθασιν. Matthæus Paris : *Navibus rostratis, quas galeas vocant.* Otho Fris. lib. *De gest. Frid.*, cap. 33 : *Aptatis— triremibus et biremibus, quas modo galeas, seu sagittas vulgo dicere solent.* Guill. Tyrius, lib. x, cap. 28 : *Navium rostratarum, quæ vulgo dicuntur galeæ.* Lib. xx, cap. 14 : *Erant in præfato exercitu naves longæ rostratæ, geminis remorum instructæ ordinibus, quæ vulgo galeæ dicuntur.—Hist. Hieros.*, pag. 1167 : *Quod antiqui dixere liburnam, moderni galeam, media producta, nominant.* Asserus, an. 877 : *Jussit cymbas et galeas, id est, longas naves, fabricari.* Malaterra, lib. iv, cap. 25 : *A duabus piratarum navibus, quas galeas appellant, hostiliter aggreditur.* Vox notissima, de qua præterea consulendi Meursius, Vossius, Spelmannus, Watsius, Somnerus et Fabrotus in Gloss.

(6) *Περὶ τὸν Ἀθέρα*. Asteriam habet Sophianus in Cephalonia insula, haud procul ab ipsa Cephalonia urbe. Asteridem insulam, Cephaloniam inter et Ithacam, statuunt Plinius, lib. iv, Stephanus et Nicetas in Man., lib. ii, n. 5. At Anna Atherem promontorium Cephaloniæ insulæ fuisse ait. Cum igitur æger Robertus de Ithacæ oppido, Hierusalem nuncupato, inaudisset : insuper et Atherem revocasset in mentem, continuo subiit oraculi memoria, quod olim sibi pronuntiatum meminerat, Atherem usque ditioni suæ cuncta subjecturum ; hinc proficiscentem Hierosolymam, debitum naturæ ibi soluturum. Fallax fuit vaticinatio, ut sunt ejusmodi præstigiatorum vaticinationes. Nam Hierusalem in sola Judæa animo observabatur, ut et Ather, quem Palæstinæ locum noverat ex libro Josuæ, cap. 15. Simili deceptum prædictione Gerbertum, seu Silvestrum papa finxit Benno cardinalis, a quo hauserunt quæ habent, Willelm. Malmesburiensis, lib. ii *De gest. Angl.* c. 10 ; Albericus, an. 1011 ; Matthæus Westmonast. et Bromptonus, an. 1092 ; et Balduinus de Avesnis in Chr. vernaculo ms., cap. 73. Is enim cum statuam, quam certa siderum inspectione sibi fuderat, ad interrogata negative, vel affirmative, tantum respondentem interrogasset, an moreretur antequam cantaret missam in Hierusalem, respondissetque illa negative, tandem se dubio oraculi sensu deceptum cognovit, cum post missam a se ex more Romæ in ecclesia Hierusalem dicta decantatam, invaletudine ictus, et consuetæ statuæ deceptionem, et ultimum vitæ suæ diem imminere sensit.

(7) *Τελευτᾷ*. Robertum ex veneno ab uxore, Alexii ipsius persuasione, propinato exstinctum narrant Ordericus Vitalis, lib. vii ; Guibertus, lib. iii *Gestor.* 317 *Dei* cap. 2 ; Willelmus Malmesburiensis, lib. iii et vi *De gest. Angl. Reg.*; Rogerus Hovedenus, Richardus Pictavinus, Albericus, an. 1085 ; Gaufridus Vosiensis, Bromptonus et aliquot alii. Romualdus vero et Guillel. Apul., lib. v, morte communi defunctum probabilius asserunt cum Anna, quæ ex pleuritide, vel febri, e vivis sublatum refert. Apud insulam Cassiopem mortuum scribit Romualdus, contra quam Anna, quæ ut et Alexander Monach., lib. iii *Chron. Monasterii S. Bartholomæi de Carpineto*, in Cephalonia insula exstinctum refert. Nec minor de anno, quo excessit, apud scriptores, discrepantia. Nam Malaterra, lib. iii, cap. 41, Roberti mortem accidisse auctor est mense Julio, an. 1084, aitque insigni solis eclipsi, quæ 6 Febr. eo anno contigerat, veluti prænotatam, ut et Gregorii VII papæ et Guilelmi regis Anglorum. Atqui Gregorius mortuus legitur an. 1085, 24 Maii : Willelmus vero, mense quidem Septembri, sed an. 1087, ut est apud Ordericum, lib. viii et alios : adeo ut

Illud constat sexto die quam languere cœperat, Robertum ibi esse mortuum. Supremum spirantem assecuta uxor ejus Gaita offendit, et filium ut in tali spectaculo ac casu flentem. Nuntiatur obitus alteri filio quem Robertus principatus successorem designaverat adhuc vivens; is incredibiliter eo nuntio consternatus est, sese tamen ut potuit confirmans exercitui convocato rem aperit inconsolabiliter lugens talis ac tanti jacturam patris. Jurata deinde sibi ab omnibus fide copias in Apuliam deportat. **163** Quo in trajectu, tametsi æstatem agebat annus, fœda tempestate vexata classis est, adeo quidem ut navigiorum quædam mergerentur, quædam illisa vadis adhærescerent. In iis quæ mortuum Robertum vehebat navis cum fracta fuisset media sui parte: quibus cura erat commissa cadaveris, arca in qua id servabatur ægre correpta, vix tandem Venusium salvi tenuerunt. Sepultus deinde Robertus est apud monasterium in nomine Sanctæ Trinitatis olim exstructum, ubi et fratres ejus ante ipsum depositi fuerant. Excessit e vivis anno vicesimo sexto ducatus sui, ætatis

A ἡ γυνὴ αὐτοῦ Γαΐτα (8), καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ κλαίοντα ἐπ' αὐτῷ. Ἀπαγγέλλεται γοῦν τὸ συμβὰν τῷ υἱῷ αὐτοῦ (9), ὅνπερ ἔτι ζῶν διάδοχον τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐποίει. Ὃς τοῦτο μαθὼν λύπῃ μὲν ἀφορήτῳ τηνικαῦτα συνείχετο, κρείττοσι δὲ λογισμοῖς ἑαυτὸν ἀνακτησάμενος, καὶ συναγαγὼν τὸ φρονοῦν αὐτῷ τῆς ψυχῆς, μετακαλεσάμενος ἅπαντας, πρῶτον[21] μὲν ἀπαγγέλλει τὸ συμβὰν ἀπαράκλητα κλαίων ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς τελευτῇ, ὁρκίζει δὲ ἅπαντας εἰς ἑαυτόν. Καὶ ἀναλαβόμενος τούτους εἰς Ἀπουλίαν διαπερᾷ. Ἐν τῷ διαπερᾷν δὲ μεγίστῳ κλύδωνι (10) κἂν ὥρα θέρους ἦν περιπέπτωκεν, ὥστε τὰ μὲν τῶν πλοίων βυθισθῆναι, τινὰ δὲ τῇ ψάμμῳ προσαῤῥάξαντα συνθραυσθῆναι. Τὸ δὲ τὸν νεκρὸν κομίζον πλοῖον ἡμίθραυστον γέγονε· μόλις δὲ τὸ τοῦτον συνέχον κιβώ- B τιον οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀναλαβόμενοι εἰς τὸ Βενούσιον (11) διεσώσαντο. Καὶ εἰς τὴν ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος πάλαι ἀνοικοδομηθεῖσαν μονὴν, οὗ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ προετάφησαν καὶ αὐτὸς ἐνσωριάζεται. Τελευτᾷ δὲ ὁ Ῥομπέρτος εἰκοστῷ ἕκτῳ[22] (12) χρόνῳ τῆς δουκικῆς αὐτοῦ ἀρχῆς, τὸν ἅπαντα χρόνον βιώσας ἔτη ἑβδομήκοντα. Μεμαθηκὼς δὲ ὁ βασι-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[21] πρῶτα. [22] πέμπτῳ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

falsum sit Robertum, Gregorium et Guillelmum ante elapsum a solis isto defectu annum exstinctos, uti ait Malaterra. Robertum denatum mense Julio, anno 1085, recte tradunt Ordericus, lib. VII, pag. 146; Leo Ost. lib. III, cap. 56; Anonymus B Barensis, Albericus, Surita, scriptoresque aliquot alii; perperam vero *Chronicon Amalphitanum*, Kal. Aug. an. 1086, indict. 10; Matthæus Paris, an. 1087; Willelmus Malmesburiensis et Ptolemæus de Luca, an. 1088, cum constet Robertum ex Anna et Romualdo, vicesimo ducatus anno mortuum esse, proindeque an. 1085, quo quidem anno sub mensem Octobris Robertus filius ducatum Apuliæ adeptus erat, ut patet ex veteri diplomate, quod descripsit Ughellus in *Archiepiscopis Salernitanis*. At diem, quo excessit, notat Kalendarium sancti Mauritii Andeg. XVI *Kal. Aug. ob. Robertus fortissimus dux Calabriæ et Apuliæ*. In sequentem vero rejicit Necrologium Molismense, diem scilicet XV Kal. August., in ipsas Kal. August. *Chronicon Amalphitanum*.

(8) *Γαΐτα*. Sigelgaita, sive Sikelgaita, ut ipsamet in Diplomate, quod exstat apud Ughelium, tom. VII *Ital. sacræ*, pag. 395, se nominat. Guillelmus Apuliensis : D

Uxor ab Italia non multo venerat ante,
Et castris aderat, dum nati castra revisit
Dux quibus exierat populo cum classe relicto.
Hæc ubi Robertum cognovit febricitare,
In quo tota sui spes erat, utpote tanto
Conjuge, discissis stans vestibus, acceleratis
Cursibus accessit, etc.

(9) *Τῷ υἱῷ αὐτοῦ*. Guillelmus Apul. lib. V :

Castra Rogerus adit patris, interitusque paterni
Notitia populum communicat anxius omnem,
Consiliumque petit, privandum namque fatetur,
Ni redeat propere, se juris honore paterni,
Hæredem cujus pater hunc indixerat esse.
Illi promittunt omnes se corde fideli,
Sicut servierant patri, servire paratos.
Sicque coadjutor transgressibus æquoris illis
Unanimes rogitant, populo favet ille roganti, etc.

(10) *Μεγίστῳ κλύδωνι*. Hanc tempestatem attigit etiam Guillelmus Apuliensis, ut et naufragium, quod passam esse navim, quæ vehebat Roberti corpus, observat Anna :

318 *Jamque rates fuerant secus Appula littora ducta,*
Tempestas tumidum quatit intolerabilis æquor,
Naufragium passi quamplures sunt ibi nautæ,
Pars hominum cum classe perit, fractaque procellis
Qua fuerat corpus humanum nobile, navi,
In mare delapsum non absque labore cadaver
Extrahitur, fetor ne prodeat inde nocivus
Viscera corque ducis subhumari jussit Hydrunti
Prædita consiliis semper prudentibus uxor.
Et multo reliquum condunt aromate corpus
Hinc deportari Venusinam fecit ad urbem,
Qua fuerant fratrum constructa sepulcra priorum.

(11) *Βενούσιον* Roberti cadaver Venusium translatum scribunt pariter Malaterra, Leo Ost. Ordericus, et alii. Ptolemæus de Luca : *Sepeliturque apud Venusium in Apulia in monasterio monachorum nomine S. Trinitatis, quod nunc est Hospitaliorum; quod quidem monasterium ædificaverat ipse Guillelmus*. Ab ipso Roberto exstructum Venusinum monasterium tradit Ordericus Vitalis, lib. III, pag. 482, ejusque curam demandatam Roberto *de Grentemainil*, Uticensi, postea S. Euphemiæ in Calabria abbati, qui tum exsul in eas terras secesserat. Huic fatis functo postmodum successor datus Berengarius, itidem Normannus, mox Aversæ episcopus, ut est apud eumdem scriptorem, lib. VII, pag. 646. Epitaphium Roberti tumulo inscriptum recitat Malmesburiensis.

(12) *Εἰκοστῷ ἕκτῳ*. Exstinctum Robertum anno ætatis 70 Anna et Alexander monach. lib. III, *Hist. S. Bartholomæi de Carpineto*, sexagesimo majorem, supra laudatus Romualdus tradunt : uterque ducatus 26, idque recte; nam ducis titulo donatus est Robertus an. 1060, ut auctor est Malaterra, lib. I, cap. 35, ipseque Robertus, qui in Diplomate an. 1080, indict. 4, mense Oct. ducatus sui eum annum vicesimum esse ait, apud Ughellum in Salernitanis archiep.

λεὺς (13) τὸν τοῦ Ῥομπέρτου αἰφνίδιον θάνατον, ἀνέσφαλε [23] μὲν ἄχθος τοιοῦτον ἀπωμισάμενος· ἐπιτίθεται δὲ παραχρῆμα τοῖς τὸ Δυῤῥάχιον ἔτι κατέχουσιν εἰς διχόνοιαν τὴν τοὺς [24] διὰ γραμμάτων καὶ παντοίας μεθόδου εἰσάξαι σκεψάμενος, κᾆθ' οὕτως ῥᾷστα τὴν πόλιν Δυῤῥαχίου ἐλπίζων λήψεσθαι. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει παρατυχόντας Βενετίκους παρασκευάζει διὰ γραμμάτων ξυμβουλεῦσαι τοῖς τε Ἀμαλφινοῖς [25], καὶ Βενετίκοις, καὶ ὅσοι ἔποικοι εἰς Ἐπίδαμνον ἔτυχον ὑπεῖξαι τῷ αὐτοῦ θελήματι καὶ παραδοῦναί οἱ τὸ Δυῤῥάχιον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς δι' ὑποσχέσεων καὶ δωρεῶν οὐκ ἐνεδίδου ὅλως· ὥστε τὴν πόλιν Δυῤῥάχιον παραδοῦναι (14) αὐτῷ. Καταπαθεῖς οὖν γεγονότες (15)· τοιοῦτον γὰρ τὸ Λατινικὸν ἅπαν γένος ἐρασιχρήματόν (τε καὶ ὀβολοῦ ἑνὸς πιπράσκειν εἰωθὸς καὶ αὐτὰ δὴ τὰ φίλτατα) μεγάλα ἐλπίσαντες, καὶ συνωμοσίαν [26] ποιησάμενοι, ἀντιροῦσι μὲν τὸν πρώτως αὐτοὺς ἀναπείσαντα τὸ κάστρον τῷ Ῥομπέρτῳ προδοῦναι καὶ τοὺς συνωμότας αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ προσελθόντες παραδιδόασι τὸ κάστρον (16) τῷ βασιλεῖ πάσης ἐλευθερίας παρ' αὐτοῦ ἀπολαύσαντες.

A septuagesimo. Hunc inopinatum tam acerbi hostis obitum imperator audiens sic respiravit, uti si onus ingens a longo tempore impositum humeris excussisset tandem. Nec cunctandum tali rerum articulo ratus, machinas intendit omnes, quo inter eos qui Dyrrachium obtinebant dissensionum semina spargeret: sic facile futurum autumans ut ea civitas in suam rediret potestatem. Ad eam rem accersit qui tum forte Constantinopoli Veneti fuerunt. Agit cum illis ut dent litteras ad Amalphenos Venetos aliosque advenas, qui urbem Epidamnum frequentabant, quibus illis suaderent ut commodare operam imperatori vellent ad Dyrrachium recipiendum. Incumbebat in idem B ipse per se insuper Augustus, nullum finem donandi promittendique faciens. Persuasit facile. Est enim universum Latinorum vænale genus et ex perdito pecuniæ amore paratum solitumque charissima quæque prodere ac pacisci pro spe lucri sordidi. Dyrrachienses igitur præsidiarii coloniique ingentibus ab Augusto lactati spebus, conjuratione facta primum de medio tollunt eos qui auctores fuerant arcis Roberto tradendæ, tum et illos qui adhuc perstabant in ejus fide. His peractis ipsi ultro Augustum adeuntes arcem ei dedunt; liberalitatemque vicissim ipsius plane prout speraverant in donis atque immunitatibus largiendis experti abunde sunt.

Τὴν δὲ τοῦ Ῥομπέρτου τελευτὴν μεμαθηκὼς, τὶς Σὴθ (17) καλούμενος μεγάλα ἐπ' ἀστρολογίᾳ αὐχῶν,

Roberti porro mortem multo ante præviderat ac prædixerat quidam, cui nomen Seth, venditare se

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[23] ἀνέσφηλε. [24] τούτους. [25] Ἀμαλφηνοῖς. [26] συνωμοσίαν τηνικαῦτα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(13) Ὁ βασιλεύς. Orderic. *Imperator vero, licet lætaretur quia liberatus a terribili hoste fuerat, defunctum tamen ducem, qui nunquam de bello fugerat, ex pietate multum planxit.*

(14) Δυῤῥάχιον παραδοῦναι. Dyrrachium igitur in Alexii potestatem rursum concessit, ipsis incolis, post Roberti excessum, ultro sese dedentibus: ita Anna. At Diocleates, seu quisquis est auctor *Historiæ Dalmaticæ*, quam debemus Mauro Orbino Ragusino et Joanni Lucio, scribit exstincto Roberto occupatum Dyrrachium a Bodino Dalmatiæ et Serviæ rege, deinumque, icto cum Alexio fœdere, illi et Græcis ab eo redditum.

(15) Ἐρασιχρήματον. Sic non semel Francorum, seu Latinorum avaritiam et inexplebilem lucri cupiditatem perstringunt Græci scriptores, atque adeo ipsa non hoc duntaxat loco Anna, sed et pag. 312, 424, 428. Leo Aug. in *Tact.* cap. 18, § 90, de Francis: Ὑποφθείρονται δὲ διὰ χρημάτων εὐκόλως, φιλοκερδεῖς ὄντες. Scylitzes in Romano Diogene: Καὶ γὰρ ἄπληστον τὸ γένος τῶν Φράγκων. Nicetas in Isaac. Aug. et Alex. n. 1, de Latinis: Οὐδὲν γὰρ ἔθνος ἐρασιχρηματώτερον τοῦδε τοῦ γένους, τρεχεδειπνότερόν τε καὶ δαπανειρότερον ἕτερον. Idem in Bald. n. 2. Πονηρὸν χρῆμα εἰς θεράπειαν Λατῖνος, φωνὴ ἀσύμφωνος Ἕλλησι, γνώμη φιλοχρήματος, etc. Erchembertus, in *Hist. Langob.* cap. 17: *Pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime Francorum subjicitur genus.* Udalricus in Præfat. ad *Consuetudin. Cluniac: Quid enim Francigenas aliud dixerim, cum sint tam inquieti, raptores, et de candore virtutum nihil habentes*, etc. Sed Normannis præsertim, seu Normanno-Italis hanc φιλοκέρδειαν ascribunt scriptores alii. Leo Ostiensis, lib. II, cap. 77, **319** de iis, *genus*

C *infidum, et avaritiæ inexplebilis.* Guillelmus Apuliensis, lib. I:

> *Est acquirendi simul omnibus una libido.*

Infra:

> *Sed quia mundanæ mentis meditamina prona*
> *Sunt ad avaritiam, vincitque pecunia passim,*
> *Nunc hoc, nunc illo contempto, plus tribuendi*
> *Semper adhærebant, servire libentius illi*
> *Omnes audebant, a quo plus accipiebant:*
> *Bella magis populi quam fœdera pacis amantes,*
> *Servitiique vices pro viribus et ratione*
> *Temporis expendunt, plus dantem pluris habebant.*

Idem lib. II de Alexio:

> *Audit enim quia gens semper Normannica prona*
> *Est ad avaritiam: plus, qui plus præbet, amatur.*

(16) Παραδίδοσι τὸ κάστρον. Exstincto Roberto, *Græcia*, inquit Malaterra, *hostibus recedentibus læta quievit.* Ita quod D proditione in Roberti potestatem venerat Dyrrachium, proditione pariter amissum est.

(17) Σήθ. Circumferuntur opera quædam *domini et magistri Seth*, Chronicon nempe vulgari Græcorum lingua scriptum a mundo condito ad Constantinum Ducam; exactus præterea somniorum index secundum alphabetum conversus ab eodem ex lingua Arabica; denique Paulus Arabs ab eodem pariter conversus: quorum operum mentio fit in libro *De Antiq. et Bibliothecis Constantinopoleos*, n. 3 et 6. Qui quidem Seth, idemne sit cum Annæo, etsi id pro certo statuere vix ausim, videtur tamen propius vero; cum et ævum quo vixit, et librorum ab illo scriptorum materia idipsum suadeant. Neque alius est a Simeone Vesto, seu Setho (utroque

solitus exquisita cognitione astrologiæ. Is post Roberti trajectionem in Illyricum vaticinium istud suum in charta descriptum sigillo munita deposuit in manibus quorumdam familiarissimorum imperatoris, rogans ut id scriptum ita servarent usque ad certum tempus. Deinde Roberto mortuo jussu auctoris resignata charta est, in qua sors est reperta in hunc modum scripta: *Magnus hostis ex occasu multum tumultuatus repente cadet.* Mirati sunt omnes viri peritiam. Sane is ad summam perfectionem hujus divinandi scientiæ pervenerat. **164** De qua equidem paulisper omissa Historiæ serie nonnihil breviter disseram. Sic se res habet de istis astrologorum responsis eventura prænuntiantibus; novitium id inventum est, ignoratum ætati veteri. Neque enim cum Eudoxus floruit astronomorum summus, ars erat adhuc ista divinandi; neque Plato hanc scientiam habuit; ne Manetho quidem ille apotelesmaticus ad exactum calluit disciplinam istam. Deerat illis absoluta numeris omnibus suis methodus horoscopiæ; quippe qui fixionem accuratam cardinum et usquequaque exactam ad observationem natalis momenti positionem cœlestium aspectuum ac totius schematis delineationem non haberent: uti neque aliorum notitiam eodem spectantium quorumdam, quæ idem ille quisquis est perfector scientiæ istius superiorum inventis addita posteris tradidit, perquam scita illis videri solita qui stultam in nugis ejusmodi operam ponunt. Delibavimus et nos primorem aliquam istius doctrinæ notionem, non ut divinare inde conaremur quippiam (avertat id quidem Deus!),

μετὰ τὴν εἰς τὸ Ἰλλυρικὸν αὐτοῦ διαπεραίωσιν προειρήκει διὰ χρησμοῦ, ὃν ἐν χάρτῃ ἐκθέμενος καὶ σφραγίσας τισὶ τῶν τοῦ βασιλέως οἰκειοτάτων ἐνεχείρησε παραγγείλας κατέχειν αὐτὸν μέχρι τινός. Εἶτα τοῦ Ῥομπέρτου τετελευτηκότος ἐξ ἐπιταγῆς αὐτοῦ λύουσι τὸν χάρτην. Εἶχε δὲ ὁ χρησμὸς οὕτως· *Μέγας ἐχθρὸς ἐξ ἑσπέρας πολλὰ κυκήσας ἄφνω πεσεῖται.* Ἐθαύμασαν δὲ πάντες τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιστήμην· ἦν γὰρ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ εἰς ἄκρον ἐληλακώς· καὶ ἵνα τί βραχὺ παραδράμωμεν τοῦ λόγου, τῆς ἱστορίας μικρὸν ἀποστάντες, οὕτως ἔχει τὰ κατὰ τοὺς χρησμούς. Νεώτερον μὲν τὸ ἐφεύρεμα (18), καὶ οὐκ οἶδε τὴν ἐπιστήμην ταύτην ὁ πάλαι χρόνος. Οὔτε γὰρ ἐπ' Εὐδόξου (19) τοῦ ἀστρονομικωτάτου ἡ τῶν χρησμῶν μέθοδος ἦν, οὔτε ὁ Πλάτων τὴν σύνεσιν ταύτην ᾔδει, ἀλλ' οὐδὲ Μανέθων ὁ ἀποτελεσματικὸς (20) περὶ ταύτης ἠκρίβωκεν. Ἀλλὰ λεῖψις ἦν ἐκείνοις ὡροσκοπίας (21), ἐν οἷς προὐμαντεύοντο καὶ πῆξις τῶν κέντρων (22), καὶ τοῦ ὅλου διαθέματος (23) ἐπιτήρησις, καὶ ὁπόσα ἄλλα ὁ τὴν μέθοδον ταύτην εὑρηκὼς τοῖς ἐσύστερον παρέδωκεν, ἅπερ ξυνετὰ τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ματαιάζουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖθέν ποτε ὀλίγον τι τῆς ἐπιστήμης ταύτης ἡψάμεθα, οὐχ ἵνα τι τοιοῦτον διαπραξαίμεθα (μὴ γένοιτο!), ἀλλ' ἵνα τῆς ματαιολόγου ταύτης ἀκριβέστερον καταγνόντες, καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐσχολημένων καταγινώσκοιμεν. Ταῦτα δὲ γράφω οὐκ ἐπιδείξεως ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα ἐνδειξαίμην, ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος τούτου πολλαὶ τῶν ἐπιστημῶν εἰς ἐπίδοσιν ἐληλύθησαν τιμῶντος τοὺς φιλοσόφους καὶ φιλοσοφίαν αὐτήν, εἰ καὶ πρὸς τὸ μάθημα τοῦτο τῆς ἀστρολογίας δυσχεραίνων πως

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

namque cognomine insignitur) magistro Antiocheno, cujus circumferuntur editi libri de cibariis et condimentis, et alii non pauci in rebus philosophicis et medicis in bibliothecis latent, quorum elenchum pluribus descripsit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus, ut et eruditus Annæ interpres ad Pachymerem, tom. I, pag. 390. Floruit alter ejusdem cognominis divinator, astrologus, et præstigiator insignis, imperante Manuele Comneno Alexii nepote, quem ille ob scelera et imposturas excæcari jussit, ut auctor est Nicetas in Man. lib. v. et in Andron. lib. II.

(18) *Νεώτερον ἐφεύρεμα.* Vide in hanc sententiam Nicephorum Gregoram, lib. v, cap. 16.

(19) *Εὐδόξου.* Eudoxus enim Cnidius primus Græcorum astronomiam e penetralibus Ægyptiæ philosophiæ erutam ad populares suos eduxit, uti refert Diogenes Laert. lib. VIII. Vide Vitruvium, lib. IX, cap. 7.

(20) *Ἀποτελεσματικός.* Astronomiæ duæ sunt partes, una circa stellarum motus versatur, vocaturque μετεωρολογία; altera est circa effectus ipsos, et vocatur ἀποτελεσματική, et ποιητική. Manethon igitur ἀποτελεσματικὸς Annæ dicitur, quod plurimum genethliacæ, seu horoscopiæ operam impenderit.

(21) *Ὡροσκόπου.* Sumitur ea vox pro signo, quod ὡροσκοποῦν vocant astrologi, nempe pro ea cœli parte, quæ genituræ tempore ab Oriente emergit in hemisphærium nostrum, unde et Ἀνατολὴ dicitur. Manilius, lib. II *Astron.*:

Tertius æque illi pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sidera surgant,
Unde dies redit, et tempus describit in horas,
Hinc inter Graias horoscopus editur urbes.

Vide Martianum, Capellam, lib. VIII.

(22) *Πῆξις τῶν κέντρων.* **320** Quatuor κέντρα γενέσεως (Latini *cardines, cuspides, angulos*, vocant) statuunt astrologi, ὡρόσκοπον, seu ἀνατολὴν ὑπόγειον, seu ἀντιμεσουράνημα, δύσιν, et μεσουράνημα, quorum verborum notionem ampliorem qui volet, consulat quæ ad Manilii lib. II adnotavit Josephus Scaliger.

(23) *Διαθέματος.* Rectius editio Hœscheliana διαστήματος habet. Ita Plutarchus lib. *De exsilio* κέντρον et διάστημα jungit: Κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράψασα τὴν τῶν ἀναγκαίων φύσιν. Joannes patriarcha Hierosol. in Vita S. Joann. Chrysost.: Περὶ δὲ ἀστρονομίας, ὅσον ἐν διαστήμασι καὶ σχηματισμοῖς, καὶ ἀναλογίαις τῶν ἀποστάσεων, κἂν μέγα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν εἰς βραχεῖαν τῶν ἰδιωτῶν εἴδησιν, οἷος ὁ Ἰωάννης ἐξ ὧν γέγραφε καταφαίνεται. Manilius lib. II:

Nec contentus eris percepto cardine quoquam,
Intervalla etiam memori sunt mente tenenda,
Per majus dimensa suas reddentia vires, etc.

Denique Sidonius Apollinaris, lib. VIII, epist. 11: *Quia videlicet amici nascentis anno, quemcunque clementem planeticorum siderum globum in diastemate Zodiaco prosper ortus erexerat*, etc. Idem ad Polemicum, carm. XIV: *Videres utrum aures quorumdam per imperitiam temere mentionem centri, proportionis diastematum, dimatum, vel mirarum epithalamio conducibilem non putent.*

κατεφαίνετο, οἶμαι, διότι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκεραιοτέρων ἀφίστασθαι ἀνέπειθε τῶν ἄνωθεν ἐλπίδων, καὶ κεχηνέναι τοῖς ἄστρασιν. Αὕτη αἰτία γέγονε πόλεμον ἔχειν τὸν αὐτοκράτορα πρὸς τὸ μάθημα τῆς ἀστρολογίας. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο αὐχμός τις ἦν ἀστρολόγων τὸ τηνικάδε. Ἀλλὰ καὶ ὁ εἰρημένος Σὴθ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐξήνθησε, καὶ ὁ Αἰγύπτιος ἐκεῖνος Ἀλεξανδρεὺς πολὺς ἦν τὰ τῆς ἀστρολογίας ἐμφαίνων ὄργια. Ὃς καὶ παρὰ πολλῶν ἐρωτώμενος, ἀκριβέστατα προεμαντεύετο· ἐν ἐνίοις δὲ οὐδὲ ἀστρολάβου δεόμενος, ἀλλὰ διά τινος ψηφηφορίας τὰς προῤῥήσεις ἐπεποίητο. Ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο μαγικὸν μὲν οὐδαμῶς, ἀλλὰ τέχνη τις Ἀλεξανδρέως [27] λογική (24). Ὁρῶν δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὴν νεώτητα [28] συῤῥέουσαν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ὥσπερ τινὰ προφήτην τὸν ἄνδρα λογιζόμενοι, δὶς καὶ αὐτὸς τοῦτον ἐπερωτήκει καὶ τοσαυτάκις καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς εὐστοχήκει τῆς ἐπερωτήσεως· δειλιάσας δὲ ἵνα μὴ πολλῶν βλάβη γένηται, καὶ πρὸς τὴν ματαιότητα τῆς ἀστρολογίας ἀποκλίνωσιν ἅπαντες, κατὰ τὴν Ῥαιδεστὸν τούτῳ τὰς διατριβὰς ἀφώρισε, τῆς πόλεως ἀπελάσας πολλὴν τὴν περὶ αὐτὸν [29] προμήθειαν ἐνδειξάμενος, ὥστε δαψιλῶς αὐτῷ τὰ πρὸς χρῆσιν ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμιείων ἐπιχορηγεῖσθαι. Ναὶ μὴν καὶ ὁ διαλεκτικώτατος Ἐλευθέριος, Αἰγύπτιος καὶ οὗτος ἀνὴρ, τὰ τῆς ἐπιστήμης ταύτης πρεσβεύων, εἰς ἄκρον ἤλαυνεν εὐφυΐας, μηδενὶ μηδαμῶς τῶν πρωτείων παραχωρῶν. Ἐν ὑστέροις δὲ καὶ ὁ καλούμενος Καταναγκης (25) Ἀθήνηθεν εἰς τὴν μεγαλόπολιν καταλαβὼν τὰ πρωτεῖα τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλονεικῶν φέρειν ἐπερωτηθεὶς παρά τινων περὶ τοῦ αὐτοκράτορος πότε τεθνήξοιτο, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ προκαταγγείλας, ὡς ᾤετο, ἐψεύσθη τοῦ στοχασμοῦ. Συνέβη δὲ τηνικαῦτα τὸν θῆρα λέοντα ἐν τοῖς βασιλείοις διαιτώμενον, ἐπὶ τέσσαρσιν ἡμέρας πυρέξαντα τὴν ψυχὴν ἐξερεύξασθαι· εἰς ὃ τοῖς πολλοῖς ἔδοξεν ἡ τοῦ Καταναγγου [30] πρόῤῥησις τελευτῆσαι. Καιροῦ δὲ παρεῤῥυηκότος ἱκανοῦ, αὖθις τὸν τοῦ αὐτοκράτορος θάνατον προὐμαντεύσατο καὶ διεψεύσθη· ἐτεθνήκει δ' ὅμως ἡ βασιλὶς Ἄννα καὶ μήτηρ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἣν ὁ Κατανάγγης προεῖπεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐπεὶ πολλάκις περὶ αὐτοῦ προμαντευσάμενος, τοσαυτάκις διήμαρτε, τῆς πόλεως τοῦτον μεταστῆσαι οὐκ ἤθελεν αὐτελέγητον [31] γενόμενον, ἅμα δὲ καὶ ἵνα μὴ δι' ἐμπάθειαν δόξῃ τοῦτον ἐκεῖθεν ἀπελαύνειν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε ἐντεῦθεν πάλιν ὅθεν ἐξεληλύθαμεν ἀναστρέψωμεν, ἵνα μὴ δοκοίημεν μετεωρολέσχοι τινὲς καὶ ἐξ ἀστρολογίας ὀνόμασι τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας κατατεφροῦντες [32].

A sed ut vanitate ista penitius introspecta coarguere certius possemus eorum imprudentiam qui in arte fallaci et nugatoria otium et studium misere perdunt. Neque vero ad hæc ipsa commemoranda ostentatione ducor ulla, sed quæ imperium Alexii describerem mearum esse putavi partium demonstrare litteratas omnes artes eo viro imperante qui et philosophos et philosophiam impense coleret, in magnos auctus profecisse. Istam quoque judiciariam, quantumvis illam Augustus aliarum numero exceptam non obscuro odio prosequeretur : propter eam ut puto causam, quod a spe in Deo collocanda simpliciores abducat, inhiareque astris doceat et inde rerum suarum suspensas habere rationes. Hæc causa imperatorem in istos B astrologos et mathematicos armavit. Nec ira tamen ejus eo valuit ut sterilitas artificum istiusmodi per ejus imperium esset. Præter enim modo memoratum Seth, floruit quoque per ea tempora Ægyptius ille Alexandrinus qui multus fuit in adytis et mysteriis initiatis astrologiæ pandendis : quem aiunt a multis consultum exactissime prænuntiasse quæ futura essent. In quibusdam ne astrolabium quidem adhibentem : certo interdum jactu calculorum prædictiones expedivisse nihilominus eventibus sancitas. Quod magiæ imputandum nequaquam est : nihil enim in eo fuit aliud quam ingeniosa quædam Alexandrini versutia istius. Quem celebrari concursu juventutis et passim prophetæ nomine C honoreque dignari cum imperator cerneret, bis et ipse consuluit hominem, totiesque ab eo responsum tulit veritati congruens. Metuens tamen Augustus ne ex eo auctoritas accederet damnatæ arti, et ad istam vanitatem hujus exemplo ingenia incumberent, urbe pulsum Alexandrum exsulare apud Rædestum jussit : **165** abunde tamen illic ei de victu et cætero rerum usu ex publica pecunia providens. Excoluit istam quoque potissimum scientiam et ille in dialectica versatissimus Eleutherius patria itidem Ægyptius, quem ferunt ingenio præditum ad tales meditationes unice facto, tantum insuper adhibuisse studii ut proxime omnium ad fastigium excellentiæ in hoc genere aspirasse videretur, neminique prorsus omnium in ea laude concederet. D Secutus tamen est Catananges quidam nomine, Athenis Constantinopolim profectus, qui sese magnopere contenderet plus in ista videre disciplina quam eorum ullum qui prius illam professi dicerentur. Is etiam interrogatus a quibusdam de imperatore, quandonam foret moriturus? diem præfinivit qua die perire ipsum in fatis esset. Transmisit id tempus Augustus incolumis; at tunc contigit ferum leonem servatum in cavea quadam apud palatium post quatuor febris dies animam efflare. Multis ergo visum est in eam bestiam prædictionem Catanangæ a capite imperatoris aberrantem incidisse. Post tempus satis lon-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[27] Ἀλεξανδρέων. [28] νεότητα. [29] αὐτοῦ. [30] Κατανάγκη. [31] αὐτέλεγκτον. [32] καταζοφοῦντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(24) *Ἀλεξανδρέως λογική*. Editio Hœsch. Ἀλεξανδρέων.
(25) *Καταναγκης*. Hœsch. Καταναγς.

gum iterum Catananges rationibus ut putabat melius subductis imperatoris obitum prædixit, nec minus falsus est. Tamen eo die quem morti Augusti assignaverat mater ipsius Anna decessit. Hunc ergo imperator toties in falsitate suorum vaticiniorum deprehensum ejiciendum urbe non putavit: quod ad infamandam artem præsentia ipsa arioli sæpius in tam illustri capite decepti valere posse videretur; simul metuens ne qualemcunque vatem mortis suæ, non studio boni publici, sed privati doloris ultione multasse posset argui. Nos vero jam receptui canere tempus est; ne sublimium sermonum ostentatores odiosi, quæsitis ex astrologia nominibus, Historiæ corpori velle videamur caliginem offundere.

Robertus, id quod ex sensu verbisque eorum constat quorum in publicam opinionem famamque sermo percrebuit, eximius belli dux fuit. Promptæ ad consilium extemporaneum mentis, decora majestate oris ac vultus, urbanus et comis in familiari sermone, acuto vocis sono, sed pleno eodem ac magno, humanus occursu et aditu facillimo, proceritate corporis heroica, cui respondentem comæ prolixitatem circum caput undique pendentis, necnon densitatem promissæ barbæ studiose adjungebat, tenaci constantia patriorum morum. Cæterum spirans ex vultu vegetus vigor totoque reliquo e corpore eminens, idem a prima ætate ad extremam illi permansit diem. Nec id non sentiebat ipse, qui se vel eo nomine formæ ac roboris, dignum imperio putabat. Honoris porro ut sui avidus, sic alieni non parcus infra se positos dignatione multa prosequebatur, præsertim eos a quibus se amari eximie sciebat liberalissime atque honorificentissime tractans. Auri et pecuniarum collector cupidus, dispensator parcissimus, præ studio immenso congerendarum opum nullum quæstum quantumvis humilem, etiam mercaturæ ac commutationis sordidæ, fastigio suo indignum habuit. **166** Nihilominus super hæc omnia avidissimus gloriæ fuit. Unde, quod tot unus tam variis cupiditatibus simul succumberet, facile in reprehensiones omnium incurrit. Vituperatum scio patrem meum Augustum ut hominem exigui consilii quod Robertum expeditione prima non vicerit: quod facile potuisse aiunt nisi festinatione inconsulta spem certam corrupisset. Si enim sustinere voluisset aliquandiu, conclusurum undique ac circumventurum Gallos haud dubie fuisse: hinc Arbanitis, qui vocantur, illinc Dalmatis quos Bodinus miserat, ad exploratam victoriam arctantibus. Talia censores imperiti extra teli jactum secure disputant in caput ac famam virorum for-

A Ὁ δέ γε Ῥομπέρτος, ὡς λόγος ἐκράτει, καί τινες ἔλεγον, ἡγεμὼν ἐξαίρετος γέγονεν, ἀγχίνους, εὐπρεπὴς τὴν ὄψιν, ἀστεῖος ἐν λόγοις, ὀξὺς μὲν εἰπεῖν, φωνὴ δ' αὐτοῦ μεγάλη, εὐπρόσιτος, εὐμεγέθη[33] τὸ σῶμα, σύμμετρον τὴν κόμην ἔχων ἀεὶ τῇ κεφαλῇ, βαθυπώγων (26), σπεύδων ἀεὶ τὰ ἔθη τοῦ οἰκείου γένους τηρεῖν, τὸ τοῦ προσώπου ἄνθος καὶ τοῦ ὅλου σώματος μέχρι τέλους σώζων, καὶ τούτοις ἐπιγαννύμενος (δι' ἅπερ ἄξιον τυραννίδος τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐνομίζετο) πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν τιμῆς ἀξιῶν, καὶ πλείονος μᾶλλον τοὺς εὐνοϊκωτέρως πρὸς αὐτὸν διατιθεμένους. Φειδωλότατός τε δὲ ἦν καὶ φιλοχρυσώτατος, ἐμπορικώτατος καὶ φιλοκτεανώτατος, καὶ ἐπὶ τούτοις φιλοδοξότατος· ὑφ' ὧν πάντων ἡττώμενος πολλὴν τὴν μέμψιν πάντων ἐπεσπάσατο[34]. B Κακίζουσι δέ τινες τὸν αὐτοκράτορα ὡς μικροψυχήσαντα, καὶ τὸν μετ' αὐτοῦ πόλεμον τότε προαρπάσαντα. Εἰ μὴ γὰρ πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ τοῦτον ἀνεζήτησεν, ὥς φασιν, ἄλλως ἂν ῥᾳδίως κατίσχυσεν αὐτοῦ βαλλομένου ἁπανταχόθεν παρά τε τῶν καλουμένων Ἀρβανιτῶν, παρά τε τῶν ἀπὸ Δαλματίας παρὰ τοῦ Βοδίνου πεμπομένων. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν οἱμωμοσκόποι[35] ἔξω βελῶν ἱστάμενοι καὶ κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων πικροὺς οἰστοὺς διὰ γλώττης πέμποντες. Τὸ γὰρ τοῦ Ῥομπέρτου ἀνδρεῖον καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ περιδέξιον, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος ἑδραῖον πάντες ἴσασι· καὶ γὰρ οὐ τοῦ ῥᾳδίως, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν δυσκόλως καταγωνιζομένων ἦν ὁ ἀνὴρ ἐν ταῖς ἥτταις μᾶλλον θαρραλεώτερος φαινόμενος.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[33] εὐμεγεθέστατος. [34] ἐσπάσατο. [35] οἱ μωμοσκόποι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(26) *βαθυπώγων*. Vel ex hoc Annæ loco conjicere liceret, Normannos ea tempestate barbam nutrivisse, quamvis ex observatis ad pag. 106, ut et cæteros Francos, barbam rasisse constet. Sane Richardum I, Normanniæ ducem *barba canifera et prolixa honoratum* depingit Dudo, lib. III *De moribus et act. Normann.* Sed et Ordericus Vitalis, lib. II, ad an. 1104, auctor est Serlonem Sagiensem episcopum persuasisse Henrico I regii Angl. Roberto II Normanniæ duci, cæterisque Normannis, ut capillos et prolixas barbas ponerent; de quibus aiebat Serlo: *In barba prolixa hircis assimilantur, quorum petulantiæ sordibus fornicarii et catamitæ turpiter maculantur.* Et infra: *Barbas suas radere devitant, ne pili suas in osculis amicas præcisi pungant, et setosi Saracenos magis se quam Christianos* D *simulant.* Verum testatur idem Ordericus, lib. VII, eo anno quo in Illyricum postremo transiit, Robertum ex concepto voto, seu potius sacramento, barbam nutrivisse: *Per animam patris mei Tancredi juro*, inquit Robertus, *et hoc jurejurando vobis assero, quod donec reversus ad vos fuero, non utar balneo, barba mea non radetur, neque cæsaries mihi tonsurabitur.* Unde consequens videtur Robertum barbam antea rasisse, eoque sacramento Gallos et Francos veteres imitatum, quibus in more erat, ut victi comam, aut barbam squalere permitterent, nec ante novacula eam raderent, aut ornarent, quam se de hoste vindicassent; quod tradunt Tacitus, lib. IV *Hist.* et lib. *De morib. Germ.*; Sidon. lib. I, epist. 2; Gregor. Turon. lib. V *Hist.* cap. 15; et Paulus Diac. lib. III *De gest. Longob.* cap. 7

tium pericula cominus lacessentium sudantiumque in acie prælii, obtrectationum acerbissimarum tela ex tuto jaculantes. Porro fortitudinem Roberti, dexteritatemque in administrando bello, præsentiamque imperturbati ad omnes casus animi, res omnibus notas, qui reputaverit, næ is intelliget difficillime omnium virum talem superari potuisse, qui etiam ex offensionibus belli, si quæ inciderent, animosior audaciorque exsurgere soleret.

Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τῶν αὐτομολησάντων πρὸς αὐτὸν Λατίνων, καὶ τοῦ κόμητος Βρυενίου (27), τροπαιοφόρος [36] νικητὴς εἰς [37] τὴν βασιλεύουσαν ἐπαναζεύγνυσιν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, πρώτην ἄγοντος τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ἑβδόμης ἐπινεμήσεως (28), τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὑρηκώς. (Πορφύραν (29) δὲ τοῦτο οἱ ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων (30) ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμεν.) Κατὰ δὲ τὸ περίορθρον (Σάββατον δὲ ἦν) τίκτεται τούτοις παιδίον θῆλυ, ἐμφερὲς, ὡς ἔλεγον, κατὰ πάντα τῷ πατρί. Ἐγὼ δὲ ἦν ἄρα τοῦτο, καὶ ὥς γε τῆς βασιλίδος καὶ μητέρος ἔν τισι καιροῖς διηγουμένης ἠκονου [38] ὅτι πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς τοῦ βασιλέως εἰς τὰ ἀνάκτορα εἰσελεύσεως (ἐπανήει γὰρ ἤδη ἀπὸ τῆς τοῦ Ῥομπέρτου μάχης καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων πολέμων καὶ κόπων), ταῖς ὠδῖσι συνεχομένη, σταυροῦ τύπον τῇ γαστρὶ ἐνσημήνασα, ἔφη· *Μεῖνον ἔτι, παιδίον, τὴν τοῦ πατρὸς ἄφιξιν*. Πολλὰ δὲ αὐτὴν, ὡς ἔλεγεν, ἡ πρωτοβεστιαρία (31) καὶ μήτηρ αὐτῆς κα-

A Cæterum imperator cum, ejecto Castoria comite Bryenio, Latinis quos in suas partes traxerat comitantibus, prout superius narratum est, victor tropæis positis in urbem regiam inveheretur, Kalendis Decembris indictione septima, Augustam suam conjugem in ea palatii parte diversantem reperit quæ olim puerperiis Augustarum est dicata. (Ædes istæ antiqua appellatione Porphyra, sive Purpura vocantur, unde Porphyrogenitorum nomen orbe toto Romano celebre profluit.) Ibi circa diluculum die Sabbati nata ipsis puella est, haud dubiis lineamentis patrem referens, ut notarunt jam tum prædicaruntque qui viderunt. Illa ego fui. Meos ipsius natales scribo. Nec illud omittam, quod imperatricem matrem meam sæpe referentem B audire memini, sese laboribus paritudinis tentari cœptam triduo antequam ingressurus urbem Augustus diceretur (constabat enim eum Roberti bello periculisque illis ac sudoribus perfunctum tantis aliquando domum cogitare, istoque jam in itinere versari, eo duntaxat spatio distantem quod

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[36] πρὸς αὐτὸν τοῦ κόμητος Βρυεννίου Λατίνων, τροπαιοφόρος. [37] πρός. [38] ἤκουον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(27) *Μετὰ — τοῦ κόμητος Βρυενίου*. At contra supra pag. 154, ait Anna Bryenium adduci non potuisse, ut cum cæteris perfidis, vel transfugis, in partes imperatoris transiret.

(28) *Ἑβδόμης ἐπινεμήσεως*. Incidit prima Decembris indictionis 7, in an. Chr. 1083, qua Anna in lucem edita est.

(29) *Πορφύραν*. Porphyra, seu purpura, triclinium fuit in magno palatio, forma quadrata, ad Bucoleontis portum, ex marmore purpurei coloris constructum, unde Triclinio nomen mansit, ut Anna docet infra, lib. VII. Constantinum Irenes filium in ea palatii parte excæcatum tradunt Theophanes, Cedrenus, Paul. Diaconus, lib. XXIII, et Manasses, cujus sunt ista de Porphyra palatio :

321 Ἐκεῖ τὰς ὄψεις, ἐκεῖ σβεσθεὶς τὰς κόρας,
Ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας.
Πόρφυραν ὀνομάζομεν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον.

In illo præterea Triclinio fœtus suos edidisse Augustas testatur Nicetas in Man. lib. V : Τῆς δὲ Δεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, ᾠκονομήθη μὲν ἡ Πορφύρα, καὶ ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. A Constantino M. exstructum prodit Liutprandus, lib. I, cap. 2. Ædificii formam describit Anna, lib. VII, p. 190.

(30) *Πορφυρογεννήτων*. A purpura, palatii triclinio, Porphyrogennetas, seu *Porphyrogenitos* (nam et hanc hybridam agnovit media latinitas) dictos imperatorum liberos auctor est etiam Liutprandus. Non desunt tamen qui ita appellatos censent, quasi in purpura natos, patre scilicet imperatore. Claudianus in Paneg. de tertio Honorii consulatu, de ipso Honorio, qui ab Idacio *in purpuris natus* dicitur :

Et regnum cum luce dedit, cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

C Et alibi :

Natus in ostro
Parvus Honoriades.

Idem in VI, Honor. consulat.

Te rudem vitæ quamvis diademate necdum
Cingebare comas, socium sumebat honorum
Purpureo fotum gremio.

Commodus imp. apud Herodianum, lib. I : Καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς. Sic Alexium, Manuelis imp. filium, *Purpuratum* vocat Willelmus Neubrig. lib. III, cap. 4, uti Senator, lib. IV, cap, 39, Amanum quemdam *genere purpurato* ortum dixit. Sic etiam *Purpuratam infantiam*, filium vocat Athalaricus rex apud eumdem Senatorem, lib. VIII, epist. 5, quippe statim atque in lucem editi erant, purpureis fasciis illigabantur. Certe Aureliano et Clodio Albino, D apud Julium Capitolinum, omen imperii fecere crepundia purpurea ; unde et Clodio *joco nutricia Porphyrii nomen inditum*. Ita Marcus diaconus apud Baronium an. 401, n. 25, Theodosium Juniorem *post septem a matris puerperio dies*, *ab Amantio cubiculario in purpura oblatum Porphyrio episcopo*, ad baptismum refert. Sic denique *Porphyreticum* appellavit Ludovicum Balbum, Franciæ regem, Joannes VIII papa.

(31) *Πρωτοβεστιαρία*. At si protovestiaria Joannis Ducæ Cæsaris uxor fuit, ut supra indicatur, pag. 54, avia fuit Irenes Augustæ, non mater, ut Anna hoc loco scribit. Nec obstat quod non Cæsarissa dicatur, a conjugis dignitate ; nam protovestiariæ dignitate illa ipsamet gaudebat, quod eadem Anna disertis verbis tradit. Fuit porro Irenes mater, Andronici uxor, filia Trojanni, Samuelis Bulgarorum regis filii,

tribus diebus emensurus esset) grave atque incommodum putasse si viro suo tam modico locorum et temporum intervallo absente prolem ipsa eniteretur. Itaque ad illum primum partus erumpentis sensum crucis forma ventrem consignasse, simulque dixisse : *Mane, puer, et exspecta patris reditum.* Quod ubi protovestiaria cognovit ejus mater, multum objurgasse filiam, illique cum stomacho dixisse : Quid ? Tu scis an vel post mensem venturus sit ? et quomodo par eris sustinendis doloribus dilati ultra naturales terminos partus ? Hæc Augustæ mater. Augusta tamen voti compos exstitit. Præcessitque istud quasi signum veri obsequii erga parentes mei, constantibus deinde vitæ totius officiis sanciendum, **167** in quo freta conscientia, interrogare testimonia non vereor omnium qui me viderunt : ii profecto sciunt me nulla unquam in parte pietati defuisse, tantamque semper præ me tulisse adversus patrem meum matremque charitatem quantam nulla difficultas rerum, nulla acerbitas temporum, nulla laborum moles, ne pericula quidem quantavis terrere unquam aut retardare potuerint, quominus pro eorum amore honorem, pecuniam, vitam libentissime in discrimen objicerem, paratissima omnia pro istius laudis officio pacisci. Nec vero intra designationem solam stetimus ; in rem sæpe atque aleam animæ ac capitis pro ista causa occasione vocante decurri. Sed nondum de his agendi tempus est. Illa potius referamus quæ mihi statim ab ortu contigerunt.

A ταμεμψαμένη ἔφη μετ' ὀργῆς· Εἰ δὲ μετὰ μῆνα ἐλεύσεται οἶδας; καὶ πῶς αὐτὴ τοσαύταις ὠδύναις [39] ἐγκαρτερήσαις; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ ἐκείνης μήτηρ· τὸ δέ γε τῆς βασιλίδος ἐπίταγμα πέρας εἰλήφει, ὅπερ κἀν τῇ γαστρὶ τὴν εἰς τὸ μέλλον πρὸς τοὺς γειναμένους εὔνοιαν ἀριδήλως ὑπεσημαίνετο. Καὶ γὰρ μετὰ ταῦτα εἰς ἡλικίαν ἐπιδεδωκυῖα καὶ ἀπολαβοῦσα τὸ φρονοῦν καθαρῶς, φιλομήτωρ κατὰ ταυτὸν ἐγεγόνειν καὶ φιλοπάτωρ. Καὶ μάρτυρες τοῦ τοιούτου ἤθους εἰσί μοι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, ἤδη δὲ καὶ πάντες ὁπόσοι τἀμὰ γινώσκουσι, προσεπιμαρτυροῦντων αὐτοῖς καὶ τῶν πολλῶν μου ὑπὲρ γονέων ἄθλων, καὶ καμάτων, καὶ τῶν κινδύνων ἐκείνων εἰς οὓς ἐμαυτὴν διὰ τὸ πρὸς ἐκείνους φίλτρον ἐνέβαλον, ἀφειδήσασα μὲν καὶ τιμῆς, καὶ χρημάτων, καὶ αὐ-
B τῆς τῆς ζωῆς· οὕτω γάρ με τὸ πρὸς αὐτοὺς φίλτρον ἐξέκαεν ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν δι' αὐτοὺς προέσθαι πολλάκις. Ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων. Ἀνατρεχέτω δ' αὖθις ὁ λόγος πρὸς τὰ ἐξ αὐτῆς μοι ξυμπεσόντα γενέσεως.

Cum enim quæ fieri solent in natalitiis regiæ prolis, tum, ut in ortu primogeniti, omnia impensius atque effusius frequentarentur : cumque et munera in populum, et donativa in militem, et honoraria in senatores largissime spargerentur, indeque exsisteret publica omnium gratulatio, tamen pars multo maxima communis exsultationis ad Augustæ consanguineos haud dubie pertinebat. Ii cum omnibus lætitiis incederent palamque triumpharent, nullo tamen motu, nullo cantu aut ovatione satis poterant declarare vim tantam gaudii quantam habebant in sinu animi conceptam. Post dies aliquammultos corona me ac regio dia-

Πάντων γὰρ τῶν συνήθων ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς τῶν βασιλέων παισὶ δαψιλέστερον τελεσθέντων [40], ὡς λέγεται, εὐφημιῶν δηλαδὴ καὶ δωρεῶν, καὶ φιλο-
C τιμημάτων παρεχομένων τοῖς λογάσι τῆς συγκλήτου, καὶ τοῦ στρατοῦ, πλέον εἴπερ ποτε ἔχαιρον, ἐσκίρτων, ἐπαιάνιζον ἅπαντες, καὶ μᾶλλον οἱ τῇ βασιλίδι καθ' αἷμα προσήκοντες οὐχ εἶχον ὑφ' ἡδονῆς οἷ τι [41] καὶ γένοιντο. Μετρητῶν δέ τινων παρελθουσῶν ἡμερῶν, στέφους κἀμὲ ἀξιοῦσιν οἱ γονεῖς καὶ βασιλικοῦ διαδήματος. Ἐπεὶ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, περὶ οὗ πολλάκις ὁ λόγος ἐμνήσθη, συμβασιλεύοντος (32) ἔτι τῷ αὐτοκράτορι καὶ ἐμῷ πατρί, κἂν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[39] ὀδύναις. [40] τελεσθέντα. [41] ὅ τι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

femina præcellenti forma corporis, et egregia virtute animi, ut auctor est Bryenius, lib. III, cap. 6, a qua exstructum Constantinopoli Choræ monasterium narrat Nicephorus Gregoras, lib. IX.

(32) *Συμβασιλεύοντος*. Zonaras de Constantino Porph. : *Ἔτι γὰρ ὁ παῖς αὐτῆς περιέχειτο τὰ τῆς βασιλείας γνωρίσματα, καὶ εὐφημεῖτο μετὰ τὸν αὐτοκράτορα, καὶ τὰς χρυσοβούλλους γραφὰς μετ' ἐκεῖνον ὑπεσημαίνετο.* Profert Octavius Strada a Rosberg nummum, quem putat esse Alexii, in cujus antica duæ visuntur figuræ trabeatæ. Prima Alexii, habens in capite stemma crucigerum, globum, cui crux insistit, dextra gestans ; secunda est alterius imperatoris. Utraque labarum tenet, in cujus siparo inscripta nota labari, cum hac inscriptione, FL. ALEX. FL. CONST. in quo quidem nummo si Alexii est, Constantinus Ducas Porphyrogenneta Alexio συμβασιλεύων, cujus nomen in eo describitur, videretur repræsentari, nisi fictitium et adulterinum arguerent non Flavii duntaxat præ-
D nomen, quod ab ejusce ævi Augustis usurpatum nemo sanus dixerit, sed et genuini quos videre contigit Alexii et Manuelis nummi **322** aurei et concavi, cujusmodi χαυκίους vocari in Nov. CV, cap. 2, observat Cujacius, in Museo V. C. D. Charroni in Camera Comput. Paris. auditoris τοῦ μακαρίτου. Prior nummus, qui est Alexii, ejusdem Augusti stolati effigiem in parte concava exhibet, dextra Narthecem, sinistra globum, cui crux insistit, tenentem ; supra globum Crucigerum, manus, veluti de nube, ad oram nummi exiens apparet, quæ imperatoris capiti stemma imponit. Ad latus dextrum ipsius figuræ imperatoris scripti hi characteres : ΑΛΕΧΙΩ ΔΕCΠΟΤ. Ad sinistrum isti, quantum conjectari licuit, Τω ΚΟΜΝΗΝω. In altera et convexa parte Christus sedens conspicitur, cum hisce characteribus † ΚΕΡΟ — ΗΛ supra Christi caput, IC. XS. In altero nummo Manuel Comnenus, Alexii ex filio nepos, eodem habitu repræsentatur, nullo alio discrimine, quam quod crux, quæ globo in-

ταῖς δωρεαῖς δι' ἐρυθρῶν συνυπογράφοντος τούτῳ, κἂν A ταῖς προπομπαῖς μετὰ τιάρας αὐτῷ συνεφεπομένου, κἂν ταῖς εὐφημίαις δευτέρου [42] εὐφημουμένου, κἀγὼ εὐφημεῖσθαι ἔμελλον, Κωνσταντῖνον καὶ Ἄνναν [43] ἐν ταὐτῷ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς τῆς εὐφημίας καιροῖς, οἱ τῆς εὐφημίας προεξάρχοντες (33). Καὶ τοῦτο δὴ μέχρι καιρῶν ἱκανῶν ἐτελεῖτο ὥσγε [44] μοι τῶν συγγενῶν καὶ ἐμῶν γεννητόρων ἐν ὑστέροις πολλάκις διηγουμένων ἀκήκοα. Προμάντευμα δὲ ἴσως τοῦτο τῶν ἐμοὶ ξυμπεσόντων ἦν, εἴτε εὐτυχημάτων, εἴτε τοὔμπαλιν δυστυχημάτων. Ἐπεὶ δὲ τοῖς βασιλεῦσι καὶ δεύτερον ἐτέχθη θῆλυ (34) ἀναφέρον μὲν κατὰ τὴν ὄψιν εἰς τοὺς προγόνους, ἐμφαῖνον δὲ ἅμα καὶ τὴν ἐσύστερον ἐπιλάμπουσαν αὐτῷ ἀρετήν τε καὶ φρόνησιν, ἐπεπόθουν καὶ ἄῤῥεν τεκεῖν, καὶ δι' εὐχῆς αὐτοῖς τοῦτ' ἦν. Ἐπινεμήσεως οὖν ἑνδεκάτης (35) B τρεχούσης, τίκτεται τούτοις καὶ ἄῤῥεν. Εὐθὺς οὖν οἱ μὲν γονεῖς ἐγεγήθεσαν, καὶ πένθους οὐκ ἔτι ἴχνος αὐτοῖς ἐπιλέλειπτο, τῆς σφῶν ἐπιθυμίας εἰς ἔργον προαχθήσης [45]. Τὸ δὲ ὑπήκοον ἅπαν ἐσκίρτων, τοὺς κρατοῦντας αὐτοῦ [46] χαίροντας ὁρῶν, συνέχαιρον ἀλλήλοις, ἐγεγήθεσαν. Ἦν [47] ἰδεῖν τὰ βασίλεια χαρμονῆς ἀνάπλεω καὶ πένθος οὐδαμοῦ, οὐδὲ ἑτέρας οἱασδηποτοῦν ἐννοίας, τῶν μὲν ἐκ μέσης θαλάμης καρδίας χαιρόντων ὁπόσοι εὖνοι, τῶν δὲ συσχηματιζομένων χαίρειν. Ἔστι μὲν γὰρ τὸ ὑπήκοον ὡς ἐπίπαν δύσνουν τοῖς κρατοῦσιν, σχηματιζόμενον δὲ τὰ πολλὰ καὶ διὰ κολακείας ἐπισπώμενον τοὺς ὑπερ-

A demata parentes dignati snnt; et quoniam imperii consortium tum obtinebat is de quo multis aliis egimus Constantinus Michaelis Ducæ olim Augusti filius, ita ut donationibus rubramento sul scriberet, et in pompis solemnibus proxime Augustum tiara insignis sequeretur, postremo in acclamationibus secundo loco nominaretur, constitutum est: ut quoniam mei quoque jam coronatæ mentio in acclamatione facienda erat, talium deinceps clamorum præcentores Constantinum et Annam acclamarent: id quod satis longo tempore ita esse factum a parentibus deinde meis cæterisque cognatis sæpius audivi. Augurium videlicet illud aut omen fuit eorum quæ deinde mihi in vita vel prospera contigerunt vel adversa. Nata porro deinde B Augustis et alia puella, referente et ipsa parentes vultu, et indicia jam tum aliqua monstrante virtutis ejus ac sapientiæ quæ in ea postea eluxit: desiderium ipsos incessit votis incensis flagrans, prolis quoque virilis edendæ: cujus et compotes facti sunt currente indictione undecima. Quando Augusta puerum marem enixa, immensa quædam in parentem utrumque lætitia redundavit, ita ut præteriti luctus ipsa memoria novi gratulatione gaudii abstersa erasaque videretur. At populus, ut ad nutus imperantium fingi solet, **168** in omnes lætitiæ significationes effundebatur. Cernere erat exsultantem aulam, exsultante jam plane mœrore

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[42] δευτέραν. [43] Κωνσταντίνου καὶ Ἄννης. [44] ὥσπερ. [45] προαχθείσης. [46] οὕτω. [47] καὶ ἦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

sistit, duplex est. Characteres qui ad figuræ dextram describuntur, perspicue conficiunt hæc verba, ΜΑΝΟΥΗΛ ΔΕCΠΟΤ. Ad lævam vero, ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓ, id est, τῷ Πορφυρογεννήτῃ, ita ut forte Manuel eo epitheto in imperii successione Isaacio fratri, superstiti licet et primogenito, jure se præferri debuisse ostenderit, cum cæteri Joannis parentis filii, Manuelis fratres primogeniti, Alexius, Andronicus, et Isaacius, ante adeptam a patre imperatoriam dignitatem in lucem editi sint, solus Manuel post Alexii avi excessum patre imperatore natus fuerit; atque id potissimum causæ fuit, cur in nummis et Bullis, seu Diplomatibus, atque adeo Novellis, istud epitheton affectarit. Tradit quippe Cinnamus, lib. I. Manuelem cum patrem in expeditionem Neocæsariensem secutus est an. 1142, ætatis annum attigisse duodevicesimum. Unde con- D jicitur natum post adeptum a Joanne imperium, qui illud demum iniit an. 1118, 15 die Aug. quo Alexius parens ex vivis excessit. Hanc porro Manuelis Monetam *Manuelatum* vocabant, quod ex instrumento pacis, seu inito inter Theodorum Lascarim imp. et Venetos fœdere colligitur, cujus mentio est apud Julium a Puteo Veronensem in Genealogia familiæ Lascaricæ: *Nelle monete che si battevano fussero differenti, gli Yperperi, et i Manulati ne gl' Iperperi loro.* Mox addit, *Manulato era moneta di riputatione fatta battere da Manuel, che ne fu l'Autore. Manlat*, pro *manulat*. nuncupatur ab Arnoldo Lubecensi, lib. III, cap. 33, qui ejus materiam, quantumvis auream, viliorem tamen fuisse ait: *Est autem*, inquit, *manlat de viliorum numismate, qui nec totus sit aureus, nec totus cupreus, sed quasi de confusa et vili constat materia.* Certe quidquid fuerit de isto Arnoldi Manuelato,

C is cujus memini ex probo conflatus auro videtur. Profert præterea supralaudatus **323** Strada nummum alium aureum, quem Manueli pariter ascribit, in cujus antica visuntur duæ figuræ stantes, prior imperatoris barbati dextra hastam cum siparo et nota labari, læva gladium lateri adhærentem tenentis: altera est mulieris (quam Deiparam esse par est credere) coronam imperatoris capiti imponentis, cum hisce characteribus, DN ΜΑΝΟΥΗΛ. . . . . hunc, etsi nescio quid adulterinum ex litteris DN. suspicari quivis potest, hic describendum curavi, una cum altero Isaacii Comneni imperatoris ne, quid ad historiam Comnenicæ familiæ illustrandam desit. Servatur is in instructissimo gazophylacio Thuano. Habetur in antica princeps habitu Constantinopolitano, cujus D caput manus de cœlo tangit, dextra crucem hastæ impositam ferens, sinistra gladium seu ensem angeli manu recipiens, cum hisce characteribus ICAAKIOC ΔΕ. . . ΡΑ. . . ΜΙ. In postica visitur virgo sedens, iconculæ caput in sinu fovens. Nummus est aureus, sed ponderis non æquantis solidum Justinianæum.

(33) *Εὐφημίας προεξάρχοντες*. Interdum psaltæ et cantores πολυχρόνιον, seu acclamationes incipiebant, præsertim cum fiebant illæ in templis, ut auctor est Codinus, cap. 6, n. 5; interdum etiam proceres; idem cap. 8, n. 2 et 3.

(34) *Δεύτερον θῆλυ*. Maria forte, quam primam e tribus Alexii filiabus nominat Zonaras. Vide lib. XV, sub finem.

(35) *Ἐπινεμήσεως ἑνδεκάτης*. Joannes Comnenus, postmodum imperator, *Calojoannes* Petro abb. Clun. dictus lib. II, epist. 39, nascitur ind. 11, an. Chr. 1088.

omni; aliis ex intimo animi vere benevoli sinu A gratulationem sinceram promentibus, aliis invidiam ægri cordis serenitate tamen jussa et risu simulato celantibus. Animos enim fere subditi aversos a principibus gerunt, utcunque fictis obsequiis et affectatis assentationibus demereri studeant quibus invident. Tunc tamen conspirantibus in unam celebritatem publicæ lætitiæ vel veris vel simulatis studiis omnium, nihil ad triumphalem gratulationem deesse videbatur. Cæterum puerulus fusco erat colore cutis, lata fronte, aridulis genis, naso neque simo neque inflexo in formam aquilini rostri, sed figuræ inter utrumque mediæ, nigri oculi, tota indoles, quantum augurari ex recens nati corpusculi specie licebat, subraconditior illa B quidem, verum acribus ex abdito crumpens motibus. Nihil antiquius parentes habuere quam ut puero imperii hæreditatem assererent. Illi ergo ad Magnam ecclesiam perlato et sacri baptismi gratiam et regiæ coronæ decus simul impertiunt. Hæc nobis Porphyrogenitis ab ipsis ortus primordiis contigere; cætera quæ per vitam evenere suis quæque reddentur locis.

ἔχοντας. Ὅμως δ' οὖν κοινὴν ἦν ἰδεῖν τότε τὴν χαρμονὴν συνηδομένων ἁπάντων. Τὸ δὲ παιδίον μέλαν (36) ἦν τὴν χροιὰν, μέτωπον τούτῳ εὐρὺ, παρειαὶ ὑπόξηροι, ῥὶς οὔτε [48] κάμπτουσα πρὸς τὸ γρυπὸν, ἀλλὰ μέση πως ἀμφοῖν· ὀφθαλμοὶ μελάντεροι, καὶ τὸ ὑποκαθήμενον ἦθος, καὶ ὀξὺ [49] ὅσον ἐκ βρεφυλλίου σώματος εἰκάσαι ἐμφαίνοντες. Ἐθέλοντες τοιγαροῦν τουτὶ τὸ παιδίον εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀναβιβάσαι, καὶ κλῆρον οἷον αὐτῷ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων καταλιπεῖν, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην ἐκκλησίαν θείου τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ στέφους (37) αὐτὸ ἀξιοῦσιν. Τοιαῦτα τοίνυν τὰ τοῖς πορφυρογεννήτοις ἡμῖν ἐξ αὐτῶν βαλβίδων τῆς ἡμῶν γεννήσεως [50] ξυμβάντα· τὰ δέ γε ἐσύστερον ξυμπεσόντα κατὰ τὸν προσήκοντα ῥηθήσεται τόπον.

Jam ut ad seriem historiæ redeamus, imperator Alexius postquam, ut superius diximus, Turcis ab ora Bithyniæ atque ab ipso Bosphoro superioribusque regionibus expulsis pacis fœdus cum Solymano contraxerat, sicque versis in Illyricum habenis omnium laboriosissimo periculosissimoque bello Robertum denique ac filium ejus Baimundum egregie vicerat, occiduumque limitem calamitate maxima liberaverat: inde rediens comperit non modo C totam orientalem imperii oram Turcorum qui Apelchasemo parebant, incursionibus conculcatam, sed eos in ipsam etiam usque Propontidem maritimasque tractus ejus regiones successibus audaciam alentibus secure progressos offendit. Quomodo igitur amer Solymas Nicæa exiens hunc Apelchasemum præsidii præfectum illic reliquerit, Puzanes vero a sultane Persarum missus in Asiam, et a sultanis fratre Tutuse victus occisusque fuerit; quomodo denique Tutuses ipse post superatum Puzanen a consobrinis ipsius strangulatus perierit, hinc narrare incipiendum est. Vir fuit ex Armenia

Ὁ μέντοι αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος τῶν παραλίων τῆς Βιθυνίας καὶ αὐτῆς Βοσπόρου, καὶ τῶν ἀνωτέρω χωρῶν τοὺς Τούρκους ἀπελάσας μετὰ τοῦ Σολυμᾶ, εἰς εἰρηνικὰς ἐληλύθει [51] σπονδὰς, καθὼς ὁ λόγος ἀνωτέρω (38) φθάσας ἐδήλωσε, καὶ οὕτω πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τὰς ἡνίας στρέψας, τόν τε Ῥομπέρτον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον πολλὰ μογήσας κατὰ κράτος ἥττησε καὶ μεγίστης συμφορᾶς τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐῤῥύσατο, κἀκεῖθεν ἐπανελθὼν αὖθις τοὺς ὑπὸ τὸν Ἀπελχασὴμ Τούρκους, οὐ τὴν ἕω ἁπλῶς κατατρέχοντας εὗρεν, ἀλλὰ μέχρις αὐτῆς Προποντίδος καὶ τῶν παραλίων ταύτῃ χωρίων καταληλυθότας. Ὅπως μὲν οὖν ὁ ἀμὴρ (39) Σολυμᾶς, τῆς Νικαίας ἐξελθὼν, τουτονὶ τὸν Ἀπελχασὴμ φρουρὸν αὐτῇ καταλέλοιπεν, ὁ δὲ Πουζάνος παρὰ τοῦ Περσῶν σουλτὰν πρὸς τὴν Ἀσίαν ἐξεπέμφθη καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ σουλτὰν Τουτούση ἡττηθεὶς ἀνῄρητο, καὶ τὸν Τουτούσην μετὰ τὸ τὸν Πουζάνον ἡττῆσαι οἱ ἀνεψιαδεῖς αὐτοῦ ἀπέπνιξαν, ἀρητέον [52] ἤδη διηγεῖσθαι. Ἀνήρ τις ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενος, Φιλάρετος (40) τὴν ἐπωνυμίαν, περίβλεπτος ἐπ' ἀνδρείᾳ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[48] ῥὶς οὔτε σιμὴ, οὔτε. [49] ὀξύ. [50] γενέσεως. [51] ἐξεληλύθει. [52] ἀρκτέον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(36) *Τὸ δὲ παιδίον μέλαν*. Willelmus Tyrius, lib. xv, cap. 23, de Joanne: *Fuit autem statura mediocris, carne et capillo niger, unde et cognomento dicitur etiam hodie Maurus, facie despicabili, sed moribus conspicuus, et actibus insignis militaribus.* Si (quod asseverat Nicetas) ad Joannem spectat pars posterior primi oraculi Leonis imperatoris, belle ibi describitur hoc versu vultus color:

Βαπτόμενος μέλανι, καὶ μέλας ὅλος.

(37) *Καὶ τοῦ στέφους*. Nicetas in Joanne: Ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο· ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. Imperator porro a parente Alexio dictus est Joannes circa an. Chr. 1091, aut sequentem, uti patet ex Diplomate quod ab Ughello profertur in archiepiscopis Neapolitan. n. 10: *In nomine Dei Salvatoris N. J. C. imperante* D *domino nostro Alexio Magno imperatore anno* 14, *sed et Joanne Porphyrogenito Magno imperatore ejus filio anno* 3, *die* 17, *mensis Sept., indict.* 3, etc. Profert etiam idem Ughellus aliud Diploma an. 19 imperii Alexii, ind. 8, in quo Joannis pariter imperii anni describuntur.

(38) *Ἀνωτέρω*. Pag. 95.

(39) *Ἀμήρ*. Apud Arabes id vocabuli κύριον seu dominum sonat, quod varie efferunt scriptores nostri. Interdum enim, *ammirabilis*, dicunt, ut Albertus Aq. lib. iii, cap. 59; *ammiratus*, ut Tudebodus, lib. v; *admirabilis*, ut Otho Frisingens. lib. vii, cap. 4; et *admirarius*, ut Leo Ost. Hinc *admiraldorum*, seu thallassocratorum nata vox apud Latinos, quod ita nostris Turcicarum classium duces indigitarentur. Vide pag. 205 b.

(40) *Φιλάρετος*. Cujus meminit Zonaras in Romano Diogene.

A καὶ φρονήσει, εἰς τὴν τοῦ δομεστικάτου ἀξίαν παρὰ τοῦ προβεβασιλευκότος Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους ἀνενεχθεὶς, καὶ τὰ συμβάντα τῷ Διογένει θεασάμενος, καὶ τὴν τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ στέρησιν βεβαιωθεὶς, διαφερόντως τοῦτον ποθῶν, οὐκ ἔφερεν. Ἀλλ' ἀποστασίαν μελετήσας τὴν τῆς Ἀντιόχου ἐξουσίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο. Καθ' ἑκάστην δὲ τῶν Τούρκων ληϊζομένων τὰ πέριξ, ἐπεὶ μὴ ἄνεσις τούτῳ ἐδίδοτο, ἐσκέψατο προσελθεῖν τοῖς Τούρκοις, καὶ περισμηθῆναι [83] ὡς ἔθος αὐτοῖς. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ἐνέκειτο σφόδρα τοῦτον τῆς παραλόγου ἀνακόπτων ὁρμῆς, ἀλλ' οὐκ εἰσηκούσθη τὰ λῷονα συμβουλεύων. Περίλυπος τοίνυν γενόμενος δι' ἡμερῶν ὀκτὼ κατέλαβεν [καταλαμβάνει] τὴν Νίκαιαν, καὶ προσελθὼν τῷ ἀμὴρ Σολυμᾶ διεγείρει τοῦτον εἰς πολιορκίαν τῆς Ἀντιοχείας τὴν τοῦ σουλτανικίου τηνικαῦτα περιβεβλημένον ἀξίαν, B καὶ πρὸς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τοῦ πατρὸς παροξύνει [84]. Πείθεται τούτοις ὁ Σολυμᾶς, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀντιόχειαν μέλλειν ἀπέρχεσθαι, τὸν Ἀπελχασὴμ κατέλιπε φύλακα τῆς Νικαίας, ὑπερέχοντα πάντων τῶν ἡγεμόνων, ἡγεμόνα τοῦτον κατονομάσας. Ἐκεῖνος δὲ συνεφεπόμενον ἔχων καὶ τὸν τοῦ Φιλαρέτου υἱὸν διὰ δώδεκα νυκτῶν (διὰ τὸ ἀνύποπτον, τὰς γὰρ ἡμέρας ἠρέμει) καταλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐξ ἐφόδου ταύτην κατέσχεν (41). Ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Χαρατικῆς λαθραίως συλᾷ τὴν Σιωπὴν [85], χρυσίον ἱκανὸν καὶ χρημάτων [86] βασιλικῶν ταμιείων κεῖθι ἐναποκείμενα μεμαθηκώς.

A oriundus Philaretus nomine, fortitudine ac prudentia insignis, quem Romanus Diogenes tunc imperans in domesticatus dignitatem evexerat. Is partim coram intuitus quæ misera et calamitosa Diogeni contigerant, partim auditu certior factus de crudeli excæcatione ejusdem, tanti tamque bene de se meriti principis indignissimam abdicationem suppliciumque iniquissimum **169** non ferens: tum quod subesse tortoribus ejus nec decorum sibi nec tutum putaret, spectare defectionem cœpit, viamque sibi ad hujus consilii perpetrandi facultatem urbis Antiochenæ occupatione præmunivit. At cum eum quiescere illic importunissimæ Turcorum loca circum vicina assidue infestantium incursiones non sinerent, homo qui omnem a Romanis B damnaret spem, ad consilium immane quam atrox atque impium animum adjecit. Decrevit enim transire in mores superstitionemque Turcorum, et circumcisionem suscipere. Exhorruit ad mentionem abominabilis flagitii filius ejus, patremque diu frustra revocare inde ac dehortari conatus, ad extremum desperata curatione illius, Nicæam octo dierum cursu pervenit, Ameremque Solymam sultanicii dignitatem illic adeptum, ad Antiochiam obsidendam patremque in ea urbe suum ipsius oppugnandum incitat. Haud segnem ad ea virum reperit. Totus ergo in apparatu expeditionis Antiochenæ Solymas Nicææ custodiam Apelchasemo commisit, viro quem quanti faceret gloriosa appellatione declaravit: nomen enim ei dedit quo nomine illum ducum esse omnium præstantissimum ducem significabatur. Ipse porro Amer Solymas filio Philareti secum assumpto duodecim itinere noctium (diebus siquidem quiescebat, sic consilii sui sensum eripiens hostibus) Antiochiam improvisus facile imparatam occupavit adventu ipso impetuque primo. Quidam quoque, Charatices nomine, Sinopen per id tempus expilavit grassatione clandestina, indicio ad id pellectus copiosi auri multæque cæteræ pecuniæ ibi depositæ in regiis thesauris.

Ὁ δὲ Τουτούσης (42) τοῦ μεγάλου σουλτὰν ἀδελ- C φὸς τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Μεσοποταμίας ἁπάσης, καὶ τοῦ Χάλεπ, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Βαγδᾶ (43) ἐξουσιάζων, καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀντιποιούμενος, ἐπεὶ τὸν ἀμὴρ Σολυμᾶν ἀφηνιάζοντα ἔβλεπε καὶ τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν ἑαυτῷ ἤδη περιποιούμενον, σὺν ὅλαις δυνάμεσιν, ἐν μεταιχμίῳ τοῦ Χάλεπ καὶ τῆς Ἀντιοχείας καταλαμβάνει. Συνηντηκότος δὲ αὐτῷ τοῦ ἀμὴρ Σολυμᾶ πόλεμος [87] εὐθὺς ἀναῤῥήγνυται μέγας, καὶ ἀγχεμάχου τῆς μάχης γεγονυίας

C At Tutuses, magni sultani frater, Hierosolymorum et Mesopotamiæ universæ, Chalepi quoque, ac usque ad Bagdam ipsam, potestatem obtinens majorem in modum cupiebat Antiochia potiri. Amere porro civitatem eamdem haud minus sollicite retinente quam cupide invaserat, pronuntiat iter exercitui Tutuses Chalepo Antiochiam versus, unde contra signis infestis occurrente Solyma prælium conseritur magnum atque atrox: in quo postquam a jaculatione ac telis ad manus et gla-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] περιτμηθῆναι. [84] παροτρύνει. [85] Σινώπην. [86] χρήματα τῶν. [87] Desunt voces πόλεμος, etc., νῶτα οἱ τοῦ Σολυμᾶ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) *Ἐξ ἐφόδου κατέσχεν.* Venit Antiochia in Turcorum potestatem sub Abulcasemo Chalipha circa an. Chr. 1084, Alexio imperante. Tradunt siquidem Raimundus de Agiles, pag. 148; Order. Vital. lib. XIII, pag. 914; et Willelmus Tyrius, lib. V, cap. 11, eam, antequam a Francis expugnaretur, quod accidit 3 Jul. an. 1098, Saracenos per annos 14 obtinuisse. V. Elmacinum.

(42) *Τουτούσης.* **324** Tutusæ nomen varie effertur ab El Macini interpretibus. Erpenio enim *Tagiuddaulas Nisus*, Valerio vero *Tageoldulas* D dicitur. Fuit ille Giesaluddaulæ, seu Gelaloldulæ Mascosæ Summi Turcorum sultani frater, Barselami Salgeucidæ sultani filius, Damasci Ameras. Siarfuddaula, seu Serfodulo, Mustemi filio, Corosi nepote, Aleppi, seu Berrhœæ Amera, a Solymanno, cui ille Antiochiam auferre adnixus erat, interfecto an. heg. 477, Chr. 1084, ipse Aleppum non modo invasit, sed et ipsam Antiochiam, cæso Solymanno ex fratre nepote, expugnavit, totiusque Syriæ principatum nactus est an. Chr. 1085.

(43) *Βαγδᾶ.* Vide Albericum, an. 1098.

omni : aliis ex intimo animi vere benevoli sinu gratulationem sinceram promentibus, aliis invidiam ægri cordis serenitate tamen jussa et risu simulato celantibus. Animos enim fere subditi aversos a principibus gerunt, utcunque fictis obsequiis et affectatis assentationibus demereri studeant quibus invident. Tunc tamen conspirantibus in unam celebritatem publicæ lætitiæ vel veris vel simulatis studiis omnium, nihil ad triumphalem gratulationem deesse videbatur. Cæterum puerulus fusco erat colore cutis, lata fronte, aridulis genis, naso neque simo neque inflexo in formam aquilini rostri, sed figuræ inter utrumque mediæ, nigri oculi, tota indoles, quantum augurari ex recens nati corpusculi specie licebat, subreconditior illa quidem, verum acribus ex abdito erumpens motibus. Nihil antiquius parentes habuere quam ut puero imperii hæreditatem assererent. Illi ergo ad Magnam ecclesiam perlato et sacri baptismi gratiam et regiæ coronæ decus simul impertiunt. Hæc nobis Porphyrogenitis ab ipsis ortus primordiis contigere; cætera quæ per vitam evenere suis quæque reddentur locis.

ἔχοντας. Ὅμως δ' οὖν κοινὴν ἦν ἰδεῖν τότε τὴν χαρμονὴν συνηδομένων ἁπάντων. Τὸ δὲ παιδίον μέλαν (36) ἦν τὴν χροιὰν, μέτωπον τούτῳ εὐρὺ, παρειαὶ ὑπόξηροι, ῥὶς οὔτε [48] κάμπτουσα πρὸς τὸ γρυπὸν, ἀλλὰ μέση πως ἀμφοῖν· ὀφθαλμοὶ μελάντεροι, καὶ τὸ ὑποκαθήμενον ἦθος, καὶ ὀξὺ [49] ὅσον ἐκ βρεφυλλίου σώματος εἰκάσαι ἐμφαίνοντες. Ἐθέλοντες τοιγαροῦν τουτὶ τὸ παιδίον εἰς τὴν αὐτοκράτορος περιωπὴν ἀναβιβάσαι, καὶ κλῆρον οἷον αὐτῷ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων καταλιπεῖν, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην ἐκκλησίαν θείου τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ στέφους (37) αὐτὸ ἀξιοῦσιν. Τοιαῦτα τοίνυν τὰ τοῖς πορφυρογεννήτοις ἡμῖν ἐξ αὐτῶν βαλβίδων τῆς ἡμῶν γεννήσεως [50] ξυμβάντα· τὰ δέ γε ἐσύστερον ξυμπεσόντα κατὰ τὸν προσήκοντα ῥηθήσεται τόπον.

Jam ut ad seriem historiæ redeamus, imperator Alexius postquam, ut superius diximus, Turcis ab ora Bithyniæ atque ab ipso Bosphoro superioribusque regionibus expulsis pacis fœdus cum Solymano contraxerat, sicque versis in Illyricum habenis omnium laboriosissimo periculosissimoque bello Robertum denique ac filium ejus Baimundum egregie viceral, occiduumque limitem calamitate maxima liberaverat : inde rediens comperit non modo totam orientalem imperii oram Turcorum qui Apelchasemo parebant, incursionibus conculcatam, sed eos in ipsam etiam usque Propontidem maritimasque tractus ejus regiones successibus audaciam alentibus secure progressos offendit. Quomodo igitur amer Solymas Nicæa exiens hunc Apelchasemum præsidii præfectum illic reliquerit, Puzanes vero a sultane Persarum missus in Asiam, et a sultanis fratre Tutuse victus occisusque fuerit; quomodo denique Tutuses ipse post superatum Puzanen a consobrinis ipsius strangulatus perierit, hinc narrare incipiendum est. Vir fuit ex Armenia

Ὁ μέντοι αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος τῶν παραλίων τῆς Βιθυνίας καὶ αὐτῆς Βοσπόρου, καὶ τῶν ἀνωτέρω χωρῶν τοὺς Τούρκους ἀπελάσας μετὰ τοῦ Σολυμᾶ, εἰς εἰρηνικὰς ἐληλύθει [51] σπονδὰς, καθὼς ὁ λόγος ἀνωτέρω (38) φθάσας ἐδήλωσε, καὶ οὕτω πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τὰς ἡνίας στρέψας, τόν τε Ῥομπέρτον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον πολλὰ μογήσας κατὰ κράτος ἥττησε καὶ μεγίστης συμφορᾶς τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐῤῥύσατο, κἀκεῖθεν ἐπανελθὼν αὖθις τοὺς ὑπὸ τὸν Ἀπελχασὴμ Τούρκους, οὐ τὴν ἕω ἁπλῶς κατατρέχοντας εὗρεν, ἀλλὰ μέχρις αὐτῆς Προποντίδος καὶ τῶν παραλίων ταύτῃ χωρίων κατεληλυθότας. Ὅπως μὲν οὖν ὁ ἀμὴρ (39) Σολυμᾶς, τῆς Νικαίας ἐξελθὼν, τουτονὶ τὸν Ἀπελχασὴμ φρουρὸν αὐτῇ καταλέλοιπεν, ὁ δὲ Πουζάνος παρὰ τοῦ Περσῶν σουλτᾶν πρὸς τὴν Ἀσίαν ἐξεπέμφθη καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ σουλτᾶν Τουτούση ἡττηθεὶς ἀνῄρητο, καὶ τὸν Τουτούσην μετὰ τὸ τὸν Πουζάνον ἡττῆσαι οἱ ἀνεψιαδεῖς αὐτοῦ ἀπέπνιξαν, ἀρητέον [52] ἤδη διηγεῖσθαι. Ἀνήρ τις ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενος, Φιλάρετος (40) τὴν ἐπωνυμίαν, περίβλεπτος ἐπ' ἀνδρείᾳ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[48] ῥὶς οὔτε σιμὴ, οὔτε. [49] ὀξύ. [50] γενέσεως. [51] ἐξεληλύθει. [52] ἀρκτέον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(36) *Τὸ δὲ παιδίον μέλαν.* Willelmus Tyrius, lib. XV, cap. 23, de Joanne : *Fuit autem statura mediocris, carne et capillo niger, unde et cognomento dicitur etiam hodie Maurus, facie despicabili, sed moribus conspicuus, et actibus insignis militaribus.* Si (quod asseverat Nicetas) ad Joannem spectat pars posterior primi oraculi Leonis imperatoris, belle ibi describitur hoc versu vultus color :

Βαπτόμενος μέλανι, καὶ μέλας ὅλος.

(37) *Καὶ τοῦ στέφους.* Nicetas in Joanne : Ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο· ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. Imperator porro a parente Alexio dictus est Joannes circa an. Chr. 1091, aut sequentem, uti patet ex Diplomate quod ab Ughello profertur in archiepiscopis Neapolitan. n. 10 : *In nomine Dei Salvatoris N. J. C. imperante domino nostro Alexio Magno imperatore anno 14, sed et Joanne Porphyrogenito Magno imperatore ejus filio anno 3, die 17, mensis Sept., indict. 3*, etc. Profert etiam idem Ughellus aliud Diploma an 19 imperii Alexii, ind. 8, in quo Joannes pariter imperii anni describuntur.

(38) *Ἀνωτέρω.* Pag. 95.

(39) *Ἀμήρ.* Apud Arabes id vocabuli κύριον seu dominum sonat, quod varie efferunt scriptores nostri. Interdum enim, *ammirabilis*, dicunt, ut Albertus Aq. lib. III, cap. 59; *ammiratus*, ut Tudebodus, lib. V; *admirabilis*, ut Otho Frisingens. lib. VII, cap. 4; et *admirarius*, ut Leo Ost Hinc *admiraldorum*, seu thallassocratorum nata vox apud Latinos, quod ita nostris Turcicarum classium duces indigitarentur. Vide pag. 205 b.

(40) *Φιλάρετος.* Cujus meminit Zonaras in Romano Diogene.

καὶ φρονήσει, εἰς τὴν τοῦ δομεστικάτου ἀξίαν παρὰ τοῦ προβεβασιλευκότος Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους ἀνενεχθείς, καὶ τὰ συμβάντα τῷ Διογένει θεασάμενος, καὶ τὴν τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ στέρησιν βεβαιωθείς, διαφερόντως τοῦτον ποθῶν, οὐκ ἔφερεν. Ἀλλ' ἀποστασίαν μελετήσας τὴν τῆς Ἀντιόχου ἐξουσίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο. Καθ' ἑκάστην δὲ τῶν Τούρκων ληϊζομένων τὰ πέριξ, ἐπεὶ μὴ ἄνεσις τούτῳ ἐδίδοτο, ἐσκέψατο προσελθεῖν τοῖς Τούρκοις, καὶ περισμηθῆναι [53] ὡς ἔθος αὐτοῖς. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ ἐνέκειτο σφόδρα τοῦτον τῆς παραλόγου ἀνακόπτων ὁρμῆς, ἀλλ' οὐκ εἰσηκούσθη τὰ λῷονα συμβουλεύων. Περίλυπος τοίνυν γενόμενος δι' ἡμερῶν ὀκτὼ κατέλαβεν [καταλαμβάνει] τὴν Νίκαιαν, καὶ προσελθὼν τῷ ἀμὴρ Σολυμᾶ διεγείρει τοῦτον εἰς πολιορκίαν τῆς Ἀντιοχείας τὴν τοῦ σουλτανικίου τηνικαῦτα περιβεβλημένον ἀξίαν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τοῦ πατρὸς παροξύνει [54]. Πείθεται τούτοις ὁ Σολυμᾶς, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀντιόχειαν μέλλειν ἀπέρχεσθαι, τὸν Ἀπελχασὴμ κατέλιπε φύλακα τῆς Νικαίας, ὑπερέχοντα πάντων τῶν ἡγεμόνων, ἡγεμόνα τοῦτον κατονομάσας. Ἐκεῖνος δὲ συνεφεπόμενον ἔχων καὶ τὸν τοῦ Φιλαρέτου υἱὸν διὰ δώδεκα νυκτῶν (διὰ τὸ ἀνύποπτον, τὰς γὰρ ἡμέρας ἠρέμει) καταλαμβάνει τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐξ ἐφόδου ταύτην κατέσχεν (41). Ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Χαρατικὴς λαθραίως συλᾷ τὴν Σιωπὴν [55], χρυσίον ἱκανὸν καὶ χρημάτων [56] βασιλικῶν ταμιείων κεῖθι ἐναποκείμενα μεμαθηκώς.

Ὁ δὲ Τουτούσης (42) τοῦ μεγάλου σουλτᾶν ἀδελφὸς τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Μεσοποταμίας ἁπάσης, καὶ τοῦ Χάλεπ, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Βαγδᾶ (43) ἐξουσιάζων, καὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀντιποιούμενος, ἐπεὶ τὸν ἀμὴρ Σολυμᾶν ἀφηνιάζοντα ἔβλεπε καὶ τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν ἑαυτῷ ἤδη περιποιούμενον, σὺν ὅλαις δυνάμεσιν, ἐν μεταιχμίῳ τοῦ Χάλεπ καὶ τῆς Ἀντιοχείας καταλαμβάνει. Συνηντηκότος δὲ αὐτῷ τοῦ ἀμὴρ Σολυμᾶ πόλεμος [57] εὐθὺς ἀναῤῥήγνυται μέγας, καὶ ἀγχεμάχου τῆς μάχης γεγονυίας

oriundus Philaretus nomine, fortitudine ac prudentia insignis, quem Romanus Diogenes tunc imperans in domesticatus dignitatem evexerat. Is partim coram intuitus quæ misera et calamitosa Diogeni contigerant, partim auditu certior factus de crudeli excæcatione ejusdem, tanti tamque bene de se meriti principis indignissimam abdicationem suppliciumque iniquissimum **169** non ferens: tum quod subesse tortoribus ejus nec decorum sibi nec tutum putaret, spectare defectionem cœpit, viamque sibi ad hujus consilii perpetrandi facultatem urbis Antiochenæ occupatione præmunivit. At cum eum quiescere illic importunissimæ Turcorum loca circum vicina assidue infestantium incursiones non sinerent, homo qui omnem a Romanis damnaret spem, ad consilium immane quam atrox atque impium animum adjecit. Decrevit enim transire in mores superstitionemque Turcorum, et circumcisionem suscipere. Exhorruit ad mentionem abominabilis flagitii filius ejus, patremque diu frustra revocare inde ac dehortari conatus, ad extremum desperata curatione illius, Nicæam octo dierum cursu pervenit, amueremque Solymam sultanicii dignitatem illic adeptum, ad Antiochiam obsidendam patremque in ea urbe suum ipsius oppugnandum incitat. Haud segnem ad ea virum reperit. Totus ergo in apparatu expeditionis Antiochenæ Solymas Nicææ custodiam Apelchasemo commisit, viro quem quanti faceret gloriosa appellatione declaravit: nomen enim ei dedit quo nomine illum ducum esse omnium præstantissimum ducem significabatur. Ipse porro Amer Solymas filio Philareti secum assumpto duodecim itinere noctium (diebus siquidem quiescebat, sic consilii sui sensum eripiens hostibus) Antiochiam improvisus facile imparatam occupavit adventu ipso impetuque primo. Quidam quoque, Charatices nomine, Sinopen per id tempus expilavit grassatione clandestina, indicio ad id pellectus copiosi auri multæque cæteræ pecuniæ ibi depositæ in regiis thesauris.

At Tutuses, magni sultani frater, Hierosolymorum et Mesopotamiæ universæ, Chalepi quoque, ac usque ad Bagdam ipsam, potestatem obtinens majorem in modum cupiebat Antiochia potiri. Amere porro civitatem eamdem haud minus sollicite retinente quam cupide invaserat, pronuntiat iter exercitui Tutuses Chalepo Antiochiam versus, unde contra signis infestis occurrente Solyma prælium conseritur magnum atque atrox: in quo postquam a jaculatione ac telis ad manus et gla-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[53] περιτμηθῆναι. [54] παροτρύνει. [55] Σινώπην. [56] χρήματα τῶν. [57] Desunt voces πόλεμος, etc., νῶτα οἱ τοῦ Σολυμᾶ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) *Ἐξ ἐφόδου κατέσχεν*. Venit Antiochia in Turcorum potestatem sub Abulcasemo Chalipha circa an. Chr. 1084, Alexio imperante. Tradunt siquidem Raimundus de Agiles, pag. 148; Order. Vital. lib. XIII, pag. 914; et Willelmus Tyrius, lib. V, cap. 11, eam, antequam a Francis expugnaretur, quod accidit 3 Jul. an. 1098, Saracenos per annos 14 obtinuisse. V. Elmacinum.

προβῆναι, οὐδ' ἂν εἰς στενὸν κατηντήκει αὐτῷ τὰ πράγματα. Εὐθὺς γὰρ καὶ κατὰ πρώτην ἀκοὴν τοῦ γράμματος, τῆς τοῦ Βαρβάρου κατεγέλασεν ὀρέξεως, ὑποφθεγξάμενος, ὅτι ὁ δαίμων τοῦτο εἰς νοῦν αὐτοῦ ἀνεβίβασεν. Περὶ τοῦ μὲν κήδους οὕτως ἔσχεν ὁ αὐτοκράτωρ· ἐλπίσι δὲ κεναῖς τὸν τοῦ σουλτᾶν λογισμὸν ἀπαιωρεῖν δεῖν λογισάμενος, καταπεμψάμενος τὸν Κουρτίκιον μεθ' ἑτέρων τριῶν, ἀποστέλλει τούτους πρέσβεις, καὶ γράμματα δι' ὧν τὴν εἰρήνην ἐνέφαινεν ἀσπάζεσθαι, καὶ πρὸς τὰ μηνυθέντα κατανεύειν, ἀπαιτῶν ἅμα καὶ αὐτὸς, ἄλλα τὰ [9] τοῦ χρόνου παράτασιν εἰσάγοντα. Οὔπω οἱ ἐκ τοῦ Βυζαντίου πεμφθέντες πρέσβεις τὸν Χοροσὰν (58) κατέλαβον, καὶ τὴν τοῦ σουλτᾶν ἀναίρεσιν (59) μεμαθηκότες ὑπέστρεψαν. Καὶ γὰρ ὁ αὐτάδελφος αὐτοῦ Τουτούσης, μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν ἀμὴρ Σολυμᾶν, καὶ τὸν ἴδιον γαμβρὸν ἐξ 'Αραβιας [10] κατ' αὐτοῦ στρατεύσαντα, τυφωθεὶς, καὶ τὸν σουλτᾶν μεμαθηκὼς εἰς εἰρηνικὰς σπονδὰς μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἤδη ἐπείγεσθαι, πρὸς τὸν τἀδελφοῦ φόνον ἀπέβλεψε. Δυοκαίδεκα τοίνυν Χασίους (60) οὕτω τῇ Περσίδι διαλέκτῳ καλουμένους φόνιον πνέοντας μετακαλεσάμενος, ὡς πρέσβεις τάχα πρὸς τὸν σουλτᾶν ἐξέπεμψε καὶ τὸν τρόπον αὐτοῖς ὑποθέμενος ἅμα τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σφαγῆς, *Ἄπιτε*, φάμενος, *καὶ πρῶτα μὲν διακηρυκεύσατε ὡς ἀπόῤῥητά τινα μέλλειν τῷ Σουλτᾶν ἀπαγγεῖλαι, ἐπὰν δὲ παραχωρηθῆτε τῆς εἰσόδου ὡς τάχα πρὸς οὓς αὐτῷ ὡμιληκέναι βούλεσθε* [11], *πλησιάσαντες παραχρῆμα τὸν ἐμὸν διαμελήσατε ἀδελφόν*. Οἱ δὲ πρέσβεις ἢ μᾶλλον φονεῖς καθάπερ εἰς δεῖπνον ἢ εὐωχίαν πεμπόμενοι, προθυμότατα πρὸς τὴν τοῦ σουλτᾶν σφαγὴν ἀπήεσαν. Μεθύοντα τοῦτον καταλαβόντες, ἐπεὶ πᾶσα ἐκεχειρία τούτοις ἐδίδοτο, τῶν ἐμπεπιστευμένων τὴν τοῦ σουλτᾶν φυλακὴν, πόῤῥωθεν ἑστηκότων, αὐτοὶ πλησιάσαντες, τὰ ξίφη τῆς μάλης σπασάμενοι διαμελίζουσι (61) παραχρῆμα τὸν ἄθλιον. Τοιοῦτον γὰρ τὸ τῶν Χασίων ἐστὶν αἵμασι χαῖρον, καὶ τρυφὴν αὐτὸ τοῦτο λογιζόμενοι, εἰ μόνον διὰ σπλάγχνων ἀνθρώπων τὸ ξίφος ἐλάσειαν, τοῦ λοιποῦ [12] δὲ κἂν τινες αὐτοὺς ἴσως ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἐπιθέμενοι κα-

A divina sinebat, **et paternus imperatoris ab ipsa** prima infausti conjugii specie statim abhorrebat animus : atque ut tum res ejus erant satis ex sententia fluentes, nulla imperii necessitas cogebat amicitiam Barbarorum tam chari capitis pretio emere. Risit ergo spem audacem Persæ primo auditu litterarum ejus, subjecitque, istud ipsi votum a malo videri dæmone suggestum. Verum idem tamen pro sua politicarum rerum prudentia non putavit opportunum significare sultani quantopere affinitatem ejus aspernaretur. Quin potius spe inani lactare ipsum, et velut trahenda tractatione talis negotii tenere interim hominem atque incertis cogitationibus suspendere suarum esse partium credidit. Curticium igitur, tresque simul alios ad
B cum legatos misit, cum mutuis officiose scriptis litteris, quibus significabat pergratam sibi accidisse pacis allatam ab eo mentionem, habereque in animo postulatis ejus annuere, verum petere et ipsum aliqua vicissim, quæ distincte declarabat ; non spe impetrandi, sed arte eludendi, extendendique Barbaro deliberandi tempus, quo durante innoxius is futurus esset Romanæ rei. Cæterum priusquam hæc Byzantio profecta legatio Chorozanum pervenisset audita sultanis cædes Curticio comitibusque reditum suasit. Nec porro sultanis auctorem habuit quem minime oportuit fratrem ipsius Tutusen. Is, sublato amere Solyma, generoque insuper proprio ex Arabia contra ipsum
C cum copiis progresso victo similiter atque occiso, tantis successibus inflatus accipere non potuit æquis auribus quod de fratre sultane nuntii ferebant : serio eum de pace cum imperatore agere, multumque jam promotum id negotium esse. Cujus prævertere clausulam tollendo mature fratre certus, duodecim accersitos cædem spirantes Chasios (sic lingua Persica vocantur) legatorum nomine ac jure strenue pergere ad sultanem jussit : modum insuper tradens circumveniendi ejus. *Ite*, inquiens, *et primo adventu præ vobis ferte habere vos arcana quæ sultani nuntietis ; sic admissi et se-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[9] ἀλλά τε τά. [10] 'Αῤῥαβίας. [11] βούλεσθαι. [12] Desunt voces τοῦ λοιποῦ, etc., καταχορδεύσειαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Χοροσάν*. Ita dicta Persis interior scriptoribus rerum Orient. passim. Vide Leuncl. n. 4.

(59) *Τοῦ Σουλτᾶν ἀναίρεσιν*. Toparæ sultani, ut mox pag. seq.

(60) *Χασίους*. Chasios hoc loco vocat Anna, quos nostri vulgo *Assassinos*, Persica, inquit, lingua : qua appellatione utitur etiam Nicetas in Isaacio, lib. I, n. 6, et in Alexio, lib. III, n. 6. Χασύσιοι dicuntur Joanni Phocæ in *Descript. Terræ Sanctæ*, cap. 3. Saracenicam fuisse sicariorum istorum nomenclaturam auctor est etiam Willelmus Tyrius, lib. XX, cap. 21. Caisinos in Arabia memorat non semel Theophanes, pag. 356, 358 et 363, quibus fortassis originem et nomen dedit Casius ille Ismaelita Arabs, cujus meminit Abraham Echellensis in *Hist. Arabum*, cap. 3. Sed an ab iis Chasii appellationem mutuati sint, non ausim affirmare. Vide Notas nostras ad Joinvillæ
D pag. 87.

(61) *Διαμελίζουσι*. Gelaloldulum sultanum a fratre Tutuse, seu Tageoldulo immissis Chasiis, vel Assassinis, interfectum hic refert Anna, qua in re cum rerum Turcicarum et Saracenicarum scriptoribus non consentit. Tradit quippe El-Macinus sultanum in urbe Bagdatensi fato naturali exstinctum an. hegiræ 485, Christi 1092, illiusque percepta morte Tageoldulum sese sultanum appellasse, mississeque ad Chaliphaм Muquetadibillam, quo ab eo Bagdati inauguraretur : sed repulsam passum esse. Vereor igitur, ne quod idem scriptor de Chasiorum fiducia et temeritate ingerit sub an. heg. **326** 483, Chr. 1090, Annæ imposuerit : quo loco El-Macinus *Batiias* vocat, qui aliis *Assassini* et *Chasii* promiscue appellantur. Vide eumdem an. Heg. 495.

cedentibus cæteris ad aurem progressi cominus, fratrem statim meum trucidate. Cum his legati, vel potius sicarii, mandatis, **179** pro more istius generis hominum alacri vigentes gaudio, sic prorsus tanquam ad epulas irent, ad cædem sultanis properant. Commodum eum offendunt comessantem et semiebrium. Habetur sine discussione fides legatis fraternis. Secedunt familiares sultanis, sicarii se ipsi undique admovent, gladiisque quos sub ala gestabant improviso eductis infelicem momento conficiunt. Istiusmodi propria facinora Chasiorum sunt, hoc institutum infandæ sectæ, delectari sanguine et summam putare voluptatem mergendi in viscera hominum ferri. Quod si in flagranti scelere ira succurrentium discerpantur, votorum summa, nihil opinione ipsorum magnificentius et expetibilius tali morte cum qua nec imperia commutare velint. Jam tota ipsis vita in facinorum ejusmodi meditatione consumitur : tota victus et status ratio inde est, hæc ars, hæc res, hæc patriæ ipsis hæreditatis loco audacia est. Succedunt alii aliis in professione ista, et successores sibi eamdem in vitam educant. Horum quidem duodecim interfectorum sultanis nemo tum ad Tutusen rediit ; omnes præsentem perfidiæ mercedem statim contrucidati penderunt. Ea Puzanus simul audiit, movet impigre cum copiis Chorosannm versus : quo eum appropinquaret, excipit eum occisi frater Tutuses, venitur ad manus, miscetur atrox cominus prælium, et diu anceps obnixis utrinque summa vi exercitibus, certisque non cedere, quoad Puzanus generosissime pugnans et totas unus conturbans phalanges hostium, lethali percussus vulnere cecidit. Tunc enim milites ejus consulere sibi pro se quisque, ac fugam alius alio tendere cœperunt. At Tutuses, ob victoriam triumphans, superbo gaudio Chorosanum rediit in sultanitii apicem mox, ut ipsi videbatur, evehendus, miser qui periculum atque adeo exitium suo imminens capiti non cerneret.

A ταχορδεύσειαν, καθάπερ τι κῦδος τὸν τοιοῦτον λογίζονται θάνατον ὥσπερ τινὰ πάτριον κλῆρον τὰ φονικὰ ταῦτα ἔργα, ἄλλος πρὸς ἄλλον διαδεχόμενοί τε καὶ παραπέμποντες. Ἐκείνων μὲν οὖν ὑπέστρεψεν οὐδεὶς πρὸς τὸν Τουτούσην ἀντίλυτρον οἷον τὰς ἰδίας ὑποσχόντων σφαγάς· ὁ μέντοι Πουζάνης (62) ταῦτα μεμαθηκὼς σὺν ὅλαις δυνάμεσι πρὸς τὸν Χοροσὰν ἐπανέστρεψεν. Ἐπὰν δὲ τῷ Χοροσὰν προσεπέλασε, δέχεται τοῦτον ὁ τοῦ ἀναιρεθέντος ἀδελφὸς Τουτούσης. Καὶ εὐθὺς ἀγχεμάχου τῆς μάχης γενομένης, ἐπεὶ καρτερῶς ἄμφω τὰ στρατεύματα ἐμάχοντο, καὶ θάτερον θατέρῳ τῆς νίκης οὐδαμῶς παρεχώρει, πίπτει καὶ ὁ Πουζάνος καιρίαν πληγεὶς, γενναίως ἀγωνιζόμενος, καὶ ὅλας συνταράττων τὰς φάλαγγας. Ἕκαστος δὲ τῶν αὐτοῦ φυγῇ τὴν σωτηρίαν B ἐπραγματεύσατο, ἄλλος ἄλλοσε σκεδασθέντες. Ὁ δὲ Τουτούσης νικητὴς πρὸς τὸν Χορασὰν ἐπανέστρεφεν ὡς ἤδη τὴν τοῦ σουλτανικίου ἀξίαν περιζωσάμενος, καὶ ταῦτα τὸν κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς ἔχων. Καὶ γὰρ συνηντηκὼς αὐτῷ ὁ τοῦ ἀναιρεθέντος Ταπάρη (63) σουλτᾶν υἱὸς ὁ Σπαργγαροὺχ [13] ὥστε *λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας*, κατὰ τὴν ποίησιν. Καὶ συμβαλὼν ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ εἰς πολλὰ τὰς Τουτούση δυνάμεις διέσπασε, καὶ τρέψας ἀνακράτος ἐδίωκεν. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ αὐτὸς (64) ὁ τὰ Ναυάτου φυσῶν (65) Τουτούσης. Τοῦ δὲ Ἀπελχασὴμ μετὰ χρημάτων τότε πρὸς τὸν τοῦ Χορασᾶν σουλτᾶν ἐξεληλυθότος, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἱστόρησεν, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πουλχάσης τὴν C Νικαίαν καταλαβὼν κατέσχεν. Αἰσθόμενος δὲ τούτου ὁ αὐτοκράτωρ, δαψιλεῖς τὰς δωρεὰς ὑπισχνεῖτο καὶ [14] ταύτης αὐτῷ παρακεχωρηκὼς ἐκεῖθεν ἐκσταίη. Ὁ δὲ Πουλχάσης ἤθελε μὲν, ἀλλ' ἀνεβάλλετο αὖθις ἀποβλέπων πρὸς τὸν Ἀπελχασὴμ, καὶ λόγους ἐκ λόγων πρὸς [15] αὐτοκράτορα διεπέμπετο, ἀπαιωρῶν οἷον αὐτὸν, τῇ δ' ἀληθείᾳ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ ἀπεκδεχόμενον [16] ἐπανέλευσιν. Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ γίνεταί τι τοιοῦτον. Ὁ παρὰ τῶν Χασίων ἀναιρεθεὶς τοῦ Χορασὰν σουλτᾶν, ἔφθασε κατασχεῖν τοὺς τοῦ μεγάλου Σολυμᾶ δύο υἱεῖς [17] (66). Οὗτοι δὲ μετὰ τὴν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[13] Παργγαρούχ. [14] εἰ. [15] πρὸς τόν. [16] ἀπεκδεχόμενος. [17] υἱούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Πουζάνος.* Quem Anna Puzanum, El-Macinus *Extacarum*, seu *Icsancarum* vocat, ubi a Taggeoldulo superatum et cæsum refert mense Gumada, an. heg. 487, Ch. 1094.

(63) *Ταπάρη.* Sultanum, qui eo ævo hac gaudebat dignitate, Tutusæ fratrem, Gielaluddaulam, seu Gelaloldulum, cognomento Malcosam, vel Melicsai, appellari ab Elmacino, jam supra monui. Proinde haud scio unde *Taparem* confecerit Anna. *Melec-La*, vel potius *Melec-Sa* nuncupari videtur ab Aithono.

(64) *Ἀναιρεῖται δὲ αὐτός.* Cæsum perinde et deletum Tageoldulum a Belciarocco ex fratre nepote tradit idem El-Macinus, mense Safaro an. Heg. 488, Chr. 1095.

(65) *Τὰ Ναυάτου φυσῶν.* Anna, lib. x, de Hugone Veremanduorum comite pag. 288, φυσῶν τὰ Ναυάτου, hoc est, qui instar Novati illius heresarchæ tumidus gestiebat. Novatus enim, qui a D Græcis scriptoribus Ναυάτος passim indigitatur, a D. Cypriano, epist. 49, *arrogantia et stupore superbi tumoris inflatus* fuisse dicitur. Sic Novatianum, Novati socium erroris, ob superbiam carpit epist. 52, et *doctorem superbiæ* vocat epist. 57. At Novatus propter λογισμοῦ φυσίωσιν, et τῆς ψυχῆς ὑπερηφάνειαν perstringitur etiam ab Eusebio, lib. vi *Hist. Eccl.*, cap. 35; Niceta in *Thes orth. fid.* lib. iv, hæres. 27, et Nicephoro Call. lib. vi, cap. 5. Omnibus prope hæreticis communis fuit ambitio et arrogantia, qualem Anna hic in Novato carpit : *Omnes enim tument*, inquit Tertullianus, *De præscript.*, et S. Augustinus, lib. v, *Contra Faustum*, cap. 7, *hæreticum typhum et intolerabilem superbiam* sugillat. Ita Donatus, Novati assecla et simia, fastus et arrogantiæ arguitur ab Optato Milevit. lib. iii.

(66) *Σολυμᾶ δύο υἱεῖς.* Solymannos duos hac ipsa tempestate agnoscunt scriptores. Prior Nicææ

ἐκείνου σφαγὴν ἀποδράσαντες [18] τοῦ Χοροσᾶν, ὀξέως τὴν Νίκαιαν κατέλαβον. Τούτους οἱ ἐντὸς Νικαίας θεασάμενοι, δημοκρατοῦντες οἷον περιχαρῶς ἐδέξαντο. Καὶ ὁ Πουλχάσης καθάπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον τὴν Νίκαιαν προθύμως αὐτοῖς παραδίδωσι. Προχειρίζεται δὲ σουλτὰν ὁ πρωτογενὴς τῶν δύο Κλιτζιασθλὰν [19] τὴν κλῆσιν. Ἐκεῖνος δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία [τέκνα] τῶν τηνικαῦτα ἐν Νικαίᾳ παρόντων μεταπεμψάμενος, ἐν αὐτῇ καθίδρυσεν, ἀποκαταστήσας τὴν πόλιν ταύτην, σουλτάνων ὡς ἄν τις εἴποι κατοικητήριον. Οὕτω δὲ τὰ κατὰ τὴν Νίκαιαν οἰκονομήσας, τὸν μὲν Πουλχάσην τῆς ἀρχῆς μεθίστησι, τῷ δὲ ἀρχισατράπῃ Μοχούμετ [20] τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐν Νικαίᾳ ὄντων σατραπῶν ἀναθέμενος, καὶ αὐτοῦ που καταλιπὼν κατὰ τῆς Μελιτηνῆς ἔξεισιν.

A Ecce enim occurrens illi occisi sultanis Taparæ filius Spargiaruchus, *Gestit ut oblata magni Leo corporis esca*, juxta poesim, viresque corporis item atque animi omnes in ultionis officium effundens, ineluctabili plane impetu cunctas disjecit diffavitque copias Tutusis, fusasque summa vi persecutus est. Ipse quin etiam supina paulo ante securitate instar navati illius præfidentis tumidus interficitur Tutuses. Cæterum quo tempore Apelchasemus cum pecuniis ad sultanem Chorosanum se contulit, ut superius narravimus, frater ejus Pulchases Nicæam occupavit. Id imperator sentiens magnificis donorum ingentium promissionibus tentare animum hominis incipit, non plane frustra. Verum homo non minus cautus B quam cupidus, cunctabatur, aliis atque aliis morarum prætextibus unam veram obtegens trahendæ tractationis causam: ea erat successus itineris fraterni, **180** quem observans ejusque reditum opperiens, verba interim imperatori dabat, ita ei spem ostentans, ut rem sibi semper servaret integram. Interim tale quiddam contigit. Trucidatus a Chasiis sultanes, paulo ante ceperat, apudque se habebat magni Solymæ duos filios. Hi post sultanis necem Chorosano fugientes Nicæam celeriter se conferunt, ibique benevole ab iis sunt excepti qui plus poterant apud populum, rem gratulatione publica dignam putantibus in tali perturbatione imperii Turcici principes habere sanguinis regii. Accessit his Pulchases et Nicææ principatum velut paternam quamdam hæreditatem cum fide juvenibus reddidit. Eorum natu major, Clitziasthlan nomine, sultanes creatus, uxores et liberos Turcorum, qui tum erant Nicææ in eam civitatem accersendos, ibi ut habitarent urbemque tot familiarum accessione frequentiorem redderent edixit: quo nimirum illa sustinere dignitatem regiæ civitatis et præcipui sultanum domicilii ac quasi metropoleos regni Turcici, posset. Sic constitutis Nicææ rebus Pulchasen ejus præfectura movet, et archisatrapæ Mochumeti potestate tradita in omnes qui tunc erant Nicææ satrapas, ipse hunc ibi relinquens, adversus Melitenem egreditur.

Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ τῶν σουλτάνων. Ὁ δὲ Ἐλχάνης ἀρχισατράπης μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν καταλαβὼν τὴν Ἀπολλωνιάδα καὶ Κύζικον (πόλεις δὲ αὗται καὶ ἄμφω παράλιοι) τὰ παρὰ θάλατταν ἐληΐζετο ἅπαντα. Τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, ἀπὸ τῶν παρατυχόντων ἀκατίων (οὐδέπω γὰρ στόλος ηὐτρέπιστο) ἱκανὰ παρασκευασάμενος, καὶ ἑλεπόλεις ἐν αὐτοῖς μετὰ στρατιωτῶν γενναίων εἰσαγαγὼν, τὸν Εὐφορβηνὸν Ἀλέξανδρον, ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν μὲν κατὰ γένος, καὶ κατὰ ἀνδρείαν περίφημον, τὴν ἡγεμονίαν τούτων αὐτῷ ἀναθέμενος, κατὰ τοῦ Ἐλχάνη ἐξέπεμψε. Καταλαβὼν δὲ Ἀπολλωνιάδα, παραχρῆμα ἐπολιόρκει. Δι' ἓξ δὲ ἡμερῶν μηδ' ἐν νυξὶ [21] τῆς τειχομαχίας ὅλως ἀφιστάμενος, κατέσχε τὸν ἔξωθεν τοῦ κάστρου κύκλον, ὅνπερ ἐξώπολον (67) ἡ συνήθεια νῦν καλεῖν εἴωθεν. Ὁ δὲ

C Et hæc quidem hactenus de sultanibus. Helcanes autem archisatrapa cum suis occupatis Apolloniade ac Cyzico, civitatibus ad mare sitis, maritimam inde universam oram infestam latrociniis habebat. Id simul imperator audiit, naviculis quæ forte ad manum fuere (nam classis nondum parata erat) satis magno numero expeditis, impositisque in eas machinis ad oppugnationes urbium aptis, una cum fortibus militibus, præfectoque omnibus Euphorbeno Alexandro viro et genere illustri, et fortitudine inclyto, apparatum istum omnem adversus Helcanem misit. Pervenit cito Apolloniadem cum his Alexander, urbemque impigre adortus, continua oppugnatione sex dierum, ne noctibus quidem relaxata, totum exteriorem civitatis ambitum, quem nunc Exopolon vulgari verbo consuetudo

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[18] ἀποδράσοντες, l ἀποδράσαντες. [19] Κλιτζισθάν. [20] Μουχούμετ. [21] νυκτί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

princeps, qui Antiochiam cepit: *vetus* Tudebodo, pag. 783, dicitur, ad discrimen Solymanni Junioris, veteris filii, cujus primogenitus frater fuit Cliziasthlan, qui Nicæam occupavit: quam urbem Solymanno fratri Cliziasthlanem cessisse par est credere in partem hæreditatis paternæ, reservata sibi Lycaonia, vel Cappadocia. Nam et tempore expugnatæ a nostris Nicææ, urbi imperitabat Solymannus, Cliziasthlan vero Lycaoniæ et Iconiensi urbi. Vide Annam, pag. 318.

(67) *Ἐξώπολον*. Reponit interpres ἐξώπυλον. D Si ita se res habet, erit ἐξώπυλον porta exterior, uti appellatur ab Hovedeno, pag. 736, quæ etiam a Græcis recentioribus ἐξώπορτον, et ξωπόρτη; dicitur. Verum nihil hoc loco temere immutandum; est enim ἐξώπολον, ὁ ἔξωθεν τοῦ κάστρου, seu πόλεως, κύκλος: hoc est, extra urbem munitio, seu murus exterior, Latinis *antemurale* et *barbecanum*, nuncupatus. Joan. de Janua in Catholico: *Procestria, loca extra civitatem, sicut procastria, loca extra castra*. Laonicus, lib. IX, ἐξώκαστρον, dixit: προτείχισμα, Procopius, ut et Anna, lib.

vocat, redegit in potestatem, Helcanemque in arcem contrusit fortiter inde repugnantem auxilii mox adfuturi fiducia, quæ nequaquam ipsum est frustrata. Brevi enim apparuit multitudo ingens barbarici exercitus cui suum longe imparem Alexander sentiens, melius putavit cœptis absistere, quam copiis sibi creditis in certum exitium committendis, dedecus tentatæ sine successu arcis unius tot fortium virorum jactura cumulare. Obsidione igitur trepide soluta, vicissim ipse jam conclusus atque in arcto res suas positas sentiens, ideoque anxie circumspectans salutis expediendæ vias omnes, denique nihil tutius reperit quam si mare versus iter intenderet. Sua ergo suosque in eas quas dixi naviculas impositos propelli per stagnum jubet. Præsentit Helcanes consilium, **181** præoccupatoque præsidiis tum stagni ostio tum ponte fluminis, Romanos omni ex parte circumvenit. Visitur illic templum olim ædificatum a sancta Helena in nomine Magni Constantini, a quibus appellationem pons iste hodieque obtinet. Eo ubi cum suis scaphis Romani pervenere, cooriuntur ex insidiis repente milites Helcanæ inter fortissimos delecti, maximoque numero hinc pontem insidentes, illinc stagni, quod diximus, ostium. Nostri, sero intelligentes sese incidisse in paratos laqueos, quod extremum desperatio fortibus facit allisis utrinque ad littus scaphis exsilientes in terram ad hostes audacter vadunt. Nec desunt sibi Turci; pugnatur atrociter; tandem paucitas opprimitur a numero; multi nostrorum et in iis eximii quique capti, multi hausti fluvio. Perculsus tristi nuntio Augustus Opum cum justo exer-

A Ἐλχάνης καρτερῶς ἀντεποιεῖτο τῆς ἀκροπόλεως, δυνάμεις ἐλπίζων ἔξωθεν ἐλθεῖν. Καὶ δὴ στρατιὰν βαρβαρικὴν ἀξιόμαχον ἐπικαταλαμβάνουσαν εἰς ἀρωγὴν τοῦ Ἐλχάνη ὡς ἐθεάσατο ὁ Ἀλέξανδρος, τοὺς δ' ὑπ' αὐτὸν μηδὲ τὸ πολλοστὸν τῆς ἐπικαταλαμβανούσης δυνάμεως σώζοντας, βέλτιον ἔγνω κἂν μὴ νικώῃ, ἀλλά γε τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀσινεῖς διατηρῆσαι. Ἐν στενῷ δὲ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἐληλακότα συνορῶν, καὶ ὅτι σωτηρίας τρόπος οὐχ ὑπολέλειπται, ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν ἀπονενεύκει. Καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ εἰσελθὼν ἐν ταῖς ἰδίαις ναυσὶ πρὸς αὐτὴν διεπλοΐζετο [22]. Στοχασάμενος ὁ [23] Ἐλχάνης τὸν [24] τοῦ Ἀλεξάνδρου σκοπὸν [25], προκαταλαβὼν τὸ τῆς λίμνης (68) κατέσχε στόμιον, καὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ [26] γέφυραν ἐν ᾗ καὶ τέμενος B πάλαι παρὰ τῆς ἁγίας ᾠκοδόμητο Ἑλένης, ἐπ' ὀνόματι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐξ ὧν τὴν ἐπωνυμίαν ἡ γέφυρα μέχρι καὶ νῦν ἐκτήσατο. Τῷ γοῦν ἤδη ῥηθέντι στομίῳ, καὶ αὐτῇ δὴ τῇ γεφύρᾳ ἄνδρας πολεμικωτάτους ἐπιστήσας ἐφ' ἑκάτερα, παρήγγειλε τὴν τῶν πλοίων δίοδον ἐνεδρεύειν. Ὡς δὲ ἅπαντες ἐν τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν ἀγγαρίοις (69) εἰσελθόντες διὰ τοῦ στομίου τῆς λίμνης, ταῖς πάγαις τοῦ Ἐλχάνη ἐμπεπτώκασι, θεασάμενοι τὸ καταλαβὸν αὐτοὺς δεινὸν, καὶ μὴ ἔχοντες ὅ τι καὶ δράσειεν, τῇ χέρσῳ τὰς νῆας ἐφορμίσαντες, κἀκεῖθεν ἁλλόμενοι, περὶ τὴν ἤπειρον ἐξεληλύθεσαν. Καταλαβόντων δὲ αὐτοὺς τῶν Τούρκων, μέγας ἀναῤῥήγνυται πόλεμος. Καὶ πολλοὶ μὲν τῶν λογάδων ἁλίσκονται, πολλοὶ δὲ καὶ C ταῖς δίναις τοῦ ποταμοῦ ἐμπεπτωκότες παρεσύρησαν. Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ φέρων τὴν ἧτταν, ἀξιόμαχον δύναμιν μετὰ τοῦ Ὤπου διὰ τῆς ἠπείρου, κατ' αὐτῶν ἐξέπεμψεν. Ὃς καὶ τὴν Κύζικον καταλαβὼν ἐξεπιδρομῆς ταύτην κατέσχε.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[22] διεπλωΐζετο. [23] δὲ ὁ. [24] τῶν. [25] σκοπῶν. [26] τῷ ποταμῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

xiv, pag. 426: Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀῤῥαγέσι τείχεσι, καὶ δὴ καὶ τρισὶ προτειχίσμασι κύκλῳ ταύτην περιλαμβάνουσιν, ὁ γὰρ ἐξώτατος κύκλος περιεῖχε τὸν δεύτερον. Anastasius in *Hist. Eccl.* pag. 95, προπύργια apud Theophanem, *antemuralia* vertit. In *Glossario Græco-Lat. procastrium*, ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος exponitur. Est igitur ἐξώπολον murus exterior, quo cætera urbis vel castri mœnia cinguntur et muniuntur, ne ad illa statim hostibus accessus pateat; unde et *promurale* appellatur ab Isidoro, lib. xv, *Orig.*, cap. 2; *eo quod*, inquit, *sit pro munitione muri.* Gesta Stephani reg. Angl.: *Exterius promurale quod ad castellum muniendum aggere cumulatissimo in altum sustollebatur.* **327** Interdum non modo muris aut parietibus muniebatur illud procastrium, sed sæpe fossis et vallis. Willelmus Brito, lib. ii *Philipp.*:

Opposuit medium flumen natura fluentem,
Qui burgum vallo determinat exteriori.

Et ante:

...Vallum quod erat munitio prima.

Petrus monachus Vallis Sarnæi cap. 63: *Adversarii autem quædam extra fossata repagula de lignis fecerant, et post illa repagula aliud fossatum, manebantque semper inter duo illa fossata, et inde exibant sæpius, et infestabant nostros.* Quæ quidem fossata et repagula eidem scriptori paulo infra *Barbecanæ* dicuntur. Vide notata ad pag. 54, et Cinnamum, lib. iv, n. 4.

(68) Τὸ τῆς λίμνης. Lacum Lopadium intelligit, e quo amnis profluit, Rhyndacus olim dictus, ad cujus ostium exstructa fuit Apollonias, ut est apud D Plinium, Ptolemæum, et Stephanum. Hujus stagni, vel lacus, ut et pontis ad amnem exstructi, de quo Anna, mentio fit apud Laonicum, lib. iv. Vide Leuncl. n. 86, et notas nostras ad Villhard., n. 169.

(69) Ἀγγαρίοις. Persuasum haberem ἀγράρια ita dicta τὰ πρὸς ἰχθύων ἄγραν σκάφη, de quibus Nicetas in Isaacio, lib. i, n. 6, nisi doceremur a Constantino Porphyrog. *De adm. imp.* cap. 51, imperatores, cum peregre (unde etiam forte ejusmodi navigio nomen) et in suburbana prædia Byzantii ultra Bosphorum secedebant, iis vehi solitos. Proinde malim *agrarias* ejusmodi naves, easdem esse, aut iis persimiles, quas *Agrarienses* vocat lex un. Cod. Theod. de lusoriis Danubii; ita ut iis uterentur, cum ἀγραρεύειν vellent, id est, in suburbana prædia secedere. Hesychius, ἀγραρεύεις, περιέρχῃ. De lusoriis, vide Salmasium ad Vopiscum; de agrariis vero, rursum Annam, pag. 205.

A Διελὼν δὲ καὶ τῶν ἰδίων ταγμάτων ἄνδρας τειχεσιπλήτας καὶ φιλοκινδύνους ὡσεὶ τριακοσίους κατὰ τοῦ Ποιμανηνοῦ (70) ἐξαπέστειλεν. Οἳ καὶ ἐξ ἐφόδου τοῦτο κατέσχον, καὶ τοὺς μὲν τῶν ἐντὸς τούτου αὐτοῦ που κτείνουσι, τοὺς δὲ καὶ ζωγρίαν πρὸς τὸν Ὦπον πεπόμφασιν. Ὁ δὲ θᾶττον τούτους πρὸς τὸν βασιλέα ἐκπέπομφεν· αὐτὸς δὲ ἐκεῖθεν ἀπάρας, τὴν Ἀπολλωνιάδα καταλαμβάνει, καὶ πολιορκῶν ταύτην οὐκ ἐνεδίδου. Ὁ δὲ Ἐλχάνης ἀποχρῶσαν ἀπ' ἄρτι πρὸς αὐτὸν μὴ ἔχων δύναμιν, τὴν μὲν πόλιν ἐθελοντὴς παραδίδωσιν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων αὐτομολεῖ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ μυρίων μὲν ἐπαπολαύει δωρεῶν· τυγχάνει δὲ καὶ τοῦ μεγίστου, τοῦ ἁγίου φημὶ φωτίσματος [27]. Ὁπόσοι δὲ συνέψεσθαι τῷ Ὤπῳ οὐκ ἤθελον, ὅ τε Σκαλιάριος [28] καὶ ὁ ἐν ὑστέροις Ὑπερπερίλαμπρος τιμηθείς. B Ἀρχισατράπαι δὲ [29] οὗτοι τῶν ἐπιφανῶν μαθόντες [μεμαθηκότες] τὰς εἰς τὸν Ἐλχάνην φιλοφροσύνας καὶ δαψιλεῖς δωρεὰς τοῦ αὐτοκράτορος, προσεληλυθότες καὶ αὐτοὶ, τῶν ὁμοίων [30] ἐπιτυγχάνουσιν. Ἦν γὰρ ὁ βασιλεὺς οὗτος ἄντικρυς ἱερατικώτατος, καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον, ὡς εἰπεῖν εὐσεβείας ἁπάσης ἀρχιερεύς. Διδασκαλικώτατός τε γὰρ ἦν τοῦ ἡμετέρου δόγματος, καὶ ἀποστολικὸς τὴν προαίρεσιν καὶ τὸν λόγον, καὶ εἴσω τῆς ἡμετέρας πίστεως ποιῆσαι βουλόμενος, οὐ μόνον τοὺς Νομάδας τουτουσὶ Σκύθας, ἀλλὰ καὶ τὴν Περσίδα πᾶσαν, καὶ ὁπόσοι τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην νέμονται Βάρβαροι. καὶ ταῖς τοῦ Μωάμεθ τελεταῖς ὀργιάζουσιν.

citu ad cladis istius ultionem destinat. Pergit is actutum per continentem et Cyzico capta obiter præsidioque firmata, trecentos fortes et oppugnandis arcibus exercitatos, a cæteris avulsos copiis, contra Pœmanenum misit: qui et ipsi navarunt operam et istud quoque castrum prima ipsa incursione ceperunt, iis qui intus erant partim occisis, partim in servitutem subjugatis jure belli, quos et ad Opum miserunt; ille statim ad imperatorem curavit ducendos. Hinc jam Opus recta ducit ad Apolloniadem validaque oppugnatione cito expressit Helchanæ confessionem infirmitatis suæ. Is necessitate in consilium versa urbis ultro atque arcis quin etiam et sui quoque deditionem facit; nam consanguineis secum assumptis ad partes imperatoris transiens Constantinopolim ad eum venit. Nullum in eum liberalitatis genus omisit Augustus, donorum tamen omnium longe maximum sacer baptismus fuit, a Barbaro susceptus suadente Alexio. Vulgante mox fama quam splendide quamque honorifice Constantinopoli Helchanes haberetur, duo archisatrapæ ex illustribus inter Turcos, quos frustra invitarat Opus ut ire ipsi quoque ad Augusti comitatum vellent, voluntarii adfuere similiaque consecuti. Nomen uni, Scaliarius; alter is fuit qui deinde hyperperilampri, quasi diceres, supercelebérrimi titulo cohonestatus est. Fuit hic imperator sic affectus animo, ut nihil mallet quam religionem propagare Christianam, vir et virtutis usu ac cultu, et meditatione ac exquisitione sacræ doctrinæ, ultra modum captumque vitæ laicæ, usque ad æmulationem episcopalium curarum, et studii Apostolici progressus, promptissimus ad docendum per se ipse promulgandumque dogma nostrum, tum nulli ad id sumptui, nulli labori certus parcere: qui nihil sibi amplius, nihil expetibilius fingeret, quam si quo modo posset consequi, ut, non modo isti Nomades Scythæ, sed **182** Persis quoque universa quanta est, et quotquot Ægyptum Africamque incolunt Barbari profanis Moamethis initiati orgiis, ad sacros nostros ritus, patria ipsorum damnata superstitione, se transferrent.

C Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις. Βουλομένη δὲ δεινοτέραν καὶ μείζονα τῆς προλαβούσης κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἔφοδον διηγήσασθαι, εἰς ἀρχὴν αὖθις καθιστῶ τὸν λόγον· ἄλλα γὰρ ἐπ' ἄλλοις διεκυμάνθησαν. Γένος τι Σκυθικὸν (71) παρὰ τῶν Σαυροματῶν καθ' ἑκάστην σκυλευόμενοι ἀπάραντες τῶν οἴκοι κατῆλθον πρὸς τὸν Δάνουβιν. Ὡς δὲ πρὸς ἀνάγκης ἦν αὐτοῖς μετὰ τῶν κατὰ τὸν Δάνουβιν οἰκούντων σπείσασθαι, τούτου συνδόξαντος πᾶσιν εἰς ὁμιλίαν ἦλθον μετὰ τῶν ἐκκρίτων, τοῦ τε Τατοῦ (72), καὶ Χαλῆ ὀνομαζομένου, καὶ τοῦ Σεσθλάβου, καὶ τοῦ Σατζᾶ [31] (χρὴ γὰρ καὶ τῆς ἐπωνυμίας μεμνῆσθαι τῶν κατ' αὐτοὺς ἀρίστων ἀνδρῶν, εἰ καὶ τὸ

Sed de his quidem satis. Hinc jam novo initio accingenda Historia est ad narrationem formidolosioris priore belli. Major rerum turbulentarum mihi moles nascitur: et in alios ex aliis oratio mea simul cum republica fluctus trahitur. Gens quædam Scythica genus ducens a Sauromatis, propriis sedibus relictis ad Danubium descendit. Quoniam vero necessarium ipsis erat convenire in certas conditiones pacis cum accolis Danubii, mittuntur utrimque qui communiter consulerent, ex novis quidem colonis præcipui quique, ex aliis Tatus, et qui Chale nominatur, et Sesthlabus et Satza (nam et virorum inter hos Barbaros illu-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[27] βαπτίσματος. [28] Σκαλιάρης. [29] δὲ καί. [30] ἱμειρομένων. [31] Σατζοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(70) *Ποιμανηνοῦ*. Urbs Villharduino *Pumenienor* nuncupata, in provincia Hellesponti. Notitiæ veteres passim.

(71) *Γένος Σκυθικόν*. Patzinacarum bellum cum Alexio narrat etiam Zonaras. Sunt vero Patzinacæ gens Scythica, ut idem testatur in Isaacio Comn. D et Scylitzes, pag. 775. De iis multa passim habet Constantinus, *De adm. imp.* cap. 1, 2, 3, 4 et seq. et 37.

(72) *Τάτου*. Tati, seu Tatæ, Patzinacarum ducis meminit præterea idem Zonaras in Mich. Duca.

strium meminisse oportet nominatim; tametsi vocabulorum istiusmodi barbaries Historiæ quasi corpus asperat et maculat faciem). Quorum primus quidem Dristræ imperitabat, alter Bitzinæ, alii aliis circum urbibus aut locis. Hi satis collocuti fœdus feriunt post quod jam secure Scythæ Danubio trajecto in oræ objacentis populationem incubuere : ne oppugnatione quidem aut occupatione abstinentes oppidorum ejus limitis. Deinde tamen induciis quibusdam factis, ad terram colendam versi, milii triticique sementem fecerunt. At Balbus Manichæus una cum conjuratis et sequacibus suis qui excelso situm loco Beliatobæ oppidum occupaverant, de quibus superius pluribus egimus, quo statu Scytharum advenarum res essent, certiores facti, quod dudum parturierant enixi sunt denique. Occupatis enim semitis asperis atque angustis, viam ad se per eas vocatis præbuere Barbaris, illorumque vim cum sua ipsorum immanitate junctam, in universam jam ditionem immiscere Romanam, assiduis eam incursionibus ac latrociniis agentes ferentesque crudelissime. Est enim Manichæorum genus natura sanguinarium, fundendoque quotidianis pugnis ac quasi liguriendo humano cruore luxuriari amans canino quodam genere deliciarum. His imperator Alexius auditis domesticum Occidentis Pacurianum (quem norat peritissimum exercitus ducendi instruendique ad prælium, gubernandique ex usu omnia, præsenti consilio subitis eventibus aptando) jussit, adjuncto sibi Brana, viro et ipso strenuissimo, adversus Scythas vadere cum copiis. Id illi exsecuti impigre Barbaros deprehendunt explicatos angustiis montium ultra Beliatobam positis castris : quorum multitudinem innumerabilem Pacurianus æstimans oculis, et pro sua militari prudentia verens ut succedere prælium posset paucorum cum plurimis, sane propendebat in consilia tutiora, servare sine pugna copias integras arbitrans satius, quam præcipitando certamine temeritatem mox luere clade plurimorum. Verum intercessit salubri cogitationi fervidior impetus Branæ, cui præferenti magnifice apertam vim, et in alacritate **183** congressus prima ipsa occasione strenue captati omen victoriæ certum agnoscenti suspicionem timiditatis et famæ labem domesticus metuens opponere suam sapientiam non est ausus. Jussis ergo suis arma capere, aciem ipse instruens, medium in ea sibi locum legit : mox recta in hostes ducit. Quorum cum pars vel una de multis longe nostros numero vinceret, et ea tanta imparitas Romanorum ad pugnam euntium oculis cer-

A σῶμα τῆς ἱστορίας τούτοις καταμιαίνεται), τοῦ μὲν τὴν Δρίστραν (73) κατέχοντος, τῶν δὲ τὴν Βιτζίναν (74) καὶ τἄλλα. Σπεισάμενοι γοῦν μετ' αὐτῶν ἀδεῶς τοῦ λοιποῦ διαπερῶντες τὸν Δάνουβιν, ἐληΐζοντο τὴν παρακειμένην χώραν, ὡς καὶ πολίχνια τινὰ κατασχεῖν. Κἀντεῦθεν ἐκεχειρίαν τινὰ σχόντες, ἀροτριῶντες ἔπειρον [31] κέγχρους τε καὶ πυρούς. Ὁ δὲ Τραυλὸς (75) ἐκεῖνος Μανιχαῖος μετὰ τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ, καὶ οἱ τὸ κατὰ τὴν ἀκρολοφίαν τῆς Βελιατόβης πολίχνιον κατασχόντες ὁμόφρονες περὶ ὧν ὁ λόγος φθάσας ἐδίδαξε πλατύτερον, τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας μεμαθηκότες, ὃ πάλαι ὤδινον, εἰς φῶς ἐξήγαγον. Καὶ κατασχόντες τὰς τραχείας ὁδοὺς καὶ στενωπούς, κατεκαλοῦντο [32] τοὺς Σκύθας. Κἀντεῦθεν τὴν ἅπασαν Ῥωμαίων ἐληΐζοντο χώραν. Γένος B γὰρ οἱ Μανιχαῖοι φύσει μαχιμώτατον καὶ αἵμασιν ἀνθρώπων λαφύσσειν καθάπερ [34] οἱ κύνες ἀεὶ ἱμειρόμενον. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος μεμαθηκὼς παρακελεύεται τῷ δομεστίκῳ τῆς ἑσπέρας Πακουριάνῳ, γινώσκων αὐτὸν ἱκανώτατον οἰκονομῆσαι στράτευμα, καὶ κατὰ φάλαγγα στῆναι, καὶ πράγματα [35] διαμηχανήσασθαι ποικιλώτατον [36] σὺν αὐτῷ τῷ Βρανᾷ (ἀνὴρ δὲ καὶ οὗτος μαχιμώτατος) τὰς δυνάμεις ἀναλαβόμενον κατ' αὐτῶν ἀπελθεῖν. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Σκύθας διελθόντας τοὺς στενωποὺς καὶ τῆς Βελιατόβης ἔνθεν [37] τὸν χάρακα πηξαμένους, πλῆθος ἀναρίθμητον τούτους θεασάμενος, πρὸς τὸν μετ' αὐτῶν εὐθὺς ἀπενάρχησε πόλεμον, βέλτιον νομίζων τὰς ἰδίας τὸ παρὸν ἀμαχητὶ διασῶσαι δυνάμεις C ἢ τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδυσάμενον πόλεμον, καὶ ἡττηθέντα πολλοὺς ἀπολωλεκέναι. Ἀλλὰ τῷ Βρανᾷ φιλοκινδυνοτάτῳ τε καὶ θρασεῖ ὄντι ταῦτα οὐκ ἤρεσκεν. Ὁ δέ γε δομέστικος, ἵνα μὴ δειλίας ὑποψία τις κατ' αὐτοῦ ἀναβαλλομένου τὸν πόλεμον δοθῇ, ἐνεδίδου ταῖς ὁρμαῖς τοῦ Βρανᾶ, καὶ θωρήξασθαί τε ἅπασι κελεύσας καὶ πολέμου σχῆμα διατυπώσας, κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐχώρησε, τὸ μεσαίτατον αὐτὸς διέπων τῆς φάλαγγος. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ πλήθους τῶν ἀντιτεταγμένων τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔσωζε στράτευμα, ἐκ μόνης ὄψεως περιδεεῖς ἐγεγόνεισαν ἅπαντες. Προσβαλόντες δ' ὅμως τοῖς Σκύθαις, ἀναιροῦνται μὲν πολλοὶ ἐν τῷ μάχεσθαι, πίπτει δὲ καιρίαν πληγεὶς ὁ Βρανᾶς. Ὁ δέ γε δομέστικος, ἐκθύμως μαχόμενος καὶ σφοδρὰς τὰς D κατὰ τῶν ἐναντίων ἱππασίας ποιούμενος, φηγῷ προσκεκρουκὼς ἀφῄρηται παραχρῆμα τὴν ψυχήν. Τὸ δὲ ἐπίλοιπον τοῦ στρατοῦ ἄλλος ἀλλαχοῦ διεσπάρησαν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] ἔσπεοον. l. ἔσπειρον. [32] μετεκαλοῦντο. [34] καθαπερεί. [35] παράταξιν. [36] ποικιλώτατα. [37] ἔνθα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Δρίστραν*. Dristra, seu Drista, ut est apud Cedrenum, olim Dorostolum dicta, Mœsiæ inferioris urbs ad Istrum sita. Vide Notitias vet. apud Carolum a S. Paulo in *Geograph. sacra*, pag. 20 et 52, et Excerpta Geograph. Bon. Wulcanii.

(74) *Βιτζίναν*. Occurrit in Notit. Andronici. Vide infra pag. 193.

(75) *Ὁ δὲ Τραυλό*. Cujus meminit Anna rursum, pag. 157.

neretur, perculsi nimirum omnes aspectu sunt, et fœdo cladis augurio conturbati. Congressi tamen cum Scythis, multi quidem in pugna cæsi sunt; ipse autem Branas lethali vulnere cecidit. At domesticus fortissime dimicans, sæpiusque collecto impetu infestus equitans in cohortes hostiles, denique ad fagum cursu offendens examinatus est. Reliquus exercitus quo quemque sors tulit varie dispersus dissipatusque est.

Ταῦτ' οὖν μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ ἐπένθει μὲν τοὺς πεπτωκότας ἅπαντας, ἰδίᾳ, καὶ καθ' ἕκαστον, καὶ ὁμοῦ. Ἐπὶ δὲ τῷ τοῦ δομεστίκου θανάτῳ, καὶ μάλα [38] στενάζων, κρουνοὺς ἠφίει δακρύων. Ἐφίλει γὰρ ἐξόχως τὸν ἄνδρα, καὶ πρὸ τῆς ἀναῤῥήσεως. Οὐ μέντοι διὰ ταῦτα ἀναπέπτωκεν, ἀλλὰ μεταπεμψάμενος τὸν Ταττίκιον [39], μετὰ χρημάτων ἱκανῶν ἐκπέμπει πρὸς Ἀδριανούπολιν, ἐφ' ᾧ τοῖς μὲν στρατιώταις τοὺς ἐπετείους διδόναι μισθοὺς, συλλέγειν δὲ ἁπανταχόσε δυνάμεις, ἵνα στράτευμα ἀξιόμαχον αὖθις συστήσηται. Τὸν δὲ Οὐμπερτόπουλον εἰς Κύζικον φρουρὰν ἀξιόμαχον καταλιπόντα, μετὰ μόνον τῶν Κελτῶν, εἰς τὸν Ταττίκιον [40] γοργῶς ἐφθακέναι παρεκελεύσατο. Οὗτος δὲ τοὺς Λατίνους καὶ τὸν Οὐμπερτόπουλον θεασάμενος, καὶ τεθαῤῥηκὼς (ἐπεὶ καὶ ἱκανὸν προεφθάκει συλλέξασθαι στράτευμα) κατευθὺ Σκυθῶν ἐχώρησε παραχρῆμα. Καταλαβὼν δὲ τὰ περὶ τὴν Φιλιππούπολιν παρὰ τῷ χείλει [41] τοῦ κατὰ τὸν Σαλῖνον [42] (76) ῥέοντος ποταμοῦ, χάρακα πήγνυται. Ἐπὰν δὲ τοὺς Σκύθας ἐκ προνομῆς ἐπανερχομένους ἐθεάσατο, λείαν πολλὴν καὶ δορυαλώτους συνεπαγομένους μήπω σχεδὸν τὰς σκευὰς εἴσω τοῦ χάρακος καταθέμενος ἱκανοὺς ἀποτεμόμενος κατ' αὐτῶν ἐκπέμπει. Αὐτὸς δὲ ὁπλισάμενος, καὶ πάντας θωρήξασθαι κελεύσας, τὰς φάλαγγας καταστησάμενος τοῖς προπεμφθεῖσι παρείπετο στρατιώταις. Θεασάμενος δὲ τοὺς Σκύθας μετὰ τῶν λαφύρων καὶ δορυαλώτων, τῷ ἐπιλοίπῳ στρατεύματι τῶν Σκυθῶν ἑνωθέντας κατὰ τὸν σπιορὸν [43] ὄχθον, διχῇ τὸ στράτευμα διελὼν, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἑκατέρωθεν ἠχῆσαι κελεύσας, σὺν ἀλαλαγμῷ καὶ βοῇ πολλῇ προσβάλλει τοῖς Βαρβάροις. Καὶ καρτερᾶς τῆς μάχης γενομένης πίπτουσι τῶν Σκυθῶν οἱ πλείονες, πολλοὶ δὲ καὶ διασπαρέντες ἐσώθησαν. Ὁ δὲ τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενος, νικητὴς τὴν Φιλιππούπολιν καταλαμβάνει. Κεῖθι δὲ τὸ ὁπλικὸν [44] ἅπαν καταθέμενος, ἐσκόπει ὅθεν χρὴ καὶ ὅπως τοῖς Βαρβάροις αὖθις προσβαλεῖν. Ἀπειροπληθεῖς δὲ τὰς αὐτῶν γινώσκων δυνάμεις, σκοποὺς ἁπανταχόσε ἐξέπεμπεν, ἵν' ἐκεῖθεν ἔχοι τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας συχνάκις μανθάνειν. Ἐπαναδεδραμηκότες δὲ οἱ σκοποὶ, πλῆθος Βαρβάρων ἔλεγον πολὺ περὶ τὴν Βελιάτοβαν ἐνδιατρίβειν, καὶ τὰ πέριξ ληΐζεσθαι. Καὶ ὁ Τατίκιος προσδόκιμον [45] τὴν τῶν Σκυθῶν ἐπέλευσιν ἔχων, καὶ πρὸς τοσούτους μὴ ἀποχρώσας ἔχων δυνάμεις τὸ πᾶν, ἀναλύων [46] τοῖς λογισμοῖς, ἐν ἀμηχανίᾳ καθειστήκει. Ἀλλ' ὅμως καὶ τὸ σιδήριον

Gravem luctum ejus cladis nuntius imperatori attulit, nunc communiter universos qui ceciderant, nunc sigillatim unumquemque lamentanti; acriori tamen illum urebat doloris sensu mors magni Domestici quem et præcipue amabat et dudum, jam tum ex eo scilicet quo ante susceptas imperii habenas viri ejus virtutes consuetudine familiari militiæ et vitæ civilis usu perspexerat. Ergo non se continuit quin ad talis amici jacturam et suspiria ex imo duceret pectore, et rivos lacrymarum ex oculis funderet. Nec tamen animo concidit, aut in isto dedecore ac periculo rei Romanæ ignavis defungi questibus satis habuit, verum accersitum curriculo Taticium cum pecunia multa Adrianopolim misit, annua illic stipendia numeraturum jam conscriptis militibus, novosque præterea circum undique delectus habiturum quoad conflatus esset exercitus ejus firmitatis ac roboris ut tuto Scythis opponi posset. Jussit etiam Umpertopulum, præsidio, quantum sufficeret, Cyzici relicto, cum solis Gallis ad Taticium strenue pergere: qui paratis jam idoneis copiis Umpertopuli Gallorumque adventu aspectuque non parum confirmatus, nulla jam amplius expeditionis capessendæ mora facta signa infesta in Scythas movet. Eo itinere circa Philippopolim perlatus, dum castra munit prope ripas fluminis fluentis Salinum versus, videt revertentes e prædatione Scythas cum magno rerum et personarum captivarum impedimento. Nondum vasa intra vallum deposuerat; tamen momentorum in occasione pretium æstimans, immittit statim in Scythas viros fortes a cætero abscissos copiarum corpore, idoneo numero. Armatur ipse interim et omnibus ut armentur edicit structisque phalangibus et acie descripta, paratus ad prælium sequebatur velites præmissos. Sed cum vidisset hostes cum præda et captivis sese adjunxisse reliquis Scytharum copiis ad humentes ripas stagnantis amnis, ipse bifariam divisis suis, dari classico signum utrinque jussit, simulque cum clamore alacri et consono invadit **184** Barbaros. Pugna conseritur acris, qua Scytharum plurimi cecidere, multi dispersi fuga servati sunt. Taticius, præda omni recepta, victor Philippopolim tenuit; ibique exercitu omni collecto, quasi ex specula imminebat in occasionem rursum congrediendi cum Barbaris. Cum autem innumerabile ipsorum circumstare undique copias sciret, minus suæ unius specula-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[38] μάλα. [39] Τατίκιον. Sic semper postea. [40] Τατίκιον. [41] τὰ χείλη. [42] Βλίσνον. [43] πιῤῥόν. [44] ὁπλιτικόν. [45] προσδοκήσιμον. [46] τὸ παράπαν ἀλύων, optime.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(76) *Σάλινον*. Rectius editio Hœschel. Βλίσνον habet. Vide Not. ad Villhard. n. 232

lationi fidens, alios omnem in partem speculatores misit: qui ei, quæ quisque observarat statim nuntiantes, quantam maximam consequi posset rerum quæ a Scythis agerentur pararenturve, cognitionem impertirent. Horum speculatorum concors indicium fuit, multitudinem ingentem Barbarorum metatas habere sedes circa Beliatobam, indeque populationibus objacentia vastare. Ad eum Taticius nuntium, quanquam audiebat alium aliunde insuper adventare exercitum Scytharum, et facile videbat sibi nequaquam pares adesse adversus tantum hostium numerum copias, quibus de causis haud bene de summa rerum sperans, consternatus aliquandiu et mœrens hæserat; ad extremum tamen innatæ generositatis memoria resumpta ferrum simul et animum exacuit, exercitumque ad pugnandum animavit. Id ille agebat, cum procurrens quispiam, nuntius, ut apparebat, magnæ rei, trepide indicat infestis in Romanos signis venire Barbaros, adeoque jam esse in proximo confirmat. Perturbasset imparatos is rumor; at nostri quod agere antea ceperant, alacrius nova jam ex causa, exsequi pergentes armati universi prodeunt, Ebrumque audacter trajiciunt. Taticius ultra hunc amnem legiones explicat, aciemque apte ac perite describit, medium in ea sibi locum sumens. Barbari contra suo et ipsi modo aciem instruunt, copiasque ad prælium ordinant. Uterque exercitus eas minas vultu ac motu præferebat ut lacessere hostem velle, pugnamque ambire videretur; re tamen vera timorem utrinque mutuum istis audaciæ significationibus celabant. Nam et Romanis anceps videbatur, paucos ipsos cum Scythis innumerabilibus congredi, et Scythas percellebat terribili specie Romani acies exercitus aperto explicata campo, emicantibus tot signis vexillisque, tum armis et vestibus splendorem sole adverso vibrantibus. Soli ex omnibus thasones et temerarii Latini pugnam ultro deposcebant, et lacessere utique ac cunctantem præcipitare conabantur: quorum ferociam mulcebat vimque cohibebat Taticius, sedati vir animi, et sagacissimus unus omnium ad conjecturam cito et certo statuendam de futuris eventibus incertorum casuum. In eo statu et conspectu perseverarunt ambo exercitus diem totum; nemine uno utravis ex parte progredi aut equitare in medium auso. Demum occidente sole uterque imperator receptui suis cecinit, recessum in castra utrinque ac duobus continuo diebus hæc quasi pompæ ostentatio repetita productaque est, ductoribus **185** utrorumque nihil omittentibus quo minus mox commissuri certamen viderentur. Verum cum neutri ultra minas processissent, circa diei tertiæ diluculum Scythæ retrocedunt. Nec Taticium fefellere, qui statim toto impetu abeuntes insecutus est. Sed pedes, quod aiunt, ad Lydium currum. Siquidem illi Sideram sive Ferream transgressi (nomen id loci est in concavis angustiis vallium) ubi recepti jam in tutum fuere, cum Ro-

A ἔθηγε καὶ πρὸς μάχας ἐθάῤῥυνε τὸ στράτευμα. Καταλαβὼν δέ τις τὴν τῶν Βαρβάρων κατ' αὐτοῦ ἔλευσιν διεμήνυε καὶ φθάνειν ἤδη δεινῶς ἰσχυρίζετο. Ὁ δὲ εὐθὺς ἐν τοῖς ὅπλοις ἦν. Καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα ἐξοπλίσας, τὸν Εὖρον παραχρῆμα διαπεράσας, τὰς φάλαγγας ἰλαδὸν καταστήσας, εἱστήκει, πολέμου σχῆμα διατυπώσας. Αὐτὸς δὲ τὸ μέσον εἶχε τῆς παρατάξεως, καὶ οἱ Βάρβαροι Σκυθικῶς παραταξάμενοι, καὶ τὰς αὐτὸν [47] δυνάμεις πρὸς μάχην καταστησάμενοι, ἐῴκεσαν μὲν πόλεμον ἀναζητεῖν, καὶ τοὺς ἀντιπάλους ἐρεθίζειν οἷον πρὸς μάχην. Ἐδεδίεσαν δὲ ὅμως καὶ ἄμφω τὰ στρατεύματα, καὶ τὴν συμπλοκὴν ἀνεβάλλοντο, τὸ μὲν Ῥωμαϊκὸν, τὸ ὑπερπληθὲς τῶν Σκυθῶν ὑποπτῆσσον, τὸ δὲ Σκυθικὸν τεθωρακισμένους ἅπαντας ὁρῶν, B τάς τε σημαίας, καὶ τὸ λαμπρὸν τῶν ἀμφίων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀποπαλλομένην αἴγλην, πρὸς τὴν ἀστρῴαν βολὴν ἀντιστίλβουσαν. Μόνοι ἁπάντων δὲ οἱ τολμητίαι Λατῖνοι καὶ θρασεῖς, τὴν μάχην προαρπάζειν ἤθελον, θήγοντες ὀδόντας ὁμοῦ καὶ σιδήρια. Ἀνέστελλε δὲ αὐτοὺς ὁ Ταττίκιος, Ἀνὴρ γὰρ οὗτος εὐσταθὴς, καὶ τοῦ μέλλοντος ῥᾷστα καταστοχάσασθαι δυνατός. Ἱσταμένων οὖν ἀμφοτέρων τῶν στρατευμάτων [48] καὶ οἷον ἑτέρου τὴν ἐξ ἑτέρου κίνησιν ἀπεκδεχομένου, καὶ μηδέ τινος οὖν [μηδ' οὑτινοσοῦν] τῶν στρατιωτῶν κατὰ τὸ μεσαίχμιον ἐξ οὐδετέρου τῶν στρατευμάτων ἱππάσασθαι κατατολμῶντος, ἐπεὶ ἐν δυσμαῖς ἤδη ὁ ἥλιος ἦν, ἕκαστος τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν ἐπάνεισι. Τοῦτο ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις ἐγένετο, C καὶ πρὸς μάχην εὐτρεπιζομένων τῶν δημαγωγῶν, καὶ πολέμου σχῆμα καθ' ἑκάστην διατυπούντων. Ἐπεὶ μηδεὶς τὴν πρὸς ἕτερον ἀπεθάῤῥησε μάχην, κατὰ τὸ τῆς τρίτης περίορθρον ἀναχωροῦσιν οἱ Σκύθαι. Αἰσθόμενος δὲ ὁ Ταττίκιος τούτου, παραχρῆμα κατόπιν αὐτῶν ἤλαυνεν. Ἀλλὰ πεζὸς [49] (77), φασὶν, παρὰ Λύδιον ἅρμα. Προφθάσαντες γὰρ οἱ Σκύθαι, διῆλθον τὴν Σιδηρὰν (78) (τέμπη δ' οὕτως εἰσὶ κατονομαζόμενα), κἀκεῖσε δὲ τούτους μὴ καταλαβὼν, ἀναλαβόμενος τὰς ὅλας δυνάμεις, πρὸς Ἀδριανούπολιν ἐπαναζεύγνυσι. Καὶ τοὺς μὲν Κελτοὺς αὐτοῦ που καταλιπὼν, τῶν δὲ στρατιωτῶν οἴκοι πορευθῆναι ἕκαστον κελεύσας, μετά τινος μερίδος τῆς στρατιᾶς, αὐτὸς ἐπαναζεύγνυσι πρὸς D τὴν βασιλεύουσαν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[47] αὐτῶν. [48] Desunt voces τῶν στρατευμάτων. [49] πεζούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Ἀλλὰ πεζός*. Proverbium Pindaricum, de quo Diogenian. centur. 6, n. 28; Apostol. Eustath. ad Dion. Moschopulus Περὶ σχεδῶν, etc.

(78) **328** *Σιδηρὰν*. Clusura ad Hæmum montem sic nuncupata; ejus iterum meminit Anna, lib. x, p. 281, et Scylitzes, pag. 784.

manis insequentibus nihil sui nisi vestigia relinquerent, Taticius universas copias Hadrianopolim reduxit, Gallisque ibi relictis, ac dimissis. domum unoquoque suam, militibus reliquis, ipse cum parte quadam exercitus in urbem regiam instituit reditum.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Ζ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER VII.

186 ARGUMENTUM.

Alexius acie vincitur a Scythis. Cum Tzacha Turco bellum vario eventu per suos duces gerit. Ipse, consilio et arte supplens defectum virium, contra Scythas iterum ac tertio prospere pugnat.

PERIOCHE.

Tzelgu dux Scytharum Chariopolim incursat. Id Romani ulturi ac prohibituri veniunt. Anx a Romanorum deliberatio, ecquid acie periclitandum? Scythæ vincuntur a Romanis. Tamen fines Romanos incursare pergunt. Imperator cum magnis copiis contra Scythas vadit, decernendumque cum ipsis prælio censet. Quam importuna calamitas belli Scythici fuerit. Bryenius et Maurocatacalo pugnam cum Scythis dissuadent. Descriptio Purpuræ, domus Augustarum puerperiis dicatæ. Bryenii cæci præsagum dictum. Is erat rei bellicæ consultissimus. Historia conscripta a Bryenio Cæsare hujus cæci nepote Annæ marito. **187** *Laudes et dotes Bryenii Cæsaris. Ister binominis. Scytharum metus et insidiosa legatio, cujus fraus Augusto subolet : quare illam rejicit. Solaris deliquii occasione ingeniose utitur imperator. Scythæ oratores in custodiam dati elabuntur. Alexius Sideram transit. Pabulatores Romani bis cæci. Scytharum subita et vehemens irruptio in castra Romana. Imperator Dristram expugnat, arces duas obsidet. Tati mandata ad suos. Consultatio Romanorum de prælio. Sapiens Palæologi et Maurocatacalonis sententia. Peristhlaba magna quæ civitas? ubi sita? cur sic dicta? Diogenis filii feroces et inexperti rerum juvenes imperatorem in pugnæ consilium trahunt. Ordo Romanæ aciei. Sex imperatoris in prælio comites. Forma aciei Scythicæ. Mandata imperatoris ad suos procinctos. Mors Leonis filii Diogenis Augusti. Adriani fuga. Novus Scytharum exercitus. Alexius Pallium B. Mariæ Dei Matris pro vexillo manu ipse sua gestat in prælio. Alexii periculum consilio et fortitudine discussum. Moderatio Alexii. Protostratoris salubre consilium. Imperatoris fuga sapiens et generosa. Protostratoris casus et amor in Alexium. Confusio in fuga. Fortitudo Alexii. Nicephori Diogenis in periculo dexteritas. Alexius a jactantiæ suspicione purgatus. Cogitur Alexius vexillum relinquere. Incolumis Beroen pervenit. Palæologus amisso equo alium divinitus accipit, apparente ipsi Leone Chalcedonensi præsule. Ejus antistitis quæ laudes, quæ vitia ferantur. Palæologus ei addictissimus. Centum quinquaginta milites a Scythis conclusi Palæologi opera evadunt. Mirabiles casus Palæologi. Melissenus Cæsar captivus impedit ne captivi occidantur. Commanorum ad Scythas victores oratio, et pugna in eos victrix. Ozolimnæ paludis magnitudo. Non ab odore, sed ab Hunnis alias Uzis dictis nomen ea palus sortita est. Loca plurima imperante Alexio nomen mutarunt. Comparatio ejus in hoc cum Alexandro. Obsidio Scytharum ad Ozolimnam a Commanis soluta. Flandriæ comes imperatori juramentum præstat. Scythæ in fines Romanos irrumpunt. Pax cum iis per Synesium tractata, et conclusa. Commani facultatem pugnandi cum Scythis ab imperatore non impetrant. Scythæ a pace pacta resiliunt, et Philippopolim usque promovent. Nova belli gerendi ratio ab imperatore inita. Prudentia ejus ad præsentem rerum usum accommodata. Scytharum impetus ineluctabilis. Pax cum Scythis facta. Migideni filius cæsus. Migideni mors e luctu. Scythæ pacem violant. Archontopulorum cohors ab Alexio instituta, cur sic dicta. Archontopoli cæduntur a Scythis, magno Alexii dolore.. Imperator oppidum Aprum præoccupat. Taticius Scytha pabulatores cædit. Quingenti equites e Flandria Imperatori auxilio veniunt. Tzathas classem armat, et Clazomenas occupat. Mitylenem quoque totam, excepta Methymna. Mox totam etiam insulam Chium. Classem Romanam duce Niceta Castamonita*

Tzachas idem vincit. Dalassenus arcem Chii oppugnat. Aperto muro insultus militum a ducibus differtur. Turci dato spatio impigre usi novum murum faciunt. Iis Tzachas auxilio venit. Nova ratio classis instruendæ. Romana classis fugit. Dalassenus obsidionem Chii solvit, et suos instruit ad pugnam. Galli a Turcis fusi. Romani sine pugna fugiunt. Periculum classis Romanæ. Colloquium pacis componendæ causa et spe cum Dalasseno **188** *expetitum a Tzacha. Tzachæ ad Dalassenum oratio. Responsum Dalasseni. Joannes Ducas contra Dalmatas et Bodinum missus. Undecim annis prospere ac fortiter rem gerit. Inde revocatur mittendus contra Tzacham. Tzachas Smyrnam se recipit. Dalassenus Bolissum capit. Chium iterum oppugnat et expugnat. Neantzes Scytha transfuga proditor. Velitatio cum Scythis funesta Romanis. Latini Maniacatæ auxilio veniunt Romanis. Stratagema imperatoris perfidia Neantzis irritum. Impudens fiducia Neantzis proditoris, qui accusatori suo caput amputat; inde plus suspectus. Ejus scelus cur dissimulatum ab Augusto. Neantzes ad Scythas transit. Scythæ ejus maxime consilio Romanos vincunt. Imperator fugiens vultum hostibus obvertit, multosque necat. Pyrrhum Georgium Scythis opponit. Exercitu redintegrato in Scythas iterum movet eosque terret. Romanus exercitus augetur. Tatranes Scytha perfidiæ pœnitens Alexio addictus. Ejus sapiens et fidum consilium, fidelisque ac utilis opera. Imperator suos ad prælium parat. Scythæ in Romanos infesti eunt et in fugam vertuntur. Domestici imperatoris viri fortes. Castra Romana Tzurulum translata. Scythæ Tzurulum et ibi imperatorem circumsident. Is ex angustiis stratagemate se expedit. Rotæ e muro suspensæ. Scythæ, in insidias pertracti, rotarum evolutione cæduntur funduntúrque Postridie iterum vincuntur. Imperator Byzantium repetit.*

ΑΛΕΞΙΑΣ Ζ'.

A Vere primo Tzelgu dux supremus Scythicæ militiæ, transgressus angustias montium qui Danubio superjacent, cum misto ex variis gentibus exercitu octoginta fere millium, partim Sauromatarum ac Scytharum, partim etiam Dacorum (nam et hujus generis haud parva manus ductore Solomone quondam Tzelgu sequebatur) objacentes Chariopoli civitates, atque ipsam adeo Chariopolim latrociniis agebat ferebatque; plurimamque ex omnibus corradens prædam in stativa convehebat apto situ munita, ad locum Scotinum vulgo sive *Tenebrosum* dici solitum. His cognitis Nicolaus Maurocatacalo, et Bempetziotat nomen a patria sortitus, cum suis quisque copiis Pamphylum occupant, locum ita vocatum. B Ibi cum viderent rusticos pagorum villarumve circumjacentium passim cum magna trepidatione in urbes aut arces munitas se suaque in tutum recipere festinantes, ut regionem ab incursionum metu tegerent, promovent a Pamphylo ad oppidulum cui nomen est Cule, eoque in loco universas copias congregant. Hanc mentem ac destinationem, sive, ut ea res vulgo exprimi solet, vocabulo militibus usitatissimo, scopum hunc Romani exercitus, odorati Scythæ, conjuncti et ipsi sequi Romanos **189** institere, vestigiaque ipsorum indagare ac premere.

A Ἔαρος δὲ ἐπιφανέντος διελθὼν ὁ Τζελγοὺ τὰ ὑπερκείμενα τοῦ Δανούβεως τέμπη (ἡγεμὼν δὲ οὗτος ὑπερέχων τοῦ Σκυθικοῦ στρατεύματος) σύμμικτον ἐπαγόμενος στράτευμα ὡσεὶ χιλιάδας [80] ὀγδοήκοντα ἔκτε Σαυροματῶν καὶ Σκυθῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ Δακικοῦ στρατεύματος οὐκ [81] ὀλίγους, ὧν ὁ οὕτω καλούμενος Σολομὼν (79) δημαγωγὸς ἦν, τὰς κατὰ τὴν Χαριούπολιν (80) παρακειμένας πόλεις ἐληΐζετο. Καὶ εἰς αὐτὴν δὲ φθάσας τὴν Χαριούπολιν, καὶ λείαν πολλὴν ἀναλαβόμενος, κατέλαβε τόπον τινὰ, Σκοτεινὸν καλούμενον. Μεμαθηκὼς τοῦτο ὁ Μαυροκατακαλὼν Νικόλαος, καὶ ὁ Βεμπετζιώτης (81) τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς ἐναγκαμένης λαχὼν, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς δυνάμεων καταλαμβάνουσι τὸ Πάμφυλον (82)· Ὁρῶντες δὲ τοὺς περὶ τὰς κωμοπόλεις τῶν παρακειμένων χώρων πρὸς τὰς B πόλεις καὶ τὰ φρούρια συνελαυνομένους διὰ πτοίαν πολλὴν, ἀπάραντες τοῦ οὑτωσὶ καλουμένου Παμφύλου τόπου, καταλαμβάνουσι τὸ τοῦ Κούλη πολίχνιον, τὸ ἅπαν συνεπαγόμενοι στράτευμα. Ὄπισθεν δὲ τούτων ἐρχόμενοι, καὶ τὸν οὑτωσὶ καλούμενον σκοπὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος (λέξις δὲ αὕτη συνήθης τοῖς στρατιώταις) εὑρόντες οἱ Σκύθαι, παρείποντο ἰχνηλατοῦντες οἷον τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα. Αὐγαζούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας τὰς ἰδίας ὁ Τζελγοὺ καθιστᾷ δυνάμεις, καὶ τὸν κατὰ τοῦ Μαυροκατακαλὼν ἐβουλεύετο [82]

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] Desunt voces ὡσεὶ χιλιάδας, etc., Δακικοῦ στρατεύματος. [81] οὐχ. [82] ἐβουλεύσατο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(79) *Σολομών*. Salomon Hungariæ rex, qui ea tempestate bellum gerebat cum Geisa fratre, quocum fœdus inierat Alexius. Thwrocz. in *Chr. Hung.* part. II, cap. 50, 51 et 52; et Bonfin. dec. 2, *Rer. Hung.* lib. III et IV.

(80) *Χαριούπολιν*. Oppidum notum Villharduino, et aliis.

(81) *Βεμπετζιώτης* Nomen, inquit Anna, a patria sortitus, Bempetzo forte, urbe circa Euphratem, de qua Nicetas in Joan. n. 7.

(82) *Πάμφυλον*. Cujus oppidi pariter mentio fit apud Villhard.

πόλεμον. Ἐκεῖνος δὲ κατὰ τὸν ὑπερκείμενον τῆς A πεδιάδος αὐχένα ἀνῆλθε μετά τινων λογάδων, σκοπήσων [83] τὰς βαρβαρικὰς δυνάμεις. Ὁρῶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν Σκυθῶν, ἐσφάδαζε μὲν τὴν συμπλοκὴν τοῦ πολέμου, ἀνεβάλλετο δὲ, τὴν Ῥωμαϊκὴν στρατιὰν κατανοῶν μηδὲ τὸ πολλοστὸν σώζουσαν τῆς τῶν Βαρβάρων δυνάμεως. Ἐπανελθὼν δὲ μετὰ τῶν λογάδων, τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰωαννιάκη [84] διεσκοπεῖτο, εἰ χρὴ προσβαλεῖν τοῖς Σκύθαις. Τῶν δὲ πρὸς τοῦτο ἐποτρυνόντων, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μᾶλλον πρὸς τοῦτο κατάῤῥοπος ἦν, τριχῇ διελὼν τὰς δυνάμεις, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἠχῆσαι κελεύσας, ξυμμίγνυται τοῖς Βαρβάροις. Πολλοὶ μὲν οὖν τηνικαῦτα τρωθέντες πίπτουσι, κτείνονται δὲ οὐχ ἧττους. Καὶ αὐτὸς ὁ Τζελγοὺ γενναίως μαχόμενος, B καὶ ὅλας συνταράσσων φάλαγγας, καιρίαν πληγεὶς, ἀφῄρηται τὴν ψυχήν. Οἱ πλείους δὲ ἐν τῷ φεύγειν πίπτοντες, εἰς τὸν ἀναμεταξὺ τοῦ καλουμένου Σκοτεινοῦ, καὶ τοῦ Κούλη ῥύακα, ἀπεπνίγοντο ὑπ' ἀλλήλων συμπατούμενοι. Λαμπρὰν τοίνυν τὴν κατὰ τῶν Σκυθῶν νίκην ἀράμενοι οἱ τοῦ βασιλέως [85], εἰσῆλθον εἰς τὴν Μεγαλόπολιν. Δωρεὰς δὲ καὶ τιμὰς ἀπὸ τοῦ βασιλέως δεξάμενοι κατὰ τὸ ἀνάλογον, ὑπέστρεψαν μετὰ τοῦ τηνικαῦτα προχειρισθέντος μεγάλου δομεστίκου τῆς Δύσεως Ἀδριανοῦ Κομνηνοῦ καὶ αὐταδέλφου τοῦ αὐτοκράτορος. Οὕτω δὲ τῶν κατὰ Μακεδονίαν, καὶ Φιλιππούπολιν μερῶν ἀπελαθέντες, παρὰ [περὶ] τὸν Ἴστρον αὖθις ἐπαναστρέψαντες ηὐλίζοντο.

Ταῦτα [86] ὁ βασιλεὺς ἀκούσας οὐχ ἠνέσχετο, τῶν C Ῥωμαϊκῶν ὁρίων εἴσω τοὺς Σκύθας παροικεῖν, ἅμα δὲ καὶ δεδιὼς μὴ διὰ τῶν στενωπῶν διελθόντες, αὖθις χείρονα τῶν προτέρων ἀπεργάσωνται. Ἔνθεν τοι παρεσκευασμένος, καὶ καλῶς ἐξοπλίσας τὸ στράτευμα, καταλαμβάνει τὴν Ἀδριανούπολιν καὶ ἐκεῖθεν πρὸς τὸν Λαρδέαν (83) ἄπεισιν ἐν μεταιχμίῳ τῆς Δαμπόλεως (84) καὶ Γολόης (85) διακείμενον. Κἀκεῖσε προχειρισάμενος ἡγεμόνα Γεώργιον τὸν Εὐφορβηνὸν [87] κατὰ τῆς Δρίστρας διαπόντιον ἐξέπεμψεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέραις αὐτοῦ που ἐγκαρτερῶν [88], τὰς ἁπανταχόθεν δυνάμεις μετεπέμπετο. Ἱκανὸν δὲ συνειλοχὼς στράτευμα ἐβουλεύετο, εἰ χρὴ, τὰς κλεισούρας διεληλυθότα, τὴν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδέξασθαι μάχην, Οὐ χρὴ, λέγων, ἐγχειρίαν ὅλως τοῖς Σκύθαις δίδο- D

A Die illucescente sistit suos Tzelgu, et ad pugnam cum Maurocatacalone mox lacessendam instruit. Ille cum lecto comitatu tribunorum eminentiorem cætera planitie locum superat, barbaricas inde copias speculaturus; quarum ingens animadversa multitudo magnam ei dubitationem objecit: ecquid e re foret Romanas quæ ibi tunc erant legiones ne cum parte quidem una de multis Scythici quem spectabat exercitus numero comparabiles, tali loco committere cum Barbaris? Multa dehinc reversis a speculando deliberatio fuit quid facto esset opus; adhibiti sunt cæteri cohortium ductores, in quibus Joannaces. Plerique omnes contra Maurocatacalonis sententiam, non detrectandum prælium censebant, frequentesque incumbebant ad adhortandum du- B cem, prudentiæ ratione, non frigore animi aut ignaviæ vitio cunctantem, ut virtuti suæ suorumque fideret. Quid multa? pervicerunt. Ipseque Maurocatacalo propriæ generositatis impetum commilitonum suffragiis probatum contra suæ ipsius interdicta sapientiæ secutus, trifariam divisas copias ducit in Barbaros, acreque cum ipsis conserit prælium, quo illorum multi vulneribus prostrati, multi occisi, Tzelgu ipse dux fortiter pugnans, phalangesque conturbans totas interfectus est. Plerique per fugam trepidam temere se mutuo incurrentes conculcantesque indeque in voraginem medio inter Scotinum et Culen itinere hiantem acervatim prolapsi, suffocati sunt. Romani, splendidæ compotes victoriæ, Magnam ingressi civitatem, postquam donis ibi et honoribus pro cujusque merito cumulati sunt, rediere cum nuper creato magno domestico Occidentis Adriano Comneno Augusti fratre. Purgavit ea victoria Macedoniam Scythis, et regiones Philippopoli vicinas. Ex quibus retro pulsi unde venerant Barbari, hæsere tamen cis Istrum, perrexereque solita licentia undique objacentem Romanorum incursare ac deprædari ditionem.

C Id imperator audiens, et rem indignam ratus intra Romanos fines injussu habitare Scythas; simul metuens ne penetratis iterum angustiis novam priori periculosiorem perniciosioremque irruptionem molirentur, exercitum copiosissime instructum præclareque armatum ipse in eos ducens Andrinopolim processit: indeque versus Lardeam movit, locum inter Dampolim et Goloen situm. Illinc segregatam partem exercitus duce ipsi præfecto Georgio Euphorbeno, mari tendere in Dristram jussit. Ipse mora quadraginta dierum ibidem tracta convocatis undecumque copiis, cum jam idoneum exercitum congregasset, deliberabat, ecquid expediret claustris transgressis adoriri Scythas, belli fortunam experiri prælio, In **190** partem aientem haud D obscura erat inclinatio Augusti, dictitantis instan-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] κατασκοπήσων. [84] Ἰωαννακίου. [85] Desunt voces οἱ τοῦ βασιλέως. [86] ηὐλίζοντο, καὶ ὥσπερ ἰδίαν τὴν ἡμεδαπὴν ἀνέτως πάντη παροικοῦντες ἐληΐζοντο. Ταῦτα. [87] Φορβηνόν. [88] καρτερῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) *Λαρδέαν*. Occurrit locus iste apud Nicetam in Isaac. lib. II, n. 1.

(84) *Δαμπόλεως*, Dampolis, φρούριον haud procul ab Adrianopoli, Scylitzæ pag. 783.

(85) *Γολόης*. Memoratur Goloe ab eodem Scylitze pag. 787.

dum victis, nec indulgendum ut loco ullo consisterent. Sane importunissima horum prædonum vicinia erat; neque enim unam aliquam ex quatuor anni tempestatibus feriatam habebant saltem, aut cum per æstatem atque autumnum omnia late incursionibus vastassent, per hiemem cessabant. Verum continuatis uno tenore furoris duodecim totis mensibus annos insuper plures una perpetua calamitatis intolerabilis acerbitate conjunxere tantis Romanorum malis ac damnis ut eorum vix partem e multis unam assequi memoria, et complecti narrando valeamus. Accedebat horum intractabilis natura Barbarorum et eximia præ cæteris pertinacia, atque in odio nominis Romani obstinatio prorsus irrevocabilis. Nullius unquam eorum in fide suarum partium titubavit aut alternasse visus est sententiam. Nemo tot annorum spatio quibus bellatum est, non dico sponte, sed ne amplissimis quidem ab imperatore invitatus præmiis vel clanculum furtimve ad nos transfugit. Hæc taliaque Augustus reputans audendum manu, et genus alio modo indomitum ferro excidendum censebat suadebatque. Obstabant Nicephorus Bryenius et Maurocatacalo Gregorius, quem imperator captum a Scythis pretio quadraginta millium redemerat. His neutiquam placebat prope Istrum cum Scythis acie decerni. At Palæologus Georgius et Nicolaus Maurocatacalo et si qui alii ætate ac ferocia juvenes incumbebant frequentes in sententiam Augusti, ultroque instabant ut trans Hæmi tempe duceret, acieque in planitie Istro vicina structa prælium committeret cum Scythis. Magnopere idem suadebant filii duo Diogenis Augusti Nicephorus et Leo, qui post evectum ipsum in imperii apicem ex eo in Purpura nati erant. Est autem Purpura ædificium quoddam intra septa imperialis palatii ab ipsa basi usque ad tecti suggrundia quadrata constructum forma : hinc in pyramidem desinens. Prospectum habet mare versus, in eum portum in quo lapidea visuntur boum et leonum simulacra. Sola exhedrarum constrata marmore : parietes crustarum ex eodem lapide tectorio renident. Marmor porro istud non de vulgari genere, aut modicis parabile sumptibus, verum ejusmodi quod propter eximiam excellentiam priores imperatores quando sedem imperii Byzantium transtulerunt deportare huc usque a Roma vetere tanti duxerint. Est is lapis purpureus fere totus : nisi quod punctulis arenosa tenuitate passim inspersis candicat : meaque sententia est, a colore horum lapidum aulam istam Purpuram a priscis dictam. Redeo ad rem.

A σθαι, εἰκότως τοῦτο περὶ τουτωνὶ [59] Βαρβάρων σκοπήσας. Οὐδὲ γὰρ ἀπό τινος καιροῦ τῶν τεσσάρων καταρξάμεναι αἱ τῶν Σκυθῶν προνομαὶ εἰς τὸν ἐφεξῆς κατέληγον, θέρους τυχὸν εἰς τὸν καιρὸν τῆς ὀπώρας, ἢ καὶ χειμῶνος ἐν φθινοπώρῳ παυσάμεναι. Οὐδὲ κύκλος εἷς ἐνιαύσιος τουτὶ τὸ κακὸν περιέγραψεν. Ἀλλ' ἐφ' ἱκανοῖς ἔτεσι τὰ Ῥωμαίων ἐκυμαίνετο, κἂν ἐκ πολλῶν ὀλίγων τινῶν αὐτοὶ ἐπεμνήσθημεν. Οὐδὲ διπλοῖς ἐμερίσθησαν λογισμοῖς, κἂν ὁ αὐτοκράτωρ πολλάκις διὰ παντοίων τούτους ἐφείλκετο. Ἀλλ' οὐδέ τις λαθὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπηυτομόλησεν [60], ἔτι ἀμετάθετον τέως τὴν γνώμην ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Νικηφόρος ὁ Βρυένιος [61], καὶ ὁ Μαυροκατακαλὼν Γρηγόριος ὃν τιμῆς τεσσαράκοντα χιλιάδων ὁ βασιλεὺς παρὰ τῶν Σκυθῶν ἑαλωκότα B ἐπρίατο, οὐδαμῶς τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν κατὰ τὸ περίστριον συνεχώρουν πόλεμον. Ὁ δέ γε Παλαιολόγος Γεώργιος, καὶ Νικόλαος ὁ Μαυροκατακαλὼν, καὶ ὁπόσοι ἄλλοι νέοι καὶ ἀκμάζοντες, τῷ τοῦ βασιλέως προσκείμενοι θελήματι ἐπέτρεπον τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου (86) διελθεῖν, καὶ κατὰ τὸ παρίστριον τὴν μετὰ τῶν Σκυθῶν ἀναδέξασθαι μάχην. Σὺν οἷς καὶ οἱ δύο υἱεῖς Διογένους τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρος τε καὶ Λέων, οἳ μετὰ τὸ ἀνενεχθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τῆς βασιλείας περιωπὴν ἐν τῇ πορφύρᾳ ἐξ αὐτοῦ ἐτέχθησαν [62]. Ἡ δὲ πορφύρα οἴκημά τί ἐστι κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἐξ αὐτῆς τῆς βάσεως μέχρι τῆς ὀρόφου κινήσεως διὰ τετραγώνου συμπληρούμενον σχήματος, ἐκεῖθεν δὲ εἰς πυραμίδα ἀποτελευτῶν, ἀφορῶν C μὲν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὗπερ οἱ πέτρινοι βόες καὶ οἱ λέοντες, διὰ μαρμάρων δὲ τό τε ἔδαφος κατέστρωτο, καὶ οἱ τοῖχοι περιεστέλλοντο, οὐ τῶν τυχόντων, οὐδὲ τῶν ἄλλων ὁπόσοι εὐποριστότεροι τῶν τιμιωτέρων λίθων εἰσὶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀπὸ Ῥώμης οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς ἐπεσύραντο [63]. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ λίθος ὅλως [64] εἰπεῖν, πορφυροῦς δι' ὅλου, καὶ οἷον στίγματά τινα ψαμμοειδῆ λευκὰ αὐτῷ περιτρέχουσιν. Ἐκ τουτωνὶ τῶν λίθων οἶμαι πορφύραν τὸ οἴκημα, οἱ ἀνέκαθεν ὠνόμασαν. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον.

Cum victrix audendi sententia tubarum undique clangoribus iter ad Hæmum adversus Scythas in-

D Ὡς οὖν ἡ σάλπιγξ μέγα ἠχήσασα ἅπασι τὴν πρὸς τὸν Αἷμον ὁδὸν οἱονεὶ κατὰ τῶν Σκυθῶν προῦ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[59] τουτονὶ τῶν. [60] ἀπηυτομόλησεν [61] Βρυέννιος. Sic semper post. [62] ἐτέχθησαν. κἀντεῦθεν πορφυρογέννητοι προσηγορεύθησαν. ἡ δέ. [63] ἐπεσύροντο. [64] τὸ ὅλον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(86) *Τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου*. Tempe montis Hæmi, clusuras, seu στενωποὺς, ut vocat Theophylactus Symocatta, lib. II, cap. 11, describit Leunclavius in *Pand. Turc.* n. 107 : *In Thraciam ex Bulgaria profecturis duplex iter est ad superandum Hæmum : unus aditus a Trajano plerisque putatur factus, ubi adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur : alter ad parvum est amnem, quem Stoditzam Bulgari vocant.* Vide eumdem n. 20. Viam Trajani in Hæmo monte agnoscit etiam Simocatta, lib. VIII, cap. 4; portas, seu claustra S. Basilii ibidem memorant Willelmus Tyrius, lib. II, cap. 4; et Anonymus, *De Expedit. Asiat. Fred. I.* Adde Busbecq. in *Itiner. CP.* pag. 26.

A τρέπετο, ὁ Βρυέννιος πολλὰ κωλύων τὸν αὐτοκράτορα τοῦ ἐγχειρήματος, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἐπιφωνηματικῶς ἔφη [65]· *Ἴσθι, ὦ βασιλεῦ, εἰ τὸν Αἷμον διέλθητε, τοὺς δρομικωτέρους τῶν ἵππων δοκιμάσεις.* Ἐρωτήσαντος δέ τινος τί ὁ λόγος οὑτοσὶ βούλεται, *Ἐν τῷ φεύγειν*, φησὶν, *ἅπαντας.* Οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ, εἰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δι' ἀποστασίαν ἐξεκέκοπτο, ἀλλὰ τό γε εἰς στρατηγικωτάτην βουλὴν καὶ παράταξιν δεινότατος τῶν πολλῶν καὶ ποικιλώτατος ἐγνωρίζετο. Ὅπως δὲ τῶν ὀμμάτων ὁ πριμνημονευθεὶς [66] Βρυέννιος ἀπεστέρητο δι' ἀποστασίαν ἢ ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος Βοτανειάτου, καὶ ὅτι, παρὰ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου τότε μεγάλου δομεστίκου τυγχάνοντος τῶν δυτικῶν τε καὶ ἀνατολικῶν στρατευμάτων κατασχεθεὶς, τῷ Βορίλλῳ παρεδόθη τὰς B ὄψεις ἀβλαβεῖς ἔχων, τοὺς ἐθέλοντας λεπτομερέστερον μαθεῖν, παραπέμπομεν εἰς τὸν μέγιστον Καίσαρα. Ὁ γὰρ Καῖσαρ οὗτος τοῦ μὲν Ἀλεξίου ἤδη τὰ Ῥωμαίων διέποντος σκῆπτρα, γαμβρὸς ἐγεγόνει, τοῦ δὲ Βρυεννίου ἐκείνου ἀπόγονος (87). Ἀλλ' ἐνταυθοῖ γενομένη συνέχομαι τὴν ψυχὴν, τοῦ καὶ πάθους ἐμπίμπλαμαι [67]. Σοφὸς μὲν γὰρ τὴν γνώμην ἦν οὗτος ὁ ἀνὴρ, καὶ τὸν λόγον σοφώτατος. Πάντα γὰρ καὶ ῥώμη, καὶ τάχος, καὶ κάλλος σώματος, καὶ ἁπλῶς ἐς ταυτὸν [68] συνελθόντα ὅσα ψυχῆς καὶ σώματος ἀγαθὰ τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ἐκόσμησεν. Ἕνα γὰρ αὐτὸν ἐν τοῖς ἅπασιν ἐξοχώτατον καὶ ἡ φύσις ἀνεβλάστησε, καὶ ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε. Καὶ οἷον τὸν Ἀχιλλέα ὕμνησεν Ὅμηρος ἐν τοῖς ἀρχαίοις, τοιοῦτον ἄν τις εἴπε τὸν ἐμὸν Καίσαρα ἐν τοῖς ὑπὸ τὸν C ἥλιον ἅπασιν ἀναπεφηνότα. Οὗτος τοίνυν ὁ Καῖσαρ καὶ τὰ στρατιωτικὰ γεγονὼς ἄριστος οὐκ ἀμελετήτως ἔσχε πρὸς λόγους. Ἀλλὰ πᾶσαν βίβλον ἀναπτυξάμενος, καὶ εἰς πᾶσαν ἐπιστήμην ἐγκεκυφὼς πολλὴν σοφίαν ἐκεῖθεν ἠρύσατο, ὅση τε ἡμετέρα, καὶ ὅση ποτὲ οὐχ ἡμετέρα. Ὕστερον δὲ καὶ πρὸς συγγραφὰς ἐξέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ δὴ καὶ σύγγραμμα ἐξ ἐπιταγῆς τῆς ἐμῆς δεσπότιδος καὶ μητρὸς, τῆς βασιλίδος, φημὶ, Εἰρήνης, ἐσχεδίασεν ἄξιον λόγου καὶ ἀναγνώσεως, ἱστορίαν συντεταχὼς τῶν πρὸ τοῦ ἀναδήσασθαι τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας πράξεων τοὐμοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν Βρυέννιον ἀκριβέστερον ἐπεξέρχεται. Καὶ ὁμοῦ τάς τε τοῦ προγόνου συμφορὰς ὡς ἀληθῶς ἀφηγήσατο, καὶ τὰς τοῦ πενD θεροῦ ἀριστείας συνέγραψε, καὶ οὐκ ἂν ἐψεύσατο, καίπερ [69] ἀμφοῖν ὡς τοῦ μὲν ἀγχιστεὺς, τοῦ δὲ καθ' αἷμα προσήκων. Καὶ μέμνηται [μεμνήμεθα] τούτων κἀν τοῖς προτέροις λόγοις τῆσδε Ἱστορίας.

A dicentibus promulgaretur, Bryenius multis conatus imperatorem ab incepto revocare, **191** ut sensit se verba perdere, ad extremum : *Sic habe*, inquit, *Auguste, si Hæmum ultra processeritis, explorabitis quantum equorum quisque valeat cursu.* Cuidam vero percontanti : quid sibi hoc vellet? *Nimirum dum omnes fugient*, respondit. Erat is vir, quanquam ob rebellionem mulctatus oculis, consultissimus tamen adhuc bellicarum rerum : ita ut eo nemo circumspectius, nemo certius de momentis præliorum, de aciei forma, de tota ratione multiplici ac varia trahendi patrandique belli sententiam diceret. Quo ille casu cujusque jussu ac manu calamitatem cæcitatis inciderit, utque ipsum adversus Botoniatem B Augustum forti cum exercitu rem gerentem Alexius tunc magnus domesticus et copiis orientalis occiduique limitis præpositus acie victum captumque Borilo tradiderit, nihil adhuc in oculis læsum, qui nosse distinctius cupierint, eos ad maximum remittimus Cæsarem, qui Alexii ejusdem deinde Augusti gener fuit, idemque Bryenii istius nepos. Verum hæc memoranti scriptionis propositum excidit, et unius mentionis admonitu revolvitur in familiarem luctum gravi desiderio icta mens. Heu quale columen quantumque nobis decus in Cæsare nostro subtractum est, viro in quem sapientia et eloquentia, robur, agilitas, forma, bona corporis pariter universa cum omnibus una simul dotibus animi, quales singulæ singulos abunde commendarent rara C consensione convenerant. Unus plane is erat in id a natura editus, a Deo fictus, ut omnium in omni genere præstantissimus, variam vim ac formam diversarum laudum exempli unius miro compendio colligeret; nec dicere dubitaverim qualem ac quantum Homerus celebravit Achillem inter Græcos, talem revera, nihiloque inferiorem Cæsarem exstitisse meum inter omnes qui sub sole vivunt. Idem bellicis aptus, idem tranquillis artibus. Dubitares magisne ad togam an ad militiam natus videretur. Par ingenium robori : nec contentio aut constantia dispar in utriusvis meditatione virtutis. Nemo illo tritior, nemo subactior in omni experimento militaris functionis, ad quam et unice factus audiebat; nemo rursus eodem in disciplinis exercitatior, nemo D ab eloquentia paratior. Quem ille librum non evolverat? in quam doctrinæ partem non se penitus immiserat? quantam vero inde sapientiæ nostræ pariter et externæ hausta in se flumina corrivaverat? Exstant documenta eruditionis ejus; contulerat enim posterioribus temporibus sese ad scribendum, interque alia hortatu dominæ ac matris meæ imperatricis Irenes opus lectu ac laude dignum elucu-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[65] φησίν. [66] προμνημονευθείς. [67] καὶ πένθους ἐμπίπλαμαι. [68] ταυτό. [69] καὶ περί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) Ἀπόγονος. Nicephori Bryenii, qui tyrannidem affectavit Botaniata imperante, filius fuit Nicephorus Cæsar, Annæ maritus, si Zonaram audimus. At secus Anna ipsa, scribit enim lib. x, pag. 274, Nicephorum Bryenium, Nicephori tyranni filium, una cum patre captum, oculis perinde privatum fuisse. Nicephori, tyranni filii, non semel meminit Bryenius Cæsar, qui patricii dignitatem ei videtur assignare, lib. III, cap. 9; lib. IV, cap. 12, 13 et 14. Fuit igitur Nicephorus Cæsaris tyranni ex filio nepos, quod evincit vox ἀπόγονος.

braverat, quo complectitur historiam rerum a patre meo per id tempus gestarum quo nondum habenas imperii sumpserat in manus: in quo cum Bryenianum bellum enarret diligenter, ea in avi calamitatibus, et soceri factis fortibus memoriæ prodendis incorruptæ fidei religione versatur, ut ei **192** ad auctoritatem plenam sinceræ veritatis, neutiquam tam arcta cum alterutro commissorum isto bello ducum necessitudo, fraudi fuisse visa adhuc sit, judicio æqui lectoris ullius. Meminimus et nos ejus Historiæ in superioribus; nunc quæ ceperamus hoc loco dicere, reddimus.

Ubi Euphorbenum Georgium cum exercitu et classe contra se per Istrum venientem Scythæ viderunt (influit ab occiduis partibus is amnis per cataractas in Euxinum Pontum quinque ostiis, magnus et redundans, perque vastas planities navigabilis, non lembis modo, sed maximis quoque et onere gravatissimis navigiis, non uno ubique nomine, verum cum superioribus et origini vicinioribus sui partibus Danubius appelletur, deinceps qua pronus in Pontum vergit, Ister habet nomen). Per hunc, inquam, fluvium ubi navigantem infestis velis, armatum in se Georgium Euphorbenum conspexere pars Scytharum quædam, a continente vero magnis simul itineribus cum magno exercitu imperatorem audivere ipsum contra ipsos tendere, haud dubie circumventos se rati, planeque desperantes utrique simul impressioni sustinendæ se pares esse posse, tempus laxando periculo, tractandæ pacis simulatione furari decreverunt. Centum ergo et quinquaginta suæ gentis oratores ad imperatorem delegant, negotio illis dato ut pacem quidem petant, cæterum humilitatem supplicationis, minarum apte intexta confidentia corroborent, promissorum quoque ostentatione in tempore admista, de quorum fide nihil laborarent. Pollicerentur ergo sane, si res ferret, si Augustus Scythis annueret quæ vellent, habiturum eos fidos cujusvis belli socios numero equitum triginta millium. Facile imperator sensit fraudem gentis Barbaræ: quoque terrore ad compositionis mentionem ultra usum vitandi præsentis periculi nequaquam duraturæ, compellerentur. Itaque nihil dubitans quin securitati mox redditi, conventorum fide susque deque habita infestiores quam unquam, concepti favillam odii, simulationis cinere excusso in magni flammam incendii excitaturi forent, legationem admittere noluit. Dum autem de eo ipso disceptarent, commodum ecce scribarum imperialium quidam Nicolaus nomine imperatorem accedens in aurem insusurrat hæc verba: *Scito, Auguste, fore mox hac ipsa hora deliquium solaris luminis.* Quo exploratane indica-

Ἐπεὶ δὲ τὸν Εὐφορβηνὸν Γεώργιον μεθ' ἱκανῆς στρατιᾶς καὶ στόλου διὰ τοῦ Ἴστρου ἐρχόμενον κατ' αὐτῶν οἱ Σκύθαι ἐθεάσαντο (ὁ δὲ ποταμὸς οὗτος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν δυτικῶν μερῶν (88) [ὀρῶν], ἐκδίδοται διὰ τῶν καταῤῥακτῶν (89) καὶ μετὰ ταῦτα διὰ πέντε τινῶν στομάτων εἰς τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον μέγας τε καὶ πολὺς διὰ πολλῆς πεδιάδος ἐρχόμενος καὶ ναυσίπορος ὤν, ὡς καὶ τῶν πλοίων τὰ μέγιστά τε καὶ φορτηγότατα τούτῳ τῷ ποταμῷ ἐπινήχεσθαι· οὐ μίαν δὲ προσηγορίαν (90) λαμβάνει, ἀλλὰ τὰ ἀνωτέρω [70] μὲν καὶ πρὸς τὰς πηγὰς [71], Δάνουβις ὄνομα τούτῳ, τὰ κάτω δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκβολὰς [72] Ἴστρος ὁ ποταμὸς ἐπονομάζεται· ἐπεὶ δὲ τοίνυν διὰ τούτου τοῦ ποταμοῦ τὸν Εὐφορβηνὸν Γεώργιον ἡ τῶν Σκυθῶν μερὶς ἐθεάσατο· ἐξ ἠπείρου δὲ μετὰ στρατεύματος πλείστου τὸν αὐτοκράτορα αὐτοὺς ἤδη καταλαμβάνοντα μεμαθήκεσαν, ὡς ἀμήχανον τὴν μεθ' ἑκατέρων μάχην εὑρίσκοντες, τρόπον ἐπεζήτουν δι' οὗ γένοιτ' ἂν αὐτοῖς τὸ ἐξὺ τοῦ κινδύνου διεκφυγεῖν. Πέμπουσι τοίνυν πρέσβεις ἑκατὸν (91) πρὸς τοῖς πεντήκοντα Σκύθας, ἐπερωτῶντας τάχα τὰ περὶ εἰρήνης, ἅμα δὲ καὶ ἀπειλήν τινα μεταξὺ τῶν λόγων παρενείροντας, ἔστι δ' οὗ καὶ ὑπισχνουμένους, εἰ ταῖς τούτων νεύσεσι, καὶ αἰτήσεσι κατανεῦσαι θελήσειε, μεθ' ἱππέων χιλιάδων τριάκοντα συμμαχεῖν τῷ αὐτοκράτορι, ὁπηνίκα βούλοιτο. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, τὴν ἀπάτην διαγνοὺς τῶν Σκυθῶν, καὶ ὅτι τὸν ὑπόγυιον κίνδυνον φεύγοντες τοιαῦτα διαπρεσβεύονται, καὶ εἰ ἀδείας ὅλως τύχοιεν, τὸν ὑποκρυπτόμενον τῆς αὐτῶν κακίας σπινθῆρα εἰς πυρσὸν ἀνάψουσι μέγαν, τὴν πρεσβείαν οὐκ ἐδέχετο. Τούτων δὲ τῶν λόγων συνειρομένων, Νικόλαός τις τῶν ὑπογραμματευόντων (92) τῷ αὐτοκράτορι προσελθὼν πρὸς τὸ οὖς, καὶ ὑποψιθυρίσας φησί· *Κατὰ ταυτηνὶ τὴν ὥραν, βασιλεῦ, ἔκλειψιν τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς προσδόκα γενήσεσθαι.* Τοῦ δὲ διαπιστοῦντος, ἐκεῖνος ἐπώμνυτο μὴ διαψεύσασθαι. Ὁποῖος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ γοργὸς περὶ τὰς ἐνθυμήσεις, φησὶ τοῖς Σκύθαις ἐπιστραφείς· *Θεῷ τὴν κρίσιν ἀνατίθημι· καὶ εἰ μέν τι σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατὰ ταυτηνὶ τὴν ὥραν ἔκδηλον γένηται,* εἴσε-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] ἀνώτερα. [71] ταῖς πηγαῖς. [72] ταῖς ἐκβολαῖς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(88) *Ἀπὸ δυτικῶν μερῶν.* De origine, fonte, et decursu Danubii, multa Alderisius, Strabo, Procopius, Delrius ad Senecæ Medeam, Ortel. et al.

(89) *Διὰ τῶν καταῤῥάκτων.* Septem Danubii ostia ponit Vibius Sequester, sex Plinius, lib. IV, cap. 6; quinque Arianus in Periplo Ponti Euxini.

(90) *Προσηγορίαν.* Nominum magni hujus fluvii mutationem ponit Plinius, lib. IV, cap. 12, ubi primum Illyricum alluit; Strabo, lib. VII, ad ejus cataractas; Ptolemæus, ad Axiopolim urbem; Appianus, in libro qui *Illyricus* inscribitur, ad Savi fluvii confluentem.

(91) *Πρέσβεις ἑκατόν.* Ita Ægyptii centum legatos Romam olim miserant ad regem Ptolemæum accusandum, teste Dione.

(92) *Τῶν ὑπογραμματευόντων.* Secretarius, seu *a secretis*. Constantinus Manasses:

Ἀνάκτων ὑπογραμματεύς, ὃν φασιν ἀσηκρῆτην.

σθε παντως ὡς ἐγὼ μὲν ὕποπτον οὖσαν τὴν ὑμῶν πρεσβείαν εὐλόγως οὐ δέχομαι, ὅτι οὐκ ἐπ' ἀληθείας οἱ φαλαγγάρχαι ὑμῶν τὰ περὶ εἰρήνης διαπρεσβεύονται· εἰ δ' οὔ, διαμαρτὼν αὐτὸς τοῦ στοχασμοῦ, ἐλεγχθήσομαι. Δύο οὔπω παρῆλθον ὧραι, καὶ τὸ ἡλιακὸν φῶς ἐπιλέλοιπεν, ὡς ἀφεγγῆ τὸν ὅλον δίσκον γενέσθαι, ὑποδραμούσης αὐτὸν τῆς σελήνης. Καὶ οἱ μὲν Σκύθαι τηνικαῦτα ἔκθαμβοι γεγόνασιν· ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ δίδωσιν αὐτοὺς Λέοντι τῷ Νικερίτῃ (ἐκτομίας δὲ οὗτος καὶ τοῖς στρατιωκοῖς νηπιόθεν ἐνδιατρίψας, καὶ ἀφανὴς [73] δοκιμώτατος), ἐπισκήψας μεθ' ἱκανῶν διασῶσαι τούτους μέχρι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων. Ὁ δὲ μάλα προθύμως τῆς περὶ τὴν Κωνσταντίνου ἥψατο. Οἱ δὲ Βάρβαροι, διὰ παντὸς τῆς ἑαυτὸν [74] φροντίζοντες ἐλευθερίας, ἐπὰν τὴν μικρὰν Νίκαιαν (93) ἔφθασαν, νυκτὸς ἀναιροῦσι τοὺς φύλακας, ἀμελῶς περὶ τὴν αὐτῶν διατεθέντας φυλακήν. Καὶ διά τινων σκολιωτέρων ἀτραπῶν ἐπαναστρέφουσι πρὸς τοὺς πέμψαντας. Ὁ δὲ Νικερίτης, μόγις μετὰ τριῶν σωθεὶς, καταλαμβάνει τὸν αὐτοκράτορα εἰς Γολόην.

rentur dubitante ac credere cunctante, scriba etiam jurejurando interposito perseveravit certo certius esse quod afferret. Persuasus Augustus, ac mox pro innata ingenii velocitate, collata ex tempore occasione in rei præsentis usum, acri repente vultu conversus ad Scythas : *Deum*, inquit, *fero judicem nostræ controversiæ : ac si quidem hac ipsa hora signum e cælo manifestum exstiterit, tum* **193** *plane scietis causam idoneam habuisse me cur merito suspectam legationem vestram rejicerem, nec persuaderi mihi sinerem vere atque ex animo duces vestros de pace tractare. Quod si nihil novi ac miri fiet, non recuso quin temere conceptæ de vobis suspicionis reus peragar.* Duæ nondum horæ fluxerant cum solis lumen ita defecit, ut totus ejus orbis subeunte lunæ corpore absconderetur. Obstupuerunt ad id spectaculum Scythæ. At eos imperator Leoni Niceritæ (eunuchus hic erat a puero innutritus castris, et multis rebus probatus vir præsentis animi) cum idoneo præsidio Constantinopolim deducendos tradidit. Et hoc agebat ille quidem sedulo. Verum Barbari attenti in occasionem recuperandæ libertatis, ubi ad parvam Nicæam pervenere, custodibus suis, negligentius agentibus, noctu obtruncatis, per obliquas semitas ad eos rediere a quibus missi fuerant. Nicerita cum tribus ægre servatus, Goloen ad imperatorem pervenit.

Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς καὶ πτοηθεὶς μὴ οἱ πρέσβεις τὸ ἅπαν Σκυθικὸν στράτευμα κατ' αὐτοῦ ἐρεθίσαντες ἐπεισπέσωσιν αὐτῷ, οὐκ ὀνείρου δεηθεὶς πρὸς μάχην αὐτὸν ἐποτρύνοντος, καθάπερ ποτὲ τὸν Ἀτρέως Ἀγαμέμνονα, ἀλλ' ἀναζέσας πρὸς μάχην, καὶ τὴν Σιδηρὰν μετὰ τῶν ταγμάτων διελθὼν, τὸν χάρακα περὶ τὴν Βιτζίναν ἐπήξατο· ποταμὸς δὲ οὗτος ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν ῥέων. Πολλοὶ δὲ τηνικαῦτα χορταγωγίας χάριν τοῦ χάρακος ἐξελθόντες καὶ πορῥωτέρω γενόμενοι ἀνηρέτησαν [75], πολλοὶ δὲ καὶ κατεσχέθησαν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ κατὰ τὸ περίορθρον ταχὺ καταλαμβάνει τὴν Πλισκόβαν (94), κἀκεῖθεν εἰς ἀκρολοφίαν τινὰ τὴν τοῦ Συμεῶνος [76] καλουμένην ἄνεισιν, ἣ καὶ βουλευτήριον [77] τῶν Σκυθῶν ἐγχωρίως ὠνομάζετο. Τὰ αὐτὰ δὲ πάλιν τῆς τῶν χρειωδῶν συγκομιδῆς χάριν τοῖς τῆς παρεμβολῆς μακρὰν γενομένοις συνέβαινε. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν [78] παρά τινα ποταμὸν ἔρχεται ἀγχοῦ τῆς Δρίστρας ῥέοντα, καὶ ὡσεὶ σταδίους εἴκοσι πρὸς τοῖς τέσσαρσιν

His auditis imperator, veritus ne legati, universis Scythis instigatis, se adorirentur, non somnio egebat, quo, ut Atrei quondam filius Agamemnon, ad pugnam concitaretur; quin potius ultro flagrans cupiditate prælii, Sidera, sive Ferrea (locus est paulo superius nominatus) cum legionibus trajecta, vallum ad Bitzinam figit. Fluvius est ex adjacentibus fluens montibus. Tunc multi pabulatores e nostris longius progressi, trucidati sunt a Scythis, multi etiam capti. At imperator circa diluculum strenue Pliscobam occupat : indeque in quemdam verticem, Symeonis, dictum, ascendit, qui et vulgari lingua Buleuterium, sive Curia Scytharum nominatur ab indigenis. Hic iterum similia nostri passi sunt, qui pabuli cæteræve annonæ causa licentius a vicinia castrorum recesserant : a Scythis nimirum cæsi, item ut ii quorum paulo ante meminimus. Postridie ventum ad flumen est prope Dristram fluens, nec plus ab ea distans quam stadiis ferme quatuor supra viginti. Ibi dum imperator

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] ἀφανείς. fors. ἀναφανείς. [74] ἑαυτῶν. [75] ἀνηρέθησαν. [76] Συμεών. [77] βουλευτήριος. [78] αὐτῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

93) *Μικρὰν Νίκαιαν.* Quæ in edit. Hœschel. Νικίτζα ὑποχοριστικῶς dicitur, ad discrimen Nicææ in Bithynia, quam *Magnam* vocat Villharduinus, n. 237 et 247. *Niz* Willelmo Tyrio, lib. II, cap. 4. *Nit* et *Nitz* Odoni de Diogilo, lib. II, *Nissa* in Exped. Frider. *Nissea*, Tagenoni Pataviensi, Νίκη τῆς Θρᾴκης Socrati, lib. II, cap. 36; et lib. IV, cap. 11. Theodorito, lib. II, cap. 21. Nicephoro Cal. lib. IX, cap. 41. Procopio, *De Ædif.*, lib. IV. *Nice*, Ammiano lib. XXXI, et Auctori **329** *Itinerarii Burdegal.* Ναισὸς Cinnamo non semel, Νίκαια simpliciter Sozomeno, lib. IV, cap. 15, et Arnoldo Lubec. lib. II, cap. 4. Hanc prius *Usto dizo* dictam asserunt Fragmenta S. Hilarii, pag. 36 ; et mansionem tantum fuisse, hoc est, locum mutandis equis publicis dicatum. Exstitit postea civitas egregia, ut ex ruinis cernitur, sed hodie instar vici redacta est, et a Turcis et Bulgaris habitata, ut auctor est Felix Petancius, in libello *De itinerib. aggrediendi Turcum*, cap. 1, ubi *Nesus* nuncupatur.

(94) *Πλισκόβαν.* Pliscobam expugnavit, Bulgarisque abstulit Basilius Bulgaroct. uti tradunt Zonaras et Scylitzes. A Constantino M. ædificatam auctor est Codinus, in *Orig. CP.*

depositis sarcinis castra munit, irruentes ex altero latere subito impetu Scythæ in ejus Augustale, magnam stragem edidere gregariorum militum, quosdam, etiam animosius repugnantes cepere Manichæos. Hinc tumultu orto universus trepidavit exercitus, adeo ut temere ultro citroque ferventium passim equitum concursationibus tabernaculum imperatoris impulsum corruerit: quod ab iis qui parum favebant Augusti rebus in fœdi **194** augurii significationem est raptum. Cæterum imperator cum exercitus parte facile Scythas submovit procul a tabernaculo. Et ne iterum trepidandi causa esset, motis inde castris cum instructo exercitu iter faciens ad Dristram pervenit (civitas ea est inter Istro vicinas celebris), obsessurus mox eam ac machinis muralibus oppugnaturus. Nec mora operi fuit. Circumdata undique tormentisque quassa, per ruinas lateris unius Romanos accipere coacta irruentes est. Verum arces restabant duæ quas cognati cujusdam Tati ducis Scytharum paulo ante inde ad corroganda Comanorum aliorumque Scytharum auxilia profecti cum præsidio tenebant. Is Tatus vale suis in discessu dicens, et proximum cum manu valida pollicens reditum, sic mandasse dicebatur: *Non dubito quin imperator oppugnaturus hoc castrum sit. Id ne vos moveat. Sed cum eum videritis in ista planitie castra posuisse, festinate occupare jugum imminens, valloque ibi rite fixo facite ut assiduis incursationibus fatigetis eum, ne satis vacare oppugnationi queat, continuo coactus respectare metu impendentis a vobis mali. Ergo nec diem illi nec noctem ullam sinite quietam, quin divisis inter vos partibus succedentes alii aliis Romanos in momenta lacessatis, nullo spatio dato respirandi.*

A ἀπέχοντα, κἀκεῖσε τὰς σκευὰς καταθέμενος, τὸν χάρακα πήγνυται. Ἐπεισπεσόντες δὲ ἀθρόον οἱ Σκύθαι τῇ τοῦ βασιλέως σκηνῇ ἐξ ἑτέρου, ἀνεῖλον μὲν τῶν ψιλῶν τοῦ στρατοῦ ἱκανούς, κατέσχον δὲ καί τινας τῶν ἐκθυμοτέρων ἀγωνισαμένων Μανιχαίων. Καὶ θόρυβος ἐπὶ τούτοις τοῦ στρατεύματος ἦρτο πολὺς καὶ σύγχυσις, ὥς καὶ τὴν βασιλικὴν καταπεσεῖν σκηνὴν ἐξ αἰτίας τῶν ἀτάκτως θεόντων ἱππέων. Ὅπερ τοῖς μὴ εὔνως πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διακειμένοις κακὸς οἰωνὸς ἔδοξεν. Ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς τοὺς ἐπεισπεσόντας Βαρβάρους διά τινος στρατιᾶς ἐξελάσας πόῤῥω που τῆς σκηνῆς, ὅπως μὴ θορυβοῖεν, εὐθὺς ἐποχηθεὶς ἐκεῖθεν, καὶ καταστείλας τὸν θόρυβον σὺν αὐταῖς δυνάμεσι μετ' εὐταξίας τὴν πορείαν ποιησάμενος καταλαμβάνει B τὴν Δρίστραν (πόλις δὲ αὕτη τῶν περὶ τὸν Ἴστρον διακειμένων περιφανής), πολιορκήσων ταύτην δι' ἑλεπόλεων. Καὶ δῆτα τοῦ ἔργου ἀψάμενος καὶ πανταχόθεν ταύτην πολιορκῶν καὶ καταῤῥάξας μίαν τῶν ταύτης πλευρῶν, εἰσῄει μετὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος. Αἱ δὲ δύο ἀκροπόλεις τῆς ῥηθείσης πόλεως [ἐφυλάττοντο ὑπὸ τῶν ἰδίων, τοῦ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγοῦ] ἔτι παρὰ τῶν συγγενῶν κατείχοντο τοῦ καλουμένου Τατοῦ [ὑποχωρήσαντος τῆς Δρίστρας] ἐκείνου προφθάσαντος ἀπελθεῖν, ἐφ' ᾧ ἐπενδύσασθαι Κομάνους [καὶ πρὸς συμμαχίαν ἑτέρους Σκύθας ἀπελθόντος συγκαλέσασθαι] καὶ ἐπαναστρέψαι εἰς ἀρωγὴν τῶν Σκυθῶν. Ὅς ἐν τῷ ἐκεῖθεν ὑποχωρεῖν συντασσόμενος τοῖς ἰδίοις ἔφη, ὡς, *Ἐγὼ μὲν ἀκριβῶς οἶδα τὸν βασιλέα τουτὶ* C *τὸ κάστρον πολιορκῆσαι μέλλοντα. Ἐπὰν οὖν αὐτοὶ τοῦτον θεάσησθε τὴν πεδιάδα ταύτην καταλαβόντα, σπεύσατε ὑμεῖς προκαταλαβεῖν εἰς τὸν ὑπερκείμενον αὐχένα, ἐπικαιρότατον ὄντα τῶν ἄλλων, κἀκεῖσε τὸν χάρακα πήξασθε, ὡς μὴ ἐκεχειρίαν ἔχειν τὸν αὐτοκράτορα πολιορκεῖν τὸ φρούριον, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν ὅμως ἔχειν τὸν νοῦν, τὴν ἐξ ὑμῶν ὑφορώμενον βλάβην. Ὑμεῖς δὲ πανημέριοι καὶ παννύχιοι κατ' αὐτοῦ πέμποντες ἀμοιβαδὸν στρατιώτας μὴ ἐνδιδόατε.*

Hæc expertus imperator, optimum factu duxit non obfirmare animum in oppugnatione arcium: ea itaque omissa, circa rivum quemdam non longe ab Istro castra metatus est. Consultabatque de integro, ecquid expediret prælio decernere cum Scythis? Palæologus et Maurocatacalo Gregorius differendam putabant pugnam cum Patzinacis: interim vero suadebant ut armato instructoque quasi ad pugnam exercitu ad magnam Peristhlabam proficiscerentur. Sic enim, inquiebant, paratos nos et servatis ordinibus euntes ubi Scythæ viderint, nequaquam audebunt aggredi: quod si qua illos insania perurgeat ut immisso sine curribus equitatu

Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ στοχασάμενος τοῦ δέοντος καταλιπὼν τὴν τῶν ἀκροπόλεων πολιορκίαν, κἀκεῖθεν ἐξελθὼν, περί τινα ῥύακα ἀγχοῦ τοῦ Ἴστρου διακείμενον τὸν χάρακα ἐπήξατο, βουλευόμενος εἰ χρὴ προσβαλεῖν τοῖς Σκύθαις. Ὁ μὲν οὖν Παλαιολόγος, καὶ ὁ Μαυροκατακαλὼν Γρηγόριος τὸν μετὰ τῶν Πατζινάκων (95) ἀνεβάλλοντο πόλεμον, ὁπλισαμένους δὲ συνεβούλευον τὴν μεγάλην Πε- D ρισθλάβαν (96) καταλαβεῖν. Οἱ γὰρ Σκύθαι οὕτω πορευομένους ἡμᾶς καθωπλισμένους μετ' εὐκοσμίας θεώμενοι, οὐδαμῶς τὸν καθ' ἡμῶν ἀποθαῤῥήσουσι πόλεμον, ἔλεγον. Εἰ δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἄτερ τῶν ἁμαξῶν τῶν πολέμου [79] κατατολμήσειαν, εὖ ἴσθι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[79] τοῦ πολέμου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(95) *Πατζινάκων*. Qui scriptoribus Latinis perperam *Pincinnati*, *Pincenates*, *Pecinaci*, *Pezinati*, *Pizenaci*, etc., appellantur.

(96) *Περσθλάβαν*. Persthlavam Magnam, Bulgariæ regum regiam, expugnavit Joan. Zimisces, utramque Magnam et Parvam Basilius. Magnam ad Istrum statuit Anna; Zonaras et Scylitzes haud procul a Dorostolo; ad Hæmum montem Nicetas in Isaac. lib. I, n. 5, quo loco eam describit. A Constantino M. exstructam prodit Codinus, in *Orig. CP.*

ὡς [80] ἡττηθήσονται, καὶ ἡμεῖς τοῦ λοιποῦ ὀχύρωμα A ἐρυμνότατον τὴν μεγάλην ἕξομεν Περισθλάβαν. Πόλις δὲ αὕτη περιφανὴς περὶ τὸν Ἴστρον διακειμένη ποτὲ μὲν οὔτ' ὄνομα τοῦτο ἔχουσα τὸ βαρβαρικὸν, ἀλλ' Ἑλληνίζουσα περὶ τὴν προσηγορίαν Μεγάλη πόλις καὶ οὖσα καὶ λεγομένη· ἀφ' οὗ δὲ Μόκρος (97) ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεὺς καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου γενόμενοι, καὶ προσέτι γε Σαμουὴλ ὁ τελευταῖος τῆς Βουλγαρικῆς δυναστείας, καθάπερ ὁ Σεδεκίας τῶν Ἰουδαίων, τῆς ἑσπέρας κατέδραμον [81], σύνθετον ἐκτήσατο τὴν προσηγορίαν ἀπό τε τῆς Ἑλληνικῆς σημασίας, Μεγάλη ἐπονομαζομένη, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Σθλαβογενῶν ἐπισυρομένη λέξιν [82], μεγάλη Περισθλάβα πανταχόθεν τούτοις φημιζομένη. Ταύτην τοίνυν χρησφύγετον ἔχοντες, οἱ ἀμφὶ τὸν Μαυροκατακαλὼν ἔλεγον, καὶ ὁσημέραι δι' B ἀκροβολισμῶν τοῖς Σκύθαις προσβάλλοντες, οὐ παυσόμεθα ζημιοῦντες αὐτοὺς, μηδόλως τούτους τῆς οἰκείας παρεμβολῆς χορταγωγίας χάριν ἢ τῆς τῶν χρειωδῶν συγκομιδῆς συγχωροῦντες ἐξεληλυθέναι.

nos lacessant, certum est temeritatem eos mox præsenti clade luituros. Nos autem, tutissimo deinceps loco, magna potiti Peristhlaba, civitate munitissima, res spesque nostras habebimus. Est hæc urbs inter Istro circumpositas nobilis in paucis, Tunc quidem isto Barbaro quod retulimus, deformata vocabulo, Græcam tamen ex vero appellationem obtinens Megalopolis, quæ civitatis ipsi magnæ titulum merito vindicat, est enim revera talis. Ex quo autem Mocrus Bulgarorum rex, et qui ex illo fuere, postque hos Samuel, qui ultimus Bulgaris regnavit, ut Sedecias Judæis, **195** occiduum incursavere limitem : nomen isti urbi factum est partim ex Græco veteri compositum, partim ex colonorum recentium a Sthlavis genus trahentium, gentili nomine, ut Magna Peristhlaba passim apud gentes circumpositas jam audiat. Ex hac civitate tanquam ex tuto receptaculo (inquiebat Maurocatacalo et qui cum eo sentiebant) quotidie prodeuntes velitabimur cum Scythis, carpemusque ipsos ac fatigabimus assidue, nullum illis usum pabulationis, liguationis aut alterius annonæ comportationis liberum sinentes : dum eos qui harum rerum gratia paululum castris ipsorum processerint haud dubie obtruncabimus.

Τούτων οὖν τῶν λόγων τριβομένων, ἀποβάντες οἱ τοῦ Διογένους υἱοὶ τῶν σφετέρων ἵππων οἷα νέοι, καὶ τῆς τῶν μόθων κακότητος ἄγευστοι ὅ τε Νικηφόρος καὶ ὁ Λέων τοὺς χαλινοὺς ἀφελόμενοι, πλήξαντές τε αὐτοὺς κατὰ τῶν κέγχρων ἐξήλασαν, ἐπειπόντες, *Μὴ δέδιθι, βασιλεῦ· αὐτοὶ γὰρ τοὺς ἀκινάκεις σπασάμενοι διαμελίσομεν αὐτούς*. C Ὁ δὲ βασιλεὺς φιλοκινδυνότατος ὢν καὶ προαρπάζειν πεφυκὼς τὰς μάχας, οὐδ' εἰς νοῦν ὅλως τῶν ἀπειργόντων αὐτὸν τοὺς λόγους ἐβάλλετο, ἀλλὰ τὴν βασιλικὴν σκηνὴν, καὶ τὰς σκευὰς ἁπάσας ἀναθέμενος τῷ Κουτζομίτῃ [83] Γεωργίῳ πρὸς τὸ Βέτρινον ἐξέπεμψε. Τὸ δὲ στράτευμα ἐπέταξε μὴ λύχνον, μηδὲ πῦρ ἀνάψαι τὸ παράπαν κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐκείνην, ἀλλὰ τοὺς ἵππους κατέχοντας ἐγρηγορέναι μέχρις ἡλίου ἀνατολῆς. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ περίορθρον ἔξεισι τῆς παρεμβολῆς καὶ τὰς δυνάμεις διελὼν, καὶ τὰς φάλαγγας εἰς πολέμου καταστησάμενος σχῆμα παραθέων ἐθεᾶτο τὸ στράτευμα. Εἶτα τὴν μεγάλην [μέσην] τῆς παρατάξεως χώραν εἶχεν αὐτὸς συμπληρουμένην ἀπό τε τῶν ἐξ αἵματος καὶ ἀγχιστείας προσηκόντων αὐτῷ συγγενῶν, καὶ τἀδελφοῦ Ἀδριανοῦ τῶν Λατίνων τῷ τότε D ἡγεμονεύοντος καὶ ἑτέρων γενναίων ἀνδρῶν, τοῦ δέ γε ἀριστεροῦ κέρως κατῆρχε Νικηφόρος Καῖσαρ ὁ Μελισσηνὸς ὁ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς αὐτοῦ. Κατὰ δὲ τὸ δεξιὸν ἡγεμόνες ἵσταντο ὅ τε Κασταμμωνίτης, καὶ ὁ Τατίκιος. Τῶν δὲ ἐθνικῶν ὅ τε Οὐζᾶς, καὶ ὁ Καρατζᾶς οἱ Σαυρομάται. Ἓξ δὲ τὸν ἀριθμὸν διε-

His talibusque sermonibus pendente deliberatione, Diogenis filii feroces juvenes inexperti malorum, fervoreque ætatis elati, equis repente desilientes, frænis eos exutos in milii segetem pastum admittunt, simul imperatorem sic alloquentes : *Ne dubites, Auguste, nos enim acinacibus strictis concidemus hos Barbaros*. Erat in imperatoris pectore ipsius, qui ferociæ adolescentum faveret, similis impetus consuetudine audendi nutritus, ad occupanda præliorum pericula sponte promineas. Inde haud adeo dissuadentium rationum apud præjudicato inclinatum studio momenta valuere. Ergo Augustale ac ejus instrumentum omne, vasaque ac sarcinas exercitus totius, Cutzomitæ Georgio commendata Betrinum tuto perferenda curat. Exercitui edicit ne ignem, neve lampadem illa uspiam nocte accenderent, sed paratis ad manum equis usque ad solis ortum excubare vigiles perseverarent. Ipse circa diluculum castris prodit, divisisque copiis et phalangibus in aciei formam digestis, obiens ordines exercitum lustrabat : ubi satis placuere omnia, media in acie sibi delegit locum, circum ibidem dispositis necessariis suis, qui proxime illum vel consanguinitate, vel affinitate contingebant : fratre nimirum Adriano Latinos tum ductante, et aliis viris juxta illustribus et fortibus. Sinistro cornui præfuit Nicephorus Cæsar cognomento Melissenus, qui sororem imperatoris in matrimonio habebat. Dextrum cornu ductores habuit Castammonitem et

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] Deest vocula ὡς. [81] κατέδραμεν. [82] τάξιν. [83] Κουτζομύτῃ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(97) *Μόκρος*. Qui et Samuel dictus. Vide infra, lib. XII, pag. 371, et seriem regum Bulgariæ in *Familiis Sclavonicis*. seu *Dalmaticis*.

Tatticium; ibidem auxiliares ex sociis gentibus Uzæ parebant; Sauromatis Caratza dux erat proprius. Sex porro selecti ex multitudine omni astare in prælio imperatori jussi sunt, uni adesse, unum spectare, cæterorum securi omnium. Ii fuere duo filii Romani Diogenis, tum Nicolaus Maurocatacalo, vir magnum, longa militia, bellorum experientiam adeptus, deinde Joannaces, et dux Barangiæ Nampites; postremo Gules quidam nomine, paternus Augusti famulus. Nec vero interim cessabant **196** Scythæ, sed et pro se ipsi toti erant in acie struenda: non litteris illi quidem ad hoc disciplinisque formati, at naturali judicio usuque, cujusmodi ex regulis, et subsidia in depresso usque ad occasionem quietura deposuerunt, et pugnaturos acie prima cuneos per seriem figuramque aptam explicatos, ordinibusque devinctos, ac commissos certis, perite produxerunt. Illo etiam ex moribus patriis, specie procul eleganti simul et terribili, adjuncto, ut dispositis per exercitum curribus quasi turribus quibusdam munitæ velut civitatis instar quoddam oculis objicerent. Tali forma instructuque descriptum Scytharum agmen audacter in Romanos procedebat, eminus ejaculandis præ se telorum imbribus pugnam interim delibans. At imperator cum cohortes turmis arte coaptasset, graviter edixit ne armatorum ullus prosiliret ultra locum, contesserationemve scutorum ac phalangis contextum rumperet, prius quam ventum ad manus cum Scythis foret: verum ubi accessu hostium, in eum modum arctatum medium inter acies spatium cernerent, ut jam non amplius quam in unam equorum admissionem pateret, tunc sane in hostem ipsi vaderent. Sic paratis ex parte imperatoris omnibus apparent ecce procul Scytharum currus ac plaustra liberis conjugibusque onusta cum ipsis in pugnam ruentibus; miscetur varie prælium atrox, producitürque a prima luce ad vesperam multa cæde utrimque plurimorum. Inter hæc Leo Diogenis filius solita atque innata vehementia inequitans Scythas seque ad currus ipsorum propius trahi, quam par esset, martio elatus æstu, non sentiens, lethali percussus vulnere cecidit. Eo dejecto ruentes ineluctabili jam impetu Scythas cernens Adrianus imperatoris frater, illa die ductor Latinorum,

A λόμενος τὴν αὐτοῦ φυλακὴν ἐπέτρεψε, πρὸς αὐτόν τε ὁρᾶν παραγγείλας καὶ μηδενὶ παράπαν προσεσχηκέναι ἑτέρῳ, τούς τε δύο υἱούς φημι Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους καὶ Νικόλαον τὸν Μαυροκατακαλὼν πολλὴν ἐκ μακροῦ πεῖραν τῶν πολέμων ἐσχηκότα, καὶ τὸν Ἰωαννάκην[81], καὶ τὸν ἄρχοντα Βαραγγίας (98) Ναμπίτην, καὶ Γούλην τινὰ καλούμενον πατρῷον θεράποντα. Ἀλλὰ καὶ οἱ Σκύθαι σχῆμα πολέμου διατυπώσαντες ἐκ φυσικῆς ἐπιστήμης πολεμεῖν εἰδότες, καὶ κατὰ φάλαγγα ἵστασθαι, καὶ λόχους καθίσαντες, καὶ τὰς τάξεις τοῖς τακτικοῖς δεσμήσαντες σφίγμασι, καὶ καταπυργώσαντες οἱονεὶ ταῖς ἁρμαμάξαις τὸ στράτευμα ἰλαδὸν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ᾔεσαν καὶ ἠκροβολίζοντο πόῤῥωθεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ συναρμόσας ταῖς ἴλαις τὸ στρα- B τόπεδον, τῶν ὁπλιτῶν οὐδενὶ προπηδᾷν ἐνετέλλετο, οὐδὲ τὸν συνασπισμὸν λύειν, μέχρις ἂν ἀγχέμαχοι τοῖς Σκύθαις γένωνται. Εἶτ' ἐπειδὰν[82] τὸ μεσαίχμιον ἀποχρῶν πρὸς χαλινὸν ἕνα ἀμφοτέρων τῶν στρατευμάτων κατ' ἀλλήλων ἱεμένων θεάσοιντο, ὁμόσε κατὰ τῶν ἐναντίων χωρῆσαι. Οὕτω τοίνυν τοῦ αὐτοκράτορος ἑτοιμαζομένου πόῤῥωθεν ἀνεφάνησαν οἱ Σκύθαι σὺν αὐταῖς ἁρμαμάξαις καὶ γυναιξὶ, καὶ παισὶν ἐρχόμενοι. Συῤῥαγέντος δὲ τοῦ πολέμου ἀπὸ πρωΐας μέχρι δείλης ἑσπέρας ἀνδροκτασία γέγονε πολλὴ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν πιπτόντων συχνῶν. Ὁπηνίκα καὶ Λέων ὁ τοῦ Διογένους υἱὸς σφοδρότερον κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐξιππασάμενος καὶ πλέον τοῦ δέοντος πρὸς τὰς ἁμάξας C παρασυρεὶς, καιρίαν πληγεὶς πέπτωκεν. Ἀδριανὸς δὲ ὁ τοῦ κρατοῦντος ἀδελφὸς ὁ καὶ τὴν τῶν Λατίνων ἡγεμονίαν ἐμπεπιστευμένος τότε τὴν τῶν Σκυθῶν ὁρμὴν ἀνύποιστον θεασάμενος ὅλους ῥυτῆρας ἐνδοὺς καὶ μέχρι τῶν ἁμαξῶν ἑαυτὸν ἐμβαλὼν, ἔπειτα γενναίως ἀγωνισάμενος, μετὰ ἑπτὰ μόνων ἐπανέστρεψε τῶν ἄλλων ἁπάντων παρὰ τῶν Σκυθῶν ἀποσφαγέντων, τῶν δὲ κατασχεθέντων. Τῆς δὲ μάχης ἐπὶ τρυτάνης ἱσταμένης, ἔτι ἐκθύμως ἀμφοῖν τῶν στρατευμάτων μαχομένων, ἐπεὶ λοχαγοί τινες τῶν Σκυθῶν μετὰ τριάκοντα πρὸς ταῖς ἓξ χιλιάδων πόῤῥωθεν ἐρχόμενοι ἀνεφάνησαν, οὐκέτι στέγειν πρὸς τοσούτους οἱ Ῥωμαῖοι ἔχοντες τὰ νῶτα τηνικαῦτα διδόασιν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς προβέβλητο τῆς οἰκείας δυνάμεως, καὶ ξιφηφόρος εἱστήκει· τῇ ἑτέρᾳ δὲ τῶν χειρῶν D τῆς τοῦ Λόγου μητρὸς τὸ ὠμόφορον (99) σημαίαν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] Ἰωανάκην. [82] ἐπειδή.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(98) *Ἄρχοντα Βαραγγίας*. Hoc est Varangorum Ἀκόλουθον, seu præfectum, qui Πελεκυφόρων ἐξάρχων dicitur Cinnamo, lib. VI.

(99) *Τὸ ὠμόφορον*. Ὠμοφόριον, seu ὠμόφορον, vestem esse patriarcharum, vel episcoporum, quæ humeros tegebat, pridem docuerunt viri docti. *Humerale* vocant auctor Actorum Murensium, pag. 29; et Paulus Diacon. lib. XXII *Hist. Miscel.* At quid sit apud Annam τῆς τοῦ λόγου μητρὸς τὸ ὠμόφορον σημαίαν κατέχων, vix auderem definire, nisi lumen daret facemque præferret Scylitzes in Lecapeno, ubi narrat Simeonem Bulgarorum regem de pace acturum Romani Lecapeni imperatoris colloquium expetiisse: Romanum vero, priusquam ad locum condictum proficisceretur, cum patriarcha in ædem Blachernianam venisse, et aperta sacra theca, accepisse omophorum Deiparæ, quo se adversus Barbari insidias tutaretur. Ejus verba sunt: Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τῷ ναῷ γενόμενος τῶν Βλαχερνῶν ἅμα τῷ πατριάρχῃ, καὶ ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ εἰσελθὼν, καὶ ἱκετηρίας ᾠδὰς ἀποδοὺς τῷ Θεῷ, τὸ ὠμόφορον τῆς Θεοτόκου λαβὼν, ἐξῄει τοῦ ναοῦ, τοῖς ὅπλοις ἀσφαλέσι φραξάμενος. Ex quibus patet Alexium cum Patzinacis pugnaturum, his se sacris perinde Deiparæ reliquiis muniisse, ejusque humerale, vexilli instar expansum, altera gestasse

κατέχων ἵστατο μεθ' ἱππέων γενναίων ἀνδρῶν εἴκοσι καταλειφθεὶς, Νικηφόρου φημὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ

A ut torrentem, si posset, sisteret, totis habenis equo laxatis usque ad plaustra processit, ibique memo-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

manu : quod cum perflante vento vehementiori, et hostibus majori numero, atque acriori impetu ad insequendum incumbentibus, retinere haud posset, intra vepres et dumeta complicatum absconderit, ὡς μηκέτι ὁρᾶσθαι παρά του, ita ut a quoquam hostium animadversum non fuerit : vel, ut habet editio Hœscheliana, παρ' αὐτοῦ, ita ut ab Alexio deinceps visum non fuerit, vel repertum. Fuit porro Omophorum Deiparæ, non pallium quod ab humeris ad talos usque porrigeretur, cum Lecapenus et Alexius illud præ sui pondere gestare manibus vix potuissent, sed vestimentum illud, quod μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου nuncupatur in inscriptione tabulæ argenteæ particulam Dominicæ crucis continentis, quæ apud Trevirenses in monasterio B insulæ S. Nicolai asservatur, illuc post Constantinopoleos direptionem ab Henrico de Ulmena allatæ anno Christi 1207. Læva dextraque lateribus Crucis hærent abditæ argenteæ thecæ, variis intus reliquiis refertæ, quibus insculpti sunt earum tituli charactere Græco, et singulis conditoriis præfixi. Ac primum sinistrorsum hæ visuntur inscriptiones : Τὰ σπάργανα τοῦ Χοῦ τοῦ βίου τοῦ Θεοῦ. Ὁ ὑακίνθινος στέφανος τοῦ φιλάπου **330** Χου Ις Θυ. ἡμ. Ἡ Σινδὼν ἀθανάτου Χου κα Θεοῦ. Τὸ Μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἡ Ζώνη τῆς ἁγίας Παρθέν. Θχου. Dextrorsum vero, Τὸ λέντιον (linteum) τοῦ πλαστούργου ἡμῶν Χυ τοῦ Θεοῦ. Τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον τοῦ ζωοδότου Ιυ. Ὁ σπόγγος τοῦ μακροθύμου Χου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Ζώνη τῆς ἁγιοπαρθένου Θεοτόκου ἐκ τῶν Χαλκοπρατ. Αἱ τίμιαι τοῦ ἁγίου Ιω τοῦ Προδρόμου τρίχες. Censet Broweius, lib. xv *Annal. Trevir.* a quo prædicta hausimus, μαφόριον pro linteo, vel panno hic sumi, vocemque ab Hebræorum *Maphora*, quam C sudarim, aut sudarium interpretantur, deductam, ad recentiores Græcos postea transiisse. Verum quin μαφόριον illud sit idem quod ὠμόφορον, apud Scylitzem et Annam, et *Mavors*, seu *Masors*, apud Latinos scriptores ævi medii, nullus dubito. Sed an μαφόριον, postremæque istæ voces Latinæ a Græco ὠμόφορον deductæ sint, vel effictæ, vix ausim stabilire. Est autem μαφόριον, uti definiunt Glossæ verborum juris apud car. Labbeum, σκέπασμα τῆς κεφαλῆς, feminarum nempe, ut diserte habet Acumes, cap. 265. Neque aliud fuit *mavors*. Papias ms. *Mavorte, matronale operimentum quod caput operit. Vocatum autem quasi marte.* Idem, *Peplum, vestis votiva, mavorte, musuritæ, vestis muliebris, picta stola vel pallium, quo matronæ utuntur.* Isidorus, lib. xix *Orig.* cap. 25 : *Stola — et Ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia ejus pars retro ejicitur, quod vulgo Mavortem dicunt*, etc. Denique Philo Carpathius, ad D xxvii Proverb. *Theristrium, quod et theristrum, et maphorium appellant, muliebre capitis et faciei est velamentum et operculum, quo feminæ æstate præcipue utuntur.* Neque alia notione mavortem usurpavit Gregorius Turonens. lib. x, cap. 16; et Fortunatus, in Vita S. Radegundis, cap. 9. D. Hieronymus, epist. 22 : *Et per humeros læna mavorte volitans.* Mavortes etiam monachis tribuit Cassianus, lib. i *De inst. mon.* cap. 7 : *Augusto palliolo — colla pariter atque humeros tegunt, quæ masortes tam nostro, quam ipsorum nuncupantur eloquio.* Enimvero Deiparæ capitis ἐπικάλυμμα, cum ejusdem zona, asservatum in Blacherniano templo docet Nicephorus Call. lib xviii, cap. 38. Ex quibus tandem conficitur ὠμόφορον, apud Annam et Scylitzem, esse capitis tegumentum, quod humeros etiam operiebat, cujusmodi sunt mulierum nostratium pepla, seu velamenta, dum sunt in lugubri habitu. Nec est quod quis miretur ipsum imperatorem in prælio illud altera gestasse manu, ad instar vexilli, cum Thomas Walsinghamus in Hypodigmate Neustriæ narret Walterium Carnotensem episcopum, una cum civibus contra Rollonem Normannum urbem obsidentem pugnaturum, supparum (camisiam vocant) beatæ Mariæ, quod Carolus Calvus Constantinopoli cum aliis reliquiis, uti fingit, advexerat, in modum vexilli prætulisse; præterea Willelmus Tyrius, lib. ii, cap. 19, Balduinum Hierosolymitanum regem, cum Saracenis, Ademarus vero Cabanensis Robertum Francorum regem, cum Carolo Simplice, dimicantes, vexilla prætulisse, ac præ manibus gestasse scribant. Blacherniani templi, (neque enim rem B ingratam lectori fore arbitror, si sacrarum Deiparæ vestium historiam hisce Commentariis attexam) amplitudine, licet et artificii elegantia percelebris, venerationem mirifice auxere depositæ in eo Deiparæ vestis et zona, quarum depositionis anniversarium diem agunt seorsim Græci, vestis scilicet 2 Julii, zonæ vero 31 Augusti. Deiparæ ædem in Blachernis extra urbem ædificatam a Pulcheria, Marciani imperatoris conjuge, prædicant passim Theodorus Lector, Eclog. i; Theophanes, et ex eo Anastasius, an. 1 Marciani; *Chronic. Alex.* Zonaras, Nicephorus Call. lib. xiv, cap. 2; Codinus, *De Orig. CP.* et alii. Hanc postea intra urbis ambitum inclusit Heraclius, an. 15, exstructo ultra Blachernas muro, quo a Barbarorum incursibus, qui regionem istam hactenus pervaserant, tuta esset. *Chronicon Alex.* : Τὸ ιε' ἔτος **331** τῆς βασιλείας Ἡρακλείου ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν Βλαχερνῶν, καὶ ἀπεκλείσθη ἔσωθεν ὁ ναὸς τῆς πανα- C γίας Θεοτόκου, καὶ ἡ Ἁγία Σορός· προῆν γὰρ ἔξωθεν. Idipsum testatur S. Nicephorus Patr. CP. τεῖχος εὐθὺς δομησάμενοι τοῦ ἐκείνου ναοῦ φρούριον κατέστησαν. Atque inde ab adjacente Blachernarum regione, sive templo ipso, τεῖχος τῶν Βλαχερνῶν dicitur murus iste eidem Nicephoro et Paulo Diac. lib. xx, *Hist. Misc.* Addit Nicephorus Call. lib. xiv, cap. 2; lib. xv, cap. 14 et 24, Pulcheriæ opera et rogatu, Deiparæ sepulchrales fascias (τὰ ἐντάφια σπάργανα) a Juvenali patriarcha Hierosolymitano Constantinopolim transmissas, repositas fuisse in illo templo, ἔγγιστα τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τραπέζης, ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ, juxta sacrum altare, in Theca aurea, Marciano adhuc superstite. Quo demum extincto, Leo Magnus imperii fasces adeptus, ejusdem Deiparæ venerandam vestem, τιμίαν ἐσθῆτα, Constantinopolim pariter allatam, in rotundo quod ipse exstruxit templo deposuit : Καὶ ἀπετέθη ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι ναῷ ἐν D Βλαχέρναις, ἐν ἀργυρέᾳ σορῷ, δι' ἣν καὶ ὁ ναὸς Ἁγία Σορὸς κατωνόμασται. Joelus in Leone : καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διακομισθεῖσα, ἐν Βλαχέρναις ἀπετέθη, ἔνθα ὁ βασιλεὺς ναὸν ᾠκοδόμησε τῆς Θεομήτορος, καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας κατέθετο ταύτην. Nec dissentit Codinus, *De orig. CP.* qui cum magnum Deiparæ in Blachernis templum (quod eidem Nicephoro in Præfat. Τῷ οὐρανίῳ κάλλει ἀνθαμιλλώμενο; οἶκος dicitur) a Pulcheria ædificatum dixisset, hæc subdit : Τὴν Ἁγίαν Σορὸν, τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Λέων ὁ Μακέλλης, ἔνθα κατετίθετο τὴν ἱερὰν Σορὸν, ᾗ ἡ θεία ἐσθὴς τῆς Θεομήτορος ἐναπέκειτο. Quamquam ex prædictis Blachernianum templum aliud videatur fuisse ab eo quod Leo M. condidit, et Ἁγίαν Σορὸν appellant passim scriptores, quam tamen id procul absit a vero, quæve fides Græculis istis, ævi præsertim postremi, præstanda sit, vel hinc patet, cum certo certius constet unum

rabili pugna edita vix denique cum solis reliquis septem, omnibus aliis gladio Scytharum absumptis A Διογένους, καὶ Μιχαὴλ πρωτοστράτορος τοῦ Δοῦκα, καὶ ἀδελφοῦ τῆς Αὐγούστης συμπαρόντων, καὶ πα-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

idemque esse, ex melioris notæ scriptoribus. Cedrenus in Romano scribit Sacticium quemdam, accepto in prælio contra Bulgaros lethali vulnere, ad Blachernas evasisse, positumque ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοροῦ statim exspirasse. Mox, ut Lecapenus cum Simeone Bulgarorum rege collocuturus urbe excesserit, idem Cedrenus commemorans, addit Augustum prius cum patriarcha fanum Blachernianum, et Ἁγίαν Σορόν ingressum, post fusas ad Deum preces, accepto Deiparæ humerali, inde exiisse, uti ex supra laudato Cedreni loco colligitur: ex quo facile quivis evincat Ἁγίαν Σορόν templi Blacherniani partem et appendicem fuisse tantum, vel potius sacellum, in quo asservabatur sacrum illud λείψανον, quod cum a Leone forte exstructum fuerit, inde factum ut scriptores totius ædis conditorem agnoscant; seu, quæ probabilis videtur conjectura, quod templo Blacherniano, cujus Marcianus et Pulcheria fundamenta jecerant, ultimam manum imposuerit. Cedreno suffragatur Leo Grammaticus, qui in Michaele Balbo diserte indicat, sacrum Deiparæ ὠμοφόριον in templo Blacherniano asservatum, quod alii ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ scribunt: Ὁ δὲ βασιλεὺς, καταλαβὼν μόλις ἰσχύσας διαπεράσαι, καὶ σὺν τῷ πατριάρχῃ Φωτίῳ εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Μητρὸς παρεγένετο, κἀκεῖ τὸ θεῖον ἐξιλεοῦνται. Εἶτα μεθ' ὑμνῳδίας τὸ ἅγιον ἐξαγαγόντες τῆς Θεοτόκου ὠμοφόριον, τῇ θαλάσσῃ ἄκρῳ προσέβαλον, etc. Idem auctor in Leone: Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ προσεκαρτέρει εὐχομένη. Neque abludit Codinus ipse, dum ait Deiparæ zonam in Chalcopratiana æde repositam, ὠμοφόριον vero ἐν Βλαχέρναις asservatum. Denique Nicephorus Call. lib. XVIII, cap. 38 (adeo parum sibi constat), asservatas scribit in Blacherniana æde vestes Deiparæ et partem zonæ, una cum capitis amiculo. Quod firmari præterea potest ex Metaphrastæ verbis, quæ ad Codinum laudat Lambecius, pag. 201. Jam vero Deiparæ vestes a Gelbio et Candido patriciis **332** Hierosolymis Constantinopolim delatas, et in templo, quod postea in Blachernis ab imperatore exstructum est, depositas, docent Menæa, ad 2 Julii. Historiam fusiori Commentario narrat Theodorus presbyter, seu quivis alius auctor Narrationis historicæ in depositionem vestis S. Mariæ, editus a Combefisio in *Hist. Monothelit.* qui in æde Blacherniana factam disertis verbis tradit, κατὰ τὸ ἀρκτῷον μέρος, circa partem scilicet septemtrionalem. Ex Palæstina pariter Constantinopolim asportatas, Leone M. imperante, auctor est etiam Zonaras. Cedrenus vero, Glycas, et Joelus Hierosolymis apud Hebræam quamdam virginem inventas commemorant, indeque allatas Constantinopolim, et in sacra theca depositas sub an. Leonis 1018, in qua quidem theca, σορῷ, seu σηκῷ χρυσοπάστῳ, περιστόλια τῆς Παρθένου Μαρίας asservata narrant Theophylactus Simocatta, lib. VIII, cap. 5, et Codinus, *De offic. aulæ CP.* cap. 15. Prætereo μέρος τι τῆς αὐτῆς ἀξιαγάστου ζώνης, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάλυμμα repositum testatur Nicephorus Callist. loco citato. Vestis Deiparæ materiam descripsit auctor Narrat. historicæ in depositionem vestis Deiparæ: Ἡ δὲ ἐσθὴς ἡ θεία ἐξ ἐρίων εὐφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ ὁ στήμων γὰρ καὶ ἡ κρόκη, ἐρεόν ἐστιν τὸ αὐτὸ ὁμοειδὲς καὶ ὁμόχροον. Et in Leone M. Joelus: Καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας, κατέθετο ταύτην, ἥτις ἐξ ἐρίων εὐφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ στημόνων ὁμοιοειδῶν, καὶ ὁμοχρόων, ἀδιάφθαρτός ἐστιν, καὶ ἀδιάλυτος μέχρι τοῦ νῦν, τῆς Ἀειπαρθένου τὸ θαῦμα σαφῶς κηρύττουσα. At quod Joelus περὶ ἀφθαρσίας zonæ Deiparæ scribit, id etiam habent Euthymius et Germanus patr. CP. oratione mox laudanda. Synaxaria ad 2 Aug. vestem et zonam in eadem capsula, seu σορῷ reconditas notant. Sed errant, cum earum inventionem et translationem Arcadio, Theodosii filio, ascribunt, quod ex ipso, quem ineunt, annorum calculo perspicuum est. Tradunt enim ab earum translatione elapsis 410 annis, Zoen Leonis Philosophi imperatoris uxorem, cum a dæmone vexaretur, divino monitam oraculo, si B sacra Deiparæ sibi apponeretur zona, fore ut liberaretur; mox Augusti præcepto adaperta capsa, in ea repertam Deiparæ zonam, aurea sigillatam bulla, cum codicillo, seu brevi, annum, indictionem et diem continente, quibus Constantinopolim allata, et in capsa ab ipso imperatore deposita fuerat: qua quidem zona a patriarcha supra Augustæ corpus expansa et explicata, in pristinam illa redierit sanitatem, quo facto sacra zona in capsam rursum relata fuerit. Ex hac, inquam, narratione manifeste patet perperam synaxaria inventionem vestis et zonæ Deiparæ Arcadio ascripsisse, a quo ad Leonem intersunt anni P. M. 480. Sed neque idem annorum 410 numerus Pulcheriæ, cui eamdem translationem tribuit Nicephorus, convenire potest, quæ excessit an. Chr. 453, a quo ad Leonis principatum, quem ille iniit an. 886, numerantur anni 429. Proinde satius Cedreno fidem habere, scribenti inventionem et translationem factas A. Leonis M. 17, quo ille obiit, hoc C est, Christi 474, a quo ad initium principatus Leonis Philosophi anni intersunt 412. Exstat Theodori presbyteri Magnæ Ecclesiæ λόγος διαλαμβάνων, καθ' ὃν ἡ τῆς Θεομήτορος ἐσθὴς τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐπεδήμησεν. Sed et Simeonis Metaphrastæ Homiliæ, quam in Deiparæ laudem conscripsit (a), titulus concipitur Περὶ τῆς φανερώσεως τῆς τιμίας αὐτῆς ἐσθῆτος, καὶ ὅπως ὁ μέγας οὗτος θησαυρὸς Χριστιανοῖς τεθησαύρισται. Utcunque ista se res habeat, id pro certo haberi debet festum depositionis zonæ Deiparæ, quod Græci agunt 31 Aug. esse de miraculo, quod in Zoe Augusta factum narrant: vel etiam quod eadem die Zela, Helenoponti oppido, sub Justiniano imperatore, in ædem Blachernianam, vel Chalcopratianam, est relata. Menologium Sirleti card. 31: *Aug. commemoratio zonæ sacratissimæ* **333** *Deiparentis Mariæ repositæ in venerabili ejus æde, cum zona ipsa relata est ab episcopatu Zelæ sub Justiniano impe-* D *ratore, et factum miraculum per impositionem pretiosæ zonæ super reginam Zoem conjugem Leonis imperatoris.* Unde conjici daretur zonam tum primum Constantinopoli visam Justiniano M. regnante, et una cum ejusdem Deiparæ veste (b) in Chalcopratianum templum, et Ἁγίαν Σορὸν, illatam. Festum vero, quod Græci celebrant 2 Julii, est de inventione seu depositione vestis in eadem æde Blacherniana, facta sub Leone M. idque ἑορτὴν τῶν καταθέσεων τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς Θεοτόκου vocat Codinus, *De off. aulæ CP.* cap. 15, n. 26; qua quidem die imperator in templum Blachernarum cum suis palatinis itare consueverat. Certe depositas primum in æde Chalcopratiana sacras Deiparæ reliquias, vestem et zonam, vel vestis partem aliquam exstitisse, testantur passim

(a) Allat. in Diatriba de Simeon.
(b) V. Metaphr. in oratt. de Translat. manus S. Joan. Bapt. cap. II.

τρόφων θεραπόντων. Εἰσπηδήσαντες δέ τινες πεζοὶ Σκύθαι τρεῖς, οἱ μὲν αἱροῦσιν αὐτὸν ἑκατέρωθεν τοῦ χαλινοῦ, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς κνήμης, τῆς δεξιᾶς. Ὁ δὲ τοῦ ἑνὸς τὴν χεῖρα εὐθὺς ἀποτέμνει, ἕτερον δὲ τὸν ἀκινάκην ἀνατείνας καὶ ἐμβριμησάμενος ὀπισθόρμητον ἐποίησε· τὸν δὲ τῆς κνήμης τοῦτον κατέχοντα, πλήττει κατὰ τῆς κόρυθος. Τὴν δὲ φορὰν τοῦ ξίφους ἐλαφροτέραν ἐπήνεγκε, οὐδ' ὅλῃ χειρὶ τὴν πληγὴν ἐποίει πτοούμενος μὴ δυοῖν θάτερον αὐτῷ συμβαίη, τῆς σφοδροτέρας φορᾶς τῶν ξιφῶν, ὡς ἐπίπαν διολισθαινούσης, καὶ ἢ τὸν ἑαυτοῦ πόδα πλήξῃ [86], ἢ τὸν ἵππον, ἐν ᾧ ἐποχεῖτο, καὶ οὕτως ἁλώσιμος τοῖς ἐχθροῖς γένηται. Διὰ τοῦτο καὶ δευτέραν αὐτῷ γοργῶς ἐπάγει πληγὴν, μετὰ νουνεχείας τὰς τῆς χειρὸς κινήσεις ποιούμενος. Ἐν πάσαις B γὰρ ταῖς πράξεσι, καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς κινήμασι τὸν λόγον εἶχεν ἐπιστατοῦντα, οὐθ' ὑπὸ θυμοῦ ἐκφερόμενος, οὔτ' ἐπιθυμίαις ὑποσυρόμενος, τῆς κόρυθος δὲ προαναδραμούσης τῇ προτέρᾳ πληγῇ, τῇ τοῦ Σκύθου κεφαλῇ ψιλῇ τὸ ξίφος προσέπαισεν [87], ὁ δ' εὐθὺς ἄφωνος κατὰ γῆς ἔκειτο. Τὴν οὖν ἄμετρον φυγὴν θεασάμενος [88] ὁ Πρωτοστράτωρ (αἱ φάλαγγες γὰρ ἤδη διεσπάσθησαν φευγόντων ἀκρατῶς), *Ἵνα τί*, φησὶν, *ὦ βασιλεῦ, τοῦ λοιποῦ ἐνταῦθα πειρᾶσαι ἐγκαρτερεῖν; Ἵνα τί τὴν ζωὴν προδίδως, ἀφειδήσας παντάπασι τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας;* Ὁ δὲ, *Βέλτιον γενναίως μαχομένους ἀποθανεῖν*, ἔφη, *ἢ ἀγεννές τι πεποιηκότας σωθῆναι.* Ὁ δὲ Πρωτοστράτωρ, *Εἰ μὲν τῶν κοινῶν εἷς τις ὢν τοῦτ' ἔλεγες, ἐπαίνου ἦς ἄξιος· εἰ δὲ* C *ὁ σὸς θάνατος κοσμικὸν ἐπάγει τὸν κίνδυνον, ἵνα τί μὴ τὸ βέλτιον αἱρῇ; εἰ γὰρ σωθεὶς* (1),

A salvus revertitur. Stabat tamen adhuc in æquilibrio quodam belli fortuna, amboque exercitus paribus obnixi animis sustinebant pondus prælii, donec duces quidam Scytharum suppetias suis accurrentes cum copiis recentibus armatorum sex et triginta millium procul in conspectum se dedere. Tum enimvero spes omnis extorta Romanis, nec mora jam ulla facta fugiendi. At Augustus acie suorum egressus, stabat mistus hostibus ense stricto, pallium Matris divini Verbi in vexilli militaris usum explicatum manu tenens altera. Aderant ei relicti ex omnibus viginti equites, viri fortissimi: Nicephorus Diogenis alter filius, et protostrator Ducas Michael, et cæteri familiares aut paterni clientes ipsorum. Inter hos penetrarunt Scythæ tres B ad Augustum usque; duo frenos equi ejus corripuere utrimque, **197** tertius manu tenebat tibiam dexteram. Augustus unius frenum tentantium manum abscidit; alterum minaci fremitu et vasto simul illato ictu acinacis retro territum avertit. Denique prehensorem tibiæ pulsavit in galea, levius tamen, nec tota manu in plagam incumbente. Quippe fugare Barbarum quam percutere tum satius ducebat. Quoniam enim vehementiores ictus raro ad destinatum succedunt, periculum erat (adeoque id adhuc non tentatum mirabatur) ne irritatus plaga non statim necante Barbarus, vel pedem Augusti quem tenebat ferro foderet, vel equi, quo is vehebat, ventrem plaga cominus hauriret: moliri ergo et scite gubernare ad gemini C istius amolitionem mali novum ictum oportuit, quod et confestim fecit, eo sedati animi frigore ac

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[86] παρέξῃ. [87] προσέπεσεν. [88] φυγὴν τῶν ταγμάτων θεασάμενος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Menæa, ipsaque Trevirensis Crucis inscriptio: quæ quidem ædes inde, Blacherniana, Ἁγία Σορὸς appellata fuit. Codin. *De Orig. CP*, τὴν Ἁγίαν Σορὸν τὴν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἀνήγειρεν, — ἐκεῖσε γὰρ ἐναπόκειται ἡ τιμία ζώνη, καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς Θεοτόκου. At Nicephorus Call. lib. xiv, cap. 49, de veste silet, zonam vero in templo Chalcopratiano agnoscit ab Eudocia ibi repositam: Τὴν τιμίαν τῆς Θεομήτορος καὶ ἱερὰν ζώνην κατέθετο ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἁγίας τραπέζης σορῷ· καὶ ἐξ ἐκείνου Ἁγία Σορὸς ὁ τῆς Θεοτόκου οἶκος οὗτος ἐπώνυμον ἐκληρώσατο. Et cap. 2, ejusdem libri: Καὶ τὸ τῶν Χαλκοπρατείων αὖθις ἱερὸν τέμενος ᾧ Ἁγία Σορὸς ὄνομα. Editus est proxime per a R. P. Francisco de Combefis, Germani patriarchæ Constantinopolitani Λόγος εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῶν Χαλκοπρατείων, καὶ εἰ κατάθεσιν τῆς ἁγίας ζώνης, καὶ τῶν σεβασμίων σπαργάνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Laudatur ab Allatio Λόγος, seu sermo alter Euthymii Monachi, εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τα ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς Σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατείοις. Prostat denique Andreæ Cretensis, vel alterius innominati scriptoris Ἐγκώμιον εἰς τὴν κατάθεσιν τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ab eodem Combefisio publicatum in *Hist. Monothelitarum*. Verum integrane zona fuerit in hac æde, dubium videtur, cum lib. xviii, cap. 38, partem ejusdem zonæ, una cum humerali sacratissimæ Virginis, in Blacherniana asservatum fuisse tradat idem Callistus. Alia prætereа ædes exstitit juxta S. Romani templum, Ἁγίας Σοροῦ appellatione exstructa a B. Helena, ut auctor est Codinus; sed an Deiparæ λείψανα possederit, omnino silet. Magna porro fuit imperatorum erga has sacras reliquias veneratio, cujus præcipuum est argumentum, quod cum Heraclio imperante Sarbarus Persa et Mysorum Chaganus urbem gravi obsidione premerent, patriarcha muros obierit, circumferens ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, D καὶ τὰ τίμια καὶ ζωόποια ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, ut est in Triodio Græcorum: et Michael Balbus, cum a Thoma tyranno terra marique in urbe obsideretur, τότε ζωοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον, καὶ τὴν ἐσθῆτα τῆς παναγνου Θεοτόκου, supra mœnia, præeunte patriarcha, circumtulerit; Romanus denique Lecapenus et Alexius Comnenus, hic contra Bulgari insidias, ille contra Patzinacarum incursus, his se reliquiis tutati sint. Vide Acrop. cap. 11; Andr. Saussaium in *Martyrol. Gall.*, 25 Jul.; Godefr. Henschen. in Act. SS, 2 Febr. de Hypapante, § 4, n. 26; et Honoratum Niquetium, in *Iconologia Mariana*, lib. I, cap. 8.

(1) *Εἰ γὰρ σωθεὶς*. Cinnamus, lib. iv: Φεύγειν τε γάρ ἐστιν ὅτε χρὴ μηδὲν αἰσχυνόμενον, εἰ τοῦτο διδοίη καιρός. Encomium Emmæ Reginæ Angl.: *Est procul dubio certa victoria ab fortiori hoste elabi fuga, cui nequit resisti per arma.* Hinc Petrus Chrysol. serm. 150: *Bellicosus, quod in bello fugit,*

tranquilla destinatione prudentiæ, qualis in eo quantavis in turba rerum semper sui compote admirationi solebat esse. Neque enim ita ei unquam ira vel cupiditas dominabatur, ut vel gestum unum rationis imperio subtraheret, sed cunctis ejus actionibus, verbis, ac motibus arbitra moderatio sedati judicii præsidebat. Commodum autem priore jam ictu excussa Scythæ galea, in nudatum barbari caput plaga sic altera incidit, ut mutus is statim ac mortuus sterneretur. Hic protostrator irrevocabilem Romanorum passim omnium fugam cernens, dissipatæ quippe jam phalanges solutique ubique ordines erant, *Quid tu*, inquit, *Auguste, hoc loco amplius moraris? vel quo operæ pretio vitam prodigis?* Cui ille: *Nempe*, inquit, *præstat generose pugnantem mori, quam vitam ignavam turpis fugæ ignominia emere. Laudabiliter hæc diceres*, respondit protostrator, *si de vulgo esses quispiam; nunc cum fatum tuum separari a publico mundi periculo non possit, quid causæ offers cur projicere tecum res humanas in certam perniciem velis? quin potius elige sine mora quod manifeste melius est; et meliori fortunæ te serva. Si enim ab hac clade te proripueris, erit tempus cum egregie victor, ejus dedecus sanguine hostium eluas.* His verbis et rerum conspectu ipsarum, cum Scythæ undique irruerent, spesque plane restaret nulla, persuasus denique Augustus: *Cedamus*, inquit, *sane, sic tempus cogit, et nobis consulamus si possumus. Verum si fugientium nostrorum vestigiis insistimus, Barbaris ab eorum insecutione redeuntibus occurremus malo nostro. Alia tenenda via est. Videtis adversos in acie Scythas* (ostendebat manu frontem exercitus hostilis), *per hos perrumpendum est. Eo me pro se quisque mox ducturum inducat in animum sequi, sic parato in successum pectore, tanquam hodie natus, ante noctem moriturus. Simul transitum, his dejectis, invenerimus, apparebit tutum iter ad recedendum, cui nos extemplo committemus.* Hæc locutus, motisque ad audendum alloquio sociis, primus ipse ignea celeritate **198** in Scythas involat, primumque obvium ex equo proturbat. Sic via facta securis est, semel interrupto contextu scutorum Scythicorum: qua penetrantibus mox cæteris, in eam perventum est regionem, quæ a tergo Barbaris ineuntibus prælium fuerat. Augustus quidem eo evaserat: non item protostrator, qui equi prolapsione afflictus in terram, simul opportuno familiaris cujusdam sui proprium ei equum concedentis officio a præsenti pernicie liberatus est, novo equo post imperatorem admisso, cito eum assecutus,

καὶ αὖθις πολεμήσας νικήσεις. Τὸν οὖν κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς ἤδη ἱστάμενον ὁρῶν ὁ αὐτοκράτωρ, ἀναισχύντως τῶν Σκυθῶν αὐτῷ προσβαλλόντων, καὶ τὰς σωζούσας ἀπεγνωκὼς ἐλπίδας, *Καιρὸς ἤδη τῆς ἑαυτῶν σὺν Θεῷ πεφροντικέναι σωτηρίας*, εἶπε, *πλὴν ἀλλ' οὐ τὴν αὐτὴν τοῖς φεύγουσι πορεύεσθαι δεῖ, ὅπως μὴ οἱ τοὺς ἡμετέρους διώκοντες, ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι συναντῶσιν ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ*, ὑποδείξας τῇ χειρὶ τοὺς κατὰ τὸ ἄκρον τῆς παρατάξεως ἱσταμένους Σκύθας, *κατ' αὐτῶν ἐξιππάσασθαι, ὡς σήμερον γεννηθέντας καὶ τεθνηξομένους, καὶ οὕτως ὄπισθεν, Θεοῦ ἐπαρήγοντες, τῆς τῶν Σκυθῶν γεγονότες παρατάξεως ἐφ' ἑτέραν ἀτραπὸν βαδιούμεθα.* Ταῦτα εἰπὼν καὶ τοὺς ἄλλους ἐποτρύνας, πρῶτος αὐτὸς ὡς πῦρ κατὰ τῶν Σκυθῶν ἵεται, καὶ τὸν συναντήσαντα παίει. Ὁ δ' εὐθὺς ἐξεκυλίσθη τῆς ἕδρας, καὶ οὕτω τοῦ Σκυθικοῦ συνασπισμοῦ διασχισθέντας [89], μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὴν ὄπισθεν τῶν Σκυθῶν ἔλαβε [90] χώραν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεύς. Τὸν δὲ πρωτοστράτορα, ὀλισθήσαντος αὐτῷ τοῦ ἵππου, κατενεχθῆναι συνέβηκεν. Εἷς δέ τις τῶν αὐτοῦ θεραπόντων παραχρῆμα τὸν ἴδιον αὐτῷ δίδωσιν ἵππον, ἐφθακὼς δὲ τὸν αὐτοκράτορα οὐκέτι αὐτοῦ χωρίζεται, οὐδὲ βῆμα ποδὸς, ἐξόχως τοῦτον ποθῶν. Συγχύσεως δὲ πολλῆς οὔσης, τῶν μὲν φευγόντων, τῶν δὲ διωκόντων, φθάνουσιν αὖθις ἕτεροι Σκύθαι τῶν [91] βασιλέα. Καὶ ὃς παραχρῆμα ἐπιστραφεὶς πλήττει τὸν διώκοντα, οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλους, ὡς οἱ τότε συμπαρόντες ἐδιηγήσαντο [92], ἀνεῖλεν. Εἷς δέ τις Σκύθης Νικηφόρον τὸν Διογένην ἐξ ὀπισθίων φθάσας πλήττειν ἔμελλεν, ὃν ὁ αὐτοκράτωρ θεασάμενος πρὸς τὸν Διογένην ἐφώνει, *Ὅρα καὶ ὄπισθεν, Νικηφόρε.* Ὁ δὲ γοργῶς ἐπιστραφεὶς πλήττει αὐτὸν κατὰ τῆς ὄψεως. Καὶ ὡς τοῦ βασιλέως ἐν ὑστέροις χρόνοις διηγουμένου ἠκηκόειμεν [ἠκούομεν] οὐδέποτε τάχος τοιοῦτον ἤπερ δεξιότητα [93] ἀνδρὸς ἐθεάσατο. Καὶ ὡς *Ἐγὼ*, φησὶν, *εἰ μὴ τὴν σημαίαν κατεῖχον κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὑπὲρ τὰς ἰδίας τρίχας πλήξας ἂν Σκύθας ἀνεῖλον*, οὐ περιαυτολογῶν· τίς γὰρ τοσοῦτον εἰς ἔσχατον ταπεινότητος ἤλασεν; ἀλλὰ γὰρ ὁ λόγος καὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις αὐτὸν ἠνάγκαζε, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς κυκλόθεν τοὺς ἰδίους αὐτοῦ ἐνίοτε ἐκλαλεῖν, καὶ ταῦτα παρ' ἡμῶν πολλὰ βιαζόμενον· πρὸς δὲ τοὺς ἔξωθεν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων ἤκουσεν ὑπέρκομπόν τι τὸν αὐτοκράτορα διηγούμενον. Ἀνέμου δὲ σφοδροῦ πνεύσαντος, καὶ τῶν Πατζινάκων προσβαλλόντων, οὐκέτι εὐτόνως εἶχε τὴν σημαίαν κατέχειν ὁ βασιλεύς [94]. Ἐπεὶ δέ τις Σκύθης μεταχειρησάμενος δόρυ μακρὸν δι' ἀμφοτέρων τῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[89] διασχισθέντος. [90] κατέλαβε. [91] τόν. [92] διηγνίσαντο. [93] οὐδὲ περιδεξιότητα. [94] Desunt voces ὁ βασιλεύς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

artis est, non timoris; et vox illa Caroli M. apud Ditmarum, lib. VII Chron.: *Carius mihi ut populi exprobrantes dicant me hinc fugisse, quam hic cecidisse: quia dum vivo injuriæ pondus illatæ vindicaturum* **334** *me spero.* Tartari, auctore Aithono, cap. 48, *in pugna nec verentur fugere, si fuga prosit.* Idipsum de iis testatur Sanutus, lib. II, part. IV, cap. 24.

χειρῶν ἔπληξεν αὐτὸν κατὰ τοῦ γλουτοῦ, διέτρησε A μὲν τὸν χρῶτα οὐδαμῶς, ὀδύνην δὲ ἐνεποίησεν ἀνήκεστον, ἥτις ἐπὶ πολλοῖς διέμεινεν αὐτῷ ἔτεσιν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τοσοῦτον βιασθεὶς τὴν σημαίαν περιστείλας ἔν τινι τῶν χαμαιδρύων κατατίθησιν, ὡς μηκέτι ὁρᾶσθαι παρά του (2). Οὗτος δὲ διὰ τῆς νυκτὸς διεσώθη εἰς Γολόην, καὶ μεθ' ἡμέρας καταλαϐὼν τὴν Βερόην διεκαρτέρει, πρίασθαι τοὺς δορυαλώτους ἐθέλων.

absistere ab eo amplius nec passum unum statuit; amoris enim eximii erga eum sui putabat esse tali ei tempore indivulsum adhærere comitem. Cum autem confusissima passim essent omnia, fluctibus fugientium et insequentium omnem temere in partem effervescentibus, nec raro collidentibus semet, perveniunt ad imperatorem alii Scythæ. Is repente conversus primo ex his occurrentem cædit: nec eum solum ipse unus, ut qui præsentes tum fuere confirmarunt, sed alios quoque qui cum eo sequebantur, interfecit. Unus autem quidam Scytha Nicephoro Diogeni a tergo ferebat ictum. Id Augustus videns Diogenem clamans admonet: *Vide retro, Nicephore.* Qui strenue conversus, cædere Barbarum in facie occupat. Ac memini ab imperatore hujus repetente diei memoriam, audire me cum diceret, nullius se unquam velocitatem et dexteritatem tantam notasse hominis, quantam tum is juvenis ostendit. Addebat de se ipso: *Ego vero nisi vexillo tuendo impeditam manum eo die habuissem, tot occidissem Scythas, quot pilorum meorum numerus non æquaret.* Ita ille, non jactabunde glorians; quis enim eo usque ad infimum Christianæ humilitatis depressior gradum? Sed cum interdum narrationis nostro domesticorum rogatu initæ cogebat ipsa series ac veritas de se fateri, in privatis duntaxat nostris intimorum circulis, idque ipsum non nisi multum fere urgentibus nobis. Nam in vulgaribus sermonibus ad externos nemo unquam imperatorem tale quippiam prædicantem audiit. Flante porro tum forte vento vehementi et Patzinacis majori numero atque impetu ad insequendum incumbentibus, laborabat Augustus in vexillo retinendo; ubi vero unus ex instantibus a tergo Scythis longam utraque manu impellens hastam graviter eum in clunibus percussit, plaga, tametsi non terebravit cutem, gravissimum tamen inferente dolorem, qui et multis deinceps duravit annis; tandem malo coactus imperator vexillum complicatum inter trissaginis forte occurrentis frondes absconditum deposuit, ea cura ut speraret neminem id hostium animadversurum. Ipse nocturna fuga Goloen incolumis tenuit. Luce insequenti perlatus Beroen, ibi permansit, de captivis suis redimendis inde tractare **199** habens in animo.

Ὁ δὲ Παλαιολόγος ἐν τῷ φεύγειν τῶν ταγμάτων B ἡττηθέντων κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κατενεχθεὶς τοῦ ἵππου, ἀπώλεσε τοῦτον· ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ ὢν καὶ τὸν κίνδυνον ἱστάμενον ὑπὲρ κεφαλῆς ὁρῶν, περιαθρήσας, εἴπου γένοιτό οἱ τοῦτον θεάσασθαι, ὁρᾷ τὸν τῆς Χαλκηδόνος πρόεδρον Λέοντα, περὶ οὗ ἄνω-

Palæologo vero ea funesta die contigit, ut cum is legionibus plane fractis dissipatisque sine controversia victus necessario fugeret, equo in tumultu excuteretur, et, quod erat importunius, ipsum amitteret. Unde in periculo præsente incertus animi quo se verteret, circumque spectans omnem in

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(2) *Παρά του.* Monui supra in edit. Hœschel. haberi παρ' αὐτοῦ, ut sensus sit, humerale Deiparæ ab Alexio amplius non visum, proindeque deperditum in eo prælio. Sequuntur in eadem edit. hæc verba: Οὗτος δὲ διὰ τὴν νύκτα διεσώθη εἰς Γολόην, ὅτε καὶ ἔλεγον οἱ πολῖται, Ἀπὸ τὴν Δίστραν εἰς Γολόην καλὸν ἄπληκτον, Κόμνηνε, id est, *A Distra ad Goloem bella castra, Comnene*; est enim ἄπληκτον castrorum locus, unde idem quod φοσσάτον dicitur Leoni in *Tact.* cap. 11, § 1: Κυρίως φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖ- C ται. Sic autem vocantur castra, quod fossis undique ad exercitus securitatem circumcingantur. Postmodum tamen φοσσάτον pro ipso exercitu usurpatum passim observare est: atque ita Constantinus, *De adm. imp.* cap. 44, φοσσάτον ab ἄπληκτον distinguit: Καὶ εἰσὶ φραγμὸς καὶ ἄπληκτα τῶν φοσσάτων. Dicitur autem ἄπληκτον a Latino *applicare*, quod est divertere, hospitari. LL. Wisigoth. lib. VIII, tit. 2, § 3: *Qui in itinere constitutus, cujuscunque forsitan campo applicaverit, et ad coquendum cibum frigoris necessitate compulsus ignem fecerit.* Et tit. 4, § 25: *Viam per quam ad civitatem aut ad provincias nostras ire consuevimus, nullus — eam excludat vel astringat, sed utrimque medietas aripennis libera reservetur, ut itinerantibus applicandi studium non vetetur.* Lex Burgund. tit. 38, § 7: *Si quis in agro regio, vel colonia voluerit applicare, et non permissus fuerit, colonus fustigetur.* Lex Langob. lib. III, tit. 12, § 5: *Neque per fortiam suam in mansione arimanni se applicet.* Quibus in locis *applicare* non hospitari duntaxat significat, sed et in campo sub tentoriis degere, tentoria ipsa figere, quod satis ostendunt hæc verba, *in campo, in via, in agro applicare.* Sub dio enim, in tentoriis noctes exegisse Francos et Germanos, cum iter agerent, par est credere, quod solemne fuit populis septentrionalibus, ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο, quod de Walachis dixit Ann. lib. VIII, proprie autem *applicare*, est ad locum aliquem divertere, pervenire. Terent. in Andr.: *Tum ille egens forte applicat primum ad Chrysidis patrem se.* Quintilianus, decl. 388: *Dum pirata applicat.* Regula Magistri, cap. 57: *Ad mansionem cum applicaverit.* Charta Domini de Canneto in Provincia an. 1328: *Quoties dominus provinciæ, vel fratres, vel filii, vel officiales ad castrum ipsum applicant.* Ubi igitur in itinere exercitus applicat, hic locantur castra, quæ *applicata*, Græcis ἄπληκτα, seu ἄπλικτα, ut scribitur apud Leonem loco citato, dicuntur. *Gloss. Lat. Græc. Applicatio*, καταγώγιον. *Gloss. Græc. Lat.* ἄπληκτον, *diversorium*; ἀπληκεύω, *maneo, diversor.* Vita S. Simeonis Mirabil. montis: Καὶ ἐλθόντες τινὲς αὐτῶν εἰς Γάϐαλα, ἠπλήκευσαν εἴς τινα ναὸν τῆς πόλεως. Perperam igitur Æmilius Portus ad Onorsandri cap. 9, ἄπληκτα, seu castra censuit dicta, quasi τοὺς στρατιώτας φυλάσσοντα, καὶ ἀμοίρους ποιοῦντα τῶν κινδύνων καὶ πληγῶν. *Gloss. Gr. Lat.* ἄπληκτος, *impercussus*.

partem, si forte uspiam equus appareret, videt ecce Chalcedonensem præsulem Leonem, cujus superius meminimus, sacerdotali vestitum stola, equum ipsi offerentem, quo ille strenue conscenso perrexit fugere: non prius tamen quam oculis circum quæsitum sacrum illum antistitem, nusquam amplius apparere deprehendit. Erat is in sentiendo ac dicendo liberrimus: verumque in eo quidem characterem præferens Christiani præsulis, sententiæ tamen nimis interdum ad offensionem mollis ac pene morosæ, zelumque non nusquam haud secundum scientiam ostendens, ac neque sacrorum canonum exactam habuit notitiam. Quamobrem, id quod narravimus superius, mala sibi creavit ipse, thronoque excidit. Porro illum qualemcunque Palæologus constanti et nunquam dissimulato neque mediocri prosecutus honore est: impulsus ad id abundantis ejus opinione virtutis. Sive igitur divinam istam Palæologus apparitionem ferventissimæ suæ erga hunc virum, quem sanctum putabat, fidei præmium habuit: sive aliud quid arcanum cœlestis providentiæ in hoc tum præsule divinitus eluxit, equidem rem totam in medio relinquam; nec enim quid potissimum statuam satis expedio. Cæterum Palæologus nondum periculo defunctus, Patzinacis insequentibus, fugæ fortuna delatus est in palustrem et fruticosum saltum: ubi milites offendit e nostrorum numero quinquaginta supra centum. Hi cum circumsessos undique se a Barbaris cernerent, magnam jam devenerant in desperationem salutis, quod se tantulo numero nequaquam pares longe pluribus Scythis intelligerent. Recreavit eos ut in malis Palæologi conspectus, talis viri, cujus imperterritum in periculis animi ac consilii præsentiam olim norant. Ergo ex ejus nutu ac sententia pendentibus Palæologus edixit unam superesse spem salutis, si negligere fundıtus salutem possent, ea in certissimum discrimen offerenda; qui tali essent animo iis se polliceri aliquid posse. Verum oportere ante omnia, ut qui assentirentur in ea verba jusjurandum darent, Deoque quisque adhibito teste confirmaret, sese neutiquam sibi parsurum quo minus ipse per sese in Scythas irrueret, neque, quod ignavi solent, satis habiturum in turba latere, delegareque sociis periculum quod subire posset ac deberet, verum tam salutem quam discrimen omnes et singulos in commune collaturos. In hæc juratis et paratis universis Palæologus in Barbaros vehementi equitatione invectus, primum illorum qui occurrit graviter vulnerat; at is caliganti oborta vertigine humi statim afflictus jacuit. Cæteri malo principio turbati, ac per **200** hoc partitis inter impetum audendi et recedendi cogitationem animis, occurrerunt in equis tamen, sed continuata a Palæologo in aliquorum ex his capita prioris clade, cæteri statim in latebras densi saltus, unde eruperant, tutum et celerem receptum in lucro posuerunt. Inde cum Palæologus idem, iterum Patzinacis insequentibus, locum editum quemdam superaret, contigit equum ejus vulneratum cadere, ipsum vero, eo omisso, in speluncam subire montis adjacentis. Unde tutum receptum, rem tali loco et tempore difficilem, incertis dierum undecim erroribus quærens, tandem incidit in viduam militis cujusdam, apud quam hospitio recreatus per aliquot dies, denique indicio

A θεν ἐμνήσθημεν, τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἠμφιεσμένον ἵππον ἐπιδιδόντα αὐτῷ, ἐν ᾧ ἐπιβὰς εἴχετο τῆς φυγῆς· τὸν ἱεροπρεπῆ ἐκεῖνον ἄνδρα οὐκέτι τεθέαται. Ἦν δ' ἄρα οὗτος παῤῥησιαστικὸς τὴν ψυχὴν καὶ ἀληθῆ χαρακτῆρα ἐμφαίνων ἀρχιερέως, φρονήματος μέντοι ἁπαλωτέρου, καὶ τὸν ζῆλον ἔστιν οὗ οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ἐνδεικνύμενος, καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν κανόνων ἀκριβῆ γνῶσιν εἶχε. Διὸ καὶ, ἅπερ ἄνωθεν εἴρηται, συνεπεπτώκει αὐτῷ λυπηρὰ, καὶ τοῦ θρόνου ἐξέπεσεν. Ἐξείχετο δὲ τοῦ ἀνδρὸς ὁ Παλαιολόγος ἀεὶ καὶ διαφερόντως ἐτίμα διὰ τὸ περιὸν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς. Εἴτε οὖν διὰ τὴν θερμοτάτην πίστιν, τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὁ Παλαιολόγος θείας ἔτυχεν ἐπιφανείας, εἴτ' ἄλλο τι ἦν τῆς Προνοίας ἀπόῤῥητον κατὰ τουτονὶ τὸν ἀρχιερέα τὸ φαινόμενον, οὐκ ἔχω
B λέγειν [95]. Διωκόμενος δὲ ὑπὸ τῶν Πατζινάκων εἰς ἑλώδη τόπον καὶ συνηρεφῆ εἰσελθὼν, περιτυγχάνει στρατιώταις τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν πρὸς τοῖς πεντήκοντα. Περικυκλούντων αὐτοὺς τῶν Σκυθῶν, ὡς ἐν ἀμηχανίᾳ τὰ κατ' αὐτοὺς ἑώρων, πρὸς τοσούτους ἀντέχειν μὴ ἐξισχύοντες, τῆς τοῦ Παλαιολόγου ἐξήρτυντο γνώμης, πάλαι τούτου τὸ γενναῖον καὶ ἀκατάσειστον τῆς γνώμης, γινώσκοντες. Αὐτὸς δὲ κατὰ τῶν Σκυθῶν ὁρμῆσαι συνεβούλευε τῆς κατ' αὐτοὺς παντάπασιν ἀφειδήσαντας σωτηρίας, κἀντεῦθεν οἶμαι ταύτην ὠνήσασθαι. Χρὴ δὲ δι' ὅρκων ταυτηνὶ τὴν βουλὴν ἐμπεδῶσαι, ὃ δὴ καὶ γέγονεν [96], ὡς τηνικαῦτα μιᾶς γνώμης ἁπάντων γεγονότων τῆς κατὰ τῶν Σκυθῶν ὁρμῆς μηδένα ἀπολειφθῆναι,
C τὴν σωτηρίαν καὶ τὸν κίνδυνον ἴδιον ἑκάστου λογισαμένου. Ὁ μὲν οὖν Παλαιολόγος σφοδρὰν τὴν ἱππασίαν ποιησάμενος παίει τὸν αὐτῷ πρώτως ὑπαντήσαντα· ὁ δὲ εὐθὺς σκοτοδινιάσας κατὰ γῆς ἔκειτο. Τῶν δὲ λοιπῶν μετὰ διψυχίας τὴν ἱππασίαν ποιησαμένων, οἱ μὲν πεπτώκασιν, οἱ δὲ αὖθις εἰς [97] φωλεὸν, τὸ συνηρεφὲς ἄλσος παλινοστήσαντες, ἑαυτοὺς ἔσωσαν κρυπτόμενοι. Ἐν δὲ τῷ τὸν Παλαιολόγον ἀκρολοφίαν τινὰ καταλαμβάνειν ὑπὸ τῶν Πατζινάκων αὖθις διωκόμενον, συνέβη τὸν ἵππον πληγέντα καταπεσεῖν, αὐτὸν δὲ τηνικαῦτα εἰς τὸ παρακείμενον ὄρος εἰσδῦναι. Ἀναζητῶν δὲ τὴν σώζουσαν ὁδὸν, ἐπεὶ ῥᾳδίως μὴ ἐξῆν ταύτην εὑρηκέναι, ἐπὶ ἕνδεκα ἡμέραις πλανώμενος περιτυγχάνει γυναικί τινος στρατιώτου χήρᾳ καὶ ἐπιξενίζεται παρ' αὐτῆς
D ἡμέραι τισὶ, σωθέντες δὲ τοῦ κινδύνου οἱ ταύτης υἱεῖς τὴν σώζουσαν τούτῳ ὁδὸν ὑποδεικνύουσιν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[95] Desunt voces οὐκ ἔχω λέγειν. [96] Desunt voces ὃ δὴ καὶ γέγονεν. [97] ὡς εἰς.

am eiusdem viduæ qui et ipsi simili defuncti periculo, in tempore adfuere, iter didicit quo secure t ad fugam uti.

λλὰ τοιαῦτα μὲν τῷ Παλαιολόγῳ συμπεσόντα. Οἱ **A** τῶν Σκυθῶν λογάδες, οὓς κατέσχον δοραλώτους κτεῖναι ἐβουλεύοντο, τὸ δὲ πλῆθος τοῦ κοινοῦ τὸ παν τοῦτο οὐ συνεχώρει, βουλόμενοι ἀπεμπολη-θέντους τιμῆς. Ταύτης γοῦν τῆς βουλῆς κυρωθεί-δίδοται γνῶσις τῷ βασιλεῖ διὰ γραμμάτων τοῦ σσηνοῦ, ὃς πολλὰ πρὸς τοῦτο, κἂν δορυάλωτος ἦν, Σκύθας ἠρέθιζεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς Βερόην διατρίβων, τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων χρήματα μετακομίσας, ἐπρίατο τοὺς δορυαλώτους. Λαμβάνει δὲ τηνικαῦτα καὶ ὁ Τατὸς [10] τὸν Ἴσ-τρον μεθ' ὧν ὑπεποιήσατο Κομάνων οἱ τὴν τοιαύ-λείαν καὶ τὸ πλῆθος τῶν δορυαλώτων θεασά-, τοῖς ἡγεμόσι τῶν Σκυθῶν ἔφασαν, ὡς *Ἡμεῖς τὰ οἶκοι καταλιπόντες, εἰς ἡμετέραν ἠλθο-βοήθειαν, τήν τόσην τε ὁδὸν διηνυκότες,* **B** *καὶ τοῦ κινδύνου καὶ τῆς νίκης συγκοι-γενήσεσθαι, τὸ γοῦν ἡμέτερον ἅπαν συνεγκόντας οὐ χρὴ κενοὺς αὖθις ἀπο-θῆναι. Οὐ γὰρ ἐκ προαιρέσεως τοῦ* [1] *πολέ-αστόπιν καιροῦ ἔφθημεν ἐληλυθότες, οὐδὲ τούτου αἴτιοί ἐσμεν, ἀλλ' ὁ προαρπάσας πόλεμον βασιλεύς. Ἡ γοῦν κοινῇ μεθ' ἡμῶν λείαν πᾶσαν διαμερίσασθε, ἢ ἀντὶ συμμά-πολεμίους ἡμᾶς ἕξετε.* Πρὸς τοῦτο ἀνένευσαν θαι. Τῶν δὲ Κομάνων τοῦτο μὴ φερόντων, ὡς ἀναμέσον αὐτῶν ἀναῤῥήγνυται πόλεμος, καρτερὸς· οἱ Σκύθαι ἡττηθέντες, εἰς τὴν κα-νην Ὀζολίμνην (3) μόλις ἐσώθησαν. Στενού-δὲ παρὰ τῶν Κομάνων ἐφ' ἱκανὸν ἐκεῖσε **C** θον, τὴν μετάβασιν μὴ ἀποθαῤῥοῦντες. Ἡ δὲ παρ' ἡμῖν Ὀζολίμνη κατονομαζομένη μεγίστη τι κατά τε διάμετρον καὶ περίμετρον [2] καὶ του δήποτε φημιζομένων παρὰ τοῖς γεωγράφοις ν, μηδεμιᾶς εἰς μεγέθους λόγον ἐλλείπουσα, ι δὲ τὸν ἑκατὸν βουνῶν ὕπερθεν, καὶ εἰς αὐτὴν τοί τε καὶ κάλλιστοι συῤῥέουσι ποταμοί· καὶ νώτου πολλάς τε καὶ μεγάλας καὶ φορτηγοὺς ἀν-α νῆας, ὡς εἶναι κἀντεῦθεν δῆλον τὸ βάθος αὐτῆς ν τί ἐστιν. Ὀζολίμνη δὲ κατωνόμασται, οὐχ ὅτι ι τινος καὶ βαρυόδμου ἀναδίδωσιν ἀποφοράν, ιτι Οὐννικῆς [Οὐγγρικῆς[2*]] ποτε στρατιᾶς ἐπι-σάσης τῇ λίμνῃ (τούτους δὲ τοὺς Οὔννους Οὔζους ὅτις ἀπεκάλεσεν γλῶσσα) καὶ περὶ τοὺς ὄχθους λίμνης αὐλισαμένης [3], Οὐζολίμνην τὴν τοιαύτην **D** ηγορεύκασι λίμνην μετὰ προσθήκης, οἶμαι, οῦ υ, φωνήεντος. Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν παλαιῶν

A His casibus exercita Palæologi virtus est. Jam Scythas revisamus. Optimatum inter eos fera erat sententia, captivos omnes nostros occidendos. Intercessit multitudo, et crudelitatem avaritia vincente, pervicit ut pretio redimendi offerrentur. Ea imperatori nuntiata sunt litteris Melisseni, qui etsi captivus, non parum operæ atque industriæ contulerat, quo istud Romanis salutare apud Scythas consilium prævaleret. Curatis igitur extemplo ex urbe regia pecuniis Augustus ex eo in quo tunc erat, et ad id permansit, loco, nempe Beroe, captivos redemit. Porro post victoriam Scytharum pervenit ad Istrum Tatus cum iis, quos collegerat auxiliaribus Comanis, quibus cum prædæ Romanæ tantæ multitudinisque captivorum conspectus præ-**B**sens cupiditatem irritasset, egerunt ii cum principibus Scytharum : *Sese ad ipsorum evocatos auxilium domibus relictis longam emensos viam eo animo venisse, ut et periculi participes et victoriæ forent. Ad talem spem quanquam festinatione contenderint summa, nihilque sibi ad omnem strenuitatem reliqui fecerint, arte imperatoris prælium præoccupantis factum esse, ut certamine excluderentur. Victoriam tamen restare, cujus parte aliqua jus æquumque esse tanto cursu vexatos socios aspergi. Communicarent igitur si videretur, prædam secum : si nollent, quos socios aspernarentur, mox hostes exspectarent.* Talia Comani. Moxque renuentes Scythas magno et atroci adorti prælio vicerunt, reli-**C**quiis eorum ægre ad Ozolimnam se recipientibus : ubi circumsidentibus Comanis, diu mussarunt in angustiis, prodire metu hostium non ausi. Est hæc quæ jam a nobis Ozolimna nominatur, palus plane amplissima, sive trajectus, sive circuitus mensuram spectes, nullique earum quæ uspiam a geographis celebratæ sunt magnitudinem quod attinet, inferior. **201** Sita est supra centum colles, in eamque maximi simul et pulcherrimi confluunt fluvii. Quin etiam qua parte meridiem spectat, multas magnasque et oneribus plenissimas magnis sustinet naves : haud dubium eo ipso profunditatis suæ indicium ferens. Cæterum Ozolimnæ vocabulum, utcunque Græci sermonis vim sentientibus a tetro quodam, quem hæc palus inhalet, odore **D** ductum videre possit, neutiquam tamen ita est : sed ab Unnico exercitu circa nundinante, atque ad ripas ejus metante castra, nomen id tra-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

Γατοῦ. [10] τοσαύτην. [1] τὴν τοῦ. [2] καὶ τὴν διάμετρόν τε καὶ τὴν περίμετρον. [2*] Οὐννικῆς etiam ιτα; sed in margine reponitur Οὐγγρικῆς. [3] αὐλιζομένους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Ὀζολίμνην. Exstitit palus illa ultra Istrum, regione, quam Walachiam hodie vocant. Binas s potissimum iis in locis observat Strabo lib. uarum alia mari, in quod effunditur, adjacet ola forte Ptolemæi), altera meatu caret. Certe constat Hierassam fluvium, qui in Istrum haud procul a Dorostolo, seu Dristra, influit, quo loco bellum istud gestum est, lacum permaximum efficere, qui idem fuerit cum Ozolimna.

etiam est; quoniam quos Unnos dicimus vulgaris agrestium ac plebeiorum lingua Uzos solet appellare. Inde puto Uzolimnam primum hanc paludem nominatam, una vocali abundante supra hodiernum vocis ejusdem istius sonum; porro littera Græca υ ipso usu deinceps extrita, redactum id nomen in eam quæ hodie invaluit formam, Ozolimna sonat. Tempus si quis quærat denominationis hujus, sane in veteribus historiis non facile reperietur expeditionum Unnicarum mentio quæ appulsas ad hanc paludem castris antiquam originem nomenclationis istius probet. Nempe Alexio imperante id contigit. Tunc, inquam, Unnorum gens magno undique concussa excitaque motu, in eum quem dixi locum armata confluens, ei nomen istud novum fecit. Primamque talis rei memoriam Historia hæc nostra complectitur. Etenim ad cæteram patris mei claritatem illud quoque accessit, quod obiter annotasse tanti fuerit, ut passim effervescentibus per orbem, partim ejus auspiciis ac ductu, partim hostium ipsius coorientium undique variis exercitibus, loca inde plurima recentes appellationes traxerint. Tale quid et de Alexandro rege Macedonum accepimus. Cujus regno innovata nomina et quæ apud Ægyptum Alexandria visitur, et quæ alia isti cognominis apud Indos est civitas, invenere; imo et ab ejusdem regis quodam milite Lysimacho Lysimachiam scimus appellationem esse nactam. Quid ergo mirum si virtutem æmulatus Alexandri Alexius ista saltem illius felicitatis parte fraudatus non fuerit, videritque hic quoque insignitam imperii sui memoriam mansuris nominibus, quorum alia concursum conjuratarum in eum gentium æternis vocum monumentis inurerent, alia voluntate institutoque ipsius imposita locis, rerum a se in iis sapienter fortiterque gestarum indicationem in posteros propagarent? Hæc ex officio historici de paludis novo nomine istius admonenda breviter fuere. Cæterum Comani cum diu Scythas ad Ozolimnæ ripas obsedissent, penuria coacti commeatuum ad sua redierunt, ibique annona parata, expeditionem rursus contra Scythas suscepere.

A συγγραμμάτων οὐχ εὕρηταί πω συνελαθὲν ἐνταῦθα Οὑννικὸν στράτευμα, ἐπὶ δὲ τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου τότε πάντες[4] ἁπανταχόθεν ἐκεῖσε συνεῤῥωγότες, τῷ τόπῳ δεδώκασι τοὔνομα. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς λίμνης[5] ὧδέ πη ἔχετο, ὥσπερ παρ' ἡμῶν νῦν πρώτως ἱστορούμενα, ἵν' ἐνδειξαίμεθα ὅτι τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου ταῖς πολλαῖς καὶ πολλαχοῦ [πανταχοῦ] στρατηγίαις, νῦν ἀφ' ἑαυτοῦ, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν ἐπισυῤῥυέντων ἐχθρῶν πολλὰς ἐλάμβανον οἱ[6] τόποι προσηγορίας. Τοιοῦτον δέ τι καὶ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μακεδόνων βασιλέως καταμανθάνω. Καὶ γὰρ ὅπου μὲν Ἀλεξάνδρεια ἡ κατ' Αἴγυπτον, ὅπου δὲ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἡ κατ' Ἰνδοὺς ἀπ' ἐκείνου ὠνόμασται, ἴσμεν δὲ καὶ ἀπὸ Λυσιμάχου τινὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν στρατιωτῶν Λυσιμάχειαν κατονομάζεσθαι. B Οὐκ ἂν οὖν θαυμασαίμην εἰ καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ζῆλον Ἀλεξάνδρειον ἀναλαβὼν, ὅπου μὲν ἐξ ἐθνῶν, ἢ συῤῥαγέντων, ἢ προσκεκλημένων παρ' αὐτοῦ περιῆψε τοῖς τόποις ὀνομάτων καινότητας, ἢ ἀφ' ὧν αὐτὸς κατεπράξατο, τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας τοῖς τόποις μετέδωκε. Τοσαῦτα μὲν περὶ τῆς ἄνωθεν εἰρημένης λίμνης ἐπεῤῥίφθω ἱστορικώτερον. Οἱ δὲ Κόμανοι ἐπεὶ σπάνιν τῶν χρειωδῶν εἶχον, παλινδρομοῦσιν εἰς τὰ ἴδια, ἐφ' ᾧ τὰ χρειώδη συγκομισάμενοι αὖθις κατὰ τῶν Σκυθῶν ὑπαναστρέψαι[7].

Interim imperator congregatis copiis castra posuerat ad Beroen: ubi cum milites copiose instruxit omnes qui potuere colligi, tum captivos quoque

C Συνάγεται ἐν τῷ μεταξὺ ὁ βασιλεὺς κείμενος εἰς Βερόην, ἐξοπλίζει τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν ὁπλιτικόν. Τότε καὶ ὁ Φλάντρας κόμης (4) ἐξ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[4] Deest vox πάντες. [5] Ὀζολίμνης. [6] οἱ. [7] ἐπαναστρέψαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(4) *Φλάντρας κόμης*. Fuit is Robertus cognomento Frisius, comes Flandriæ, qui ante duodecennium fere quam proceres nostri Hierosolymitanum aggrederentur iter, cum multis opibus Jerusalem, orationis gratia est profectus, rediensque per Thraciam, cum Alexio imperatore locutus est. Hæc ferme Guibertus, lib. I, *Hist. Hier.* cap. 4; et lib. VII, cap. 34. Peregrinationem Hierosolymitanam suscepit Robertus, an. 1085, a qua needum reducem, **335** an. 1089, auctor est Mejerus, lib. III. Hanc, præter Andream Sylvium in *Chronic. Marcian.* lib. IV, cap. 3, et aliquot alios attigit Robertus monachus, ex cujus cod. ms. proferre hic D libet Epistolam, qua Alexius imperator Flandrensem comitem, cæterosque orbis Christiani principes, ad suppeditandum contra Saracenicas gentes promissum toties urget auxilium, cujusmodi plures eodem argumento scripsisse litteras ad Urbanum pontificem testatur Uspergensis. At cum illius stylus, et scriptionis character paulo humilior, Græcanicum minime redoleat fastum, jure fortasse addubitari potest num ejus sententiam bona fid reddiderit Robertus, sive alius quivis interpres: nam solemne erat Byzantinis istis Augustis, cum ad principes, Latinos præsertim, scriberent, verbis uti *ampullosis, et quæ fastum regalem Græcumque superent tumorem*, ut est apud Radevicum, lib. III, *Hist. Frider.* cap. 6. Verum ejusmodi fuit Græcorum ingenium *ut cum timerent, nimia sui dejectione vilescerent, et frangerentur in feminas: cum vero prævalerent, gravi subditorum dejectione superbirent*. Verba sunt Odonis de Diogilo, lib. III, quod de Gallis ipsis ait Ann. pag. 402. Certe istius, aut similis Epistolæ meminit idem Guibertus.

Argumentum Epistolæ.

Hoc exemplar Epistolæ quarto anno ante gloriosum Hierosolymitanum iter a Constantinopolitano imperatore omnibus Occidentalibus Ecclesiis directum est, præcipue tamen Flandrensi comiti Roberto; ipse enim comes jam redierat a Sepulcro Domini in baculo et pera, in quo itinere se viderunt, et affabile atque amicabile colloquium ad invicem habuerunt. Isdem vero imperator, ut ipse in eisdem conqueritur litteris, nimis oppressus fuerat a nefanda gente paganorum, quorum principatum te-

Ἱεροσολύμων ἐπανερχόμενος ἐκεῖσε καταλαμβάνει τὸν αὐτοκράτορα, καὶ τὸν συνήθη τοῖς Λατίνοις

A armavit ipsos. In his enim augendi exercitus curis commodum deprehendit Flandriæ comes Hierosolo-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

nebat Solymannus Veteranus, pater Junioris Soliymanni, quem nostri postea (ut liber iste meminit) bellicoso conflictu devicerunt, eumque fugere compulerunt. Unde non parum miretur, cur dictus imperator tam venenosum animum contra nostros semper habuerit et reddere mala pro bonis non formidaverit.

EPISTOLA ALEXII IMP.

« Domino et glorioso Flandrensium comiti Roberto et omnibus totius regni principibus, Christianæ fidei amatoribus, tam laicis quam clericis, imperator Constantinopolitanus, salutem et pacem in eodem Domino nostro Jesu Christo, et Patre ejus, ac Spiritu sancto.

B « O inclytissime comes, et maxime fidei consolator, notificare prudentiæ vestræ volo quantum sanctissimum imperium Christianorum Græcorum angustiatur fortiter a Pincinaois (*a*) et Turcis quotidie, et deprædatur et acquiritur sine intermissione, et fiunt cædes diversæ, et inenarrabiles Christianorum interfectiones et derisiones. Sed quia sunt multa mala, quæ agunt, et, ut diximus, inenarrabilia, de multis dicamus pauca, quæ tamen sunt auditu horribilia, et conturbant etiam ipsum aerem. Nam pueros et juvenes Christianorum circumcidunt super baptisteria Christianorum, et circumcisionis sanguinem in despectum Christi fundunt in eisdem baptisteriis, et desuper eos mingere compellunt, et deinceps in circuitu ecclesiæ eos violenter deducunt, et nomen et fidem sanctæ Trinitatis blasphemare compellunt. Illos vero nolentes et diversis pœnis affligunt, et ad ultimum eos interficiunt. Nobiles vero matronas ac earum C filias deprædatas invicem succedendo ut animalia adulterando deludunt. Alii vero corrumpendo turpiter virgines statuunt ante facies earum matres, compellentes eas nefarias et luxuriosas decantare cantilenas, donec compleant stupra ipsa nefaria. Sic 336 enim legimus actum in Dei populo antiquitus, quibus impii Babylonii post diversa delubria deridendo dicebant : *Hymnum cantate nobis de canticis Sion* (*Psal.* CXXXVI, 3). Sic et in stupro filiarum matres compellunt nunc cantare cantilenas nefarias, quarum voces non cantum, sed magis, ut credimus, plus resonant planctum, sicut scriptum est in morte innocentium : *Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus : Rachel plorans filios suos, et noluit consolari quia non sunt* (*Matth.* II, 18). Sed licet matres innocentium, quæ per Rachel figurantur, non valuerint consolari pro morte filiorum, valuerunt tamen consolari pro sa- D lute animarum. Istæ tamen nullatenus, quod pejus est, consolari valent, quia et in corporibus et in animalibus pereunt. Sed quid adhuc ? Veniamus ad deteriora. Totius ætatis et ordinis viros, id est pueros, adolescentes, juvenes, senes, nobiles, servos, et, quod pejus et impudentius est, clericos et monachos, et heu proh dolor ! et quod ab initio non dictum neque auditum est, episcopos Sodomitico peccato deludunt, et etiam unum episcopum sub hoc nefario peccato jam crepuerunt. Loca vero sancta innumerabilibus modis contaminant et destruunt, et pejora eis minantur. Et ad hæc quis non plangit ? Quis non compatitur ? Quis non horret ? Quis non orat ? Nam pene tota terra ab Jerusalem usque Græciam, et tota Græcia cum suis regionibus superioribus quæ sunt Cappadocia minor, alia major, Phrygia et Bithynia et minor Phrygia, id est Troja, Pontus, Galatia, Libya, Pamphylia, Isauria, Lycia et insulæ principales (*b*) Chios, et Militina, et multæ aliæ regiones et insulæ, quas non valemus modo enumerare, usque Thracias, ab eis jam invasæ sunt, et fere jam nihil remansit, nisi Constantinopolis, quam ipsi minantur citissime nobis auferre, nisi auxilium Dei et fidelium Christianorum Latinorum velociter subvenerit. Nam et Propontidem, qui et Aridus dicitur, et ex Ponto juxta eamdem Constantinopolim in mare Magnum decurrit (*c*), cum ducentis navibus invaserunt, quas Græci ab eis prædati fabricaverunt, et remigiis, B velint nolint, deducunt, et minantur tam per terram quam per eamdem Propontidem Constantinopolim, ut diximus, velociter capere. Hæc pauca de innumerabilibus malis, quæ hæc impiissima gens agit, diximus et scripsimus tibi, comes Flandrensium, Christianæ fidei amator. Cætera vero ob fastidium legentium dimittamus.

« Igitur pro Dei nomine et pro omnium præconum Christianorum pietate rogamus, ut quoscunque fideles, Christi bellatores, tam majores quam minores, cum mediocribus in terra tua acquirere poteris ad auxilium mei et Græcorum Christianorum, huc deducas, et sicut Galiciam et cætera Occidentalium regna anno præterito a jugo paganorum aliquantulum liberaverunt, ita et nunc ob salutem animarum suarum regnum Græcorum liberare tentent, quoniam ego, quamvis imperator, nullum tamen mihi remedium, neque idoneum consilium scio invenire, sed semper a facie Tur- C corum et Pinemacorum (*d*) fugio, et tandiu in singula civitate maneo, donec adventum eorum prope sentio. Et quia subjectus esse vestris Latinis cupio quam capiatur ab eis Constantinopolis, certare totis viribus maxime debetis, ut gloriosam et ineffabilem mercedem in cœlo gaudentes recipiatis. Nam melius est ut vos habeatis Constantinopolim quam pagani, quia in ea habentur pretiosissimæ reliquiæ Domini, id est statua ad quam fuit ligatus, flagellum unde fuit flagellatus, chlamys coccinea qua fuit indutus, corona spinea qua fuit coronatus, arundo quam vice sceptri manibus tulit, vestimenta quibus ante crucem spoliatus fuit, pars maxima ligni crucis in qua crucifixus fuit, clavi quibus affixus fuit, linteamina post resurrectionem in sepulcro inventa, duodecim cophini fragmentorum de quinque panibus et duobus piscibus, caput cum capillis integrum et barba sancti Joannis Baptistæ, reliquiæ vel corpora D multorum innocentium, quorumdam prophetarum, et apostolorum, et martyrum, et maxime sancti Stephani protomartyris (*e*), et confessorum et virginum, quæ ob nimium incrementum singulariter scribere intermisimus. Quæ tamen omnia prædicta Christiani magis quam pagani habere debent, et munimen magnum erit omnibus Christianis, si hæc omnia habuerint; 337 detrimentum vero et judicium, si perdiderint. Quod si ob hoc certare noluerint, et aurum magis amaverint, in ea plus invenient aurum quam in toto mundo. Nam soli thesauri ecclesiarum Constantinopolis in argento, auro, gemmis et lapidibus pretiosis et pannis sericis, id est palliis, sufficere possint omnibus mundi ecclesiis; quos tamen omnes thesauros

(*a*) Al. *Pincinnatis.*
(*b*) Al. *Pincinnatorum.*
(*c*) Anna p. 205, 206.
(*d*) Vide Greg. VII ep. 49 lib. I et Berthold. Constanti ad an. 109.
(*e*) Vid. Syntagma nostrum de capite S. Joan. Baptistæ, cap. 7, n. ...

mis revertens. **202** Is juramento quod Latini solent imperatori præstito, pollicitus insuper se simul ditionem attigisset suam, missurum ipsi auxilio equites quingentos. Hunc regie imperator acceptum donisque cumulatum atque honoribus, lætum ad sua dimisit. Movit inde Augustus postea exercitumque quantum maximum congregare summa tum cura potuit Adrianopolim transtulit. At Scythæ penetratis angustiis montium qui Goloen inter ac Diampolim siti sunt, circa locum Marcellam dictum castra sunt metati. Ea re Augustus cognita, cum etiam didicisset esse in itinere Comanos exspectarique reditum eorum, veritus est ne facile contracta inter se pace utrique Barbari, consensu incumberent in perniciem Romanæ rei. Misit ergo Synesium ad Scythas bullis aureis, quantum ad fidem faciendam esset opus, instructum, cum mandatis pollicendi eis ab imperatore largam copiam rerum omnium necessariarum, modo inducere in animum, atque in eo fidem obligare suam traditione obsidum, vellent, manere in loco quem jam occupassent, nec ulterius tendere. Cogitabat nempe imperator providus periculum in auxilium vertere, et adversus imminentes Comanos, si ad Istrum, quod fama ferebat, denuo moverent, irrumpereque in Romanos conarentur fines, horum præsidio Scytharum ad tutanda ostia uti. Addiderat mandatis Synesio datis, ut si difficiles se ad eas conditiones Scythæ præberent, cito illis ibi relictis ad se reverteretur, nec sustineret differri sibi responsum quoad illi castra promovissent. Egit cum Scythis ex imperatoris voluntate Synesius prudenter, nec sine successu. Eunt frequentes in sententiam iciendi cum imperatore fœderis Fuit cum illis idoneo spatio Synesius, suaque comitate ac liberalitate imperatoris apte usus ad demulcendos feros animos offensionumque causas omnes accurate removendas, pacem stabilivit, quantum provideri humanitus potuit.

A ἀποδίδωσιν ὅρκον (5), ὑποσχόμενος ἅμα τῷ τὰ οἴκοι καταλαβεῖν συμμάχους ἀποστεῖλαι οἱ ἱππεῖς πεντακοσίους. Φιλοτιμησάμενος τοίνυν τὸν τοιοῦτον ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὰ σφέτερα χαίροντα προέπεμψεν. Ἀπάρας οὖν ἐκεῖθεν ὁ αὐτοκράτωρ μεθ' ὧν αὖθις συνελέξατο δυνάμεων καταλαμβάνει τὴν Ἀδριανούπολιν, οἱ δὲ Σκύθαι διεληλυθότες τὰ μεταξὺ τέμπη, μέσον Γολόης καὶ Διαμπόλεως, κατὰ τὴν λεγομένην Μαρκέλλαν (6) τὸν χάρακα ἐπήξαντο. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ τὰ κατὰ τοὺς Κομάνους μεμαθηκὼς, ἐπεὶ προσδόκιμοι ἐπαναστρέψαι ἦσαν, ἐδεδίει τὴν ἐκείνων ἔλευσιν ὑφορώμενος. Μεταπεμψάμενος τοίνυν τὸν Συνέσιον, καὶ τοῖς πρὸς τοὺς Σκύθας χρυσοβούλλοις λόγοις ἐφοδιάσας ἐκπέμπει παραγγείλας, ὡς εἰ μὲν πεισθεῖεν σπείσασθαι, καὶ δοῖεν ὁμήρους ἀναB χαιτίσαι αὐτοὺς τῆς ἐπὶ πρόσω φορᾶς, καὶ παρασκευάσαι μένειν ἐν ᾧ προκατέλαβον τόπῳ, καὶ οὕτω χορηγεῖν αὐτοῖς δαψιλῆ τὰ χρειώδη· ἐσκόπει γὰρ τούτοις κατὰ τῶν Κομάνων χρήσασθαι, εἰ τὸν Ἴστρον αὖθις καταλαβόντες πρὸς τὰ πρόσω χωρεῖν ἐπιχειρήσαιεν, εἰ δέ γε οἱ Σκύθαι μὴ πείθονται, αὐτοῦ που καταλιπεῖν αὐτοὺς καὶ ὑποστρέψαι. Κατέλαβε τούτους ὁ ῥηθεὶς Συνέσιος, καὶ τὰ εἰκότα προσομιλήσας ἔπεισεν ὑποσπόνδους γενέσθαι τῷ βασιλεῖ. Κἀκεῖσε προσκαρτερῶν πάντας αὐτοὺς θεραπείας ἠξίου, πᾶσαν περιαιρῶν σκανδάλου πρόφασιν.

Interim reversi Comani animo et apparatu committendi cum Scythis prælii, ubi hostes non repertos transisse claustra didicerunt, atque apud Marcellam pacem cum imperatore pepigisse; mittunt qui ab eodem peterent, sibi ut per eum liceret

C Ἐπαναστρέψαντες δὲ αὖθις οἱ Κόμανοι παρεσκευασμένοι πρὸς τὸν κατὰ τῶν Σκυθῶν πόλεμον, καὶ μὴ ἐντυχόντες αὐτοῖς, ἀλλὰ μεμαθηκότες τὴν τούτων διὰ τῶν κλεισουρῶν ἔλευσιν, καὶ ὅτι τὴν Μαρκέλλαν καταλαβόντες εἰς εἰρηνικὰς ἦλθον μετὰ

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

inæstimabiliter thesaurus matris ecclesiæ, scilicet Sanctæ Sophiæ, id est Dei sapientiæ, superat, et absque dubio thesauro templi Salomonis coæquari potest. Quid iterum de infinito nobilium thesauro dicam, cum thesaurum negotiatorum rusticorum nemo æstimare possit? Quid invenitur in præteritorum imperatorum thesauris? Pro certo dico, non erit lingua quæ illum recitare valeat, quoniam non solum Constantinopolitanorum imperatorum ibi thesaurus habetur, sed etiam omnium antiquorum Romanorum imperatorum thesaurus ibi est translatus, et in palatiis absconditus. Quid amplius dicam? Quod certe patet oculis hominum, nihil est quantum ad illud absconditum. Currite ergo cum tota gente vestra, et omnibus vestris viribus certate, ne talis thesaurus in manibus Turcorum et Pincinatorum cadat, quia cum sint infinita, adhuc LX millia exspectantur quotidie, et timeo ne per illum thesaurum paulatim nostros seducant cupidos milites, quemadmodum Julius Cæsar olim fecit, qui regnum Francorum cupiditate invasit, et quomodo Antichristus capturus totum mundum in fine mundi est acturus. Agite ergo dum tempus habetis, ne Christianorum regnum, et, quod majus est, Domini perdatis sepulcrum, et in te non judicium, sed mercedem habeatis in cœlum. Amen. »

Hactenus Alexii epistola, quam genuinam et non confictam esse, vel minime adulterinam, abunde probant quæ ex illa delibavit, scriptisque suis inseruit, sed longe elegantioribus vestita verbis, Guibertus, lib. I *Hist. Jer.*, cap. 4; scripta vero hic innuitur anno post redactas in Græcorum potestatem (*), Alexii arte et industria, Galatiæ et D Paphlagoniæ urbes, quas inter præcipuum locum obtinuit Sinope: proinde paulo ante Gelaloldali sultani obitum, quem an. Christi 1093 contigisse supra a nobis est observatum.

(5) *Ὅρκον*. Hominium, cujusmodi eidem Alexio a Gothofredo Bullionensi, cæterisque proceribus Francis præstitum narrat Anna, lib. VIII, pag. 289.

(6) *Μαρκέλλαν*. Paulus Diac., lib. XXIII *Hist. Miscell.* in Constantino Irenes filio: *Julio mense exercitum movit adversus Bulgares, et construxit castrum Marcellorum.* Eodem libro *Marcella* dicitur, *Ego veniam ad Marcellam.*

(*) Anna pag. 170, 176.

τοῦ βασιλέως σπονδάς, ἐξαιτοῦνται διελθεῖν τὰς κλεισούρας, καὶ προσβαλεῖν τοῖς Σκύθαις. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνένευσε προσφυλακῶς σπείσασθαι μετὰ τῶν Σκυθῶν, εἰπών, ὡς[8] Οὐ χρεία τὸ παρὸν βοηθείας ἡμῖν, λαβόντες ἱκανὰ ἐπαναστρέψατε. Καὶ φιλοφρονησάμενος τοὺς πρέσβεις, δῶρά τε ἱκανὰ ἐπιδοὺς μετ' εἰρήνης ἀπέστειλε. Τοῦτο θάρσος τοῖς Σκύθαις ἐνέβαλε, καὶ παρασπονδήσαντες τῆς προτέρας ἀπανθρωπίας εἴχοντο ληϊζόμενοι τὰς παρακειμένας πόλεις καὶ χώρας. Ἀστατεῖ γὰρ ὡς ἐπίπαν ἅπαν τὸ βάρβαρον, καὶ σπονδὰς φυλάττειν οὐ πέφυκε. Τοῦτο θεασάμενος ὁ Συνέσιος ἐπανέρχεται πρὸς τὸν βασιλέα αὐτεπάγγελτος [αὐτάγγελος], μηνυτὴς γεγονὼς τῆς τῶν Σκυθῶν ἀγνωμοσύνης καὶ παραβάσεως. Τὴν Φιλιππούπολιν δὲ τούτων καταλαμβανόντων[9], τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ βασιλεύς, ἐν ἀμηχανίᾳ καθίστατο, ἀποχρώσας πρὸς τοσαῦτα πλήθη μὴ ἔχων δυνάμεις, ὥστε ὅλως τὴν μετ' αὐτῶν μάχην ἀναδέξασθαι. Ὁποῖος δὲ ἐκεῖνος ἐν ἀμηχάνοις πόρους εὑρίσκων, καὶ μηδοπωσοῦν καταπίπτειν ἐν περιστάσεσιν εἰωθώς, δεῖν ἔγνω δι' ἀκροβολισμῶν καὶ λόχων τὴν τούτων μελετῆσαι καθαίρεσιν. Καὶ οὕτω στοχασάμενος τῶν τόπων, καὶ τῶν πόλεων, ἔνθα καταλαμβάνειν ἐκεῖνοι πρωΐας ἔμελλον, αὐτὸς ἑσπέρας τὴν τούτων προκατελάμβανεν ἔλευσιν, εἰ δὲ ἑσπέρας τούτους ἐμεμαθήκει τόπον τινὰ καταλαβεῖν, ἐκεῖνος τὸν τοιοῦτον πρωΐας κατελάμβανε. Καὶ ὡς δύναμις δι' ἀκροβολισμῶν καὶ λόχων πόῤῥωθεν πρὸς αὐτοὺς ἀπεμάχετο, ὡς μὴ ἐγκρατεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι τῶν φρουρίων. Καταλαμβάνουσιν δὲ ἄμφω οἵ τε Σκύθαι καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὰ Κύψελλα (7). Ἐπεὶ δὲ τὸ ἐλπιζόμενον μισθοφορικὸν οὔπω κατέλαβε, γινώσκων ὁ αὐτοκράτωρ τὸ ὀξυκίνητον τῶν Σκυθῶν, καὶ ὁρῶν αὐτοὺς ἤδη καὶ αὐτὴν τὴν βασιλίδα καταλαμβάνοντας τῶν πόλεων ξὺν τάχει πολλῷ ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν. Καὶ μὴ ἀποχρώσας δυνάμεις πρὸς τοσαῦτα πλήθη ἔχων, τὸ μὴ χεῖρον, ὅ φασιν, βέλτιον λογισάμενος, πρὸς εἰρηνικὰς αὖθις ἀπεῖδε[10] σπονδάς. Ἐρωτᾷ γοῦν, πρέσβεις ἀποστείλας πρὸς αὐτοὺς τὰ περὶ εἰρήνης. Οἱ δ' αὖθις τῷ τοῦ βασιλέως ὑπεῖξαν θελήματι. Προέφθακε[11] δὲ πρὸ τῶν εἰρηνικῶν σπονδῶν αὐτόμολος παραγενέσθαι ὁ Νεάντζης. Πέμπεται τοίνυν ὁ Μιγιδηνός, ὥστε πανηγύρεις ἐξάγειν ἐκ τῶν παρακειμένων χωρῶν, οὗ ὁ υἱὸς εἰς τὸν γεγονότα ὕστερον πόλεμον κατὰ τὸν ..... τόπον ὀξέως κατὰ τῶν Πατζινάκων ὁρμήσας, καὶ παρασυρεὶς παρὰ γυναικὸς Σκυθίδος ἑάλω διὰ σιδηρᾶς ἅρπης εἴσω τῶν ἁμαξῶν ἑλκυσθείς. Οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεῖσαν ἐπρίατο ὁ βασιλεὺς ἐξ αἰτήσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Ὑπὸ δὲ τῆς ἀφορήτου θλίψεως ἐπὶ τρισὶ νυχθημέροις διαχερμάδος[12] λίθου τύπτον[13] τὸ στέρνον ὁ πατὴρ τελευτᾷ.

claustris penetratis pugnare cum Scythis. Non potuit id annuere Augustus, fœdere paulo ante Scythico concluso. Legatos tamen Comanorum benevole ac munifice accepit, donisque oneratos dimittens, mandavit ut suo nomine Comanis referrent: imperatorem in præsens quidem habere ipsis gratias, nec enim auxilio egere: cupere autem ut ipsi muneribus non parvis quæ ad ipsos missurus esset, acceptis, redirent in domos suas. Eo facto, liberati metu Scythæ, nullo jam fœderis respectu audaciam continuerunt, sed in latrocinia ut prius effusi vicinas late urbes et regiones crudelissimis grassationibus infestas et deprædationibus habebant. Inquietissima quippe natura Barbarorum est, indocilisque maxime **203** indoles ad pactorum conventorum observationem. Redit ergo ad imperatorem Synesius oculatus index mutatæ voluntatis atque ingratissimæ perfidiæ Barbarorum. Brevi postea nuntiatur pervenisse jam eos Philippopolim; quæ res curam ingentem incussit imperatori ad prælium contra tantam multitudinem haudquaquam idoneis instructo copiis. Tamen, ut animo erat erecto semper ac præsenti, quem nec adversa dejicerent, nec conturbarent, dubia casuum, quo minus certum in rebus quamlibet incertis consilium expediret, decrevit tali tempore insidiis tantum ac furtis belli, subitisque velitationibus rem gerendam. Isto adeo consilio procedere audet cum paucis in innumerabilium occursum, obstare certus progressibus ruentium. Intercludebat iter hostium positis contra suorum castris: quæ ut fidam et hostilibus imperviam assultibus stationem haberent, loci delectu et valli munitione consequebatur. Hinc exploratoribus quoquoversum missis intentus, et pro se ipse acri vigilia in omne momentum occasionis, motum progressumque exercitus ad belli usum accuratissima ratione gubernabat. Odorabatur videlicet sagacitate mira quo potissimum cogitarent Scythæ; eo comperto, quam urbem quemve locum adire illi postridie destinassent, ea ille præoccupabat jam præcedente vespera: rursus quo iidem venturos se vespere putarant, eo imperator summo mane præcesserat. Ad hæc jaculationibus procul tutis, subitisque coorientium ex occulto impressionibus suorum carpebat assidue Barbaros, successibus vel ea re non contemnendis, quod nulla jactura, ne periculo quidem, empti, tamen ad morandum victorum cursum impediendumque ne arcibus aliisque subinde invadendis ditionem Romanam arctarent, suam extenderent, conferebant plurimum. Non poterat tamen plane sisti torrens, quin evolutis obicibus quantiscunque iret semper et ferretur quo pendebat præceps. Itaque jam usque ad Cypsella Scythæ promoverant. Nec defuit imperator quin castris illic de

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[8] Deest vocula ὡς. [9] καταλαβόντων. [10] ἐπεῖδε. [11] προέφθασε. [12] διὰ χερμάδος. [13] τύπτων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(7) *Κύψελλα*. Thraciæ urbs ad Hebrum, de qua geographi passim.

more objectis regionem adhuc intactam tegeret: verum remedio fortiori res egebat. Cum autem quæ dudum exspectabantur auxiliares copiæ conducti militis nondum adessent, videretque Augustus sustineri amplius non posse inflammatum prædæ cupiditate Scytharum impetum in urbem regiam ruentium, quo, ut se habebant quotidiani progressus eorum, cito perventuri videbantur; coactus magnitudine periculi conscientiaque paucitatis atque infirmitatis exercitus quem ductabat, denique melioris inopia consilii, tentandam iterum pacis spem decrevit, missis ea de re legatis ad Scythas, non frustra. Nam hi pro imperatoris voto in fœdus consenserunt. Antea porro quam id fieret, transfugerat ad Romanos Neantzes. Mittitur ergo Migidenus, ut ex regionibus et locis adjacentibus conventus educeret. Hujus filius contracta deinde pugna cum Barbaris ad locum *** nominatum, cum in Patzinacas fervide inveheretur, seque illorum plaustris admovisset audacius, a muliere Scythide falce aut unco ferro in plaustrum attractus et captus est: cujus amputatum caput imperator patris ejus rogatu redemit. **204** Miser autem pater dolore amens per tres dies noctesque continuas pectus sibi saxo pulsare non desinebat, quoad luctum morte finiit.

Cæterum haud longi temporis pax fuit, cito Scythis canum instar, ad proprium vomitum redeuntibus. Hi moventes a Cypsellis, Tauroconium stativa transferunt, ubi hieme traducta vicos urbesve adjacentes latrociniis populabantur. Orto autem jam vere inde Chariopolim veniunt. At imperator apud Bulgarophygum commorans, non amplius sibi cunctandum aut furtis insidiisque ducendum censebat bellum. Sed abruptis a reliquo exercitus corpore juvenibus strenuis, magno numero delectuque exquisito, iis nempe quos archontopolos vocant, florenti omnes ætate ac prima lanugine signantes genas, expertæ in præliis fortitudinis, ut passim ineluctabilis eorum impetus haberetur: imperavit ut cir-

A Οὐκ ἐπὶ πολὺ δὲ τὰ τῆς εἰρήνης τῶν Σκυθῶν διήρκει. ἀλλ' αὖθις πρὸς τῶν ἴδιον [14] ἔμετον, ὡς κύνες ἐστράφησαν. Ἀπάραντες οὖν ἀπὸ τῶν Κυψέλλων καταλαμβάνουσι τὸν Ταυρόκωμον, κἀκεῖ παραχειμάσαντες ἐληΐζοντο τὰς παρακειμένας κωμοπόλεις. Ἔαρος δὲ ἤδη ἀναφανέντος, ἐκεῖθεν εἰς Χαριούπολιν ἔρχονται. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον (8) διατρίβων οὐκέτι ἐν ἀναβολαῖς ἦν, ἀλλὰ μέρος τοῦ στρατοῦ ἀποτεμνόμενος ἱκανὸν, λογάδας ἅπαντας, καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς ἀρχοντοπώλους [15] (9) καλουμένους νέους, ἀρτιφυεῖς πάντας τὸ γένειον, τὴν ὁρμὴν ἀνυποστάτους, προσέταξεν ἐξ ὀπισθίων τοῖς κατὰ τὸ ἄκρον τῶν ἁμαξῶν ἱσταμένοις προσβαλεῖν. Τὸ δὲ τῶν ἀρχοντοπώλων τάγμα παρὰ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[14] τὸν ἴδιον. [15] Ἀρχοντοπούλους. Sic semper.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(8) *Βουλγαρόφυγον*. *Bulgarofle*, Villhardnino. Vide notas ad eumdem scriptorem.

(9) *Ἀρχοντοπούλους*. Quemadmodum apud Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, aliosve divisus olim fuit nobilium ordo in tres classes, baronum scilicet, militum, seu equitum et domicellorum, seu scutiferorum, ita apud Byzantinos, qui Latinorum mores, velut simiæ, ævo sequiori æmulati sunt, nobilium ordo in tres pariter classes distributus fuit. Universim vero nobiles et magnates aulæ Constantinopolitanæ ἄρχοντες appellantur, ut ex Luitprando, lib. III, cap. 9; Willelmo Tyrio, lib. XX, cap. 18, et Byzantinæ Historiæ scriptoribus colligere quivis potest. Horum uxores ἀρχοντίσσαι dicuntur Nicetæ in Isaacio, lib. III, n. 11. Ordo ipse nobilium, ἀρχοντικὸν ab Anna, ἀρχοντικὴ τάξις appellatur a Cantacuzeno in Prœmio Hist. Nobiles igitur qui sanguinis nexu imperatoribus proximi erant, aut qui generis, officii et dignitatis prærogativa cæteris præstabant, πρότεροι ἄρχοντες vocantur in diplomate Andronici apud Phranzem, lib. III, cap. 24, προτερεύοντες τῶν ἀρχόντων, apud Theophylactum Simocat., lib. VIII, cap. 9: Ὁπόσοι τῆς μείζονος τύχης, apud Annam, p. 221, συγκλητικοὶ ἄρχοντες apud Scylitzem, pag. 857. Cæteri quorum minor dignitas, ἄρχοντες nude ac simpliciter, Constantino Porph. in Novel. Περὶ δυνατῶν, etc. κατωτέρω ἄρχοντες dicuntur. Erant præterea ἀρχοντόπουλοι, seu **338** ἀρχοντόπουλα, (neutro enim genere non semel vocem hanc efferunt Byzantini scriptores, Codinus, *De offic.*, cap. 6, n. 38; Cantacuzenus, lib. I, cap. 48; Constantinus, in *Hist. Apol. Tyr.*, etc.), qua appellatione indigitabantur nobiles, qui nullum officium in aula, aut militia Byzantina obibant, præsertim vero nobilium et procerum filii, nulla propter ætatem di-
B gnitate insigniti. Quemadmodum enim apud nos milites, seu equites, domini, qui autem nondum militari ordine donati erant, quantumvis nobiles, et illustri natalium splendore, vel serie, conspicui, *domicelli* nuncupabantur, tanquam minores domini, aut certe dominorum liberi: sic etiam Byzantini nobilium suorum et archontum filios, non ἄρχοντας, sed ἀρχοντοπούλους appellarunt, vocabulo mixobarbaro, quo non tam ἄρχοντες, quam ἀρχόντων filii, quandoque etiam inferioris ordinis ἄρχοντες indicantur. Terminatio enim πουλος, seu πωλος, vocabulorum notioni quidpiam detrahit, vimque habet minuendi. Plerumque etiam filium significat; ita apud Zonaram in Bulgaroctono κομητόπουλοι, sunt comitum filii, et Humbertopulus apud Annam, est Humberti filius; quæ loquendi formula Anglo-Normannis familiaris olim fuit, nomen patris, filii nomini præponentibus; quod præterea de Hybernis observat Camdenus. Enimvero
C ἀρχοντόπουλοι, cujuslibet essent conditionis, aut generis, vel etiam dignitatis, in palatio imperatoris nudis stabant capitibus, cum cæteri ἄρχοντες et proceres sciadiis pro ratione officii, aut ordinis, capita operirent, uti testantur Nicephorus Gregoras, lib. II extremo, et Codinus, *De offic.*, cap. 3, n. 12, et cap. 7, n. 32. Totum hunc aulæ Constantinopolitanæ procerum ordinem discimus ex supra laudato Andronici diplomate· Εἴτε τῶν πρωμενῶν (leg. πρότερων) ἀρχόντων τῆς βασιλείας μου, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἀρχοντοπούλων αὐτῆς. Ex his igitur satis liquet quæ fuerit τῶν ἀρχοντοπούλων phalanx ab Alexio instituta, conflata scilicet ex nobilioribus adolescentibus aulæ Constantinopolitanæ, quibus ἀρχοντοπούλων nomenclaturam primus indidit: Καὶ ἀρχοντοπούλους ὠνόμασεν, ὡσανεὶ ἐξ ἀρχόντων υἱοὺς γεγονότας.

Ἀλεξίου πρώτως ἐφεύρητο. Ἀστρατίαν γὰρ ἐχούσης τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς διὰ ῥαθυμίαν ἀνέκαθεν [16] αὐτοκρατόρων, συλλεξάμενος ἁπανταχόθεν αὐτοὺς τῶν ἀποπεπτωκότων στρατιωτῶν υἱεῖς ἐγύμνασέ τε πρὸς ὅπλα καὶ πόλεμον, καὶ ἀρχοντοπώλους ὠνόμασεν ὡσανεὶ ἐξ ἀρχόντων υἱοὺς γεγονότας ἵνα διὰ τοῦ ὀνόματος εἰς τὴν τῶν γονέων εὐγένειάν τε καὶ ἀνδρίαν ἀναφερόμενοι καὶ οὗτοι, θούριδος ἀλκῆς μνήσαιντό τε καὶ ἀνδρειότεροι γένοιντο, τοῦ καιροῦ τούτοις τόλμαν καὶ ῥώμην ὑπαγορεύοντος. Τοιοῦτον δὴ τὸ τῶν ἀρχοντοπώλων τάγμα, ὡς ἐν ὀλίγῳ εἰπεῖν, εἰς δύο χιλιάδας συμποσούμενον, ὥσπερ ποτὲ καὶ τοῖς Λάκωσιν ἐφεύρητο ὁ ἱερὸς λεγόμενος λόχος. Οὗτοι τοίνυν οἱ νεόλεκτοι ἀρχοντόπωλοι ἐσταλμένοι πολεμικῶς ᾔεσαν. Οἱ δὲ κάτωθεν τοῦ αὐχένος προλοχίζοντες Σκύθαι [17] τὰς τούτων ἐφόδους ἐπετήρουν· καὶ θεασάμενοι τούτους κατὰ τῶν ἁμαξῶν ἀφωρμηκότας, ἀσχέτῳ ῥύμῃ κατ' αὐτῶν ἵενται. Καὶ ἀγχεμάχου τῆς συμπλοκῆς καταστάσης, πίπτουσι τῶν ἀρχοντοπώλων ὡσεὶ τριακόσιοι ἐκθύμως μαχόμενοι. Περὶ ὧν πολὺν [18] χρόνον βύθιον ἔστενεν ὁ βασιλεὺς, δάκρυα θερμὰ ἐκχέων, καὶ ὀνομαστὶ ἕκαστον καθάπερ [19] ἀπόδημον ἀνακαλούμενος. Ἡττήσαντες οὖν οἱ Πατζινάκοι τοὺς ἀντιτεταγμένους, διὰ τῆς Χαριουπόλεως διελθόντες, ἀπονενεύκασι πρὸς τὸν Ἄπρον, ἅπαντα ληϊζόμενοι. Τῇ γοῦν προτέρᾳ μεθόδῳ χρησάμενος αὖθις ὁ βασιλεὺς προκαταλαμβάνει τούτους, καὶ εἴσεισιν εἰς τὸν Ἄπρον (10)· οὐ γὰρ προσῆσαν αὐτῷ ἀποχρῶσαι δυνάμεις, καθάπερ πολλάκις εἴρηται, πρὸς μάχην τοῖς ἀντικαθισταμένοις. Τοιγαροῦν γινώσκων αὐτοὺς κατὰ τὰς αὐγὰς ἡλίου εἰς προνομὴν ἐξερχομένους, μετακαλεσάμενος τὸν Τατίκιον, οὗ ὁ λόγος ἐν πολλοῖς ἐμέμνητο, ἐνετείλατο συμπαραλαβεῖν μεθ' ἑαυτοῦ τούς τε καλουμένους ἠνδρειωμένους τῶν ἀγούρων (11) καὶ τῶν περὶ τὴν θεραπείαν αὐτοῦ οἰκειοτέρων τοὺς λογάδας καὶ τοὺς Λατίνους ἅπαντας καὶ κατὰ τὸ περίορθρον τὰς Σκυθικὰς ἐκδρομὰς διυπνισθέντας τηρεῖν, ὥσθ' ὁπηνίκα τοὺς Σκύθας εἰς προνομὴν ἐξιόντας τῆς ἰδίας πόῤῥω γενέσθαι παρεμβολῆς στοχάζοιντο, κατ' αὐτῶν τηνικαῦτα ὅλους ῥυτῆρας ἐνδοῦναι. Ὁ δὲ κατὰ τὸ ἐντεταλμένον πεποιηκὼς, κτείνει μὲν τετρακοσίους, ἱκανοὺς δὲ καὶ ζωγρίαν [20] ἄγει. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Καταλαμβάνουσιν οἱ τοῦ [21] Φλάντρα ἀποσταλέντες ἱππεῖς ἔκκριτοι ὡσεὶ πεντακόσιοι, χάρισμα κομίζοντες τούτῳ ἵππους ἐκκρίτους τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν πρὸς τοῖς πεντήκοντα· ἀλλὰ καὶ ὅσους τῆς προκειμένης αὐτοῖς χρείας εἶχον ἐπέκεινα, ἀποδεδώκασι τούτῳ τιμῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος δεξιωσάμενος

cumducti a tergo Scythas adoriuntur eos qui e summis exstabant plaustris. Hæc archontopolorum cohors inventum Alexii est, nullum non moventis lapidem ut labefactatam ac funditus perditam superiorum desidia imperatorum Romanam militiam restitueret, si qua ratione posset. Illud ad istum finem utile inter alia ei occurrit: militum defunctorum filios congregavit undique, conscriptosque in novum agmen armavit, exercuitque diligenter ad pugnam, indito archontopolorum nomine toti isti turmæ proprio, ex origine indicante esse ipsos filios tribunorum centurionumque aut similium qui ducendis ordinibus operam bello navassent: quo vocabuli admonitu verisimile erat concepturos eos generosum propositum non degenerandi a paterna virtute, et heroicis in occasione facinoribus sanguinis fidem ac nobilitatem affirmandi. Excrevit brevi ea cohors usque ad numerum duum millium: simileque habere quippiam visa est illi sacro agmini a Laconibus olim excogitato nominatoque. Ili ergo recens lecti archontopoli juvenes in Scythas ut jubebantur armati vadunt. At Barbari loco depresso prope jugum ex quo eminebant, insidiis positis exitium incautis machinabantur: adeoque jam commisso cum insessoribus plaustrorum intentos certamini, a tergo summo impetu adorti, consertoque acri prælio, trecentos ex ipsis generose pugnantes necant: quos longo tempore altis suspiriis calidisque lacrymis prosecutus imperator est, nominatim unumquemque inclamans, tanquam non mortuos, sed peregre profectos cum spe reditus arbitraretur. Victores Patzinaci transita Chariopoli ad Aprum tendunt cuncta obiter vastantes. Quid faceret imperator nova clade domitus, nisi audacia non succedente ad Fabianas artes et expertam paulo ante rediret sustentandi belli methodum? Occupat ergo destinationem Barbarorum et cum suis copiis ad aperte pugnandum, ut sæpe diximus, nimium paucis, ad tardandum **205** victorum cursum utcunque suffecturis, Aprum ingreditur priusquam eo Scythæ pervenissent. Eodem admotis Barbarorum castris cum cognovisset imperator postridie sub solis ortum prodituros inde prædatores, accersito, cujus sæpe meminimus, Tatticio mandavit, ut sumptis secum e pædagogio aulæ regiis pueris bello jam maturis (cohors erat e re nomen nacta, ut epheborum in virile robur adultorum diceretur) fidissimis quoque quos haberet domesticis suis ipsius ac famulis, præterea Latinis universis, primo diluculo excubaret ad observandas excursiones

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[16] τῶν ἀνέκαθεν. [17] Deest vox Σκύθαι. [18] ἐπὶ πολύν. [19] καθαπερεί. [20] ζωγρήσας. [21] παρὰ τοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Ἄπρον*. Apros, Thraciæ urbs, archiepiscopali et metropolitana dignitate insignis, de qua Cantacuzenus, lib. I, et Veteres Notitiæ.

(11) *Ἀγούρους*. Hoc vocabulo ephebos a Thracibus nuncupatos ex Eustathio pridem docuit H. Stephanus, qua etiam, notione eadem, usum Nicetam observat Meursius. Leo Grammat. p. 460: Θεασάμενος οὖν αὐτὸν ἐπιάγουρον καὶ μεγάλην κεφαλὴν ἔχοντα, ἐπέθηκεν Κεφαλᾶν.

Scytharum, ut cum eos qui prædandi causa exissent procul jam abesse a castris ipsorum appareret, equos ipse cum suis in eos totis habenis immittens, circumventos opprimeret. Haud secus quam imperaverat est factum. Scythæ quadringenti cæsi, nec pauci captivi ducti. Quid postea? Adveniunt missi a comite Flandriæ egregii equites fere quingenti, munus a domino suo imperatori offerentes equos eximios quinquaginta supra centum. Quin et ipsi privatim pro se quisque quotquot habuere supra usum eidem vendidere. Quibus Augustus benevole ac munifice exceptis, gratias insuper multas habuit retulitque. At cum paulo ante certi allati essent ab Oriente nuntii, quibus constabat Nicææ præfectum (vulgo Persarum satrapam vocant, sed nunc a Persis qui Turcis parent nominari solet amiras) Apelchasemum expeditionem in Nicomediam quanta maxima posset cura ac diligentia parare, Flandrenses eo equites ad urbem regionemque tutandam misit.

A τούτους, ἱκανῶς ἀπεδίδου τὰς χάριτας. Ἀγγελίας δὲ ἐκ τῆς ἑῴας καταλαβούσης ὅσον ἤδη ὁπλίζεσθαι τὸν τὴν Νίκαιαν φρουροῦντα, ὃν ἡ συνήθεια μὲν τῶν Περσῶν σατράπην (12) ἀποκαλεῖ, οἱ δὲ νῦν τὰ Περσῶν φρονοῦντες Τοῦρκοι Ἀμηρὰν ὀνομάζουσι, τὸν Ἀπελχασὴμ (13) κατὰ τῆς Νικομήδους, ἀποστέλλει τούτους πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας.

Per id quoque temporis Tzachas probe edoctus quantopere nutaret in Occidente Romana res quantoque imperator labore ac miseria vix ac ne vix quidem Patzinacarum contra incumbentium pondus sustineret, occasionem magnæ rei sibi oblatam ratus, decrevit armare classem, ac Smyrnæo tum forte cuidam occurrens navalium operum peritissimo, curam dedit piraticarum apparandarum navium numero quam posset maximo. Agraria insuper (nomen est navigiorum alterius generis), agraria, inquam, tecta quadraginta experientibus nauticæ militiæ viris onusta, cum piraticis addidisset, solvens cum iis omnibus Clazomenas tenuit, et eam urbem primo adventu occupavit. Inde Phocæam appulsus et ipsam cepit. Ex hoc loco litteras dat ad Mitylenensis ditionis curatorem Alopum, quibus sese illi consulere significans minaciter denuntiabat: abiret mature, si saperet, alioqui, si eum illic mox deprehenderet, graves pœnas daturum. His territus curator nave noctu conscensa Constantinopolim petivit. Quo Tzachas comperto nihil cunctatus Mitylenem occupavit facile, una illi negotium Methymna faciente. **206** Est ea in promontorio istius insulæ sita civitas, cujus fidem constantem simul cognovit imperator, extemplo submissis navibus præsidia idonea suggessit, quibus oppugnationem Tzachæ posset repellere. Verum hic ea civitate non tanti habita, ut ei obsidendæ tempus alibi collocandum utilius vellet terere, tota statim classe invectus in Chium, totam et istam primo incursu occupavit insulam. His Tzachæ progressibus imperator motus,

B Τότε δὴ καὶ ὁ Τζαχᾶς (14) τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὴν δύσιν πολυσχιδῆ ὄχλησιν, καὶ τοὺς τῶν Πατζινάκων μετ' αὐτοῦ συχνοὺς πολέμους βεβαιωθείς, εὐκαιρίαν εὑρών, δέον ἐλογίσατο στόλον κτήσασθαι [11]. Σμυρναίῳ δέ τινι ἐντυχὼν τὴν κτίσιν αὐτῷ τῶν ληστρικῶν ἀνέθετο πλοίων, ὡς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐμπειρίαν πολλὴν ἔχοντι. Αὐτοῦ που δὲ πολλὰς κατασκευάσας ναῦς, πρὸς δὲ καὶ τεσσαράκοντα ἀγράρια σκεπαστά, καὶ ἐν αὐτοῖς ἄνδρας εἰσαγαγὼν ἐμπείρους, λύσας τὰ πρυμνήσια προσώρμισε ταῖς Κλυζομεναῖς (15), καὶ ἐξ ἐφόδου ταύτας κατέσχεν. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Φώκαιαν ἀπελθὼν εἷλε καὶ ταύτην ἐξ ἐπιδρομῆς. Κἀκεῖθεν ἀποστείλας πρὸς τὸν τὴν διοίκησιν Μιτυλήνης ἐμπεπιστευμένον κουράτορα (16) τὸν Ἀλωπόν, πάνδεινα ἠπειλήσατο, εἰ μὴ θᾶττον C ἐκεῖθεν ἀπέλθοι, κήδεσθαί τε αὐτοῦ λέγων, καὶ διὰ τοῦτο προμηνύειν τὰ μέλλοντα τούτῳ ἔσεσθαι δεινά, εἰ μὴ ἐκεῖθεν ἐκσταίη. Ὁ δὲ ἀπὸ τῶν τοῦ Τζαχᾶ ἀπειλῶν ἐκδειματωθείς, νυκτὸς εἰς ναῦν εἰσελθών, τὴν βασιλεύουσαν ἀνεζήτησε. Τοῦτο δὲ μεμαθηκὼς ὁ Τζαχᾶς οὐκέτι ἐν ἀναβολαῖς ἦν, ἀλλὰ παραχρῆμα ἀπελθὼν ἐξ ἐφόδου τὴν Μιτυλήνην κατέσχεν. Ἐπεὶ δ' ἡ Μήθυμνα περὶ τὸ ἄκρον ταυτησὶ τῆς νήσου διακειμένη οὐ προσεληλύθει τῷ Τζαχᾷ, ὁ βασιλεὺς περὶ τούτου πυθόμενος, παραχρῆμα διὰ πλοίων ἀποστείλας ἀποχρῶσαν δύναμιν, κατωχυρώσατο ταύτην. Ὁ μέν τοι Τζαχᾶς οὐδένα λόγον τῆς Μηθύμνης ἐποιήσατο, ἀλλ' εὐθὺ τῆς Χίου τὸν ἀπόπλουν ποιησάμενος ἐξ ἐφόδου κατέσχε καὶ ταύτην. Ὅπερ ὁ αὐτοκράτωρ μεμαθηκὼς πέμπει D κατ' αὐτοῦ στόλον ἀποχρῶντα μετὰ στρατιωτῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] κτίσαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(12) *Σατράπην*. Cliziasthlanem, Solimanni veteris filium.

(13) *Ἀπελχασήμ*. Atqui e vivis sublatus erat Apelchasem, cui successerat Cliziasthlan Solymanni filius, ope Pulchasis, Apelchasemi fratris, qui hic intelligi debet; proinde lego, τὸν Ἀπελχασὴμ ἀδελφόν.

(14) *Τζαχᾶς*. Tzachæ (Zachatam vocat Glycas) Turcici proceris in Hellesponti insulas irruptionem narrant etiam Zonaras et Glycas.

(15) *Κλυζομέναις*. Eadem, opinor, quæ Clazomenæ, urbs Ioniæ maritima: ut credam, facit Phoceæ et Mitylenes, seu Lesbi, insulæ vicinia.

(16) *Κουράτορα*. Erant apud Byzantinos curatorum varia genera; interdum enim et sæpius, curatores dicuntur ædium publicarum præfecti, seu *provisores*, uti vocantur in Vita Ludovici Pii. Quandoque etiam præfecti ærarii. Gloss. S. Benedicti cap. *De magistrat.*, *Curator*, φροντιστής, λογιστής. *Gloss. Græco-Lat.* λογιστής, *curator*. In vet. Inscr. *Curator ærari Mediolanensis*. Hac igitur functum dignitate in Lesbo insula Alopum constat. Summus autem ærarii præfectus μέγας κουράτωρ dicebatur. Vide tom. I, *Hist. Fr.*, pag. 860.

ἱκανῶν, ἡγεμόνα τούτων καταστησάμενος Νικήταν A τὸν Κασταμονίτην. Ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ τὸν μετὰ τοῦ Τζαχᾶ συνάψας πόλεμον ἡττᾶται παραχρῆμα, καὶ πολλὰς τῶν συνεπαγομένων αὐτῷ νηῶν ὁ Τζαχᾶς ἀφείλετο. Τοῦ συμβάντος δὲ τῷ Κασταμονίτῃ ὁ βασιλεὺς ἐν εἰδήσει γενόμενος ἕτερον ἐξοπλίζει στόλον, ἐπιστήσας δοῦκα τούτου Κωνσταντῖνον τὸν Δαλασσηνὸν [23] ἄνδρα μαχιμώτατον καὶ μητρόθεν τούτῳ προσήκοντα, ὃς κατὰ τὴν ἠϊόνα τῆς Χίου γενόμενος παραχρῆμα τῆς τοῦ κάστρου πολιορκίας εἴχετο, ἐκθύμως μαχόμενος καὶ σπεύδων τὴν πόλιν ἑλεῖν πρὸ τοῦ τὸν Τζαχᾶν ἀπὸ τῆς Σμύρνης καταλαβεῖν. Διὰ πολλῶν οὖν ἑλεπόλεων καὶ πετροβόλων ὀργάνων πλήξας τὰ τείχη καθαιρεῖ τὸ μεταξὺ τεῖχος τῶν δύο [24] πύργων. Οἱ δὲ ἐντὸς Τοῦρκοι θεασάμενοι τὸ γεγονὸς καὶ ἐγνωκότες, ὡς ἀνυπόστατοι ταῖς B ὁρμαῖς οἱ Ῥωμαῖοί εἰσιν, εἰς ἔλεον (17) τὸν τῶν ἁπάντων ἐπεκαλοῦντο Κύριον, ῥωμαΐζοντες. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Δαλασσηνὸν [25] καὶ τὸν Ὦπον ἀκάθεκτοι ἦσαν, σπεύδοντες εἴσω τοῦ κάστρου εἰσελθεῖν, κἂν παρ' αὐτῶν διεκωλύοντο, δεδιότων μήπως τὴν προαποτεθεῖσαν παρὰ τοῦ Τζαχᾶ λείαν ἅπασαν καὶ τὰ χρήματα, εἰσελθόντες ἀναλάβωνται, καὶ λεγόντων ὡς *Τῆς εὐφημίας τοῦ αὐτοκράτορος λαμπρᾶς ἤδη παρὰ τῶν Τούρκων γινομένης ἀκούετε, καὶ ὡς ὑπόσπονδοι ὑμῶν γεγόνασιν. Οὐ χρὴ οὖν εἰσελθόντας ἀπηνῶς τούτους κατασφάττειν.* Ἐπεὶ δὲ τὸ πᾶν τῆς ἡμέρας ἤδη παρῳχήκει καὶ νὺξ παρῆν, οἱ Τοῦρκοι ἕτερον τεῖχος ἀντὶ τοῦ ἐρειπωθέντος ἀνοικοδομήσαντες ἀπῃώρησαν τούτου C ἔξωθεν στιβάδας καὶ βύρσας (18) καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν πέπλον, ὡς ἂν ἡ σφοδρότης τῶν πεμπομένων λίθων ἐντεῦθεν ὑποχαλῶσα μερικῶς ποσῶς [26] ἐνδίδωσι.

A nauticas contra eum copias satis, ut putabat, multas firmasque misit, duce iis præfecto Niceta Castamonita. Hic primo statim congressu victus plerasque navium eripi sibi ab Tzacha passus est. Ad ejus cladis nuntium imperator aliam rursus classem armat, duce illi præposito Dalasseno viro fortissimo, materna ipsi cognatione juncto. Is appulsus Chium nullam arcis oppugnandæ moram fecit : quin suam occasionem ratus absentiam Tzachæ Smyrna, ut fama erat, reditum parantis, nihil sibi ad conatum omnem faciebat reliqui, quo expugnatio civitatis auxiliorum adventum præverteret. Ergo machinis et balistis vehementer incumbens, tandem muri spatium, quantum inter duas tenditur turres, diruit ac sternit. Eo Turci qui erant intus animadverso, B gnari quam ineluctabiles in muro nudatas arces Romanorum insultus esse soleant, Romanas conati voces misericordiam implorabant communis omnium Domini. At milites apud Dalassenum et Opum frequentes instabant, permitti sibi flagitantes irruptionem in apertam arcem. Recusabant duces, continebantque impetum multitudinis ad certam victoriam ruentis. Causa cunctandi erat metus, ne post expugnationem certo futuram, si miles ire sineretur, direptio mox consequens prædam multam ac variam a Tzacha comportatam in istam arcem, temere consumeret : quam ipsi restitutam dominis aut fisco servatam ac sibi mallent. Prætextus ab ostentata Turcorum deditione sumptus : *Audistis*, inquiebant, *ut Turci nostrum imperatorem agnoscunt* C *et ipsi, veneranturque. Cur vestros supplices et dedititios trucidaturi itis?* Sic extracta die Turci secuta nocte murum pro subverso muro alium attollunt, eumque qua parte spectabat hostes culcitris, pellibus omnisque generis centonibus diligenter protegunt : quo mollities tomenti vim tormentorum ac machinis ejaculatorum infringeret lapidum enervemque omnem faceret et inefficacem ejaculationem.

Καὶ ὁ μὲν Τζαχᾶς τὸν προσόντα στόλον αὐτοῦ ἐξοπλίσας, καὶ διὰ τῆς ἠπείρου ὡσεὶ ὀκτὼ χιλιάδας στρατεύσας, τοὺς Τούρκους [27], τὴν πρὸς Χίον φέρουσαν ἐβάδιζεν. Ὁ δέ γε στόλος αὐτῷ ἐπηκολούθει παραθέων τὴν ἠϊόνα. Ὁ δὲ Δαλασσηνὸς τοῦτο μεμαθηκώς, λῦσαι τὰ πρυμνήσια τοὺς ναυάρχας τοῦ στόλου παρεκελεύσατο, ἀποχρῶντας εἰσαγαγὼν ἐν αὐτῷ στρατιώτας, καὶ ἡγεμόνα τὸν Ὦπον, D βουλόμενος εἴπου τούτῳ συναντήσει διαπλοϊζομένῳ [28],

Interim Tzachas cum sua classe ad alterum insulæ appulsus latus terrestri versus urbem Chium itinere pergere instituit cum exercitu Turcorum fere octo millium : sequente ipsum et classe **207** ac circumlegente oram. Id ubi Dalassenus didicit, solvere navarchos jubet et adversus classem hostilem infestos ferri. Præfecerat Opum Romanis navibus, et D idoneo ipsos virorum fortium numero firmarat : jusseratque pugnam invadere quamprimum cum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[23] Δαλασηνόν. [24] δυεῖν. [25] Δαλασηνόν. Sic semper postea. [26] ὁποσῶς. [27] Τούρκους. [28] διαπλωΐζομένῳ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(17) *Εἰς ἔλεον*. Græco idiomate Dei misericordiam implorasse Turcos ait Anna, quod Turcicis hisce verbis facere solent : Ἀλλὰ οὐὰ Κουβὰρ ἀλλὰ, ut est in Saracenicis Sylburgii, pag. 195 : Ῥασοὺλ, Ῥασοὺλ Μαχουμέτη, vel, ἀλὰχ ταγκρὶ Μαχουμέτη. Vide Scip. Ammirat. ad Tacit., lib. XIV, cap. 5.

(18) *Στιβάδας καὶ βύρσας*. Vegetius, lib. IV, cap. 23 : *Adversum arietes vel falces sunt plura remedia ; aliquanti centones et culcitas funibus calcant, et illis opponunt locis, qua cædit aries, ut impetus machinæ materia molliore fractus, non destruat murum.* **339** Leo in *Tact.*, cap. 15, § 48 : Καὶ πρὸς τοὺς κριοὺς δὲ ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα ἀχύρα καὶ ψάμμῳ. Willel. Tyrius, lib. VIII, cap. 13 : *Cives a propugnaculis stramine plenos et palea saccos suspenderunt, vestes quoque et tapetia, trabes ingentis magnitudinis, et culcitas refectas bombyce a turribus et muro aliquantulum demiserunt, ut per eorum mollitiem et mobilitatem contortorum molarium ictus eluderent, et laborantium evacuarent conatum.* Adde cap. 18, et Albert. Aq. lib. VI, cap. 9.

vacais milite navigiis Turcorum. At Tzachas terram repente deserens classem conscendit cursumque infestus dirigit recta in obsessam urbem. Occurrit illi Opus circa noctem mediam, novoque ac inopinato classem hostium instructu dispositam miratur. Magno siquidem rudente aut catena Tzachas ad id parata ipsum naves suas universas complexus astrinxerat, ut nec retro ulla cedere, nec prorsum ultra cæterarum ordinem posset excurrere, acieique navalis sic formam corrumpere. Tali specie perculsus Opus, ne accedere quidem ausus propius, versis statim gubernaculis Chium repetiit. Tzachas recedentem caute ac sine tumultu contenta remigatione sequebatur, intervallo non magno. Sic appropinquabant ambo civitati. Primus Opus in portum urbis, quem antea Dalassenus occupaverat, naves induxit. Tzachas circumducta classe ultra portus ambitum, mœnibus obsessæ arcis naves admovit. Quarta dies hebdomadis erat. Postridie eductos e navibus numeravit descripsitque omnes. Dalassenus oppidulum quoddam portui propinquum conspicatus, avulso coæquatoque priori vallo, nova ad illud metatus et molitus castra est, in eaque pro tempore ac periculo satis munita suas copias universas transtulit. Sequenti die ambo exercitus armati prodeuntes instruebantur ad pugnam. Cæterum Romanus immotus in loco manebat, sic jussus a Dalasseno, qui rumpi phalangis textum contesserationemque cohærentium scutorum, discessu a se invicem discursuque militum vetuerat. Contraria ratione Tzachas totum ipsum corpus aciei barbaricæ infestum in Romanos immittebat, paucis turmatim equitibus pone jussis sequi. Turcos sic contra venientes intuiti Latini repente longis protensis hastis in eos adversi procurrunt. Barbari telorum procul ac jaculorum nimbis, non in Gallos collimantes ipsos, sed in equos eorum, multos straverunt in itinere ipso, alios emenso spatio admotos, hastis et ipsi cusi confoderunt. Ita plerisque cæsis cæteros effusa concitatos fuga intra vallum compulere: at illi ne hic quidem se tutos rati præcipiti ad naves cursu ferebantur. Romani spectaculo passim ac fœde fugientium Gallorum perculsi consternatique loco paulisper moti sunt: et ad muros ejus quod diximus oppiduli constiterunt. Turci **208** obstante nullo ad littus usque provecti naves quasdam occuparunt. Id conspicati nautici funes abscindunt, avulsique a ripa anchoris jactis in conspectu sistunt rei eventum speculantes. Jubet eos Dalassenus legere insulæ oram ab occiduo latere, et circumvectos occupare Bolissum, ibique suum adventum præstolari. Est Bolissus exiguum oppidum in promontorio situm hujus insulæ. Venit id consilium Dalasseni Scytharum quorumdam in notitiam, qui statim Tzacham adeuntes, indicarunt ei; at is quinquaginta extemplo speculatores exploratum misit, quandonam

A κατ' αὐτοῦ συμμῖξαι πρὸς πόλεμον. Ὁ δὲ Τζαχᾶς τὴν ἤπειρον καταλιπὼν κατευθὺ Χίου τὸν ἀπόπλουν ἐποιεῖτο. Καὶ συναντήσας αὐτῷ περὶ μέσας νύκτας ὁ Ὦπος, ὡς εἶδε καινήν τινα τὴν ναυλοχίαν ποιούμενον (καὶ γὰρ ἅλυσιν κατασκευάσας παμμεγέθη ἅπαντα[29] τὰ αὐτοῦ ἐδέσμησε πλοῖα, ὡς μήτε τοὺς τρεπομένους ἀποδιδράσκειν δύνασθαι, μήτ' αὖ πάλιν τοὺς προεκτρέχειν ἐθέλοντας τῆς ναυτικῆς συντάξεως διακόπτεσθαι), ἐκδειματωθεὶς καὶ μηδὲ προσπελάσαι τούτους θαῤῥήσας ὅλως, στρέψας τοὺς οἴακας, τὴν Χῖον αὖθις ἀνεζήτει. Ὁ δέ γε Τζαχᾶς σὺν ἐπιστήμῃ ἀκολουθῶν αὐτῷ οὐκ ἐνεδίδου τῆς εἰρεσίας. Ἐπεὶ δὲ τῇ Χίῳ προσπελάζειν ἔμελλον· ὁ μὲν Ὦπος τῷ λιμένι πρῶτος τὰς ναῦς προσώρμισε τῆς Χίου· προεφθάκει γὰρ τοῦτον κατασχεῖν ὁ Δαλασσηνός· ὁ B δὲ Τζαχᾶς περιπλεύσας τουτονὶ τὸν ἤδη ῥηθέντα τῆς Χίου ὅρμον, τῷ τείχει τοῦ κάστρου τὰς ἰδίας προσεπέλασε ναῦς. Τετρὰς δὲ τῆς ἑβδομάδος ἦν. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἐξελάσας τῶν νηῶν ἅπαντας ἠρίθμει τε καὶ ἀπεγράφετο. Ὁ δέ γε Δαλασσηνὸς πολίχνιόν τι ἀγχοῦ τοῦ λιμένος εὑρηκὼς, ἠφάνισε μὲν τὸν χάρακα ὃν προφθάσας διώρυξε, κεῖθι δὲ κατελθὼν καὶ ἄλλην διώρυχα ποιήσας εἰς ἀποχρῶντα τάφρον αὐτοῦ που τὸ ὁπλιτικὸν κατέθετο. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἄμφω τὰ στρατεύματα ἐξοπλισάμενα, κατ' ἀλλήλων παρεσκευάζοντο. Ἀλλὰ τὸ μὲν Ῥωμαϊκὸν ἀτρεμοῦν ἵστατο τοῦ Δαλασσηνοῦ κελεύσαντος, μηδένα τὸν συνασπισμὸν λύειν. Ὁ δέ γε Τζαχᾶς τὸ πλεῖστον τῆς βαρβαρικῆς παρατάξεως κατὰ τῶν Ῥωμαίων C ἰέναι παρέθηξεν, ὀλιγοστοὺς δὲ καὶ ἱππαζομένους συνέπεσθαι τούτοις. Τοῦτον οἱ Λατῖνοι θεασάμενοι, δόρατα μικρὰ ἐναγκαλισάμενοι κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐξιππάσαντο. Οἱ δὲ οὐ κατὰ τῶν Κελτῶν, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἵππων τὰς βολὰς πέμποντες, καὶ διὰ τῶν δοράτων δέ τινας πλήξαντες πλείστους ἀνεῖλον, καὶ εἴσω τοῦ χάρακος τετραμμένους οὕτω συνήλασαν. Οἱ δ' ἐκεῖθεν ἐνέπιπτον εἰς τὰς ναῦς ἀλογίστῳ φορᾷ. Τοὺς δὲ Κελτοὺς προτροπάδην φεύγοντας οἱ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι καὶ ἐκδειματωθέντες, μικρόν τι ἀναποδίσαντες παρὰ τὸ τεῖχος τοῦ ῥηθέντος ἔστησαν πολιχνίου. Κᾆθ' οὕτως οἱ Βάρβαροι εἰς τὴν ἠϊόνα κατεληλυθότες τινὰς τῶν νηῶν ἀφείλοντο. Τοῦτο οἱ ναυτικοὶ θεασάμενοι, λύσαντες τὰ πρυμνήσια ἀπέῤῥαξαν τῆς χέρσου, καὶ τὰς ἀγκύρας χαλάσαντες D ἵσταντο, καραδοκοῦντες τὸ μέλλον. Ὁ μέντοι Δαλασσηνὸς παραπεπλευκέναι τὰς περὶ τὸ δυτικώτερον μέρος ἀκτὰς τῆς νήσου, καὶ τὴν Βολισσὸν καταλαβεῖν παρεκελεύσατο, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπεκδέχεσθαι ἔλευσιν· ἡ δὲ Βολισσὸς πολίχνιον κατὰ τὸ ἀκρωτήριον ταυτησὶ τῆς νήσου διακείμενον. Σκύθαι δέ τινες προσεληλυθότες τῷ Τζαχᾷ τὴν τοῦ Δαλασσηνοῦ βουλὴν προκατήγγειλαν. Ὁ δὲ ἔνθεν μὲν τηνικαῦτα πεντήκοντα σκοποὺς ἐπαφῆκε θᾶττον αὐτῷ διαμηνύσασθαι, ὁπηνίκα τὸ ναυτικὸν τοῦ Δαλασσηνοῦ τὰ πρυμνήσια λύειν ἐπείγεται. Ἐκεῖθεν δὲ τὸν Δαλασσηνὸν μετεπέμπετο, ὡς τάχα περὶ[30] εἰρήνης βουλό-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[29] Deest vox ἅπαντα. [30] τὰ περί.

μενος ἐπερωτῆσαι, ἀπεγνωκὼς οἶμαι παντάπασι, πρὸς τὸ τοῦ Δαλασσηνοῦ γενναῖον καὶ φιλοκίνδυνον ἀφορῶν. Ὁ δὲ εἰς νέωτα κατὰ τὸ ἄκρον τῆς παρεμβολῆς ἐξεληλυθέναι τῷ Τζαχᾷ ἐπηγγείλατο, καὶ ἀκοῦσαί τε καὶ εἰπεῖν ὁπόσα ἀμφοῖν τούτοιν συνδόξειεν. Οὐδ' ὁ Βάρβαρος πρὸς τοῦτο ἀνένευσεν. Ἀλλὰ πρωΐας ἄμφω τὼ στρατηγὼ κατὰ ταὐτὸν ἐληλυθέτην, καὶ τῆς ὁμιλίας ὁ Τζαχᾶς κατῆρχεν ὀνομαστὶ τοῦτον καλέσας· *Ἴσθι ἐμὲ εἶναι τὸ μειράκιον ἐκεῖνο, ὅπερ πάλαι τὴν Ἀσίαν κατατρέχον, καὶ ἐκθύμως μαχόμενον, ἐξ ἀπειρίας ἀπατηθὲν ἑάλων παρὰ τοῦ Καβάλικα ἐκείνου Ἀλεξάνδρου. Κἀντεῦθεν ζωγρία παρ' αὐτοῦ τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ τῷ Βοτανειάτῃ προσενεχθὲν, παραχρῆμα τῇ τῶν πρωτονωβελλισίμων* (19 20) *ἀξίᾳ τετίμημαι, καὶ δωρεῶν μεγάλων ἀξιωθεὶς, ὑπεσχόμην δουλείαν αὐτῷ. Ἐξότου δὲ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος περιεζώσατο, ἐκκέκοπται ἅπαντα. Κἀγὼ μὲν οὖν ἤδη τὸ τῆς ἔχθρας αἴτιον ἀπαγγέλλων ἥκω. Μαθέτω δὲ ταῦτα καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ εἴπερ βουληθῇ τὴν ἀναφυεῖσαν ἔχθραν διαλυθῆναι, ὁπόσα λαβεῖν ὀφείλων ἐστέρημαι, ἀνελλιπῶς ἀποδοθήτω μοι ἅπαντα. Εἰ δέ σοι δοκῇ*[31] *καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν συναφεῖναι, προβεβλήσθω μέσον ἡμῶν ἔγγραφος ὑπὲρ* [ἡ *περὶ*] *τούτου συμφωνίᾳ, ὡς ἔθος τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ἡμῖν τοῖς Βαρβάροις ἐστί. Κἀθ' οὕτω τῶν ἁπάντων ἤδη ῥηθέντων πέρας ἐσχηκότων, ἁπάσας τὰς νήσους ἃς αὐτὸς καταδραμὼν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας ἀφειλόμην, διὰ σοῦ ἀντιτρέψω*[32] *πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ σπονδὰς ἀποπληρώσας πρὸς τὴν ἐμὴν ἐπαναστρέψω πατρίδα.* Ταῦτα δὲ ὁ Δαλασσηνὸς σκῆψιν λογισάμενος, ὡς ἅτε τὸ τῶν Τούρκων ἦθος δολερὸν πάλαι γινώσκων, ἀνεβάλλετο τέως τὴν τῶν αἰτουμένων ἐκπλήρωσιν, παραγυμνώσας ἅμα καὶ ἣν ἔσχε περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν, καὶ φάμενος ὡς *Οὔτε σὺ, ὡς ἔφησθα, τὰς νήσους πρὸς ἐμὲ παραδώσεις, οὔτε ἐγὼ βουλῆς ἄτερ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς ἅπερ αὐτὸς ἐκεῖθεν ἐξ ἐκείνου καὶ ἐμοῦ ἐπιζητεῖς καταθέσθαι δύναμαι. Ἀλλ' ἐπεὶ δοὺξ μέγας ὁ Ἰωάννης καὶ γυναικάδελφος τοῦ αὐτοκράτορος ὅσον ἤδη μετὰ παντὸς καταλαμβάνει τοῦ στόλου ἐξ ἠπείρου τε καὶ θαλάττης δυνάμεις πολλὰς συνεπαγόμενος, ἐξ ἐκεῖνος ἀκουσάτω τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων. Καὶ οὕτως, εὖ ἴσθι, αἱ μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος σπονδαὶ, αὐτοῦ τὴν εἰρήνην μεσάζοντος*[33], *πέρας λάβοιεν.* Καὶ γὰρ τουτονὶ τὸν Δοῦκαν Ἰωάννην εἰς Ἐπίδαμνον ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ στρατιᾶς

classis Dalasseni solvere pararet, de eo se curriculo moneri jubens. Ex alia vero parte tempore eodem delegavit ad Dalassenum ipsum qui significarent expetere se colloquium ejus pacis causa componendæ. Ad eam cogitationem impulsum puto fuisse Tzacham desperatione quadam vincendi Dalasseni, quod quam is esset generoso malisque ac periculis imperterrito animo, videret. Promisit dux Romanus se postridie summa castrorum porta proditurum, paratum audire Tzacham et cum eo de communi tractare concordia. Locum et tempus Barbaro probante, conveniunt mane duces ambo: mox initium loquendi Tzachas occupans, sic Dalassenum nominatim prius appellatum est affatus: *Scito illum ipsum esse me qui olim adolescentulus, incursare Asiam orsus, post acrem pugnam circumventus et captus sum a Cabalica illo Alexandro; indeque imperatori Nicephoro Botaniatæ oblatus, statim protonobilissimi dignitate cohonestatus, donisque magnis dignatus, fidele ipsi obsequium promisi. Verum ejus pacti vinculis teneri neutiquam me amplius interpretor ex quo Nicephoro extortas Comnenus Alexius habenas imperii sumpsit in manus. Hæc vera ruptæ concordiæ, exprompitque a me in Romanos odii causa est, quam ultro jam profero, nec recuso quin imperatori declaretur: qui si tollere inimicitias et reconciliari gratiam inter nos velit, ea in id ego lege consentiam, si mihi honorum bonorumque fructus omnium, quibus a Nicephori abdicatione privatus sum, cum fide restituantur, aut compensentur. Quod si etiam affinitate sancire concordiam placet, ne id quidem recusaverim. Scribantur modo nostros inter liberos pacta nuptialia more ac ritu vobis Romanis, nobisque Barbaris legitimo ac recepto. Hæc ubi rite conclusa perfectaque fuerint, omnes insulas quas Romanæ ditioni subjectas bello cepi, tuæ permittam potestati, per te imperatori restituendas, sicque conditionibus fœderis quæ me spectant, cum fide impletis, in meam me patriam recipiam.* 209 Ea Dalassenus, quippe qui fraudem ac fallaciam Barbarorum nosset, nequaquam bona fide offerri dicique autumans, assentiri cunctabatur, et eam ad Tzacham orationem habuit quæ et facile nudaret suspicionem de eo suam, et ipsius Dalasseni libertatem ac fiduciam testaretur, sic ipsi respondens: *Neque tu quas memoras insulas mihi trades, ut dixisti: neque ego sine imperatoris voluntate ac nutu, quæ ab illo pariter a meque postulas annuam. Verum quoniam dux magnus Joannes imperatricis frater in*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] δοκεῖ. [32] αὐτὰς στρέψω. [33] μεσάσαντος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(19-20) *Πρωτονωβελισσίμων*. Dignitas palatina, quæ nomen dedit familiæ illustri in regno Neapolitano, forte quod gentis auctor ea donatus fuisset. Ejus non semel mentio occurrit apud Scip. Ammiratum in *Famil. Neapol.*, tom. II, ubi etiam illius stemma perstrinxit, pag. 233, 234, 297, 309. Meminit pariter illius Cæsar Nostradamus, in *Hist. Prov.*, an. 1335. Occurrit in jure Græco Rom. πρωτονωβελισσιμοϋπέρτατος, adeo ingeniosi fuere Græculi isti in fingendis dignitatum nominibus, quarum nullæ erant functiones, cum ex solis *rogis* annuis, et gradu in aliquo pretio haberentur. Vide Alamannum ad Procopium et Meursium in Gloss. Nobilissimi dignitas occurrit infra pag. 374.

dies atque in horas exspectatur, cum ingentibus terra A *marique huc copiis veniens, reservetur ei hujus cognitio negotii. Illum adi, simul advenerit, illi expone quod vis. Si probaverit, unus ille omnium idoneus est maxime ad conficiendam quam ambis pacem, qui tanta valet apud Augustum gratia, ut nihil non ejus interventu impetrari ab eo possit.* Hæc Dalassenus, et verissimum erat quod memorabat de Joanne. Quem cum dudum imperator cum idoneis copiis misisset Epidamnum, tum invigilaturum in Dyrrhachii custodiam, tum bellum gesturum cum pugnaturientibus Dalmatis, quos Bodinus, et ipse indole atque animo bellator, et fraude simul ac malitia, simul prosperæ fortunæ copiis abundans, ad rebellionem haud dubiam concitabat, incursans cum iis Romanos fines, et vicina ejus limitis oppida vi B occupans ac Dalmatiæ adjungens. Is consilio ac fortitudine præstanti sic operam in ea perdifficili provincia per annos undecim navaverat, quibus Dyrrhachii fere mansit, ut et multas arces Bolcano ereptas imperio adjunxerit, et bello captos Dalmatas plurimos ad Augustum miserit, denique valido cum Bodino prælio commisso ducem hostium ipsum ceperit. Talem ac tantis rebus probatum virum, qui et militaris rei peritiam haberet summam, et fide atque obsequio totus ex imperatoris nutu penderet, aptissimum unum esse omnium qui contra Tzacham mitteretur, facile vidit Alexius. Accersitum ergo ad eam rem magnis maritimis terrestribusque præfecit copiis et maximum classis ducem appellatum ire, quod bene verteret, adversus Tzacham jussit. Eo bello quot pugnas Joannes pugnaverit, quot ac quantis audacter lacessitis ac fortissime superatis e periculis victor evaserit, historia consequens docebit. Ad eum Dalassenus adventantem suo ad Tzacham responso velle se integram compositionis oblatæ tractationem reservare significavit. At Tzachas Homericum sibi videbatur illud intus ipse canere:

Nox est, nocte frui lucrum, fas fidere nocti. C

ἀξιομάχου κατέπεμψεν, ἅμα μὲν καὶ περὶ τὴν τοῦ Δυῤῥαχίου φρουρὰν ἐπιμελῶς διαπονεῖσθαι, ἅμα δὲ καὶ τὴν μετὰ τῶν Δαλμάτων [34] ἀναδύσασθαι [35] μάχην. Ὁ γὰρ οὕτω καλούμενος Βοδῖνος μαχιμώτατος ὢν καὶ ῥᾳδιουργίας πλήρης, οὐ μέχρι τῶν ἰδίων ὅρων [36] ἱστᾶναι ἠβούλετο, ἀλλ' ὁσημέραι τὰς ἔγγιστα Δαλματίας κωμοπόλεις κατατρέχων, τοῖς ἰδίοις προσετίθει ὁρίοις. Ὁ δὲ Δούκας Ἰωάννης ἐνιαυτοὺς τῷ δέκα πρὸς ἑνὶ [37] εἰς τὸ Δυῤῥάχιον ἐνδιατρίψας, πολλὰ μὲν ὑπὸ τὴν [38] ἐξουσίαν Βολκάνου (21) ἀφῃρεῖτο φρούρια, πολλοὺς δὲ καὶ ζωγρίαν Δαλματίας [39] πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξαπέστειλεν. Καὶ τέλος καρτερὰν μετὰ τοῦ Βοδίνου μάχην συναῤῥάξας [40] καὶ αὐτὸν κατέσχεν. Ἄνδρα δὲ τὸν Δοῦκαν τοῦτον Ἰωάννην μαχιμώτατον ὁ αὐτοκράτωρ ἐκ B πολλῶν ἐγνωκὼς καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἐπιτήδειον, καὶ μηδ' ὁποσοῦν [41] τὰ παρ' αὐτοῦ ἐντεταλμένα ἀθετεῖν ἐθέλοντα, ἐπεὶ τοιούτου ἀνδρὸς κατὰ τοῦ Τζαχᾶ ἐδέετο, μεταπεμψάμενος αὐτὸν ἐκεῖθεν ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ πολλῶν δυνάμεων ἐξ ἠπείρου καὶ θαλάττης κατὰ τοῦ Τζαχᾶ ἐξέπεμψεν, δοῦκα τοῦ στόλου μέγιστον κατονομάσας. Ὁπόσας δὲ μετ' αὐτοῦ μάχας συνῆψε, καὶ ἐν ὅσοις κινδύνοις ἑαυτὸν ἐκριῤῥίψας νικητὴς ἀνεφάνη, ὁ λόγος ἐν ὑστέροις δηλώσειε. Τοῦτον προσδόκιμον ὁ Δαλασσηνὸς ἔχων ἐν τῇ πρὸς Τζαχᾶν [42] ὁμιλίᾳ τὸ πᾶν εἰς τὸν ἐρχόμενον δοῦκα ἐφαίνετο ἀνατιθέμενος. Ὁ δὲ Τζαχᾶς τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἔπος ἐδόκει λέγειν·

C *Νὺξ ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι.*

Receperat postridie se copiam commeatuum 210 missurum: sed hæc verba erant. Nam diluculo ad littus progressus, et ventum nactus ferentem, navigavit Smyrnam animo plures illic congregandi copias cum quibus Chium reverteretur. Nihil tam versutis artibus profecit Tzachas in Dalasseni fraudem, quin ille ut machinationes omnes Barbari subdolas, ingenio ac sollertia perviderat, ita per eas perruptas atque elusas ad finem sibi propositum progrederetur. Ingressus enim in oblatas forte naves simul cognovit fugam Tzachæ, impositisque in eas universis suis copiis Bolissum, ut dudum destinaverat, cepit in eaque moratus urbe quoad et naves congregaret plures, et machinas pararet alias, simul milites e fatigatione reficeret, ad extremum cum D majori eorum parte, unde discesserat rediit: re-

Αὐγαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας πολλὰ τῶν χρειωδῶν κομίσαι ὑπέσχετο. Ἅπαντα δὲ δόλος ἦν καὶ ἀπάτη· ὁ Δαλασσηνὸς οὐ πόῤῥω σκοποῦ ἔβαλλε. Κατὰ γὰρ τὸ περίορθρον λαθὼν ὁ Τζαχᾶς καὶ περὶ τὴν ἠϊόνα τῆς Χίου κατεληλυθὼς, οὐρίου τυχὼν πνεύματος τὴν Σμύρνην κατέλαβεν, ἐφ' ᾧ πλείονας συναγηοχέναι δυνάμεις καὶ αὖθις ἐπαναστρέψας ἐν Χίῳ καταλαβεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ὁ Δαλασσηνὸς δεύτερος πρὸς τὰς τοῦ Τζαχᾶ μηχανὰς ἐφαίνετο. Εἰσελθὼν γὰρ ἐν τοῖς παρατυχοῦσι πλοίοις μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τὴν Βολισσὸν κατέλαβε. Καὶ τάς τε ναῦς περιποιησάμενος καὶ ἑλεπόλεις ἑτέρας παρασκευασάμενος, τούς τε στρατιώτας διαναπαύσας, καὶ πλείονας τούτων συμπαραλαβὼν, αὖθις ὅθεν ἐξῆει ἐπανέστρεψε. Καὶ D καρτερὸν μετὰ τῶν Βαρβάρων συνήῤῥασσε [43] πόλεμον, καὶ καθελὼν τὰ τείχη ἐχειρώσατο τὴν πόλιν,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[34] Κελτων. [35] ἀναδήσασθαι. [36] ὁρίων. [37] ἐνιαυτοὺς δέκα πρὸς τῷ ἑν.. [38] τῶν ὑπό. [39] ζωγρίσας Δαλμάτας. [40] συῤῥήξας. [41] ὁπωσοῦν. [42] τὸν Τζαχᾶν. [43] συνήρασσε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) *Βολκάνου.* Fuit is Volcanus, seu, ut a Diocleate nuncupatur, Belcanus, Rassiæ Zupanus, quam provinciam clientelæ jure regno Serviæ obnoxiam, obtinuerat a Bodino Dalmatiæ et Serviæ rege, cujus hoc loco meminit Anna. Vide nota a ad pag. 40.

τοῦ Τζαχᾶ τὴν Σμύρνην ἔτι περινοστοῦντος. Κἀκεῖθεν λειοκύμονα τὴν θάλασσαν εὑρηκὼς, εὐθυπλοήσας [64] μετὰ τοῦ στόλου παντὸς κατέλαβε τὴν Μιτυλήνην.

A sumptaque acrius quam unquam oppugnatione urbis Chii, murisque iterum subrutis, eam tandem sibi subjecit, frustra Tzacha ostentante reditum et auxilia jam sera Smyrnæ adhuc parante. Qui tandem instructus satis, et mare navigationi opportunum nactus felici navigatione classem universam suam ad Mitylenem appulit.

Οὕτω δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὰ κατὰ τὸν Τζαχᾶν διαθέμενος, ἐπεὶ τοὺς Σκύθας αὖθις τὸ Ῥούσιον (22) καταλαμβάνειν ἐμεμαθήκει, καὶ κατὰ τὸν [65] Πολύβοτον (23) τὸν χάρακα πήξασθαι, ἐξεληλυθὼς ὡς εἶχε τῆς Κωνσταντίνου τὸ Ῥούσιον κατέλαβε. Συνείπετο δὲ τούτῳ ὁ αὐτόμολος Νεάντζης, δεινήν τινα καὶ βύθιον μελέτην κατ' αὐτοῦ τεκταινόμενος. Συμπαρῆν δὲ καὶ ὁ Καντζοῦς καὶ ὁ Κατράνης ἄνδρες πολέμων [66] μεμνημένοι καὶ ζέοντα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πόθον ἔχοντες. Ἀπόμοιραν δὲ ἱκανὴν τῶν Σκυθῶν πόῤῥω θεασάμενος, τὴν μετ' αὐτῶν ἐναποδύεται μάχην. Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐν τῷ μάχεσθαι πίπτουσι, τινὲς δὲ καὶ ζωγρηθέντες παρὰ τῶν Σκυθῶν κτείνονται, ἱκανοὶ δὲ καὶ μέχρις αὐτοῦ Ῥουσίου κομίζονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τοὺς προνομεῖς τῶν Σκυθῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν καλουμένων Μανιακάτων (24) Λατίνων καταλαβόντων, θαρσήσας, ἐβουλεύετο τῇ μετ' αὐτὴν τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν κατὰ συστάδην ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ἐπεὶ δ' οὐ πολὺ τὸ μεταίχμιον ἀμφοῖν τοῖν στρατευμάτοιν ἔτυχεν ὂν, τὴν ἐνυάλιον οὐκ ἀπεθάῤῥησεν ἠχῆσαι σάλπιγγα, θέλων προαρπάσαι τὴν μάχην· μεταπεμψάμενος οὖν τὸν περὶ [67] τῶν βασιλικῶν ἱεράκων (25) διαπονούμενον θεραπείαν Κωνσταντῖνον προστάττει τύμπανον ἑσπέρας ἀναλαβόμενον τύπτειν δι' ὅλης νυκτὸς περινοστοῦντα τὸ στράτευμα, καὶ διακηρυκεύειν ἑτοιμάζεσθαι, ὅτι περιαυγαζούσης τῆς αὔριον ἀπερισαλπίστως [Ισ. ἀπερισαλπίγκτως] τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ αὐτοκράτωρ βούλεται συνάψαι πόλεμον. Οἱ δὲ Σκύθαι τοῦ Πολυβότου ἀπάραντες προκαταλαμβάνουσι τόπον τὸν καλούμενον Ἄδην, κἀκεῖθι τὸν χάρακα πήγνυνται. Οὕτω μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ ἐξ ἑσπέρας αὐτῆς παρεσκευάζετο. Αὐγαζούσης δὲ ἡμέρας διελὼν τὸ στράτευμα, καὶ εἰς φάλαγγας καταστήσας, ἵεται κατ' αὐτοῦ [68]. Οὔπω δὲ τῆς συμβολῆς τοῦ πολέμου γενομένης, ἀλλ' ἑκάστου τῶν ταγμάτων ἤδη καθισταμένου, ὁ Νεάντζης, κατά τινα παρακειμένην ἀκρολοφίαν ἀνελθὼν, ἐφ' ᾧ κατασκοπῆσαι μὲν τὰς Σκυθικὰς παρατάξεις, ὡς ἔλεγεν, ἀγγελίαν δὲ τῷ αὐτοκράτορι τῆς αὐτῶν καταστάσεως συγκομίσαι,

His ita contra Tzacham provisis Augustus, cum Scythas didicisset iterum tendere Rhusium versus, jamque ad Polybotum castra posuisse, quanta maxima celeritate potuit Constantinopoli profectus præoccupavit Rhusium. Sequebatur eum transfuga Neantzes, fidem vultu simulans, proditionem in imperatorem ingratissimam occultis machinationibus moliens. Aderant et Cantzus et Catranes viri bellicosi longeque aliter affecti; quippe quorum in B Augustum ardens studium veris exstabat indiciis. Hic conspicatus imperator avulsam a cætero exercitu manum quamdam prædantium Scytharum, missis contra Romanis pugnam conseruit non faustam: cæsi nostrorum in congressu multi, nonnulli vivi capti a barbaris deinde trucidati sunt, plurimos Rhusium fuga retulit incolumes. Nec deterruit Alexium prima ea belli offensio, quominus qui velitatione cum prædatoribus inferior recesserat decretorium cum tota gente prælium pararet. Cumulavit fiduciam tam audacis cæpti opportunus adventûs Latinorum qui Maniacatæ dicebantur. Promotis ergo in eam copiis, spatioque medio inter duos exercitus arctato, metu multitudinis hostilis dare signum pugnæ consueto classico imperator C noluit, imparatos barbaros, si fieri hac arte posset, ab improvisis suis opprimi cupiens. Vespere autem præcedenti misso circum exercitum Constantino regiorum accipitrum curatore et tympanum per totam noctem pulsare jusso, satis omnes admonuerat, constituisse imperatorem **211** prima luce sine ullo tubæ cantu Scythas adoriri: velleque ac jubere universos ad id duces ac milites pransos paratos se præbere. At Scythæ Polyboto moventes præoccupant locum *Haden* sive Orcum dictum, ibique vallum figunt. Porro illucescente die, sic jam a pridiana vespera paratis imperator rebus describit distribuitque ordines, acieque instructa infestus in hostem ducit. Verum ante congressum D exercituum Neantzes specula conscensa collis adjacentis, specie quidem et mendaci affirmatione perfidi, ut aciei Scythicæ formam observaret, re-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[64] εὐθυπλοήσας. [65] κατὰ τό. [66] πολέμους. [67] τὴν τῶν. [68] αὐτῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) *Ῥούσιον*. *Rusa* Roberto monacho. Vide not. ad Villhard.

(23) *Πολύβοτον*. Polybotus Thraciæ urbs Cantacuzeno dicitur, lib. II, cap. 12, et lib. III, cap. 76. Ejusdem nominis in Phrygia oppidum statuit Procopius, in *Historia arcana*.

(24) *Μανιακάτων*. Latinos, seu Normannos intelligit, qui Maniacæ olim in Italia et Sicilia meruerant, de quibus supra pag. 11. Auctor est autem Lambertus Scafnaburg. ad annum 1071, Normannos imperatoribus Constantinopolitanis militasse ante exstinctum Robertum, post cujus mortem constat ex Orderico Vitali, lib. VII, plures ex ejus comitatu in Græciam transiisse, et sub Alexii stipendiis meruisse.

(25) *Τῶν βασιλικῶν ἱεράκων*. Fuit olim in aula Constantinopolitana dignitas τοῦ πρωτοϊερακοῦ, cujusmodi est M. Falconarii apud nos. Verum hic agitur de eo penes quem cura erat alendorum accipitrum.

ferretque imperatori quod in spem victoriæ utile putaret, revera ut contraria omnia faceret, suis Scythis propria ipsorum lingua ex illo edito jugo loquens auctor fuit ut plaustra continuam in seriem disposita Romanis objicerent. nec imperatorem magnopere metuerent adhuc ex nupera clade trepidum fugamque meditantem, qui nec suos idoneo numero nec auxiliares a gentibus sociis milites haberet. His dictis attritam frontem sic ad imperatorem descendens retulit, quasi summa fide functus exploratione foret. Cæterum misti quidam inter Græcum et barbarum generis, ac per hoc non inscius Scythicæ linguæ, cum orationem transfugæ auribus hausisset, indicatum de perfidia bilinguis ultro ad imperatorem venit, Sensit Neantzes se detectum, nec dissimulandi tamen spem adhuc aut consilium abjecit; falsum impingi sibi crimen queritur, indicem proferri remque judicio discuti flagitat. Procedit audacter mixobarbarus in medium, Neantzæque in os coram omnibus perseverat auritus testis quæ comperta præsenti sensu de ejus scelere habebat. At barbarus stricto confestim ferro caput amputavit homini, Augusto cernente ipso, et phalangibus utrimque astantibus : nova et barbarica defensionis gladio peroratæ ratio. Quæ reum, meo quidem judicio, nece accusatoris convictionis necessitatem prævertere ausum, multo magis affinem suspicioni reddit sceleris vere suscepti. Cur enim, si conscientia niteretur innocentiæ, non exspectabat dijudicationem criminis? Nempe prius exscindi linguam oportebat cujus refutando testimonio nulla par audacia dissimulationis quamvis impudentis esse posset : satisque apparebat indicium et coargutionem arcanarum fraudum inusitata temeritate, immane quam truculenti atrocisque facinoris efferatum barbarum lucrifacere conatum. Equidem miror continere se Augustum potuisse, quominus, ut par erat, ulcisceretur statim, et discerpi juberet crudelem homicidam. Verum is, pro consueta sapientia, effervescentem in justam iram animum consilio repressit, tempus exspectandum reputans, nec ut tum res erant, opportunum censens id agere quo procinctæ ad prælium turbari phalanges possent, et præda mox induenda cassibus præmaturo strepitu terreri. Ergo de proditione quidem Neantzæ, **212** erupturaque brevi aperta defectione, tum his recentibus tum prioribus plane persuasus indiciis, non dubitavit imperator amplius ; sed in acie periculi positas res et momentum lubricum ancipitis in quo versabatur temporis reputans, sententiamque non expediens, cessare potius habuit, integramque rem servare, indignatione cohibenda, quam multum in pectore latrantem, exaudire ne quis posset, dedit operam ; vultu ad dissimulationem prudentem docili sic ad Neantzen usus, ut barbarus fiducia inde

A ἅπαν τοὐναντίον ἐποίει. Καὶ τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ τοῖς Σκύθαις τηνικαῦτα συνεβούλευε τὰς ἁμάξας μὲν στοιχηδὸν καταστῆσαι, αὐτοὺς δὲ μὴ δεδιέναι τὸν αὐτοκράτορα, τετραμμένον τε ὄντα ἤδη ἐκ τῆς πρώτης ἥττης καὶ πρὸς φυγὴν ἕτοιμον, σπάνιν τῶν στρατευμάτων καὶ τῶν συμμάχων ἔχοντα. Ταῦτα εἰπὼν κάτεισι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Μιξοβάρβαρος δέ τις εἰδήμων τῆς Σκυθικῆς διαλέκτου, συνεὶς τὰ πρὸς τοὺς Σκύθας παρὰ τοῦ Νεάντζη λεχθέντα, ἀπαγγέλλει πάντα [49] τῷ βασιλεῖ. Ἐν αἰσθήσει δὲ τούτου γενόμενος ὁ Νεάντζης, ἀνεζήτει τὸν ἔλεγχον· ἀναισχύντως δ' ὁ μιξοβάρβαρος εἰς μέσον ἐλθὼν ἤλεγχεν. Ἐκεῖνος δὲ, τὸ ξίφος ἀθρόον σπασάμενος, ἀπέκοψε τἀνθρώπου τὴν κεφαλὴν, αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως ὁρῶντος καὶ ἑκατέρωθεν τῶν φαλάγγων B ἱσταμένων· καὶ, οἶμαι, τὴν ὑποψίαν τῆς συκοφαντίας ὁ Νεάντζης ἐκκλίνων, ἐκ τῆς σφαγῆς τοῦ συκοφαντοῦντος ὕποπτον μᾶλλον ἑαυτὸν καθιστᾷ. Τί γὰρ μὴ τὸν ἔλεγχον περιέμενεν; Ἀλλ' ὡς ἔοικε γλῶτταν ἐθέλων προαναιρεῖν ἐξορχουμένην τὰς κατ' αὐτὸν δολιότητας, τολμᾷ τι καὶ παραβολώτερον, πρᾶγμα ποιήσας βαρβαρικῆς μὲν ψυχῆς ἄξιον, ὕποπτον δὲ τοσοῦτον, ὅσον καὶ τόλμης ἐφίκετο. Οὐ μὴν ὁ βασιλεὺς εὐθὺς ἐτιμωρήσατο [50] τὸν βάρβαρον, οὐδὲ ὑπεξῆλθε [51], δέον ὄν. Ἀλλὰ τὴν μὲν καρδίαν παλλομένην εἰς θυμὸν καὶ ὀργὴν ἐπέσχεν αὐτίκα, ἵνα μὴ προσοβήσῃ τὴν θήραν καὶ ταράξῃ τὰς φάλαγγας· ἐταμιεύετο [52] δὲ καὶ ὑπώρυττε τὴν ὀργὴν τῷ Νεάντζῃ τούτου προδοσίαν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν C ἀποστασίαν καὶ ἀπὸ τῶν προειργασμένων καὶ ἐξ ἄλλων προμαντευόμενος· ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς εἱστήκει τὰ τοῦ πολέμου· καὶ διὰ τοῦτο περιυλακτοῦντα τὸν θυμὸν ὁ βασιλεὺς τέως ἐπεῖχεν, ἀπορῶν τὸ τηνικαῦτα ὅ τι καὶ δράσειεν. Ὁ μέντοι Νεάντζης, μετὰ μικρὸν προσελθὼν, καὶ τοῦ σφετέρου ἀποβὰς ἵππου, ἄλλον ᾐτεῖτο τὸν βασιλέα. Καὶ δίδωσιν αὐτῷ παραχρῆμα ἵππον τῶν ἐκκρίτων μετὰ βασιλικῆς ἐφεστρίδος, εἰς ὃν ἀναβὰς, ἐπεὶ τὰ τάγματα κατ' ἀλλήλων διὰ τοῦ μεσαιχμίου ἤδη ᾔεσαν, σχῆμα κατὰ τῶν Σκυθῶν ἱππασίας ποιησάμενος, τὴν ἀκωκὴν τοῦ δόρατος ὄπισθεν στρέψας, πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς φοιτᾷ, πολλὰ κατὰ τῆς βασιλικῆς παρατάξεως αὐτοῖς παραινῶν. Οἱ δὲ ταῖς ὑποθημοσύναις αὐτοῦ χρώμενοι, καρτερὸν μετὰ [53] τοῦ αὐτοκράτορος συνD άψαντες πόλεμον, τρέπουσι κατακράτος. Ὁ δὲ βασιλεὺς διασπασθείσας τὰς φάλαγγας ὁρῶν καὶ φεύγοντας ἅπαντας, ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενος, παρακινδυνεύειν ἀλόγως οὐκ ἤθελεν. Ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡνίας στρέψας μέχρι τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ ἐγγὺς τοῦ Ῥουσίου καταλαμβάνει, κἀκεῖθεν τὸν χαλινὸν ἀνασειράσας μετά τινων λογάδων ὡς ἐνὸν [54] πρὸς τοὺς διώκοντας ἀπεμάχοντο, ἱππασίας κατ' αὐτῶν ποιούμενος, πολλοὺς δὲ [55] καὶ κτείνων, ἔστιν οὗ καὶ αὐτὸς πληττόμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἐξ ἑτέρου μέρους καὶ Γεώργιος ὁ Πύρρος καλούμενος φεύγων τὸν ποταμὸν κατελάμβανεν, ἐμβριμησάμενος τοῦτον [56] ὁ αὐ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[49] Deest vox πάντα. [50] ἐπεπορεύσατο. [51] ἐπεξῆλθε. [52] ἐταμιεύσατο. [53] τὸν μετά. [54] ἐνόν. [55] μέν. [56] τούτῳ.

τοκράτωρ μετεκαλέσατο πρὸς ἑαυτόν. Ὡς δὲ τὸ A ἱταμὸν τῶν Σκυθῶν ἑώρα καὶ ὅτι ὅσαι ὧραι πληθύνουσι καὶ ἄλλων ἐρχομένων εἰς τὴν αὐτῶν ἀρωγὴν, τὸν μὲν Γεώργιον αὐτοῦ που καταλέλοιπε μετὰ τῶν λοιπῶν, παραγγείλας μετὰ φειδοῦς ἀντικαθίστασθαι τοῖς Σκύθαις, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐπανέλθοι. Γοργῶς δὲ τοῦ ἵππου τὸ ψάλιον περιστρέψας, τὴν περαίαν τοῦ ποταμοῦ καταλαβὼν, εἴσεισιν εἰς τὸ Ῥούσιον, καὶ ὅσους τῶν φευγόντων στρατιωτῶν κεῖθι κατέλαβε καὶ τοὺς αὐτόχθονας ἅπαντας Ῥουσιώτας, ὁπόσοι στρατεύσιμον τὴν ἡλικίαν εἶχον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς ἀγρότας μετὰ τῶν ἰδίων ἁμαξῶν παρεκελεύσατο θᾶττον ἐξεληλυθότας παρὰ τῷ χείλει [57] τοῦ ποταμοῦ καταστῆναι. Τούτου δὲ θᾶττον ἢ λόγου γεγονότος, καταστοίχους [58] τινὰς καταστήσας αὐτοὺς αὖθις πρὸς τὸν Γεώργιον ἀναδεB δραμήκει, καίτοι ὑπὸ τεταρταίου [59] κακοῦ ῥίγους (26) πιεζόμενος, ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας ἀπὸ τῆς φρίκης προσαράσσειν. Ἐπισυναχθὲν δὲ καὶ τὸ ἅπαν Σκυθικὸν στράτευμα, ὡς τὴν διττὴν ἐθεάσαντο παράταξιν, καὶ τὸν αὐτοκράτορα οὕτως [τοσοῦτον] ἀγωνιζόμενον, τὸ φιλοκίνδυνον αὐτοῦ ἐπεγνωκότες, καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς κἀν ταῖς νίκαις, κἀν ταῖς ἥτταις ἐστὶ, τὴν ἀνύποιστον τούτου ἐπεγνωκότες ὁρμὴν, εἱστήκεσαν μὴ ἀποθαῤῥοῦντες τὴν μετ' αὐτοῦ συμπλοκήν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὸ μέν τοι ὑπὸ ῥίγους συνεχόμενος, τὸ δὲ πλεῖστον ὅτι οὔπω οἱ σκεδασθέντες ἅπαντες ἔφθασαν συνεληλυθέναι, ἵστατο καὶ αὐτὸς παραθέων καὶ μετρίως ἱππαζόμενος, καὶ κατ' αὐτῶν θάρσος ἐνδεικνύμενος. Συνέβαινεν οὖν C ἄμφω τὰ στρατεύματα ἀτρεμοῦντα μέχρις ἑσπέρας ἑστάναι. Ἐπεὶ δὲ ἡ νὺξ ἤδη προῄει, ἀμαχητὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπανέστρεψαν παρεμβολάς. Ἐδεδίεσαν γὰρ καὶ ἀποθαῤῥεῖν οὐκ εἶχον τὸν πόλεμον. Οἱ δέ γε κατὰ τὴν πρώτην μάχην ἄλλοι ἀλλαχοῦσε [60] [ἄλλοσε ἀλλαχῇ] σκεδασθέντες, κατὰ μικρὸν αὖθις πρὸς [61] τὸ Ῥούσιον ἐπανήρχοντο· οἱ πλείους δὲ τούτων καὶ μάχης παντελῶς ἄγευστοι. Ὁ δέ γε Μοναστρᾶς καὶ Οὐζᾶς καὶ ὁ Συνέσιος, ἄνδρες ἀρηΐφιλοι καὶ μαχιμώτατοι, διὰ τοῦ Ἄσπρου καλουμένου τῷ τότε διελθόντες χωρίου, ἀπόμαχοι καὶ αὐτοὶ τὸ Ῥούσιον καταλαμβάνουσιν.

sumpta paulo post ex equo proprio desiliens alium ab imperatore poposcerit, velut ad pugnandum strenue pro eo paratus. Dari confestim imperator eximium ipsi et regie phaleratum jubet, quo perfidus conscenso, cum jam exercitus contra se invicem vaderent, et ipse velut infestus in Scythas equitavit, verum progressus satis hastæ mucrone in nostros verso suis se miscuit: multaque illis et nimium utilia suasit, ex ea quam habebat consiliorum imperatoris et structuræ aciei Romanæ notitia. Itaque hujus maxime ductu sententiaque Scythæ toto impetu aggressi Romanos plane fundunt fugantque. Imperator discerptas phalanges dissipatosque suos omnes ac passim sparsos in fugam cernens, frustra omnia expertus inopsque consilii tandem periclitari sine spe, sine ratione diutius noluit; versisque habenis usque ad fluvium non longe a Rhusio fluentem progressus, illinc cum lectis quibusdam viris fortibus reflexit impetum et vultu persequentibus ferociter obverso, multos ex iis occidit, interdum et ipse percussus. Cum autem ex altera parte Pyrrhus Georgius pariter fugiens ad eumdem fluvium pergeret, hunc increpatum imperator ad se accersivit, sibique adjunxit. Tum feritatem ac ferociam Scytharum reputans, augerique in horas videns numerum eorum aliis assidue super alios auxilio venientibus, Georgium quidem cum reliquiis subsistere ibi jussit, mandato addito ut Scythis ea cautione obsisteret ne faceret pugnæ copiam, aut in necessitatem periclitandi se trahi pateretur, ante reditum suum, ipse alacriter, equo converso ulteriorem amnis ripam tenuit, Rhusiumque ingressus quotquot illic fuga servatos reperit milites, omnesque insuper indigenas Rhusiotas, quicunque militarem ætatem habuere, sed et ipsos quoque rusticos, cum plaustris propriis, prodire confestim et ad ripam fluminis stare jussit. Quibus dicto citius factis, descriptoque in series certis assignatas ducibus novo milite, ad Georgium recurrit; frigore quartanæ cum maxime rigens dentibusque horrorem collisu testantibus. At Scythæ universis licet congregatis copiis, tamen ut pro una duplicem Romanam aciem viderunt, imperatoremque ipsum pugnare certi speciem ac minas præferentem, **213** cujus satis aliunde promptum ad pericula, et victoriis juxta cladibusque imperturbatum animum noverant, verentes ut ultimum generosæ desperationis impetum sustinere satis

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[57] τὸ χεῖλος. [58] κατὰ στοίχους. [59] τεταρταΐκοῦ. [60] ἀλλαχοῦ. [61] εἰς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(26) *Τεταρταίου ῥίγους*. Apud medicos, ἐπιβολὴ ῥίγους, est frigoris in febre accessio, ῥίγη περιοδική, rigores febrium circuitu redeuntes; Marcello Empirico, cap. 16, *horrores febrem præcedentes, qui circuitum habent*; Celsus, lib. III, cap. 3, ait quartanas febres incipere semper *ab horrore*. Hic vero universim ῥίγος pro ipsa febri sumitur, quæ ῥιγοπύρετος dicitur apud Gregorium, in Vita sancti Basilii Junioris n. 7. Sic *frigores*, apud Latinos medii ævi, dicuntur *febres, quæ faciunt homines frigere*, ait Balbus in Catholico. *Frigora* dicit eadem notione Gregorius Turonensis *De glor. confess.*, cap. 24, 85; *Frigus febrium*, lib. IV *De Mirac.* D *S. Mart.*, cap. 21. Hinc *frigoreticus morbus*, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradæ, lib. I, cap. 27, pro ipsa febri; et *frigoretici*, pro febricitantibus, apud Flodoardum, lib. II *Hist. Rem.*, cap. 14; lib. IV, cap. 44; Baldricum **340** in Chron. Camerac., eumdem Gregor. Turon. passim, etc. Etsi frigus, seu, ut tunc loquebantur, *frigorem* ab ipsa febri distinguere videatur Fortunatus Pictaviensis in Vita S. Germani episcopi Parisiensis, cap. 20. *Waddo—typum dupliciter incurrens febris et frigoris, expurgandus sancti viri præsentatur obtutibus*. Quo loco satis innuit *frigorem* esse febrem, quæ per ἐπιβολὴν ῥίγους excitatur.

possent, congressum experiri non sunt ausi steteruntque in loco. Nec eos lacessendos putavit imperator partim ob id quo, ut dixi, male quatiebatur, febrile frigus, partim, idque præcipue, quod nondum omnes suos ex fuga collectos haberet. Simulavit tamen pugnaturientis audaciam generoso statu, modicisque procursibus crebrarum equitationum. Eo ferme modo transacta dies est, exercitibus ambobus sese innoxie usque ad vesperam spectare perseverantibus, primaque nocte se in castra utrimque recipientibus; mutuo alter alterius metu a prælio invadendo retardati: cujus sane causa justior Romanis erat adhuc a recenti clade dispersis, quorum sensim plerique confluebant Rhusium, multique in iis pugnam non experti. Eodem tempore Monastras, Uzas et Synesius, viri omnes fortes et peritissimi rei bellicæ, ne ipsi quidem postremi prælii participes, Rhusium venere.

Hic Augustus urgente quem dixi rigore coactus decubuit paululum, ut brevi quiete sese reficeret. Nec tamen se omni belli cura vel in tantillum tempus plane relaxavit, quin respiceret disquireretque secum interim, quid cras esset faciendum? Talia meditantem convenit Tatranes. Vir hic erat Scytha, qui sæpius iteratis ad Augustum transfugiis, non pauciora violatæ fidei flagitia subjecerat, toties ad suos perfidiosa fuga reversus. Is quod in tot reciprocis pœnitentiæ ac sceleris vicibus semper facilem et tutum in Alexii patienti clementia receptum habuisset, pudore quodam victus amare serio cœperat virtutem tam licenter spretam, et jam expertæ bonitatis domino toto pectore studebat, adeoque a vera imperatori consulendi voluntate hæc ejus, quam ad illum tum habuit, proficiscebatur oratio: *Non vana mihi opinio est, Auguste, Scythas in animo habere cras circumcludere nos et sic nobiscum omni ex parte circumventis prælium capessere. Opus igitur est prodire nos mœnibus illucescente die, et aciem in campo structam offerre hostibus, ad istud perniciosum nobis quod dixi consilium prævertendum disturbandumque.* Laudavit virum imperator, probatoque atque accepto consilio ejus, se ita ut suadebat postridie oriente sole facturum recepit. Tatranes his dictis auditisque duces Scytharum adiens allocutus in hunc modum est: *Ne efferamini propter victorias quas de imperatore reportastis, neque quod paucos nos esse videatis propterea pugnam nobiscum vobis ad victoriam processuram certa fiducia præsumite. Cum imperatore invicti roboris atque animi vobis res est; nec duci miles deerit. Scitote enim ingentes conducti militis copias in itinere esse, nobis propediem jungendas. Id et certo erit: et simul fuerit, væ vobis; nisi prius pace composita rebus vestris provideritis, profecto vestra cadavera vulturibus epulas dabunt.* Hæc Tatranes ad Scythas. At imperator licentissime palantes tota **214** passim planitie innumerabiles equos barbarorum diu noctuque sine cessatione ulla prædantium abigere meditans, accersitos Uzam et Monastram jussit cum lectis equitibus per noctem capto circuitu Scythas a tergo adoriri sub diluculum, progredique in planitiem, equis et jumentis quæ in ea pascebant omnibus una cum pastoribus præ se abactis. *Nec de successu dubitaveritis*, aiebat, *nobis enim ex adverso conserta pugna Scythas a facie distinentibus, non poterit non tutus esse ac facilis*

A 'Ο δὲ αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ συνέχοντος αὐτὸν, ὡς ἔφην, ῥίγους βιαζόμενος κατεκλίθη, μικρὸν ἑαυτὸν ἀνακτησόμενος. 'Αλλ' ὅμως οὐδ' οὕτως ἠρέμει, σκεπτόμενος τί ἂν χρὴ τὸν [62] αὔριον ποιῆσαι. Προσελθὼν δ' ὁ Τατράνης [Τραγάνης] (Σκύθης δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ πολλάκις αὐτομολήσας πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ παλινδρομήσας αὖθις οἴκαδε, καὶ τοσαυτάκις [63] παρ' αὐτοῦ συμπαθείας ἀξιωθεὶς, καὶ πολὺν τὸν πόθον εἰς αὐτὸν διὰ τὴν τοσαύτην ἀνεξικακίαν ἐσχηκὼς), τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ ὅλῃ ψυχῇ καὶ φρονῶν καὶ πραγματευόμενος, ἔφη· *'Ελπίς ἐστί μοι, βασιλεῦ, κατὰ τὴν αὔριον τοὺς Σκύθας κυκλῶσαι ἡμᾶς, καὶ οὕτω τὸν μεθ' ἡμῶν ἀναζητῆσαι πόλεμον. Χρὴ τοίνυν προλαβόντας ἔξω τῶν τειχῶν αὐγαζούσης ἡμέρας παρατάξασθαι.* 'Επαινέσας δὲ B τοῦτον [64] ὁ βασιλεὺς καὶ ἀποδεξάμενος τῆς βουλῆς, συνέθετο ἡλίου ἀνίσχοντος πέρας ταύτην λαβεῖν. 'Ο δὲ ταῦτ' εἰπὼν, ἀπελθὼν τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἀπεστομάτισε τῶν Σκυθῶν· *Μὴ ἐπαίρεσθε διὰ τὰς προγεγενημένας ἥττας τοῦ αὐτοκράτορος, μηδὲ ὀλιγοστοὺς ὁρῶντες ἡμᾶς τὴν μεθ' ἡμῶν ἀγαθαῖς ἐλπίσι θαῤῥεῖτε μάχην. Ἄμαχος τὴν ἰσχύν ἐστιν ὁ κρατῶν καὶ πολὺ μισθοφορικὸν ὅσον ἤδη ἐλπίζεται καταλαβεῖν. Καὶ εἰ μὴ τὴν μετ' αὐτοῦ εἰρήνην σπάσησθε, τὰ σώματα ὑμῶν οἰωνοὶ ἔδονται.* Τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ Ταρτάνη πρὸς τοὺς Σκύθας. 'Ο δέ γε αὐτοκράτωρ μελετήσας τοὺς κατὰ πεδιάδα νεμομένους ἵππους αὐτῶν ἀναλαβέσθαι (ἦσαν δὲ παμπληθεῖ,) ληϊζομένων ὁσημέραι τὰς νύκτας τὴν ἡμεδαπὴν χώραν, μεταπεμψάμενος τόν τε C Οὐζᾶν καὶ τὸν Μοναστρᾶν, ἐπέσκηψε μεθ' ἱππέων ἐκκρίτων ἐξ ὀπισθίων τῶν Σκυθῶν διελθόντας κατὰ τὸ περίορθρον, τὰς πεδιάδας καταλαβεῖν, καὶ τοὺς ἵππους ἅπαντας καὶ τὰ ἄλλα κτήνη σὺν αὐτοῖς νομεῦσιν ἀναλαβέσθαι καὶ μὴ δεδιέναι παρεκελεύετο [65]. *'Ημῶν γὰρ κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς μαχομένων, ὑμεῖς ῥᾳδίως τὸ κελευσθὲν ἐκπληρώσετε.* Οὐδαμῶς δὲ τοῦ σκοποῦ διημάρτηκεν. 'Ο γὰρ λόγος ἔργον εὐθὺς ἐγεγόνει. Αὐτὸς δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Σκυθῶν ἐπέλευσιν προσδόκιμον ἔχων, οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ἐπινυστάζων ὅλως ἦν. 'Αλλὰ μεταπεμπόμενος δι' ὅλης νυκτὸς τοὺς στρατιώτας, καὶ μᾶλλον τοὺς τῆς τοξείας εἰδήμονας, πολλὰ περὶ τῶν Σκυθῶν ὡμίλει, ἐπαλείφων οἷον D αὐτοὺς, καὶ τὰ συνοίσαντα πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἐς νέωτα μάχην ξυμβουλεύων, ὅπως δεῖ τόξον τείνειν, καὶ βέλη πέμπειν, ἔστιν οὗ καὶ τοὺς ἵππους ἀνα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[62] τήν. [63] τοσαύτης. [64] τοῦτο. [65] παρεκελεύσατο.

σειράζειν, καὶ αὖθις ἐνδιδόναι τὸν χαλινὸν, καὶ ἀποβαίνειν τῶν ἵππων, εἰ καὶ τοῦτο χρή. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς νυκτὸς ἔργα. Μικρὸν δὲ ὑπνώσας, ἐπεὶ τῆς ἡμέρας ἤδη ἐπιφωσκώσης [66] οἱ λογάδες ἅπαντες τῶν Σκυθῶν διαπεραιωθέντες τὸν ποταμὸν [67]. . . τὸν πόλεμον ἀναζητεῖν ἐῴκεσαν, καὶ ἤδη πέρας ὁ τοῦ αὐτοκράτορος ἐλάμβανε στοχασμὸς (δεινὸς γὰρ ἦν προϊδέσθαι τὸ μέλλον, ἐμπειρίαν πολλὴν τῇ πυκνότητι τῶν ὁσημέραι κατ' αὐτοῦ ἐπανισταμένων πολέμων λαβὼν) ἐπιβὰς παραχρῆμα τοῦ ἵππου, τὴν ἐνυάλιον ἠχῆσαι προσέταττε σάλπιγγα, καὶ τὰς φάλαγγας καταστησάμενος αὐτὸς ἐπὶ τοῦ μετώπου εἱστήκει. Ὁρῶν δὲ τοὺς Σκύθας ἰταμώτερον ἢ πρότερον ἐπικαταλαμβάνοντας, παραχρῆμα τοὺς τῆς τοξείας εἰδήμονας ἀποβῆναι τῶν ἵππων καὶ βάδην κατ' αὐτῶν ἰέναι ἐπέσκηψεν, καὶ συνεχῆ τὰ τόξα τείνειν· τὸ δέ γε λοιπὸν παρατάξεως κατόπιν τούτων ἵετο καὶ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ τὸ μέσον διέπων τοῦ στρατεύματος. Οἱ δὲ τοῖς Σκύθαις μετὰ τόλμης προσέβαλον. Καρτερᾶς δὲ τῆς μάχης γεγονυίας, τὸ μὲν τὴν πυκνότητα τῶν βελῶν, τὸ δὲ καὶ τὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συντάγματος συνασπισμὸν ὁρῶντες, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν αὐτοκράτορα ἐκθύμως μαχόμενον, ἐκδειματωθέντες παλιμπόρευτοι γεγόνασι τὸν ποταμὸν, εἰς τοὔπισω σπεύδοντες διαπερᾷν πρὸς τὰς σφῶν ἁρμαμάξας τὴν φυγὴν ποιούμενοι. Ἐδίωκον γὰρ ὅλους ῥοτῆρας [68] ἀφέντες οἱ τῆς Ῥωμαϊκῆς [69] φάλαγγος, οἱ μὲν τοῖς δόρασι κατὰ τῶν μεταφρένων παίοντες, οἱ δὲ τοῖς βέλεσι τούτους βάλλοντες. Πολλοὶ μὲν οὖν πρὸ τοῦ παρὰ τὸ χεῖλος ἐφθακέναι τοῦ ποταμοῦ ἀναιρεθέντες πίπτουσι, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνὰ κράτος φεύγοντες ταῖς δίναις ἐμπίπτοντες τοῦ ποταμοῦ παρασυρόμενοι ἀπεπνίγοντο [70]. Ἐκθυμότερον δὲ ἁπάντων κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἱ περὶ τὸν αὐτοκράτορα διαπονούμενοι θεράποντες ἠγωνίσαντο. Ἦσαν γὰρ ἀκμῆτες ἅπαντες. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ ἔκδηλος ἀριστεὺς κατὰ ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀναδειχθεὶς, νικητὴς πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν ὑπέστρεψεν.

A *vobis impetus in eosdem a tergo factus, improvisus item et vehemens.* Dictum, factum. Nec exsecutio præcepto, nec incepto destinatus exitus defuit. Extemplo Augustus in partem operis sibi desumptam intentus ad fortiter excipiendos quos in se avertere cras parabat Scythas curam omnem ac contentionem vertit. Somnum illa nocte non vidit, ac ne connivere quidem palpebram passus est, totus in accersendis, confirmandis, commonendisque militibus, jaculatoribus præsertim quibus præcipiebat multa ad usum pugnæ crastinæ, de modo quam maxime nocendi barbaris, deque optima ratione tendendi arcus jaculique collimeandi : nec erudire verbo ad ea contentus etiam exercebat, formabatque manu, B monstrans etiam uti compescere interdum angustis habenis ac reflectere oporteret equum, ut admittere rursus laxatis frenis, ut perite expediteque in tempore desilire. Hæc illam noctem imperatoris opera fuerunt, nisi quod sub vigiliam extremam modica quiete sumpta, die illuscescente audivit moxque ipse vidit duces Scytharum cum instructis, ut apparebat, ad prælium copiis vadere in Romanos, jamque trajecisse fluvium. Sic quod imperator Uzæ Monastræque futurum prædixerat evenit. Et novum id unum de plurimis experimentum fuit eximiæ peritiæ conjectandi certoque pronuntiandi de futuris belli casibus, qua semper Alexius excelluit, eum fructum ex magno usu longaque et laboriosa experientia rerum militiæ toleratarum gestarumque, inter alios C adeptus, reputando videlicet comparandoque, et memoriam animadversionemque cunctis eventibus adhibendo. Tunc ergo statim equo conscenso simul phalanges ordinat, acieque descripta ipse in fronte locum sumit. Inde animadvertens ferocius concitatiusque solito venire Scythas, jaculatores raptim exscendere ex equis jubet, sicque procedere adversos barbaris, maturo gradu, nusquam remissa jaculatione; post eos universum ipse medius agmen animans ducat. Audacter imperata faciunt præmissi velites et acri eminus commisso certamine incredibili ingesta multitudine telorum hostilem haud dubie retardant impetum. Semel concussis extremum ad terrorem fugæque consilium momentum accessit formidolosa species Romanæ aciei, consertæque nexus phalangis : super omnia facies ipsa minæque spirantis martem, ruentisque in perniciem ipsorum non dubiam imperatoris. **215** Ergo tergis haud dissimulanter versis fluvium impigre repetunt, iterumque trajiciunt, ad sua plaustra castraque properantes. Instat fugacibus toto impetu Romana phalanx et partim hastis cominus fodiendo terga, partim eminus sagittis figendo, multos antequam ad amnem pervenissent sternunt : multi ulterius fuga evecti verticibus fluminis hausti præfocatique periere. Animadversum est inclaruisse potissimum factis fortibus eo die virtutem domesticorum famulorum imperatoris, quos ad quotidianum ministerium adhibebat intimos, lectos omnes, et pleno ævi robore juvenes. Ipse Augustus heroica virtute atque consilio splendidissimæ victoriæ compos ista luce factus in castra se recepit sua.

Ἐπὶ τρισὶ γοῦν ἡμέραις αὐτοῦ που διαναπαυσάμενος ἐκεῖθεν ἀπάρας καταλαμβάνει τὴν Τζουρουλόν. Σκοπήσας δὲ ὡς χρὴ μὴ ταχέως ἐκεῖθεν μεταστῆναι, τάφρον ἀποχρῶσαν πρὸς τὸ ἀνατολικώτερον μέρος τοῦ πολιχνίου ταῖς προσούσαις αὐτῷ δυνάμεσι διορύξας, τήν τε βασιλικὴν σκηνὴν καὶ τὰς σκευὰς

D Trium ibi dierum quiete capta, Tzurulum se transtulit : unde non cito sibi migrandum cum statuisset, castra suis, quæ tum erant, omnibus copiis satis ampla capiendis ad orientalem oppidi metatus partem, vallo ea fossaque munivit, quoad abunde tuta credidit, ut iis, quod mox fecit, Augustale suum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[66] ἐπιφωσκούσης. [67] ποταμὸν τὸν πόλεμον. [68] ῥυτῆρας. [69] Ῥωμαίων. [70] ἐναπεπνίγοντο.

vasaque ac militarem universam principalis domus A supellectilem sine periculo committeret. Idem istud in oppidum Tzurulum Scythæ quoque veniebant; sed ut præoccupatum ab imperatore cognoverunt, trajecto amne qui per planitiem non longe a Tzurulo fluit (Xerogypsum (27) indigenæ nominant) medio spatio inter flumen et oppidum castra posuerunt, sic amplexi ambitum murorum urbis, ut eam undique clausam obseptamque circumsiderent : imperator vero intus interceptus quasi obsessus teneretur. At succedente nocte *Di reliqui pariter bellatoresque sub armis* (quod Calliope Homeri caneret) *carpebant somnos*. Verum imperatori Alexio *dulcis non fovit lumina somnus*, sed vigil ingenium torquebat, exquirenda secum ratione, si qua expediri posset, audaciam barbaricam arte frangendi; quandoquidem B ad id aperto Marte tentandum vires minus suppetebant, longe impari Romana paucitate ad innumerabilitatem exercitus Scythici, ita ut pugna æqua patente campo sine culpa temeritatis, quam certæ cladis præsens supplicium exciperet, iniri nullo modo posset. Observavit autem dux sagacissimus structum exstare oppidum Tzurulum in eminenti colle, unde pronus despectus esset in vastum camporum æquor per quod se immensa Scytharum multitudo diffuderat. Hunc situm et stativorum hostilium et sui oppidi solertia trahendum ad occasionem furti bellici acre ad talia ingenium decrevit. Res in hunc modum composita est. Conquisitos agro toto atque oppido comportari currus imperat; C tum eorum rotas axibus commissas, sed a plaustris ac temonibus avulsas funibus religandas curat, sicque ordine continuo dispositas **216** suspendit e pinnis muri summo collis jugo ædificati. Nec mora parentibus pro se cunctis, quippe urgente jubentis præsentia, constituitur una hora spectaculum inopinatum pendentium serie perpetua, e mœnium Tzuruli pinnis, qua in præceps imminent, revinctorum funiculis orbium ligneorum transvexis axibus ita fixorum ut bini connecterentur. His nocte paratis diluculo imperator surgens sese ipse armat, armarique omnes jussos portis mox educit, adversosque hostibus quasi ad prælium statuit. Contigit autem ut ex ea ipsa parte in quam imminebant D suspensæ in mœnium pinnis rotæ, Romana quoque explicaretur acies, et eadem linea e diametro contra staret hostilis exercitus. Imperator in mediis de more Romanis copiis præsens, edixit, ut quam primum classicum insonuisset omissis milites equis lento et otioso gradu in hostem vaderent, arcu maxime ac jaculis procul utentes, sicque aciem in se Scythicam elicere conarentur. Ubi vero barba-

A ἁπάσας εἴσω τούτου κατέθετο. Οἱ δὲ Σκύθαι ἐπιόντες καὶ οὗτοι κατὰ τῆς Τζουρουλοῦ, ἐπειδὴ προκαταλαβεῖν τὸν αὐτοκράτορα ταύτην ἠκηκόεισαν, διαβεβηκότες τὸν ἀνὰ τὴν πεδιάδα ῥέοντα ποταμὸν ἀγχοῦ που τοῦ πολιχνίου τούτου (Ξηρόγυψόν τοῦτον ἐγχωρίως κατονομάζουσι) τὸν χάρακα ἐπήξαντο, μεταξὺ ὄντες τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ πολιχνίου. Καὶ οἱ μὲν ἦσαν ἔξωθεν τὴν πόλιν ταύτην κυκλώσαντες· ὁ δὲ βασιλεὺς ἔνδον ἐναπείληπτο καθάπερ πολιορκούμενος. Ἀλλ' ἐπεὶ νὺξ κατέλαβεν, *ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ* (τοῦτο δὴ τὸ τῆς Καλλιόπης Ὁμήρου) *εὗδον*, τὸν δὲ αὐτοκράτορα Ἀλέξιον *οὐκ ἔχε* [71] *νήδυμος* [72] *ὕπνος*. Ἀλλὰ διηγρύπνει τε καὶ ἀνείλιττε λογισμοὺς, ὅπως τὸ θράσος τῶν Βαρβάρων τέχνῃ καταγωνίσηται [73]· ἰδὼν τοίνυν B ὡς τὸ πολίχνιον τοῦτο ἡ Τζουρουλὸς ἐπὶ λόφου ἀνεστηκότος τετείχιστο [74], τὸ δὲ βάρβαρον ἅπαν κάτω που περὶ τὴν πεδιάδα ηὐλίσατο, ἐπεὶ μὴ ἀποχρῶσαν πρὸς τοσαῦτα πλήθη δύναμιν εἶχεν, ὥστε τὴν μετ' αὐτῶν ἀποθαῤῥῆσαι [75] μάχην κατὰ συστάδην, ἐπινοεῖταί τι καὶ μάλα εὐμήχανον. Ἀναλαβόμενος τὰς τῶν οἰκητόρων ἁμάξας καὶ ταύτας ἀφελὼν ἀπὸ τῶν ἐπικραββάτων, τούς τε τροχοὺς καὶ τοὺς ἄξονας ἄνω κατέσχε, κἀθ' οὕτως ἔξω τοῦ τείχους ἐπὶ τῶν κρηδέμνων ἐφεξῆς ἀπαιωρεῖ διά τινων καλωδίων ἐναποδεσμουμένων ταῖς ἐπάλξεσι τῶν τειχῶν. Καὶ ἅμα τε τοῦτο ἐπενόησέ τε καὶ [76] εἰργάσατο. Καὶ μιᾶς ὥρας ἐναπεκρέμαντο κύκλῳ οἱ τροχοὶ μετὰ τῶν ἀξόνων, ὥσπερ τινὲς ἐφεξῆς κύκλοι C κείμενοι, καὶ ἀλλήλους [77] ἐγγίζοντες, καὶ τοῖς ἄξοσιν αὐτῶν ξυνδεσμούμενοι [78]. Πρωΐθεν δὲ ἀναστὰς καὶ αὐτός τε ὁπλισάμενος καὶ τοὺς ἄλλους ὁπλίσας ἐξάγει τοῦ τείχους ἀντιμετώπους στήσας τοῖς τοὺς στρατιώτας Βαρβάροις [79]. Συνέβαινε δὲ ἐφ' ἃ μέρη τὰ κύκλα τῶν τροχῶν ἀπῃώρηται, ἐπ' ἐκεῖνα καὶ τοὺς ἡμετέρους στρατιώτας ἵστασθαι καὶ ἀντικρὺ κεῖσθαι κατὰ μίαν γραμμὴν τὸ ἀντίθετον. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτὸς μέσης τῆς [80] ἀμφ' αὐτὸν παρατάξεως ἑστηκὼς, συνεβούλευεν ἐπὰν ἡ σάλπιγξ τὸ ἐνυάλιον ἐπιβοήσειεν [81] ἀποβάντας τῶν ἵππων τοὺς στρατιώτας σχολῇ καὶ βάδην κατὰ τῶν ἐναντίων, χωρεῖν τόξοις τὰ πολλὰ χρωμένους καὶ ἀκροβολισμοῖς καὶ τὴν φάλαγγα τῶν Σκυθῶν εἰς ἑαυτοὺς προκαλεῖσθαι. Ἐπὰν δὲ τούτους παρασυρέντας, καὶ ἐπ' αὐτοὺς D ἐγκεκραγότας τοὺς ἵππους θεάσαιντο, προτροπάδην ὀπισθορμήτους γενομένους ὀλίγον διαιρεθῆναι τηνικαῦτα διχῇ εἰς δεξιόν τε καὶ εὐώνυμον μέρος, καὶ χώραν δοῦναι τοῖς ἐναντίοις ἐς τοσοῦτον, ἕως ἂν τοῦ τείχους πλησίον γένοιντο. Τούτου δὲ γεγονότος παρήγγελτο τοῖς ἄνωθεν ἑστηκόσιν ἀπὸ τοῦ τείχους ὁπηνίκα τὴν σχίζαν τῶν φαλάγγων θεάσαιντο, ξίφεσι τὰ καλώδια κόπτειν καὶ ἀφεῖναι τοὺς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[71] εἶχεν. [72] ἥδυμος. [73] κατασοφίσηται. [74] Desunt voces ἰδὼν τοίνυν ὡς το πολύχνιον (sic) τοῦτο ἡ Τζουρουλὸς ἐπὶ λόφου ἀνεστηκότος τετείχιστο. [75] ἀναθαῤῥῆσαι. [76] ἐνενόησε καί. [77] ἀλλήλοις. [78] δεσμούμενοι. [79] τοὺς στρατιώταις τοῖς βαρβάροις. [80] μὲν τῆς. [81] ἠχήσῃ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(27) Xerogypsi fluvii meminit Theophylactus Simoc., lib. VI, cap. 3.

τροχοὺς μετὰ τῶν ἀξόνων ἄνωθεν κάτω κατακρημνίζεσθαι. (A) Ἐγένετο ταῦτα κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως παράγγελμα. Καὶ ἀθρόοι μὲν ἐπαράξαντες ἦσαν οἱ Σκύθαι σὺν ἀλαλαγμῷ βαρβαρικῷ ἱππόται κατὰ τῆς ἡμεδαπῆς παρατάξεως, πεζῇ καὶ βάδην κατ' αὐτῶν ἱεμένων πάντων, μόνου δὲ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπόχου συγκατιόντος αὐτοῖς. Οἱ δὲ κατὰ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος τέχνην ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείψαντες καὶ οἷον ἀναποδίσαντες διεσχίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, ὡς οὐκ ἄν τις ἤλπισεν, ὥσπερ θύραν τοῖς Βαρβάροις πλατυτάτην εἰς τὴν εἴσοδον ἀνεῴξαντες [82]. Καὶ ἅμα οἱ μὲν Σκύθαι εἴσω τοῦ [83] στομίου τῆς ἑκατέρωθεν φάλαγγος [84] ἐγεγόνεισαν, οἱ δὲ τροχοὶ μετά τινος ῥοίζου καὶ καταφορᾶς ἐνεχθέντες ὑπὲρ πῆχυν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἕκαστος ἐφαλλόμενοι [85], (B) ἅτε τῶν κυρτοτήτων ἑκάστου τροχοῦ [86] ἀποκρουσθεισῶν ἐκ τοῦ τείχους, καὶ οἷον ἀποσφενδονηθεισῶν, εἰς μέσους τοὺς ἱππότας τῶν Βαρβάρων ἐξεκυλίσθησαν, ῥύμην λαβόντες σφοδροτέραν [87], τὸ μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἀθρόας καταφορᾶς τῷ φυσικῷ πειθόμενοι βάζει [88], τὸ δὲ καὶ ῥοπὴν λαβόντες ἀκάθεκτον ἀπὸ τοῦ κατάντους τοῦ τόπου [89] σφοδρῶς τε τοῖς Βαρβάροις ἐνέπιπτον [90], καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέθλιβον τὰ σκέλη τῶν ἵππων ὥσπερ θερίζοντες· καὶ ἀμφότερα ἑκατέρωθεν ἀπό τε τῶν ἐμπροσθίων καὶ ὀπισθίων μερῶν διατεμνόμενοι, ὀκλάσαι τοὺς ἵππους ἐφ' ἃ μέρη τὴν πληγὴν ἀνεδέξαντο [91] κατηνάγκασαν, καὶ τοὺς ἱππότας συγκαταβαλεῖν, ὧν ἐπ' ἀλλήλων καὶ συχνῶν πιπτόντων, ἐξ ἑκατέρου δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν κατ' αὐτῶν (C) ἱεμένων, καὶ δεινῆς τῆς μάχης τοῖς Σκύθαις πανταχόθεν ἐφισταμένης, οἱ μὲν τοῖς πεμπομένοις ἀνῃροῦντο βέλεσιν, οἱ δὲ διὰ τῶν δοράτων ἐπλήττοντο, τῶν δὲ λοιπῶν οἱ πλείους ὑπὸ τῶν τροχῶν σφοδρῶς καταφερομένων συνωθούμενοι πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ ἀπεπνίγησαν. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἐπεὶ πάλιν τοὺς καταλειφθέντας Σκύθας πρὸς πόλεμον ὁρμῶντας ἑώρα τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἅπαντας τεθαῤῥηκότας κατανοήσας, ὁπλίσασθαι παρεκελεύσατο. Σιδηροφορήσας δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πολέμου σχῆμα διατυπώσας πρὸς τὸ πρανὲς κάτεισιν. Εἶτα δὴ τὰς φάλαγγας ἐπιστρέψας κατὰ πρόσωπον τοῖς Σκύθαις ἵστατο, ἐφ' ᾧ τὸν μετ' αὐτῶν, ὡς ἐνὸν, συνάψαι πόλεμον. Αὐτὸς μὲν οὖν τὸν [92] μέσην τῶν ταγμάτων εἶχε (D) χώραν· μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης τὴν νικῶσαν τηνικαῦτα παρ' ἐλπίδας αἱ Ῥωμαϊκαὶ εἶχον φάλαγγες καὶ ἐδίωκον τούτους ἀκρατῶς. Ἐπεὶ δ' ἱκανὸν διάστημα τούτους ἑώρα διώκοντας ὁ αὐτοκράτωρ, δεδιὼς μὴ λοχῶντές τινες αἰφνιδίως ἐπεισπεσόντες τοῖς Ῥωμαίοις παλίντροπον τὴν τῶν Σκυθῶν φυγὴν ἀπεργάσωνται, καὶ προστεθέντες τούτοις καὶ οἱ φεύγοντες, μέγα τὸ δεινὸν τῇ Ῥωμαϊκῇ στρατιᾷ ἐπάξωσιν, ἱππασίας πυκνὰς ποιούμενος, ἀνασειράζειν τοὺς χαλινοὺς καὶ τοὺς ἵππους ἀναψύχειν, τοῖς στρατιώταις ἐκέλευεν. Οὕτω γοῦν κατὰ τὴν

(A) ros pronos in impetum contra se ruendi cernerent jamque ad cominus accedendum exhortari equos audirent, terga ex composito verterent; sic tamen fucosam fugam moderarentur, ut in aliam alii partem a se invicem discedentes, hiatum in medio patentem quasi phalangis perruptæ relinquerent, per quem penetrantes hostes admoverent se propius muris oppidi. Et erant supra murum dispositi qui in id unum invigilarent: quibusque mandatum erat ut ubi scissam in partes duas Romanam aciem ingressosque per eam scissuram provectos ad muri viciniam Scythas cernerent, gladiis repente strictis funes quibus rotæ religabantur e pinnis rumperent easque conjugatas cum axibus una præcipites deorsum darent. Successere omnia e sententia votoque (B) imperatoris. Itum in Scythas lento incessu, solo inter Romanos Augusto equitante præsentemque dante operam ut cuncta ex usu cogitati stratagematis apte fierent. Furunt contra Scythæ, minisque cum ira crescentibus expediunt ferocem impetum spe mox invadendæ cominus pugnæ cum iis quorum jaculatione procul tuta petebantur. Ruentibus addit calcar fuga simulata Romanorum, discessioque phalangis obliquatis mutuoque aversis artificiose recedentium genibus, iter aperit blande pellax, et sine suspicione insidiosum, pari nostri contemptu suique fiducia sese inferentibus barbaris. Per id quasi latissimum ostium, ut cum magno clamore ac convicio cœperant invehi, perrexerunt equites Scy- (C) thæ: donec in eos divisæ phalangis velut faucibus utrimque clausos superne devolutæ rotarum orbitæ subitum objeccere terrorem. Alta ruina in durum allisi solum orbes lignei reflectebantur resultu plusquam cubitali; tum in pronum vergentem nacti declivitatem, apte librati transversis axibus, impetu juxta **217** strepituque ac fragore maximis, in barbaros intorti evolvebantur, nihilo lenius quam si muralibus machinis excussa pondera fulminea pernicitate ruant. Circumveniuntur novæ undique appulsu pestis Scythæ, crura equorum quibus vehebant varie demetente plaustrorum procella: aliis ab anteriore parte incidens malum volubile pedes priores armosve contuderat; alios forte aversos nacta rotarum præceps vis in posterioribus læserat calcibus. At (D) quacunque parte vulnus equus acceperat, in eam necessario claudicans exscendere cogebat equitem, nisi secum afflictum trahebat in casum. Strages ergo fiebat virorum equorumque, in acervos se cumulans grassante assidue pernicie, non modo incursu præcipitantium rotarum, sed jam etiam mutuo allisu impulsuque, dum qui rotæ ruentis incursu sternitur, comitem et commilitonem suum mole sua in casum communem abripit: ac ne in hoc ruina sistit, sed ab uno percusso toti ordines pessum truduntur, et Romanis nova felicitate ipsa Scytharum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[82] ἀνοίξαντες. [83] τῶν. [84] φαλάγγων. [85] ἀφελόμενοι. [86] τροχῶν. [87] σφοδροτάτην. [88] βάρει. [89] τόπου. [90] τὰ βάρβαρα ἀνέπιπτον. [91] ἐδέξαντο. [92] τήν.

corpora in Scythas vicem telorum fungentia, militant. Cooriuntur inter hæc ab utroque latere nostri barbarosque impeditos et perculsos, qua procul ejaculandis sagittis, qua cominus fodiendo eos infestis hastis otiose conciduut. Nec sola rotarum impellentiumque corporum calamitas fuit; accessit in partem cladis torrens unda propinqui amnis, in quem multi rotatorum superne axium mole motuque correpti barbari submersi sunt. Postridie residuos Scythas repetere prælium velle conspicatus imperator, suos et ipse recenti successu audaces armari ac contra prodire jubet; et in ipsa declivitate aciei formam ubi ex arte descripsit, sibique in ea media locum pugnaturo sumpsit, vertant in hostem vultus, pugnamque cum adversis capessant, edicit suis. Nec penes Scythas mora fuit; miscetur prœlium atrox. Vincunt præter spem Romanæ phalanges, barbarosque in fugam incumbentes longo spatio magnis animis sequuntur. Suspecta res prudentissimo imperatori fuit, verenti ne quo forte in loco subsidentium insidiarum Scythæ conscii in eas astu Romanos abreptum irent; sicque nostris aut cæsis aut vicissim fugientibus insidiatores cum prius fugacibus pugnam acriorem instaurarent magna clade modo vincentium. Conventis ergo laboriose per equitationes crebras commonitisque plerisque suorum, ut frenos reflecterent equisque requiem darent, incolumes re-luxit universos. Sic ea die ambo a se invicem exercitus disjuncti sunt, Scythico in fugam verso, Romano cum suo imperatore manifestæ victoriæ compote in propria castra redeunte. Victi Scy'hæ et victos confessi Bulgarophygum inter ac parvam Nicæam tabernacula fixere.

A ἡμέραν ἐκείνην ἄμφω διαστήτην τὰ στρατεύματα. Οἱ μὲν γὰρ φυγάδες, ὁ δὲ βασιλεὺς χαίρων νικητὴς λαμπρὸς πρὸς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν ἐπάνεισιν. Οἱ δὲ Σχύθαι καταχράτος ἡττηθέντες μεταξὺ τοῦ Βουλγαροφύγου καὶ τῆς μικρᾶς Νικαίας τὰς σκηνὰς ἐπήγνυντο.

Adulta porro jam hieme, putavit imperator e re fore, si Constantinopolim rediret, quo et se ipsum, et majorem partem exercitus, e longa et varia tot certaminum fatigatione reficeret. Divisis ergo bifariam copiis, quod earum magis vegetum integrumque fuit, id opponendum hostibus adhuc armatis reliquit ibidem sub cura ducum duorum, **218** Joannis nempe et Maurocatacalonis Nicolai, de quorum utroque sæpe superius mentionem fecimus, dato ipsis mandato, præoccupandi præsidiis idoneis oppida singula, ne in Scytharum potestatem venire cogerentur: præterea corradendi abducendique ex regione universa pedites rusticos una cum plaustris et bobus ipsa trahentibus. Jam tum enim providens parabat quæ ad expeditionem veris insequentis, qua conatum omnem intendere decreverat ut Scythas debellaret, sibi profutura opinabatur. Hunc in modum dispositis omnibus, Byzantium revertitur.

B Χειμῶνος δὲ ἤδη ἐπικαταλαβόντος, δεῖν ἔγνω ὁ αὐτοκράτωρ εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανελθεῖν, ἐφ' ᾧ ἑαυτόν τε καὶ τὸ πλέον τοῦ στρατοπέδου τῶν πολλῶν ἀγώνων ἐπανακτήσασθαι. Διελόμενος οὖν τὰς δυνάμεις, καὶ εἰς ἀντίπαλον μοῖραν ἀποκρίνας ὁπόσοι εὐψυχότεροι τοῦ παντὸς ἦσαν στρατεύματος ἡγεμόνας τούτων τόν τε Ἰωάννην καὶ τὸν Μαυροκατακαλὼν Νικόλαον προεβάλλετο, περὶ ὧν πολλάκις φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἐντειλάμενος αὐτοῖς ἐν ἑκάστῳ μὲν τῶν πολιχνίων ἀποχρῶντας εἰσαγαγεῖν στρατιώτας εἰς τὴν αὐτῶν φρουρὰν, πεζοὺς δὲ ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας μετὰ ἁμαξῶν καὶ τῶν ταύτας ἑλκόντων βοῶν ἐξελάσαι. Βουλόμενος γὰρ ἔαρος ἐφισταμένου τῆς κατὰ τῶν Σκυθῶν καρτερώτερον ἀνθέξεσθαι μάχης προεμελέτα τε καὶ ηὐτρέπιζε τὰ συνοίσοντα. C Οὕτω γοῦν ἅπαντα διαθέμενος ἐπανέρχεται πρὸς τὸ Βυζάντιον.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Η'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER VIII

219 ARGUMENTUM.

Debellatum cum Scythis ingenti prælio, quo gens universa uno die deleta est. Conspirationes duæ detectæ.

PERIOCHE.

bus remittentibus, putavit **227** imperator faciendum ut, cum a terra simul atque a mari peteretur, quo utrique simul hostium generi posset occurrere copias ad loca maritima congregaret. Statim igitur ad Cæsarem Nicephorum Melissenum litteras dat, quibus dicto citius Ænum petere jubebat, cum legionibus recens conscriptis; mandaverat enim ei antea ut quam plurimos posset conscriberet milites : non e veteranis (siquidem hos ipse occupaverat Augustus per occiduum spargere limitem, urbibus ejus tractus præcipuis præsidio futuros), sed novos et eatenus expertes belli, genera ipsa subtiliter explicans ex quibus hos fieri delectus tyronum mallet, nempe Bulgaros et pastoritiæ duratos vitæ laboribus, agrestes juvenes incertis sedibus vagos, quos communis dialectus Blachos vocare consuevit : præterea quoscunque advenas undecunque se offerrent, sive ad pedestrem sive ad equestrem militiam. Porro ipse accersitis e Nicomedia quingentis Gallis equitibus, ad ipsum, ut alias diximus, a comite Flandriæ missis, cum iis et magna cohorte propinquorum cognatorumve Byzantio egressus Ænum celeriter se confert. Ibi navem ingressus undique apertam ad speculationis usum, ea per fluvium invectus, universum ejus situm, ripæ naturam utriusque, profunditatis modum, ac formam alvei exploravit accurate : locoque notato quem ratione habita rerum istarum omnium opportunissimum putavit castris metandis, reversus est. Mox per noctem congregatis ad se ducibus præcipuis exposuit sigillatim quid in exploratione fluminis comperisset : significavitque cupere se uti postridie secum ipsi amne trajecto transamnanam planitiem lustrarent late omnem suis oculis : id ubi fecissent, sese confidere, haudquaquam ineptum ad positionem castrorum visum ipsis iri locum quem ad eam rem a se designatum monstraturus tum esset. Assenserunt omnes; ergo simul illuxit, ipse primus in ulteriorem evasit ripam; copiæ sequuntur omnes. Hic iterum convocatis ducibus fluvii ripas ostendit, et iis adjacentem planitiem : tum locum castris delectum, prope oppidulum quoddam, Chœrenum ab indigenis vulgo dictum una ex parte habentem flumen, ex altera non minori alio munimento tutum, qua nempe in palustrem desinit campum : ita ut mediam munitionis partem necessariæ ad securam metationem castrorum natura jam factam offerret : cunctis sine mora probantibus, fossa quamprimum ducta, totus illic exercitus deponitur. Quo facto imperator cum idoneo cetratorum numero Ænum redit, animo reprimendi Scytharum impetus, ab ista potissimum parte incurrentium.

A αὐτοῦ ἐξεληλυθὼς τῆς Βυζαντίδος, θᾶττον τὴν Αἶνον καταλαμβάνει. Καὶ τηνικαῦτα ἐν ἀμφιρύκῳ (41) εἰσελθὼν καὶ παραδραμὼν τὴν τοῦ ὅλου ποταμοῦ θέσιν, καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ κοίτην κατασκεψάμενος ἑκατέρωθεν, καὶ διαγνοὺς ὅποι τὸ στρατιωτικὸν καταθεῖναι βέλτιον, ὑπέστρεψε. Καὶ διὰ τῆς νυκτὸς τοὺς λογάδας συναγαγὼν τοῦ στρατεύματος τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν καὶ τὰ τούτου παρ' ἑκάτερα διηγεῖτο, καὶ ὡς χρὴ τὴν αὔριον διαπεράσαντας καὶ ὑμᾶς τὴν ὅλην περιαθρῆσαι πεδιάδα. Καὶ ἴσως οὐκ ἀδόκιμος ὑμῖν ὑποδείξω ὃν αὐτὸς τόπον φανεῖται οὗ χρὴ τὰς σκηνὰς πήξασθαι. Τοῦτο δὲ πᾶσι συνδόξαντος, αὐγαζούσης ἡμέρας πρῶτος αὐτὸς περαίαν [24] κατέλαβε, κᾆθ' οὕτως ἅπαν αὐτῷ συνείπετο τὸ στρατιωτικὸν, καὶ μετὰ τῶν λογάδων αὖθις κατα-
B σκοπήσας τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ καὶ τὴν ὑπερκειμένην πεδιάδα καὶ τὸν ἀρέσκοντα τόπον αὐτῷ ὑποδείξας αὐτοῖς (ἀγχοῦ δὲ ἦν πολιχνίου τινὸς τοῦ οὑτωσὶ Χοιρηνοῦς ἐγχωρίως ἐπονομαζομένου ἐξ ἑνὸς μὲν μέρους ἔχοντος τὸν ποταμὸν, ἐξ ἑτέρου δὲ, βαλτώδης (42) ὢν), ἐπεὶ ἱκανὸν ὀχύρωμα, καὶ πᾶσι [25] τοῖς στρατιώταις ἐφαίνετο, θᾶττον τάφρον διορύξας ἅπαν ἐκεῖ τὸ στράτευμα κατατίθησιν. Αὐτὸς δὲ αὖθις μεθ' ἱκανῶν πελταστῶν πρὸς τὴν Αἶνον ἐπάνεισιν, ἐφ' ᾧ τὰς τῶν Σκυθῶν ὁρμὰς ἐς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐρχομένων ἀναστέλλειν.

Tum qui castris ad Chœrenum præerant, certiores facti de adventu innumerabilium agminum Scythicorum, id ipsum indicium ad imperatorem deferunt Æni commorantem. **228** Ille speculatorio navigio maris ora obita, per ostiorum fauces vi

C Πυθόμενοι δὲ οἱ κατὰ τὴν γενομένην εἰς Χοιρηνοῦς ταφρείαν ἀμυθήτων Σκυθικῶν στρατευμάτων ἔλευσιν, δηλοῦσι περὶ τούτων τῷ αὐτοκράτορι, τὴν [26] Αἶνον ἔτι ἐνδιατρίβοντι. Ὁ δὲ παραχρῆμα ἐν ἀμφιρύκῳ πλοίῳ εἰσελθὼν, καὶ περιπλεύσας τὸν ποταμὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] τὴν πεοαίαν. [25] πᾶσιν ὁμοῦ. [26] περὶ τήν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) Ἀμφιρύκῳ. Pag. seq. et 443 : Ἐν ἀμφιρύκῳ πλοίῳ. Quid si ἀμφιρύτῳ, ita ut ἀμφίρυτον, vel ἀμφίῤῥυτον πλοῖον scapha fuerit, quæ ex sui exiguitate, undis undique ad oram usque alluatur ? Ἀμφιρύτη νῆσος hac notione apud Homer. Od. α, et Ἀκτὴ ἀμφιρύτη, lib. IV *Anthol.* cap. 24 : Ἀμφίῤῥυτος θάλασσα, apud Cinnamum, lib. VI, p. 305; Hesychius, ἀμφιρύτη, πανταχόθεν περιῤῥεομένη τῶν ὑδάτων. Nihil tamen temere mutandum, sed legendum ἀμφηρικῷ, est enim ἀμφηρικόν, in Scholiis Thucydidis ad lib. IV *Hist.* πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεττόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίας ἐρέττει, et eidem Hesychio dicitur ἀκάτιον ληστρικὸν, ἐν ᾧ εἷς ἐλαύνει δύο κώπας. Idem : Ἀμφήρεις νῆες ἀμφοτέρωθεν ὁρμώμεναι ἢ ἐρεσσόμεναι. Vid. *Glossar. Annæum.*

(42) *Βαλτώδης.* Palustris. Constantinus, *De adm. imp.* cap. 38 : Ἡ Βενετία τὸ μὲν παλαιὸν τόπος ἐρημός τις ἀοίκητος καὶ βαλτώδης. Leoni —, *Tact.* cap. 11, § 3, βάλτη est palus. Occurrit semel ac iterum apud Annam, pag. 392 et 441. Hinc βαλτολιβάς apud Scylitzem, pag. 832 : Διαναπαύσαντες δὲ ἑαυτοὺς ἐν τῇ βαλτολιβάδι, ὡς ἐνὸν ᾤχοντο διὰ τῆς νυκτός. Ubi perperam interpres, *in Baltolibade* vertit, mallem *in prato*, aut *loco palustri, et aquis irriguo.*

διὰ τοῦ στομίου διελθὼν, ἡνώθη μετὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος. Τὰς δὲ ἰδίας ὁρῶν δυνάμεις μηδὲ τὸ πολλοστημόριον τοῦ Σκυθικοῦ σωζούσας στρατεύματος, ἐν ἀμηχανίᾳ καὶ φόβῳ ἦν, μὴ ἔχων τὸν ἐπαρήγοντα κατὰ ἄνθρωπον. Οὐκ ἀνέπιπτε δὲ ὅμως [27] οὐδὲ ἐμαλακίζετο, ἀλλὰ πολλοὺς τοὺς παρ' ἑαυτῷ κυμαινομένους εἶχε λογισμούς. Μετὰ γοῦν τετάρτην ἡμέραν ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους πόῤῥωθεν ὁρᾷ Κομανικὸν στράτευμα, ὡσεὶ τεσσαράκοντα χιλιάδας ἐπικαταλαμβάνον ἤδη. Σκεψάμενος δὲ μὴ καὶ αὐτοὶ τοῖς Σκύθαις προστεθέντες δεινὸν τὸν [28] κατ' αὐτοῦ ποιήσωνται πόλεμον (καὶ οὐδὲν ἄλλο ἐντεῦθεν τὸ ἐλπιζόμενον ἢ πανωλεθρία), δεῖν ἐλογίσατο ὑποποιήσασθαι αὐτοὺς, καὶ γὰρ προέφθη τούτους μετακαλέσασθαι Τοῦ δὲ Κομανικοῦ στρατεύματος πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἡγεμόνες κατέστησαν, προαγοὶ [29] δὲ πάντων ὁ Τογορτὰκ [30], ὁ Μανιὰκ, καὶ ἕτεροι ἄνδρες μαχιμώτατοι. Τὴν δὲ πληθὺν τῶν ἐπικαταλαμβανόντων ἤδη Κομάνων ὁρῶν, ἐδεδίει, τὸ εὐάγωγον πάλαι γινώσκων τῆς αὐτῶν γνώμης, μὴ οἱ σύμμαχοι ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι γεγονότες μεγίστην βλάβην αὐτῷ προξενήσειαν. Ἀσφαλέστερον δὲ λογισάμενος ἐκεῖθεν ἀπάραντα μετὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς διαπεράσαι αὖθις τὸν ποταμὸν, δεῖν ἐλογίσατο πρότερον τοὺς ἡγεμόνας τῶν Κομάνων μετακαλέσεσθαι [31]. Οἱ δὲ παραχρῆμα προσέρχονται τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ Μανιὰκ, κἂν ὀψιαίτερον τῶν ἄλλων πρότερον ἀναβαλλόμενος. Δαψιλῆ τοίνυν τράπεζαν αὐτοῖς παρατεθῆναι τοῖς ὀψοποιοῖς ἐπέταξε. Καλῶς οὖν εὐωχηθέντας μετὰ ταῦτα φιλοφρονησάμενος αὐτοὺς, καὶ παντοίων δωρεῶν ἀξιώσας, ὅρκον καὶ ὁμήρους ἐξ αὐτῶν ᾐτεῖτο, ὑποπτεύων τὸ τῆς αὐτῶν γνώμης εὐεξαπάτητον. Οἱ δὲ ἑτοίμως τὸ προσταχθὲν ἐπλήρουν, τὰς πίστεις παρασχόμενοι, αἰτησάμενοι παραχωρηθῆναι τὸν μετὰ τῶν Πατζινάκων πόλεμον συνάψασθαι ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις· καὶ εἰ τὴν νίκην αὐτοῖς δοίη ὁ Θεὸς, διχῇ τὴν ἐπιλαχοῦσαν αὐτοῖς ἅπασαν λείαν διελόντας, θάτερον μέρος ἀφορίσαι τῷ βασιλεῖ ὑπισχνοῦντο. Ὁ δὲ οὐκ ἐπὶ τρισὶ μόναις ἡμέραις, ἀλλ' ἐπὶ ὅλαις δέκα μετελεύσεσθαι τοὺς Σκύθας κατὰ τὸ αὐτοῖς βουλευτὸν ἄδειαν ἐδεδώκει, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἅπασαν ἀφαιρεθησομένην [32] λείαν, εἴ γε τέως τὴν νίκην αὐτοῖς παράσχοι ὁ [33] Θεὸς, ἀποχαρισάμενος.

Ἦσαν μὲν οὖν ἐπὶ ταυτοῦ τέως μένοντα τὰ Σκυθικὰ καὶ Κομάνων στρατεύματα, τῶν Κομάνων δι' ἀκροβολισμῶν πειρωμένων τῆς Σκυθικῆς στρατιᾶς. Τριῶν δὲ ἡμερῶν οὔπω διελθουσῶν, μεταπεμψάμενος

remigii in adversi amnis invectus alveum, ad castra suorum venit: quorum inito numero, cum ex comparatione hostilis multitudinis, facile sensisset, infinitis propemodum partibus pauciores esse Romanas copias, consternabatur dux providentissimus metu quodam, et in tanta destitutione humani omnis auxilii, etiam inopia consilii laborabat: non tamen ut concideret animo, aut robur intentæ mentis ab ardore agendi audendique remitteret, verum omnem in partem inquieta sollicitudine micabat, et alternantium æstu reciproco cogitationum fervens fluctuansque jactabatur. His curis ægro haud lætum spectaculum offertur novi exercitus barbarici, Comanorum facile quadraginta millium, qui adventantes apparere jam cœperant in conspectu castrorum Romanorum quartum post diem quam in ea venerat Augustus. Formido erat ne facile naturarum et cupiditatum similitudine plus satis inter se conciliati feri omnes et Barbari Scythæ cum Comanis convenirent in unam societatem communis belli concordibus animis in Romanos gerendi, ex quo nihil aliud nisi supremum exitium imperii ac reipublicæ totius exspectari posset. Ad eam rem prævertendam disturbandamque cum Comanos præoccupandos sibi statuisset, misit qui eorum duces suo nomine ad colloquium invitarent. Adfuere cum alii frequentes tum primi omnium Togortas et Maniaco non paucis comitati fortissimis ac summæ inter Comanos dignitatis viris. Interim accedente propius multitudine Barbarorum incertum amicorum an hostium provide imperator caverat ut sui trajecto iterum flumine in locum quocunque eventu tutum stativa transferrent. In ea nova castra invitati Comanorum principes venere; Maniac quoque ipse, quanquam subalienior initio et ad mentionem colloquii cunctantior fuerat. Opiparum illis convivium parari Alexius præceperat: regieque exceptis omnia officia, quantasque maximas potuit prolixæ benevolentiæ significationes, cum donis omnis generis ingentibus cumulavit: vicissim ab iis jusjurandum et obsides postulans, quo mobilem eorum et fluxam fidem quam arctissime sibi astringeret et adversus innatæ Barbaris levitatis periculum muniret. Præbuere omnia perlibenter, fideque jurejurando facta, etiam illud alacris suæ voluntatis indicium addiderunt: ut ultro ambirent, ac permitti sibi poscerent prælium contra Patzinacas post tres dies ineundum, cujus si quidem victoriam Deus ipsis annueret, pollicebantur sese prædam omnem divisuros bifariam, partemque unam imperatori reddituros. Collaudatis imperator, pro triduo quod apparandæ pugnæ petierant, decem dies si sic mallent, integros concessit: de præda insuper addens sese ipsis remittere libenter partem quam offerrent, facileque annuere ut eam ipsi totam pro victoriæ **229** præmio sibi haberent.

Cæterum in conspectu positi mutuo exercitus ambo Scythicus Comanicusque, non plane quiescebant: sed lacessentibus Comanis Scythæ jaculationibus tentabantur. Nondum triduum abierat,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[27] ὅλως. [28] Deest vocula τόν. [29] προαγωγοί. [30] Τογορτᾶς. [31] μετακαλέσασθαι. [32] ἀφαιρεθησομένους. [33] Deest vocula ὁ.

cum Augustus accersitum Antiochum, virum nobilem et strenuitate consilii atque industria excellentem, ædificare pontem jussit. Celeriter id perfectum opus est, navigiis per longissimas trabes connexis, totam alvei diametrum lata et tuta via consternentibus. Tunc imperator vocatis ad se protostratori Michaeli Ducæ uxoris suæ fratri, et proprio fratri Adriano magno domestico, negotium dedit, ut dum exercitus trajiceret, ipsi ad ripam fluminis astarent, intenti perturbationi ac confusioni prohibendæ: nec sinerent mistim equites transire cum peditibus, sed darent operam, ut genus utrumque prius discretum ordine ac seorsim pontem ingrederetur. Pedites primi transmissi; post eos plaustra cum sarcinis; tum muli clitellarii cum oneribus. Sic transportato peditatui metuens imperator a subitis insidiis et repentinis irruptionibus tum Scytharum tum Comanorum: quoque (cum quibus ita pacem colebat ut cavere tamen sibi ab iis, et in omnem eventum adversus mobilitatem eorum rebus suis prospicere optimum duceret) fossam summa celeritate circumduxit qua et legiones et impedimenta complexus utraque in tuto habuit, quoad trajecisset etiam equitatus: quod ipsum ut quam ordinatissime fieret præsens ipse Augustus ac spectans curavit.

A ὁ βασιλεὺς τὸν Ἀντίοχον (ἀνὴρ δὲ οὗτος τῶν εὐγενῶν δραστηριότητι[34] γνώμης τῶν πολλῶν διαφέρων) ἐπισκήπτει αὐτῷ γέφυραν κατασκευάσαι. Θᾶττον δὲ διὰ πλοίων ἐπιζευχθέντων μακροτάτοις ξύλοις κατασκευασθείσης γεφύρας, μεταπεμψάμενος τόν τε πρωτοστράτορα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν καὶ γυναικάδελφον αὐτοῦ, καὶ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ἀνδριανὸν[35], καὶ μέγαν δομέστικον, παρεκελεύσατο παρὰ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ ἑστάναι, καὶ μὴ συγχωρεῖν συμμίγδην διαπερᾷν πεζούς τε καὶ ἱππότας, ἀλλὰ τοὺς πεζοὺς τῶν ἱππέων πρότερον διακρινομένους, καὶ τὰς ἁμάξας μετὰ τῶν σκευῶν, καὶ τὰς φορταγωγοὺς ἡμιόνους. Διαπερασάντων οὖν τῶν πεζῶν δεδιὼς τὰς Σκυθῶν καὶ Κομάνων δυνάμεις, καὶ τὰς λαθραίας τούτων ὑποπτεύων ἐφόδους, θᾶττον ἢ
B λόγος τάφρον πεποιηκὼς, ἐντὸς τούτου εἰσήγαγεν ἅπαντας, εἶτα[36] καὶ τοὺς ἱππότας παρεκελεύσατο διαπερᾷν. Καὶ αὐτὸς δὲ παρὰ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ ἱστάμενος τοὺς διαπερῶντας ἑώρα.

At Melissenus negotio sibi dudum per imperatoris epistolam mandato, congregandi undecunque milites quam posset plurimos, tum denique perfunctus, ingentem peditum multitudinem quam ex agris et pagis circum vicinis, non delectu, sed corrasione collegerat, transmittebat ad Augustum, apparebatque jam procul vastum et plaustris permistum agmen (nam magnam ex universa contractam regione curruum rurestrium copiam bubus tractorum Melissenus suppeditaverat novo militi, commeatibus impedimentisque deferendis) cum trepida primum intuitos opinio invasit Scythicarum hanc quoque novam quamdam copiarum partem esse: atque adeo primam forte aciem hostilis exercitus ad lacessendum cum imperatore prælium universo mox corpore barbaricæ armaturæ secuturo. Multos in hanc sententiam subinde intentius cernentes trahebat anceps species longe adhuc distantis multitudinis, facileque hausta oculis in interiores quoque sensus atque in ipsas præjudicato terrore imbutas mentes penetrabat. Adeo quidem ut non nemo intento adventantem multitudinem digito imperatori commonstrans, quovis pignore auderet confirmare plane hos nihil aliud quam Scythas esse; idque ipsi persuasit, gravem inde, ut par erat, concipienti curam; et ex conscientia paucitatis suorum conspectuque innumerabilitatis hosticæ augurium haud vanum certi excidii trahenti. In his angustiis inops consilii Rhodomerum accersit

Ὁ δὲ Μελισσηνὸς καθ' ἣν φθάσας ἐδέξατο γραφὴν τοῦ αὐτοκράτορος πεποιηκὼς καὶ συλλέξας δυνάμεις ἁπανταχόθεν, ἀπὸ δὲ τὸν[37] ἐγγὺς καὶ πεζοὺς ἐξελάσας ἐπεισάξαντας[38] ἐν ἁμάξαις ὑπὸ βοῶν ἑλκομέναις τὰς ἰδίας σκευὰς, καὶ τὰ πρὸς χρείαν ἅπαντα σπουδαίως πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξέπεμψεν. Οἱ δὲ φθάσαντες ἤδη ἐκ διαστήματος καθόσον ὀφθαλμὸς
C ἐξικνεῖται περιαθρεῖν τὸ ὁρώμενον, ἀποσπὰς[39] τῶν Σκυθῶν ἐδόκει τοῖς πλείστοις κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἰέναι. Ἤδη δὲ καί τις τεθαῤῥηκὼς καὶ τῷ δακτύλῳ ὑποδεικνὺς τῷ αὐτοκράτορι Σκύθας διενίστατο εἶναι. Ὁ δ' ἀληθὲς τὸ ῥηθὲν οἰηθεὶς καὶ πρὸς τοσούτους μὴ ἐξισχύων, ἐν ἀμηχανίᾳ καθειστήκει. Μεταπεμψάμενος οὖν τὸν Ῥοδομηρὸν τηνικαῦτα (ἀνὴρ δὲ οὗτος ἐκ Βουλγάρων ὁρμώμενος εὐγενὴς καὶ μητρόθεν συγγενὴς (43) αὐτῆς καὶ μητρὸς ἡμετέρας) τοῦτον ἀποστείλας ἔπεμψε [ἐπέσκηψε] κατασκοπῆσαι τοὺς ἐρχομένους. Ὁ δὲ ταχὺ τὸ κελευσθὲν διηνυκὼς, ὑποστρέψας, τοὺς ἐκ τοῦ Μελισσηνοῦ[40] πεμφθέντας εἶναι ἔλεγεν. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ περιχαρὴς γεγονὼς καὶ μικρὸν ἐγκαρτερήσας φθασάντων, διαπερᾷ σὺν αὐτοῖς, καὶ παραχρῆμα τὴν γενομένην
D ταφρείαν ἐπιπλέον ἐπαυξήσας, ἥνωσε τούτους μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατεύματος. Οἱ δὲ Κομάνοι παραχρῆμα τὴν τάφρον καταλαμβάνουσιν, ὅθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ ὁπλιτικοῦ παντὸς ἀπάρας διεπέρασαν[41], αὐτοῦ που κατασκηνώσαντες. Τῇ γοῦν μετ' αὐτὴν ἐκεῖθεν ἀπάρας ὁ αὐτοκράτωρ καταλαμβάνειν ἔμελλε τὸν κάτωθεν τοῦ ποταμου πόρον τοῦ Φιλοκάλου ἐγχωρίως

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[34] δραστηριώτατος. [35] Ἀδριανόν. [36] Deest vox εἶτα. [37] τῶν. [38] Desunt voces ἐπεισάξαντας, etc., πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. [39] ἀποσποράς. [40] Μελισηνοῦ. [41] διεπέρασεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(43) *Μητρόθεν συγγενής*. Quippe Joanni Ducæ Cæsari, et Andronico filio Irenes Augustæ patri, uxores fuere nobiles Bulgaræ. Vide Stemma Comnenicum.

καλούμενον· ἱκανοῖς δὲ τῶν Σκυθῶν ἐντυχὼν καὶ τηνικαῦτα προσβαλὼν αὐτοῖς καρτερὸν συνῆψε πόλεμον. Κτείνονται μὲν [42] ἐν τῷ μάχεσθαι ἐξ ἑκατέρων πολλοί· ὅμως δὲ τὴν νικῶσαν εἶχεν ὁ βασιλεὺς ἡττήσας τοὺς Σκύθας κατὰ κράτος. Οὕτω γοῦν τῆς μάχης διαλυθείσης καὶ τῶν στρατευμάτων διακριθέντων πρὸς τὰς οἰκείας παρεμβολὰς, αὐτοῦ που τὸ Ῥωμαϊκὸν προσέμεινε στράτευμα δι' ὅλης τῆς τότε νυκτός. Αὐγαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐκεῖθεν ἀπάραντες, καταλαμβάνουσι τόπον τινὰ καλούμενον τοῦ Λεβούνη· βουνὸς δὲ τῆς πεδιάδος ὑπερκείμενος. Ἄνεισι μὲν οὖν ἐκεῖσε ὁ αὐτοκράτωρ. Ἐπεὶ δὲ μὴ τὸ πᾶν τοῦ στρατεύματος ὁ ὑπερκείμενος ἐχώρει τόπος, περὶ τοὺς πρόποδας αὐτοῦ διώρυχα ποιήσας, καὶ τάφρον ἀποχρῶσαν τῷ παντὶ στρατεύματι ἐκεῖ τούτους κατατίθησι. Πρόσεισι δὲ τηνικαῦτα τῷ αὐτοκράτορι αὖθις αὐτόμολος ὁ Νεάτζης καὶ σὺν αὐτῷ ὀλίγοι Σκύθαι. Ὃν θεασάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τῆς προτέρας ἀγνωμοσύνης ἀναμνήσας [43] ἄλλ' ἄττα προσθέμενος ἔμφρουρον αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ σιδηροδέτην εἶχεν.

A (vir hic erat oriundus ex Bulgaris domo nobilis et materno genere ad consanguinitatem attinens Augustæ matris nostræ) hunc; exploratum prodire quinam ii essent, **230** et accedentem quam prope ad dijudicationem oporteret, certa renuntiare jussit. Is strenue re perfecta regrediens, missos a Melisseno esse dixit : ex quo haud vulgari perfusus imperator gaudio, suos paulo post exceptos secum duxit trans fluvium : et aucto circuitu valli recentes copias cum veteribus una in castra conjunxit. At Comani eum ipsum locum quem amnem transiens modo reliquerat Romanus exercitus, castris insederunt. Imperator vero postridie inde movens per ripas secundo amne occupare parabat vadum quoddam Philocali vulgo di- B ctum. Eo itinere in copias Scytharum haud contemnendas incidit : cum quibus mox acri certamine contracto, multa utrimque cæde victoriam tandem retulit minime dubiam, Scythis reliquis in sua se castra trepide referentibus : dum Romanus exercitus campi dominus in loco perstitit, ibidemque pernoctavit. Allucescente die moventes Romani perveniunt ad locum quemdam Lebune nominatum. Tumulus est planitiei undique coæquatæ supereminens; conscendit eum imperator; quoniam vero exercitui capiendo impar erat collis, ad radices ejus extensa fossa quantum oportuit, capacem copiarum omnium paravit stationem, in qua et eas posuit. Ibi rursus imperatorem adiit transfuga Neantzes et pauci cum eo Scythæ : quem Augustus conspicatus ingratissimæ suæ perfidiæ admonuit Barbarum; aliisque quibusdam exprobratis, constringi ferreis vinculis proditorem perfugam cum sociis, et arcta custodia teneri jussit.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ βασιλεύς. Ὁ δέ γε [44] Σκύθαι κατὰ τὸν ῥύακα τοῦ καλουμένου Μαυροποτάμου κείμενοι ὑπεποιοῦντο λαθραίως τοὺς Κομάνους συμμάχους προσκαλούμενοι. Ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τὸν βασιλέα πέμποντες ἠρέμουν τὰ περὶ εἰρήνης ἐρωτῶντες. Ὁ δὲ τοῦ δολεροῦ τῆς γνώμης αὐτῶν στοχαζόμενος προσηκούσας καὶ τὰς ἀποκρίσεις αὐτοῖς ἐπεποίητο, ἀπαιωρεῖν ἐθέλων τοὺς αὐτῶν λογισμοὺς, εἴ που καὶ τὸ ἐκ τῆς Ῥώμης (44) προσδοκώμενον μισθοφορικὸν καταλάβοι. Οἱ δὲ Κόμανοι ἀμφιβόλους ἔχοντες τὰς τῶν Πατζινάκων ὑποσχέσεις, οὐ πάνυ τι αὐτοῖς προσετίθεντο, ἀλλ' ἑσπέρας μηνύουσι τῷ βασιλεῖ· *Μέχρι πόσου τὴν μάχην ἀναβαλλόμεθα; Ἴσθι τοίνυν ὡς ἐπὶ πλέον οὐκ ἐγκαρτερήσομεν, ἀλλ' ἡλίου ἀνατέλλοντος λύκου ἢ ἀρνίου* [45] (45) *κρέας ἐδόμεθα*. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας καὶ τὸ ὀξὺ τῆς τῶν Κομάνων γνώμης διαγνοὺς, οὐκ ἔτι ἐν ἀναβολαῖς τοῦ μάχεσθαι ἦν, ἀλλὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κρίσιν τοῦ πολέμου δηματελῆ θέμενος, ἐκείνοις μὲν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν τὸν μετὰ τῶν Σκυθῶν ὑπέσχετο πόλεμον, αὐτὸς δὲ παραχρῆμα μετακαλεσάμενος ἡγεμόνας [46], καὶ πεντηκοντάρχας, καὶ λοιποὺς προσέταξε

Atque hæc quidem imperator. Interim Scythæ intra et circa depressas ripas fluvii, cui nomen C Mauropotamus, subsidentes, clam nitebantur conciliare sibi Comanos : nec minus missitatione legatorum tentabant imperatoris animum, tractatione pacis offerenda. Ille autem cum in orationis insidiosæ illorum fraudulentam versutiam, qua valebat plurimum, conjectandi solertia, penetraret facile, tamen egregie dissimulans ejusmodi responsiones edebat quæ fallaces fallerent, suspenderentque incertos animos eorum, quod ipsum in lucri partem rapiebat imperator, eximere tempus ista elusione cupiens, quoad quas ab Roma spectabat mercede conductas copias perveniendi spatium haberent. At Comani haudquaquam satis fidei Patzinacarum promissionibus adhibentes, aspernari D eas totamque abrupte rejicere mentionem pacis maluerunt. Inde sub vesperum imperatorem cum his verbis adeunt : *Quousque pugnam differimus? Porro extremam hanc a nobis audis increpationem morarum. Sic enim habe : non sustinebimus amplius : sed oriente cras sole* **231** *aut lupi carnes*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[42] μὲν οὖν. [43] ἀναμνήσας καί. [44] οἱ δέ γε. [45] ἀρνειοῦ. [46] τοὺς ἡγεμόνας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(44) *Ἐκ τῆς Ῥώμης*. Auxiliares copias Roma exspectabat Alexius, forte ab Urbano II, summo Pontifice, a quo an. 1089, per legatos ab excommunicatione absolutus fuerat, ut scribit Bertholdus, quocum etiam, si non ea tempestate qua bellum istud gestum est, saltem postea fœdera inita constat, ex *Chronico Cas.* lib. IV, cap. 48. Vide Malaterram, lib. IV, cap. 13.

(45) *Λύκου ἢ ἀρνίου κρέας*. Hoc est, *experiemur cum lupisne an cum agnis cras nobis res erit.*

aut agni comedemus. Intellecta in hunc modum Augustus præcipiti sententia Comanorum, nullum jam restare sensit cunctationi locum. Expedito igitur statim postridiani prælii consilio de summa rerum decretorii futuri, alacri ad Comanos responso pugnæ procinctum condixit in proximam auroram; nec moram parandi fecit. Nam tribunis cæterisque usque ad quinquagenarios ductoribus curriculo vocatis negotium dedit indicendi per castra universa in diem posterum prælii. Verum enimvero utcunque ista decreverat gerebatque, gravis tamen eum intus cura mordebat copias immensas Barbarorum utrorumque reputantem, quorum inter notam feritatem et fidem non satis tutam tota majestas Romani nominis spesque ac salus deprehensa esset, certa conditione supremi exitii, si quod erat momentis omnibus facillimum, ambæ gentes Barbaræ tractationem concordiæ jam cœptam absolverent. Talia magno sollicitudinis æstu secum Augusto agitanti sistunt se commodum ex regionibus montanis duri homines et bellicosi haud pauciores quinque millibus, qui operam ultro suam ad prælium offerrent, locumque in acie deposcerent. Inclinavit adventus tam opportunus subsidii non parvi pendentem sententiam, ita ut pugnam quam differri amplius non posse videbat, plane jam in crastinum imperator decerneret. Deinde præsentem opem ad victoriæ successum implorarct. Nec eam religionem obire solus aut privatim satis habuit: sed cum ipse prior occidente sole, non sine luculenta prælatione ardentium facum sacris hymnis concinendis cœlestis auxilii advocationem inchoasset, operam dedit ut totis castris idem fieret; prudentioribus consilium, agrestioribus præceptum dans istius sui exempli imitandi. Paruere cuncti: mirumque statim spectaculum exstitit innumerabilium luminum, quasi totidem astrorum, pro uno tum occumbente solari late aerem collustrantium. Militum siquidem supplicantium singuli summis præfixas hastis sive lampadas, sive candelas cereas, prout quisque poterat, aut ad manum habebat, alte tollebant accensas: eoque habitu ingeminabant religiosas voces quas equidem usque ad cœlorum verticem pervenisse arbitror; certe, ut nihil dicamus nisi certæ testatæque veritatis, ad Deum ipsum Dominum sursum ferebantur. Neque id leve, opinor, documentum est religionis Augusti, qui tam palam, tam libenter declararet, nequaquam se parem esse posse vincendis acie hostibus absque auxilio cœlesti. Nimirum non ille in viris, non in equis, non in machinis bellicis fiduciam collocaverat, sed omnes ex Dei uno nutu numineque suspensas habebat spei rationes.

A διὰ παντὸς τοῦ φοσσάτου (46) διακηρυχτεῦσαι[47] τὸν ἐς τὴν αὔριον ταμιευθέντα πόλεμον. Ἀλλὰ κἂν τοιαῦτα ἐσκέπτετο, ἐδεδίει ὅμως τὰ ἄπειρα πλήθη τῶν Πατζινάκων καὶ Κομάνων, ὑποπτεύων τὴν ἀμφοτέρων σύμβασιν. Ταῦτα γοῦν διασκοπουμένου τοῦ βασιλέως, κατέλαβον πρὸς αὐτὸν τῶν ὀρεινοτέρων μερῶν ἄνδρες τολματίαι[48] καὶ ἀρειμάνιοι, αὐτόμολοι, πρὸς συνασπισμὸν αὐτοῦ εἰς χιλιάδας ποσούμενοι πέντε. Ἐπεὶ δ' ἀναβολὴν ἔτι τὰ τῆς μάχης οὐκ εἶχε, Θεὸν ἀρωγὸν ἐπεκαλεῖτο. Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου πρῶτος αὐτὸς κατῆρχε τῆς πρὸς Θεὸν παρακλήσεως, λαμπράν τε δᾳδουχίαν ποιούμενος, καὶ προσήκοντας ὕμνους ᾄδων αὐτῷ· οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ἅπαν φοσσάτον ἠρεμεῖν συνεχώρει, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ ἑκάστῳ μὲν τῶν συνετωτέρων πράττειν συνεβούλευε, τοῖς δε ἀγροικοB τέροις ἐπέσκηπτε. Τηνικαῦτα γοῦν τὸν μὲν ἥλιον ἦν ὁρᾷν τοῦ ὁρίζοντος δύνοντα, τὸν δὲ ἀέρα πεφωτισμένον, οὐχ ἑνὸς ὥσπερ ἡλίου λάμποντος, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἀστέρων λαμπρὰν τὴν φαῦσιν παρεχομένων. Ἅπαντες γὰρ τοῖς ἰδίοις δόρασι λαμπάδας καὶ κηροὺς, ὡς ἕκαστος δυνάμενος εἶχε, ἀνῆψεν. Αἱ δέ γε παρὰ τοῦ στρατεύματος ἀναπεμπόμεναι φωναὶ μέχρις, οἶμαι, τῶν οὐρανίων ἀντύγων ἔφθανον· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, εἰς αὐτὸν τὸν Δεσπότην Θεὸν ἀνεφέροντο. Ἐκ τούτου δ', οἶμαι, τεκμαίρεσθαι χρὴ τὴν τοῦ βασιλέως εὐσέβειαν, ὡς ἄρα τὰς πρὸς ἐχθροὺς προσβολὰς οὐκ ἐδόκει ποιεῖν ἄνευ τῆς ἐκεῖθεν ἐπαρωγῆς. Οὐ γὰρ ἐν ἀνδράσι καὶ ἵπποις καὶ στρατηγικαῖς μηχαναῖς καὶ οὗτος ἐθάῤῥει, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῇ ἄνω ῥοπῇ ἐδίδου.

Per hunc modum supplicatione ad mediam extracta noctem, brevique deinceps gustato somno, exsurgens diluculo dedit operam ut leviter armati milites, quantum fieri posset, loricis cæteraque id genus armatura tegerentur; ac cum galeis omnibus consumptis quæ in armamentario reperiri potuerunt, **232** superessent adhuc armandi milites, iis ipse liberali collatione sericorum velorum ferruginei coloris, simulacra confecit quædam thora-

C Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι μέσης ἐτελεῖτο νυκτὸς, μικρὸν δὲ τοῦ λοιποῦ τὸ σῶμα διαναπαύσας ἀνέθορε τοῦ ὕπνου, καὶ τοὺς ψιλοὺς τῶν στρατιωτῶν ὥπλιζε καρτερῶς, ἔστιν οὓ καί τινας ἄμφια καὶ περικεφαλαίας ἐκ σηρικῶν πέπλων ὁμοχρόων κατασκευάσας περιέβαλεν, ἐπεὶ μὴ ἀπέχρη τούτῳ πρὸς πάντας ὁ σίδηρος. Ἡμέρας δὲ ἀπάρτι διαγελώσης, καρτερῶς ὁπλισάμενος τῆς φάλαγγος [Ισ. φάραγγος] ἔξεισι, τὸ ἐνυάλιον ἠχῆσαι κελεύσας. Καὶ κάτωθεν τοῦ λεγομέ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[47] διακηρυκεῦσαι. [48] τολμητίαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(46) *Φοσσάτου.* Occurrit hæc vox rursum, pag. 281, 312. Est autem *fossatum*, exercitus ipse, vel castra ipsa. Gloss. Basil. κάστρον, ἤτοι φοσσάτον. *Chron. Alex.* an. Heracl. 18: Πλησίον γὰρ αὐτῆς τῆς πόλεώς ἐστι τὸ φοσσάτον ἡμῶν. Idatius in Fastis, *ipso anno profectus est Valens Augustus ex urbe ad fossatum.* Consule Glossaria.

νου[49] Λεβουνίου (τόπος δὲ οὗτος) τὸ στράτευμα διελὼν, τὰς φάλαγγας ἰλαδὸν ἵστησιν, αὐτὸς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ προμετώπιος ἵστατο δριμὺ μένος πνέων. Τοῦ μέντοι δεξιοῦ καὶ εὐωνύμου μέρους καὶ κέρως ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος καὶ Κωνσταντῖνος κατῆρχον ὁ Δαλασσηνός[50]. Ἐξ ὑπερδεξίων δὲ τῶν Κομάνων ὁ Μοναστρᾶς ὁπλισάμενος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἵστατο· ἤδη γὰρ κἀκεῖνοι τὰς Ῥωμαϊκὰς φάλαγγας καθιστῶντα τὸν αὐτοκράτορα ὁρῶντες, τὰς σφῶν ὥπλιζον δυνάμεις, καὶ κατὰ τὸ δοκοῦν πολέμου διετύπουν σχῆμα· ἐξ εὐωνύμου δὲ τούτων ὁ Οὐζᾶς καλούμενος, τὸ δέ γε πρὸς δύσιν ὁρῶν ὁ Οὐμπερτόπουλος μετὰ τῶν Κελτῶν. Οὕτω γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ ταῖς φάλαγξι πυργώσας οἷον τὸ στράτευμα καὶ ταῖς ἴλαις περισφίγξας, τὴν ἐνυάλιον αὖθις ἐκέλευσεν ἠχῆσαι σάλπιγγα.

A cum et cassidum eisque pugnaturos induit. Die denique jam exorta eques ipse cataphractus e vallo procedit, jubetque dari classico pugnæ signum. Mox infra Lebunium (loci nomen id est). diviso exercitu phalanges turmatim ordinat. Ipse ante primos ordines et frontem aciei stabat in armis imperator, Martem haud dubie spirans. Dextrum lævumque cornu a Palæologo Georgio et Constantino Dalasseno regebantur. Ultra dexteram extra corpus aciei, prope Comanicum exercitum (nam et Comani conspicati Augustum educentem legiones armare suas et ipsi atque instruere copias cœpere) Monastras cum suo agmine collocatus stabat. Ad eorumdem Comanorum lævam constitutus Uzas est. Umpertopulus denique cum Gallis versus occasum B sortitus locum est. His quasi projectis extra propugnaculis Romanam munire undique ac vallare aciem imperator studuit, ut ea dum prælio intenta est ab insidiarum et furtivarum a tergo impressionum sollicitudine ac periculo libera esset per excubias istarum circumvagantium turmarum. Tum denuo inflari tubas et supremum invadendi certaminis signum edi jubet.

Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, δεδιότες τὸ ἀπειροπληθὲς τῶν Σκυθῶν καὶ τὰς ἀμυθήτους ἁρμαμάξας, τειχῶν ὥσπερ παρεχομένας αὐτοῖς χρείαν, τὸν ὅλων Κύριον εἰς ἔλεον μιᾷ φωνῇ (47) ἐπικαλεσάμενοι, ὅλας ἡνίας χαλάσαντες τὴν μετὰ τῶν Σκυθῶν μάχην ἐπέσπευδον, τοῦ αὐτοκράτορος ἁπάντων προπάροιθεν θέοντος. Μηνοειδοῦς δὲ τῆς παρατάξεως γεγονυίας ἐν ταὐτῷ καὶ ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος παντὸς τοῦ στρατοῦ καὶ αὐτῶν δὴ τῶν Κομάνων τὴν κατ' αὐτῶν ποιησαμένων ὁρμὴν, στοχασάμενος τοῦ μέλλοντος Σκύθης[51] τις τῶν ἐκκρίτων ἡγεμὼν τηνικαῦτα κατεστὼς[52] προηρπάκει τὴν σωτηρίαν, καὶ ὀλίγους συμπαραλαβὼν πρόσεισι τοῖς Κομάνοις ὡς ὁμογλώττοις. Καὶ γὰρ κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐκθύμως καὶ οὗτοι ἐμάχοντο, ἀλλὰ θαῤῥήσας μᾶλλον ἢ τοῖς Ῥωμαίοις, αὐτοῖς προσεληλύθει, ἐφ' ᾧ μεσίταις τούτοις πρὸς τὸν αὐτοκράτορα χρήσασθαι. Τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ θεασάμενος, καὶ πτοηθεὶς μὴ τούτοις καὶ ἕτεροι τῶν Σκυθῶν προσχωρήσαντες ἀναπείσωσι τοὺς Κομάνους τὰ ὑπὲρ αὐτὸν φρονήσαντας κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος στρέψαι μετὰ τῆς γνώμης καὶ τὰς ἡνίας, παραχρῆμα ὁποῖος ἐκεῖνος δραστήριος ἐν ὀξείᾳ ῥοπῇ τοῦ συνοίσοντος καταστοχάσα-

Procinctis Romanis formidolosum contra spectaculum oblatum immensæ multitudinis Scytharum insuperabili dispositorum curruum quasi muro vallatæ protectæque terrorem incusserat a nemine dissimulatum, sed cujus unus tantum salutaris effectus fuit invocatio publica supremi omnium Domini, sine cujus præsenti ope frustra successum sperarent tam ardui cœpti. In eam implorationem divinæ misericordiæ cum voces simul omnium convenissent, non minori deinde consensu C conspirarunt manus, pugna cum Scythis capessenda, in quos totis habenis passim festinabant, ipso ante omnes imperatore præcurrente. Cum vero a lunatis aciebus Romana Comanicaque magno undique ambitu in circumventos Scythas impetus concors velut ex condicto fieret, non vano instinctus augurio imminentis exitii dux quidam e præcipuis exercitus Scythici, saluti prospicere maturo transfugio decrevit, sumptisque secum paucis Comanis accedit, communis linguæ fiducia plus sibi ab iis quanquam tum infestis hostibus, quam a Romanis sperandum interpretans;

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[49] καλουμένου. [50] Δαλασηνός. [51] συνήθης. [52] καθεστώς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(47) *Μιᾷ φωνῇ.* Ea fuit veterum tacticorum sententia, *hostes terreri si cum telorum jactu clamoris horror accesserit*, ut est apud Vegetium, l. III, c. 18, quibus consona quædam habet Leo in *Tact.* cap. 20. § 114. Erat autem *clamor* iste *permistus exhortatione*, quemadmodum ait Sallust. *De bello Jugurt.* Unde παρακελευσμός dicitur Constantino Manassæ, pag. 231 edit. Leyd. Interdum ἀλαλαγμός, et ἀλαλαγὴ ἀρεϊκὴ, ἐνυάλιος κέλαδος, Heliodoro, lib. I; Barditum vocabant Galli antiqui nostrates, ut auctor est Tacitus. Verum (a) ex quo in orbem invecta est Christiana religio, desierunt confusæ illæ et incertæ a militibus ad fiduciæ specimen, vel notam, proferri solitæ voces, subiitque in earum locum uno omnium ore in cœlum missa divini auxilii deprecatio. Cujus moris auctorem D innuit Constantinum M. Eusebius, lib. IV, de Vita ejusdem Constant. cap. 19 et 20, et in orat. de ipsius laudibus, dum scribit suis præcepisse militibus, ut in pugnæ procinctu hacce oratione Deum sibi in præliis propitium conciliarent: Σὲ μόνον οἴδαμεν Θεὸν, σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ 342 βοηθὸν ἀνακαλούμεθα, παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἠράμεθα, etc. Exhinc apud Christianos invaluit, ut prælia omnia a Dei invocatione auspicarentur. Guntherus, lib. VII Ligur.:

Sic pulchro felix acies instructa tenore,
Carmine belligero, longeque sonantibus hymnis
Divinam sibi poscit opem.

Quibus autem verbis concepta fuerit ejusmodi deprecatio, diximus in Dissert. II ad Joinvillam.

(a) Anno, pag. 247.

iisque se idoneis usurum sequestris autumans ad gratiam imperatoris promerendam. Vidit eam fugam qui stabat intentus in omnia imperator: et periculosum censuit si frequentarentur similes accessus Scytharum ad Comanos. Quid si enim adducerentur in consensum isto internuntiorum commercio utriusque nominis Barbari: versoque in ipsa acie simul animo, simul impetu, Romanos communibus armis opprimerent? Expedivit in hoc metu consilium strenue acer in subitis et momento perspicax Augusti mens. **233**. Ei siquidem cui signi militaris regii credita in acie custodia fuerat, præcepit, ut cum vexillo quod alte sublatum utraque gestabat manu, post castra Comanorum staret. Sic periculo disjecto barbaricæ conventionis, constantique fide partium pugnam utrimque seriam B urgente, Scythæ inter duos apprime concordes deprehensi, exercitus, nihil jam nisi atrociter impuneque cædebantur, manifesto divinæ destitutionis indicio. Cædes erat quantam nemo unquam vidisse alias dicitur: adeo ut actione ipsa trucidandi et assidua jactatione brachiorum, ad novam semper carnificinam abundante materia, incredibili lassitudine deficerent nostri, et quasi messi colligendæ impares, victoriam absolvere posse desperantes, impetum ultro remitterent. Imperator interim medios inter hostes equitans phalanges totas conturbabat, obvios cædens cominus, procul positos minacibus percellens vocibus. Ubi autem animadvertit meridie commisso ferventiores solis radios pugnantium verticibus incumbere, missis repente cer- C tis hominibus curavit ut rustici undecunque in ipsam aciem atque ordines vincentium opportuna refrigeria inferrent, mulos utribus frigida distentis onustos præ se agentes. Cujus rei simul primum a quibusdam sic jussis exemplum est editum, alii mox ultro agricolæ liberatores suos interfectores Scytharum facili beneficio prosecuti, affatim aquæ sitibundis ministrabant, utribus, amphoris, aliisque vasis cujusque generis, quæ forte ad præsentem usum casus obtulisset. Milites hausta frigida refecti repetebant prælium, aut cædem potius usque ad integram funestæ tragœdiæ catastrophen: qua quis satis explicet quanta res acta spectataque fuerit? cum non jam exercitus, sed gentis integræ multitudo plane innumerabilis, una die, una prosperi prælii fortuna, ne reliquiis quidem ullis superstitibus, sed viris pariter cum uxoribus et liberis in eamdem stragem cumulatis ad internecionem tota deleretur. Fuit ea fatalis genti Scythicæ dies nona et vicesima mensis Aprilis, feria tertia. Unde illa Byzantinorum lætitia et gratulatione cantilena celebrata est, in hæc fere verba concepta: *Una dies abfuit quominus Scythæ: una dies, quominus Maium viderent.* Occumbente porro jam sole perpetrata res erat, nullo ferme Scytharum non interempto, per matrum quoque ac parvulorum cædes pervagante gladio præter eos qui captivi servati sunt: numero, si cum occisis comparetur, parvo; si per se spectetur, non modico. Tunc receptui cani jussit imperator, præivitque suis, in castra revertens propria.

A σθαι [83], τῷ τὴν βασιλικὴν σημαίαν κατέχοντι ἐπέταξε ταύτην ἐν χεροῖν φέροντι μετὰ τῆς τῶν Κομάνων στῆναι παρεμβολῆς. Τῆς Σκυθικῆς δὲ ἐμαιχμίας διασπαθείσης ἤδη, καὶ παραχωρησάντων ἀλλήλοιν τοῖν στρατοπέδοιν, ἀνδροκτασίαν ἦν θεᾶσθαι τηνικαῦτα, ὁποίαν οὐδεὶς πώποτε ἐθεάσατο. Τῶν δὲ Σκυθῶν δεινῶς ἀποσφαττομένων, ὡς ἐγκαταλειφθέντων ἤδη ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως, κεκοπιακότες οἱ σφάττοντες τῇ σφοδρᾷ καὶ πυκνῇ κινήσει τῶν ξιφῶν, λειποθυμοῦντες ἀνεκόπτοντο τῆς ὁρμῆς. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἐξιππαζόμενος ὅλας συνετάραττε φάλαγγας, πλήττων μὲν τοὺς ἀντικαθισταμένους, καταπτήσσων δὲ καὶ τοὺς πόῤῥω τοῖς ἐμβοήμασιν. Ἐπεὶ δὲ τὸν ἥλιον περὶ κεφαλῆς τὰς ἀκτῖνας βάλλοντα ἑώρα μεσημβρίας B ἀπάρτι οὔσης, προμηθεύεταί τι τοιοῦτον. Μεταπεμψάμενός τινας ἀποστέλλει ἐφ' ᾧ ἀγρότας ἀσκοὺς πλήσαντας ὕδατος καὶ ταῖς ἰδίαις ἐπεισάξαντας ἡμιόνοις ἐξελάσαντας ἀγαγεῖν. Τούτους δὲ ἤδη θεασάμενοι καὶ οἱ μὴ προκληθέντες τῶν πλησιοχώρων τὸ αὐτὸ τοῦτ' ἐποίουν, τοὺς τῆς δεινῆς τῶν Σκυθῶν χειρὸς αὐτοὺς ἀπαλλάττοντας ὁ μὲν δι' ἀμφορέως, ὁ δὲ δι' ἀσκοῦ, ὁ δὲ δι' ὁποίου τύχοιον [84] ἄγγους ἀναψύχοντες ὕδατι. Οἱ δὲ μικρὸν τοῦ ὕδατος σπώμενοι αὖθις τῆς μάχης ἀντείχοντο. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα καινὸν, ἔθνος ὅλον οὐ μυριάνθρωπον, ἀλλ' ἀριθμὸν ἅπαντα ὑπερβαῖνον σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἄρδην κατὰ ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀπολωλός. Ἦν δὲ μηνὸς Ἀπριλίου εἰκοστῇ πρὸς τῇ ἐννάτῃ ἡμέρα, τρίτη δὲ τῆς ἑβδομάδος. Ἔνθεν τοι καὶ παρῴδιόν τι οἱ Βυζάντιοι ἐπῇδον, C φάσκοντες· *Διὰ μίαν ἡμέραν οἱ Σκύθαι τὸν Μαΐον οὐκ εἶδον.* Ἐπεὶ δὲ ὁ ἥλιος πρὸς δυσμαῖς ἤδη ἦν, καὶ ἅπαντες μὲν ξιφῶν ἔργον γεγόνασι, καὶ τὰ τέκνα φημὶ καὶ αἱ μητέρες, πολλοὶ δὲ καὶ ζωγρίᾳ ἐλήφθησαν, τὸ ἀνακλητικὸν κελεύσας ὁ αὐτοκράτωρ ἠχῆσαι πρὸς ἰδίαν [85] ἐπάνεισι παρεμβολήν.

Plane mirabilis hic eventus fuit, præsertim repu- D tantibus ac cogitatione repetentibus tristem illam memoriam initiorum belli hujus, quando qui adversus Scythas Byzantio Romani proficiscebantur, tam secura confidentia tumebant, ut funes ac lora quibus captivos vincirent Barbaros idonea copia pararent, ignari quam graves pœnas daturi mox

Καὶ ἦν τῷ κατανοοῦντι θαῦμα ἰδέσθαι, πῶς οἱ πάλαι κατὰ τῶν Σκυθῶν ἐξερχόμενοι κάλως διὰ [86] τοῦ Βυζαντίου ἐξωνούμενοι καὶ ἱμάντας δι' ὧν δεσμώτας ἄγοιεν τοὺς τῶν Σκυθῶν ἑαλωκότας, τοὐναντίον πεπόνθασιν αὐτοί τε παρὰ τῶν Σκυθῶν ἑαλωκότες καὶ δεσμῶται γενόμενοι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ὁπηνίκα κατὰ τὴν Δρίστραν ὁ μετὰ τῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] καταστοχάσασθαι. [84] τύχοιεν. [85] τὴν ἰδίαν. [86] καλώδια.

Σκυθῶν γέγονε πόλεμος· καὶ γὰρ τὸ φρύαγμα τότε τῶν A Ῥωμαίων καθεῖλε Θεός· ἐν ὑστέροις δὲ καθ' ὃν ὑφηγοῦμαι καιρὸν ὁπηνίκα περιδεεῖς τούτους ἔγνω, καὶ τὰς σωζούσας ἀπολελωκότας ἐλπίδας πρὸς τοσαῦτα πλήθη μὴ ἐξισχύοντας, τὴν νίκην παραδόξως ἐχαρίσατο τούτοις, ὡς καὶ δεσμεῖν καὶ σφάττειν καὶ ζωγρίαν ἄγειν τοὺς Σκύθας, οὐ τοῦτο δὲ μόνον (τάχα γὰρ [87] τοιοῦτον κἂν τοῖς μερικοῖς τῶν πολέμων πολλάκις εἴωθε γίνεσθαι), ἀλλὰ καὶ ὅλον ἔθνος μυρίανδρον κατὰ μίαν καὶ μόνην ἀφανίσαι ἡμέραν.

essent tam supini contemptus hostium: quos ipsi servos sibi destinatos victi postmodum vinctique agnoscere habereque pro dominis coacti sunt. Vulnus 234 illud refrico Romani nominis ad Dristram olim acceptum adversa cum Scythis pugna, qua fretam humanis opibus Romani supercilii superbiam deprimere Deus voluit. Qui tamen idem Deus, hoc in quo narrando versamur tempore, contrario modo affectos Romanorum eorumdem animos, contrario item, nec minus insperato, successu recreavit, dum consternatis justo metu deque summa rerum ac salute propria desperantibus, ac se impares tantæ hostium multitudini confessis tam splendidam tamque integram mirabiliter victoriam gratificatus est, qua et vincire et trucidare, et vivos servitum abducere, quidvis denique summa licentia victorum de Scythis obnoxiis statuere pro libito potuerunt. Neque hoc solum (quod in congressibus etiam non decretoriis nec totas utrimque committentibus copias, usuvenit non raro) verum id præterea hæc pugna quasi auctarium felicitatis habuit, ut gentem feram, infidam, infinito juventutis pugnacis numero formidabilem semper atque infestam, deleret aboleretque funditus una ista et sola die, ad memoriam æternam hujus tam memorabilis eventus merito transcripta.

Τῶν ταγμάτων δὲ τοῦ τε Κομανικοῦ καὶ Ῥωμαϊκοῦ B ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντων, καὶ τοῦ αὐτοκράτορος περὶ λύχνων ἀφὰς (48) πρὸς δεῖπνον ἀπιδόντος, δυσχεραίνων εἱστήκει ὁ καλούμενος Συνέσιος, *Τί τὸ γινόμενον, καὶ τίς αὕτη ἡ καινὴ οἰκονομία;* λέγων πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. *Ἕκαστος τῶν στρατιωτῶν ἀνὰ τριάκοντα καὶ πλείω* [88] *δεσμώτας ἔχει Σκύθας. Ἡ τῶν Κομάνων πληθὺς ἐγγὺς ἡμῶν ἐστιν. Εἰ γοῦν ὑπνώσωσιν οἱ στρατιῶται, καθά γε καὶ δεῖ τοσοῦτον κεκοπιακότες, καὶ οἱ Σκύθαι ἄλλος ἄλλον λύσαντες, καὶ τοὺς ἀκινάκας σπασάμενοι ἀναιρήσουσιν αὐτούς, τί τὸ λοιπὸν ἔσται; Ἀλλὰ κέλευσον ἀναιρεθῆναι θᾶττον τοὺς πλείονας.* Ὁ δὲ βασιλεύς, δριμὺ πρὸς αὐτὸν ἐνιδών, ἔφη· *Κἂν Σκύθαι, ἀλλὰ πάντως ἄνθρωποι· κἂν ἐχθροί, ἀλλ' ἐλέους ἄξιοι. Αὐτὸς* C *δ' οὐκ οἶδα τί φρονήσας ταῦτα ληρεῖς;* Τὸν δ' ἐνιστάμενον μετ' ὀργῆς ἀπεπέμψατο. Προσέταξε δὲ

Discretis in suas quibusque stationes Comanicis Romanisque copiis, et imperatore prima face ad cœnam corporis et cœnam verso, astitit vultu indignationem præ se ferente quidam nomine Synesius: *Quid hoc malum* (ad imperatorem inquiens) *aut quæ ista nova res administrandi ratio est? Unusquisque militum ad triginta et amplius Scythas captivos habet. Ingens Comanorum multitudo prope abest nobis imminens. Si ergo quod post tantum laborem fieri pronum est, nostri milites indormierint, et Scythæ commodata sibi mutuo opera vinculis solvendis, strictis acinacibus stertentes dominos confoderint: quid sit secuturum vides. Jube igitur præverti nefas, pleraque hac barbarie mature trucidanda.* Hæc dicentem imperator acribus figebat oculis, et mox sublidit: *Etsi Scythæ, etsi hostes, homines certe sunt et humanitate nostra in sua calamitate digni. At tu nescio qua dementia in transversum actus,*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] γάρ τι. [88] πλείους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(48) *Λύχνων ἀφάς.* Sic tempus vespertinum vocabant Græci, quod Latini ævi posterioris *lucernarium*, quo scilicet prima pars vespertini officii obiri solebat, occaso sole, et quando lucernas accendi mos est; quod et inde λυχνικόν appellatum pluribus observatum a Meursio. *Horam incensi* vocat D. Ambrosius, lib. III *De virginibus*; *lucernarium devotionem*, Uranius presbyter, de obitu S. Paulini episc. Nolensis, n. 4, et auctor Vitæ S. Severi episc. Nolani apud Ughellum. Fiebat autem istius officii vespertini introitus cum tribus cereis, ut est in Menologio Græc. canebanturque D preces eucharisticæ, quibus nimirum Deo gratiæ agebantur, uti testatur D. Basilius, lib. *De Spiritu sancto*, ad Amphiloch. cap. 29. Has exhibent Euchologium Gr., Arcudius in Anthologio, et Usserius Armachanus in Syntag. de Symbolo apost. Harum etiam meminit Epiphanius, *Contra hæres.* lib. III. Cum vero accendebantur lucernæ, statim canebatur *hymnus* iste *vespertinus*, φῶς ἀγαθόν, etc., qui pariter describitur in Anthologio, et a Nicephoro Call. lib. XVIII, cap. 51; jam inde ab apostolis per manus Ecclesiæ Christi traditus fuisse dicitur, ita ut paganos imitati quodammodo videantur Christiani, qui, ut auctor est Varro, cum afferebatur lumen, exclamare solebant, φῶς ἀγαθόν. Atque ad hujus Græcanici hymni exemplum Latini Patres quosdam concinnarunt metrica oratione, quos etiam Vespertinorum appellatione donarunt; cujusmodi ille est qui ab Ennodio exaratus legitur carm. 10, et alter a Prudentio, lib. *Cathemer.* hymn. 6, qui *Ad incensum lucernæ* inscribitur. Auctor est præterea Michael Psellus, lib. *De operat. dæm.* in his vespertinis, seu lucernalibus officiis, Dominicæ Passionis actam memoriam. Ἑσπέρας γὰρ πρὸς λύχνων ἀφάς, ὁπόθ' ἡμῖν τὸ σωτήριον ἐξυμνεῖται πάθος, etc. Atque ex his perspicue patet non mediocriter lapsum Anastasium in Collat. S. Maximi Mart. cum Græca verba λύχνων ἀφήν, seu λυχναψίαν, *tactum lucernæ* vertit, cui imposuit vox ἀφή, quæ Græcis *tactum*, perinde ac *accensionem* significat: *Eadem die, circa tactum lucernæ, Troilus*, etc. Verum in confesso esse debet longe ante Christianos hanc loquendi formulam in usu fuisse, et vetustissimis Græcorum notam, ex Herodoto, lib. VII: Ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. De lucernario erit alius dicendi locus. Anna, lib. XIII, pag. 393, λύχνων ἀφάς metaphorice usurpat pro operis cujuspiam fine et exitu. Vide pag. 482, et Cinnamum, lib. IV.

talia deliras. Sic Augustus; instantemque ulterius Synesium, iratus increpitum recedere utique jussit: tum edicto eadem hora per castra promulgato, admonuit milites exarmarent Scythas, cunctaque ipsis erepta tela unum seorsim in locum tuto deponerent: ipsi custodiæ captivorum curam gererent. His ita provisis securus reliquam transmittebat noctem: cum ecce circa ejus medium, Deine nutu, an quo alio casu, incertum, in captivos Scythas simul quasi ex condicto insilientes Romani milites, ferme universos occiderunt. Hæc postera jam exorta luce cum cognovisset imperator, in suspicionem venit cædem a Synesio curatam. Accersitum ergo asperis incessit dictis, minisque atrocibus. Tu istius nempe (inquiens) tragœdiæ, tu crudelis facinoris istius auctor es. Eum vero jurantem se inscio id factum, constringi nihilominus et vinctum præcepit attineri; cum sic diceret: Faxo expertus discat quantum mali vel solis insit vinculis: nec de cætero tam inhumanas in captivos homines dicat sententias. Nec vero eo contentus videbatur fore, nisi coeuntes magno numero viri magnates **235** vel consanguinitate, vel affinitate Augusto admoti quam proxime, impetrassent ab eo conjunctis precibus, ut gratiam supplicii Synesio faceret. Eadem ipsa nocte, nescio quid nocturnæ fraudis ab imperatore veriti, plerique Comanorum præda omni secum sumpta iter arripuere Danubium versus. Ipse Augustus prima luce migrationem indixit, tot cadaverum fetorem et facile in tantæ tabis vicinia pestilentiam cavens. Locus lectus novis castris fuit is cui a pulchris arboribus nomen est, stadiis octodecim a Chœrenis distans. Eo tendentem imperatorem assecutus Melissenus (quem ne interesse prælio posset novorum illa quam diximus delectuum procuratio transmissioque detinuerat) magno affectu et gratulatione victorem salutavit, nihilominus honorifice atque amanter excipiente Cæsarem Augusto. Ambo porro amplexibus et cætera lætitiæ amorisque significatione defuncti conjunctim ineuntes viam, casus hesternæ pugnæ multiplices ac varios aptum tali tempore jucundæ confabulationis argumentum habuerunt. Inter hæc appulso imperatori ad Pulchras arbores, sero demum nuntiatur fuga Comanorum. At ille præmiorum fidem quæ ipsis ante pugnam exceperat nihil ista incivilitate subiti discessus infringendam statuens, eadem hora mulos oneratos mercedibus post fugaces misit: agasonibus imperans, ut quam maxima possent celeritate vestigiis ipsorum insisterent: certi non redire, nisi deprehensis vel ultra Danubium barbaris destinata munera in manus traderent. Adeo grave ipsi planeque intolerandum videbatur, non modo in fraude ac perfidia revera deprehendi;

τηνικαῦτα διαλαλιὰν εἰς ἅπαν τὸ στράτευμα γενέσθαι, ἅπαντα τὰ τῶν Σκυθῶν ἀναλαβομένους ὅπλα εἰς ἕνα καταθέσθαι τόπον, τοὺς δὲ δεσμώτας παραφυλάττειν. Ταῦτα κελεύσας ἐν ἀμεριμνίᾳ τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς ἦν. Περὶ μέσην δὲ φυλακὴν τῆς νυκτὸς, εἴτε ἐκ θείας ὀμφῆς, εἴτε καὶ ὅπως οὐκ οἶδα, ὅμως δ' οὖν ὡς ἐξ ἑνὸς συνθήματος μικροῦ πάντας οἱ στρατιῶται ἀπέκτειναν. Τοῦτο ὁ βασιλεὺς αὐγαζούσης ἡμέρας ἀκηκοὼς, ὕποπτον εὐθὺς τὸν Συνέσιον εἶχε. Μεταχαλεῖται τοίνυν παραχρῆμα τοῦτον. Καὶ αἰτιώμενος σφοδρῶς ἠπειλεῖτο λέγων· Τοῦτο τὸ ἔργον σόν. Τοῦ δὲ ἐπομνυμένου μὴ εἰδέναι, ἐπέταξε δεσμηθέντα τοῦτον κατασχεθῆναι, Γνώτω, λέγων, ὁποῖον καὶ μόνον ὁ δεσμὸς κακόν ἐστιν, ὡς μηκέτι κατὰ ἀνθρώπων τοιαύτας ἀποφάσεις ποιεῖσθαι. Τάχα δὲ ἂν καὶ ἐκόλασε τοῦτον, εἰ μὴ, προσελθόντες οἱ καθ' αἷμα καὶ ἐξ ἀγχιστείας προσήκοντες τῷ αὐτοκράτορι μεγιστᾶνες κοινὴν τὴν ὑπὲρ τοῦ Συνεσίου ἱκετηρίαν ἐποιοῦντο. Τῶν δὲ Κομάνων οἱ πλείους πτοηθέντες, μή τι δεινὸν κατ' αὐτὸν [59] ὁ αὐτοκράτωρ νυκτὸς μελετήσειε, τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενοι, νυκτὸς ᾤχοντο, τὴν πρὸς τὸν Δάνουβιν φέρουσαν ὁδεύοντες. Αὐτὸς δὲ αὐγαζούσης ἡμέρας φεύγων τὴν τῶν νεκρῶν σωμάτων δυσωδίαν ἀπάρας ἐκεῖθεν ἔρχεται ἐπί τινα τόπον, Καλὰ δένδρα καλούμενον, σταδίους δέκα πρὸς τοῖς ὀκτὼ ἀπέχοντα τῶν Χοιρηνῶν. Ἀπερχόμενος [60] δὲ ἐκεῖσε κατέλαβεν ὁ Μελισσηνός. Οὐ γὰρ ἔφθασε παραγενέσθαι ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης ἀσχολούμενος τὴν πληθὺν ἐκείνην τῶν [61] νεολέκτων ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ἀλλήλους τοίνυν ἀσπασάμενοι καὶ συγχαρέντες, ὡς εἰκὸς, τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοιπορίας περὶ τῶν συμπεσόντων ἐπὶ τῇ τῶν Σκυθῶν ἥττῃ ὡμίλουν. Μεμαθηκὼς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, ὁπηνίκα τὰ Καλὰ δένδρα κατέλαβε, τὸν δρασμὸν τῶν Κομάνων, ὁπόσα τούτοις ἀνῆκε πρὸς λόγον τῶν συμφωνηθέντων αὐτοῖς, ἐπεισάξας ἐν ἡμιόνοις ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς, ἐντειλάμενος σπεῦσαι καταλαβεῖν αὐτοὺς, καὶ πέραθεν εἰ δυνηθεῖεν Δανούβεως, καὶ δοῦναι τὰ ἀποσταλέντα. Βαρὺ μὲν αὐτῷ ἦν διὰ παντὸς μὴ μόνον ψεύδεσθαι (49), ἀλλὰ καὶ τὸ δόξαι ψεύδεσθαι, ὁμιλίαν ἱκανὴν πρὸς ἅπαντας περὶ ψεύδους ποιουμένῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν φευγόντων [πεφευγότων]· τοὺς δέ γε λοιποὺς ἑφεπομένους αὐτῷ εἱστία τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας δαψιλῶς. Δέον δὲ ἐλογίσατο μὴ τηνικαῦτα τοὺς ἀνήκοντας δοῦναι μισθοὺς, ἀλλὰ μεθεῖναι τοὺς εἰς ὕπνον τραπέντας καταπέψαι τὸν οἶνον, καὶ οὕτω τὸ φρονοῦν τῆς ψυχῆς συλλεξαμένους ἐν ἐπιγνώσει γενέσθαι τοῦ πραττομένου. Τῇ μετ' αὐτὴν οὖν μετακαλεσάμενος ἅπαντας οὐ τὰ προϋπεσχημένα δίδωσι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα. Σκεψάμενος δὲ ἐπεὶ ἀπολύειν τούτους οἴκαδε ἐβούλετο, μὴ ἐν τῷ ἀπιέναι εἰς προνομὴν σκεδασθέντες

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[59] αὐτῶν. [60] ἀπερχόμενον. [61] τὴν τῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(49) *Μὴ μόνον ψεύδεσθαι.* Eo tamen nomine passim a nostris perstringitur Alexius, tanquam dolosi vir animi, fideique ac veriorum par us observator. Vide scriptores laudatos ab Hœschelio in Not. ad Annam.

οὐ μικρὰν ταῖς παρὰ [62] τὴν ὁδὸν παρακειμέναις κωμοπόλεσι τὴν βλάβην ἐπάξωσιν, ὁμήρους ἐξ αὐτῶν λαμβάνει. Αἰτησαμένων δὲ καὶ αὐτῶν τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτοῖς ἀσφαλίσασθαι, δίδωσιν αὐτοῖς τὸν Ἰωαννάκην [63] (ἀνὴρ δὲ οὗτος ἀνδρίᾳ καὶ φρονήσει διαφέρων), τὴν τῶν ἁπάντων οἰκονομίαν διαθέμενος, καὶ τὴν μέχρις αὐτοῦ τοῦ ζυγοῦ τῶν Κομάνων εὐθέτησιν. Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ τοῦ αὐτοκράτορος θείᾳ πάντως προνοίᾳ· πάντα γοῦν κατὰ τὸ πλῆρες τελέσας, τροπαιοφόρος αὐτὸς νικητὴς πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπανέρχεται Μαΐου παριππεύοντος μηνός. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν Σκυθῶν ὧδέ πη πέρας ἐχέτω, κἂν ἐκ πολλῶν ὀλίγα μοι εἴρηται, ἄκρῳ δακτύλῳ τοῦ Ἀδριατικοῦ ἁψαμένη πελάγους. Τὰς γὰρ λαμπρὰς τοῦ αὐτοκράτορος νίκας, τὰς μερικὰς τῶν πολεμίων ἥττας, τὰς καθ' ἕνα τούτου ἀνδραγαθίας, τὰ ἐν τῷ B μεταξὺ συμπίπτοντα τοῖς τότε καιροῖς, καὶ ὅπως πρὸς ἅπαντας ἐποικίλλετό τε καὶ διὰ παντοίας μεθόδου διέλυε τὰ συμπίπτοντα δεινὰ, οὐδ' ἂν Δημοσθένης ἄλλος, ἢ καὶ ὁ ἅπας τῶν ῥητόρων χορὸς, οὐδ' ἂν ἡ Ἀκαδημία πᾶσα καὶ ἡ Στοὰ εἰς ταὐτὸν συνεληλυθέτην, καὶ προὔργου παντὸς τὰς Ἀλεξίου πράξεις ἐποιήσαντο, τούτων ἐφικέσθαι ἐξίσχυσαν.

A verum etiam in qualemcunque tantæ labis suspicionem incidere. Itaque hac etiam occasione sat longa ad omnes oratione de mendacii turpitudine disputavit. Hæc erga fugaces Comanos ita constituit; alios ex ea gente qui remanserant, et secuti castra mutantem imperatorem erant regio per diem reliquum convivio excepit. Nec repræsentare promissa præmia tum temulentis voluit; at postridie ubi crapulam edormierant, et vini vapore somni beneficio discusso, eo jam statu erant ut liberalitatis sensum capere possent, convocatis ad se omnibus non ea solum quæ pollicitus ipsis erat, cum fide omnia persolvit, sed plura præterea munifice admensus est, unum ab eis vicissim exigens, nempe ne in reditu ad quem se accingebant vicos urbesve B Romanæ ditionis diriperent obiter aut quoquomodo infestarent. Quam ad rem non contentus præsenti assensu etiam pignora in futuri fidem ex ipsis obsides accepit. Quibus et vicissim securitatem itineris petentibus virum fortitudine ac prudentia præstantem Joannacem assignavit viæ comitem et necessariorum ipsis ac commodorum provisorem dispensatoremque omnium, quoad Comanorum jugum, metam itineris, incolumes attigissent. Sic omnibus ad plenum exsolutis **236** officii partibus ipse victor ac tropæis fulgens sub desinentem Maium Byzantium rediit. Atque hæc hactenus de bello Scythico; cujus haud quaquam tamen partes omnes aut casus singulos retulisse me profiteor. Qui potuissem id quidem? cum et ipsum multum fuerit libasse pauca de multis: velut si pelagus Adriaticum summo digito stringerem. Nam cuncta quibus se per id tempus nobilitavit Alexius, facinora sigillatim exsequi; explicare, inquam, pro dignitate, quoties is victoriam de pluribus reportarit, quoties ex rebus perditis consilio emerserit, quanta varietate multiplicis virtutis ad omnes unus diversissimorum temporum iniquitates occurrerit, neque alter Demosthenes queat, ac cum eo simul chorus universus rhetorum. Imo neque si Academiæ pariter ac Stoæ ingenia conspiraverint adscriptis celebrandas Alexii res gestas, speraverim æquaturos splendorem orationis cum argumenti merito, ut totos intenderent facultatis nervos.

Οὐ πολλαὶ διῆλθον ἡμέραι τῆς τοῦ βασιλέως εἰς C τὰ ἀνάκτορα εἰσελεύσεως, καὶ ὁ Ἀριέβης (50) Ἀρμένιος, καὶ ὁ Κελτὸς Οὐμπερτόπουλος (λογάδες οὗτοι ἄνδρες τῶν ἐπιφανῶν ἀρειμάνιοι) κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος μελετήσαντες ἐφωράθησαν, πλῆθος οὐκ ἀγεννὲς πρὸς ταυτηνὶ τὴν βουλὴν ἐπισυρόμενοι. Καὶ οἱ ἔλεγχοι παρῆσαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐπαῤῥησιάζετο. Κατάκριτοι δὲ ἤδη καταστάντες οἱ ἐπίβουλοι, δήμευσιν καὶ ὑπερορίαν τηνικαῦτα κατεκρίθησαν [64], τῶν ἐκ τῶν νόμων ποινῶν τοῦ αὐτοκράτορος σχολὴν παντελῆ καταψηφισαμένου, μηδενὸς τὸ σῶμα λωβηθέντος. Λογοποιουμένην δὲ Κομάνων ἔφοδον μανθάνων ὁ αὐτοκράτωρ, ἐκεῖθεν δὲ καὶ τὸν Βοδῖνον καὶ αὐτοὺς Δαλμάτας παρασπονδῆσαί τε καὶ κατὰ τῆς ἡμεδαπῆς χωρῆσαι βουλομένους, ἐμερίζετο τοῖς λογισμοῖς, πρὸς ὁπότερον ἂν ἀπονεύσειε τῶν ἐχ- D θρῶν. Δέον οὖν αὐτῷ ἐδόκει κατὰ τῶν Δαλματῶν πρώτως ἐξοπλίσασθαι, καὶ προκαταλαβεῖν τὰ ἀναμεταξὺ τῆς ἡμεδαπῆς καὶ αὐτῶν διακείμενα τέμπη,

C Non multi dies fluxerant ab imperatoris in palatium reditu cum deprehensa conjuratio adversus eum est Ariebis Armenii et Galli Umpertopuli, qui multitudinem non contemnendam in suam sententiam traxerant. Aderant testes, indicia, argumenta omnia: ipsaque adeo ad convictionem criminis manifesta veritas loquebatur; nec fugiendi spatium rei habuerant, sed astabant insidiatores conjurati propria ipsos conscientia et confessione prædamnantibus. Satis tamen imperator habuit exsilio eos et bonorum publicatione multare, pœnarum acriorum præscriptarum legibus, corpus utique ipsum ac vitam petentium, gratiam convictis integram faciens. Exinde duplex, neuter lætus, increbrescens rumor, alter expeditionis infestæ Comanorum; D Bodinum alter et Dalmatas novis studere rebus et irruptionem in nostros fines meditari ferens, in ancipitem distraxit curam imperatoris animum, non satis expedientem utri prius periculo videretur

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[62] κατά. [63] Ἰωανάκην. [64] ἐκρίθησαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(50) Ἀριέβης. Ariebis Armenii, cujus iterum meminit Anna, lib. v, et Constantini Hermenopuli conjurationem enarrant pariter Zonaras et Glycas.

occurrendum. Vicit pars Dalmatas præferens, visumque factu necessarium ut quæ inter Dalmatiam Romanumque ab ea parte limitem sitæ in confiniis convalles sunt, mature manu valida præoccuparentur. Placuitque convocatis communicatum ducibus, et pro utilissimo exceptum consilium est. Pronuntiata ergo expeditione in oram occiduam versus Illyricum profectus Augustus urbe regia et Philippopolim invectus ibi litteras accepit archiepiscopi Bulgariæ, qui tunc erat, affirmantes Joannem sebastocratoris filium, ducem Dyrrhachii defectionem machinari. Gravem illi coram hic nuntius attulit, diem inde noctemque disquirenti secum anxie quam potissimum negoti ancipitis et lubrici tractandi rationem iniret. Hinc occurrebat scilicet Isaacii patris adolescentis necessitudo, et omnem cogitationem judicialis examinis in reum delatum exercendi fraterni nominis ac sanguinis discutiebat reverentia. At aliunde verendum erat, si temere negligeretur indicium cujus publica fama esset auctor, quorsum erumperent nullo freno cohibitæ cupiditates **237** adolescentis pro istius ætatis natura præcipitis. Periculumque videbatur ne dissimulatum intempestiva indulgentia nascens malum in aliquam perniciem evaderet, unde luctus intolerandi patruo patrique causa æterna nasceretur. Præstabilius ergo denique visum dare sedulam ut arcanum juvenis consilium detegeretur explorando, et ei sic obviam iretur efficaci providentia, ut neque respublica detrimentum caperet, et adolescentis ipsius ruina præverteretur, cui pro patrui affectu consultum in primis Augustus cupiebat. Ab hac deliberatione accersitum magnum hetæriarcham, sive societatis ducem, Argyrum Caratzam, origine quidem Scytham, at prudentissimum, ac spectatæ virtutis fideique virum, Dyrrhachium mittit duplicibus instructum litteris : quarum alteras ad Joannem datas in hunc modum scripserat: *Certior facta majestas nostra parari contra nos expeditionem barbaricam mox irrupturam per angustiarum claustra quæ Romanum inter limitem ac Dalmatiam interjacent, Constantinopoli prodiit animo prævertendæ refutandæque audaciæ hostilis, et confinium imperii Romani præsidiis idoneis præmuniendorum. Tali proposito in eas partes proficiscenti mihi opus est te occurrere quam primum et mox præsentem referre qui sit status rerum in provincia quam regis. Et est magnopere de quo agere tecum velim.*

A καὶ ὡς ἐνὸν ἀσφαλίσασθαι. Συναγαγὼν τοίνυν ἅπαντας καὶ ἀνακοινωσάμενος τὸ σκοπούμενον, ἐπεὶ συνοῖσον ἅπασι τοῦτ' ἐδόκει, ἔξεισι τῆς μεγαλοπόλεως [65] τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν προμηθευσόμενος. Καὶ ταχὺ τὴν Φιλιππούπολιν καταλαβὼν, καὶ γράμματα δεξάμενος τοῦ τηνικαῦτα ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας (51) χρηματίζοντος περὶ τοῦ δουκὸς Δυῤῥαχίου Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ τοῦ Σεβαστοκράτορος, διαβεβαιούμενα [66] ἀποστασίαν ἐκεῖνον ὠδίνειν, ἀθυμῶν διὰ πάσης ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἦν, πῇ μὲν διὰ τὸν ἐκείνου πατέρα ἀναβαλλόμενος τὴν τῆς ὑποθέσεως ἐξέτασιν, πῇ δὲ καὶ δεδιὼς μὴ ἅπερ ἡ φήμη λέγει οὐ ψεύσεται. Καὶ ἐπεὶ μειράκιον ἦν ὁ Ἰωάννης, ὡς ἐπίπαν τὰς τῶν τοιούτων ὁρμὰς ἀκαθέκτους γινώσκων, ἐδεδίει μή τι νεωτερίσειε, καὶ λύπης ἀφορήτου ἀμφοῖν τῷ τε πατρὶ καὶ θείῳ πρόξενος γένοιτο. B Δεῖν οὖν ἐλογίσατο διὰ πάσης μεθόδου σπεῦσαι τὴν ἐκείνου σφῆλαι βουλήν· ἐκήδετο γὰρ τούτου ὁπόσον ἄν τις εἴποι. Μεταπεμψάμενος οὖν τὸν τότε μέγαν ἑταιρειάρχην Ἀργυρὸν τὸν Καρατζᾶν, Σκύθην μὲν ὄντα, φρονημώτατον [67] δὲ καὶ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας ἐπιμελούμενον [68], διττὰς ἐπιδίδωσιν αὐτῷ γραφὰς, τὴν μὲν πρὸς τὸν Ἰωάννην ταῦτα [69] διαλαμβάνουσαν· *Ἡ μὲν βασιλεία μου βαρβαρικὴν διὰ τῶν κλεισουρῶν ἔλευσιν κατ' αὐτῆς μεμαθηκυῖα ἐξελήλυθε τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐφ' ᾧ [70] τὰ μεσαίχμια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀσφαλίσασθαι. Δέον οὖν ἐστι καὶ αὐτόν σε παραγενέσθαι τὰ κατὰ τὴν ὑπὸ σὲ ἀρχὴν ἀναδιδάξοντα (δέδια γὰρ* C *καὶ τὸν Βολκάνον μὴ καὶ αὐτὸς ἐναντία καθ' ἡμῶν φρονήσας μελήσῃ), πρὸς δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν Δαλματίαν ἀναγγελεῖν πρὸς ἡμᾶς καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Βολκάνου, εἰ ταῖς εἰρηνικαῖς ἐμμένει σπονδαῖς (καὶ γὰρ οὐκ ἀγαθαί μοι περὶ αὐτοῦ ἀγγελίαι καθ' ἑκάστην κομίζονται), ἵνα σαφέστερόν τι μεμαθηκότες καὶ πρὸς τὰς αὐτοῦ ἐπιπλέον παρασκευασώμεθα μηχανὰς, καί σοι τὸ δέον ὑποθέμενοι, αὖθις πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν ἐκπέμψωμεν, ὅπως ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῖς ἐχθροῖς μαχόμενοι, τὴν νικῶσαν, Θεοῦ ἐπαρήγοντος, σχοίημεν.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[65] μεγαλουπόλεως. [66] διαβεβαιούμενος. [67] φρονιμώτατον. [68] ἐπιμελόμενον. [69] τοιαῦτα. [70] Desunt voces ἐφ', ᾧ etc, ἀσφαλίσασθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας*. Hoc est, Achridis Bulgariæ metropoleos, cujus eo ævo archiepiscopus erat Theophylactus, patria Constantinopolitanus, scriptis in sacram Scripturam et commentariis notissimus. Floruit enim Alexio Comneno imperante, non vero sub Romano Diogene, aut Michaele Duca, uti vult card. Baronius, quod ex ipsius epistolis a **343** Meursio editis satis constat, quarum quædam ad Adrianum Alexii fratrem Nicephorum Melissenum Cæsarem, Gregorium Taronitam, Nicephorum Bryenium Alexii consocerum, Bryenium Alexii generum, et alios ex Alexiana et Comnena familia principes scriptæ D sunt, una etiam ad Nicolaum patriarcham, qui pontificatum iniit indict. 7, an. Chr. 1084 ; præterea ex Panegyrico Alexio imperatori dicto, qui asservatur in Bibliotheca Bavarica, n. 116, cujus editionis spem nobis injecit eruditus Annæ interpres. De Theophylacti scriptis multa habent Baronius, an. 1071, n. 15 et seq., an. 1073; Bellarminus et Labeus, *De script. eccles.* et Leo Allatius, *De Eccles. Occid. et Orient. consens.* lib. II, cap. 10, n. 2. Archiepiscopos Achridenses, qui Theophylactum præcesserant, aliquot recenset Scylitzes in Botaniata.

suspectus dudum animus Bolcani qui ne aliquid infidi, infestique consilii contra nos coquat male metuo. Quare tum de eo, an fœderis conditionibus se contineat; tum de ipsa Dalmatia, quis in ea sensus populi? qui opum apparatus? quæ fides commerciorum doceri a te exspecto, cui talia pro ratione magistratus et vicinia locorum par est comperta esse. Enimvero haud læti inde in dies mihi adveniunt nuntii. Quorum indiciis nondum ad præjudicandum trahor ad tuum me colloquium reservans, in quo post liquidum explorationem periculi aut mali etiam de opportunis vel cautionibus vel remediis facile inter nos conventurum auguror. Ac provideo jam nunc firmam illam videri fore gerendi hujus belli rationem, si te cognitis satis omnibus, et tum mandatis, tum copiis instructum novis remittamus in Illyricum: quo ex utroque latere, impetu concordi unum in hostem irruentes, citra periculum, Deo juvante, vincamus.

Ταῦτα μὲν ἡ πρὸς τὸν Ἰωάννην γραφὴ διελάμβανε· A ἡ δέ γε πρὸς τοὺς λογάδας τῶν ἐποίκων Δυῤῥαχίου τοιαῦθ' ὑπηγόρευεν· *Ἐπεὶ καθ' ἡμῶν μελετᾷν τὸν Βολκάνον αὖθις μεμαθηκότες τῆς Βυζαντίδος ἐξεληλύθειμεν, κατασφαλισόμενοί τε τὰ ἐν μεσαιχμίῳ τῆς τε ἡμεδαπῆς καὶ τῶν Δαλματῶν διακείμενα τέμπη, ἅμα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν καὶ τοὺς Δαλμάτας ἀκριβώσασθαι· διά τοι ταῦτα δέον κρίναντες μετακαλέσασθαι τὸν ὑμέτερον δοῦκα καὶ ποθούμενον ἀνεψιὸν τοῦ κράτους ἡμῶν, τουτονὶ τὸν τὴν ἡμετέραν ἐγχειρίζοντα ὑμῖν γραφὴν ἐξαπεστείλαμεν δοῦκα τοῦτον προχειρισάμενοι. Δέξασθε αὐτὸν καὶ ὑμεῖς, καὶ εἰς πᾶν τὸ παρ' αὐτοῦ προστεττόμενον ὑπείκετε.* Ταύτας οὖν τὰς γραφὰς ἐγχειρίσας τῷ Καρατζᾷ, ἐνετείλατο ἀπελθόντα πρῶτα μὲν ἐγχειρίσαι τῷ B Ἰωάννῃ τὴν πρὸς αὐτὸν γραφήν. Καὶ εἰ μὲν αὐθαιρέτως ἕπεται, ἐκεῖνον μὲν ἐκεῖθεν μετ' εἰρήνης προπέμψαι, αὐτὸν δὲ τὴν φρουρὰν τῆς χώρας ἀναδέξασθαι μέχρις ἂν ἐκεῖνος αὖθις ἐπανέλθοι· εἰ δὲ ἀντιτείνῃ [71] καὶ μὴ πείθηται [72], μεταπέμψασθαι τοὺς ὑπερέχοντας τῶν Δυῤῥαχιτῶν, καὶ τὴν ἑτέραν ὑπαναγνῶναι γραφὴν ἐφ' ᾧ συνάρασθαι αὐτῷ ἐπὶ τῷ τὸν Ἰωάννην κατασχεῖν.

Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ σεβαστοκράτωρ ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβων σπουδαίως ἐξῄει, καὶ ἐπὶ δυσὶ νυχθημέροις καταλαμβάνει τὴν Φιλιππούπολιν. Ὑπνώττοντος δὲ τοῦ βασιλέως εἴσω τῆς βασιλικῆς C σκηνῆς ἀψοφητὶ εἰσελθών, εἰς τὴν ἑτέραν κλίνην τοῦ βασιλέως καὶ ἀδελφοῦ κατακλιθεὶς καὶ αὐτὸς ὕπνωττε, τοὺς κατευνάζοντας τὸν αὐτοκράτορα διὰ τῆς χειρὸς ἡσυχάζειν ἐπιτάξας. Ὡς γοῦν ὁ βασιλεὺς τοῦ ὕπνου ἀνέθορε καὶ τὸν ἀδελφὸν παρ' ἐλπίδας ἐθεάσατο, ἡσυχάζων τέως ἦν, καὶ τοὺς παρατυχόντας αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν καὶ αὐτὸς ἐκέλευεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ σεβαστοκράτωρ ἔξυπνος γενόμενος τὸν ἀδελφὸν καὶ βασιλέα γρηγοροῦντα ἐθεάσατο, κἀκεῖνος ἐνιδὼν αὐτόν, προσελθόντες ἀμφότεροι, ἀλλήλους κατησπάζοντο. Εἶτα ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπυνθάνετο τί ἄρα καὶ βούλοιτο, καὶ τίς ἡ αἰτία τῆς αὐτοῦ ἐλεύσεως. Ἐκεῖνος δέ, Σοῦ ἕνεκα, ἔφη. Καὶ ὅς· Μάτην σεαυτὸν συντείνας τοσοῦτον κεκοπίακας. Ὁ δὲ

A Hæc habuit epistola ad Joannem data. Quæ vero præcipuis Dyrrhachii civibus inscribebatur in hæc fere verba concepta erat: *Cum exciti nuntiis, qui de Bolcano feruntur bellum in vos parante, profecti Byzantio tendamus ad vestrum limitem, partim occupaturi præsidiis claustra vallium et montium angustias qui Romanos Dalmaticosque interjacent fines, partim quid parent cogitentve Dalmatæ certius ex propinquo exploraturi, ad ea duximus conducere ut jam hinc ad nos evocaremus ducem vestrum, charissimum nepotem majestatis nostræ: quod ut sine noxa vestra, provinciæque istius fiat, mittimus qui per ejus absentiam rebus isthic præsit, eum ipsum qui hanc vobis nostram epistolam reddet: cui propterea honores omnes qui duci vestro debentur exhiberi a vo-* B *bis par est, et volumus; quippe ipsum jure quam optimo ducem Dyrrhachii esse jubemus, confidimusque ac cupimus ut ei vos in omnibus quæ præscripserit, obsequentes præbeatis.* Has duas epistolas imperator Caratzæ tradens ei mandavit, ut Dyrrhachium perlatus, prius Joanni redderet **238** eam quæ ipsi erat inscripta. Ac si ea lecta promptum is se ad profectionem ostenderet, omnibus ipsum officiis atque honoribus prosequeretur, daretque operam ut sine offensione aut suspicione ulla discederet: ipso interim vicariam pro eo præfecturam ac curam provinciæ usque ad ejus propinquum reditum se gesturum profitente. Sin autem reluctaretur et parere recusaret, tum Caratza præcipuis Dyrrachiensium ad se vocatis alteras litteras ostenderet, ipsorumque, Augusti nomine ac jussu, auxilium exposceret ad Joannem capiendum.

Hæc dum ita parabantur, perfertur ad sebastocratorem trepidus nuntius de suspicione ac periculo in quibus versaretur Joannes ejus filius. Erat C is Constantinopoli: unde momento citatis equis iter arripiens, continuo cursu duum dierum totidemque noctium, Philippopolim pervenit; ibi statim Augustale dormientis tum forte fratris familiariter ingressus sine strepitu, signo manus domesticos monuit ut quiescerent, nec somnum Augusti turbarent: simul in alterum regii cubiculi lectum se de via fessum composuit, citoque obdormivit. Experrectus Augustus cernit præter spem in cubili proximo sopitum: et ei vicissim ipse quoque ne quietem excuteret, obstrepere temperavit, suosque ut idem caverent monuit. Tandem excitatus sebastocrator ubi Augustum vidit vigilantem, sensitque ab ipso item se aspici, progressi utrimque ambo ad fraternum amplexum sese amantissime osculati

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[71] ἀντιτείνει. [72] πείθεται.

sunt. Tum rogante imperatore quæ causa inopinati A adventus esset? Isaacius: Tua, inquit, causa veni. Alexio vero sibi molestum esse officiose significante, quod frater inutili sui cura tantum laboris exantlasset, nihil sebastocrator reposuit: nondum maturum statuens de filii negotio loqui, quoad a Dyrrhachio quos exspectabat acciperet nuntios, ejus diligentia quem eo præmiserat. Nam ad primam auram sinistri de filio rumoris sebastocrator brevissimas litteras per strenuum cursorem ad eum destinarat, quibus jubebat confestim eum ad imperatorem accedere: ad quem et ipse præoccupandum parandaque omnia purgando crimini jam nunc festinaret Philippopolim: ibi præstolaturus adventum filii, celerrime, ut sperabat, et necesse erat, B eo accursuri. Ea sebastocrator opperiens tum quidem nihil aliud nisi vultu et familiaritate solitis fratre salutato, in assignatum ipsi tabernaculum concessit. Verum paulo post missus ad Joannem tabellarius magno cursu Isaacium convenit, proximum Joannis ipsius adventum nuntians. Tum vero is velut se omni suspicionis periculo jam defunctum existimans, fiducia concepta spiritibusque majoribus, imperatorem adit implacidus, iramque haud dubiam anhelans in eos **239** qui primam suspicionis de Joanne mentionem apud imperatorem fecissent. Hunc ita turbide accedentem Augustus contra intuitus, quanquam intellexit statim commotionis causam, percontatus tamen officiose est, *satin' salvæ?* et, *ut se haberet?* cui ille, *Male*, in- C quit, *ejusque incommodi tu ipse causa es*. Sic erat Isaacius; nunquam in vita didicerat iræ habenas moderari, et erat oppido irritabilis, ita ut vel verbi simplicis minus forte grati auditione efferretur. Porro illis tam stomachosis, hæc nihilo placidiora mox adjunxit: *Nec majestati tuæ tantum succenseo, quantum huic* (Adrianum digito monstrabat) *calumniose mentito*. Ad ea mitis ille ac suavis imperator prorsus nihil reposuit; norat enim qua arte flagrantem iracundiam germani mulcere ac sedare oporteret: sed ad consessum invitat fratrem cum Melisseno Nicephoro Cæsare, et quibusdam aliis consanguinitate ipsis intima aut affinitate conjunctis; ii soli circulo secreto disserebant inter se de iis quæ contra Joannem erant dicta. Ut autem sensit Isaacius tam D Melissenum quam Adrianum fratrem suum oblique in filium suum invehi, erumpenti jam impar cohibendo stomacho trucibus Adrianum figit oculis, simulque comminatur valsurum se ipsi barbam, effecturumque ut condisceret non mentiri propalam, et talibus propinquis imperatorem orbare conari. Hac vice sermonum appulsus qui adventabat Joannes, statim intra intimum regii tabernaculi velum admissus est, ibique coram audiit quæ contra ipsum disputabantur; non tamen in rei subsellium aut ad examinis, criminisve purgandi necessitatem est

A σεβαστοκράτωρ τέως; οὐκ ἀντεφθέγξατο, ἀλλ' ὀνειρώττων ἦν τὰ ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου μετὰ τοῦ προπεμφθέντος παρ' αὐτοῦ κομισθησόμενα μηνύματα. Καὶ γὰρ ἅμα τῷ ἐνωτισθῆναι τὰ θρυλλούμενα περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, δισύλλαβον ἐγχαράξας πρὸς αὐτὸν γράμμα, παρεκελεύσατο θᾶττον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα φοιτῆσαι· ὡς καὶ αὐτὸν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τοῦ Βυζαντίου ἐξεληλυθότα πρὸς Φιλιππούπολιν ἐπείγεσθαι, ἐφ' ᾧ τὰ κατ' αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἰσηγηθέντα κατασεῖσαι, τὰ εἰκότα πρὸς τὸν ἀδελφὸν καὶ βασιλέα ὁμιλήσαντα· ἅμα δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐγκαρτερῆσαι ἄφιξιν. Ὑποχωρήσας δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἀποτεταγμένην αὐτῷ σκηνὴν ἄπεισιν. Παραχρῆμα δὲ καὶ ὁ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἀποσταλεὶς γραμματοκομιστὴς δρομαῖος εἴσεισιν ἐκεῖθεν B ἐπανελθὼν, τὴν τοῦ Ἰωάννου ἀπαγγέλλων ἔλευσιν. Τῆς ὑποψίας οὖν τηνικαῦτα ὁ σεβαστοκράτωρ ἀπαλλαγεὶς καὶ κρείττοσιν ἀναῤῥώσας ἑαυτὸν λογισμοῖς, θυμοῦ πλησθεὶς κατὰ τῶν πρώτως εἰσηγησαμένων τὰ κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τεταραγμένος πρὸς τὸν βασιλέα εἰσήει· ὁ δὲ βασιλεὺς, τοῦτον θεασάμενος, ἐγνώκει μὲν παρευθὺ τὴν αἰτίαν, ἠρώτα δ' ὅμως, ὅπως ἔχοι. Ὁ δὲ, *Κακῶς*, ἔφη, *ἐξ αἰτίας σῆς*. Οὐδὲ γὰρ ὅλως τὸν θυμὸν περιυλακτοῦντα χαλιναγωγεῖν ἠπίστατο· παρεφέρετο δὲ καὶ ὑπὸ ψιλοῦ εἰ ἔτυχε ῥήματος. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ἄλλο τι προσέθετο λέγων· *Οὐ τοσοῦτον κατὰ τῆς σῆς λελύπημαι βασιλείας, ὅσον κατὰ τουτουὶ* (τὸν Ἀδριανὸν τῷ δακτύλῳ ὑποδείξας) *καταψευδομένου*. Πρὸς ταῦτα δὲ C [73] ὁ πραῢς ἐκεῖνος καὶ ἡδὺς βασιλεὺς οὐδ' ὁτιοῦν ἐφθέγξατο. Ἐγίνωσκε γὰρ, ὅπως ζέοντα τὸν θυμὸν τἀδελφοῦ καταπαύσει. Συγκαθεσθέντες οὖν ἄμφω, μετὰ [74] τοῦ Μελισσηνοῦ Νικηφόρου τοῦ Καίσαρος καί τινων τῶν ἐξ αἵματος καὶ ἀγχιστείας προσηκόντων αὐτοὺς [75], μόνοι πρὸς ἀλλήλους ὡμίλουν περὶ τῶν κατὰ τοῦ Ἰωάννου ῥηθέντων. Ὡς δὲ τὸν Μελισσηνὸν καὶ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ἀδριανὸν κατατρέχοντας ἐσχηματισμένως τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἑώρα, αὖθις τὸν θυμὸν παφλάζοντα μὴ δυνηθεὶς κατασχεῖν, δριμὺ πρὸς τὸν Ἀδριανὸν ἀτενίσας, ψιλῶσαι τὸν αὐτοῦ πώγωνα ἠπειλήσατο, καὶ διδάξαι μὴ προφανῶς ψευδόμενον τοιούτων συγγενῶν ἀποστερῆσαι τὸν βασιλέα ἐπιχειρεῖν. Ἐν τούτοις ὁ Ἰωάννης κατέλαβε, καὶ παραχρῆμα εἴσω τῆς βασιλικῆς σκηνῆς εἰσάγεται, καὶ πάντων τῶν κατ' D αὐτοῦ λαληθέντων ἀκούει. Οὐ μέντοι γε εἰς ἐξέτασιν ὅλως ἄγεται, ἀλλ' ὁ κατάκριτος ἐλεύθερος ἵσταται, τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· *Πρὸς τὸν σὸν πατέρα καὶ ἀδελφὸν ἐμὸν ἀφορῶν, οὐδ' ἀκοῦσαι τῶν κατὰ σοῦ λαληθέντων ἀνέχομαι. Ἔσο τοίνυν ἀμερίμνως διάγων ὡς τὸ πρότερον*. Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα ἐντὸς τῆς βασιλικῆς ἐῤῥήθη [76] σκηνῆς, μόνων τῶν συγγενῶν, ὀθνείου δὲ οὐδενὸς παρόντος. Οὕτω γοῦν τῶν λαληθέντων ἢ μελετηθέντων ἴσως [77] κατευνασθέντων, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, τὸν σεβαστοκράτορά φημι Ἰσαάκιον, μετακαλεσάμενος σὺν αὐτῷ τῷ Ἰωάννῃ καὶ υἱῷ αὐτοῦ, πολλὰ ὁμιλήσας

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] Deest vocula δέ. [74] κατά. [75] αὐτοῖς. [76] ἐῤῥέθη. [77] ἴσον.

πρότερον, ἔφη πρὸς τὸν σεβαστοκράτορα, *Σὺ μὲν χαίρων ἄπιθι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν τὰ καθ' ἡμᾶς τῇ μητρὶ ἀνακοινωσόμενος· ἐγὼ δὲ τουτονὶ* (τὸν Ἰωάννην φησὶν ὑποδείξας) *αὖθις, ὡς ὁρᾷς, ἐκπέμπω πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον, ἐφ' ᾧ τὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἐπιμελῶς ἐνεργεῖν.* Οὕτως οὖν ἀπ' ἀλλήλων διακριθέντες, ὁ μὲν τῆς πρὸς τὸ Βυζάντιον τῇ μετ' αὐτὴν εἴχετο, ὁ δὲ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον στέλλεται.

redactus, verum in eodem illo quo convictus damnabatur judicio ac foro liber et solutus assistit singulari beneficio Augusti patrui, qui sic ipsum allocutus est : *Patris tui germani mei respectu, ne audire quidem sustineo quæ contra te dicuntur. Esto igitur securus, eodemque jure ac fiducia quibus prius fruere.* Hæc in intimo secreto augustalis gesta dictaque sunt solis cognatis præsentibus, externo nemine. In hunc modum sopitis iis, quæ vel reipsa cogitata, vel delata fuerant, privatim sebastocratorem fratrem una cum Joanne ipsius filio ad se Alexius accersit, multaque cum utroque familiarissime locutus, sebastocratori ait : *Tu quidem in urbem regiam revertere, quo loco res nostræ sint matri renuntiaturus. Ego vero hunc* (Joannem indicabat manu), *ut vides, Dyrrhachium remitto curaturum gesturumque diligenter provinciam suam.* Sic ab invicem disjuncti, ille quidem postridie Byzantium, hic Dyrrhachium versus iter instituit.

Οὐ μέχρι δὲ τούτου τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα ἔστη. Ἀλλ' ἐπεὶ Θεόδωρος ὁ Γαυρᾶς (52) ἐνδημήσας ἦν ἐν τῇ βασιλευούσῃ, γινώσκων τὸ τούτου ὀμβριμοεργὸν [78], καὶ περὶ τὰς πράξεις ὀξὺ, βουλόμενος τοῦτον ἀπελάσαι τῆς πόλεως, δοῦκα Τραπεζοῦντος (53) προὐβάλλετο, πάλαι ταύτην ἀπὸ τῶν Τούρκων ἀφελόμενον. Ὥρμητο μὲν γὰρ οὗτος ἐκ Χαλδαίας, καὶ τῶν ἀνωτέρω μερῶν, στρατιώτης δὲ περιφανὴς γενόμενος ἐπί τε φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ ὑπερέχων ἁπάντων, μικροῦ καὶ μηδέποτε ἔργου ἀψάμενος καὶ ἀτυχήσας, ἀλλὰ πάντων ἀεὶ τῶν πολεμίων κρατῶν, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν Τραπεζοῦντα ἑλὼν, καὶ ὡς ἴδιον λάχος ἑαυτῷ ἀποκληρωσάμενος, ἄμαχος ἦν. Τούτου τὸν υἱὸν Γρηγόριον ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς εἰς μίαν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἰσῳκίσατο. Ἀνήβων δὲ ἄμφω τῶν παίδων ὄντων, γαμήλια μόνα σύμφωνα ἀναμεταξὺ προέβησαν. Εἶτα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Γρηγόριον εἰς χεῖρας τοῦ σεβαστοκράτορος παραθέμενος ἵν' ὁπηνίκα νομίμου ἅψωνται οἱ παῖδες ἡλικίας, καὶ ἡ μνηστεία τελεσθῇ, αὐτὸς συνταξάμενος τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανῄει χώραν. Τῆς δὲ ὁμευνέτιδος αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ τὸ κοινὸν ἀποδεδωκυίας χρέος, ἄλλην αὖθις ἐξ Ἀλανῶν ἠγάγετο εὐγενεστάτην. Ἔτυχε δὲ τήν τε τοῦ σεβαστοκράτορος ὁμευνέτιν καὶ ἣν ὁ Γαβρᾶς ἔλαβε, δυοῖν ἀδελφοῖν θυγατέρας εἶναι. Τούτου δήλου γεγονότος, ἐπεὶ ἀπό τε τῶν νόμων (54), ἀπό τε τῶν κανόνων, ἡ τῶν παίδων ἐκωλύετο συνάφεια, διεσπάσθη τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα. Γινώσκων δὲ ὁ βασιλεὺς, ὁποῖος ὁ Γαβρᾶς στρατιώτης ἐστὶ, καὶ ὁπόσα πράγματα συνταράττειν δύναται, οὐκ ἤθελε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Γρηγόριον διασπασθέντος τοῦ

Alia quoque tunc quædam fuit in imperatorem conspiratio, quam deinceps exsequar. Theodorus erat Gauras in urbe commorans regia, **240** profectus aliunde, cujus vehementem et strenuum efficacemque novandis rebus veritus animum Alexius, duce ipso creato Trapezuntis, quam is urbem Turcis eripuerat, suspectum ab se hominem specie honoris ablegaverat. Oriundus hic e Chaldæa et ex superioribus regionis ejus profectus partibus, eximiam in militia laudem tulerat, quod et consilio et manu facile se præstare omnibus comprobasset rebus ipsis, nullo unquam ne minimo quidem militari facinore suscepto sine successu, sed splendidis semper reportatis de hoste victoriis, ita ut Trapezuntem ipsam urbem Turcis extortam sibi propriam vindicans invictæ vir potentiæ vulgo putaretur. Hujus filio Gregorio sebastocrator Isaacius Comnenus filiarum unam collocaverat, verum neutro puerorum adhuc assecuto pubertatem non ultra pacta nuptialia res processerat. Theodorus tamen Gregorium filium sebastocratori commiserat apud ipsum futurum, ut cum primum legitimam ætatem pueri attigissent, rite ad nuptias procederetur. Atque his constitutis Gauras, Augustoque salutato, domum revertitur, ubi defuncta haud multo post ejus uxore, cum aliam ex Alanis nobilissimam duxisset, contigit novam Gauræ conjugem cum sebastocratoris matrona duorum fratrum esse filias : quo palam facto, novaque inter ipsos affinitate deprehensa, ob quam nec per civiles nec per ecclesiasticas jam leges adolescentum perfici connubium fas erat, sponsalia prius facta dirempta sunt.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] ὀβριμοεργόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(52) *Γαυρᾶς*. Constat illustrem imprimis fuisse hanc familiam, quæ a Chaldæa migravit Constantinopolim, ex qua recensentur a Scylitze, *Constantinus Gabras*, seu *Gauras*, imperante Basilio Porph.; *Michael Gabras*, qui in Michaelem Paphlagonem conspiravit; *Theodorus Gabras* Sebastus, *Martyr* a Zonara ob quam nescio causam cognominatus, dux Trapezuntis renuntiatus ab Alexio; *Gregorius* ejus filius, cui idem Alexius Mariam filiam despondit, ut est apud Annam et Zonaram; *Constantinus Gabras* Philadelphiæ præfectus, eidem Annæ, lib. XIV. Idem, opinor, qui Manuele imperante tyrannidem invasit, ut auctor est Nicetas, lib. IV, cap. 6, et *Michael Gabras*, qui Eudociam Comnenam, Andronici Comneni sebastocratoris filiam, uxorem duxit, de quo idem Nicetas.

(53) *Δοῦκα Τραπεζοῦντος*. Trapezuntinam provinciam a præfectis ducum titulo administratam docet infra Anna, pag. 364, et Aithonus, in *Hist. Orient.* cap. 13.

(54) *Τῶν νόμων*. Vide Balsamon in *Nomocan.* Phot. tit. 13, cap. 11.

Verum imperator reputans quantus bellator Gauras A esset, et quam efficax turbandis rebus, noluit his sponsalibus solutis remitti ad patrem puerum, sed retinere ipsum Constantinopoli decrevit duabus de causis. Primum ut fidei ac benevolentiæ Gauræ obsidem haberet, cujus ille respectu si quid jam forte machinaretur, cœptis absisteret; deinde ut sensim adolescentis animum sibi demereretur, traheretque volentem ad necessitudinem secum ineundam connubio cum una e meis sororibus celebrando. Has differendi reditus Gregorii pueri causas imperator habuit. At Gauras interim Constantinopolim profectus, nihil eorum quæ imperator meditabatur, sciens, unam rem spectabat agebatque ut strepitu quam minimo receptum ex aula suum filium secum reduceret. Arcanum utrimque consilium erat, minus B tamen imperatore suum dissimulante. Is enim Gauram alloquens obliquis nec nimis obscuris subindicavit sermonibus quid de puero cogitaret. Quæ tamen ille vel non intelligens, vel ob priorem diremptionem sponsalium ægro adhuc animo suboffensus, vel ob aliam ignotam mihi rationem, dari suum sibi filium revertenti petiit. Hic non amplius dissimulatione usus Augustus, utique negavit. Tum Gauras sic habitum, vultum sermonemque **241** componit, quasi non illibenter relinqueret filium, ejusque gubernationem omnem Augusti arbitrio permitteret. Salutato ergo imperatore Byzantio discedens, ab sebastocratore, pro veteri hospitio, quod designata licet frustra necessitudo affinitatis C inchoaverat post eam quoque abruptam duraturum, exceptus est in suburbanam domum magnifica elegantia structam prope templum magni martyris Phocæ ad Propontidem situm. Prosequebatur eo usque adolescens discedentem patrem. Ibi post regias epulas cum sebastocratori Byzantium repetenti Theodorus ad iter procinctus valediceret gratiasque ageret, petitionem officio attexuit, licere

A τοιούτου συναλλάγματος παλινδρομῆσαι πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ κατέχειν τοῦτον εἰς τὴν βασιλεύουσαν δυοῖν [79] ἕνεκα, ἵν' ἅμα μὲν ὡς ὅμηρον αὐτὸν παρακατέχοι, ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ Γαβρᾶ εὔνοιαν ἐπισπάσαιτο· κἀντεῦθεν ἐὰν πονηρόν τι βούληται, ἀπόσχηται τοῦ τοιούτου. Μιᾷ γοῦν τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν (55) Γρηγόριον συνάψαι ἐβούλετο, διά τοι ταῦτα ὑπερετίθετο τὴν τοῦ παιδὸς ἀποστολήν. Καταλαβὼν δὲ αὖθις ὁ Γαβρᾶς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων καὶ μηδὲν τῶν παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μελετωμένων συνεὶς, ἐσκόπει τὸν ἴδιον υἱὸν λεληθότως ἀναλαβέσθαι. Εἶχε δὲ τέως τὸ βεβουλευμένον ἀνέκφορον, κἂν ὁ [80] αὐτοκράτωρ παρῃνίσσετό τι καὶ παρενέφαινε αὐτῷ περὶ τοῦ σκοπουμένου. Ὁ δὲ εἴτε μὴ γνοὺς, εἴτε καὶ B ἀκηδιάσας διὰ τὴν πρὸ μικροῦ γεγονυῖαν τοῦ τοιούτου κήδους διάζευξιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ᾐτεῖτο τὸν υἱὸν δοθῆναί οἱ ἐπαναστρέφοντι. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἀνένευε πρὸς τοῦτο. Σχηματιζόμενος δὲ ὁ Γαβρᾶς ἑκόντι τοῦτον καταλιμπάνειν, καὶ τῇ τοῦ αὐτοκράτορος τὰ κατὰ τὸ παιδίον ἀναθέσθαι γνώμῃ, ἐπεὶ συνταξάμενος αὐτῷ τοῦ [81] ἀπάρτι Βυζαντίου ἐξιέναι ἔμελλεν, ὑπεδέχθη παρὰ τοῦ σεβαστοκράτορος, διὰ τὸ παρακολουθῆσαν κῆδος, καὶ ἣν πρὸς αὐτὸν ἐκ ταυτησὶ τῆς αἰτίας ἔσχε συνήθειαν, ἔνθα τὸ τοῦ μεγαλομάρτυρος Φωκᾶ τέμενος (56) ἵδρυται· προάστειόν τι τοῦτο περὶ τὴν Προποντίδα διακείμενον περικαλλές. Δαψιλῶς οὖν αὐτοῦ που εὐωχηθέντες, ὁ μὲν σεβαστοκράτωρ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπανῄει, ὁ δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ᾐτεῖτο παραχωρηθῆναί οἱ καὶ τῇ C μετ' αὐτὴν συνεῖναι [82] αὐτῷ. Ὁ δ' εὐθὺς κατένευεν. Ὁ δὲ πολλάκις ῥηθεὶς Γαβρᾶς ἐπεὶ τῇ μετ' αὐτὴν χωρίζεσθαι ἤδη τοῦ παιδὸς ἔμελλε, τοὺς παιδαγωγοὺς ἠξίου συνέψεσθαί οἱ μέχρι Σωσθενίου (57)· κεῖθι γὰρ ἔμελλε κατασκηνοῦν. Οἱ δὲ κατανεύσαντες συναπῄεσαν μετ' αὐτοῦ, κἀθ' οὕτως καὶ ἐν τῷ μέλλειν αὖθις ἐκεῖθεν ἀπαίρειν, τὸ αὐτὸ τοὺς παιδαγωγοὺς ᾐτεῖτο συνέψεσθαι τούτῳ τὸν υἱὸν καὶ μέχρι τοῦ Φάρου (58). Οἱ δὲ ἀνένευον. Ὁ δὲ σπλάγχνα τε

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[79] δυεῖν. [80] Desunt voces κἂν ὁ, etc., σκοπουμένου. [81] Desunt voces αὐτῷ τοῦ. [82] συνιέναι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(55) *Τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν*. Zonaras in Alexio: Τῇ μὲν οὖν Μαρίᾳ τὸν τοῦ Γαβρᾶ ἐκείνου Θεοδώρου τοῦ σεβαστοῦ καὶ μάρτυρος υἱὸν τὸν Γρηγόριον D ἐμνηστεύσατο, εἶτα τὴν μνηστείαν λύσας, οὕτω δόξαν αὐτῷ, κἀκεῖνον ἀποπεμψάμενος, ἕτερον μνηστῆρα τῇ θυγατρὶ ταύτῃ τὸν Εὐφορβηνοῦ υἱὸν τοῦ Κατακαλὼν τὸν Νικηφόρον εἰσεποιήσατο.

(56) *Φωκᾶ τέμενος*. Celeberrimum monasterium in sinistra Stheni ripa exstructum a quodam imperatoris cubiculario, eo loci ubi magnificum suburbanum ædificarat Arsaverus patricius, Michaelo Balbo imperante, quemadmodum narrat Scylitzes. A Basilio Macedone exstructam D. Phocæ ædem, ultra sinum (πέρα) auctor est Codinus, *De orig.* Superest etiamnum, Græcique *Agion Phocam* vocant, uti tradunt P. Gyllius, lib. II *De Bosp. Thrac.* cap. 8, et Leunclav. in *Pand. Turc.* n. 128. Illius meminit rursum Anna, lib. x, pag. 293.

(57) *Σωσθενίου*. Locus est in Anaplo, seu Europæano freti littore, veteribus *Phonea* dictus, ut auctor est Ducas, *Hist.* cap. 34, seu ut censet Gyllius, lib. IV *De Bosp. Thr.* cap. 14, *Lethosenes*, vel *Lasthenes*. Hujus positionem describit Leontius Scholasticus, lib. IV *Anthol.* cap. 25. Ibi ædem magnificam D. Michaeli sacram exstruxerat olim Constantinus M., ut tradunt Cedrenus et Nicephorus Call. lib. VII, cap. 50, quam a Justiniano instauratam refert Procopius, lib. I *De ædif. Just.*, rursum a Basilio Macedone Scylitzes. Hanc tandem evertit Amurathes sultanus, et ex ruderibus castrum ad Ponti fauces erexit, ut auctor est Ducas loco citato. Eademne quæ in Estiis apud Sozomen. lib. II, cap. 2, in dubium vocat idem Gyllius. Monasterii Sostheniani mentio est apud Constantinum in Basilio, cap. 63, et Nicetam in Isaac. lib. 1, n. 6.

(58) *Μέχρι τοῦ φάρου*. **344** Exstitit in extremo freti littore Europæano, haud procul a Cyaneis petris, pharus, seu turris, in qua noctu accensæ faces navigantium in ostium ponti cursum regebant. Hujus mentionem faciunt Dionysius Byzantius in Anaplo, apud Gyll. lib. II *De Bosp. Thrac.* cap. 20; Leo Gramm. in Constantino Porph. et Manuel Chrysoloras, *De laudibus Novæ Romæ*, pag. 120;

πατρικὰ προεβάλλετο καὶ ἀποδημίαν μακρὰν καὶ ἄλλ' ἄττα συνείρων τούτοις κατέκλασε τὰς τῶν παιδαγωγῶν καρδίας, καὶ πεισθέντες τοῖς αὐτοῦ λόγοις συνείποντο αὐτῷ. Τὸν Φάρον τοίνυν καταλαβὼν, εἰς φῶς τὴν σκῆψιν προήγαγε. Καὶ ἀναλαβόμενος τὸ παιδίον καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὁλκάδα, τῷ τοῦ πόντου ῥοθίῳ ἑαυτόν τε καὶ τὸν υἱὸν ἐπαφῆκε. Μεμαθηκὼς δὲ τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ, θᾶττον ἢ λόγος δρομάδας νῆας κατ' αὐτοῦ ἐξέπεμπεν [83], ἐντειλάμενος τοῖς ἐπαρχομένοις [84] τῷ μὲν Γαβρᾷ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐγχειρίσαι γραφὰς, τὸ δὲ παιδίον σπεῦσαι μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης ἀναλαβέσθαι, εἰ μὴ ἄρα ἐχθρὸν τὸν αὐτοκράτορα βούλοιτο ἐσχηκέναι. Καταλαμβάνουσι τοίνυν αὐτοὺς [85] οἱ ἀπελθόντες, ἔνθεν τῆς Αἰγίνου πόλεως (59) κατὰ τὴν πόλιν, τὴν οὑτωσὶ ἐγχωρίως Κάραμβιν [86] (60) καλουμένην. Καὶ δὴ τὰς βασιλικὰς ἐγχειρίσαντες γραφὰς, δι' ὧν ὁ αὐτοκράτωρ ἐνέφαινε, μιᾷ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν τὸ παιδίον βούλεσθαι συναρμόσαι καὶ πολλὰ ἄττα πρὸς αὐτὸν ὡμιληκότες πείθουσιν ἐκπέμψαι τὸν υἱόν. Ὅνπερ θεασάμενος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ διὰ τῶν συνήθων ἐγγράφων μόνων τάχα τὸ συνάλλαγμα ἐμπεδώσας, παιδαγωγῷ παραδέδωκεν, ἑνὶ τῆς [87] βασιλίδος θεραπόντων Μιχαὴλ τῷ ἐκτομίᾳ· κἀθ' οὕτω περὶ τὰ ἀνάκτορα ἐνδιατρίβοντα πολλῆς ἐπιμελείας ἠξίου, τά τε ἤδη [88] διορθούμενος καὶ πᾶσαν παιδείαν στρατιωτικὴν ἐκδιδάσκων· ὁποῖα δὲ τὰ τῶν νέων, μὴ βουλόμενος ὅλως ὑποτάσσεσθαί τινι, ἠνιᾶτο ὡς μὴ προσηκούσης [89] ἀξιούμενος τιμῆς. Δυσαρεστῶν δὲ ἅμα καὶ πρὸς τὸν παιδαγωγὸν, ἐσκέπτετο πρὸς τὸν ἴδιον φοιτῆσαι πατέρα, δέον μᾶλλον εὐχαριστεῖν ἐπιμελείας τοσαύτης ἀξιούμενον. Οὐ μέχρι δὲ τούτου περιΐστατο τούτῳ τὸ βούλευμα, ἀλλὰ καὶ ἔργου ἥπτετο. Προσελθὼν οὖν ἀνακοινοῦταί τισι τὸ ἀπόῤῥητον. Ἦσαν δὲ ὅ τε Γεώργιος τοῦ Δεκανοῦ, Εὐστάθιος ὁ Καμύτζης, καὶ Μιχαὴλ ὁ οἰνοχόος (ὃν καὶ πιγκέρνην (61) συνήθως οἱ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ὀνομάζουσιν). Ἄνδρες δὲ οὗτοι μαχιμώτατοί τε καὶ τῶν λίαν προσῳκειωμένων τῷ βασιλεῖ. Τούτων ὁ Μιχαὴλ προσελθὼν, ἀπαγγέλλει πάντα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ὁ δὲ οὐ πάνυ πιστεύων [90] ἔχων ἀνένευε πρὸς τὰ ῥήματα. Ἐπικειμένου δὲ τοῦ Γαβρᾶ καὶ τὸν δρασμὸν ἐπείγοντος, οἱ εὐνούστερον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διακείμενοι ἔφασαν· Εἰ μὴ δι' ὅρκου ἡμῖν τὸ βεβουλευμένον πιστώσειας, οὐ συνεψόμεθά σοι. Τοῦ δὲ κατανεύσαντος τὸν ἅγιον ἧλον (62),

per eum nato postulans comitari abeuntem patrem postridie quoque; facile id impetratum. At Gauras die postera jam lapsa avelli a filio nondum sustinens curatores pueri rogabat, sequerentur se usque ad Sosthenium; ibi enim diversaturus erat. Illi annuentes eo usque processere. Inde ubi discedendum fuit, idem patrem affectus ad eamdem supplicationem impulit. Petebat prorogari sibi usuram filii usque Pharum. Enimvero id illi pernegare. Verum ille cum paterna viscera, longinquitatem itineris, ægritudinem absentiæ ejusmodique alia, qua valebat arte enumeraret, fregit tandem pædagogorum animos, et ut eo usque sibi obsequerentur evicit. Pharum sic provectus, non jam amplius dubitavit expromere quid vellet; nam arrepto puero et in onerariam conjecto mari se illumque commisit. Id simul cognovit imperator dicto citius celeres post ipsum admisit naves, dato vectoribus mandato, ut ubi quam possent citissime Gauram assequerentur, redderent ei statim quas tradebat ipsis litteras, puerumque confestim ab eo reciperent. Sin negaret, utique renuntiarent hostem ipsi futurum imperatorem. Cum his mandatis festinantes assequuntur Gauram e regione Ægini civitatis, ad urbem indigenarum lingua Carambim dictam. Reddunt ei imperatoris litteras quibus clare fatebatur velle se unam sororum mearum ejus filio dare conjugem; ad hoc ipsi legati multam sermonum suasionem adjunxerunt, perfeceruntque tandem ut filium remitteret, quem reducem Augustus videns, nihil dilatis sponsalibus connubialia conscribi curavit pacta ritu legitimo ac recepto, tum opperiens maturitatem ætatis puerum pædagogo tradidit, uni ex imperatricis ministris Michaeli eunucho, Gregoriumque Gauram designatum generum inde in palatio diversari jussum paterna plane cura complexus est, qua mores adolescentis ipse fingens, qua eumdem institutione prima militaris universæ artis inficiens. Cæterum, ut ingenia puerorum sunt, disciplinæ haudquaquam **242** hic patiens, obsequiique indocilis, non erat in potestate magistrorum, et utcunque pro merito vel clementissime correctus, minime habitam dignitatis locique sui rationem querebatur; graves iis de causis adversus pædagogum offensiones suscipiens ac præ se ferens; ac cum eum par esset pro tam diligenti sui cura et institutione

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] ἐξέπεμψεν. [84] ἀπερχομένοις. [85] αὐτοί. [86] Κάραβιν. [87] τῶν τῆς. [88] ἤθη. [89] προσηκούσης δῆθεν. [90] πιστεύειν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

S. Martinus PP. in Epist. apud Anastas. in Collect. *Postquam egressi sumus ex eo, quod Ieron dicitur, a Constantinopoli navigantes sancta quinta feria Cœnæ Domini pertransivimus Pharum, per diversa loca transeundo, — et Chersonem pervenimus.* Vide Leunclav. *Pand.* cap. 128, et Gyll. *De Bosp. Thr.* lib. II, cap. 24.

(59) *Αἰγίνου πόλεως*. Stephanus Αἰγινήτην, πολίχνιον καὶ ποταμὸν Παφλαγονίας facit. Eamdem esse urbem cum Ægini oppido, suadet Iter Trapezuntinum Gabræ, cui Paphlagoniæ littus legendum fuit, antequam Trapezuntem perveniret.

(60) *Κάραμβιν*. Promontorium Galatiæ Ptolemæo, Paphlagoniæ Eustathio, oppidum Plinio, cujus etiam meminit Arrianus in Periplo.

(61) *Πιγκέρνην*. Pincerna. Dignitas Palatina. Nicephorus Greg. lib. VI: Πιγκέρνης ἀξίωμα ὤν. Vide Glossaria.

(62) *Τὸν ἅγιον ἧλον*. Ἧλος, Annæ non clavus, sed cuspis et ferrum lanceæ dicitur hoc loco, et infra, lib. XII et XIV. Interdum etiam ipsa lancea, ut lib. II. Igitur imperatoris ministri, quo Grego-

gratias agere, ille potius fugam ad patrem meditabatur. Nec vero in meditatione sola constitit, ad opus quin etiam progressus ipsum socios atque adjutores effugii quæsivit. Erant Georgius Decani, Eustathius Comytzes, et Michael pocillator (pincernam vulgo palatii officiales consueverunt nominare) viri omnes fortissimi et ex intimis familiaribus Augusti, quibuscum sententiam communicavit suam adolescens. Horum unus Michael indicium rei ad imperatorem detulit, credere recusantem; itaque remisso sine fide Michaele, cum instaret inceptis Gabras junior et alios atque alios sibi conciliare ministrorum palatii tentaret, quorum ex his erga imperatorem fides quovis respectu major fuit, ii cum facile novitatem spernerent, tamen laborabant quo tandem modo persuadere imperatori possent vere id agi quod ipse adduci ut crederet nequibat.

δι' οὗ τὴν τοῦ ἐμοῦ Σωτῆρος πλευρὰν οἱ ἄνομοι ἔνυξαν ὑπεδείκνυον [91] οὗ ἔκειτο βουλευσάμενοι ἀναλαβέσθαι καὶ ἐξαγαγεῖν, ὥστε εἰς τὸν δι' αὐτοῦ τρωθέντα ἐπομόσασθαι. Πείθεται τούτοις ὁ Γαβρᾶς καὶ εἰσελθὼν ἀναλαμβάνεται [92] λαθραίως τὸν ἅγιον ἧλον. Εἷς δέ τις τῶν προκαταγγειλάντων τῷ αὐτοκράτορι τὴν βουλὴν, δρομαῖος εἰσελθὼν, ἔφη ὡς Ἴδε καὶ ὁ Γαβρᾶς, καὶ ὁ ἧλος ἐγκόλπιος αὐτῷ. Καὶ παραχρῆμα ἐπισκήψαντος τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ὁ Γαβρᾶς εἰσήγετο, καὶ ὁ ἧλος τοῦ κόλπου εὐθὺς ἐξήγετο. Ἐρωτηθεὶς δὲ ἀπήγγειλε πάντα [93] ἐκ ψιλῆς ἐπερωτήσεως, τούς τε συνίστορας ὁμολογήσας, καὶ τὰ βεβουλευμένα ἅπαντα. Αὐτοῦ μὲν οὖν καταψηφισάμενος παραδίδωσι πρὸς τὸν δοῦκα Φιλιππουπόλεως Γεώργιον τὸν Μεσοποταμίτην (63), ὥστε ἔμφρουρον τοῦτον τηρεῖν δεσμώτην ἐν τῇ ἀκροπόλει. Γεώργιον δὲ τὸν τοῦ Δεκανοῦ μετὰ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[91] ὑπεδείκνυτο. [92] ἀναλαμβάνει. [93] ταῦτα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

rium Gabram non tam fallerent, quam in casses conjicerent, darentque certius Alexio Gabræ consilii de fuga argumentum, suadent adolescenti, ut sacrum lanceæ ferrum, quo Christi latus perforatum creditur, a templo abstrahat, colloque appendat fidei ipsis faciendæ causa, qui tum erat Encolpiorum usus. Certe magna fuit eo ævo veneratione cultum Constantinopoli hocce Dominicæ Passionis instrumentum, quod Hierosolymis in urbem illatum est an. Heraclii 4, 27 Octobr. et in æde Sophiana depositum. *Chronicon Alex.* Τῇ κη' τοῦ Ὑπερβερεταίου, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ ζ', τῇ ἐπὶ Κυριακὴν νυκτὶ, ἠνέχθη ἡ τιμία λόγχη ἀπὸ τῶν ἁγίων τόπων, etc. Ubi λόγχης vocabulo, ferrum lanceæ ipsius innui infra docemus. Inter reliquias Constantinopoli in Franciam allatas, et a Balduino II imperatore D. Ludovico regi concessas recensetur in ejusdem Balduini diplomate an. 1247: *Ferrum sacræ lanceæ quo perforatum fuit latus Domini nostri Jesu Christi*, idque tradunt asservari in Sancta Capella Paris. At certe Ducas, in Monodia super urbe a Turcis capta, Historiæ suæ c. 41, videtur sacram lanceam eo ævo Constantinopoli asservatam innuere, cum a Turcis expugnata est, eamque cum cæteris divorum reliquiis expilatam: Ποῦ τὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου μου σώματα, τὰ πρὸ πολλοῦ φυτευθέντα ἐν τῷ ἀειθαλεῖ παραδείσῳ, ἔχοντα ἐν μέσῳ τούτων τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, τὴν λόγχην, τὸν σπόγγον, τὸν κάλαμον; Testatur etiam Christophorus Bondelmontius, in templo Studiano asservatam Dominicam lanceam, seu potius ferrum lanceæ, suo ævo, et paulo ante expugnatam a Turcis Constantinopolim. Quod præterea astruit Theodorus Spanduginus in *Hist. Turc.* scribit enim Bajazetem sultanum ad Innocentium PP. quo eum demereretur, per Mustapham Bassam misisse ferrum lanceæ, quo Christi latus transfixum fuit, spongiam, arundinem, et alias reliquias, quas Muchemetus parens summo studio conservarat. Quod quidem lanceæ ferrum Romæ in ecclesia S. Petri in Vaticano servari, et quotannis feria VI Majoris Hebdomadæ populo colendum exponi auctor est Attilius Serranus, lib. *De septem urbis eccles.* Summa vero religione, præcipuoque cultu a Constantinopolitanis habitam sacram lanceam hinc patet, quod cum morbo conflictarentur, **345** aut vulnere quopiam laborarent, a sacerdote dolori sacra lancea, vel potius ejus ferro, Dominicæ crucis signum fieri postularent, quo levaretur, aut curaretur dolor. Exstant in Euchologio preces, quæ tum recitabantur: Ὅταν σταυροῖ ὁ ἱερεὺς πάθος νοσήματος μετὰ τῆς ἁγίας λόγχης. De ferro lanceæ Constantinopoli asservato agit rursum Anna, lib. XIII et XIV, p. 415 et 419, cujus cuspidem, Constantinopoli allatam, Centulensi monasterio a Ludovico Pio concessam auctor est Hariulfus, lib. III *Chronic. Centul.* c. 5 et 20. De ipsa vero lancea quædam habent Brower. lib. IV et XVII *Annal. Trevir.* et Malbrancus, lib. V *De Morinis*, cap. 63; lib. VII, cap. 38. Sed et inolevit insignis olim de sacra ista lancea apud quosdam scriptores Germanicos ertor, qui lanceam, quam inter Regalia, seu sacra κειμήλια imperatorum Germanicorum asservatam constat, illam esse putant, qua Christi latus transfixum fuit: atque in his est Henricus Rebdorff. in an. Chr. 1350. Verum lancea illa Alemannicorum Augustorum fuit Constantini M. vel ut quibusdam placet, S. Mauricii Mart. quam a Rudolpho Burgundionum rege obtinuit Henricus I imp. ut pluribus refert Conradus abbas Usperg. in eodem Henrico, ubi ejus formam describit. De ea etiam *Chronic. Reichersbergense*, an. 1004. De sacra vero lancea Hierosolymis a nostris inventa agetur, infra ad lib. II.

(63) *Μεσοποταμίτην*. Ille idem est, ni fallor, qui *Mesopotamius* dicitur in *Biblioth. Cluniac.* pag. 565, Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi ex fratre nepos, cui Michael Ducas imperator ex fratre aut sorore neptem in conjugem dedit, et postmodum in ordinem actis eodem Michaele et Botaniata, ab Alexio tamen in honore habitus, illo adhuc imperante diem extremum obiit. Insessa et mox capta a Turcis Cærarea, Mesopotamita in urbem reversus, tabellam Græcanici, et elegantis admodum operis, non mediocrem Dominicæ crucis particulam continentem, ex metropolitana Ecclesia, in qua tum archidiaconi fungebatur dignitate, ablatam sibi retinuit, coluitque quoad vixit. Hanc ferebant a magno Basilio Cæsariensi episcopo Ecclesiæ suæ olim concessam, a successoribus summo cultu et observatione deinceps habitam. Exstincto demum Mesopotamita, Mauricius Braccarensis in Hispania archiepiscopus, dum Constantinopoli ex Syria redux moraretur, ab uxore magno redemptam pretio, ad Cluniacense monasterium transmisit an. Chr. 1112. Basilium Mesopotamitam in castris Alexii ad Dyrrachenam obsidionem militasse memorat Guiliel. Apul. lib. IV. Michaelis cujusdam Mesopotamitæ sub Theodosio Patr. CP. meminit *Jus Græco-Rom.* tom. I, pag. 232.

γραμμάτων πρὸς Λέοντα [94] Νικερίτην δοῦκα τῷ [95] τότε τοῦ περὶ Δουνάβου [96] (64) τυγχάνοντα πέπομφεν, ὡς δῆθεν καὶ αὐτὸν σὺν ἐκείνῳ τὰ περὶ τὸν Δάννουβιν [97] φυλάττειν· τὸ δὲ πᾶν ἵνα μᾶλλον ἐκεῖνος παρὰ τοῦ Νικερίτου ἐπιτηροῖτο. Ἐμφρούρους δὲ καὶ αὐτὸν Εὐστάθιον τὸν τοῦ Καμύτζη, καὶ τοὺς λοιποὺς περιορίσας εἶχεν.

A Sic ergo juvent respondent : Nisi verò te ita velle parareque, ut ais, ad patrem tuum fugere nobis jurejurando confirmaveris, haudquaquam assentiemur tibi. Puero vero quidquid vellent facturum recipienti ostenderunt ubi servaretur sacer mucro quo Salvatoris mei latus impii pupugerunt, consulentes ipsi ut eum inde sumptum secum auferret in eoque per eum qui vulneratus illo ferro fuerat juramentum daret fidem apud quosvis habiturum. Paruit adolescens penetratisque clam sacris adytis venerabilem abstulit cuspidem. Tum vero eorum quispiam qui jam machinationes Gauræ pueri frustra indicarat Augusto detrectanti credere, ad eum denuo accurrens, En, inquit, idoneo testimonio convictum Gauram. Sacrum mucronem de collo suspensum gestat ad devinciendum conjurationis sacramentum. Vocatus extemplo puer clavum in sinu habere deprehensus est : nec cunctatus cætera fateri ad interrogationem primam consciorumque nomina ac destinationis totius ordinem pandere. Confessum reum præsens damnatio in arce custodiendum addixit duci Philippopolis Georgio Mesopotamitæ. Georgius Decani cum litteris missus est ad Leonem Niceritem ducem prope Danubianæ regionis, specie tanquam ei videlicet in Danubii custodia auxilio futurus, revera ut ipse potius a Nicerita custodiretur. Eustathium vero Camytzæ et alios in certa loca relegatos, fido ubique conclusos præsidio habuit.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] Λέοντα τόν. [95] Deest vocula τῷ. [96] Δαννούβου. [97] Δάνουβιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(64) *Δοῦκα τοῦ περὶ Δουνάβου.* Id est, regionum Istro adjacentium ducem, qui Δοὺξ τῶν παριστρίων Scylitzæ dicitur, et Zonaræ in Michaele Duca : Ἄρχων τῶν παριστρίων πόλεων, eidem Scylitzæ, B pag. 777, urbium nempe et munitionum ad Danubii ripas exstructarum, quarum meminit Procopius, lib. IV *De ædif. Justin.* pag. 38 et 39, prioris edit.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Θ'.

—

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER IX.

243 ARGUMENTUM.

Carycæ ac Rhapsomatis rebelliones, quorum hic Cyprum, ille Cretam invaserat, in exortu feliciter oppressæ. Tzachæ bellum Abydenum nece ipsius terminatum. Expeditio Dalmatica triplex. Nicephori Diogenis conjuratio et insidiæ in Augustum deteguntur puniunturque

PERIOCHE.

Imperator limitem Dalmaticum invisit, et firmat munitionibus, labore magno. Spes et cogitationes Tzachæ imperatori compertæ, qui eis occurrit. Joannes Ducas in Tzacham cum terrestri maritimoque exercitu mittitur. Scita munitio castrorum. Mitylene oppugnatur. Trimestre spatium quotidianis contra Tzacham præliis extractum, magna fatigatione Romani exercitus, tandem victoris solerti stratagemate imperatoris. Tzachas impetrata pace datisque et acceptis obsidibus, fidem **244** *fallit. Perfidiam ejus Dalassenus ulciscitur, invito Joanne Duca. Tzachæ naves capiuntur. Ipse ægre evadit. Pars Romanæ classis circum insulas missa. Samus a Joanne recepta. Carycæ et Rhapsomatis defectio. Creta cæso Caryca Ducæ reddita. Cyrene apud Cyprum a Duca capta. Rhapsomates invasor Cypri rei bellicæ rudis transfugio suorum perculsus fugit et capitur. Calliparius procurator, Philocales Eumathius rei bellicæ præfectus in Cyprum missi. Tzachas rursus bellum parat. Imperator adversus eum cum classe Dalassenum mittit. Sultanem contra eumdem litteris con-*

Ταῦτα ὁ βασιλεὺς μεμαθηκὼς οὐκ ἔτι ἀνεκτῶς εἶ- A χεν, ἀλλ' εὐθὺς αὖθις, ἐξωπλίσατο μὴ πάνυ τι μηδὲ τοῦ αὐλητοῦ Τιμοθέου πρὸς τοῦτο δεόμενος, καθάπερ Ἀλέξανδρος περιμείνας τὸν Ὄρθιον νόμον. Αὐτός τε οὖν ὁ αὐτοκράτωρ περιθέμενος ὅπλα καὶ τοὺς ἄλλους ὁπλίσας τοὺς τότε παρατυχόντας, τῆς κατευθὺ Δαλματίας φερούσης εἴχετο, σπεύδων τὰ μὲν φθάσαντα ἐριπωθῆναι τῶν κάστρων ἀνεγεῖραι αὖθις καὶ εἰς τὸ πρότερον ἀποκατασταθῆναι σχῆμα, καὶ ἀντίποινα τῶν παρ' αὐτοῦ πεπραγμένων, ἐκ περιουσίας κατ' αὐτοῦ διαπράξασθαι. Ἀπάρας οὖν τῆς μεγαλοπόλεως [45] καὶ τὸ Δαφνούτιον [46] (73) καταλαβών, (πόλις δὲ τοῦτο παλαιὰ τῆς Κωνσταντίνου [47] σταδίους ἀπέχουσα τεσσαράκοντα), καὶ τοὺς μήπω ἐφθακότας τῶν συγγενῶν ἐκδεχόμενος, αὐτοῦ που ἐκαρτέρει. B Τῇ γοῦν μετ' αὐτὴν καταλαμβάνει Διογένης ὁ Νικηφόρος (74) πλήρης θυμοῦ καὶ φρονήματος, τῷ συνήθει δὲ χρώμενος προσωπείῳ τὴν ἀλωπεκὴν περιεβέβλητο, καὶ τὴν ὄψιν χαριεστέραν διατιθεὶς, τῷ βασιλεῖ προσφέρεσθαι ἐλευθέρως ἐσχηματίζετο. Τὴν μέντοι σκηνὴν οὐ τῷ συνήθει ἀποστήματι τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος ἐπήξατο, ἀλλ' ἀγχοῦ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα εἰσαγούσης ἀνόδου. Μανουὴλ δὲ ὁ Φιλοκάλης τοῦτο θεασάμενος καὶ ὡς ὑπὸ κεραυνοῦ βληθεὶς, ἐπεὶ οὐδὲ τὰ παρ' αὐτοῦ μελετώμενα τοῦτον διελάνθανεν, αὖος παραχρῆμα εἱστήκει,, μόλις δὲ συναγαγὼν τὸ φρονοῦν τῆς ψυχῆς, πρόσεισιν εὐθὺς τῷ βασιλεῖ καί φησιν· Οὐχ ἁπλοῦν τὸ γινόμενόν μοι δοκεῖ, ἀλλὰ δέος μοι ἔπεισι, μήτι νυκτὸς κατὰ τῆς σῆς νεωτερισθῇ βασιλείας. Ῥήμασι γοῦν τισι πρὸς αὐτὸν χρη- C σάμενος, ἐκεῖθεν μεταβῆναι τοῦτον παρασκευάσω. Ὁ δὲ ὁποῖος ἐκεῖνος ἀκατάσειστον ὡς ἐπίπαν ἔχων τὸ φρόνημα, οὐδαμοῦ παρεχώρει τοῦ ἔργου τῷ Φιλοκάλῃ. Πολλὰ δὲ τούτου βιαζομένου, *Ἔα*, φησί· *οὐ χρὴ πρόφασιν τοῦτον ἐξ ἡμῶν ἐσχηκέναι. Ἔστω τῆς καθ' ἡμῶν μελέτης αὐτὸς ὁ αἴτιος πρός τε Θεὸν καὶ ἀνθρώπους.* Ἀχθόμενος δὲ ὁ Φιλοκάλης καὶ τύπτων τὰς χεῖρας, μεματαιωμένον τε τὸν βασιλέα ἀποκαλῶν μεθίστατο [48]. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τοῦ βασιλέως σὺν αὐτῇ τῇ βασιλίδι ἀπεριμερίμνως ὑπνωπτόντος [49], περὶ μέσην φυλακὴν τῆς νυκτὸς, ἄνεισιν ὁ Διογένης, ξίφος ὑπὸ τὴν μάλην φέρων, καὶ ἐπιβεβηκὼς τῶν οὐδῶν ἔστη. Κειμωμένῳ γὰρ τούτῳ τῷ βασιλεῖ, οὔτε θύραι ἐπεζυγοῦντο, D οὔτε ἐκτὸς ἐπηγρύπνει φρουρά. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ [50] περὶ τὸν βασιλέα. Τὸν δέ γε Νικηφόρον θεία τις τῷ τότε δύναμις ἀπεῖρξε τοῦ ἐγχειρήματος. Τὴν παιδίσκην (75) γὰρ θεασάμενον τὴν τὸν ἀέρα ἀναρ-

Ea enimvero prout omnino erant indigna nec toleranda imperator ducens, exsiluit repente ad vindictam; nihil Timotheo, ut Alexander, indigens tibicine, qui Orthium illi carmen caneret. Nullam sane moram armandi sui fecit; edixitque quod exemplo præibat, comitatui tum universo idem ut pro se quisque facerent. Mox Dalmaticum iter arripit, summo studio tum reparandi quamprimum accepta damna, restituendis in integrum vicis et arcibus destructis, tum auctori tam atrocium injuriarum multo etiam majora reponendi vulnera. Hoc animo proficiscens urbe regia Daphnutium pervenit. Civitas hæc est vetus Constantinopoli quadraginta stadiis dissita. Ibi substitit, quosdam e consanguineis opperiens qui expedire se maturius **254** ad iter non quiverant. Eo postridie se contulit Nicephorus Diogenes, atrocibus iræ acerbæ fluctibus exagitatum animum vultu consueto tamen celans, et quasi leoninam occultans vulpina pellem. Imo blandius familiariusque solito arridens imperatorem ambiebat. Tabernaculum interim suum haudquaquam solita distantia removens a cubiculo imperatoris, sed proxime locum eum unde ad intimum Augusti secretum ascensus erat brevissimus et facillimus, stationem sibi diligens. Id cum animadverteret Manuel Philocales, aliunde etiam compertum habens quid Nicephorus pararet, haud minus expalluit quam si esset fulmine afflatus; mox tamen revocato ut potuit animo imperatorem adiens, serio institit, nequaquam videri locum insuetum tali tempore sine insidiandi consilio delectum; profecto causam subesse metuendi, ne quid per eam quæ imminebat noctem contra salutem Augusti attentaretur. Magnopere igitur impetrare conabatur ab imperatore ut sibi negotium daret alloquendi hominem eique persuadendi ut se inde amoveret. Ille autem solita securitate imperterriti ad omnia pectoris, renuebat ad postulata Philocalis, eoque impensius ad rem utique importunis precibus extorquendam imcumbente: *Desine*, inquit Augustus, *non enim significanda suspicione querelæ atque odii prætextum Nicephoro dare nos convenit. Age, si quid in nos molitur, sine excusatione, sine occasione peccasse Deus illum hominesque sciant.* Recedit cum his Philocales indignans complodensque manus et imperatorem ut propriæ salutis nimis dissolute prodigum incusans. Non multo post imperatore cum ipsa Augusta secure

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[45] μεγαλουπόλεως. [46] Δαφνούσιον. [47] Κωνσταντίνου πόλεως, [48] μεθίσταται. [49] ὑπνώττοντος. [50] Deest vocula τά.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Δαφνούτιον*. Oppidum, inquit Anna, 40 stadiis ab urbe dissitum. Δαφνούτιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ habet Stephanus. Rhegium vero fuit ad oram Propontidis, haud procul ab urbe. Pontis Daphnutiani mentio fit apud Nicetam in Isaacio, lib. I, n. 9, proinde diversa a Daphnutio fuit Daphnusia, quæ exstitit in ora Pontica, mille stadiis a Constantinopoli distans, de qua Nicephorus in Breviar., et Gregoras, lib. IV.

(74) *Διογένης ὁ Νικηφόρος*. Conjurationem hanc Nicephori Diogenis attigerunt etiam Zonaras et Glycas.

(75) *Τὴν παιδίσκην*. Martialis, lib. III, epigr. 81:

Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello,
Fugatque muscas myrtea puer virga

Xiphilinus in Severo: Καὶ αὐτοῦ τὰς μυίας παῖς

dormiente, circiter mediam noctis custodiam, conscendit Diogenes ensem sub ala gestans, et regii cubiculi limen ipsum nullo prohibente superat. Mos hic imperatoris hujus fuit, sui custodiam negligere fiducia ingenti, adeo quidem ut eo decumbente, paterent cubiculi fores, nec ulla extra excubaret custodia. Cæterum tunc Nicephorum a perpetrando scelere divina quædam vis avertit. Cum enim jam ad cubile astans ancillam vidisset eventilantem aerem supra imperatorum conjugum vultus, ut sic culices illis locis tali tempore molestos abigeret, repente sicario inopinata specie perculso, pallor faciem et tremor occupat artus, ut cum poeta loquar, cædisque consilio in tempus aliud dilato refugit. Tales istius erant exploratæ jam et convictæ machinationes in imperatoris vitam, in occasionem imminentes semper. Nec imperatorem eæ latebant, cui puella expergefacto narravit quid per ejus somnum accidisset. Dissimulavit tamen se id nosse, et itinere postridie resumpto, eumdem vultum quem prius exhibebat Nicephoro: simul ab eo sibi jam cavens, simul vitans sollicite, ne qua illi vel species injuriæ aut parum benignæ tractationis offerretur, cujus deinde commemoratione ad obtentum vel excusationem qualemcumque meditati sceleris posset abuti. **255** Hinc ergo, cum via ducente in partes Serrarum venisset, rogavit Augustum comes illi itineris istius Constantinus Ducas Porphyrogenitus ut ad villam divertere ne gravaretur quam is ibi habebat peramœnam Pentegostim dictam aquis abundantem salubribus, ædificatam quoque ita laxe, ut commodum imperatori diversorium esse posset. Annuit sane Augustus; ibique transacta nocte, cum iter postridie cogitaret, intercessit Constantinus, officiosisque exoravit precibus longiorem tanti hospitis apud se moram, per quam is et recreare se paulisper a fatigatione itineris, et pulverem ac sudorem expeditionis abstergere balneis posset. Ea invitatione tam humana prensabat imperatorem Constantinus Ducas fiducia ingentis apparatus; nam ad regias multarum dierum epulas copiam exquisitam congesserat. Ibi ergo prodeuntem e balneo conspicatus imperatorem inhians olim tyrannidi Nicephorus Diogenes, viamque ad eam per parricidium affectans cujus opportunitatem quærebat, acinace accinctus ingreditur, quasi, ut solebat, e venatione rediens. Quem Taticius consiliorum ejus non ignarus, repulit, hæc addens: *Quid tu huc injussus*

A ῥιπίζουσαν καὶ πόῤῥω ποι τοὺς κώνωπας ἀπωθουμένην τοῦ τῶν βασιλέων χρωτὸς, παραχρῆμα, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα, ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειὰς, κατὰ τὸν ποιητὴν φάναι, ἐς νέωτα τὸν φόνον ἀναρτήσαντα. Καὶ οὗτος μὲν τὴν ἀποφάσιστον τοῦ αὐτοκράτορος σφαγὴν ἐμελέτα διαπαντὸς, ἐκεῖνον δὲ οὐδὲν τῶν μελετηθέντων κατ' αὐτοῦ διελάνθανε. Ταχὺ γὰρ ἡ παιδίσκη τοῦτο προσελθοῦσα τὸ δρᾶμα ἀπήγγειλε. Τοιγαροῦν ἐκεῖθεν τῇ μετ' αὐτὴν ἀπάρας τῆς προκειμένης ὁδοῦ εἴχετο, τὸν ἀγνοοῦντα μὲν ὑποκρινόμενος, οἰκονομῶν δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν τοσοῦτον, ὡς ἅμα καὶ [81] φυλάττεσθαι, ἅμα δὲ καὶ μὴ δ' ἥντινα οὖν εὔλογον λαβὴν διδόναι τῷ Νικηφόρῳ. Ἐν τοῖς μέρεσιν οὖν γενόμενος τῶν Σεῤῥῶν, ἐπεὶ B ὁ Πορφυρογέννητος Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας συνεπόμενος τῷ αὐτοκράτορι ᾐτεῖτο εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν καταλῦσαι ἐπιτερπῆ ὄντα καὶ ὕδασι ψυχροῖς καὶ ποτίμοις κατάῤῥυτον, καὶ ἀποχρῶντα οἰκήματα ἔχοντα πρὸς τὴν [82] βασιλέως ὑποδοχὴν (Πεντήγοστις τούτῳ τὸ ὄνομα), ὁ βασιλεὺς ὑπεῖξας τῷ τούτου θελήματι, αὐτοῦ που κατέλυσεν. Ἀλλ' οὐδὲ τῇ μετ' αὐτὴν βουλομένῳ ἐξελθεῖν ὁ Πορφυρογέννητος συνεχώρει· ἠξίου δὲ μᾶλλον ἐγκαρτερῆσαι καὶ ἔτι ἐφ' ᾧ ἀνακτήσασθαί τε ἑαυτὸν τῆς ὁδοιπορίας καὶ τὸ σῶμα τοῦ κονιορτοῦ καθᾶραι λουσάμενον. Ηὐτρέπιστο γὰρ αὐτῷ ἤδη καὶ τὰ πρὸς εὐωχίαν δαψιλῆ. Ὁ δὲ καὶ αὖθις τῷ τοῦ Πορφυρογεννήτου ὑπεῖξε θελήματι. Ὡς δὲ λουσάμενον καὶ τοῦ βαλανείου ἐξελθόντα τοῦτον μεμαθήκει Νικηφόρος ὁ Διογένης πάλαι C τυραννιῶν, ἐπιτηρῶν δὲ εἴ που καὶ αὐτόχειρ δυνηθῇ τούτου γενέσθαι, περιζωσάμενος τὸν ἀκινάκην εἰσῄει, ὡς δῆθεν ἐκ θήρας ἐπανιὼν κατὰ τὸ σύνηθες. Τοῦτον οὖν ὁ Τατίκιος θεασάμενος καὶ πάλαι γινώσκων τὸ παρ' αὐτοῦ μελετώμενον, ἀπώσατο ἐπειπών· *Ἵνα τί ἀσυντάκτως οὕτω καὶ ξιφήρης εἰσέρχῃ; Καιρὸς βαλανείου, καὶ οὐχὶ ὁδοιπορίας οὐδὲ θήρας ἢ μάχης ἐστίν*. Ὁ δὲ τοῦ σκοποῦ διημαρτηκὼς ὑπεχώρησεν. Ὑπολαβὼν δὲ ὡς ἤδη ἐπέγνωσται (δεινὸς γὰρ ἔλεγχος ἡ συνείδησις), δρασμῷ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν πραγματεύσασθαι ἐβουλεύετο, καὶ εἰς τοὺς ἐν Χριστουπόλει ἀγροὺς τῆς βασιλίδος Μαρίας, ἢ εἰς τὸν Πέρνικον (76), ἢ εἰς τὸν Περιτζὸν προσχωρῆσαι, κἀκεῖθεν αὖθις πρὸς τὰ συμπίπτοντα τὰ κατ' αὐτὸν εὖ διαθέσθαι. Προεφθάκει γὰρ ἡ βασιλὶς Μαρία D τοῦτον προλαβέσθαι [83] ἀδελφὸν ὄντα μητρόθεν τοῦ προβεβασιλευκότος ἀνδρὸς αὐτῆς Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, κἂν τὰ ἐς πατέρας διήλλαττον. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς τριταῖος ἐκεῖθεν ἔξεισι. Τὸν δὲ Κωνσταντῖνον αὐτοῦ που καταλελοίπει ῥᾳστώνης χάριν, δεδιὼς τὸ ἀπολὸν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] ἅμα μὲν καί. [82] τὴν τοῦ. [83] προσλαβέσθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

εὐπρεπὴς ὡς δῆθεν καθεύδοντος πτεροῖς ταῶνος ἀπεσόβει. Propertius, lib. II:

Et modo pavonis caudæ flabella superbæ.

Claudianus, lib. I in Rufinum:

Et cum se rapido fessam projecerat æstu,
Patritius roseis pavonum ventilat alis.

Interdum etiam boum Indicorum caudæ in eum usum adhibitæ, teste Æliano, lib. XV, *Περὶ ζώων*, cap. 14. Vide eumdem, lib. II, cap. 14, et Theophrastum in Charact. cap. περὶ δειλίας.

(76) *Πέρνικον*. Castellum Triaditzæ vicinum, Scylitzæ et Zonaræ in Bulgaroct.

καὶ ἀσύνηθες τοῦ νεανίου τότε πρώτως τῆς ἐνεγκαμένης πρὸς ἐκστρατίαν [54] ἐξεληλυθότος. Ἦν γὰρ μονογενὴς τῇ μητρί· καὶ ὁ αὐτοκράτωρ σφόδρα τοῦ νεανίσκου κηδόμενος, πάσης ἀνέσεως συνεχώρει ἐπαπολαύειν αὐτὸν σὺν τῇ βασιλίδι μητρὶ, ἅμα δὲ καὶ ὡς ἴδιον ἀπάρτι τέκνον ἐξόχως φιλῶν τοῦτον.

contra morem et fas cum telo subis? tempus balnei, non itineris, neque venationis aut pugnæ hoc est. Sic re infecta recedere cogitur; verum non sine acri sollicitudine quod se jam haud dubie deprehensum intelligeret. Fugam ergo circumspiciens, quo se verteret deliberabat. Patebant effugio villæ imperatricis Mariæ quæ ad Christopolim sunt, vel Pernicus vel Peritzus, unde posset pro rerum incidentium varietate sibi ex usu consulere. Hunc enim Diogenem jam ante sibi adjunxerat Maria Augusta, necessitudine conciliante, quod is uterinus frater esset viri ipsius nuper imperantis Michaelis Ducæ, ex eadem, inquam, matre ex qua ille natus, sed ex patribus diversis. Cæterum Alexius tertio die Constantino vale dicens eum ibidem in sua villa residere voluit, necessariam, ut putabat, ætati teneræ, nec ante labores bellicos expertæ, remissionem hanc injungens, vel matris ejus gratia qui unicum eum filium habebat, vel peculiari pueri cura, quem vera charitate, nec minori aut minus tenera quam filiolum proprium, complectebatur. His de causis expeditionis ei reliquæ gratiam faciens, reliquit ibi cum in sinu atque indulgentia matris, ulterius properans Alexius.

Ἀλλ' ἵνα μὴ συγκεχυμένος ὁ λόγος προΐῃ, τὰ κατὰ τὸν Διογένην Νικηφόρον ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς ἱστορείτω. Ὅπως μὲν ὁ τούτου πατὴρ Ῥωμανὸς εἰς τὴν βασίλειον ἀνήχθη περιωπὴν καὶ ὁποῖον τέλος ἔσχε τὰ κατ' αὐτὸν, διαφόροις τῶν ἱστοριογράφων ἐμέλησε· κἀκεῖθεν ἔξεστι τὰ περὶ τούτου ἀναλέγεσθαι τοῖς βουλομένοις. Ἐπὶ παισὶ δὲ ὅμως τετελευτήκει τῷ τε Λέοντι καὶ τῷ Νικηφόρῳ. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος ἐκ προοιμίων τῆς αὐτοῦ ἀναῤῥήσεως παραλαβὼν τούτους ἰδιώτας ἐκ βασιλέων (καὶ γὰρ ἅμα τοῦ [55] τῆς βασιλείας ἐπιβῆναι, ὁ Μιχαὴλ καὶ [56] αὐτάδελφος αὐτῶν, αὐτοὺς μὲν τῶν ἐρυθρῶν ἀπογυμνοῖ πεδίλων, καὶ τὰ στέφη τούτων (77) ἀφαιρεῖται, καὶ ὑπερορίαν ξὺν τῇ μητρὶ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ Εὐδοκίᾳ εἰς τὴν μονὴν τοῦ Κυπερούδη καταψηφίζεται), παντοίας θεραπείας ἠξίου, τὸ μέν τι δι' ὃ πεπόνθασιν οἰκτείρων αὐτοὺς, τὸ δέ τι καὶ τοὺς νέους ὁρῶν κατά τε σώματος ὥραν καὶ Ῥώμην διαφέροντας τῶν πολλῶν, χνοάζοντας μὲν καὶ ἀρτιφυεῖς τὸ γένειον, ὑψηλοὺς καὶ ἰσομέτρους ὥσπερ ὑπὸ κανόνα τὸ μέγεθος, καὶ αὐτὸ τὸ νεοτήσιον ἤδη ἐκφύοντας ἄνθος, ἐξ αὐτῆς τε ὄψεως τὸ θυμοειδὲς αὐτῶν καὶ γενναῖον τοῖς μὴ διὰ πάθος τυφλώττουσιν ἀριδήλως ἐμφαίνοντας, καὶ σκύμνους οἷον λέοντος· καὶ ἄλλως δὲ ὁποῖος ἐκεῖνος μὴ ἐπιπολαίως ὁρῶν, μήτε πρὸς τὴν ἀλήθειαν μύων, μηδὲ πάθεσιν ἁλισκόμενος ἐπιψόγοις, ἀλλὰ ταλαντεύων τὸ ὂν ἐν ἰσοῤῥόπῳ στάθμῃ τῆς συνειδήσεως, καὶ τὸ ὕψος ἐξ οὗπερ ἐπεπτώκεσαν λογιζόμενος ἐνηγκαλίζετο ἴσα καὶ τέκνοις ἰδίοις, τί μὲν οὐ λέγων, τί δὲ οὐ πράττων ἀγαθὸν ἐς αὐτοὺς, τί δὲ οὐ προμηθευόμενος; κἂν ὁ φθόνος βάλλων αὐτοὺς τοῖς [57] τοξεύμασιν οὐκ ἀνίει. Ἐκ πολλῶν γὰρ κατ' αὐτῶν ἐρεθιζόμενος ὁ αὐτοκράτωρ, αὐτὸς μᾶλλον πάσης αὐτοὺς ἐπικουρίας ἠξίου, ἱλαρὸν ἐνατενίζων ἀεὶ [58] καὶ ἐνωραϊζόμενος οἷον ἐπὶ αὐτοῖς ξυμβουλεύων τε διαπαντὸς τὰ συνοίσοντα. Ἄλλος μὲν γὰρ ἴσως καὶ ὑπόπτους ἂν ἐλογίσατο τούτους καὶ ἐκποδὼν διὰ παντοίας μεθόδου ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς

Verum ne quid in decursu institutæ narrationis offundere tenebras lectori queat, ex ipsis originibus repetenda memoria est hujus quo de agimus Diogenis Nicephori. Romanus pater ejus quomodo in apicem imperii sit evectus, quemque finem dignitatis et vitæ habuerit, variis ab historiarum conditoribus est memoriæ mandatum. Suntque ad manum libri, ex quibus cognoscere singula, qui volet, poterit. **256** Quod ad rem nostram facit, unum admodum hoc est: decedentem eum duos reliquisse superstites filios, Leonem et Nicephorum, quos imperator Alexius initio proclamationis suæ privatos ex principibus invenit. Redegerat enim eos in ordinem Michael Augustus frater ipsorum, qui et rubrorum usu calceorum, et gestatione coronarum ipsis interdixerat. Quin etiam exsulare ipsos cum matre ipsorum Eudocia Augusta, et in monasterio Cyperudæ procul ab aula clausos vivere jusserat. Movit misericordiam Alexii tristis fortuna florentium olim juvenum, qui forma et robusto vigore corporum facile impetrabant a quovis obvio ut amisso digni loco putarentur. Ambo puberibus majores primæva lanugine signabant malas, proceritate tum plena dignitatis, tum inter utrumque sic æquata, ut ad unam regulam dimensi viderentur. Jam vultu atque oculis eos animos spirabant, ut facile si quibus odio non excæcatis occurrerent, sese generosi leonis non degeneres catulos proburent. Quæ imperator iis intuens oculis qui nequaquam superficie contenti medullas ipsas penetrabant rerum, homo et ad cernendum verum acri pollens mentis acie, et nullis impeditus illaudatis affectibus, quominus æqua recti judicii statera, libratam momento conscientiæ, et sapienti arbitrio temperatam consilii lancem expenderet. Hac illa moderationis inculpatæ ratione secum reputans ex quo apice splendoris in statum obscuræ ac privatæ sortis decidissent, adolescentes nobiles, omnibus eos

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[54] ἐκστρατείαν. [55] τούς. [56] ὁ. [57] Deest vocula τοῖς. [58] αὐτοῖς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Καὶ τὰ στέφη τούτων*. Nicephorus enim et Leo Diogenes a patre imperatores, statim atque in lucem editi, renuntiati fuerant: Anna hoc ipso loco, παραλαβὼν τούτους ἰδιώτας ἐκ βασιλέων.

officiis ac beneficiis, imo charitate ac blanditiis paternis velut proprios filios amplexabatur. Quo enim non ipsos benigno dicto, quo non facto liberali ac benevolo consolari conatus est? quam denique non de rebus ac commodis eorum providentiam sumpsit? Idque cum nunquam invidia cessaret a suis in eos ejaculandis telis. Verum quo magis id agebant calumniatores ut assiduis in eos delationibus imperatoris animum exacerbarent, tanto imperator ipse majori eosdem auxilio ac præsidio dignabatur, blandum semper iis arrisum serenamque ac renidentem exhibens faciem, planeque præ se ferens, sese rationibus ipsorum atque ornamentis attenta semper cogitatione prospicere. Alius quidem istis editos natalibus, istis præditos dotibus suspectos habuisset homines, et velut non dubios imperii æmulos tollere de medio jam ab ipso principio omni arte ac conatu studuisset. At hic imperator adeo nullum unquam ex se tale concipere consilium potuit, ut ne suadentium quidem subinde talia multorum unquam orationem admiserit, semper constans in repræsentandis officiis eximiæ in ipsos benevolentiæ; adeo quidem ut matrem quoque ipsorum Eudociam et donis prosequeretur liberalibus, et nulla honoris parte qui deferri soleret imperatricibus defraudandam voluerit; Nicephoro quin etiam huic ipsi quo de agimus in propriam ac peculiarem possessionem et domicilium Cretæ insulæ principatum assignaverit. **257** Atque ex hisce fratribus alter, qui Leo vocabatur, placidiori fictus indole, ingenuoque, nec hebeti ad sensum gratiæ præditus animo, sinceram in se charitatem imperatoris et facile agnovit, et mutuo pensare studuit affectu: acquiescensque præsenti fortunæ, quam erat Spartam nactus, in ea, juxta vetus verbum, exornanda securus elaborabat. Nicephorus ferocior natura, impotentioribusque æstuans motibus, volutabat semper animo cogitationes invadendæ tyrannidis, et defectionem rebellionemque adversus imperatorem machinari non desistebat. Diu tamen arcanum habuit consilium. Tandem maturum ratus, capessere opus et rei magnæ informare orsum aggressus, familiariora solito cœpit affectare colloqui cum certis hominibus, firmis scilicet adjutoribus facinoris futuris; quæ res et animadversa statim et suspecta fuit plurimis, unde brevi ad imperatoris aures occultæ coitionis indicium pervenit. At ille nova quadam ratione, nec cæteris in tali casu usitata principibus, se gessit. Accersivit ad se nempe conjuratos singulos, idoneis quemque temporibus, eosque in summa dissimulatione auditi nuntii ac suspicionis suæ, appositis sermonibus ad officium fidemque hortabatur, con-

A ποιῆσαι ἐσπούδασεν ἄν· οὗτος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὰς τῶν πολλῶν κατὰ τῶν νέων εἰσηγήσεις παρ' οὐδὲν ἐτίθετο, ἐξόχως τούτους φιλῶν, τὴν μέντοι μητέρα τούτων Εὐδοκίαν καὶ δωρεῶν ἀξιῶν καὶ τιμῆς τῆς προσηκούσης βασιλίσσαις μὴ ἀποστερῶν, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ Νικηφόρῳ τὴν τῆς νήσου Κρήτης ἀρχὴν ἀνέθετο εἰς ἐνδιαίτημα ἴδιον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεύς. Τούτων δὲ ὁ μὲν Λέων φρονήματος ὢν ἀγαθοῦ καὶ γνώμης ἐλευθέρας, ὁρῶν δὲ καὶ τὴν βασιλέως εἰς αὐτοὺς εὐμένειαν, ἔστεργε τὴν λαχοῦσαν ἐπαναπαυόμενος οἷον ἐπὶ τοῖς παροῦσι κατὰ τὸν εἰπόντα· Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν [59] κόσμει. Ὁ δέ γε Νικηφόρος δύσοργος καὶ βαρύμηνις ὢν καὶ βυσσοδομεύων κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ τυραννήσειν μελετῶν οὐκ ἐπαύετο [60]. Ὑποβρύχιον δὲ ὅμως εἶχε τὴν βουB λήν. Ἤδη δὲ καὶ τοῦ ἔργου ἀπαρξάμενος, γνησιώτερόν τισι προσωμίλει. Οὐκ ἐλάνθανε τοῦτο τοὺς πλείστους· δι' ὧν καὶ εἰς τὰς ἀκοὰς ἔφθανε τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ βασιλεὺς καινόν τι ποιῶν μεταπεμπόμενος τούτους ἐν καιροῖς ἁρμοδίοις οὐκ ἐνέφαινε μὲν τὸ ἀκουσθὲν, εὐφυῶς δὲ παρῄνει καὶ τὰ εἰκότα συνεβούλευε. Καὶ ὅσῳ μᾶλλον τῆς ἐπιβουλῆς ἐν γνώσει ἐγίνετο, τοσούτῳ μᾶλλον ἐλευθερώτερον πρὸς αὐτοὺς διετίθετο, οὕτω βουλόμενος τούτους κερδάνειν [61]. Ἀλλ' ὁ Αἰθίοψ οὐκ ἐλευκαίνετο. Ἔμενε γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ μετεδίδου τῆς λύμης ὁπόσοις ἂν προσεπέλασε, τοὺς μὲν δι' ὅρκων, τοὺς δὲ δι' ὑποσχέσεων σφετεριζόμενος. Τοῦ μὲν οὖν κοινοῦ τοῦ στρατοῦ οὐ τοσοῦτον ἔμελλε τῷ Νικηφόρῳ· ἤδη C γὰρ ἅπαντες πρὸς αὐτὸν ἀπονενεύκασι· ἀλλ' ὅλος πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας [62] ἀπονενευκὼς, τῶν τε ἡγεμόνων καὶ τῶν τῇ συγκλήτῳ κατειλεγμένων προκρίτων ἀνδρῶν πολλὴν φροντίδα ποιούμενος ὑποποιεῖτο [63] αὐτούς. Ἦν γὰρ τὴν φρένα μὲν ὀξύτερος ἀμφιστόμου ξίφους (78), στάσιμος δὲ οὐδαμῶς, εἰ μὴ ὅσον πρὸς τὸ τυραννήσειν τὸ ἀμετάθετον ἐνεδείκνυτο· μελιχρὸς ἐν λόγοις, ἐν συναναστροφαῖς [64] ἡδὺς, ταπεινοφροσύνην μὲν ὡς ἀλωπεκῆν ποτε περιβαλλόμενος· ἔστιν οὖν καὶ τὸ θυμοειδὲς καθάπερ λέων ἐμφαίνων ποτὲ, ῥωμαλέος καὶ πρὸς γίγαντας ἐγκαυχώμενος ἁμιλλᾶσθαι, σιτόχρους τὴν ὄψιν, εὐρὺς τὰ στέρνα, ὑπερωμίας τῶν τότε καιροῦ ὄντων ἀνδρῶν. Εἰ δὲ σφαιρίζοντα τοῦτον εἶδέ τις, εἰ δὲ ἱππαζόμενον, εἰ δὲ οἰστὸν πέμποντα, εἰ δόρυ κραD δαίνοντα, καὶ ἱππασίας ποιούμενον, θαῦμα ἐδόκει καινὸν θεᾶσθαι, ἐκεχήνει τε καὶ μόνον οὐ πεπηγὼς ἦν. Διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον τὴν τῶν πολλῶν ἐπεσπᾶτο εὔνοιαν. Τοσοῦτον δὲ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ προῄει, ὡς καὶ αὐτὸν [65] ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ αὐτοκράτορος γαμβρὸν Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην τῷ τοῦ Πανυπερσεβάστου τιμώμενον ἀξιώματι ὑποποιήσασθαι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[59] ἔλαβες, ταύτην. [60] τυραννεῖν συμμελετῶν οὐκ ἐπαύσατο. [61] κερδανεῖν. [62] μεγιστάνους. [63] ὑπεποιεῖτο. [64] συναναστροφαῖς. [65] αὐτὸν τόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(78) *Ὀξύτερος ἀμφιστόμου ξίφους.* **347** Tradit Joannes Villanus, lib. v, cap. 36, comiti Guidoni, a quo *conti Guidi* Italici originem ducunt, *Bisacutæ* inditum cognomen, propter animum ejus multiplicem. Est autem *bisacuta*, ἀμφίστομος et δίστομος ἀξίνη, ut supra a nobis est observatum.

siliaque salubria quietis adamanda dabat; et quo clariorem in dies conspirationis illorum contra se notitiam assequebatur, eo cum eis confidentius et liberalius agebat, sic demereri animos ipsorum sibique conciliare studens. Sed Æthiopem ut multum laveris haud album facias. Erat semper idem Nicephorus, nec vitium in se suum cohibens, late propagabat contagionem quamdam rebellionis in quoscunque accederet, alios promissis simplicibus, alios interpositione juramentorum sibi adjungens. Ac in multitudine quidem militari et corpore exercitus suis partibus asserendo, non multum putabat laborandum. Jam enim haud dubie omnes in ipsum propendebant. In eo totus erat ut magnates ipsos, tam qui dignitatibus militaribus in castris eminebant, quam qui magistratus amplissimos in republica gererent et eximium auctoritatis in senatu locum obtinerent, sibi omni cura demereretur ac devinciret. Ergo eos nullum finem prensandi faciebat. Et habebat mentem acutiorem ancipiti gladio, sed instabili semper levitate volitabat: nullam ad aliam fere cogitationem cum aliqua constantia appellens animum, præterquam ad ambitionem occupandæ tyrannidis. Homo erat sermone blandus, consuetudine comis modestiæ se plerumque quadam specie, tanquam pelle vulpina obtegens, sed non raro in occasionibus excandescendi sese exercebant leonis ungues et rabies. Robur erat fastu pari conjunctum, quibus se giganti quantovis parem in belligerando gloriabatur. Triticeus color oris, latum pectus; totis humeris eminebat supra staturam eorum qui tunc erant hominum. Porro sive pila luderet, seu equum domitaret, seu jaculum expediret in scopum, seu hastam quateret, seu simulacra cieret equestris pugnæ, admirationi spectantibus erat, nihil nisi hiare ac stupere valentibus. **258**
Ea res incredibiliter valuit ad favorem multitudinis ipsi conciliandam. Nec plebis modo hæc studia erant; siquidem Michael Taronita quem imperator panhypersebasti dignitate ornatum a se propria ipsi sorore in matrimonium danda devinxisse sibi arctissime videbatur, his viri dotibus artibusque pellectus ejus partes domesticis affectibus prætulit.

Ἀλλ' ἐπαναχτέον τὸν λόγον αὖθις ὅθεν ἀπεῤῥύη. A καὶ καθ' εἱρμὸν ἐκτέον τῆς διηγήσεως. Ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ, τοῖς λογισμοῖς ἀνατρέχων ἐξ οὗπερ τὴν καθ' ἑαυτοῦ τοῦ Διογένους μελέτην ἀνέγνωκεν, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῆς αὐτοῦ ἀναῤῥήσεως ἀμφοῖν ἐχρήσατο τοῖν ἀδελφοῖν, ὁπόσης τε φιλοφροσύνης καὶ κηδεμονίας ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσιν αὐτοὺς ἠξίου κἂν οὐδὲν τούτων τὴν τοῦ Νικηφόρου γνώμην ἐπὶ τὸ βέλτιον μετηλλοίωσεν, εἰς ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν. Ταῦτ' οὖν ὁ βασιλεὺς ἀναλογιζόμενος πάντα καὶ ὅπως μετὰ τὸ σφαλῆναι αὖθις εἰσῄει, ὅπως ἀπώσθη παρὰ τοῦ Τατικίου καὶ γνοὺς[66] ὅπως τὸ φονουργὸν σιδήριον θήγων κατ' αὐτοῦ, αἵμασιν ἀναιτίοις σπεύδει χράναι τὰς χεῖρας, καὶ ὁ τέως ἐφεδρεύων καὶ νυκτὸς τὸν φόνον ἐπιτηρῶν τελέσαι ἀπαρακαλύπτως τοῦτον ἤδη ἐπισπεύδει, πολλοῖς B ἐκυμαίνετο λογισμοῖς. Ἤθελε μὲν οὖν οὐδαμῶς τὸν Διογένην μετελεύσεσθαι δι' ὃν πρὸς αὐτὸν ἐγκάρδιον ἐκέκτητο πόθον, ἐξόχως τὸν ἄνδρα φιλῶν. Ἁπαξαπλῶς δὲ ἅπαντα συνελὼν ὅπῃ τε προβήσεται τὸ δεινὸν ἐννοῶν, ἐπεὶ τὸν περὶ ψυχῆς κίνδυνον αὐτῷ ἐφιστάμενον ἔγνω πλήττεται τὴν καρδίαν. Καὶ εἰς ἓν τὸ πᾶν συναγαγὼν, δεῖν ἔκρινεν κατασχεῖν τὸν Νικηφόρον. Ἐκεῖνος δὲ τὸν μελετώμενον ἐπισπεύδων δρασμὸν καὶ βουλόμενος νυκτὸς τῆς πρὸς Χριστουπόλεως φερούσης ἅψασθαι, ἑσπέρας ἀποστείλας εἰς τὸν Πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον τὸν δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ταχυδρόμον ἵππον ᾐτεῖτο[67] ἀποχαρίσασθαί οἱ. Ὁ δὲ καὶ[68] ἀνένευσε, λέγων μὴ δύνασθαι δῶρον τοιοῦτον αὐθήμερον τοῦ βασι- C λέως ἀποποιήσασθαι. Ἐπεὶ δὲ πρωΐας ὁ βασιλεὺς τῆς προκειμένης ὁδοῦ ἥψατο, συνείπετο τούτῳ καὶ ὁ Διογένης, τοῦ διασκεδάζοντος βουλὰς, καὶ λογισμοὺς ἀθετοῦντος λαῶν Θεοῦ τοῦτον σφήλαντος, γνωσιμα-

Ut igitur eo reducatur unde digressa oratio est, seriesque historiæ reddatur, collegit se imperator his quæ retulimus compertis, et ex una parte reputans quam benevole se a principio quamque indulgenter ac paterne ambos in fratres gessisset, tot annis familiariter illos adhibens, amantissimeque ipsos curans, quam nihil tamen ista profecissent ad deliniendum hujus animum Nicephori, iteratas insidias, deprehensamque nocturnam sicam, et disjectum Taticii occursu sanguinarium inceptum expeditarum ad parricidium manuum, eo majori dolore suo recordabatur, quo minus sibi erat conscius facti ullius dictive quo ipsum læsisset. Tamen erat occurrendum denuntiato periculo grassantis sceleris: et cum satis constaret imminere perfidum tunc cum maxime nocturna diurnaque attentione in omnes occasiones perpetrandæ cædis, non videbatur committendum ut dissolutissimo neglectu tantæ rei salus ac caput principis ferro parati parricidæ incustoditum objiceretur. Cæterum adversus hæc intercedente tenero amore veteris clientis, decerni gravius nihil in tam vere tamque diu dilectum Diogenem ab imperatore poterat. Verum ex adverso recurrente præsentis specie periculi et formidolosius se admovente sensibus insidiarum semel iterumque deprehensarum discrimine, ac cura perpetua, vix tandem conclusa deliberatio est, statutumque consilium Diogenis comprehendendi. Ipse porro Nicephorus admonente conscientia fugam in posterum diem cogitans versus Christopolim misit sub vesperam ad Constantinum Porphyrogenitum qui ab eo suo nomine pro amicitia peteret, ut sibi concederet equum celerem, quem in hospitii digressu ei dono dederat Augustus. At Constantinus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[66] Deest vox γνοὺς. [67] ᾐτεῖτο. [68] Deest vocula καί.

renuit, excusans se non posse, salvo officio, egregium imperatoris munus ipso die quo acceperat alteri donare. Postridie igitur imperatore resumente inceptum iter, secutus et Diogenes est, manifesto numine dissipantis consilia hominum Dei; cum enim et fugæ necessitatem perspectissimam Nicephorus haberet, et eam arripere plane decrevisset, consilii certus, exsecutionis anceps, horam ex hora trahebat, quoad comprehensus est, justo Dei judicio sic meritum hominem in perniciem urgente. Cum ergo tetendisset prope Serras, ubi et ipse imperator tentorium fixerat, et consuetis illic conscientiæ convictæ seque deprehensam sentientis timoribus agitaretur, accersit imperator fratrem suum Adrianum magnum domesticum, **259** illa ipsa vespera qua magni martyris Theodori memoria celebrabatur; cumque ipsi breviter exposuisset quæ ille non ignorabat, ut irrupisset in suum cubiculum cum sica Diogenes, ut iterum ab ostio esset repulsus, ut omni ratione conaretur, in occasionem imminens momentis omnibus, decretam ipsi olim sui cædem perpetrare; mandavit, evocaret hominem in suum tabernaculum eique blandis verbis et promissionibus omnis generis persuadere niteretur ut fateri vellet omnia, conjurationis socios ac consilii participes edere omnes; id si faceret securitatem ipsi atque impunitatem plenam polliceretur, confirmaretque nullam penes imperatorem memoriam in posterum superfuturam quantoruncumque criminum quæ ipse reus ultro pœnitens fateretur. Triste id negotium et odiosum erat. Tamen Adrianus utcunque fratris Augusti periculo et invisi sceleris specie ipsa conturbatus, quod jubebatur exsecutus est. Verum operam in Diogene ac verba perdidit. Nam quamvis machinas admovit omnes, frustra fuit adversus invictam contumaciam, a qua nec severe minando, nec blande pollicendo, nec amice consulendo exprimere vel nutum unum potuit, quo eorum unum quodpiam, quæ tam multa se machinatum erat conscius, significasse Nicephorus videretur. Gravem ea obstinatio dolorem attulit magno domestico haud ignaro quo malorum miser Diogenes irrevocabiliter rueret. Et erat Adriano causa domestica, Nicephoro favendi: quod is ipse Nicephorus minimam sororum propriarum, alterum tantum secum communem parentem habentium,

A χοῦντα μὲν τὸν δρασμὸν [69]. ὑπερτιθέμενον δὲ ὥραν ἐξ ὥρας ὁποῖα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα. Κατασκηνώσας οὖν ἀγχοῦ τῶν Σεῤῥῶν [70] ὅπου καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς μὲν τῶν συνήθων εἴχετο λογισμῶν ὡς πεφωραμένης ἤδη καὶ δεδιὼς τὸ μέλλον. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετακαλεῖται τηνικαῦτα τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ἀδριανὸν καὶ μέγαν δομέστικον κατ' αὐτὴν τὴν ἑσπέραν ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου (79) ἐτελεῖτο μνήμη. Καὶ κοινοῦται αὖθις τούτῳ τὰ τοῦ Διογένους, μηδὲ τὸ πρότερον ἀγνοοῦντι ὡς ξιφήρης εἰσῄει, ὡς ἀπώσθη τῆς θύρας, ὡς τὸ πάλαι βεβουλευμένον, εἰ δυνατὸν, ἵσταται σπεύδων τελέσαι. Τηνικαῦτα οὖν ἐπισκήπτει τῷ δομεστίκῳ ὁ βασιλεὺς τὸν Διογένην εἰς τὴν ἰδίαν μετακαλέσασθαι σκηνὴν, καὶ διὰ μειλιχίων λόγων καὶ παντοίων ὑποσχέσεων πεῖραι [71] ἀνακαλύψαι B ἅπαντα τὰ βεβουλευμένα, ἀπάθειαν αὐτῷ ὑπισχνουμένῳ [72] καὶ ἀμνηστίαν τοῦ λοιποῦ τῶν κακῶν, εἰ μηδ' ὁτιοῦν ἀποκρύψειεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνίστορας ἐξείποι ἅπαντας. Ὁ δὲ ἀθυμίας πλήρης γενόμενος, ὅμως ἐπλήρου τὸ κελευσθέν [73]. Ποτὲ μὲν οὖν ἀπειλῶν, ὁτὲ [74] δὲ ὑπισχνούμενος, ὁτὲ δὲ καὶ συμβουλεύων, οὐκ ἔπειθε τὸν Διογένην ὅλως οὐδ' ὁτιοῦν τῶν βεβουλευμένων ἀνακαλύψαι. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Ἤχθετο μὲν ὁ μέγας δομέστικος καὶ ἠνιᾶτο οὗ κακῶν φέρεται ὁ Διογένης στοχαζόμενος. Ἔσχε γὰρ τοῦτον προφθάσας ὁ Διογένης γαμβρὸν ἐπὶ τῇ ὑστάτῃ (80) τῶν ἑτεροθαλῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν. Ἔνθεν τοι καὶ μετὰ δακρύων ἐκλιπαρῶν αὐτὸν οὐκ ἀνίει· ἔπειθε δὲ οὐδαμῶς, κἂν αὐτὸς ἐνέκειτο ἀναμιμνήσκων C ἅμα καὶ τῶν ὄπισθεν. Σφαιρίζοντι (81) γάρ ποτε τῷ αὐτοκράτορι κατὰ τὸ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ἱππηλάσιον ἀνήρ τις βάρβαρος ἐξ Ἀρμενίων καὶ Τούρκων φὺς ξίφος ἔσωθεν τῶν ἀμφίων φέρων, ἐπὰν τὸν [75] αὐτοκράτορα τῶν συσφαιριζόντων [76] ἀνασειράσαντα τὸν χαλινὸν ἀπολειφθέντα ἐθεάσατο, ἐφ' ᾧ πνευστιῶντα τὸν ἵππον ἀναψύξαι, πρόσεισι μὲν τῷ αὐτοκράτορι γονυπετῶν ἅμα καὶ αἰτεῖσθαι ὑποκρινόμενος, ὁ δὲ ἀνασειράζει τὸν ἵππον εὐθὺς, καὶ ἐπιστραφεὶς ἐπυνθάνετο τί ἂν τὸ αἰτούμενον εἴη. Ὁ δὲ φονεὺς, μᾶλλον ἢ προσαίτης ὢν, τὴν χεῖρα ὑποβαλὼν καὶ τοῦ ξίφους ἀψάμενος, εἷλκε τοῦ κολεοῦ. Τὸ δ' οὐ συνείπετο τῇ χειρί. Ἅπαξ οὖν καὶ δὶς τοῦ μὲν ξίφους ἀποπειρώμενος, τοῖς δὲ χείλεσι ψευδεῖς αἰτήσεις συνείρων [77], ἀπογνοὺς καὶ προσουD δίσας ἑαυτὸν τῇ γῇ, ἔκειτο συγγνώμην ἐξαιτούμενος. Ὁ δὲ, πρὸς αὐτὸν, στρέψας τὸν χαλινὸν, ἠρώτα ὅτου

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[69] Deest vox τὸν δρασμόν. [70] Σερῶν. [71] πεῖσαι. [72] ὑπισχνούμενος. [73] τὰ κελευσθέντα. [74] ποτέ. [75] ἐπ' αὐτὸν τόν. [76] σφαιριζόντων. [77] συνείς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(79) *Θεοδώρου*. Theodori martyris et στρατηλάτου festum agunt Græci 8 Febr., Tironis vero 17 ejusdem mensis.

(80) *Γαμβρὸν ἐπὶ ὑστάτῃ*. Habuit Nicephorus Diogenes tres sorores uterinas, filias scilicet Constantini Ducæ imp. ex Eudocia Dalassena, quæ exstincto conjuge, Romano Diogeni rursum nupsit. Ex quibus secundis Eudociæ nuptiis nati Constantinus, Leo, et Nicephorus Diogenes. Prima igitur filiarum Constantini et Eudociæ Anna, Joannem Comnenum Curopalatam, Alexii imperatoris parentem, maritum habuit, altera fuit Theodora; tertia denique Zoe, quam Nicephorus Botaniates uxorem ducere in animo habuerat, quæque postmodum Adriano Comneno magno domestico uxor data est. Ita materteram nepos uxorem duxit. Consule *Familias nostras Byzantinas*.

(81) *Σφαιρίζοντι*. De Byzantinorum pila in equis ludendi more dissertationem instituimus ad Joinvillam, quam consulas velim ad hujus loci intelligentiam.

χάριν συγγνώμην αἰτεῖ. Καὶ ὃς τὸ ξίφος σὺν αὐτῷ κουλεῷ ἐδείκνυ· στερνοτυπῶν [78] δ' ἅμα καὶ ἐκθαμβούμενος καὶ βοῶν ἔλεγε· *Νῦν σε δοῦλον τοῦ Θεοῦ γνήσιον ἔγνωκα, νῦν τὸν μέγαν Θεὸν σκέποντά σε ἐν ὀφθαλμοῖς τεθέαμαι. Ἐπὶ τῇ σφαγῇ γὰρ τῇ σῇ τουτὶ τὸ ξίφος κατασκευάσας καὶ λαβὼν οἴκοθεν, ἐνταῦθα πάρειμι ἐφ' ᾧ κατὰ τῶν σῶν ὠθήσω σπλάγχνων. Ἅπαξ δὲ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς τοῦτο σπασάμενος οὐδαμῶς ὑπεῖκον ἔσχον τῇ βίᾳ τῆς ἐμῆς χειρός.* Ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς, καθαπερεὶ μηδέν τι τοιοῦτον ἀκηκοὼς, ἐπὶ ταὐτοῦ σχήματος θαρσαλέος εἱστήκει. Συνέδραμον δὲ πρὸς αὐτὸν παραχρῆμα ἅπαντες, οἱ μὲν ἀκροασόμενοι τῶν λεγομένων, οἱ δὲ ἐκθαμβούμενοι ἐπὶ τούτοις, οἱ δὲ εὐνούστεροι [79] πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διακείμενοι καὶ διασπαράττειν αὐτὸν ἐπεχείρουν, κἂν αὐτὸς νεύματί τε, καὶ χειρὶ, καὶ συχνοῖς ἐμβριμήμασιν ἀπεῖργε τῆς ἐγχειρήσεως. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Παντελοῦς ἀφέσεως ὁ φονεὺς ἐκεῖνος παραχρῆμα τυγχάνει στρατιώτης, οὐκ ἀφέσεως δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγίστων δωρεῶν· ἐπὶ τούτοις καὶ ἐλευθερίας παραπολαύει. Πολλοὶ μὲν οὖν τούτων καὶ ὀχλοῦντες ἐνέκειντο τῆς βασιλευούσης ἀπελαθῆναι τὸν φονέα ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, λέγων· *Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. Λοιπὸν Θεῷ ἐπεύχεσθαι δεῖ τὴν ἡμετέραν ἐκεῖθεν ἐξαιτουμένους διαμονὴν καὶ φρουράν.* Ὑπεψιθύριζον οὖν τινες μετὰ τῆς τοῦ Διογένους γνώμης τῷ τοῦ αὐτοκράτορος φόνῳ ἐπικεχειρηκέναι τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, κἂν ὁ βασιλεὺς οὐδ' ὅλως ὑπεῖχε τούτοις τοῖς λόγοις τὰ ὦτα, ἀλλὰ μᾶλλον ἐβαρυμηνία κατ' αὐτῶν, τοσοῦτον αὐτοῦ ἀνεχόμενος ὡς μέχρις αὐτοῦ λαιμοῦ τῆς ἀκωκῆς τοῦ ξίφους φθανούσης τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκρίνεσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

A huic ipsi magno domestico sociaverat conjugem. Itaque, quod post omnia restabat unum, infimis precibus, quas uberes veri amoris indices lacrymæ comitabantur, diu frustra a Diogene contendit ut salvus esse vellet, revocata etiam recordatione memorabilis eventus, quo moveri Nicephori animum par erat : tum quia ejus occasione prima emanaverat conjurationis suspicio, tum vel maxime quoniam eo facto comprobatum manifeste fuerat, Deo esse curæ vitam imperatoris, et insidiatores ejus nefarii voti non futuros compotes. Res ea sic se habuit. Decurrente forte imperatore ludicrum equestre in vacua et patenti area magni palatii *Hippelasio* ab usu vocitata, Barbarus quidam misti generis ex Armenis et Turcis, cum animadvertisset B imperatorem equo suo altum anhelanti respirandi spatium captato a cætera turba brevi secessu dedisse, solum adit telo armatus sub vestibus latente, flexisque ambit genibus : et specie omni petentis aliquid assumpta studiose, misericordis ad se principis curam vultumque vertit. Ergo is equo habenarum attractu reducto humane percontatur ab homine : quid vellet? Tum vero qui mendicus videbatur sicarium se prodens, manu capulum arripuit dissimulati hactenus gladii, valideque incumbens ad extrahendum frustra fuit, quanquam semel et iterum instaurato conatu. Hæsit enim vaginæ semper quasi concretus ensis, vimque trahentis ac nefarium consilium casu felici destituit. Hic deprehensus C parricida, non defuit sibi tamen, sed in desperatione perpetrandi cœpti abjectus humi mendacem pœnitentiam supplicatione verborum fallaci præferebat veniam postulans. **260** *Cujus vero culpæ*, conversus ad ipsum impensius Augustus inquit, *veniam petis?* Tum ille vaginæ affixam demonstrabat sicam, pectusque simul suum tundens haud dubie attonitus clamabat : *Nunc scio te verum Dei esse servum, nunc tui tutelam cordi esse superis agnosco ipsis oculis convictus : siquidem cum accesserim ad te instructu hoc ense ad tuam cædem parato, ubi perpetrandi facinoris tempus adfuit stringere ipsum iterum et tertio conatus quo in tua viscera conderem, expertus præter spem sum contumacem illum et manui obsequi recusantem.* Stetit his auditis in vestigio immotus et imperturbatus imperator, plane tanquam alia omnia dicerentur. Concursus porro circa eum repente omnium est factus; aliorum nosse cupientium quid rei esset; aliorum re perspecta, mirantium. Fuere qui charitate imperatoris præcipua elati discerpere parricidam aggrederentur : quos nutu manuque ac minis ipse submovit imperator nocereque infelici vetuit, cui præter criminis gratiam larga etiam dona cumulavit, quibus libere atque impune fruitus is deinde est : ne illud quidem quamvis importunis atque instantibus exambitum precibus impetrare valentibus amicis, ut tanti ausi compertum sicarium urbe saltem regia juberet exsulare, Augusto causam cur renueret his verbis exponente, nempe : *Nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. In Dei tutela præsidioque salutis et securitatis spes nostra omnis ac ratio sita est. Hinc exspectanda precibusque ac patientia promerenda bona cuncta sunt.* Cæterum jam tum percrebuit susurris clam serpentibus quorumdam, e sinu ac sententia Diogenis profectum hunc percussorem ad conatum sceleris infandi : at eos imperator ne audire quidem sustinens, quasi temere suspicantes cum stomacho repellebat, obfirmatus usque adeo simplicitate bene de quovis opinandi, ut ne ab eo quidem qui clare sibi jugulum admoto mucrone peteret, metuere sinistrum aliquid posse videretur.

Τούτων οὖν ἀναμνήσας αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος καὶ μηδαμῶς πείθων, προσελθὼν ἀπαγγέλλει τῷ

D Hæc aliaque cum exponeret Diogeni magnus domesticus, quo eum ad confessionem designati

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] στερνοκτυπῶν. [79] εὐνούστερον.

sceleris eliceret, verba perdidit : redireque re infecta coactus ad Augustum, renuntiavit inexpugnabilem videri hominis in negando constantiam ; quem nullæ suasiones, nullæ preces deducere vel minimum de pertinacia potuerint. Tum imperator accersitum ad se Muzacen, præsto esse armatum ipsum cum aliis armatis jubet : sicque Diogenem ex tabernaculo magni domestici in proprium Muzacis ipsius transferre, ibique habere sub tuta custodia. Fecit ille plus etiam quam imperatum erat. Quippe ubi receptum apud se Diogenem verbis sane multis adhortatus ad fatendum esset, tam nullo successu, ut ad inficiandi contumaciam etiam impudentiam conviciandi Diogenes adjungeret, ac quæsitorem suum maledictis ultro acribus pungeret, ille impos subjicere **261** tormentis reum, quod imperator nunquam sineret, non tantum decrevit, sed etiam aggressus est, Diogene ad primum doloris sensum facile victo ac sese fassurum jam omnia pollicito. Remittuntur ergo fidiculæ statim, scribaque advocatur cum tabulis Gregorius Camaterus in id officij nuper ascitus apud imperatorem. Hic excepit rite omnia Diogene dictante, nec de cogitatione imperii solum, sed etiam de cædis machinatione confitente. Hisce diluculo tabulis Muzaces assumptis, simul alia illis adjungens testimonia scripto missa indicum quorumdam absentium, ex quibus apparebat Mariam quoque Augustam defectionis Diogenis consciam fuisse, verum consilio cædis inferendæ nunquam voluisse acquiescere ; quin etiam dedisse solitam operam quo Diogenem quam longissime ab atrocis istius et nefarii ausi vel prima cogitatione removeret. Cum his inquam Muzaces omnibus ad imperatorem adit, qui cum inter evolvendas hasce relegendasque chartas plerorumque aulæ ac militiæ principum nomina passim offenderet, atque adeo florem ipsum ac robur illustrium virorum in se conspirasse cerneret, in magnam rerum suarum sollicitudinem venit. Erat Diogenes longo jam ex tempore gratiosus apud plebem ; ergo hac fiducia minus multum operæ demerendæ multitudini posuit sibi olim addictissimæ et ad nutum semper paratæ, eo admodum nulla prensationis ejus ad plebeios indicia fuere. In capitibus ipsis urbanæ ac castrensis nobilitatis expromptus labor : cujus vestigia testium interrogationibus retecta. Verum imperator, quæ quidem imperatricem Mariam attinebant,

A βασιλεῖ τὴν τοῦ Διογένους ἔνστασιν καὶ ὅτι ἔξαρνος παντάπασιν ὁ Διογένης ἐστὶ, καίτοι πολλὰ παρακληθεὶς ὡς παρ' αὐτοῦ ἔλεγε. Παραπέμπεται τοίνυν τὸν Μουζάκην, καὶ ἐπισκήπτει ἔνοπλον μεθ' ἑτέρων παραγενόμενον ἀναλαβέσθαι τοῦτον τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου σκηνῆς, καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ἀπαγαγεῖν κἀκεῖσε μετὰ ἀσφαλείας τηρεῖν, δεσμῶν ἄτερ καὶ ἑτέρας κακώσεως. Ὁ δ' εὐθὺς τὸ κελευσθὲν ἐπλήρου. Καὶ παραλαβὼν τοῦτον εἰς τὴν ἰδίαν ἀπάγει σκηνήν. Ἐπεὶ δὲ δι' ὅλης νυκτὸς παρακαλῶν αὐτὸν καὶ συμβουλεύων οὐ μόνον οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ καὶ ἀναισχύντως αὐτῷ προσφερόμενον ἑώρα, θυμοῦ πλεισθεὶς [80] καὶ ἃ μὴ προστέτακτο ἐπιχειρεῖν ἠπείγετο. Δοκιμάσας οὖν ἐτάσαι αὐτὸν, ἤδη δὲ καὶ ἐτάζων, ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς τὴν πρώτην B προσβολὴν ὁ Διογένης ἀντισχὼν ἅπαντα ἀνομολογῆσαι διεβεβαιοῦτο, τῶν μὲν δεσμῶν λύει παραχρῆμα, καὶ γραφεὺς τηνικαῦτα προκαλεῖται γραφίδα κατέχων, Γρηγόριος δὲ ἦν ὁ Καματηρὸς (82) νεωστὶ προσληφθεὶς καὶ ὑπογραμματεύων τῷ αὐτοκράτορι. Καὶ Διογένης ἅπαντα ἀπαγγέλλων, οὐδὲ τὸν φόνον [81] παρεσιώπα. Ἀναλαβόμενος δὲ πρωΐας ὁ Μουζάκης τάς τε ἐγγράφους αὐτοῦ ὁμολογίας καὶ ἃς ἀναζητήσας εὗρε παρά τινων πρὸς αὐτὸν πεμπομένας γραφὰς δι' ὧν ἐφαίνετο καὶ ἡ βασιλὶς Μαρία τὴν μὲν ἀποστασίαν τοῦ Διογένους εἰδέναι, τὸν δὲ φόνον μηδαμῶς συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐπιμελείας ἀπείργειν αὐτὸν οὐκ ἀπὸ τοῦ φόνου μόνον ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς ψιλῆς ἐννοίας, κομίζει τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ C ταύτας ὑπαναγνοὺς καὶ πλείων τῶν ὑποπτευομένων ἐγγεγραμμένους εὑρηκὼς καὶ τούτους ἐκκρίτους ἅπαντας ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν. Οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν τῷ Διογένει τοσοῦτον τῆς κοινότητος· εἶχε γὰρ αὐτοὺς πάλαι ὅλῃ ψυχῇ κεχηνότας καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπονενευκότας· ἀλλὰ πᾶν τὸ τὰ πρῶτα φέρον τοῦ στρατιωτικοῦ τε καὶ πολιτικοῦ συντάγματος ἔσπευδεν ὑποποιήσασθαι. Ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ τὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας ἀνέκφορα μένειν ἠβούλετο Καὶ μέντοι καὶ διετήρησε τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκριθεὶς δι' ἣν πρὸς αὐτὴν εἶξε πίστιν καὶ ὁμολογίαν καὶ πρὸ τοῦ τὰ τῆς βασιλείας ἀναδέξασθαι σκῆπτρα. Διεδίδοτο δὲ πανταχοῦ τὴν τοῦ Διογένους βουλὴν παρὰ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ αὐτῆς διαμηνυθῆναι τῷ βασιλεῖ [82], κἂν ἄλλως D εἶχε τὸ πρᾶγμα. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐξυπηρετουμένων τῷ Διογένει τὰ τῆς βουλῆς ἠρέμα διεπορθμεύετο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Διογένης περιεωρᾶτο καὶ δέσμιος

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] πλησθείς. [81] φθόνον. [82] αὐτοκρατόρι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Γρηγόριος ὁ Καματηρός*. Ille idem qui Joanne Alexii filio imperante rerum administrationi præfuit. Camaterum obscuro atque ignobili ortum genere in secretariorum ordinem allegit Alexius, et affinitate ex conjugio cognatæ cujusdam devinctum, tandem logothetam secretorum designavit, ut auctor est Nicetas in Joan. n. 3. Prioris dignitatis meminit Theophylactus, epist. 6, ad illum scripta : Τῷ ἀνδρὶ, ὃν σμῆνος περιβομβεῖ βασιλικῶν πραγμάτων, καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρηνώχλει μὲν οὐχ ἧττον ἢ τὸ γράφειν ἑτέροις. Primum deinde obtinuit inter secretarios locum, et Πρωτασηκρῆτις, denique logotheta renuntiatus est. Idem Theophylactus alia ad eumdem Epistola, quæ est : Ἠλίκον αὐτόν σε τό τε τοῦ λογοθέτου ἀξίωμα τέθεικε τοῦ πάλαι βασιλεῖ συνεδρεύοντος, καὶ τὸ τοῦ πρωτασεκρῆτις ὀφφίκιον τῷ ἀεὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν ὑπογραμματεύοντος. Gregorii forassis filius fuit Andronicus Camaterus, quem urbi præfectum, et Manuelis imperatoris affinem fuisse testatur Cinnamus, lib. v, de quo, ut et de cæteris fusius agimus ad hunc scriptorem.

ἤδη καὶ ὑπερόριος καθίστατο, καὶ οἱ τῆς αὐτοῦ βουλῆς ἔκκριτοι ὑπόπτους ἑαυτοὺς οἱ μὴ φθάσαντες ἁλῶναι ἤδη γεγενημένους διαγνόντες, περίφοβοί τε ἐφαίνοντο καὶ σκεπτόμενοι ὅ τι καὶ δράσαιεν. Τούτους οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλέα οὕτω κυμαινομένους [83] κατανοοῦντες ἐν ἀμηχάνοις ἑστάναι ἐδόκουν, ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ὁρῶντες ὡς εἰς ῥητούς τινας περιγραφείσης ἤδη τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἀγωγῆς, τὸν κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς ἐφιστάμενον ἤδη ἔχοντος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς λογισμοῖς ἀναλύων εἰς τὰ ἐξ ἀρχῆς καὶ ποσάκις κατ' αὐτοῦ ὁ Διογένης ὁρμήσας καὶ σφαλεὶς ἐκ θείας δυνάμεως αὐτὸς αὐτόχειρ τούτου φονεὺς ἤδη ἐφίστατο, πολλοῖς ἐκυμαίνετο λογισμοῖς, καὶ πολλὰς νοημάτων λαμβάνων μεταβολὰς καὶ τροπὰς παρ' ἑαυτῷ, ἐπεὶ ἅπαν τοῦ τε πολιτικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ συντάγματος διεφθορὸς ταῖς τοῦ Διογένους θωπείαις ἐπέγνω, ἀποχρῶσαν μὴ ἔχων δύναμιν ὥστε φρουρὰν πρὸς τοσούτους ἐπιστῆσαι, μήτε μὴν ἀκρωτηριάσαι λαὸν παμπληθῆ ἐθέλων, τὸν μὲν Διογένην καὶ Κεκαυμένον [84] τὸν Καταλακὼν τοὺς πρωταιτίους ἐς Καισαρόπολιν ἐξέπεμψεν, ἐφ' ᾧ ἐμφρούρους καὶ δεσμώτας εἶναι μόνον, μηδὲν ἄλλο δεινὸν τέως κατ' αὐτῶν βουλευσάμενος, κἂν πάντες ἀκρωτηριάσαι τούτους αὐτῷ ξυνεβούλευον. Ἠγάπα γὰρ τὸν Διογένην διαφερόντως καὶ τῆς προτέρας ἔτι περὶ αὐτὸν εἴχετο κηδεμονίας. Ὑπερόριον δὲ καὶ τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην καὶ τόν..... καὶ τὰς περιουσίας αὐτῶν ἀφελόμενος. Τὰ δέ γε κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀσφαλὲς ἐλογίσατο μηδὲ εἰς ἐξέτασιν ἀγαγεῖν ὅλως, ἀλλὰ διὰ συμπαθείας τούτους μᾶλλον καταμαλθάξαι. Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἑσπέραν ἕκαστος τῶν ὑπερορίων τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ κατελάμβανε, καὶ ὁ Διογένης τὴν Καισαρόπολιν· τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς τῆς οἰκείας μεθίστατο καταστάσεως, ἀλλὰ ἐπὶ ταὐτοῦ ἅπαντες μεμενήκεσαν.

A premi utique æterno silentio voluit, ac plane ipse quidquam eorum novisse dissimulavit, eamdem officii ac charitatis constantiam ipsi deinceps quoque repræsentans quam olim erat pollicitus, cum ante assumptas imperii habenas fœdus cum ea illud ac necessitudinem contraxerat, de qua suo loco egimus. Quin etiam vulgatum passim et quoquoversus fama sparsum fuisse scio a filio hujus ejusdem Augustæ Mariæ Constantino Porphyrogenito imperii insignibus ornato didicisse imperatorem hæc quæ diximus omnia de Diogene. Id sane non erat verum, indicio tamen est quam nullum offensi animi signum, quod quidem in vulgi emanaverit notitiam, Alexius in Mariam ediderit. Cæterum notitia consiliorum Diogenis ab ipsis ejus familiaribus atque administris B sublecta sensim emunctaque est crebro et arcano commeatu ipsorum ad Augustum. Eo porro tempore duo genera hominum contrarie licet affecta commoveri ex æquo contigit. Siquidem et quos sua conscientia reprehendebat adhæsisse Diogeni et in consiliorum societatem cum eo coivisse, vulgata jam convictione comprehensioneque illius, imo etiam ejectione in exsilium, non parum conturbabat cura salutis ipsorum, et in anxiam perniciei vitandæ sollicitudinem trahebat incertos **262** quo se verterent. Qui vero ex animo imperatori studebant, dum reputabant conjuratorum in ejus exitium tum numerum ingentem, tum dignitatem ac potentiam præcipuam, facere non poterant quin spei C diffiderent, et contentionis successum vererentur, in causa bona quidem, at ob paucitatem propugnantium ab incredebili oppugnantium multitudine valde periclitante. Pertinebat ad hanc classem ut periculi ita et sollicitudinis princeps imperator ipse, qui suam rem agi sentiebat maximam vertique supremo in discrimine spem status omnem ac salutis: reputabat scilicet vix evasisse se incolumem ab insidiis iterum et tertio positis; admotamque toties ad suum latus ac jugulum sceleratam sicam divina vi quadam ac fortuna, non humana ulla providentia opere declinasse. Unum auctorem immanis sceleris prehensum, restare innumeros conjuratos in idipsum, quibus quos opponeret sibi fidos nequaquam habere se ulla ex parte comparabiles dignitate numerove. Attractum enim in partem et ambitiosis Diogenis prensationibus corruptum florem ipsum urbanæ militarisque præstantiæ. Atqui ut multitudine polleret et prævalere tam multis posset vi aperta, durum erat et cætera indole vitaque alienum sævire mutilationibus in tot capita: et pœnæ quamvis legitimæ invidiam in præcipua reipublicæ membra propagare. Inter has curas illud primum statuit: Diogenem et Catacalonem Cecaumenum conjurationis auctores totius ac principes Cæsaropolim mittendos, ibique in vinculis duntaxat sub fida custodia habendos citra noxam. Nam tametsi plerique omnes excæcandos censebant, expedire tristem sententiam, clementia innata et longa consuetudine amoris ac benevolentiæ pro Diogene intercedentibus, nunquam imperator potuit. Relegavit præterea necessitate magna victus, sororis suæ virum Michaelem Taronitam et . . . . eorumque bona publicavit. Cæteris omnibus ne auditis quidem aut vocatis in examen, liberaliter facere gratiam criminis decrevit, eamque ultro repræsentare, quo eos, si fieri posset, facilitate tanta reconciliaret sibi. Sub vesperam promulgata exsecutionique mandari cœpta hæc decreta sunt, Diogene jam tum Cæsaropolim, aliis alio quo erant relegati pergentibus. Conscii cæteri apud se quisque taciti mansere.

Ἐν τούτοις δὲ τοῖς δεινοῖς ὄντων τῇ μετ' αὐτὴν βουλομένου τοῦ αὐτοκράτορος μετακαλέσασθαι πάν-

D In hac tanta difficultate rerum cogitabat imperator vocare postridie omnes in concionem. Sollicitus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] κυμαινόμενοι. [84] Καυμένον.

ea res habuit cognatos consanguineosque ejus ac cæteros ei ex animo studentes. Ii acres alioqui ac fortes viri, ut erant magno impulsi metu, ne videlicet congregati prævalente numero conjurati furorem in aliquem erumperent, consilio inter se habito, de quo celatum imperatorem voluerunt, ejus intempestivæ, ut putabant, clementiæ diffisi, decreverunt sermndam in vulgus famam quæ pro certo affirmaret excæcatum jam esse Diogenem. Valiturum id putabant in eam partem, ut si qui periclitari pro Diogene quamdiu is in spe foret **263** imperii adipiscendi, parati essent, sustinerent impetum mentemque mutarent ubi constitisset, inutilem jam illum imperio factum anissione oculorum. Nec rumor hic solum fuit; nam, ut postea dicemus, in rem sermo processit. Inde ubi postridianus sol supra finitorem serenus effulsit, quicunque alieni a conjuratione Diogenis erant, tum prætoriani milites, primi magno motu ac studio ad Augustale confluunt, hi ensibus accincti, hi hastis armati, alii magnæ molis ferreas rhomphæas suspensas ex humeris habentes: omnes continua utrimque disposili serie, solium imperatoris in formam semicirculi sunt complexi, non ad honorem magis quam ad præsidium imperatoris. Iram haud dubiam reique gerendæ paratum impetum vultibus universi præferebant, ac si non mucrones, certe animos cote quadam indignationis irritatæ acuebant. Proxime Augusti sedem ac corpus ordine utrimque in armis astitit flos ipse nobilitatis, quotquot imperatorem cognationis, sanguinis, aut affinitatis necessitudine contingebant: longius prætoriani ac milites cæteri dextra lævaque producebant terrificam seriem. Tum Augustus in solio apparuit, non regie magis quam militariter indutus. Suggestum non in magnam altitudinem evectum. Princeps non procerus corpore, insuper animi modestia fastuosam sublimitatem non affectabat. Substrata tamen auro sedes fuit, quam et superne imminens ex auro item umbella decorabat. Caput imperatoris corona tectum erat superne clausa, facies solito ardentior contentione ipsa negotii ac periculi præsentis innatum ruborem in intensiorem saturante purpuram. In uno defixi oculi, altius quiddam attentiusque cogitantis speciem edebant: multorumque quasi conflictu internorum sensuum æstuantis animi, facies et obtutus indicia monstrabat. Concurrebant cuncti pariter conterriti, imo consternati ac tantum non exanimati metu, quippe quos partim velut infixum vitalibus telum quovis aculeo acrius pungeret cogitatæ defectionis conscientia, partim sollicitas haberet status rerum præsens, ne qua in ipsos suspicio criminis aspergeretur. In his curis muti omnes vestibulo astabant augustalis, in portæ custodem oculis intentis. Erat is Taticius vir strenuus et prudens; cui cum nictu oculi annuisset imperator

A τας καὶ τὸ δοκοῦν αυτῷ διαπράξασθαι, ὁπόσοι εἰς τὸν αὐτοκράτορα πόθον ἐγκάρδιον ἔτρεφον, τῶν τε ἐξ αἵματος καὶ ἀγχιστείας αὐτῷ προσηκόντων, καὶ ὁπόσοι πατρῷα [85] θεράποντες τότε παρῆσαν. Ὀβριμοεργοὶ καὶ ταχεῖς μὲν συνιδεῖν τὸ μέλλον, ἀγχίνοοι [86] δὲ τὸ συνοῖσον ἐν ἀσκέπτῳ καταπράξασθαι χρόνῳ, δεδιότες μήπως τῇ μετ' αὐτὴν τοῦ πλήθους συῤῥεύσαντος ἐφορμήσαντές τινες διαμελίσωσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου πολλάκις ξίφη ὑπὸ τὰ ἄμφια φέροντες, ὥσπερ ποτὲ ἐκεῖνος ὁ σφαιρίζοντι τούτῳ ἐν σχήματι προσαίτου προελθὼν (τὸ δὲ οὐκ ἄλλην εἶχε τὴν θεραπείαν ἢ τὸ τὰς πρὸς τὸν Διογένην ἁπάντων περιελεῖν ἐλπίδας, τὴν τῶν τούτου ὀμμάτων ὡς ἐν παραβύστῳ διαφημισάντων ἐκτύφλωσιν), μεταπεμψάμενοί τινας διαπέμπονται B τοὺς τοῦτο πρὸς πάντας διακηρυκεύσοντας ἐν ἀποῤῥήτοις, κἂν μηδ' εἰς νοῦν οὔπω τοῦτο τοῦ αὐτοκράτορος ὅλως ἀνῄει. Ὁ δὲ λόγος οὗτος κἂν ψιλὸς τότ' ἦν, εἰς ἔργον ὅμως προὐβέβηκε [87], καθὼς ὁ λόγος κατωτέρω διατρανώσειεν [88]. Ἐπὰν δὲ ὁ ἥλιος τοῦ ὁρίζοντος ὑπερκύψας λαμπρὸς ἀνέθορεν, ὁπόσοι τῶν περὶ τὸν αὐτοκράτορα μὴ τῆς τοῦ Διογένους λύμης μετειλήχασι, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ πάλαι τῶν βασιλικῶν σωμάτων τεταγμένοι φύλακες πρῶτοι πρὸς τὴν βασιλικὴν ἐχώρουν σκηνήν, οἱ μὲν ξίφη περιεζωσμένοι, οἱ δὲ δόρατα [89] φέροντες, οἱ δὲ τὰς βαρυσιδήρους ῥομφαίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, ἐκ διαστήματός τινος τοῦ βασιλικοῦ θρόνου εἰς μηνοειδὲς σχῆμα ἑαυτοὺς ἰλαδὸν καταστήσαντες, καὶ οἷον C ἐναγκαλισάμενοι τὸν αὐτοκράτορα θυμῷ στρατηγούμενοι πάντες καὶ θήγοντες, κἂν μὴ τὰ ξίφη, ἀλλὰ τὰς καρδίας. Ὅσον δὲ [90] συγγενὲς ἐξ αἵματός τε καὶ ἀγχιστείας τούτῳ [91] προσῆκον ἀγχοῦ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐφ' ἑκάτερα ἵσταντο. Δεξιόθεν δὲ καὶ ἐξ εὐωνύμων ἕτεροι καθίσταντο ὑπασπισταί. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ θώκου φοβερὸς προὐκάθητο, οὐ βασιλικῶς ἐσταλμένος μᾶλλον ἢ στρατιωτικῶς, οὐδὲ [92] πολὺ μετέωρος ὁποῖα τὰ ἐκείνου μὴ ἐπηρμένα. Χρυσὸς δὲ ὅμως τὸν θρόνον ὑπήλειφεν, ὑπερανεστήκει τε τὴν κεφαλήν. Συνέσταλτο δὲ τούτου τὸ ἐπισκύνιον, τὴν δὲ παρειὰν ἐπιπλέον τότε ὁ ἀγὼν κατεφοίνισσε, τὰ δὲ ὄμματα πεπηγότα ἐπὶ συννοίας καὶ πλήρη ἐνθυμημάτων ὑπεμαίνοντα [93] τὴν ψυχήν. Συνέθεον δὲ D ἅπαντες ὁμοῦ πεφοβημένοι, καὶ τὰς ψυχὰς μικροῦ ἐς ἀέρα ὑπὸ ἐξερεύξασθαι φόβου [94] ἐκβιαζόμενοι [95], τῶν μὲν ὀξύτερον βέλους ὑπὸ τῆς σφῶν συνειδήσεως κεντουμένων, τῶν δὲ τὴν καινὴν ὑποψίαν δεδιότων. Φωνὴ δέ τις παρ' οὐδενὸς ἐξηκούετο, ἀλλ' ἀτενὲς πρὸς τὸν ἐφεστηκότα τῇ πύλῃ τῆς σκηνῆς ἀπονεύοντες ἐπτοημένοι εἱστήκεσαν. Ἀνὴρ δὲ οὗτος καὶ εἰπεῖν συνετὸς καὶ καταπράξασθαι δυνατὸς, Τατίκιος τούτῳ τὸ ὄνομα. Τούτῳ ὁ βασιλεὺς ἐνατενίσας, δοῦναι τοῖς ἔξωθεν [96] τὴν εἴσοδον διὰ τοῦ βλέμματος ἐνέφηνεν. Ὁ δὲ παραχρῆμα τῆς εἰσόδου τούτοις παραχωρεῖ. Ὁ [97] δὲ καίπερ δεδιότες,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[85] πρώην οἱ. [86] ἀγχίνοες. [87] προβέβηκε. [88] τρανώσειεν. [89] δῶρα. [90] Deest vocula δὲ. [91] αὐτῷ. [92] μηδὲ. [93] ὑπεμφαίνοντα. [94] ὑπὸ φόβου ἐξερεύξασθαι. [95] βιαζόμενοι. [96] ἔξω. [97] οἱ.

ἀλλ' ὅμως εἰσῄεσαν τετραμμένοι τε τὰς ὄψεις καὶ A βραδεῖ ποσὶ [98] στείχοντες. Κατὰ στοίχους δὲ τὴν στάσιν λαχόντες ἐκαροδόκουν τὸ μέλλον, ἕκαστος δεδιὼς ὡς τὸν περὶ ψυχῆς λοίσθιον δρόμον δραμούμενος. Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἐθάῤῥει παντάπασι (κατ' ἄνθρωπον λέγω, εἰ μὴ ὅσον εἰς Θεὸν ἀναφέρων τὸ πᾶν), δεδιὼς τὸ σύμμικτον τῶν παρεστώτων, μὴ ἄλλο τι ὀξὺ καὶ δεινὸν κατ' αὐτοῦ μελετήσαιεν. Στεῤῥοτέροις [99] δὲ λογισμοῖς ἑαυτὸν ἑδράσας, καὶ ἅπαξ τοῖς ἀγῶσιν ἐγκαταστὰς, τῆς πρὸς αὐτοὺς δημηγορίας ἤρχετο· οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἰχθύων ἀφωνότεροι εἱστήκεσαν, καθαπερεὶ τὰς γλώττας ἐγκεκομμένοι· *Οἴδατε*, λέγων, *ὡς οὐδὲν δεινὸν παρ' ἐμοῦ ὁ Διογένης ἐπεπόνθει ποτέ. Οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ταυτηνὶ τῆς βασιλείας ἐκ τοῦ πατρὸς* B *αὐτοῦ ἀφειλόμην ἐγὼ, ἀλλ' ἕτερος, οὐδέ τι δεινὸν ἢ λυπηρὸν τὸ παράπαν εἰς αὐτὸν πέπραχα. Καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἐμὲ Θεοῦ πάντως νεύσει μεταβιβασθείσης, οὐ μόνον αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Λέοντα ἐπὶ ταὐτοῦ διεφύλαξα, ἀλλ' ὡς οἰκείους παῖδας καὶ ἐπόθησα καὶ ἐχρησάμην. Τὸν δὲ Νικηφόρον καὶ πολλάκις κατ' ἐμοῦ βουλευόμενον φωράσας τοσαυτάκις συμπαθείας ἠξίωσα. Καὶ μηδὲ πάλιν διορθούμενον ἠνειχόμην ἐπικρύπτειν τὰ πολλὰ τῶν αὐτοῦ μηνιμάτων, κατανοῶν τὴν τῶν ἁπάντων πρὸς αὐτοὺς δυσμένειαν, κἂν μηδὲν τῶν παρ' ἐμοῦ εἰς αὐτὸν γενομένων ἀγαθῶν τὸ δολερὸν τῆς αὐτοῦ γνώμης ἠλλοίωσεν. Ἀλλ' αὐτὸς ἀντὶ πάντων θάνατόν μοι ἐπεψηφίσατο.* Ἐπεβόησαν δ' ἐπὶ τούτοις C ἅπαντες ὡς οὐ βούλοιντ' ἂν ἕτερον προεστηκότα ἐν βασιλείῳ ἰδεῖν σχήματι, οὐ τοῦτο οἱ πλείους βουλόμενοι, ἀλλ' ἦσαν θῶπες αὐτῶν οἱ λόγοι, τὸν ὑπόγυιον διαδρᾶναι κίνδυνον ἐντεῦθεν μηχανώμενοι. Ὁ δὲ βασιλεὺς προαρπάσας τὸν καιρὸν, συμπαθείας κοινῆς τοὺς πλείονας ἠξίου, ὡς τῶν αἰτίων τῆς βουλῆς ὑπερορίαν πρότερον κατακριθέντων. Ἐπὶ τούτου θροῦς ἦρτο πολὺς, οἷον οὐδεὶς [1] τῶν τότε παρόντων εἰς ἔτι καὶ νῦν τῶν ὄντων [2] ὡς λέγουσιν ἐντὸς εἰσεδέξατο, τῶν μὲν ἐπαινούντων τὸν βασιλέα καὶ θαυμαζόντων τῆς ἀνεξικακίας καὶ πρᾳότητος, τῶν δὲ τοὺς ὑπερορίους διασυρόντων καὶ θανάτου ἀξίους εἶναι διενισταμένων, ὁποῖα τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ὃν γὰρ τὴν σήμερον μακαρισμοῦ [3] ἀξιοῦσι, προπέμπουσί D τε καὶ διὰ τιμῆς ἄγουσιν, ἐπὰν περιτραπέντα τούτῳ τοῦ βίου τὸν κύβον θεάσοιντο, πᾶν τοὐναντίον εἰς αὐτὸν ἐνδεικνύμενοι οὐκ αἰσχύνονται. Ὁ δὲ βασιλεὺς νεύματι τούτους κατασιγάσας, αὖθις ἔφη· *Οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι οὐδὲ συγχεῖν τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν. Ἔγωγε γὰρ, καθὼς ἔφην, ἅπαντας συμπαθείας ἀξιώσας, πάλιν ὁποῖος τὰ πρότερα πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι.* Ἐν ᾧ δὲ τούτους συμπαθείας ὁ βασιλεὺς ἠξίου, ἄτερ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἀποστείλαντες οἱ τὴν βουλὴν ἐκείνην [4] βουλευσάμενοι τῶν ὀμμάτων τὸν Διογένην ἐστέρησαν. Ταῦτα τούτῳ καὶ κατὰ τοῦ Κεκαυμένου Καταχαλῶν [5] ὡς

A ut intro admitteret eos qui foris exspectabant, fores continuo ille pandit. Subiere illi, non dissimulata tamen formidine, quam in ipso ingressu testabantur anxio circumductu oculorum et passu cunctabundo; mox stantes continua serie locis assignatis exspectabant quid futurum esset, ita omnes suspensi turbatique tanquam de capite atque anima periclitarentur. Nec vero imperator ipse plane securus erat (secundum hominem dico, et seclusa fiducia qua in Deo acquiescere solebat); merito enim verebatur a mista ex omni genere multitudine astantium, ne quid gravis audacisque facinoris **264** subito attentaretur contra ipsum. Tamen cum se obfirmasset, parata in eventum omnem consilii constantia, verba facere hunc in modum cœpit, universis circa, B plane ut si pisces essent aut linguis carerent, silentio astantibus: *Testes vos habeo nulla unquam in re læsum esse a me Diogenem. Non ego patri ejus imperium extorsi; alterum ista querela petit; nihil in eum iniquum molestumve unquam consului fecive. Quin etiam imperio, Dei plane nutu, ad me translato, non modo ipsum et Leonem fratrem ejus in statu ac gradu honoris proprio servavi, sed eos præcipuo favore familiaritateque, imo paterna charitate complexus sum, velut si essent a me geniti. Atque hunc privatim Nicephorum quod attinet, eum sæpe in ipso insidiosæ necis inferendæ mihi conatu nefario manifeste deprehendi, et venia toties prosecutus sum; ac cum parum ex illa mea indulgentia proficere* C *ipsum ad correctionem sui cernerem, sustinui tamen in occulto habere quæ sciebam ab eo ingrate scelerateque adversum me suscepta; id providens ne illa licet justa rerum verarum promulgatio invidiam communem omnium in istam familiam nova odii accessione accenderet. Nihil horum tamen tot et talium a me in eum benevole liberaliterque profectorum malignum ejus subdolumque delinire ac vertere animum potuit, quo minus pro hisce omnibus beneficiis necem mihi crudelem rependere conaretur.* Tollitur ad hanc vocem clamor ingens omnium. *Absit hoc vero; nolumus alium præter te principem.* Fucus hic erat plerorumque nihil minus cupientium: at ex usu fuit præsens periculum, et pœnam quam metuebant D sceleris concepti, acclamatione mendacis verbi lucrifacere conari. Tamen imperator utcunque id sentiens, arrepto tempore, gratiam se facere criminis istius plerisque cæteris ejus affinibus edicit: abunde sibi videri pœnarum significans, quod jam exsilio damnati principes conjurationis essent. Hic vero tumultus ingens oritur et murmur quantum nullius unquam commotæ concionis audivisse se quisquam meminisset: aliis imperatoris clementiam, patientiam, benignitatem mirantibus, aliis in exsules probra congerentibus, et morte illos quavis dignissimos affirmantibus. En cujusmodi sunt homines! Quem hodie beatum prædicant, cui pompam

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[98] ποδί. [99] στεῤῥότερον. [1] οὐδείς πω. [2] ὤτων (sic). [3] μακαρισμῶν. [4] ἐκείνου. [5] καταχαλών.

faciunt, quem omni honore ac veneratione prosequuntur, cras si favere fortuna desierit, si tali jactus e prono in supinum migrans fatale punctum ediderit, impetere acerbitate omni parati, miseriæque insultare prostrati, nullo pudore prohibente quominus professis odiis eumdem insectentur cui paulo ante studiis effusis applauserant. Imperator nutu ac manu audientia indicta : *Tumultuari quorsum*, inquiebat, *attinet, nostræque orationi clamoribus intempestivis obstrepere? Pax sit rebus. Audite quod superest. Cæteros, inquam, omnes, præter eos quos dixi crimine omni ac pœnæ metu solvo, solutos volo, securos esse jubeo, futurus deinceps vobis pariter universis et singulis qualis prius fui.* Quo die venia hæc promulgata in hunc modum est (lux erat principum apostolorum memoriæ sacrata), quidam quibus imperatoris lenitas nimia videbatur collato **265** consilio certum hominem mittunt qui tum Diogeni tum conscio ac participi consiliorum ejus omnium Catacaloni Cecaumeno, erueret oculos. Ita quidem id contigisse fama jam tunc in hunc diem emanavit. An autem id nequaquam isti auctoritate propria perficere ausi Augustum adiverint, periculoque ac rei necessitate demonstratis consensum in id quod decreverant ejus expresserint, Deus videlicet sciverit : ego de eo quidem comperti nihil habeo quod tradam.

A τῆς αὐτοῦ βουλῆς κεκοινωνηκότα τῷ Διογένει κατεψηφίσαντο. Ἡμέρα δὲ ἦν ἐν ᾗ ἡ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων μνήμη ἐτελεῖτο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔκτοτε καὶ μέχρι σήμερον λογοποιεῖται. Εἰ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ τούτου παρ' αὐτῶν εἰσηγηθεὶς ἐνδέδωκεν, ἢ καὶ τὸ πᾶν τῆς ἐκείνου γνώμης ἦν, Θεὸς ἂν εἰδείη· ἔγωγε τέως οὐ πάνυ τι γινώσκειν ἔχω βεβαίως.

Tali modo a Diogene insidiæ structæ erant imperatori, quibus manifesto numine Providentiæ divinæ mirabiliter expeditus, nihilo remissiore animo aut impetu cœptum iter negotiumque exsequi perrexit, recta movens in Dalmatiam ; quem ubi Bolcanus primum advenisse Lipenium audivit, deinde cominus admoventem ipse spectavit, atque adversus illam Romanæ aciei formidabilem structuram, illum phalangis contextum, et cæteram imperatorii exercitus speciem apparatumque, haudquaquam se parem sensit, missis statim legatis de pace tractare instituit, sancte pollicens se et promissos obsides exhibiturum sine mora, et ab omni deinceps adversus rem Romanam injuria temperaturum. Accepit perlibenter Barbari legationem imperator, non quod non haberet ac probaret asperuandi causas, sed expertus abunde tædium civilis belli (civile hic dicimus, quod licet non inter unius reipublicæ cives, attamen inter ejusdem fidei ac religionis participes geritur. Qua ratione bellum tam prius cum Northmanis gestum, quam nunc imminens cum Dalmatis, civile dici

B Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τοῦ Διογένους συμπεσόντα τῷ αὐτοκράτορι, παραδόξως τῆς ἀμάχου τοῦ Ὑψίστου χειρὸς ῥυσαμένης τοῦτον ἐξ ὑπογυίου κινδύνου. Αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν τῶν συμπιπτόντων ἐμαλακίζετο, ἀλλὰ καὶ ὡς κατευθὺ Δαλματίας ἤλαυνε. Μεμαθηκὼς δὲ ὁ Βολκάνος τὴν εἰς τὸ Λιπένιον τοῦ αὐτοκράτορος ἔλευσιν καὶ ἐπικαταλαβόντα τοῦτον θεασάμενος, καὶ πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς παρατάξεις καὶ τὸν συνασπισμὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν στρατηγικὴν πανοπλίαν μηδ' ἀντωπῆσαι δυνάμενος, ἀποστείλας παραχρῆμα τὰ περὶ εἰρήνης ἠρώτα, ὑπισχνούμενος ἅμα καὶ αὐτοὺς τοὺς προϋπεσχεθέντας [6] ὁμήρους ἀποστεῖλαι καὶ μηδέν τι δεινὸν τοῦ λοιποῦ διαπράξασθαι. Δέχεται τοίνυν τὸν Βάρβαρον ἀσμένως ὁ αὐτοκράτωρ, ἀκηδιῶν οἷον καὶ ἀποστρεφόμενος τὴν C ἐμφύλιον [7] μάχην· κἂν γὰρ Δαλμάται ἦσαν, ἀλλ' ὅμως Χριστιανοί. Ἐκεῖνος δ' εὐθὺς τεθαῤῥηκὼς προσεληλύθει συνεπαγόμενος τούς τε συγγενεῖς καὶ ἐκκρίτους τῶν Ζουπάνων (83)· καὶ προθύμως ὁμήρους τοὺς αὐτοῦ ἀνεψιαδεῖς τῷ αὐτοκράτορι παραδέδωκε, τόν τε Οὔρεσιν (84) καλούμενον καὶ Στέ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[6] προϋπεσχημένους. [7] Deest vox τὴν ἐμφύλιον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) *Ζουπάνων*. Ita appellabant Servii et Dalmatæ regionum præfectos, seu qui proximam a rege potestatem habebant, inquit Cinnamus, voce Nicetæ nota in Isaacio, lib. III, n. 4. Porphyrogenito, *De adm. imp.* cap. 29, et eidem Cinnamo, lib. III et V; *zupani* dicuntur Gotefrido monach. S. Pantal. an 1285, et 1290; *suppani* Willelmo Tyrio, lib. XII, cap. 4, Nec scio iidemne qui *supparii* apud Polonos, de quibus Cromerus in Polon. et Chopinus in LL. Polon. ad calcem lib. III *De domanio*. Auctor incertus *Historiæ Dalmaticæ*, quem a natalium sede Diocleatem vulgo indigitant, Banorum et Giupanorum institutionem tribuit Suetopeleco primo Dalmatiæ regi Christiano, qui in concilio Dalmatico coacto, ut ait, sub Stephano PP. provincias, episcopatus, et archiepiscopatus regni sui divisit, *et in ciascuna di queste provincie instituì li bani, overo duchi, fece etiandio giupani, cioe conti*. Banorum dignitatis mentio occurrit apud Porphyrog. *De adm. imp.* cap. 30 et 31, qui vocem expressit per Βοάνος, quod moneo, quia a *Meursio non* intellecta. Μπάνου; vocat non semel Cinnamus. At qui Banis et Zupanis supremo jure imperabant, *magni jupani*, et *megajupani* dicuntur Innocentio III PP. lib. I et II Epist. in actis ejusdem, et Thomæ archidiac. in *Hist. Salonit*. cap. 26, D et ἀρχιζούπανοι Nicetæ in Man. lib. II, n. 7, apud quem **348** frustra vir doctissimus in Gloss. *protovestiarium* vertit, vana et falsa Meursii sententia delusus, qui *zupanos* putavit appellatos præfectos vestiario, quia ζοῦπα apud Achmetem est chlamys, seu penula. Sed hic, ζοῦπα, est pura vox Gallica, *jupe*, *jupon*, sagum militare. Sanutus, lib. II, part. IV, cap. 8 : *Est necessarium quod quilibet homo armatæ prædictæ habeat zuppam unam aptam et dextram protinus ad ferendum*. *Zupa* vero, unde deducta vox *zupanus*, aut *zupania*, populum Slavis sonat, vel regionem a populo cultam ; atque hinc *zupanus* dux regionis, ut auctor est Joan. Lucius, lib. I *Hist. Dalm.* cap. 13.

(84) *Οὔρεσιν*. Uresis et Stephani nomina Servianis et Toparchis familiaria posthæc fuisse, advertere est passim ex Cantacuzeno et Orbino.

φανον τὸν Βολκάνον [8], καὶ ἑτέρους τὸν εἴκοσι ἀριθμὸν A ἀποπληροῦντας. Οὐ γὰρ ἐνὸν ἦν αὐτῷ ἄλλως πως τοῦ λοιποῦ διατεθήσεσθαι.

Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, ὁπόσα διὰ μάχης καὶ σιδήρου ἀνύεσθαι πέφυκεν εἰρηνικῶς διαλύσας, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέστρεψεν [9]. Τοῦ μέντοι Διογένους ἐκήδετο πάνυ, καὶ δακρύων ἑωρᾶτο, καὶ βύθιον στένων δι' αὐτὸν ἐξηκούετο. Πολλήν τε τὴν περὶ αὐτὸν φιλοφροσύνην ἐπεδείκνυτο, καὶ ἀνακτᾶσθαι τοῦτον ἔσπευδε, καὶ τοῖς πλείοσι τῶν ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθέν- B των αὖθις τοῦτον ἀποκατέστησεν. Αὐτὸς δὲ κατακώχιμος ὑπὸ τῆς λύπης ὤν, καὶ τὴν ἐν μεγαλοπόλει διατριβὴν ἀποστρεφόμενος, τοῖς ἰδίοις ἀγροῖς ἐμφιλοχωρῶν ἦν, ταῖς τῶν παλαιῶν προσανέχων διόλου βίβλοις, ἄλλων ὑπαναγινωσκόντων αὐτῷ. Στερούμενος γὰρ φωτὸς ἑτέρων ἐχρᾶτο πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν [10]. Ἀνὴρ δὲ οὗτος τοσοῦτος τὴν φύσιν ὡς καὶ μὴ ὁρῶντα τοῖς ὁρῶσι δυστέκμαρτα ῥᾳδίως καταλαμβάνειν. Πᾶσαν μὲν δὴ ἔκτοτε παιδείαν διελθὼν, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν περίκλυτον γεωμετρίαν τὸ καινότατον φιλοσόφων τινὶ ἐντυχὼν διὰ στερεῶν τούτῳ τὰ σχήματα παρέχειν ἐπέταττεν· ὁ δὲ τῇ τῶν χειρῶν ψηλαφήσει ἁπάντων [11] τῶν τῆς γεωμετρίας θεωρημάτων τε καὶ σχημάτων ἔσχε κατάληψιν, καθάπερ C ἐκεῖνος ὁ Δίδυμος ὃς δι' ὀξύτητα νοῦ καὶ ἄνευ ὀμμάτων μουσικῆς καὶ γεωμετρίας εἰς ἄκρον ἐλήλυθεν, εἰ καὶ μετὰ τὴν γνῶσιν τούτων εἰς αἵρεσιν ἄτοπον συνηλάθη τὸν νοῦν, ἐκτυφλωθεὶς ὑπὸ κενοδοξίας καθάπερ ὑπὸ πάθους τὰ ὄμματα. Θαυμάζει μὲν οὖν ἅπας ταῦτα ἀκούων. Ἐγὼ δὲ καὶ τεθέαμαι τὸν ἄνδρα καὶ τεθαύμακα καὶ περὶ τοιούτων λαλοῦντος ἀκήκοα· μηδ' αὐτὴ δὲ τῶν τοιούτων παντάπασιν ἀμελέτητος οὖσα ἐπεγίνωσκον τοῦτον ἀκριβῆ τῶν θεωρημάτων γνῶσιν ἔχοντα. Εἰ δὲ καὶ περὶ λόγους ἠσχόλητο τῆς παλαιᾶς, ὅμως κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος οὐκ ἀφίστατο μήνιδος, ἀλλὰ τὸν τῆς τυραννίδος λογισμὸν ὑποτυφόμενον εἶχε διόλου. Καὶ μέντοι καὶ τισιν αὖθις τοῦ ἀποῤῥήτου τούτου κεκοινώνηκε λογισμοῦ, ἀφ' ὧν εἷς τις τὰ βεβουλευμένα προσελθὼν D προσαγγέλλει τῷ αὐτοκράτορι· μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Διογένην ἐπυνθάνετο περὶ ὧν τε βεβούλευται καὶ περὶ τῶν τῆς βουλῆς αὐτῷ κεκοινωνηκότων. Καὶ ὃς πάντα θᾶττον ἀνομολογήσας παραχρῆμα συμπαθείας ἠξίωτο.

poterat : quod ambo illi populi, licet a potestate Romana liberi, Christiani tamen erant); civilis, inquam, belli pertæsus Augustus quamlibet pacem ei præoptavit. Quo Bolcanus cognito statim magna fiducia se ad eum confert, secum ducens tum cognatos suos, tum præcipuos magnatum et magistratuum gentis, quos certo insigni honorariæ vestis discretos a cæteris Zupanos vocare solent. Mox bona fide obsides repræsentavit Augustoque tradidit consobrinorum suorum filios, unum Uresin dictum, alterum Stephanum Bolcanum, cum his alios ad viginti. Facere id illum coegit magnum discrimen rerum suarum quibus alia tum ratione consulere non poterat.

At imperator quæ ferro ac præliis vix tandem conficeret, pacifica tractatione consecutus, in urbem gratulans rediit : ne tum quidem sui Diogenis oblivisci valens aut ejus amorem utcumque de se meriti deponere. Videre illum multi cum miseriis ejus daret lacrymas; multi audivere suspiria ex alto trahentem ad memoriam et sensum calamitatis in quam ille merens licet ac sua magna culpa inciderat. Nec inutili commiseratione contentus multa illi documenta atque effecta veræ benevolentiæ exhibuit; nam et consolari ac recreare ipsum in malis suis conatus est : et cum esset justissime multatus bonis, plerasque ablatarum ipsi rerum ultro restituit. Cæterum Diogenes in cladis suæ sensu ac dolore ingenti, tristitia se involvens fortunæ talis propria, urbanam commorationem aversatus **266** in villis plerumque suis erat, lectioni fere librorum veterum attentus, quos alienis oculis, cum ipse propriis careret, prælegi sibi pene assidue curabat. Atque hic vir quanto fuerit ingenio vel ex hoc licet conjicere, quod cæcus licet ea facile intelligeret, quæ integris atque acribus præditi oculis vix omnibus sensibus connixi caperent. Itaque in hoc calamitoso secessu disciplinarum elegantium orbem totum percurrit, in ipsaque adeo illa inclyta geometria cujus figuræ ac lineæ præcipuum requirunt usum luminum, operam mirifice navavit, usus ad hoc institutione philosophi nescio cujus ei casu oblati, quem sibi jussit ex solida materia figuras efformare, quas alii magistri ejus scientiæ delineant, spectandas in tabulis, successu plane stupendo mirabilis incepti. Nam quæ studiosi geometriæ attenta inspectione linearum et figurarum assequuntur theoremata doctrinæ istius, eadem iste cæcus, digitis vicem oculorum supplentibus, contrectandis iis quas dixi figuris solidis, omnique ex parte palpandis nihilo certius comprehendebat. Haud scio an multum hac in parte inferior illo Didymo quem ferunt oculis captum perspicacia quadam inusitata mentis musicam et geometriam ad perfectum didicisse. Quanquam ille miser his scientiæ opibus refertam mentem in absurdam deinde hæresim allisit, infelicius excæcante superbia luce animi orbatus, quam prius calamitate fortunæ lumen oculorum amiserat. Scio mira visum iri quæ hic refero de Diogene. Licebit tamen mihi credere auritæ oculatæque testi; nam et spectavi ego mirataque coram sum cæcum hunc geometram, et specimen non vulgaris in eo genere peritiæ his auribus cepi eruditis ipsius de tota istius disciplinæ ratione disputationibus audiendis : neque vero inidonea fui quæ judicarem de talibus, et ipsa in isto pulvere versata. Porro utcunque calamitatem solari litteris Diogenes videbatur,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[8] Βελκάνον. [9] ἐπανέστρεψεν. [10] ἀνάγνωσιν ὄργασιν. [11] ἁπάντων.

alebat tamen adhuc crudum iræ atque ambitionis vulnus, imperiique usurpationem (quod mirabile sit) et ultionem de imperatore repetendam, non modo versabat cæcus animo, et quasi favillas flammæ veteris sub illo casus sui velut cinere vivas adhuc fumigabundasque fovebat, sed etiam usque in sermonem conatumque protulit, tentare quorumdam fidem ausus, et novæ conjurationis socios parare. Delata res est ad imperatorem ab eorum aliquo quibuscum ea de re verba Diogenes fecerat. Accersitus post hoc indicium reus, crimen ultro fassus iterum est consciosque ac consilii seriem prodidit omnem, sicque statim ab Augusto iterata venia impertitus est.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ Ι'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER X.

267 ARGUMENTUM.

Nili et Blachernitæ hæreses Alexii Augusti cura oppressæ. Pseudo-Diogenis impostura. Bellum Comanicum ejus instigatione inchoatum, ejusdem excæcatione et Comanorum clade patratum. Expeditiones sacræ Gallorum contra Turcos et quid earum occasione imperator Alexius egerit.

PERIOCHE.

Nili ortus, dotes, studia, celebritas, hæresis, contumacia, conjunctio cum ipso Armenorum, damnatio in synodo, item ut Blachernitæ. Pseudo-Diogenis impostura et rebellio. Unde is ortus. Quibus naturæ ac malitiæ partibus instructus. Chersonam relegatur. Fugit ad Comanos. Imperator ab eis acclamatur. Ii expeditionem clam parant. Imperator se contra instruit, limitem munit, Dei voluntatem exquirit. Comani Danubium trajiciunt. Adrianopoleos periculum et præmunitio. 268 Geloe multæque urbes aliæ Barbaris se dedunt. Res gesta apud Anchialum. Vana fiducia et jactantia Pseudo-Diogenis. Oppugnatio Adrianopoleos. Bryenii fides constans. Constantinus Catacalo repellitur a Comanis. Virtus ejus filii Nicephori. Ingens eruptio Adrianopolitanorum. Mariani fortitudo. Alacaseus Zopyrum imitatur. Pseudo-Diogenem capit, qui excæcatur. Multiplex imperatoris victoria de Comanis quos cædit et spoliat. Limes Bithyniæ firmatur contra Turcos. Arx dicta ferrea ad Nicomediæ tutelam conditur. Expeditiones sacræ Gallorum unde ortæ. Locustæ Gallicorum exercituum prodromi. Græci a Latinis sibi timent. Petri exercitus occisione occisus a Turcis. Ossa Gallorum exstructa montem faciunt. Ex his urbs ædificatur. Hugonis qui frater erat regis Franciæ naufragium, et deductio ad imperatorem. Comes Provinciæ mari vincitur. Latini sacerdotis cum Mariano pugna pertinax. Tzangræ descriptio. Gotthofredi cum imperatore simultates. Oppugnatio Constantinopoleos, victoria imperatoris de Latinis. Gotthofredus malo domitus juramentum imperatori præstat. Regieque ab illo exceptus discedit. Raulis copiæ pugnantes prospere cum Romanis, circumveniuntur et vincuntur. In terram sanctam mari deportantur. Artes imperatoris in Latinos. Latinorum vicissim in imperatorem. Audacia Latini cujusdam imperatorem contemnentis, increpita a Balduino. Ejusdem jactantia, et modesta imperatoris responsio, prudensque consilium de vitandis insidiis Turcorum. Baimundus relictis post se copiis imperatorem convenit. Mutua utriusque dissimulatio. Suspicio Baimundi de veneno sibi propinando. Prudentia imperatoris, imprudentia Baimundi suos irritantis. Juramentum ejusdem imperatori præstitum. Liberalitas imperatoris in Baimundum. Ejus inconstantia. De astutia Baimundi Romanum imperium invadere cogitantis. Domesticatum Orientis petens eluditur ab Augusto. Qui de ratione belli Turcici copiose, subtiliter, benevole disserit ad Gallos ad eumdem procinctos. Isangeles imperatori percarus. Quas ob causas, ei animum suum imperator aperit. Judicium Isangelis de Baimundo. Imperator cur se Gallis non adjunxerit pugnaturis in Turcos. Pelecanum se confert. Nicæam deditione sibi facta Turcorum ipsorum, non concessione Gallorum obtinere cupit. Ad eam rem utitur Butumitæ opera.

ΑΛΕΞΙΑΣ Ι'.

Ἐπεὶ δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ὥσπερ τι ῥεῦμα κακίας A ὁ Νεῖλος ἐκεῖνος ἐπικλύζων πολὺν τὸν σάλον ταῖς τῶν ἁπάντων ἐνεποίει ψυχαῖς, μετ' οὐ πολὺ τῆς τῶν τοῦ Ἰταλοῦ δογμάτων καθαιρέσεως ἀναφανεὶς καὶ πολλοὺς ταῖς δίναις τῆς αὐτοῦ κακοδοξίας ἐβύθισεν. Ἀνὴρ δὲ οὗτος δεξιὸς μὲν τὴν ἀρετὴν ὑποκρίνασθαι. Οὐκ οἶδα μὲν οὖν [12] ὅθεν. Τέως δ' οὖν τοῦ [13] μεγαλοπόλει ἐφοίτησε, ἐγγωνιάζων Θεῷ μόνῳ δῆθεν καὶ ἑαυτῷ προσανεῖχε διαπαντὸς, ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐνασχολούμενος, ἀμύητος δὲ πάσης Ἑλληνικῆς παιδείας ὢν καὶ μηδὲ καθηγητήν τινα ἐσχηκὼς ἀρχῆθεν τὸν ὑφαπλοῦντα τούτῳ τὸ [14] τῆς θείας Γραφῆς βάθος, ἐνεκεκύφει μὲν τοῖς τῶν ἁγίων συγγράμμασιν, ἄγευστος δὲ πάσης παιδείας λογικῆς ὢν ἐπεπλάνητο περὶ τὸν νοῦν τῶν Γραφῶν. B Οὐκ ἀγεννῆ δέ τινα χορὸν ὑποσυρόμενος [15] ἐν μεγάλαις οἰκίαις εἰσέδυ διδάσκαλος αὐτοχειροτόνητος· τὸ μέν τι διὰ τὴν ἐπιφαινομένην αὐτῷ ἀρετὴν, καὶ τὸ κατεσκληκὸς ἐκεῖνο ἦθος· τὸ δὲ καὶ διὰ τὴν ὑποκεκρυμμένως ἐμφαινομένην αὐτῷ τάχα γνῶσιν. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀγνοήσας μυστηρίου, καὶ μήθ' ὅ τι ἐστὶν ἕνωσις ἁπλῶς συνιέναι δυνάμενος, μήθ' ὅ τι ἐστὶν ὅλως ὑπόστασις εἰδὼς, οὔτε διακεκριμένως [16] *ὑπόστασιν* ἢ *ἕνωσιν* νοεῖν δυνάμενος, μήτ' αὖθις ἡνωμένως καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, μήθ' ὅπως ἐθεώθη τὸ πρόσλημμα παρὰ τῶν ἁγίων διδασκόμενος. Πόῤῥω τοῦ ὄντος ἐξενεχθεὶς, φύσει τοῦτο θεωθῆναι ἐδόξαζεν ἀπατώμενος. Οὐδὲ τοῦτο διέλαθε τὸν αὐτοκράτορα. Ἀλλ' ὡς ᾔσθετο τὰ περὶ τούτου, ὀξύῤῥοπον C ἐπινοεῖ τὴν βοήθειαν, καὶ τὸν ἄνδρα μετακαλεσάμενος, πολλὰ τοῦ θράσους καὶ τῆς ἀμαθίας ἐμέμφετο [17], καὶ πολλὰ τοῦτον ἐλέγξας τήν τε καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ θεανθρώπου Λόγου τρανῶς ἐδίδασκε, καὶ τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον παρίστα, καὶ ὅπως ἐθεώθη τὸ πρόσλημμα μετὰ τῆς ἄνωθεν ἐδίδασκε χάριτος. Ὁ δὲ τῆς ἰδίας ψευδοδοξίας ἀπρὶξ εἴχετο, καὶ πρὸς πᾶσαν κάκωσιν στρέβλαν [18] τε καὶ δεσμὰ καὶ ξεσμοὺς σαρκὸς ἑτοιμότατος ἦν, ἢ ἀποστῆναι τοῦ μὴ θεωθῆναι φύσει διδάσκειν τὸ πρόσλημμα.

269 Interea non longe post condemnationem pravorum dogmatum Itali, cujus superius meminimus, exortus est ejus amentiæ successor, Nilus nomine, homo virtutis simulator callidus : qui cum eluvie quadam malitiæ Ecclesiam inundasset, et omnium animas in præsens periculum adduxit naufragandi circa fidem, et non paucos errorum haustos vorticibus irreparabili mersit interitu. Is nescio unde Constantinopolim profectus tristem illic ac a vulgo segregatam vitam exercuit, Deo videlicet uni, sibique assidue attendens, sacrisque libris volutandis otium absumens. Funditus rudis erat Græcæ omnis eruditionis. In divinas vero Litteras vi quadam irruperat, nemine unquam adhibito qui primos ipsi aditus muniret ad intimam notitiam arcanorum illorum sensuum. Tamen erat multus in lectitandis operibus sanctorum; verum cum disserendi arte nulla, nulla ratiocinandi methodo initiatum ingenium afferret, necessario fiebat ut excluderetur sacris adytis, et toto, quod aiunt, cœlo ab exacta intelligentia divinorum aberraret oraculorum ac dogmatum. Congregavit nihilominus numerum non parvum admiratorum sui : ad quos in magnas ædes convocatos concionabundus prodibat, suis ipse unius suffragiis declaratus doctor : auctoritatem ipsi apud præoccupatos favore animos facile quantumvis conciliante primum egregia specie virtutis, deinde asperitate cultus victusque, squalore ostentata vultus ac vestium, postremo sublucentes ex arcano et imperitorum præstringentes animos eruditionis scintillæ, quasi latentis ex industria, et exuberanti copia modestiæ custodiam frustrantis. Tali ille sui suorumque fiducia in rei maximæ temere definiendæ præcipitem audaciam prolapsus, homo qui nec quid esset *unio*, quid *hypostasis*, nec quomodo ista jungi componique possent in hypostaticam unionem, didicisset unquam, nec qua ratione assumpta natura, divinitatis esset facta particeps, ex commentariis sanctorum, quæ sine intelligendi fructu triverat, percipere potuisset, docere ac profiteri palam cœpit : *Humanitatem Christi, natura fuisse deificatam;* longe in eo quidem ultra veritatis catholicæ gyros evagatus. Hæc nec ignorare nec dissimulare imperator potuit : sed errori viri celebris, quippe lubrico ad sui propagationem malo, ratus occurrendum remedio non lento, istum ipsum pravæ doctrinæ auctorem accersit : objurgataque non perfunctorie audacia imperitiaque ejus, multis deinde qua testimoniis qua rationibus plane convicit pervicacem : eique, si sentire posset, manifeste demonstravit quid esset hypostatica unio Verbi cum humanitate : tum quatenus et qua ratione facta esset communicatio proprietatum inter naturas ambas exposuit; denique humanitatem **270** assumptam, non utique natura propria, sed gratia superna fuisse deificatam copiose docuit, superbo hæretico contumacia se interim involvente sua, et adeo non manus dante

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[12] Deest vocula οὖν. [13] τῇ. [14] τοῦτο. [15] ἐπαγόμενος. [16] διακεχριμμένως. [17] ἐμέμψατο. [18] στρέβλας.

manifestæ veritati, ut se ad vincula, tormenta, mutilationem perferendam corporis, atque ad quodvis incommodum subeundum paratissimum ostenderet potius quam ut sibi extorqueri pateretur id aut sentiendi apud se, aut apud alios prædicandi libertatem, quod profiteri cœperat, nempe *humanitatem Christi natura fuisse deificatam*.

Erant tum Constantinopoli Armeni permulti, quibus ad non orthodoxe sentiendum pronis, novum ad idipsum impetum atque incitamentum admovebat hic Nilus. Inde frequentes collocutiones cum Tigrane illo atque Arsace, qui præ cæteris oratione ac consuetudine Nili ad nefariam prave sentiendi licentiam pertrahebantur. Hic imperator pereuntium animarum interitu commotus, quas plurimas malesanæ doctrinæ impune serpentis contagio corrumpebat: factione prave sentientium eo firmiori facta atque ad nocendum valentiori, quod malas per se seorsim Nili et Armenorum causas in unum implicasset conflassetque corpus præpotentis jam sectæ: cujus tanta vis erat atque auctoritas, ut passim abrogatis traditionibus Patrum veterum, doctrina catholica de unione hypostatica fere ignoraretur, palam vero voce sublata ac libera personaret impium dictum asserentium: *Humanitatem assumptam natura fuisse deificatam*; hæc, inquam, imperator reputanset tempus esse statuens expediendæ opis, si quam afferre posset, ad tantum discrimen, ruente pernicie sistenda, Ecclesiæ proceres unam in synodum convocat, ut collatis consiliis atque sententiis de præsenti rerum statu decernerent. Convenit universus episcoporum cœtus una cum ipso patriarcha Nicolao. Sistitur coram illis Nilus in medio cum Armenis. Edere jubentur de incarnatione Verbi quid sentiant. Tum ille improbus superiora illa quæ retulimus palam asseruit, impudentia profitendi errandi temeritatem adæquante: adeo ut etiam pluribus verbis astruere male prolata conaretur. In sententias ut deinde itum est synodus satis comperta Nili contumacia, ne lues corrupti membri ad sanorum perniciem serperet, perpetuum in ipsum velut damnatæ doctrinæ pertinacem assertorem anathema conclamavit, unionem vero hypostaticam juxta sanctorum traditiones manifestius explicatiusque prædicavit. Post hunc aut potius cum hoc damnatus et Blachernita est, impia et ipse alienaque ab Ecclesia sentiens, quanquam sacerdos erat. Hic consuetudine Enthusiastarum lue contracta, quam in multos alios fallendo propagabat, occultis velut cuniculis in magnas domos se insinuans et impia illic dogmata promulgans, sæpius ab imperatore accersitus, monitus edoctusque fuerat quam erraret vehementer: ad extremum cum a complexu errorum avelli non posset ad Ecclesiam delatus, et ab hujus ipsius synodi Patribus examinatus accurate, ubi obfirma-

A Εἶχε δὲ τότε καὶ πολλοὺς τῶν Ἀρμενίων ἡ μεγαλόπολις, οἷς τῆς ἀσεβείας ὑπέκκαυμα ὁ Νεῖλος ἐκεῖνος ἐγίνετο. Ἐντεῦθεν διαλέξεις [19] τε συχναὶ πρὸς τὸν Τιγράνην ἐκεῖνον καὶ τὸν Ἀρσάκην, οὓς ἐπιπλέον τὰ τοῦ Νείλου δόγματα πρὸς ἀσέβειαν ἠρέθισε. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Τὴν ἀσέβειαν πολλῶν ἐπινεμομένην [20] ψυχὰς ὁρῶν ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ ἀλλήλοις τὰ τοῦ Νείλου καὶ τῶν Ἀρμενίων ἐπιπλεκόμενα, καὶ ἁπανταχῆ τὸ *φύσει θεωθῆναι τὸ πρόσλημμα*, λαμπρᾷ φωνῇ κηρυττόμενον, ἀθετουμένας τε τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων περὶ τούτου γραφὰς καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀγνοουμένην σχεδὸν, στῆσαι τὴν σφόδρα τοῦ κακοῦ ῥύμην βουληθεὶς, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας λογάδας συναγαγὼν, σύνοδον περὶ τούτους γενέσθαι κοινῇ συνεσκέ-B ψαντο [21]. Καὶ παρῆν τηνικαῦτα ἅπαν τὸ τῶν ἀρχιερέων πλήρωμα καὶ αὐτὸς ὁ πατριάρχης Νικόλαος· καὶ ὁ Νεῖλος εἰς τὸ μέσον μετὰ τῶν Ἀρμενίων ἵστατο. Καὶ τὰ τούτου ἀνεκαλύπτοντο δόγματα. Καὶ ὃς λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ταῦτα ἐδίδασκε, καὶ ἰσχυρῶς αὐτῶν διὰ πλειόνων ἀντείχετο. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἡ σύνοδος ἵνα πολλῶν ἀπαλλάξῃ ψυχὰς τῆς διεφθαρμένης αὐτοῦ διδαχῆς, αἰωνίῳ τοῦτον καθυπέβαλεν ἀναθέματι (85), καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν κατὰ τὰς τῶν ἁγίων παραδόσεις ἐμφανέστερον ἀνεκήρυξε. Μετὰ τοῦτον ἢ μᾶλλον εἰπεῖν σὺν τούτῳ καὶ Βλαχερνίτης δεδημοσίευτο, ἀσεβῆ καὶ ἔκφυλα τῆς Ἐκκλησίας φρονῶν, κἂν ἱερωμένος ἦν. Ἐνθουσιασταῖς (86) γὰρ ὁμιλήσας C καὶ τῆς τούτων λύμης μετασχὼν, πολλοὺς δὲ ἐξαπατῶν, καὶ μεγάλας τῶν [22] ἐν τῇ μεγαλοπόλει οἰκίας ὑπορύττων, καὶ παραδιδοὺς τὰ τῆς ἀσεβείας δόγματα, ἐπεὶ πολλὰ πολλάκις μεταπεμπόμενος καὶ διδασκόμενος παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, οὐδ' ὅλως τῆς οἰκείας κακοδοξίας ἀφίστατο, τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῦτον ὁ αὐτοκράτωρ παρέπεμψεν. Οἱ δὲ ἐπὶ πλέον τοῦτον ἐξετάσαντες, ὡς ἀμετάθετον καὶ αὐτοὶ ἐγνώκεσαν, αὐτόν τε αἰωνίῳ ἀναθέματι καὶ τὰ τούτου δόγματα καθυπέβαλλον. Οὕτω μὲν οὖν ὥσπερ τις ἀγαθὸς κυβερνήτης ὁ αὐτοκράτωρ τὰς ἀλλεπαλλήλους τῶν κυμάτων ἐπιδρομὰς ὥσπερ διανηξάμενος, καὶ πολλὴν ἀποκλυσάμενος ἅλμην τῆς οἰκουμένης, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν εὖ διαθέμενος, ἐπ' ἄλλα τὰ πάλιν [23] πε-D λάγη πολέμων καὶ θορύβων ἐπάγεται· ἀεὶ γὰρ ἕτερον ὑφ' ἑτέρου προυσίστατο, καὶ θάλασσα, φασὶν, ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ ποταμὸς κακῶν ἐπὶ ποταμῷ, ὡς μηδ' ἀναπνεῖν ἐᾷν, τὸ [24] τοῦ λόγου, τὸν βασιλέα, μηδ'

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[19] διατάξεις. [20] ἐπινεμομένων. [21] συνεσκέψατο. [22] τάς. [23] Deest vox πάλιν. [24] ἐν αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) *Καθυπέβαλεν ἀναθέματι.* Recitatur Nili Anathematismus ex Ecclesia Græca, die Orthodoxiæ sacro, legiturque in Triodio.

(86) *Ἐνθουσιασταῖς.* Qui et Εὐχῖται, et Βογόμιλοι, de quibus ad lib. xv.

ἐπιμύσαι τὰ βλέφαρα· κἂν ἡμεῖς σταγόνα μικρὰν, εἶπεν ἄν τις εἰκότως, ἐκ τοῦ Ἀδριαντικοῦ πελάγους ἀνιμησάμεθα, ὀλίγα τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πεπραγμένων τῷ βασιλεῖ παραγράψαντες μᾶλλον ἢ γράψαντες. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἀντέσχε πρὸς ἅπαντα κύματά τε καὶ κλύδωνας ἕως τὴν τῆς βασιλείας οὐριοδρομοῦσαν ναῦν εἰς λιμένας ἀκλύστους ὁρμίσειε. Καὶ τίς ἂν ἡ Δημοσθένους ἠχὼ, ἢ ῥοῖζος Πολέμωνος, ἢ Ὁμηρικαὶ πᾶσαι Μοῦσαι τὰ ἐκείνῳ κατωρθωμένα πρὸς ἀξίαν ὑμνήσειαν; Ἐγὼ δ' ἂν φαίην οὐδ' ἂν αὐτὸς Πλάτων, οὐδ' ἂν ξύμπασα στοὰ καὶ Ἀκαδημία εἰς ταὐτὸν συνεληλυθυῖαι, προσῆκον τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐφιλοσόφησαν· μήπω γὰρ παυσαμένων [25] τῶν χειμώνων ἐκείνων καὶ τῶν πολυπλόκων πολέμων μηδὲ τοῦ κλύδωνος ἀφυβρίσαντος [26], ἕτερος χειμὼν οὐδενὸς τῶν εἰρημένων ἐλάττων αὐτῷ [27] ἐπεγείρεται.

tus in contumacia deprehensus ab iis est, tam **271** ipse quam ejus dogmata perpetuo sunt pariter anathemati subjecta. Ita imperator, ut gubernator bonus, crebros eluctatus incursus contra ruentium undarum, et æstuantis mundi vastis fluctibus emensis, ecclesiasticis insuper rebus recte constitutis in alia jam ex aliis bellorum ac tumultuum discrimina vocatur: vir eo natus fato ut ne respirandi quidem unquam, aut quod aiunt, connivendi spatium haberet. Adeo illius virtutem quasi firmam navem exercebant semper alii super alios affluentes malorum amnes periculorum verticibus minaces; vel potius sine portu ac littore in immensum vasta sævisque procellis infesta maria. Quæ ego utcunque rerum Alexii Augusti professa narrationem, non utique omnia in hunc veluti angustum operis mei alveum corrivare sperem posse. Quin ultro fateor hæc quæ ad specimen ac memoriam excerpuntur a me, summisque potius fastigiis delibantur quam exsequendi omnia spe aut consilio scribuntur, si ad universum corpus rerum ab Alexio gestarum comparentur, eam fere tueri proportionem qualis esset stillæ unius ex mari Adriatico haustæ ad totam ejus pelagi vastitatem. Verum per has tempestates perque hos fluctus, divini quidem favoris aspirante aura, salvam ille ac victricem imperii navem ad prosperum portum appulit. Quo nomine quam laudem meruit, non eam vox Demosthenis, non Polemonis torrens ingenium, non Homericæ omnes Musæ pro dignitate celebraverint. Imo ne ipse quidem Plato, neque si Porticus cum Academia conspirent, philosophari quidquam non heroicis Alexii meritis minus meo judicio queant. Sed jam ad alium turbinem veniendum est qui priorum nullo formidolosus vehemensque minus vixdum sedatis illis ac compositis ingruit in fortunam ac statum patris mei.

Καὶ γὰρ ἄνθρωπός τις οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς κάτω τύχης ἐκ τοῦ χάρακος ὁρμώμενος, τὸν τοῦ Διογένους υἱὸν (87) ἑαυτὸν εἶναι ἔλεγεν, κἂν ἐκεῖνος φθάσας ἀνῃρέθη ὁπηνίκα τὸν μετὰ τῶν Τούρκων κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν [28] πόλεμον ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος καὶ αὐτάδελφος τοῦ αὐτοκράτορος συνεκρότησεν. Ὅπως δὲ, τῷ λεπτομερέστερον ἐθέλοντι μανθάνειν ἐξέσται ἀπὸ τῶν τοῦ κλεινοῦ Καίσαρος συγγραμμάτων διεντυχεῖν. Παρὰ πολλῶν μὲν οὖν [29] ἐπιστομιζόμενος ὁ τοιοῦτος ἐπαύετο οὐδαμῶς. Καὶ γὰρ ἦλθε μὲν οὗτος ἐξ ἀνατολῆς [30] πένης τε καὶ σισσυροφορῶν· πανουργότατος δὲ ὢν καὶ τὸ ἦθος πολύτροπος περιενόστει τὴν πόλιν, κατ' οἴκους τε καὶ ῥυμοτομίας περὶ ἑαυτοῦ ὑψηλά τινα διαγγέλλων, καὶ ὡς εἴη τοῦ προβεβασιλευκότος Διογένους υἱὸς Λέων ἐκεῖνος, ὃς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ὑπὸ βέλους, ὡς εἴρηται, πληγεὶς ἐτετελευτήκει. Ἀναβιώσκων τοίνυν τὸν τεθνηκότα οὗτος ὁ ἀλαζὼν τοὔνομά τε τὸ ἐκείνου ἑαυτῷ περιετίθει, καὶ φανερῶς ἐβασιλεία, καὶ τοὺς κουφοτέρους ὑπήγετο. Καὶ ἦν ἄρα καὶ τοῦτο τὸ δεινὸν ἐπιθήκη τῶν τοῦ βασιλέως συμφορῶν, ὥσπερ τι δρᾶμα ἐπιτραγῳδούσης αὐτῷ τῆς τύχης τοῦτον τὸν κακοδαίμονα. Καὶ ὥσπερ, οἶμαι [31],

Exstitit subito e fæce castrensi terræ filius quidam homo nihili qui se Diogenem esse affirmaret ejus qui olim isto nomine imperaverat filium. Satis constabat illum cujus in nomen ac personam invadebat plagiarius hic nebulo, interfectum fuisse eo prælio quod, Isaacio nunc sebastocratore, tunc Romanum exercitum ductante, commissum cum Turcis est ad Antiochiam, de quo qui distinctius scire volet, habet commentarios nostri Cæsaris, quos consulat: tamen multorum factiosis studiis et adhortationibus confirmatus circumforaneus agyrta perseverabat quod semel cœperat. Et erat vafer astutusque homuncio, cui necessitas ingenium acuerat. Venerat enim ab Oriente Constantinopolim egens et pannosus; itaque versutiam pro re arteque habens, eam strenue in usum explicabat, obiens vicatim urbem, domosque penetrans, atque illic apud credulos mirum quam excelsa de se prædicans. Nimirum se esse ejus qui nuper imperaverat Diogenis filium Leonem illum qui apud Antiochiam sagitta ictus, ut diximus, obierat; tamen **272** eum hic impostor excitarat a mortuis scilicet, certe illius usurpato nomine haud dissi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[25] παυσαμένων. [26] ἡσυχάσαντος. [27] αὐτῶν. [28] Ἀντιόχου. [29] Desunt voces μὲν οὖν. [30] ἀνατολῶν. [31] ἄρα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Διογένους υἱόν.* Pseudo-Diogenis rebellionem et excæcationem refert etiam Zonaras. Is autem Diogenis imp. filius non Leo, uti habet Anna, sed Constantinus vocatur. Ita enim diserte Bryennius, lib. I, cap. 6, et lib. II, cap. 29, ubi ejus ad Antiochiam interitum enarrat sub an. 1070. Leo vero in prælio contra Scythas Alexio ipsi imperatori merens cæsus fuit, ut refert eadem Anna, lib. VII, p. 196.

mulanter imperium affectabat. Fuit hoc non leve auctarium tot illarum gravissimarum ærumnarum quibus fortuna cum imperatore Alexio quasi professas inimicitias exercens, virtutem ejus tot annis exercitam habuerat. Quanquam nunc videri possit injuriam cumulasse contumelia, ludibrioque cum damno misto, simul nocere, simul irridere voluisse, hac veluti comica fabula post tot tragœdias in scenam danda. Etenim ut in epulis intempestivis asoti solent jam saturi, solidioribus cibis absumptis, per secundas mensas levia tragemata, liba mellita, et id genus cupedias ac scitamenta deliniendæ apponere nauseæ : sic ubi ad satietatem insultavit imperio fortuna, tot rebellionibus virorum inclytorum ac fortium adversus imperatorem Alexium concitandis, etiam hunc quasi ariolaganum ambustum inopia, et ambitione regni ridicula fumantem, e cinere sublatum ludo quodam insolenti in ferculum extulit. Dementiam porro impudentis agyrtæ plane contemnente Alexio, nec quidquam contra opponere tanti ducente, haud cessabat tamen fungus e vallo per trivia et angiportus se venditare pro vero Diogene : indignantibus tum aliis qui fraudem norant, tum maxime omnium Theodora imperatoris sorore, Diogenis ejusdem vidua relicta : quæ post compertissimam viri cædem monastica professione suscepta, religiosam vitam diligentissime colere cœperat, sibi uni Deoque vacans. Tandem excitatus imperator circumforanei pervicacia, quem frustra iterum ac tertio commonuerat, Chersonam ipsum relegavit, deditque operam ut illic in custodia haberetur. Ibi turre conclusus, de nocte surgens deque fenestra despectans, sermonem sæpius contulit cum Comanis, commercii parandæque annonæ causa illuc ventitantibus. Tandem fide utrimque data per funem, Comanis juvantibus, ad ipsos delabitur, cum iisque ad terras ipsorum delatus, ibidemque commoratus aliquandiu, tantum apud Barbaros sibi fecit fidei ut imperator ab ipsis acclamaretur. Hinc porro iidem illi sitientes humani sanguinis, et inflammata cupiditate concitati, tum explendæ ingluviei hominum carnibus, tum prædis ac spoliis ex Romana ditione patriam inopiam supplendi, expeditionem in Romanos adornabant, plausibilem se nactos occasionem rati ac prætextum, fœnei hujus videlicet Augusti paternum in thronum restituendi. Arcanum istud tamen consilium habebant : frustra id quidem, imperatore quamvis abstrusa penetrante. Ergo ille quam maximas potest copias instruit armatque, cæteraque parat quæ ad resistendum Comanis putat opportuna. Valles enim angustas in limitibus quas

A οἱ τρυφῶντες μετὰ τὸν κόρον ἐπιτραγηματίζονται τῶν μελιπήκτων τινὰ προσφερόμενοι, οὕτω δῆτα καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων τύχη πολλοῖς ἐπορχησαμένη κακοῖς καὶ διακορὴς γεγονυῖα τοῖς τοιούτοις ψευδοβασιλεῦσι τὸν βασιλέα προσέπαιζεν. Ὁ μέντοι αὐτοκράτωρ κατεφρόνει τῶν λεγομένων παντάπασιν. Ἐπεὶ δ' ὁ χαρακηνὸς (88) κἀν ταῖς ἀγυιαῖς, κἀν ταῖς ἀμφόδοις ἐν παντὶ καιρῷ τοιαῦτα ληρῶν οὐκ ἐπαύετο, ἦλθε ταῦτα εἰς ἀκοὰς τῆς Ἀλεξίου τοῦ κρατοῦντος ἀδελφῆς Θεοδώρας, καὶ ὁμεύνου τοῦ ἀναιρεθέντος ἐκείνου υἱοῦ τοῦ Διογένους. Ἡ δὲ τοὺς λήρους ἐκείνους μὴ φέρουσα ἤχθετο. Ἐπὶ τῇ σφαγῇ γὰρ τἀνδρὸς τὸν μονήρη βίον ἠλλάξατο, τὸν ἀσκητικὸν ἀκριβέστατα μετεληλυθυῖα βίον, καὶ B Θεῷ μόνῳ προσανέχουσα. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, ἐπεὶ μετὰ δευτέραν καὶ τρίτην παραίνεσιν ὁ λῆρος ἐκεῖνος οὐχ ἡσύχαζεν, ἐς Χερσῶνα τοῦτον ἀποστείλας, ἔμφρουρον εἶναι παρεκελεύσατο. Ἐκεῖσε δὲ παραγενόμενος, νυκτὸς ἀνερχόμενος διὰ τοῦ τείχους καὶ προκύπτων, τοῖς συνήθως φοιτῶσι Κομάνοις ἐμπορίας χάριν καὶ τοῦ τὰ πρὸς χρείαν ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἅπαξ καὶ δὶς ὁμιλήσας, καὶ πίστεις δοὺς καὶ λαβὼν, διὰ καλωδίων νυκτὸς ἑαυτὸν δεσμήσας, ἐχαλάσθη τοῦ τείχους. Συμπαραλαβόντες δὲ τοῦτον οἱ Κομάνοι πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπῄεσαν χώραν· Συναυλιζόμενος δὲ τούτοις ἐφ' ἱκανὸν, ἐς τοσοῦτον συνήλασεν, ὡς καὶ βασιλέα αὐτὸν κατονομάζειν ἤδη. Οἱ δὲ, αἵμασιν ἀνθρώπων λαφύξαι ἱμειρόμενοι καὶ κρεῶν ἀνθρωπίνων ἐμφορηθῆναι καὶ λείαν πολλὴν C ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἐπισυνάξαι πάτροκλον εὑρηκότες τοῦτον πρόφασιν κατὰ τῆς Ῥωμαίων πανστρατιᾶς [31] χωρῆσαι ἐβουλεύοντο, ὡς δῆθεν τῷ πατρῴῳ τοῦτον ἐγκαθιδρῦσαι θρόνῳ. Καὶ ἀπαιωρουμένην εἶχον τέως ταυτηνὶ τὴν βουλήν. Οὐκ ἔλαθε ταῦτα τὸν αὐτοκράτορα. Ἔνθεν τοι καὶ τὰς δυνάμεις ὡς δυνατὸν ἐξώπλιζέ τε καὶ πρὸς τὴν τῶν Βαρβάρων μάχην ἡτοιμάζετο· τὰ γὰρ τέμπη, ἅπερ κλεισούρας ἡ ἰδιῶτις οἶδε γλῶσσα καλεῖν, ὡς ἔφαμεν, φθάσας ἤδη κατωχυρώσατο. Καιροῦ δὲ παρεληλυθότος, ἐπεὶ τὸ παρίστριον τοὺς Κομάνους μετὰ τοῦ ψευδωνύμου καταλαβεῖν μεμαθήκει τοὺς τὰ πρῶτα τοῦ στρατιωτικοῦ συντάγματος φέροντας καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς καθ' αἷμα καὶ ἐξ ἀγχιστείας αὐτῷ προσήκοντας συναγαγὼν, εἰ χρὴ κατ' αὐτῶν ἐξιέναι ἐβουλεύετο. D Πάντων δὲ πρὸς τοῦτο αὐτῶν ἀπειργόντων, αὐτὸς ἑαυτῷ πιστεύειν οὐκ εἶχεν οὔτε μὴν τοῖς οἰκείοις ἤθελεν λογισμοῖς χρήσασθαι, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῷ Θεῷ ἀναθέμενος ἐξ ἐκείνου τὴν κρίσιν ᾐτεῖτο. Τοιγαροῦν ἅπαντας μετακαλεσάμενος τοῦ ἱερατικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ καταλόγου εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην ἐκκλησίαν ἑσπέρας φοιτᾷ. Καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ πατριάρχου Νικολάου [32] (89) παρόντος (ἔφθασε γὰρ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] πανστρατιᾷ. [32] κυροῦ Νικολάου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(88) Ὁ χαρακηνός. Supra, ἐκ τοῦ χάρακος, gregarius miles.

(89) *Νικολάου*. Nicolaus monachus ad patriarchalem sedem evehitur Indict. 7, an. 1000, juxta *Græcos 6592*, Christi 1084. Hinc corrigendum mendum quod in versionem irrepsit. Exstant in Bibliotheca regis Christianissimi cod. 912, monachorum quorumdam extra civitatem Acoumiorum Quæstiones, et ad eas responsa synodi sub Nicolao patriarcha et Alexio Comn. imp.

εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκέναι θρόνον ἐπινε- A μήσεως παριππευούσης ἑβδόμης, ἔτους ,ϛφϟβ' μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρίδα παραίτησιν). Ἐν δυσὶ δὲ πυκτίοις (90) τὴν ἐπερώτησιν περὶ τοῦ, εἰ δεῖ ἐξεληλυθότα τοῖς Κομάνοις ἐπιθέσθαι ἢ μὴ, ἐνσημηνάμενος [34] τῷ κορυφαίῳ πάντων παρεκελεύσατο καταθέσθαι εἰς τὴν ἱερὰν τράπεζαν. Παννύχου δὲ τῆς ὑμνῳδίας τελουμένης κατὰ τὸ περίορθρον εἴσεισιν ὁ τεθεικὼς, καὶ ἀναλαμβάνεται τὴν χάρτην, καὶ ἐξαγαγὼν καὶ λύσας ἐνώπιον πάντων ὑπανεγίνωσκε. Τὸ ἐνδόσιμον οὖν ἐκεῖθεν ὥσπερ ἐκ θείας ὀμφῆς ὁ αὐτοκράτωρ λαβὼν, ὅλος ἐγεγόνει τῆς ἐκστρατείας· καὶ διὰ γραφῶν ἁπανταχόθεν ἀνεκαλεῖτο τὸ στράτευμα. B Καλῶς τοίνυν παρασκευασάμενος, τῆς κατὰ τῶν Κομάνων ὁδοῦ εἴχετο. Ἅπαν οὖν τὸ στράτευμα μετακαλεσάμενος καὶ καταλαβὼν τὴν Ἀγχίαλον, τὸν μὲν ἴδιον γαμβρὸν (91) Καίσαρα Νικηφόρον τὸν Μελισσηνὸν καὶ τὸν Παλαιολόγον Γεώργιον, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν (92) αὐτοῦ Ἰωάννην τὸν Ταρωνίτην μεταπεμψάμενος εἰς Βερόην ἐκπέμπει, ἐφ' ᾧ ἐπαγρυπνεῖν καὶ ἀσφάλειαν αὐτῆς τε καὶ τῶν παρακειμένων αὐτῇ ποιεῖσθαι. Τοὺς δέ γε λοιποὺς τῶν ἐκκρίτων, διελὼν τὰ στρατεύματα καὶ ἡγεμόνας τούτων αὐτοὺς καταστήσας τὸν Δαβατηνὸν, τὸν Εὐφορβηνὸν Γεώργιον, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Οὐμπερτόπουλον, εἰς φυλακὴν τῶν περὶ τὸν ζυγὸν διακειμένων κλεισουρῶν ἐκπέπομφεν. Ἐκεῖθεν δὲ τὴν Χορταρέαν καταλαβὼν (κλεισούρα δὲ τοῦ ζυγοῦ οὑτωσί πως ὀνομαζομένη), C τὸν ὅλον περιῄει ζυγὸν, κατασκεπτόμενος εἰ πάντα τὰ πρώην παρ' αὐτοῦ ἐντεταλμένα οἱ τὴν τούτων οἰκονομίαν ἀναδεξάμενοι τετελέκασιν, καὶ εἴ τι ἡμιτελὲς ἢ ἐνδέον ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἐξεῖναι τοῖς Κομάνοις διελθεῖν. Πάντα γοῦν οἰκονομήσας, κᾆθ' οὕτως ἐκεῖθεν ὑποστρέψας, περὶ τὴν ἱερὰν καλουμένην λίμνην (93) τὸν χάρακα ἐπήξατο, τῆς Ἀγχιάλου ἀγχοῦ διακειμένην. Νυκτὸς δὲ καταλαβόντος Πουδίλου τινὸς ἐκκρίτου τῶν Βλάχων καὶ τὴν τῶν Κομάνων διὰ τοῦ Δανούβεως διαπεραίωσιν ἀπαγγείλαντος, δέον ἔκρινεν αὐγαζούσης τῆς ἡμέρας μετακαλεσάμενος τοὺς ἐκκρίτους τῶν συγγενῶν τε καὶ ἡγεμόνων βουλεύσασθαι ὅ τι δεῖ ποιεῖν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἀγχίαλον πάντες παραγενέσθαι δεῖν ἔλεγον, D

B τομάτου διαβεβόθρωται, οὐδὲ σεσηράγγωται φυσικῶς, ἀλλὰ χειρός τινος ὑπῆρχε μηχάνημα. Πολυπραγμονήσας οὖν τὸ τοῦ τόπου, μανθάνει παρά τινων ὡς ἄρα τῆς τοιαύτης διώρυχος Ἀναστάσιος ὁ Δίκουρος [85] ἐπεστάτησε. Τί μὲν βουλόμενος οὐκ εἶχον λέγειν. Ἐφαίνετο δ' οὖν τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ, ὡς δὴ ὁ αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος ἐβούλετο ἀπὸ τῆς λίμνης ὕδωρ μετοχετεύειν ἐς ταυτηνὶ τὴν χειροποίητον χαράδραν. Πρὸς τοιαύτην τοίνυν ἐνθύμησιν ἀναχθεὶς ὁ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος, τήν τε τάφρον εἰς βάθος ἱκανώτατον διορύσσειν ἐκέλευε· δεδοικὼς δὲ μή ποτε καὶ πορεύσιμα γένοιτο τὰ τῶν ποταμῶν κατὰ τὰς συναφὰς τῶν ῥευμάτων, ἀνιστᾷ φρούριον ἐρυμνότατον, πανταχόθεν τὸ ἀσφαλὲς καὶ τὸ ἀνεπιχείρητον ἔχον, ἀπό τε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς εἰς ὕψος καὶ πάχος τειχο-

C ποιίας, ὅθεν καὶ τὴν Σιδηρᾶν ἀπηνέγκατο κλῆσιν. Καὶ ἔστι νῦν τὸ σιδηροῦν τουτὶ πυργίον, πόλις προπόλεως [86] καὶ τείχους προτείχισμα. Αὐτὸς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ ἐφίστατο τῇ τοῦ πολιχνίου οἰκοδομῇ ἀπὸ πρωΐας μέχρις ἑσπέρας. Καίτοι πολλῆς τῆς ἀλέας οὔσης τὸν θερινὸν τροπικὸν τοῦ ἡλίου διαπορευομένου καὶ καύσωνος ἠνείχετο καὶ κονίας καὶ πολλὴν τὴν δαπάνην κατεβάλλετο, ὡς ἐντεῦθεν ἐρυμνότατον γεγονέναι [87] τὸ τεῖχος καὶ ἀπρόσμαχον τοὺς σύροντας ἕκαστον τῶν λίθων ἔτυχεν [88] εἶναι πεντήκοντα ἢ ἑκατὸν ἄνδρας δαψιλῶς ἐπιφιλοτιμούμενος. Ἐντεῦθεν δὲ οὐ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ καὶ στρατιώτης ἅπας καὶ ὑπηρέτης αὐτόχθων τε καὶ ἐξ ἀλλοδαπῆς ὁρμώμενος, πρὸς τὴν τῶν τοιούτων λίθων ὁλκὴν ἐκεκίνητο, δαψιλεῖς ὁρῶντες τοὺς μισθούς, καὶ αὐτὸν τὸν αὐ-

D τοκράτορα καθάπερ ἀθλοθέτην τινὰ ἐπιστάμενον [89]· τέχνη γὰρ ἦν καὶ τοῦτο ἵνα πολλῶν συῤῥεόντων ῥᾷον ἡ ὁλκὴ τῶν παμμεγέθων ἐκείνων λίθων γέ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] ἀνακάμπτουσαι. [82] περικλείεται. [83] Μαριανδηνῶν. [84] τοὺς τῆς Νικομηδείας. [85] Δίκοπος. [86] πρὸ πόλεως. [87] γενέσθαι. [88] εἰ ἔτυχεν. [89] ἐφιστάμενον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) *Σάγγαρις*. Fluvius Asiæ Minoris, seu Phrygiæ, de quo multa Philipp. Maussacus in Notis ad Plutarch. de Flum. Pontem lapideum in Sangario fluvio exstruxisse Justinianum auctor est Procopius, lib. II *De ædif. Just.* et ex eo Cedrenus, an. 33 Just. Hujus meminit etiam Scylitzes in Isaacio, et Constantinus Porph. in Themate Obsequiano.

(2) *Χηλῆς*. Chelem, locum inter Apolloniam et Sangarium habet Arrianus in Periplo Ponti Euxini.

(3) *Μαρυανδηνῶν*. Asiæ populi, quorum metropolis Claudiopolis, ubi sequiore Græcia exstitit Thema Buccellariorum. Porphyrus lib. I *De Themat.*

νοιτο [90]. Οὕτως οὖν ἐκεῖνος καὶ ἐπινοῆσαι βαθύτατος [91] καὶ καταπρᾶξαι μεγαλουργότατος [92].

A adjici putaret aliquid posse. Animadvertit ecce ad molis soliditatem videri facere si quam maximi lapides integri infercirentur in murum; jussit trahi tantos, quibus movendis quinquaginta, interdum centum opus esset viris quos ad idipsum ampla mercede provocabat. Inde autem orto, ut fit, certamine ac æmulatione virium inter torosissimos quosque, quam etiam arte quadam imperator licet dissimulanter alebat, certatim accurrebant tam e militibus quam ex agrorum circumjacentium colonis qui se maxime lacertosos ingentibusque pares trahendis oneribus aut putarent ipsi aut haberi ab aliis honori ducerent; iis ubi experimentum sui roboris moliendo immani lapide imperatore inspectante fecissent, præter gloriam quam concupierant etiam ampla merces liberaliter rependebatur. Hoc unum de plurimis specimen esto ad intelligendum quam hic imperator ad dignoscendum quid oporteret solers, quam ad idem perpetrandum, quamvis magnum et difficile, foret efficax.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν αὐτοκράτορα μέχρι τῆς ἐπινεμήσεως.... (4) τοῦ ἔτους [93] κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον προβέβηκεν. Οὔπω δὲ μικρὸν ἑαυτὸν ἀναπαύσας λογοποιουμένην ἠχηκόει ἀπείρων Φραγγικῶν στρατευμάτων ἐπέλευσιν. Ἐδεδίει μὲν οὖν τὴν τούτων ἔφοδον γνωρίσας αὐτῶν τὸ ἀκατάσχετον τῆς ὁρμῆς, τὸ τῆς γνώμης ἄστατον (5) καὶ εὐάγωγον, καὶ τἄλλα ὁπόσα ἡ τῶν Κελτῶν φύσις ὡς ἴδια ἢ παρακολουθήματά τινα ἔχει διαπαντός· καὶ ὅπως ἐπιχειρήμασι κεχηνότες ἀεὶ διὰ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν τὰς σφῶν συνθήκας εὐκόλως ἀνατρέποντες φαίνονται· εἶχε γὰρ ἀεὶ τοῦτο ᾀδόμενον, καὶ πάνυ ἐπ' [94] ἀληθεῦον. Καὶ οὐκ ἀναπεπτώκει, ἀλλὰ παντοίως παρεσκευάζετο, ὥστε καιροῦ καλοῦντος ἕτοιμον πρὸς τὰς μάχας εἶναι· καὶ γὰρ καὶ πλέω καὶ φοβερώτερα τῶν φημιζομένων λόγων ἦσαν τὰ πράγματα. Πᾶσα γὰρ ἡ Ἑσπέρα καὶ ὁπόσον γένος Βαρβάρων τὴν πέραθεν Ἀδρίου μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν κατῴκει γῆν ἅπαν ἀθρόον μεταναστεῦσαν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διὰ τῆς ἑξῆς Εὐρώπης ἐβίαζε πανοικὶ τὴν πορείαν ποιούμενον.

Res Alexii Augusti usque ad indictionem. . . . anni. . . . hunc ferme in modum quem hactenus exposuimus se habuere. Porro is cum se recrearet ex tantis laboribus, famam accepit sermonibus omnium tum celebrem, innumerabilium B Francicorum exercituum adventantium. Haud lætus is nuntius Alexio fuit, merito timenti suspectum genus. Norat, expertus abunde Roberti bello, Francorum subitos vehementes impetus, eorumdemque facilitatem in sumenda mutandaque sententia, tum blandos ad se insinuandum aditus; taliaque cætera quæ gentis ejus indoles tanquam naturæ appendices inseparabiles quocumque locorum secum ducit, et habebat perspecta præclare; et ne in sui aliquam injuriam erumperent haud ex vano metuebat. Confirmabant providum principem in ista formidine decantatæ passim, nec a vero abhorrentes vulgi voces, præter ea quæ Augustus experientia senserat, de Gallis iisdem ferentes passim, inhiare semper ipsos novis atque audacibus ceptis; ubi C autem in pacta ac fœdera consenserint, levibus quibusque forte oblatis de causis ea facile infringere. Hisce de causis Augustus nequaquam indormiscere rei tantæ, sed accurate armare copias, et in eventum omnem exercitum egregie instructum ad manum habere constituit. Ostenderunt res ipsæ postmodum famam tunc minora minusque terrifica veris jactasse. Motus enim revera tum est universus Occidens, hoc est, quantum Barbararum gentium ultra mare Adriaticum usque ad Herculis columnas extenditur, et universa velut Europa inopinato exsurgens convulsis sedibus tumultuoso cursu se in Asiam transtulit.

Ἔσχε δὲ τὰ κατὰ τὴν τοιαύτην συγκίνησιν τὴν αἰτίαν ἐνθένδε ποθέν. Κελτός τις Πέτρος τοὔνομα, τὴν ἐπωνυμίαν Κουκούπετρος (6), εἰς προσκύνησιν

Hæc porro commotionis tantæ vel occasio vel causa fuit. Gallus quidam Petrus nomine, cognomento Cucupetrus, adorandi causa Sepulcri Sancti

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] γένοιτο. [91] βαθύτατα. [92] μεγαλουργότατα. [93] τοῦ . . . . ἔτους. [94] Deest vocula ἐπ'.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(4) *Τῆς ἐπινεμήσεως*. Res ab Alexio parente præclare in bellis gestas hactenus prosecuta Anna, ad ea tandem pervenit tempora, quibus Franci nostri per Thraciam et Asiæ provincias in Palæstinam penetrarunt. Incidit autem Hierosolymitana ista expeditio in an. Ch. 1096, mundi juxta Græcos 6604, indict. 4, unde supplendus hiatus apud Annam.

(5) *Τὸ τῆς γνώμης ἄστατον*. Anna, lib. XI, p. 319, τὴν παλίμβολον τῶν Λατίνων γνώμην ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος. Et lib. XIII, pag. 402: Τοιοῦτον γὰρ τὸ Κελτικὸν γένος ἀνώμαλον, καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐν ὀξείᾳ ῥοπῇ μεταφερόμενον. Vide not. ad p. 163.

(6) *Κουκούπετρος*. Ita vocatum ait Petrum Eremitam, primum et præcipuum Hierosolymitanæ expeditionis auctorem, vel potius incentorem, quod vitæ instituto monachus et eremita fuerit. Est enim vocabulum confectum ex nomine viri appellativo et voce κουκούλλιον truncata, qua præterea utitur, pag. 486, quæ Latinis cucullam notat; D unde verosimile mihi videtur Petrum, ut tunc vulgo vocitabatur, Eremitam, ab ipsis Gallis militibus joculari vocabulo *Petrum cucullatum*, indigitatum, quod cuculla monachica caput operiret, quemadmodum sanctus Æmilianus confessor et monachus Benedictinus in ejus Vita, et Petrus Abælardus appellatur a Fulcone priore Diogili in Epistola quæ inscribitur *Petro cucullato*. Enimvero monachum fuisse Petrum scribunt Florentius Wigorniensis, Conradus abbas Uspergensis, et auctor *Chronici Hildesheim*. Alii sacerdotem et eremitam faciunt; Albertus Aq. lib. I *Hist. Hieros.* cap. 2: *Sacerdos quidam Petrus nomine, quondam eremita*; Willelmus Tyr. lib. I, cap. 11, *qui re et cognomine cognominabatur Eremita*. Guibertus, lib. lib. II, cap. 8, *quem ex urbe, ni fallor, Ambianensi*

peregrinatione antea suscepta, gravissimis Turcorum et Saracenorum 284 injuriis toto itinere vexatus, vix tandem redire potuerat in patriam : ubi perfidarum gentium insolentiam secum reputans, qui obstiterat ne susceptæ religioni ex animi sententia satisfaceret, decrevit rem prima experientia successu cassam, novo cepto majorique conatu capessere : satisque doctus memoria casuum suorum non ejusmodi viam esse Sepulchri Sancti, per quam incomitatum expediret incedere, rationem inivit sane prudentem comitatus ingentis ad istud iter sibi adjungendi. Nimirum per universas Latinorum regiones promulgare instituit : oraculo se divino jussum denuntiare omnibus in Francia comitibus, Deum velle jubere ut ad Sancti Sepulcri adorationem patria relicta universi pergerent, in idque toto animo atque impetu ferrentur, ut Hierosolymorum sacram urbem ex Agarenorum impiis manibus eriperent. Successus isti consilio atque incepto respondit tantus, quantum sperare potuisset nemo. Concussi ea voce animi Gallorum omnium, fervere undique vidisses cuncta, aliis aliunde cum armis, equis cæteroque apparatu bellico affluentibus; mira singulorum alacritas, mirus impetus euntium, quorum assiduo accursu viæ semper publicæ terebantur. Nec turmis eæ modo ac cohortibus militum Gallorum, sed et arenæ astrorumque numerum vincente multitudine redundabant iner-

A τοῦ Ἁγίου Τάφου ἀπελθὼν καὶ πολλὰ δεινὰ πεπονθὼς παρὰ τῶν τὴν Ἀσίαν πᾶσαν ληϊζομένων Τούρκων τε καὶ Σαρακηνῶν, μόγις ἐπανῆλθεν εἰς τὰ ἴδια. Καὶ διαμαρτὼν τοῦ σκοποῦ οὐκ ἔφερεν, ἀλλ' αὖθις ἐβούλετο τῆς αὐτῆς ἅψασθαι ὁδοῦ. Συνιδὼν δὲ ὡς οὐ χρὴ μόνον αὖθις τῆς παρὰ τὸν Ἅγιον Τάφον ὁδοιπορίας ἅψασθαι ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηταί οἱ, βουλὴν βουλεύεται συνετήν. Ἦδε ἦν διακηρυκεῦσαι εἰς ἁπάσας τὰς τῶν Λατίνων χώρας ὡς Ὀμφὴ θεία (7) παρακελεύεταί με πᾶσι τοῖς ἐν Φραγγίᾳ κόμησι κηρύξαι, ἅπαντας τῶν ἰδίων ἀπᾶραι καὶ εἰς προσκύνησιν τοῦ Ἁγίου Τάφου ἀπελθεῖν, καὶ σπεῦσαι ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν τὰ Ἱεροσόλυμα λυτρώσασθαι χειρός. Καὶ μέν τοι καὶ κατόρθωκεν [95]. B Ὥσπερ γάρ τινα θείαν ὀμφὴν ἐνθέμενος εἰς τὰς ἁπάντων ψυχὰς τοὺς ὁπουδήποτε Κελτοὺς ἄλλον ἀλλαχόθεν σὺν ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ τῇ λοιπῇ τοῦ πολέμου παρασκευῇ συναθροίζεσθαι παρεσκεύαζε. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως εἶχον προθυμίας τε καὶ ὁρμῆς, καὶ πᾶσα λεωφόρος τούτους εἶχε. Συνεπῄει δὲ τοῖς στρατιώταις ἐκείνοις Κελτοῖς, καὶ ψιλὸν ὑπὲρ τὴν ἄμμον καὶ τὰ ἄστρα πλῆθος, φοίνικας φέρον καὶ σταυροὺς ἐπ' ὤμων (8), γύναιά τε καὶ τέκνα τῶν σφῶν ἐξεληλυθότα χωρῶν. Καὶ ἦν ὁρᾷν αὐτοὺς καθάπερ τινὰς ποταμοὺς ἁπανταχόθεν συῤῥέοντας, καὶ διὰ τῶν Δακῶν ὡς ἐπίπαν πρὸς τὰς πρὸς ἡμᾶς ἐπερχομένους πανστρατιᾷ. Προηγήσατο δὲ τῆς τῶν τοσούτων λαῶν ἐπελεύσεως, ἀκρὶς (9) τῶν μὲν πυ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[95] κατώρθωκεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

ortum in superiori nescio qua Galliarum parte solitariam sub habitu monachico vitam duxisse comperimus. Mox ejusdem Petri cucullam et vestes describens : *lanea tunica ad purum, cucullo super, utrisque talaribus, byrrho desuper induebatur.* Denique Petrus Angelius Bargæus, lib. I *Syriados :*

— Nec sanguine cretus
Obscuro, solum montis secessit in antrum,
Cum primum obduxit teneras lanugine malas.

Jam vero quod Petrum in superiori Galliarum parte eremiticam duxisse vitam ait Guibertus, firmari videtur ex Chronico canonici Laudunensis, in quo narratur, *Petrum eremitam de territorio Ambianensi primo monachum apud S. Rigaudum in Foresio egisse, postea prædicatorem effectum, tanta cœpisse populorum multitudine vallari, tot cœli muneribus donari, tantis denique sanctitatis præconiis* 350 *acclamari, ut multæ ætatis homines non meminerint honore simili quempiam habitum.* Sed neque videtur improbanda eorum sententia, qui Petrum putant in ipsa diœcesi Ambianensi, unde ei natales, non vero ex Hispania, ut est apud Helmodum, lib. I, cap. 31, et auctorem incertum *Historiæ Sclavon.* cap. 14, vitam eremiticam induisse, cum doceat idem Guibertus, lib. III, de Vita sua, cap. 14, eadem ipsa tempestate eremitas exstitisse in Ambianensi territorio. Vitam, res gestas, et mortem Petri, præter rerum Hierosolymitanarum scriptores, perstringunt Albericus in Chron. an. 1101, 1116, et 1208, sanctus Bernardus, epist. 322; Ægidius monachus Aureæ Vallis, in Epist. Leod. cap. 16; et ibi Chapeavillus, Fr. Petrarcha, lib. II *De vita solit.* tract. 4, cap. 1, Molanus in SS. Belg. 15 Jul. et Petrus Doutremannus peculiari libello, quem *De vita et genealogia* C *Petri* inscripsit, quam etiam attigit Adrianus Morlerius, lib. I *Antiquit. Ambian.*

(7) *Ὡς ὀμφῇ θεία.* Albert. Aq. lib. I, cap. 5; Willelm. Tyr. lib. I, cap. 12.

(8) *Σταυροὺς ἐπ' ὤμων.* Tudebodus, lib. I : *In dextra, vel inter utrasque scapulas crucem Christi bajulant.* Robert. Monach. lib. II : *In fronte aut in scapulis dextris signum ferebant sanctæ crucis.* Fulcherius Carnot. lib. I, cap. 1 : *O quam dignum erat et amœnum vobis omnibus cruces illas cernentibus vel sericas, vel auro textas, aut quolibet genere pallii decoras, quas in chlamydibus suis, aut birris, sive tunicis, peregrini — super humeros suos consuebant!* Sed hæc nota. De colore vero crucium, quem phœniceum seu coccineum fuisse hic ait Anna, idem testatur Walsinghamus in Richardo II, an. 1383, p. 301 : *Lundoniis multi apprenticii, plures servi sumptis albis capuciis, et rubeis crucibus in parte dextra, — profecti sunt.* Postmodum tamen D in illa quam an. 1188 Philippus Franciæ et Henricus II Angliæ reges inierunt Hierosolymitana expeditione : *Statutum et provisum est inter eos, ut omnes de regno Francorum, cruces rubeas, de terris regis Anglorum, albas, de terra comitis Flandrensis, virides haberent,* uti scribunt Matthæus Paris., Rogerus Hovedenus, Radulfus de Diceto, et Nicolaus Trivettus.

(9) *Ἀκρίς.* Baldricus Dolensis auctor est expeditionem istam nostrorum quædam præcessisse et prædixisse prodigia. De locustis, quas hic commemorat Anna, testatur abbas Usperg. an. 1091 : *Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, hoc est, ut vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis æquales, sed longitudine satis deductiores, quorum*

A ρῶν ἀπεχομένη, τοὺς δὲ ἀμπελῶνας δεινῶς κατεσθίουσα. Ἦν δ' ἄρα τοῦτο τὸ [96] σύμβολον ὡς οἱ τότε συμβολομάντεις ἀπεμαντεύοντο, ὡς ἡ ἔφοδος τοῦ τοσούτου Κελτικοῦ στρατεύματος, τῶν μὲν Χριστιανικῶν πραγμάτων ἀπόσχηται, δεινῶς δ' ἐπιβρίσειε κατὰ τῶν Βαρβάρων Ἰσμαηλιτῶν μέθῃ καὶ οἴνῳ καὶ τῷ Διονύσῳ δεδουλευκότων· τοῦτο γὰρ τὸ γένος Διονύσῳ τε ὑπείκει καὶ Ἔρωτι καὶ πρὸς παντοίας μίξεις καταφορώτατον καὶ μὴ συμπεριτεμνόμενον τῇ σαρκὶ καὶ τὰ πάθη. καὶ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο, ἢ δοῦλον καὶ τρίδουλον τῶν τῆς Ἀφροδίτης κακῶν. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν Ἀστάρτην (10) αὐτοὶ καὶ τὴν Ἀσταρὼθ προσκυνοῦσι καὶ σέβονται, καὶ τοῦ ἄστρου τὸν τύπον περὶ πλείονος τίθενται, καὶ τὴν χρυσῆν παρ' ἐκείνοις Χοβάρ. Ὁ μέντοι σῖτος εἰς τὸν Χριστιανισμὸν τοῖς συμβολικοῖς τούτοις ἐξελαμβά- B νετο διὰ τὸ [97] νηφάλιόν τε καὶ τροφιμώτατον. Οὕτω μὲν οὖν οἱ μάντεις τὰς ἀμπέλους καὶ τὸν πυρὸν ἐξεδέξαντο. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῶν μάντεων οὕτως ἐχέτω, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἔφοδον τῶν Βαρβάρων οὕτω παρηκολουθήκει καὶ καινόν τι κατανοεῖν τοῖς τε νοῦν ἔχουσιν ἐνῆν· τῆς γὰρ τῶν τοσούτων ἐλεύσεως οὐχ ὁμοῦ οὐδὲ καταταυτὸν γενομένης [98]. Καὶ πῶς γὰρ τοσαῦτα πλήθη ἐκ διαφόρων τόπων ἐξορμήσαντα ὁμαδὸν τὸν τῆς Λογγιβαρδίας πορθμὸν (11) διανήξασθαι ἐνῆν; οἱ μὲν πρῶτοι, οἱ δὲ δεύτεροι, οἱ δὲ τούτων ὄπισθεν, καὶ καθεξῆς οἱ ἅπαντες τὸν ἀπόπλουν οὕτω ποιούμενοι διὰ τῆς ἠπείρου διήρχοντο. Προηγεῖτο δὲ ἑκάστου στρατεύματος τούτων ἀκρὶς ἀμύθητος ὡς ἔφαμεν· ἅπαντες γοῦν ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο θεασάμε- C νοι προδρόμους ταύτας τῶν Φραγγικῶν ταγμάτων ἐγνώρισαν.

A mis plebis cum mulieribus ac parvulis peregre ruentis. Rubras in humeris gestabant cruces, id insigne ac quasi tessera militiæ; occurrebantque sibi ac sociabantur invicem undique affluentes exercitus, instar amnium aquas in unum alveum confluxu miscentium. Celebre illis ac frequens iter erat per Daciam venientibus ad nos. Viæ quasi ducibus locustis utebantur, pari fere cum his populis numero, exercituum istorum adventum modico locorum temporumque spatio præcedentibus. Erat in hoc genere locustarum mirum quod segetibus parcerent, solas in vineas sævirent. Quam rem talium conjectores in eam significationem trahebant, ut portendi putarent graviter nocituros hosce Gallicos exercitus Ismaelitis solis, Barbaris ebrie- B tati ac vino deditis, Bacchique ac Veneris mancipiis, temperaturos autem a Christianis, frumenti videlicet symbolo designatis, ob salubrem quam colunt temperantiam. Erant sane tum si usquam alias perditissimi Saracenorum mores, a quotidiana crapula et intemperante meri potu ad nefaria omne genus flagitia licentissime ruentium : ut haud paulo plus concupiscentiæ addere viderentur indulgentia immensa libidinum, quam carni detraherent patria circumcisione patienda. Hinc summum deorum Cupidinem habebant et Astartem atque Astaroth quotidianis ambibant sacris, anathema illis ac votivam in tabula suspendere soliti effigiem astri matutini, aureamque Chobarem apponere : impuris- C sime hisce dæmonibus longe plus obscenitate vitæ nequissimæ, quam insanæ superstitionis cæremoniis addicti devinctique. Hanc interpretes 285 monstrorum causam habebant conjectandi vinearum cladem ad Saracenicæ calamitatis præsagium pertinere. Quidquid sit nescio quid divinæ rei subesse miro eventui prudentiores suspicabantur. Quod cum innumerabiles isti exercitus, non simul (qui enim id quidem posset?), sed partitis vicibus et certis inter se intervallis ex diversis locis in Calabriæ littora convenirent, inde in adversam trajecturi continentem : simulatque unus aliquis ibi exercitus transfretaverat, præsto aderat quæ agmen iturum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[96] Deest vocula τό. [97] τόν. [98] γινομένης.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

tam infinitus exstitit exercitus, ut unum pene milliarium in latitudine, duo vel tria in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem D *illam, quæ post quadriennium facta est, Hierosolymam tendentium profectionem quidam sunt interpretati.* Uspergensi plane consentanea tradit Zonaras, hanc nostrorum expeditionem commemorans : Ὧν τὴν συγκίνησιν θεοσημία τις προεμήνυσεν· ἀκριδίων γὰρ ἄπειρόν τι πλῆθος ἐκ τῆς Ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκός, καὶ τοσοῦτον, ὡς νέφεσιν ἱπτάμενον ἀπεικάζεσθαι, καὶ συσκιάζειν τὸν ἥλιον, διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων, καὶ ταύτης ὁρίων, τὴν πτῆσιν ποιούμενον πρὸς τὴν Ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖσε κατέπαυε. Similem locustarum multitudinem in Gallia et Germania visam, an. 874, narrant Regino et Annales Francorum Bertiniani ; et anno 1032, Fragmentum Hist. quod exstat tom. IV *Hist. Fr.* pag. 86. Vide Paul. Warnefr. *De gest. Langob.* lib. IV, cap. 2, sed et anno, qui insignem hanc Francorum expeditionem præcessit, stellas in cœlo visas aiunt in modum pluviæ in terram descendisse. Codex ms. S. Albini Andegav. an. 1095, IV : *Non. April. luna 25, Febr. 4, post Octavam Paschæ, nocte visæ sunt stellæ in modum pluviæ de cœlo in terra ivisse. Sol quoque, octavo abhinc die toto, cæruleus exstans, sed et luna sequenti nocte similiter lucens* 351 *orbi prodigio fuerunt.* Id præterea observant Baldric. loco citato, Alberic. Anonymus Cas. et auctor *Gestorum Triumphalium per Pisanos factorum.*

(10) *Ἀστάρτην.* De Astarte, seu Astarot et Chobar, copiose egerunt Josephus Scaliger, in notis ad Fragm. veter. scriptor. Gr. post libros *De emend. temp.*; Seldenus in syntag. II *De dis Syris*, cap. 2 et 4 ; Abraham Echellens. in *Hist. Arabic.*, parte I, cap. 11, et Salmasius ad Solinum, a quibus lucem excipient quæ hic Anna de hisce impuris dæmonibus habet.

(11) *Λογγιβαρδίας πορθμόν.* Petri adventum, Italorum, Ligurum, Longobardorum præcesserat agmen. Fulcher. Carnot., lib. I, cap. 9 ; Baldric. Dol., pag. 89. Ridiculum porro quod ait Anna singulos exercitus locustarum agmen præcessisse, quæ anno ante hanc initam expeditionem quinto in futuri præsagium visæ fuerunt.

præcederet infinita, ut diximus, multitudo locustarum; quas idcirco vulgari jam verbo, re sæpius observata, præcursores Francicorum exercituum homines vocabant.

Cæterum cum audivisset imperator crebros hosce A e Calabria trajectus copiarum Latinarum in multa distincta disjunctarum agmina, vocatos ad se quosdam Romanæ militiæ duces Dyrrachium et Aulonem versus se conferre jussit, eamque maritimam obtinere regionem. Porro mandabat ipsis ut qui Gallorum eo trajicerent, iis annonam empturis offerri copiosam et fora passim præberi referta juberent, per omnes, qua forte iter esset, imperio subjectas regiones, ipsi autem euntes subsequerentur clanculum, ac si qua divertere illos e militari via in objacentes pagos ad prædandum cernerent, studerent summovere modicis jaculationibus. Adjuncti de industria fuerant periti quidam Latinæ linguæ qui ut quæque coorta rixa fuerat, procurrentes in medium omnia statim componerent. Hæc B in genere ad omnes transitus pertinent Gallicorum exercituum: verum ut de singulis distinctius aliquid dicamus, primus sparsa illa quam diximus fama Gothofredus propria ditione vendita iter arripuit versus Hierosolymam. Vir hic erat ditissimus generositate, fortitudine, nobilitate inferiorem se nemini ducens. Is adeo certantibus pro se quisque Gallis sese mutuo prævertere princeps expedivit exitum. Nunquam talis fando audita commotio est, virum mulierumque. Sanctum Domini Sepulcrum ejusque adorationem loquebantur omnes, spectabant et revera sequebantur simpliciores, ad visenda illa vitæ ac mortis Christi monumenta religioso animo festinantes: callidiores, in quibus Baimundus et C ejus consilii participes, spes improbas malitiosis animis versabant de urbe Constantinopoli obiter occupanda, imperioque specie belli Saracenici quasi ex occasione comparando. Itaque omnium qui ingenium Baimundi norant Romanorum procerum non parum conturbabat animos nuntiatus adventus ejus viri, præterquam quod cætera tam acris, ac bello formidandi, etiam imperatori peculiariter infensi, memoria vigente adhuc simultatum odiorumque veterum.

Ὡς δὲ σποράδην τινὲς τὸν τῆς Λογγιβαρδίας διεπέρων ἤδη πορθμὸν ὁ αὐτοκράτωρ μεταχαλεσάμενος τινὰς τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων ἀρχηγοὺς, ἐκπέμπει τούτους πρὸς τὰ μέρη Δυῤῥαχίου καὶ Αὐλῶνος ἐντειλάμενος δέχεσθαι μὲν προσηνῶς τοὺς διαπερῶντας, πανηγύρεις τε δαψιλεῖς ἐξ ἁπασῶν τῶν χωρῶν κατὰ τὴν ὁδὸν ἐξάγειν, εἶτα ἐνεδρεύειν παρακολουθοῦντας διόλου, καὶ ἐπὰν ἐκδρομάς τινας τούτους θεάσοιντο ποιουμένους εἰς προνομὴν τῶν παρακειμένων χωρῶν ἐκτρέχοντας, ἀναστέλλειν διὰ μετρίων ἀκροβολισμῶν. Συμπαρῆσαν δὲ τούτοις καί τινες τῆς Λατινικῆς διαλέκτου εἰδήμονες, ἵνα τὰς ἀναφυομένας μεταξὺ μάχας καταστέλλωσιν. Ἀλλ' ὅπως σαφέστερον ἀφηγησαίμην τὸ πρᾶγμα, καὶ κατὰ μέρος, ταύτης τῆς φήμης διαδραμούσης ἁπανταχοῦ πρῶτος ὁ Γοντοφρὲ (12) τὴν ἰδίαν ἀπεμπολήσας (13) χώραν τῆς προκειμένης ὁδοῦ εἴχετο. Ἀνὴρ δὲ οὗτος πολυχρήματος, καὶ ἐπὶ γενναιότητι καὶ ἀνδρίᾳ καὶ γένους περιφανείᾳ μεγάλως αὐχῶν. Ἕκαστος γὰρ τῶν Κελτῶν ἔσπευδε προτρέχειν τῶν ἄλλων. Καὶ γέγονε συγκίνησις οἵα οὐδέπω τις μέμνηται ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τῶν μὲν ἁπλουστέρων, ὡς τὸν τοῦ Κυρίου Τάφον προσκυνῆσαι, καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἱστορῆσαι τόπους ἐπειγομένων ἐπ' ἀληθείᾳ· τῶν δέ γε πονηροτέρων καὶ μᾶλλον ὁποῖος ὁ Βαϊμοῦντος καὶ οἱ τούτου ὁμόφρονες ἄλλον ἐνδομυχοῦντα λογισμὸν ἐχόντων εἴ που ἐν αὐτῷ διέρχεσθαι δυνηθεῖεν καὶ αὐτὴν τὴν βασιλεύουσαν κατασχεῖν, καθάπερ πόρισμά τι ταύτην εὑρηκότες. Ἐτάρασσε δὲ τὰς τῶν πλειόνων καὶ γενναιοτέρων ψυχὰς ὁ Βαϊμοῦντος ὡς παλαιὰν μῆνιν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος τρέφων.

Interea primus expeditionis promulgator Petrus, primus quoque ut par erat expedito egressu e patria, Adriatico mari trajecto cum **286** peditum

Ὁ μὲν οὖν Πέτρος, μετὰ τὸ ταῦτα διακηρυκεῦσαι πάντων προηγησάμενος, τὸν τῆς Λογγιβαρδίας (14) διεπέρασε πορθμὸν μετὰ πεζῶν [99] χιλιάδων ὀγδοη-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[99] πεζῶν μέν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(12) *Γοντοφρέ*. Gotofredus Lotharingiæ dux, *princeps et dominus castri Bullionis*. Albertus Aq., lib. II, cap. 22; Tyrius, lib. IX, cap. 5, 6, etc.

(13) *Ἀπεμπολήσας*. Quo impensis tam operosæ et longinquæ peregrinationis faceret satis Gotofredus, castrum Bullonii, quod illi præcipuum erat, Otherto Leodiensium episcopo mille et trecentarum argenti puri (non auri, ut habet Petrus Mersæus) marcarum pretio vendidit. Invadiatum et oppigneratum tantum pro VII millibus marcis scribit Ordericus, lib. X; pia vero liberalitate concessum Ecclesiæ Leodiensi, Tyrius, lib. IX, cap. 8, commemorat. Rem conciliat Nicolaus canonicus Leodiensis, scriptor coætaneus, in Triumpho sancti Remacli de castro Bullonio, cap. 1, a quo hausit quæ de hoc ipso narrat Ægidius, monachus Aureæ Vallis, cap. 13: *Adfuit*, inquit Nicolaus, D *divina misericordia. Permovit* (Othertus) *ducem ut offerat B. Virgini et pio martyri prædictum castrum ob memoriam animarum prædecessorum suorum, conditione interposita, ut si intra tempus præfinitum, a se vel a suis successoribus tribus, quos ipse præscripserat, non redimeretur, deinceps possessio, sicut dimiserat cum castello in totum tempus Ecclesiæ assignaretur*. Mox refert, ut episcopus, conflatis 1300 marcis argenti puri undecunque corrasis castrum a duce emerit. Adde Albericum, an. 1096, et auctorem Appendic. ad *Chronicon Lobiense*, tom. VI *Spicileg*., pag. 608.

(14) *Λογγιβαρδίας*. Non Adriatico mari trajecto, quod vult Anna, sed Lotharingia, Franconia, Bavaria et Austria transcursis in Hungariam et Thraciam pervenit Petrus. W. Tyrius, lib. I, c. 19 et alii.

χοντα (15), ἱππέων δὲ χιλιάδων ἀνδρῶν ἑκατὸν, καὶ διὰ τῶν μερῶν τῆς Οὐγγρίας τὴν βασιλεύουσαν κατέλαβεν. Ἔστι μὲν γὰρ τὸ τῶν Κελτῶν γένος, ὡς εἰκάσαι [1] τινὰ, καὶ ἄλλως λίαν θερμότατον καὶ ὀξύ· ἐπὰν δὲ καὶ ἀφορμῆς δράξοιτο ἀκάθεκτον. Τῶν [2] δὲ βασιλέως ἅπερ ὁ Πέτρος προπεπόνθει παρὰ τῶν Τούρκων γινώσκοντος καὶ συμβουλεύοντος αὐτῷ καὶ τὴν τῶν λοιπῶν κομήτων καρτερῆσαι [3] ἔλευσιν, οὐκ ἐπείθετο, θαῤῥῶν εἰς τὸ πλῆθος τῶν συνεπομένων αὐτῷ· καὶ διαπεράσας ἐπήξατο τὸν χάρακα εἴς τι πολίχνιον Ἑλενούπολιν (16) ὀνομαζόμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ Νορμάνοι τούτῳ συνείποντο εἰς δέκα χιλιάδας ποσούμενοι ἀποκριθέντες τοῦ λοιποῦ στρατεύματος τὰ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐληΐζοντο, πᾶσιν ὠμοτάτως χρησάμενοι. Τῶν τε γὰρ βρεφῶν τὰ μὲν ἐμέλιζον, τὰ δὲ ξύλοις περιπείροντες, ὤπτιζον ἐν πυρὶ, πρὸς δὲ τοὺς τῷ χρόνῳ προήκοντας, πᾶν εἶδος ποινῆς ἐπεδείκνυντο. Οἱ δὲ ἐντὸς τῶν γινομένων ἐν αἰσθήσει [4] γεγονότες, ἀναπετάσαντες τὰς πύλας κατ' αὐτῶν ἐξῄεσαν. Καρτεροῦ δὲ τηνικαῦτα συῤῥαγέντος πολέμου, παλίνορσοι εἴσω τοῦ κάστρου γεγόνασιν ἐκθύμως τῶν Νορμάνων ἀγωνισαμένων, καὶ ὡς τὴν λείαν ἅπασαν ἀναλαβόμενοι, κατέλαβον αὖθις τὴν Ἑλενούπολιν. Λόγου δὲ ἀναμεταξὺ αὐτῶν τε καὶ τῶν μὴ σὺν αὐτοῖς ἀπελθόντων κινηθέντος· ὁποῖα φιλεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι, τοῦ φθόνου τὸν θυμὸν ἀναφλέγοντος τῶν ἀπολειφθέντων. Κἀντεῦθεν ἀψιμαχίας ἀμφοῖν γενομένης, οἱ τολμητίαι Νορμάνοι ἀποκριθέντες αὖθις τὴν Ξερίγορδον (17) καταλαβόντες ἐξ ἐφόδου κατέσχον. Μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς ὁ σουλτὰν κατ' αὐτῶν μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως ἐκπέμπει τὸν Ἐλχάνην. Ὁ δὲ καταλαβὼν, αἱρεῖ μὲν τὴν Ξερίγορδον, τῶν δὲ Νορμάνων τοὺς μὲν ξιφῶν παρανάλωμα ἐποιήσατο, τοὺς δὲ καὶ ζωγρείαν ἦγε μελετήσας ἅμα καὶ κατὰ τῶν συναπολειφθέντων τῷ Κουκουπέτρῳ, καὶ λόχους μὲν ἐν ἐπικαίροις καταστήσας τόποις, ὡς ἂν τῷ κατὰ τῆς Νικαίας ἀπιέναι τούτοις ἀπροόπτως ἐμπίπτοντες ἀναιρῶνται. Γινώσκων δὲ καὶ τὸ τῶν Κελτῶν ἐρασιχρήματον, δύο τινὰς δραστηρίους τὴν γνώμην μεταπεμψάμενος ἐνετείλατο ἀπελθεῖν πρὸς τὸ στράτευμα τοῦ Κουκουπέτρου διακηρυκεύοντας ὡς οἱ Νορμάνοι κατασχόντες τὴν Νίκαιαν, δασμὸν τῶν ἐν αὐτῇ ποιοῦνται. Αὕτη ἡ φήμη τοὺς τῷ Πέτρῳ συνόντας καταλαβοῦσα δεινῶς συνετάραξε· δασμὸν γὰρ καὶ χρήματα ἀκηκοότες, παραχρῆμα τῆς παρὰ τὴν

A octoginta millibus, et centum millibus equitum, per Hungariæ fines Constantinopolim se contulit, tanta velocitate, ut specimen id iter esse posset ardentis et facile victricis morarum omnium strenuitatis ingeniorum Gallicorum, quod genus aliis jampridem ducti conjecturis homines, præfervida et imprimis efficaci natura præditum passim ferunt. Huic Petro imperator in Turcos ruenti, peritus ipse rerum morumque gentis ejus, multa benevole ac prudenter suadebat prævertendis, in quæ deinde is incidit, malis peropportuna : inter alia ut aliorum comitum quos in itinere esse constaret, adventum præstolaretur. Verum omnia ille sua fretus multitudine contempsit, transmissisque freto copiis, ad parvum oppidum, Helenopolim vocatum, B posuit castra. Sequebantur hunc ducem Nortmani ad decem millia. Hi tum segregati a reliquo corpore, circumjacentem vastabant Nicææ regionem, tanta in omnes crudelitate ut puerulos lactentes pars discerperent membratim, pars ligneis transfixos verubus igni assarent ; adultis vero ac senibus omnis generis, nulla non supplicii ac contumeliæ immanitate illuderent. Harum sensu injuriarum erumpentes Nicæa Turci, prælium cum Nortmanis atrox conserunt ; sed his fortissime repugnantibus fracti victique repetunt urbem. Victores, Helenopolim ad reliquum exercitum profecti, haud placide a sociis excepti sunt, audacem superbiam rem seorsim gerere volentium incusantibus, et alia querentibus qualia tali tempore inter tales perso- C nas invidia jacere novit discordiarum irritamenta. Res haud procul seditione ac civili prælio fuit. Tandem feroces Nortmani, sejuncti rursus a cæteris, Xerigordum impetu capiunt, eamque obtinent. Quo sultanes audito cum idoneis copiis Elchanem mittit, qui recepta Xerigordo Nortmanorum alios gladio cecidit, alios captivos abduxit, simul adversus cæteras Cucupetri copias consilia et dolos moliens. Nam et insidias posuit locis idoneis per quæ transitus erat Helenopoli Nicæam petentibus, et Latinorum avaritia perspecta, duos quosdam vafros submisit homines in Petri castra, qui passim per exercitum ferrent Nortmanos cepisse Nicæam, in eaque nunc diripienda versari, vix pares exportan- D dis immensis opibus, interea sane dum ipsi apud Helenopolim otio torperent. Movit incredibiliter ea fama vulgus militum, nec teneri ultra potuere :

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[1] ὡσεὶ κατά. [2] τοῦ. [3] καρτερεῖν. [4] αἰσθήσει.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(15) *Χιλιάδων ὀγδοήκοντα.* Exercitus Petri *copiosus fuit ut arena maris innumerabilis, qui a diversis regnis illi conjunctus advenerat*, ait Albertus Aquileiensis, lib. I, cap. 8. At idem scriptor. c. 13, et ex eo Tyrius, lib. I, cap. 19, quadraginta millium hominum numerum non excessisse scribunt.

(16) *Ἑλενούπολιν.* Transmisso freto, Petrum ad portum, qui vocatur *Civitot*, castrametatum scribit Albertus Aquileiensis, lib. I, cap. 16. Est vero Helenopolis Bithyniæ urbs ad Dracontis fluvii ostium, in Nicomediensi sinu, Drepanum olim dicta, et ab Helena Constantini M. matre, quam ei natalem fuisse aiunt, nuncupata, ut est apud Cedrenum, an. 20; Constant. Procop., lib. V *De ædif. Just.* Eusebius, lib. IV *De Vita Const.*, cap. 61; Philostorgus, lib. II, cap. 13; Socrat. Niceph., etc. Ejusdem oppidi meminit Porphyrogenneta in *Themate obseq.*, ut et Scylitzes et Glycas in Romano Diogene.

(17) *Ξερίγορδον.* Castrum ultra Nicæam, *Exerogorgon* nuncupatum Tudebodo. Baldrico, Guiberto et Tyrio.

verum, direptionis et urbis deprædandæ audita mentione, surgunt passim amentes, et nulla disciplina, nullo militari ordine, nulla forma aciei, ductuque signorum, tumultuosissime ruunt Nicæam versus, quasi lymphati. Habet hoc, ut dixi, Latinorum natio, cum ad omne lucri genus asperrimi sunt, tum ubi diripiendarum urbium **287** aut incursandarum latrocinio regionum opulentarum occasio est, nullo periculo, nulla ratione frenari, ne retardari quidem valent. Tum igitur ut ordinibus solutis nullo instructu aut cautione pugnam ineuntibus solita, dispersi temere ferrentur, in Turcos ad locum Draconem dictum subsidentes in insidiis, incidunt, ibique miserabiliter cæduntur: ac tantam Gallorum Nortmanorumque Ismaelitico tum gladio carnificinam exercitam memorant, ut comportatis in unum acervum deinde cadaveribus, non tumulus aut collis vertexve in latam speculationem eminens, sed magni plane montis instar exstiterit cum sublimi altitudine in justam crassitiem et latitudinem patentis. Ac plane ingens hodieque superest illic agger ossium, quanquam non pauca inde subtracta constat. Siquidem postea quidam ex isto genere Barbarorum tum cæsorum, cum murum non longe hinc in civitatis formam ædificarent, multa inde sumpta lapidibus ossa miscuerunt, cæmentoque devinxerunt in unam structuræ molem, sepulcrum mortuis, vivisque urbem una opera molientes. Et hæc civitas hodie visitur cincta mœnibus ossium saxorumque mistura confectis. Deleto internecione Christiano exercitu, Petrus cum paucis Helenopolim se recipit: nec ibi tuto erat; intendebant Turci machinas ad ipsum intercipiendum. Movit imperatori misericordiam tantæ cædis certus nuntius, nec committendum sibi putavit, ut Petro in tanto discrimine deserendo, Turcos sineret victoriam tantam captivitate ducis ipsius illustriorem facere. Misit igitur ei suppetias Çatacalonem Constantinum Euphorbenum, cujus sæpe meminimus superius, cum idoneis copiis quas in naves bellicas imposuit. Hunc Turci cernentes jam appulsum fugæ se dederunt. Euphorbenus non longum illic moratus Petrum cum sociis

A Νίκαιαν φερούσης ὁδοῦ ἀσυντάκτως ἥψαντο, ἐπιλαθόμενοι μονονοὺ καὶ στρατιωτικῆς ἐμπειρίας καὶ τῆς τοῖς πρὸς μάχην ἀπιοῦσιν εὐταξίας. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἄλλως τὸ τῶν Λατίνων γένος[a] φιλοχρηματώτατον, ὥσπερ ἄνωθεν εἴρηται· ἐπὰν δὲ καὶ πρὸς καταδρομὴν χώρας ἀπονεύσειε καὶ λόγῳ μὴ χρώμενον, ἀχαλιναγώγητον. Μὴ κατὰ στοίχους δὲ μήτε ἴλαδὸν πορευόμενοι, τοῖς περὶ τὸν Δράκοντα λοχῶσι Τούρκοις περιπίπτοντες, οἰκτρῶς ἀνῃροῦντο. Καὶ τοσοῦτον πλῆθος Κελτῶν τε καὶ Νορμάνων ἔργον μαχαίρας (18) Ἰσμαηλιτικῆς ἐγεγόνει, ὥστε τὰ ἑκασταχοῦ κείμενα λείψανα τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν συγκομίσαντες, μέγιστον οὐ λόφον φημὶ οὐδὲ βουνὸν, οὐδὲ σκοπιὰν, ἐποιήσαντο, ἀλλ' οἷον ὄρος ὑψηλὸν καὶ
B βάθος καὶ πλάτος ἀξιολογώτατον ἀπολαμβάνον. Τοσοῦτος ἔκειτο ὁ τῶν ὀστῶν κολωνὸς κἄν τινες ὕστερον τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῶν ἀποσφαγέντων Βαρβάρων ἐν σχήματι πόλεως οἰκοδομήσαντες τεῖχος, μεσέμβολά τινα καθάπερ κάχληκας τὰ ὀστᾶ τῶν ἀπολωλότων ἐνέθεντο, τρόπον τινὰ τάφον αὐτοῖς τὴν πόλιν ποιούμενοι, ἥτις καὶ εἰς τήμερον ἵσταται τετειχισμένη ὁμοῦ τε λίθοις καὶ ὀστέοις ἀναμὶξ ἔχουσα τὸν περίβολον. Πάντων οὖν ξιφῶν παρανάλωμα γεγονότων, μόνος ὁ Πέτρος, μετ' ὀλίγων τινῶν εἰς Ἑλενούπολιν αὖθις ὑποστρέψας, εἰσῄει. Οἱ δὲ Τοῦρκοι αὖθις τοῦτον ἐνήδρευον ἑλεῖν ἐθέλοντες. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, ἅπαντα ἀκηκοὼς καὶ τὴν τοσαύτην ἀνδροκτασίαν βεβαιωθεὶς, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο εἰ καὶ ὁ Πέτρος ἁλῴη. Παραχρῆμα τοίνυν μεταπεμψάμε-
C νος τὸν Κατακαλὼν Κωνσταντῖνον τὸν Εὐφορβηνὸν οὗ ὁ λόγος ἐν πολλοῖς ἤδη ἐμνήσθη, ἀποχρώσας δυνάμεις (19) ἐν ναυσὶ πολεμικαῖς ἐμβαλὼν, διαπόντιον εἰς ἀγωγὴν αὐτοῦ πέπομφε. Θεασάμενοι δὲ τοῦτον οἱ Τοῦρκοι καταλαβόντα, φυγαδείᾳ ἐχρήσαντο. Ὁ δὲ[b], μικρὸν ἀναμείνας ἀναλαβόμενος τὸν Πέτρον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ (ῥητοὶ γὰρ ἦσαν), διασώζει (20) πρὸς τὸν βασιλέα. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναμιμνήσκοντος αὐτὸν τῆς ἀρχῆθεν ἀβουλίας αὐτοῦ, καὶ ὅπως ταῖς αὐτοῦ ὑποθημοσύναις μὴ πειθόμενος τοσούτοις ἐνεπεπτώκει δεινοῖς, ὁποῖα Λατῖνος ὑψαύχην, οὐχὶ ἑαυτὸν αἴτιον τοῦ κακοῦ (21) ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκείνους τοὺς μὴ αὐτῷ πειθομένους, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις θελήμασι χρωμένους, λῃστὰς ἀποκαλῶν τούτους καὶ ἅρπαγας, καὶ μηδὲ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] Deest vox γένος. [b] ὁ δὲ μηδὲ.

Car. Dufrasnii Du Caugii notæ.

(18) *Ἔργον μαχαίρας*. Cladem hanc narrant Albertus Aquileiensis Will. Tyrius et alii, quam accidisse scribunt mense Octobri an. 1096; Tudebodus, lib. I; Guibertus, lib. II, cap. 11, Baldricus, etc.

352 (19) *Ἀποχρώσας δυνάμεις*. Auxiliares copias Petro submissas ab Alexio tradunt etiam Albertus Aquileiensis, lib. I, cap. 23 et alii.

(20) *Διασώζει*. Διασώζειν, est conducere salvum et incolumem præstare. Chron. Alexandr. an. Heraclii 18: Ἀπελύσαμεν πρὸς αὐτοὺς Ἠλίαν τὸν ἐνδοξότατον στρατηλάτην—μετὰ νεωτέρων καὶ κ' ἵππων ἀδιστράτων σελλαρίων ὀφειλόντων ἀπαντῆσαι καὶ διασῶσαι αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Epistola Constantini Pogonati imper. ante act. 1 sextæ synodi: Καὶ καστελλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν
D αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντη ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους— ἀποκαταστῆναι. Porphyrog. *De adm. imp.*, cap 52, Ἐπεζήτησαν εἰς διάσωσιν αὐτοῦ. Apud eumdem, cap. 7, et Liutprand. in Legat. διασῶσται et ἀποσῶσται sunt, qui *duces conductorii* dicuntur Gauterio, *De bello Antiocheno*, pag. 460; *ducatus*, Gallis; *saufconduit*, apud Gregorium VII papam, lib. I, epist. 77, et Brunonem, *De bello Sax.*, pag. 139; *Conductus*, apud Joannem Sarisber. in Polycrat

Dum tibi conductus fuerit, securior ibis.

Vide infra pag. 405, c. 479 B.

(21) *Αἴτιον τοῦ κακοῦ*. Id ipsum asserunt Tudebodus, lib. I; Albertus Aquileiensis, lib. I, cap. 16, et Baldricus, pag. 90.

παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰς προκσκύνησιν τοῦ Ἁγίου Τάφου διὰ ταῦτα δεκτούς. A

non multis certo periculo ereptum imperatori sistit incolumem. Admonebat amice hominem Augustus, quam non utili consilio sibi prius recta et tuta suadenti noluisset acquiescere. Ille ut Latinum decebat arduæ cervicis et demittere se nescium, respondit haudquaquam suæ culpæ imputandam cladem, sed pervicaciæ suorum qui temere præcipitassent in exitium salubribus ducis sui mandatis negligendis. Quos etiam iræ indulgens prædones raptoresque vocitabat : ideoque aiebat merito supplicio præoccupatos antequam attigissent metam religiosæ peregrinationis : Salvatore Christo indignos eos habente quos admitteret ad adorationem Sancti sui Sepulcri.

Οἱ μὲν οὖν τῶν Λατίνων, ὁποῖος ὁ Βαϊμοῦντος καὶ οἱ τούτου ὁμόφρονες ἔρωτα τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐκ μακροῦ ἔχοντες καὶ ταύτην [7] ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι βουλόμενοι πρόφασιν τὴν τοῦ Πέτρου διακηρύκευσιν εὑρηκότες, ὡς εἴρηται, τὴν, τοιαύτην συγκίνησιν ἐποιήσαντο ἀπατήσαντες τοὺς ἀκεραιοτέρους, καὶ σχηματιζόμενοι κατὰ τῶν Τούρκων ἀπέρχεσθαι εἰς ἐκδίκησιν [8] τοῦ Ἁγίου Τάφου τὰς ἰδίας ἐπίπρασκον (22) χώρας. B Οὖβος (23) δέ τις ὁ τοῦ ῥηγὸς Φραγγίας ἀδελφὸς φυσῶν τὰ Ναυάτου, ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει τῆς ἐνεγκαμένης μέλλων ἐξελθεῖν τάχα ὡς πρὸς τὸν Ἅγιον Τάφον, ἀποστείλας, ἀπονοίας ῥήματα ἐμήνυσε πρὸς τὴν αὐτοκράτορα, προμηθευόμενος τὴν ὑπαντὴν αὐτῷ γενέσθαι λαμπράν· *Ἴσθι*, λέγων, *ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐγὼ ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλέων* (24) *καὶ ὁ μείζων* [9] *τῶν ὑπ' οὐρανόν· καὶ καταλαμβάνοντά με ἤδη ἐνδέχεται ὑπαντῆσαί τε καὶ δέξασθαι μεγαλοπρεπῶς καὶ ἀξίως τῆς ἐμῆς εὐγενείας*. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, ἐπεὶ δοὺξ μὲν ἔτυχε Δυῤῥαχίου Ἰωάννης υἱὸς [10] Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος, περὶ οὗ ἄνωθεν εἴρηται, τοῦ δὲ στόλου Νικόλαος ὁ Μαυροκατακαλὼν περὶ τὸν λι- C μένα τοῦ Δυῤῥαχίου ἐκ διαστημάτων ἐνορμίσας τὰς ναῦς, κἀκεῖθεν αὖθις τὰς ἐκδρομὰς ποιούμενος

Hic successus expeditionis primæ fuit Latinorum in Turcos, quam aliæ atque aliæ consecutæ sunt, omnibus, ut dixi, Occidentis principibus et populis promulgatione illa divinæ voluntatis a Cucupetro facta commotis : vel potius plerisque ad spem ambitionis propriæ specioso prætextu et simplicitate credulorum abutentibus : ac dum Turcis minantur ultionem, Christianæ Græciæ cladem servitutemque **288** parantibus. Utut sit, fervebant omnia minis apparatuum ingentibus, et dynastæ ac magnates pro se quisque ut expeditioni tam sumptuosæ pecuniam necessariam conficerent, ditiones passim urbesque vendebant suas. Hugo autem quidam frater regis Francorum, nobilitatis atque opum conscientia prætumidus : cum in procinctu esset ad expeditionem Hierosolymitanam superbissimas ad imperatorem litteras dedit, quibus mandabat ut sibi per ejus ditionem iter habituro meminisset occurrere cum pompa et veneratione debita. Hunc ferme in modum scripta erat Epistola : *Scias, o imperator, esse me regem regum et majorem cunctis qui sub cœlo sunt. Itaque simul istuc advenerim, par est excipi me a te magnifice ac prout nobilitati meæ consentaneum est.* Erat tum Dyrrachii dux Joannes

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[7] ταῦτα. [8] προσκύνησιν. [9] μείζων πάντων. [10] ὁ υἱός.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) *Ἐπίπρασκον*. In his recensent scriptores Harpinum Bituricensem comitem, Raimundum Sanctægidianum Tolosæ comitem, Boemundum principem Tarentinum, Robertum Normanniæ ducem, et aliquot alios e Gallia proceres. Vide Notas nostras ad Joinvillam, pag. 52, 53.

(23) *Οὖβος*. Hugo cognomento Magnus, Veromanduorum comes, Philippi Francorum regis frater, Henrici I regis filius : *Is*, ait Robertus Mon., lib. II, *honestate morum et elegantia corporis, et animi virtute, regalem de qua ortus erat, commendabat prosapiam : et licet aliorum procerum*, addit Guibertus, lib. II, cap. 18, *multo major quam ipsius apud nos reputaretur auctoritas, apud exteros tamen, præsertim apud inertissimos hominum Græcos, de regis Francorum fratre prævolarat infinita celebritas*. Οὖβος hic Hugo nuncupatur, non Οὖγος, quia Gallis *Hues* tunc vocitabatur.

(24) *Βασιλεὺς βασιλέων*. Infinita sane apud Græcos, ut ex mox laudato Guiberti loco constat, de Hugone prævolarat celebritas, non quod rex regum diceretur, aut hosce sibi titulos arrogaret ; quomodo enim regum se regem appellasset, qui ne regis quidem gaudebat appellatione? sed quod regis Francorum esset frater, qui jampridem tantæ habebatur apud omnes nationes existimationis, ut non a Græcis modo *rex regum* haberetur, solusque inter Europæanos principes ῥὴξ per excellentiam indigitaretur, Suida teste, sed etiam apud Christianos Romanos eamdem supra cæteros monarchas obtineret prærogativam. Mathæus Paris, an. 1254 : *Dominus rex Francorum, qui terrestrium rex regum est, tum propter cœlestem ejus inunctionem, cum propter sui potestatem, et militiæ eminentiam, in medio sedebat*. Et an. 1252 : *Dominus rex Francorum regum terrenorum altissimus et dignissimus*. Idem pag. 430, regnum Francorum, *regnum regnorum* vocat. Charta Amedei Com. Sabaudiæ, an. 1397, in Probat. *Hist. Sabaud.* Samuel. Guichenoni : *Le roi de France, qui est le grand et le plus noble roi des Chrétiens*. Froissartes, D vol. IV, cap. 43, de Carolo VI : *Le plus digne, et le plus noble et le plus puissant roi du monde*. Et eod. vol., pag. 201 : *Chef de tous les rois de ce monde*. Denique quo haberetur loco, etiam senescente Græcia, Francorum rex, docent hi versus mixobarbari ex Lamentatione ms. de capta a Turcis Constantinopoli :

Ὦ Κωνσταντῖνε βασιλεῦ, τύχην βαρέαν ὁποῦχες,
Θέλω νὰ δώσω εὐθύμησιν στῶν αὐθέντων τῆς Δύσης,
353 Ῥῆγαν τὸν ἐκλαμπρότατον καὶ τοῦ Πάρης ὁ [πρῶτος,
Πρωτόαρχος τῶν αὐθέντων τοπάρχων τῆς Δύσης,
Ὦ Φράτζα τιμιωτάτη καὶ πολιφουμισμένη,
Φρατζόρτζιδες πολεμισταὶ, ἄνδρες μου στρατιῶται, [etc.

Regio apparatu et comitatu e Gallia profectum Hugonem testatur Anna, pag. 297. Vide Dissertat. XXVII, ad Joinvillam.

Isaaci sebastocratoris filius, de quo superius actum est. Classi vero circa Dyrrachii portum discretis stationibus imminenti in speculationem ac custodiam maris ejus totius, cum potestate præerat Nicolaus Mauroeatacalo, crebris illinc excursionibus erumpens, observansque late ne qua improviso piratica navis Romana littora tentaret. Ad hunc utrumque imperator acceptis Hugonis litteris, seorsum scribit, Joanni quidem duci Dyrrachii mandans ut a continente atque ora littorali Calabriæ adversa Galli adventum opperiretur, deque eo quam celerrime ad se nuntios daret, Hugonem interim ipsum exciperet magnifice; ducem vero classis vigilare jubebat acribus et assiduis excubiis intentum in occasionem omnem et semper paratum ad rem gerendam. Interim ad oram Longobardiæ maritimam Hugo provectus legatos ad ducem Dyrrachii mittit quatuor supra viginti, loricis omnes ocreisque, cum armatura cætera, cataphractos aureis. Erant cum eis comes Tzerpenterius, et Helias qui Thessalonica ab imperatore profugerat. Horum ad ducem hæc oratio fuit: *Notum tibi sit, o dux, dominum nostrum Hugonem quamprimum huc trajecturum sumpto nuper Romæ aureo vexillo S. Petri. Scias porro ipsum esse summum ducem Francicæ militiæ universæ. Para igitur te ad eum exercitumque ejus pro dignitate ipsius excipiendum, memineris que occursum illi debitum reddere.* Talia dum isti mandant Hugo Roma in Calabriam, ut dictum est, delatus,

A καὶ τὰ πελάγη περισκοπῶν ὡς μὴ λάθοιεν αὐτὸν [11] λῃστρικαὶ νῆες παραπλεύσασαι· ὁ αὐτοκράτωρ εὐθὺς γράμματα πρὸς ἀμφοτέρους ἐκπέμπει ἐντειλάμενος τὸν μὲν δοῦκα Δυῤῥαχίου διὰ τῆς ἠπείρου καὶ τῆς παραλίας ἐφεδρεύειν τὴν τούτου ἔλευσιν, καὶ παραχρῆμα τῷ αὐτοκράτορι ταχεῖαν τῆς τούτου ἐλεύσεως δοῦναι γνῶσιν, αὐτὸν δὲ τὸν Οὖβον ὑποδέξασθαι μεγαλοπρεπῶς, τὸν δὲ δοῦκα τοῦ στόλου παρακελεύσασθαι μηδαμῶς ἀναπεπτωκέναι μηδὲ καταῤῥαθυμεῖν, ἀλλ' ἐγρηγορέναι διαπαντός. Κατὰ τὴν παραλίαν δὲ τῆς Λογγιβαρδίας ὁ Οὖβος διασωθεὶς πρέσβεις τηνικαῦτα ἐκπέμπει πρὸς τὸν δοῦκα Δυῤῥαχίου εἴκοσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι τὸν ἀριθμὸν, θώραξι χρυσέοις σὺν αὐταῖς κνημῖσι περιπεφραγμένους μετὰ τοῦ κόμητος Τζερπεντηρίου (25) καὶ Ἠλία τοῦ ἐκ Θεσσαλονίκης ἀποδράσαντος ἀπὸ τοῦ [13] αὐτοκράτορος. B Οἱ δὲ πρὸς τὸν δοῦκα τοιαῦτα ἔλεγον· *Γνωστὸν ἔστω σοι, δοὺξ, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Οὖβος, ὅσον ἤδη καταλαμβάνει, ἀναλαβόμενος ἀπὸ Ῥώμης τὴν χρυσῆν τοῦ ἁγίου Πέτρου σημαίαν* (26). *Ἀρχηγὸν δὲ τοῦτον ἐπίστασο τοῦ Φραγγικοῦ στρατεύματος ἅπαντος. Ἐτοιμάσθητι*[14] *γοῦν πρὸς τὴν τούτου καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων δοχὴν ἀξίαν τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ὑπαντὴν ποιησόμενος.* Τούτων τοιαῦτα πρὸς τὸν δοῦκα λεγόντων, ὁ Οὖβος διὰ τῆς Ῥώμης εἰς Λογγιβαρδίαν, ὡς εἴρηται, κατελθὼν καὶ διὰ τῆς Βάρεως ὡς πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τὸν ἀπόπλουν ποιούμενος, κλύδωνι μεγίστῳ (27) περιπεσὼν ἀπώλεσε τὰ πλείω τῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] Deest vox αὐτόν. [12] Ζερπεντηρίου. [13] τοῦ. [14] ἑτοιμάσαι τοιγαροῦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(25) *Τζερπεντηρίου.* Fuit is Willelmus Carpentarius, seu ut Gallico efferebatur tunc idiomate, quod suo reddidit Anna, *Charpentier.* De ejus familia et cognomine, sic Robertus Mon., lib. IV: *Willelmus de regali prosapia ortus fuit, et vicecomes cujusdam castelli, quod Milidunum dicitur, olim exstitit, qui ideo Carpentarius cœpit cognominari, quia in bello nullus valebat occursari. Nulla enim lorica erat, galea vel clypeus, qui duros lanceæ illius, sive mucronis sustineret ictus.* Guibertus, lib. IV, cap. 7, hoc etiam cognomine donatum ait Willelmum, *non quia faber lignarius esset, sed quia in bellis cædendo, more carpentarii, insisteret.* At non desunt qui Carpentarii cognomine donatum putant, propter eximiam ejus in fabricandis bellicis machinis solertiam, quemadmodum Fulcherius primus Lemovicensium comes *industrius faber in lignis* fuisse eadem de causa dicitur ab Ademaro Caban. in Chr. an. 876. Robertus comes Belismensis, *in exstruendis ædificiis et machinis, aliisque arduis operibus ingeniosus artifex*, ab Orderico Vitali, lib. VIII, *Carpentarius* porro faber lignarius ex scriptoribus ævi sequioris. Idem Ordericus, lib. XII: *Carpentarios berfredum facientes docebat. Carpentarius servus*, in l. Sal. tit. 11, § 5. *Carpentata ædificia*, id est lignea, in *Speculo Saxon.*, lib. I, art. 20. *Carpentaria*, locus ubi fabri lignarii operis suis incumbunt, apud Innocentium III PP., lib. XIII, epistola 55. Willelmi virtutes longe deprimit ac elevat Guibertus loco citato, quo et ejus in Hispaniam expeditionem tangit, de qua etiam agunt Tudebodus, lib. I, et Beslius in *Comit. Pict.*, cap. 18 et 30. Una cum Hugone captum testantur Albertus Aquileiensis, lib. II, C cap. 9, et Will. Tyrius, lib. II, cap. 5. De Helia hic memorato nihil succurrit; nullus enim, quod sciam, hoc nomine reperitur apud scriptores rerum Hieros.

(26) *Τὴν χρυσῆν τοῦ ἁγίου Πέτρου σημαίαν.* Hinc dicitur Hugo *signifer et dux militiæ*, apud Robertum Mon., lib. II, pag 35. *Vexillarius*, apud eumdem, lib. VI et VII, pag. 58 et 64. *Signifer et ductor*, apud Albertum Aquileiensem, lib. IV, cap. 47. Vetus id fuit pontificum Romanorum institutum, ut ad principes Romanæ Ecclesiæ vexillum mitterent, quo uterentur in præliis et bellis contra fidei hostes. Ita apud Anastasium Biblioth. legimus donasse Leonem PP. Carolo M. Ecclesiæ vexillum, quod illius esset defensor et advocatus; et in *Gestis Innocentii PP.*, pag. 59, eumdem pontificem simile misisse vexillum ad Joannitium Bulgarorum regem, *quo contra illos uteretur qui honorant labiis Crucifixum; cor autem eorum longinquum est ab ipso*, hoc est contra Græcos schis- D maticos, ut est in Epistola Innocentii, ex qua præterea docemur cruce et clavibus geminis illud fuisse insignitum; *Prætendit autem*, inquit pontifex, *non sine mysterio crucem et claves: quia beatus Petrus apostolus et crucem in* [ligno] *sustinuit, et claves a Christo suscepit.* [Repræ]*sentat itaque signum crucis, utpote in quo Christus qui vincit, regnat et imperat, debellavit aerias potestates*, etc. *Clavem autem geminam repræsentat, discretionis alteram, alteram potestatis.* Exstat in *Cæremoniali Romano* formula benedictionis et traditionis ejusmodi vexilli, lib. I, sect. 7. Vide Philippum Mazerium, in Vita S. Petri Thomasi patriarchæ CP., cap. 3, apud Bolland., 29 Januarii.

(27) *Κλύδωνι μεγίστῳ.* Atqui nulla apud scri-

αὐτοῦ πλοίων σὺν αὐτοῖς ἐρέταις καὶ ἐπιβάταις, ἑνὸς μόνου σκάφους ἐν ᾧ αὐτὸς ἔτυχε κατὰ τὴν μεσαίχμιον παραλίαν τοῦ τε Δυῤῥαχίου καὶ τόπου τινὸς καλουμένου Πάλους, ἀποπτυσθέντος οἷον παρὰ τῶν κυμάτων καὶ αὐτοῦ ἡμιθραύστου. Παραδόξως δὲ τούτῳ σωθέντι περιτυχόντες δύο τινὲς περισκοποῦντες τὴν τούτου ἔλευσιν μετεκαλοῦντο αὐτὸν λέγοντες ὡς Ὁ δοὺξ ἐπεκδέχεταί [15] σου τὴν ἄφιξιν [16] ἐπιποθῶν σε θεάσασθαι. Ὁ δ' εὐθὺς ἵππον ἐζήτει. Ἅτερος οὖν τούτων ἀποβὰς τοῦ ἵππου τοῦτον αὐτῷ μάλα προθύμως δίδωσιν. Οὕτω γοῦν [17] ὁ δοὺξ σωθέντα θεασάμενος καὶ προσηγορίας ἀξιώσας, ὅπῃ τε καὶ ὅθεν ἐπερωτήσας, καὶ ὅπως αὐτῷ διαπλωϊζομένῳ τὰ δεινὰ ξυμβέβηκε μαθὼν καὶ ἐπανακτησάμενος χρησταῖς ὑποσχέσεσι τράπεζαν αὐτῷ δαψιλῆ τοῦ λοιποῦ παρατίθησιν. Μετὰ δὲ τὴν εὐωχίαν ἀνέτως μὲν [18] οὐκ ἐλευθέρως [19] (28) δὲ παντελῶς εἶχε, ταχὺ δὲ τῷ αὐτοκράτορι τὰ κατ' αὐτὸν δηλώσας ἐκαρτέρει τὸ ποιητέον ἐκεῖθεν δέξασθαι. Ἅπαντα δὲ μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, ὀξέως τὸν Βουτουμίτην πέμπει πρὸς τὴν Ἐπίδαμνον, ἣν πολλάκις Δυῤῥάχιον κατωνομάσαμεν, ἐφ' ᾧ τὸν Οὔβον ἀναλαβέσθαι καὶ μὴ τὴν εὐθεῖαν βαδίσαι, ἀλλὰ παρεκκλῖναι καὶ διὰ τῆς Φιλιππουπόλεως αὐτὸν ἀγαγεῖν εἰς τὴν μεγαλόπολιν· ἐδεδίει γὰρ τὰ ὄπισθεν ἐρχόμενα Κελτικὰ πλήθη καὶ στρατεύματα. Δεξάμενος δὲ τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἐντίμως καὶ παντοίας φιλοφροσύνης ἀξιώσας, χρήματά τε ἱκανὰ ἐπιδοὺς, πείθει παραχρῆμα ἄνθρωπον (29)

A illincque per Barium versus Illyricum navigans, plerasque naves suas cum nautis et militibus fœda tempestate perdidit, una dumtaxat scapha qua forte ipse Hugo vehebatur, et ipsa furore fluctuum semilacera, in **289** terram ejecta ad quemdam locum qui æquali hinc inde spatio distat a Dyrrachio et loco alio qui Pallus appellatur. Et per hunc modum inopinate servato duo quidam occurrunt ex iis quos dux Joannes per littora dimiserat ut ipsius adventum observarent. Hugonem hi accedunt compellatoque nuntiant ducem Dyrrachii dominum ipsorum, exspectare pridem illum, cupereque aspectu ejus ac congressu frui. Ad hæc Hugo statim equum poposcit. Desiliens horum alter suum illi perofficiose tradit. Sic delatum ad se Hugonem B dux Joannes ad primum statim occursum salutatione perhonorifica excepit: mox ille, humanissime consueta percontatus, quo et unde, auditaque ab eo cum cætera viæ fortuna, tum navigationis infaustæ periculis et naufragio, consolari vicissim hospitem studuit votis et promissionibus bene ominatis prosperiorum deinceps eventuum. Ad hæc regiis ipsum epulis adhibet, indeque liberaliter illum quidem, sed non plane libere apud se detinet, certus neutiquam eum ab se dimittere, aut etiam cupienti copiam abeundi facere, antequam reversis quos ad imperatorem miserat nuntiis quid is fieri vellet intellexisset. At Augustus re cognita Buto-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[15] ἀπεκδέχεται. [16] ἔλευσιν. [17] γοῦν τοῦτον. [18] Desunt voces ἀνέτως μὲν. [19] ἐλεύθερον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

priores ejusce ævi mentio occurrit naufragii, quo periisse Hugonis classem prodit Anna; imo imprudenter **354** cum raro agmine Dyrrachium prospera appulisse navigatione refert Guibertus, lib. II, cap. 19: *At Hugo Magnus non expectata suorum et militum comprincipumque familia, inconsulte nimis præpropere adito Bari portu, navigationeque prospera devehitur Dyrrachium.*

(28) *Οὐκ ἐλευθέρως*. Fulcherius Carnot., lib. I, cap. 2, de Hugone M.: *Qui primus heroum mare transiens apud Duratam urbem in Bulgaria cum suis applicuit: sed imprudenter cum agmine raro vadens, ibi ab ipsis civibus captus est, et usque ad imperatorem Constantinopolim perductus, ubi per aliquantum temporis non omnino liber moratus est.* De Hugone a Græcis capto agunt præterea Tudebodus, lib. I, pag. 778 edit. Du-Chesn. Albert. Aq., lib. II, cap. 8; Robert. Mon., lib. II; Baldric. Dol., lib. I; Willel. Malmesb., lib. IV; Tyrius, lib. II, cap. 4; Matth. Paris, Sanut., etc.

(29) *Ἄνθρωπον*. Quale fuerit, quod Alexio præstitere proceres Galli hominium, refertur a scriptoribus rerum Hierosol. Albertus Aq., lib. II, cap. 16: *Se in vassalium junctis manibus reddidit.* Fulcher., lib. I, cap. 4: *Facti sunt homines imperatoris.* Baldricus, *Juraverunt Alexio imperatori vitam et honorem, quod neutrum ei auferrent, quoad ipse quod jurabat bona fide teneret.* Guibertus, lib. I, cap. 3: *Juraverunt quod nunquam sint sibi nocituri, vel suis.* Lib. II, cap. 19: *Quod per eum vitæ suæ et honoris prorsus indemnis exsisteret.* Ægre primum et vix adduci potuerant *palatini* nostri *comites*, uti vocantur ab eodem Guiberto, ut hominium Byzantino facerent imperatori, cum nec ejus essent imperio subditi, nec prædia illius C clientelæ obnoxia possiderent. Legitimus præterea illos invaserat metus, ne Franciæ rex, aut Germanus Augustus, quibus plerique beneficiorum, aut fœderum nomine obnoxii erant, rem in sui contumeliam et injuriam factam interpretarentur. Atque id causæ fuit cur Raimundus Sanctægidianus comes ejusmodi sacramento obstringi abnuerit, uti narrant Fulcherius, lib. I, cap. 4, et alii ejusce ævi scriptores, ut et postmodum Robertus Perticensis, seu Drocensis comes, regis Ludovici VII germanus, qui ne Manueli imperatori hominium, de quo enixe rogatus fuerat, profiteretur, clam se Constantinopoli subtraxerat, et insalutato hospite, Propontidem emensus, trajecerat in Asiam: *Turpe quippe*, aiebat, *in præsenti tam gloriosum habere dominum, et infideli facere hominium. Alii vero quorum numerus et ratio superavit, hujusmodi respondebant. Ex consuetudine post regem plures dominos habere possumus, quorum feodos* D *possidemus, sed illi fidem principaliter observamus. Si judicamus hoc esse turpitudinem, deleamus consuetudinem. Nunc autem imperator, sibi timens, nostrum requirit hominium. Si ergo turpe est nos ab eo timeri, si inhonestum quod minoribus facimus, nos facere imperatori, dimittamus consuetudinem. Si vero metus imperatoris, vel mos nostræ consuetudinis, nec regi facit injuriam, nec nobis verecundiam, acquiescamus nostræ consuetudini, pro nostro commodo providentes itineris necessitati, Nemo nostrum novit hanc terram. Igitur opus est duce; contra paganos properamus, Christianorum utamur pace.* Verba sunt Odonis de Diogilo, lib. IV, quæ hoc loco proferre duximus operæ pretium, ut tandem constet, quibus fulti rationibus proceres nostri Alexio et Manueli imperatoribus Constanti-

militem celeritate summa Epidamnum mittit, quam urbem sæpe Dyrrachium vocavimus, abducturum hinc Hugonem et specie comitandi commonstrandæque viæ per Philippopolim circumducturum in urbem regiam. Id ita constituit Alexius metu subsequentium copiarum Francicarum : quas erat verisimile reperturum Hugonem aliquas in itinere, si via recta et militari Dyrrachio Constantinopolim proficisceretur. Excepit eum imperator honore magno, et cum aliis benevolentiæ signis omnibus tum muneribus pecuniisque haud modicis ita delinivit Gallum, ut is ei volens sacramento Latinis usitato dixerit ac se hominem ejus profiteri sustinuerit.

A αὐτοῦ γενέσθαι τὸν τοῖς Λατίνοις συνήθη ὅρκον ἐπομοσάμενον.

His de Hugone velut in proœmii parte delibatis, ad Baimundum, qui multam jam olim historiæ huic nostræ materiam suggessit, transeundum est. Is vix diebus hinc elapsis quindecim feliciori trajectu Cabalionis littus tenuit, cum comitibus plurimis et exercitu omnem excedente numerum. Locus hic est prope Bousam ; nomina sunt locorum istius tractus quorum si sonus absonus ad Græcas aures mihus gratus accidat, et sint qui contaminari contextum historiæ barbararum vocum immistione conquerantur, eos placari par est nostram diligentiam boni consulere ubi meminerint ne Homerum quidem, qui mollitiei ac licentiæ tanto majoris opus conderet, indignum sua elegantia putasse nominare Biotos in poemate, ac quasdam insulas barbaricas nominibus præditas ad mentionem absurdis. Baimundi vestigia premebat comes Provinciæ, qui

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν Οὖβον ἐκ προοιμίου. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος, οὗ ἄνωθεν ὁ λόγος πολλάκις ἐμνήσθη, πεντεκαίδεκα ἡμερῶν οὔπω διελθουσῶν διεπέρασεν εἰς τὴν ἀκτὴν τοῦ Καβαλίωνος (30) μετὰ κομήτων διαφόρων καὶ στρατεύματος ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντος ἅπαντα. Τόπος δὲ οὗτος ἐγγὺς τῆς Βοούσης, ὀνόματα δὲ ταῦτα τῶν ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκεί- B νοις τόπων. Καὶ μεμφέσθω μηδεὶς ἡμῖν τοιούτοις χρωμένοις ὀνόμασιν βαρβαρικοῖς, καὶ ἀφ' ὧν ἔστι τὸ ὕφος τῆς ἱστορίας καταμιαίνεσθαι· οὐδὲ γάρ, οὐδ' Ὅμηρος ἀπηξίωσε Βιωτοὺς ὀνομάζειν καί τινας βαρβαρώδεις νήσους διὰ τὴν τῆς ἱστορίας ἀκρίβειαν. Κατὰ πόδας δὲ τούτου καὶ ὁ κόμης Πρεβέντζης (31), ταῖς ἀκταῖς τοῦ πορθμοῦ Λογγιβαρδίας προσπελάσας, ἐπεὶ διαπερᾶν καὶ αὐτὸς ἐβούλετο, μυριοφόρον ναῦν ληστρικὴν μισθωσάμενος τριάρμενον ἑξακισχιλίων χρυσίων στατήρων, ἐν ᾗ ἐρέται μὲν διακόσιοι,

Car. Dufresnii Du Caugii notæ.

nopolitanis hominium et clientelam præstare non recusaverint.

(30) *Καβαλίωνος*. Edit. Hœsch. habet Βουβαλιῶνος. Locus, ut videtur Dyrrachio vicinus ; in eas enim plagas appulisse Boemundum testantur Tudebodus, lib. I ; Albertus Aq. lib. II, cap. 18 et alii.

(31) *Κόμης Πρεβέντζης*. Raimundus Provinciæ et Tolosæ comes, qui mox Annæ Ἰσαγγέλης, seu comes S. Ægidii, Fulcherio, lib. I, cap. 2 ; *comes provincialis* ; aliis *comes Tolosæ* appellatur. Profert Catellus diploma ejusdem Raimundi, an. 1088, *in quo comes Tolosæ, dux Narbonæ, marchio* **355** *Provinciæ* inscribitur. At unde postrema hæc dignitas, et quo jure Raimundo accesserit, cum pridem cum studio disquisierint qui res Provinciales, aut Tolosanas aggressi sunt, nemo tamen hactenus omnino videtur attigisse. Putavit Magnus Peirescius, ut auctor est in ejus Vita Gassendus, lib. III, Raimundum filium fuisse Gaufredi Provinciæ comitis, qui anno Christi 1066 e vivis excessit, eoque possedisse nomine Provinciæ partem. At cum ex veteribus tabulis, et omnibus ferme scriptoribus constet Ramundum fratrem fuisse Guillelmi V Tolosani comitis, aliunde Raimundo in Provinciæ comitatum jus quæsitum oportet ; cum præterea Gaufredo filium unicum Bertrannum tribuant ejus ævi diplomata. Censet Antonius Rufius id accessisse juris Tolosanis comitibus ex conjugio Emmæ, Rotbaldi Provinciæ et Forcalcarii comitis filiæ, cum Guillelmo IV Tolosano comite : quæ quidem Rufii sententia, nullis licet eo argumentis ex professo fulciatur, haud omnino videtur respuenda. Nam ex iis quas laudat chartis, seu tabulis, discere est Guillelmum et Emmam conjugem aliquot prædia in Sistaricensi pago, et Manoscensi, concessisse monasterio sancti Victoris Massiliensi, an. 1024. Præterea Pontium Tolosanum comitem et Bertrannum fratrem, Guillelmi filios, in comitatu Guillelmi-Bertrandi Provinciæ comitis fuisse an. 1030 docet aliud diploma.

Ex quibus evincitur prædia varia et oppida possedisse in provincia Tolosanos comites ante Raimundum, qui non minimum post hæc jus avitum C auxit, bello Forcalcariensem aggressus, atque adeo ipsum Provinciæ comitem. Constat enim an. 1087, qua tempestate Guillelmus V Raimundi frater, Tolosanum comitatum adhuc possidebat, Provinciam bellicis tumultibus et principum dissidiis ita fuisse conturbatam et laceratam, ut quem populi dominum agnoscerent vix scirent. Id haurire est ex tabulis ejusce anni, quæ exstant in Tabulario Ecclesiæ Arelatensis, quæ aliquot prædiorum donationem continent factam *cum consilio comitum, sive comitissarum, qui tunc temporis regere videbantur regnum Provincialium hominum*, etc., *quia tunc temporis non erat dux, nec marchio, qui rectam justitiam faceret* ; adeo magna erat in eo tractu ex mutuis comitum dissidiis et bellis rerum perturbatio, quarum causa nulli alii videtur ascribenda quam Raimundo, qui, ut auctor es Willelmus Malmesburiensis, lib. V, Caturcensem comitatum, quem a parente in hæreditatis partem acceperat, *ut erat vivacioris spiritus, immane quantum* D *auxit Arelatensi et Narbonensi, et Provinciali adjectis*. Quæ quidem excitata a Raimundo bella etiam post an. 1090 durasse arguit diplomatis, quod Historiæ suæ intexit Catellus, subscriptio : *Quando R. comes municipium et fortalitatem sancti Maximini invasit*. Præsertim vero dominabatur Raimundus isti Provinciæ regioni quæ Rhodano imminet, tum in Arelatensi, tum in Avenionensi pago ; quin et ipsum Avenionensem comitatum possedit, non pleno jure, cum Forcalcarienses toparchas, qui Avenionenses comites sese hactenus inscripserant, hunc sibi asseruisse titulum, etiam post Raimundi excessum, testentur veteres passim chartæ, ipsosque Provinciæ comites ex Barcinonensi familia comitatus istius partem possedisse doceat pactum initum inter Raimundum Barcinonensem comitem et Alphonsum Tolosanum comitem, an. 1025.

ἐφόλκια δὲ τὰ συνεφεπόμενα ταύτῃ τρία. Τὸν ἀπόπλουν οὐ πρὸς τὰ μέρη τοῦ Αὐλῶνος ἐπεποίητο καθὼς τὰ λοιπὰ τῶν Λατίνων στρατεύματα, ἀλλὰ τὸν Ῥωμαϊκὸν ὑφορώμενος στόλον, λύσας τε [20] πρυμνήσια μικρὸν παρεκκλίνας (32), κατευθὺ Χιμάρας τὸν ἀπόπλουν ἐποιεῖτο οὐρίου τυχὼν πνεύματος. Φεύγων δὲ τὸν καπνὸν εἰς πῦρ ἐπεπτώκει. Καὶ [21] γὰρ οὐχὶ τοῖς σποράδην ἐνεδρεύουσι τὸν τῆς Λογγιβαρδίας πορθμὸν ναυτικοῖς περιέτυχεν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ δουκὶ τοῦ ὅλου Ῥωμαϊκοῦ στόλου Νικολάῳ τῷ Μαυροκατακαλών. Ὃς πόῤῥω περὶ τῆς ληστρικῆς ἐκείνης νηὸς μεμαθηκὼς, τὰς τοῦ ὅλου στόλου διήρεις καὶ τριήρεις, καί τινας δρομάδας ἀναλαβόμενος ναῦς, ἀπελθὼν ἵστατο εἰς Καβαλίωνα ἀντικρὺ τοῦ Ἄσωνος, ἐξ οὗπερ ἐξεληλύθει τὸν μέγαν ἐκεῖσε στόλον καταλιπών. Καὶ ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα (33) μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου (34) ἐξκουσσάτου (35) παρὰ τοῖς ναυτικοῖς καλουμένου, ἐπισκήψας

ad littus oræ Calabricæ **290** progressus cum de transfretando cogitaret, conduxit sex millium staterum aureorum pretio piraticam onerariam maximam trinis velis utentem, decem millium pondo capacem, in qua erant remiges ducenti: naves porro tres aliæ ab ea remulco trahebantur. His comes inscensis navigavit: non ille quidem Aulonem versus, ut reliqui exercitus Latinorum, verum quod Romanæ classis occursum vereretur, mox a solutis funibus declinatione usus modica cursum ad Capram intendit. Sed fumum fugiens in ignem incidit; non enim sparsis et sigillatim excurrentibus ad oræ maritimæ custodiam nauticis occurrit, at ipsi classis universæ Romanæ duci Nicolao Maurocatacaloni, qui dudum indicio accepto soluturæ onerariæ istius, biremes triremesque classis omnes et celeres aliquas assumpserat, locumque cum iis ceperat ad Cabalionem e regione Asonis. Classis

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[20] τά. [21] οὐ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(32) *Μικρὸν παρεκκλίνας*. Iter arripuit Raimundus per Sclaviniam, uti testantur Raimundus *de Agiles*, seu *de Aguilers*, uti appellatur in ms. San-Victoriano, Tudebod. lib. I; Fulcher. lib. I, cap. 2, etc. De hoc navali prælio silent nostri; quam male vero ab Alexianis habitus fuerit Raimundus, pluribus narrat idem *de Agiles*.

(33) *Δεύτερον κόμητα*. **356** Qui sint comites in re navali, cuivis notum. Illos inter maximus πρωτοκόμης dictus, proximus amiralio: hunc subsequebatur δεύτερος κόμης. Vide pag. 336, 369, et Pachymer. lib. IV, cap. 26.

(34) *Κατέργου*. Κάτεργον est navicula. *Chronicon Veneto Byzantinum* editum a Bulialdo: Ἐπέρασεν ὁ Κουρτούγλης μετὰ κατέργων καὶ φούστων τὸ μέρος τῆς Πουλίας. Constant. in *Hist.* Apollon. Tyr.:

Στὸ κάτεργον ἐμπήκασι καὶ διάβησαν τὴν ὥρα.

Narratio ms. de Belissario, κατεργοκύριοι, ἤτε φρικάλιοι. Hinc *Catergalimena* dictus portus quidam Constantinopoli, de quo Gyllius et Leunclavius.

(35) *Ἐξκουσσάτου*. Anna, lib. XII, pag. 369: Τὸν καλούμενον δεύτερον τὸν δρουγγάρην τοῦ στόλου μετὰ τοῦ ἐξκουσσάτου μονήρους κατ' αὐτὴν γλῶσσαν σκοπέα κατέλιπον. Ita appellatur a nautis, ut hic observat Anna, quoddam navigii genus. At cujusmodi illud fuerit, et unde vocis origo, non satis hactenus exploratum. Scitum quid sit ἐξκουσσεύειν in *Chronico Alexandr.* pag. 730; ἐξκουσσεία apud Theophylactum Bulgar. archiep. epist. 41, et jurisconsultos Græcos. Verum nihil videtur habere commune *excusatio* cum navi: neque proclivius est divinare quid sit *excusaticum* in Capitulari Sicardi principis Beneventani, licet fortassis ab eodem deductum fonte, cap. 29, cujus lemma sic concipitur, nam ipsum deest caput: *Ut non tollatur a tertiatoribus excusaticum et porcus*. Nisi forte idem sit, quod ἐξκουσσάτον, apud Justinianum Nov. LIX, cap. 2, certum scilicet vectigal, quod pensitabatur pro quavis immunitate. Fuere denique *excusati* apud Venetos, vox a plerisque nondum intellecta, ait Sansovinus in Venetia, qui lib. VI, vetera profert Acta, in quibus horum fit mentio, hisce verbis: *Excusati de Murriano, et eorum nomina, et sunt* 44. *Excusati de Mazorbo, et isti sunt de majoribus, et sunt* 23 etc. *Hæc sunt nomina excusatorum qui serviunt in palatio, et sunt* 124. *Nomina excusatorum nostri palatii, et sunt* 198. Ubi Sansovinus *excusatos* dictos, quasi *scutatos*, eosdemque esse censet, quos *scutiferos* vocavit ætas posterior. Sed vix est ut id probem, cum potius hac videantur appellatione donati, propter indulgentiam munerum civilium et personalium, qua gaudebant ex quadam officii et functionis prærogativa, uti fuere *beneficiarii*, et ii de quibus est titulus *De excusationibus artificum*, Cod. Theod. lib. XIII; quin etiam si fas est divinationi indulgere, censuerim Venetos istos *excusatos* non alios fuisse a vectoribus naviculariis, seu, uti vocant Veneti, *gondolariis*, quorum magnus semper fuit apud illos numerus, qui iis gauderent privilegiis quibus navicularii apud Romanos, ut est in titulo *De naviculariis*, Cod. Theod. et Just. Nam ab omnibus oneribus et muneribus immunes erant, leg. 5, 7 et 17 Cod. Theod. eodem titulo. Certum autem erat et definitum naviculariorum corpus, quorum præcipuum erat munus in annonæ urbis transvectione; unde et *naves eorum, quantæcunque essent, ad aliud munus ipsis invitis non tenebantur*, ait lex 5 eodem titulo. Agit præterea de ejusmodi naviculariis publicis Paulinus, epist. 36, ad Macarium. Cum igitur naviculariorum naves ista gauderent immunitate, nihil vetat *excusatas* inde appellatas opinari, onerarias nempe, et quæ annonariæ speciei transvectioni potissimum addictæ erant; ejusmodi enim sunt κάτεργα et μονήρεις, naviculæ, apud Annam ἐξκουσσάτων nomine donatæ. At Ludovicus Dominicus in Ducum Venetorum Historia, in Urso Participatio, ait, devictis a Venetis Narentanis, qui piraticam in Adriatico mari exercebant, Dorsodurum, quod propter eorum incursiones desertum fuerat, tunc auctore Urso duce incoli cœpisse, assignatasque eo in loco sedes iis qui ducis servitio ascripti, principis seu ducis *Excusati* appellati sunt, propter eamdem, ut probabile est, munerum excusationem. Occurrit apud Nicetam in Man. lib. V, n. 9, et lib. VII, n. 1, vocabulum ab illo, quod Anna utitur, haud multum abludens, tametsi alia, ut videtur, notione. Est porro illud ἐγκουσῆτος, et ἐγκουσσάτος. Priore loco de Venetis agens, Ἄνδρας θαλάττης τροφίμους, κατὰ Φοίνικας ἀγύρτας, πανούργους τὸ φρόνημα illos vocat; quod hac verborum serie reddit codex mixobarbarus: Θαλασσόμαχοι, καὶ ὀρθοὶ ὡς Φοίνικες, πραγματείας ποιδῦντες, καὶ ἐγκουσῆτοι ὄντες. Rursum de Anconitanis: **357** Ἦττονες κέρδους ὄντες, καὶ ἀγυρτεύοντες, καὶ πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντες,

corpore illic relicto, mittit eum qui secundus comes dicitur cum propria trireme, Excusata vocari a nauticis solita, cum mandatis speculandi quando primum prædicta oneraria solveret. Quod simul observaret jubebat, facem accenderet id significaturam. Fecit is quod erat jussus, duxque Nicolaus conspecto signo protinus et velis ventum dat, et navibus quæ non alis, sed quasi pedibus multis remorum agebantur, remigium copiosum ac validum expedit, infestus vadens adversus transfretantem comitem : quem vix tribus a continenti stadiis provectum in ipso impetu trajiciendi Epidamnum reperit milites armatos habentem secum mille quingentos, equos vero egregios octoginta. Speculatus Romanam classem gubernator onerariæ ait comiti provinciæ : *Classis e Syria nobis infesta occurrit cædisque ac necis miseræ præsens nobis omnibus periculum imminet.* His comes auditis indui loricis omnes jubet accingereque se ad pugnam validam. Hiems erat media. Quippe is dies sacer memoriæ divi episcopi Nicolai fuit. Tamen erat ventis silentibus mare tranquillum, et nox sereno plenilunio resplendens. Quare piratica oneraria, quippe. lis potissimum freta de consueto ardore cursus tantum remittere coacta est, auris alcedonia feriantibus, ut fere immota exstaret aquis. Quo loco velim equidem admittere pronam orationem ad celebrandam Mariani fortitudinem heroici juvenis. Qui cum ad primum onerariæ conspectum a classis ductore patre suo leviora **291** navigia impetrasset, cum iis recta in eam invehitur. Aggressus illam a prora est. Confluunt in eam partem quam insultu armati et ferocis bellatoris periclitari videbant fortissimi vectorum instructissimique ad prælium. At Marianus ad vocis commercium pro-

A αὐτῷ ἵν' ὁπηνίκα τὰ πρυμνήσια τῆς ἤδη ῥηθείσης νηὸς οἱ ἐρέται λύσαντες εἰς κῦμα θαλάσσης ἐμβάλωσι, πυρσὸν ἀνάψῃ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν παραχρῆμα τὸ κελευσθὲν ἐποίει. Ὁ δὲ δοὺξ Νικόλαος τοῦτο θεασάμενος, τὰς μὲν τῶν νηῶν τοῖς ἱστίοις παραχρῆμα ἐπτέρου, τὰς δὲ καὶ οἷον πολύποδας ταῖς κώπαις ἀπεργασάμενος κατὰ τοῦ διαπερῶντος χωρεῖ κόμητος. Οὔπω δὲ τρεῖς σταδίους ἀπὸ τῆς χέρσου διαπλωϊσάμενον, καταλαμβάνει τοῦτον πρὸς τὴν περαίαν Ἐπιδάμνου σπεύδοντα, ἐνόπλους μὲν στρατιώτας ἔχοντα χιλίους πρὸς τοῖς πεντακοσίοις, ἵππους δὲ τῶν ἐκκρίτων ὀγδοήκοντα. Ὃν θεασάμενος ὁ πηδαλιοῦχος τῆς νεὼς, φησὶ πρὸς τὸν κόμητα Πρεβέντζον· *Ἐκ Συρίας ὁ ἤδη καταλαμβάνων ἡμᾶς στόλος ἐστὶ, καὶ κίνδυνος μαχαίρας καὶ ξιφῶν παρανά-* B *λωμα γενέσθαι.* Παραχρῆμα οὖν ὁ κόμης θωρήξασθαί τε ἐκέλευσεν ἅπαντας, καὶ καρτερῶς μάχεσθαι. Κἂν δὲ μέσος χειμὼν ἦν ὁπότε ἡ μνήμη τοῦ ἐν ἱεράρχαις Νικολάου [22] τελεῖται, ἀλλ' ὅμως νηνεμία ἔτυχε παντελὴς καὶ ἡ νὺξ πανσέληνος φαίνουσα, τό τε μᾶλλον ἢ ἐν ἔαρι. Πεπαυμένων δὲ παντάπασι τῶν ἀνέμων οὐκ ἔτι [23] ληστρικὴ ναῦς κινεῖσθαι πρὸς ἰσχύος εἶχε, καὶ συνέβαινε ταύτην ἀτρεμεῖν ἐν τοῖς ὕδασιν. Ἀλλ' ἐνταυθοῖ τοῦ λόγου γενομένη βουλοίμην ἂν τὴν γλῶτταν ἐπαφεῖναι τοῖς τοῦ Μαριανοῦ κατορθώμασιν. Ὃς παραχρῆμα τοῦ δουκὸς τοῦ στόλου καὶ ἰδίου πατρὸς τὰ κουφότερα τῶν πλοίων αἰτήσας, κατευθὺ τῆς νηὼς ἐκείνης ἵεται· καὶ τῇ πρώρᾳ συνεισπεσὼν ταύτης ἀπεπειρᾶτο, συνέρ- C ῥεον δὲ παραχρῆμα ἐκεῖσε οἱ ἔνοπλοι καρτερῶς τοῦτον ἐξωπλισμένον πρὸς μάχην θεασάμενοι. Ὁ δὲ Μαριανὸς τοῖς Λατίνοις τῇ ἐκείνων ἀποχρώμενος διαλέκτῳ παρεκελεύετο μὴ δεδιέναι μηδὲ μάχεσθαι πρὸς ὁμοπίστους. Βάλλει δέ τις τοῦτον τῶν Λατίνων διὰ τῆς τζάγρας (36) κατὰ τῆς κόρυθος. Ἡ δὲ τζά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[22] μεγάλου Νικολάου. [23] ἔτι ἡ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

ubi Codex Barbaro-Græcus : Πλέοντες καὶ πραγματείας ποιοῦντες, καὶ εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας ἐγκουσσάτοι ὄντες, καὶ ἐκ τούτων κερδαίνοντες· ubi Meursius ἐγκουσήτους et ἐγκουσάτους *onustos* vertit. Atqui Nicetas ita videtur appellasse πανούργους τὸ φρόνημα, et πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντας, callidis præditos ingeniis, et ad turpia lucra, sordidosve quæstus proclives ; quales sunt *excusati*, qui fœnus nauticum, et onerariis navibus mercimonia exercent.

(36) *Τζάγγρας*. Ducas, *Hist.* cap. 24 : Αὐτοὶ ἐκ τῶν τριήρεων ἐξαγαγὼν θώρακας, περικεφαλαίας, δόρυ, τζάγγρας, καὶ πᾶν εἶδος ἁρμάτων. Joann. Cananus : Οἱ δὲ ἵνα μάχονται ἐξ ἐκείνης, ὄπισθεν μετὰ τζαγγρῶν τε καὶ τόξων, etc. Narratio ms. de Belissario : Φαλκόνες, καὶ πετρίτες, τζάγγρας καὶ μπαλησταρίδας, τόξα, καὶ τοξατόρους, σκεύη καὶ πουμπαρδιερίδες, etc. Jam tandem percipimus, Anna prævia, quod genus armorum fuerit τζάγγρα ; neque enim fuit arcus nudus, quod vult Meursius, neque *zagaia*, seu jaculum, uti apud Ducam interpretatur vir doctus, sed *arcus balearis*, nostris *arbaleste ;* cujus usum, suo ævo, Græcis hactenus incognitum, a Latinis vero inventum et excogitatum testatur Anna ; unde eidem id genus arcus, τόξον βαρβαρικόν, Cantacuzeno, lib. I, cap. 36, λατινικόν dicitur. Apud Latinos ejus usum antiquissimum fuisse docemur ex ll. Wisigoth. lib. VIII, tit. 4, § 23 : *Si quis — laqueos, vel arcus prætenderit, seu balistas.* Neque enim hoc loco *balista* pro majori machina, qua muri quatiuntur, quam vulgo *ballistram* vocant, sumitur. D *Glossar. Lat. Gr.* Ballistra, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. *Glossar. Gr. Lat.* Βαλλίστρα, *tormentum murale.* Καταπέλτης, *ballistra ; ballistrari*, σφενδονῆσαι ; tametsi ab ejusmodi machinarum fabrica et forma, balistarum inventionem profluxisse constet, quod nemo inficiabitur, qui Rigaltium ad Onosandrum, et Lipsium in Poliorcet. consulet et comparabit. Balistarum vero usus sensim apud nostros desiit, qui bellis istis Saracenicis frequens fuit, seu quod a summis pontificibus, una cum infectis veneno sagittis, vel gladiis, identidem interdictus sit in Christianorum præliis (*Concil. Rom.* an. 1139, can. 29 ; lib. V *Decret.* Greg. tit. 15), vel quod iis uti viro strenuo indignum putaretur, qui nulla arte, nullave industria aut dexteritate hocce armorum genere hostem prosterneret. Eo spectant verba Joinvillæi in *Hist. S. Ludovici : — Et devés sçavoir que à celle fois là furent faiz les plus beaux faiz d'armes, qui oncques furent faiz ou veage d'oultre mer, tant d'une part, que d'autre. Car nul ne tiroit*

γρα τόξον μέν ἐστι βαρβαρικὸν καὶ Ἕλλησι παντελῶς ἀγνοούμενον. Τείνεται δὲ οὐχὶ τῆς μὲν δεξιᾶς ἑλκούσης τὴν νευρὰν, τῆς δὲ λαιᾶς ἀνθελκούσης τὸ τόξον, ἀλλὰ δεῖ τὸν διατείνοντα τὸ ὄργανον τουτὶ τὸ πολεμικὸν καὶ ἑκηβολώτατον, ὡς ἄν τις εἴποι, ὕπτιον κείμενον, ἑκάτερον μὲν τῶν ποδῶν ἐνερεῖσαι τοῖς ἡμικυκλίοις τοῦ τόξου, ἀμφοτέραις δὲ ταῖς χερσὶ τὴν νευρὰν μάλα γενναίως ἀνθελκύσαι. Ἡ κατὰ τὸ μέσον, σωλήν ἐστι κυλινδικὸν ἡμίτομον ἐξημμένον αὐτῆς τῆς νευρᾶς, καὶ ὥσπερ τι βέλος ἀξιόλογον μέγεθος ἀπολαμβάνων, διήκει ἀπ' αὐτῆς τῆς νευρᾶς ἐς τὸ τοῦ τόξου μεσαίτατον, ἀφ' οὗ βέλη παντοδαπὰ διεκπίπτουσιν. Ἐν τούτῳ τοίνυν τὰ βέλη τιθέμενα βραχύτατα μὲν [24] τῷ μήκει, παχύτατα (37) δὲ καὶ πρόσθεν ἀξιόμαχον βάρος σιδήρου λαμβάνοντα [25], καὶ τῇ ἀφέσει (38) τῆς νευρᾶς μετὰ σφοδρότητος καὶ ῥύμης ἁπάσης ἀφιείσης τὰ βέλεμμα [26] οὗ ἂν τύχοι ἐπεισπεσόντα, οὐχ εἰς τοὔμπαλιν ἀποπίπτει, ἀλλὰ καὶ ἀσπίδα διέτρησε καὶ θώρακα βαρυσίδηρον διατεμόντα, ἐκεῖθεν διὰ θατέρου μέρους ἐξεπετάσθη. Οὕτως ἐστὶ σφοδρὰ καὶ ἀκατάσχετος ἡ ἄφεσις τῶν τοιούτων βελῶν. Ἤδη τοῦτο τὸ βέλος καὶ ἀνδριάντα διεπερόνησε χαλκοῦν. Καὶ

A vectus, Latinos, propria ipsorum lingua utens, admonebat, ne metuerent, neu arma expedirent in ejusdem fidei ac religionis homines. Hæc dicentem Latinorum aliquis excusso tzangra telo pulsat in galea. Est vero tzangra barbarici species arcus Græcis ignota funditus. Tenditur autem non dextera trahente nervum, læva costam arcus in contrarium diducente, sed oportet eum qui bellicam istam longissime jaculantem machinam intendit, utroque pede summe adnitendo propellere curvaturam arcus, et simul utraque manu magna vi attrahere transversum nervum, cujus circa medium tubus est forma cylindri dimidiati, aptus suspensusque ex ipso nervo; ac crassitie ac longitudine magni teli, per cordam quam trajicit ad medium

B arcus punctum pertinens. Ex hoc quasi canali concavo excutiuntur impetu magno in eum prius inserta tela, brevia illa quidem, sed crassissima, et ferro prægravata, ad tanto validiorem et ineluctabilem concipiendum impetum. Sane ubi laxatione nervi tubo inserta sagitta ejicitur, tanta fertur vehementia nulla ut plane soliditas aut durities ei repellendæ par sit, adeo ut clypeus quamvis firmus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] ὄντα. [25] καταλαμβάνοντα. [26] Βέλεμνα.

Car. Dufresni Du Cangii notæ.

d'arc, d'arbaleste, ne d'artillerie. Mais estoient les coups qu'on donnoit l'un sur l'autre à belles masses, espées, et futs de lances. At istius armorum generis

C usum revocavit postmodum Richardus Anglorum rex, et in Galliam induxit in bellis contra Philippum Aug. Nam, ut ait Willelmus Brito, lib. II *Philipp.* :

Francigenis nostris illis ignota diebus
Res erat omnino, quid balistarius arcus,
Quid balista foret, nec habebat in agmine toto
Rex quemquam sciret armis qui talibus uti.

Joann. Bromptonus in Rich. : *Ipse siquidem hoc genus sagittandi, quod arcubalistarum dicitur, jamdudum sopitum in usum, ut dicitur, revocavit, unde et in ea peritus plures manu propria peremit, quo et ipse postmodum in terra propria impræmunitus et inopinate periit.* Willelmus Guiart in Phil. Aug. obsidionem Acconensem commemorans, Richardum ait primum earum usum in Galliam invexisse :

Venus estoit nouvellement
Des arbalestes li usages,
Richart qui de tiex fais iert sages,
Tant soit il d'autres déporté,
L'ot poi ains en France aporté.
Si con les chroniques desquieurent.

D Idem denique Willelmus Brito, lib. V de Richardi cæde :

358 *Porrige Guidoni balistam qui tenet arcum,*
Ut sua quæ misit Richardo missa remittat,
Hac volo non alia Richardum morte perire,
Ut qui Francigenis balistæ primitus usum
Tradidit, ipse sui rem primitus experiatur,
Quamque alios docuit in se vim sentiat artis.

Verum unde ejusmodi balistas Græci τζάγγρας vocarint, plane mihi incompertum. Nam ejusce ævi scriptores Latini, Albertus Aq. lib. II, cap. 35; lib. III, cap. 41; lib. VI, cap. 9, 16, et alii passim *arcus baleares*; Willelmus Brito locis citatis, monachus Vallis Sarnaii, cap. 42; Cæsarius Heisterb. lib. I, cap. 16, etc., *balistas* nuncupant. Deinde etsi variæ fuerunt balistarum species, quarum aliquot meminit Sanutus, lib. II, part. IV, cap. 4, aliæ vero recensentur apud script. vernaculos, *Arbaleste de cor, et d'if, a tour, a haussepié et a un pié, a baudrier, ou baudreer, et a tailler*; nihil tamen in his vocabulis deprehendas, quod ad τζάγγρα vocem accedat, quam etiam extrema retinuit Græcia, quæ inde τζαγγροτοξότας, et τζαγγράτορας, quos *balistarios* nostri vocant, confecit. Apud Pachymerem quidam Σγουρὸς στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων occurrit, quæ dignitas eadem fuit, quæ scriptoribus nostris dicitur, *le grand maistre des arbalétriers.*

(37) *Παχύτατα*. Brevia illa quidem balistarum erant tela, sed spissiora et forma quadrata; unde *quadrellos*, nostri *quarreaux* vocabant. Willelmus Brito, lib. II :

Nec tamen interea cessat balista, vel arcus,
Quadrellos hæc multiplicat, pluit ille sagittas.

G. de Podio Laur. cap. 37 : *Mortuus est ictu quadrelli. Quarellos* dixit Rigordus non semel, et Math. Paris. W. Guiart, an. 1219 :

A tant tendent de tous costez
Aus arbalestes devaler,
Et puis laissent quariaux aller.

Idem in S. Ludovico :

Messire Alfons un iour ataignent,
Qui armez iert de son atour,
D'un quarrel d'arbaleste a tour.

Le Roman de Garin :

Volent pilet plus que pluie par pré,
Et les sajettes, et carriax empenez.

(38) *Καὶ τῇ ἀφέσει.* Willelmus Brito, lib. V :

Guido nucem volvit balistæ pollice lævo,
Dextra premit clavem, sonat una nervus, et ecce
In regis scapula stabat fatalis arundo.

perforetur, et lorica quantovis ære rigens, non ea solum parte qua telum excipit, verum etiam in adversa superficie per trajectum diametro corpus transverberetur; adeo nihil hunc ictum frustrari potest. Quin etiam ferunt ejusmodi teli acie transfigi signum æneum, et si mœnibus civitatis maximæ impactum fuerit, mucronem perterebrato muro ab interiori urbis parte spectandum se dare; aut certe, si crassior murus fuerit, totum in ejus medio haustum atque abditum manere. Talis quædam machina tzangra est; dæmonicum plane inventum hominibus perdendis. Siquidem quem hoc tormento pestis excussa perculerit, miserrimum semel abripit, sine remedii spe, sine plagæ sensu morientem. Mariano igitur emissum tzangra jaculum in galeam incidens summam, diffregit obiter, ejus verticem transvolans, caput ipsum ne capilli quidem tenus strinxit, Deo protegente. Irritatus ferox juvenis telum librat in comitis collineans brachium; nec aberravit aut repulsa sagitta est, sed transadacto clypeo per intimam et ipsam vi trajectam loricæ laminam latus hausit viri. Erat intimorum commilitonum comitis istius tertius decimus sacerdos Latinus quidam. **292** Is animadverso e puppi Mariani ausu in comitem, multis vicissim ulciscens jactibus Marianum petiit, nec ipsum propterea cessantem, sed et pro se pugnantem ipsum strenue et suos ad generose rem gerendam animantem. Pugna ibi conseritur tam cruenta ut Latini sacerdotis milites qua vulneribus debilitati, qua pugna fessi tertio mutandi novis succedentibus fuerint. At sacerdos multis plagis transfixus, cruoreque circumfluens, perstabat tamen in loco idem intrepidus. Non enim quæ apud nos viget sacerdotalis lenitatis disciplina Latinis in usu quoque est. Nos videlicet sacris jussi canonibus ac legibus, evangelicoque ipso persuasi dogmate, sancimus illud observatione inviolata teneri solitum: Ne stringas, ne inclames, ne tangas, sacerdos enim es. At barbarus Latinus simul atque initiatus sacris primitias sacrificii libaverit, clypeo statim in lævam inserto, correpta in dexteram vibrataque lancea, simul divinum communicat corpus ac sanguinem, simul torvum ac sanguinarium tuetur, designans ad cædem homines

A τείχει ἐμπεπτωκὸς μεγίστης πόλεως, ἢ ἐπὶ τἄνδον προὔκυψε τοῦ βέλους ἡ ἀκμὴ, ἢ ἐνδεδυκὸς κατὰ τὸ μέσον τοῦ τείχους, ἀφανὲς γέγονε. Τὸ μὲν οὖν τῆς τζάγρας πρᾶγμα τοιοῦτόν ἐστιν ὡς ὄντως δαιμόνιον, ὁ δὲ πειρασθεὶς τῆς ἐκ τούτου πληγῆς ἀθλιώτατος [37], ἀναισθήτως ἀποθνήσκων, καὶ μηδὲ τῆς πληγῆς ὁπόση τίς ἐστιν αἰσθανόμενος. Τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς τζάγρας βέλος ἐμπεσὸν τῷ ἄκρῳ τῆς κόρυθος, διήλασεν αὐτὴν ἀποπτὰν, οὐδ' ἄχρι τριχὸς τοῦ Μαριανοῦ ἐφαψάμενον· Πρόνοια γὰρ ἀπεῖρξεν. Ὁ δὲ γοργῶς ἄλλον κατὰ τοῦ κόμητος ἐπαφιεὶς ὀϊστὸν, πλήττει τοῦτον κατὰ τοῦ βραχίονος, ὃς τὴν ἀσπίδα διατρήσας τόν τε φολιδωτὸν διεληλυθὼς θώρακα καὶ αὐτῆς ἥψατο τῆς πλευρᾶς. Ἱερεὺς δέ τις Λατῖνος τρισκαιδέκατος τυγχάνων τῶν σὺν αὐτῷ μαχο- B μένων, τοῦτο θεασάμενος, πρυμνόθεν ἱστάμενος, πολλὰς βολίδας κατὰ τοῦ Μαριανοῦ ἐξέπεμψεν. Ἀλλ' οὐδ' ὁ Μαριανὸς ἐνεδίδου, αὐτός τε ἐκθύμως μαχόμενος καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν τοῦτο παρακελευόμενος, ὡς τρισσάκις τοὺς μετὰ τοῦ Λατίνου ἱερέως ὑπαλλαχθῆναι τιτρωσκομένους τε καὶ κοπιῶντας. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἱερεὺς κἂν πολλὰς τὰς πληγὰς δεδεγμένος ἦν καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι περιρρεόμενος, ἀλλ' ὅμως ἄτρεστος ἦν. Οὐ γὰρ κατὰ τὰ αὐτὰ ἡμῖν τε καὶ τοῖς Λατίνοις περὶ τῶν ἱερωμένων δέδοκται. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐντετάγμεθα [38] παρά τε τῶν κανόνων καὶ νόμων καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ δόγματος, Μὴ θίξῃς, μὴ γρύξῃς, μὴ ἅψῃ. ἱερωμένος γὰρ εἶ· ὁ δέ τοι βάρβαρος Λατῖνος (39) ἅμα τε τὰ θεῖα μεταχειριεῖται καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπὶ τοῦ λαιοῦ θέμε- C νος, καὶ τὸ δόρυ τῇ δεξιᾷ ἐναγκαλισάμενος, ὁμοῦ τε μεταδίδωσι τοῦ θείου σώματός τε καὶ αἵματος, καὶ φόνιον ὁρᾷ, καὶ αἱμάτων ἀνὴρ κατὰ τὸν Δαυϊτικὸν ψαλμὸν γίνεται. Οὕτως ἐστὶ τὸ βάρβαρον τοῦτο γένος, οὐχ ἧττον ἱερατικὸν ἢ φιλοπόλεμον. Οὗτος τοίνυν ὀρέκτης μᾶλλον ἢ ἱερεὺς, ὁμοῦ τε καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐνεδιδύσκετο καὶ τὴν κώπην μετεχειρίζετο, καὶ πρὸς ναυτικὸν πόλεμον καὶ μάχην ἀφώρα κατὰ ταὐτὸν, καὶ θαλάσσῃ καὶ ἀνδράσι μαχόμενος· τὰ γὰρ ἡμέτερα καθάπερ ἔφθην εἰρηκυῖα, τῆς Ἀαρὼν καὶ Μωσέως καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς πρώτου ἀρχιερέως ἐξήρτηται.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[37] ἀθλιώτατα. [38] ἐντετάλμεθα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(39) *Λατῖνος.* Id etiam Latinis objectum a Græcis scribit Petrus Diacon. lib. IV *Chron. Casin.* c. 117, apud quem Græcus sic Latino infert: *In occidentali climate propheticum illud videmus impletum: Erit ut populus sic sacerdos, cum pontifices ad bella prodeant, ut papa vester Innocentius facit. Quod quidem*, ut ait Petrus Damianus, lib. IV, epist. 9, *satis videtur absurdum, ut ipsi Domini sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibetur, et quod verbis impugnant, operibus asserant.* Et sane non injuria id nostris objectum; nam etsi lege ecclesiastica et conciliorum canonibus arma tractare vetarentur sacerdotes, sæpe tamen legimus ipsis interfuisse præliis, in iisque acriter dimicasse. Atque pravo mori isti ascribendum, quod arma tractare aut ferre clericis interdicant passim concilia Gallicana et provincialia, Ilerdense, c. 1; Matiscon. I D c. 5; **359** Liptin. c. 2; Vermeriense, an. 752, c. 16; Codex Carolin. epist. 77; Capitula selecta Caroli M. an. 800, cap. 2, 3, 4 et 5, apud Sirmond. tom. II *Concil.*; Capitulare episcopor. an. 802, c. 18; apud eumdem, Concil. Mogunt. an. 813, c. 17; Meldense, an. 845. c. 37; Capitul. Herardi archiep. Turonens. cap. 50, 113; Concilium Metense, an. 888, c. 6, etc. Observat porro cardinalis Baronius, an. 888, exsecrandum plane diu istiusmodi facinus inolevisse in Galliis, ut tam episcopi, quam abbates ad bella procederent, in hostes irruerent, cæderent ipsos, et ab ipsis cæderentur; jureque conqueritur ab ejus temporis scriptoribus laudatos reperiri nomine bellicæ fortitudinis, cum tanquam sacrorum canonum violatores, et muneris pastoralis et nominis desertores detestandi fuissent. Vide Observat. ad Joinvillæ pag. 50.

oculis vir sanguinum : quidni hoc enim tali ex Psalmis Davidicis nomen aptetur ? Adeo barbarum hoc genus non minus sibi belli ac gladii jus usumque arrogat quam sacerdotii apicem deposcit. Unde hic belligerator magis quam sacrificus eodem tempore et stolam sacerdotalem induit, et manubrio vel remi vel gladii manum admovit pugnæ navali lacessendæ promptam : ipse ad pugnandum cumque mari cumque viris simul ex æquo paratus. Quem equidem quando, quod facere cœpi, cum nostratibus mystis comparo, illum et ejus similes bellicosum ac Pharaoni terra marique infestum Mosis Aaronisque gerere sacerdotium arbitror : nostros mansueti Domini, qui princeps Christianum sacerdotium instituit, agnosco successores.

Ἀλλὰ τῆς μάχης ἐξ ἑσπέρας αὐτῆς μέχρι μέσης τῆς ἐπιφαινούσης ἡμέρας καρτερᾶς γεγονυίας, ὑπείκουσι κἂν μὴ ἐβούλοντο οἱ Λατῖνοι τῷ Μαριανῷ, λόγον ἀπαθείας ἐξ αὐτοῦ αἰτησάμενοι καὶ τυχόντες. Ὁ δέ γε μαχιμώτατος ἱερεὺς ἐκεῖνος, οὐδὲ τῶν εἰρηνικῶν σπονδῶν τελουμένων, τῆς μάχης ἐπέπαυτο, ἀλλὰ τὸν γωρυτὸν τῶν βελῶν ἐκκενώσας χερμάδα ἀναλαβόμενος λίθον πέμπει κατὰ τοῦ Μαριανοῦ. Τοῦ δὲ τὴν κεφαλὴν διὰ τῆς ἀσπίδος περιφράττοντος πλήξας τὴν ἀσπίδα διεῖλε τετραχῆ, καὶ τὴν κόρυθα κατέθραυσεν. Ὁ δὲ Μαριανὸς τῇ τοῦ λίθου βολῇ συγχυθεὶς ἀπολωλεκὼς τὸ φρονοῦν τῆς ψυχῆς, ἄναυδος παραχρῆμα ἐφ' ἱκανὸν ἔκειτο, ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς τοῦ λίθου βολῆς τοῦ Αἴαντος μικροῦ δεῖν ἐψυχοράγει. Μόλις δ' ἀνενεγκὼν καὶ ἑαυτὸν συναγαγὼν τρισσάκις τὸν παίσαντα ἔπληξε, βέλεμμα [29] κατ' αὐτοῦ ἐπαφείς. Ὁ δὲ πολέμαρχος ἐκεῖνος μᾶλλον ἢ ἱερεὺς μηδέποτε μάχης κορεννύμενος, ἐπεὶ καὶ τοὺς λίθους ἅπαντας ἀπεπέμψατο τῶν χειρῶν, καὶ ἁπλῶς ἦν, καὶ λίθων κενὸς καὶ βελῶν, οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν, οὐδὲ δι' ὧν ἀμυνεῖται τὸν ἀντίπαλον, ἐσφάδαζε μὲν ἐνταῦθα καὶ ἐξεφλέγετο καὶ ἐμεμήνει καθάπερ θηρίον εἰς ἑαυτὸν συστρεφόμενος· τοῖς γοῦν παρατυχοῦσιν αὐτίκα καὶ ἀποχρώμενος ἦν. Σάκκον οὖν μάζης μεστὸν ἐφευράμενος ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ σάκκου καθάπερ χερμάδας τὰς μάζας ἔβαλλεν, ὥσπερ ἱερατεύων καὶ τελετήν τινα ποιούμενος καὶ ἱεροτελεστίαν τὸν πόλεμον. Μάζαν γοῦν τινα μίαν ἀναλαβόμενος καὶ ὅλῃ χειρὶ πιθήσας, ἐπαφίησι ταύτην κατὰ τῆς τοῦ Μαριανοῦ ὄψεως, καὶ πλήττει τοῦτον κατὰ τῆς παρειᾶς. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὸν ἱερέα ἐκεῖνον καὶ τὴν ναῦν καὶ τοὺς ἐπιβάτας. Ὁ δὲ κόμης Πρεβέντζης πιστεύσας ἑαυτὸν σὺν αὐτῇ τῇ νηῒ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν, προθύμως τῷ Μαριανῷ εἵπετο τοῦ λοιποῦ. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν χέρσον γενόμενοι ἀπέβαινον τῆς νηὸς, πολλὰ καὶ πολλάκις ὁ ἱερεὺς ἐκεῖνος ἐζήτει τὸν Μαριανὸν, τὴν κλῆσιν μὲν αὐτοῦ μὴ ἐπιγινώσκων, ἀπὸ δὲ τοῦ χρώματος τῶν ἀμφίων τοῦτον ἀνακαλούμενος. Προσελθὼν δὲ [30] περιχυθεὶς κατησπάζετο, ἐγκαυχώμενος ἅμα, ὡς *Εἴ μοι κατὰ τὴν χέρσον ἐντετυχήκατε, πολλοὶ ἂν ταῖς ἐμαῖς χερσὶν ἀνῃρέθητε.* Ἐκβαλὼν δ' ἐπιδίδωσι τούτῳ ἀργυροῦν θηρίκλειον (40), τιμῆς στατήρων ἑκατὸν πρὸς τοῖς

Verum ut de pugna pertexam, tracta ea magnis utrimque animis a vespera ad postridianam lucem, Latinos tandem vel ingratiis cedere compulit, et cum Mariano deditionem pro incolumitatis fide pacisci. At pugnacissimus ille sacerdos haudquaquam uti gratia oblata sustinuit, aut in lucro ponere precariam salutem. Quin pacta quamvis proclamataque jam concordia, nihilo minus acriter pugnam urgebat, ac quod exinanita telum manui pharetra negaret, saxum in Mariani caput impegit; provisam ille molem sublato in verticem excepit scuto. Porro lapis tanto impetu ruebat, ut scuto in partes quatuor diffracto galeam perforaverit : quo ictu concussus confususque ac tantum non exanimatus Marianus diu sine voce, sine sensu jacuit, ut Hector ille lapide appetitus ab Ajace, cujus vi quin exspiraret parum abfuit. Tamen postquam ægre se recepit **293** restituitque in pedes, copiose ultus percussorem multis appetitum telis triplici vulnere affecit. At tribunus iste militaris verius quam sacerdos satiari nunquam pugna poterat. Verum animo adhuc ardenti deerant instrumenta iræ ; nam et exhausta prius pharetra jaculis carebat, et saxa quæ succenturiare telis ceperat, ipsa quoque defecerant. Hic homo æstuare tamen, jactareque se ac in omnem partem erumpere, impotens sui : et quod hosti quo plus nocere cuperet, minus posset, deficiente telorum copia, non minori furore quam irritatus aper aut alia venabulis circumventa bestia in seipsum incurrens seque contorquens. Ergo cum quidquid ei tum forte ad manum acciderat telum ira faceret, saccum conspicatus plenum panibus, cupide arripuit, expromptisque inde ponderibus ad prælium abutens, duratos nauticæ annonæ bolos tanquam lapides in capita hostium liberalissime torquebat, velut ne sic quidem a sacerdotali functione deficiens, sed panem vel tunc in pugna distribuens, et eulogias spargens, quasi ut sanguinarium furorem belli cum pacifico sacrorum usu conciliaret. Correptum ergo valide manuque impulsum tota panem unum in Mariani vultum impingens in gena illum percutit. Hactenus de nave illa Gallisque vectoribus, præclaroque in primis isto sacerdote. Cæterum provinciæ comes sui navisque

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[29] βέλεμνα. [30] δὲ τούτῳ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(40) *Θηρίκλειον*. Nicetas in Man. lib. III, n. 6. Adde Hœschel. in Not.

suæ ac suorum deditione Mariano facta, securus in ejus fide, duci se sinebat. Appellit in terram navis. Exscendunt Galli. Ex iis sacerdos ille multum et anxie quærebat Marianum, non nomine illum quidem compellens proprio, id enim ignorabat, verum eum a colore vestium satis designans, et sic vocitans. Inventum tandem hominem amicissime amplexatus salutavit quam officiosissime; gratulansque simul et glorians allocutus hunc in modum est: *Si mihi terra occurrissetis, multi utique meis eratis casuri manibus.* Mox argenteum calicem, pretii staterum triginta supra centum, Mariano in manus dat, atque his dictis datisque exspiravit.

A τριάκοντα. Ταῦτα δὲ ὁμιλῶν καὶ διδοὺς ἐξεπεπνεύκει.

Interim comes Gotthofredus, jam tum mari transito cum aliis comitibus, et exercitu in quo equitum decem, peditum septuaginta millia numerabantur, Constantinopolim ipse pervenerat, copiis circa Propontidem intra vallum collocatis, eo ambitu castrorum, ut a ponte prope Cosmidium sito usque ad Sanctum Phocam extenderetur. Instabat apud Gotthofredum imperator ut suas copias ultra Propontidis fretum deportaret. At ille diem e die ducens causasque alias ex aliis prætexens moras sedulo nectebat, Baimundum nimirum et cæteros opperiens qui specie religionis ac belli sacri perniciem imperatori machinabantur; a quo nondum se ultionem repetiisse meminerant splendidæ victoriæ illius, qua is apud **294** Larissam Baimundum et Gallos magno prælio fregerat. Scio non omnes Christianos qui sacro bello nomen dederant ista ambitiosa et nobis infesta cogitasse. Equidem Petrum illum quem dixi promulgatorem incentoremque primum expeditionis Hierosolymitanæ talia meditatum haud crediderim; imo pleramque plebem illam simplici religione provectam facile arbitror. Magnates solum illos et principes Gallos Baimundi familiares aut necessarios, vel colloquia ejus, vel propria versutia depravaverat in istam malitiam Christianos feriendi dum Turcis minantur. Atque illi utcunque clam esse sua consilia putabant, non fallebant tamen imperatoris solertem animum, qui suæ prudentiæ in discrimine tanto non oblitus provide congregatas accitasque infidelium copias cum ducibus ex gentibus iisdem strenuis et belli peritis, datis litteris subsidere jussit ad oram Ponti littoralem, et divisos turmatim sparsis cohortium stationibus, occupare quantum est spatii ab Athyra ad ipsum Phileam (nomina sunt locorum regionis ejus), ibique observare excipereque insidiis, si qui a Gotthofredo ad Baimundum cæterosque qui sequebantur comites, aut vicissim ab istis ad Gotthofredum mitterentur cujusmodi commercium inter eos fovendis promovendisque perniciosis consiliis utile, abrumpi intercludique magnopere intererat.

Ἀλλὰ καὶ ὁ κόμης Γοντοφρὲ (41) τῷ τότ καιροῦ διαπεράσας μεθ' ἑτέρων κομήτων καὶ στρατεύματος ἱππέων μὲν χιλιάδων δέκα, πεζῶν δὲ χιλιάδων ἑδδομήκοντα, καὶ καταλαβὼν τὴν μεγαλόπολιν (42), περὶ τὰ μέρη τῆς Προποντίδος κατατίθησιν αὐτοῦ τὸ στράτευμα. Διῆκον ἀπὸ τῆς ἔγγιστα τοῦ Κοσμιδίου διακειμένης γεφύρας (43) μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἁγίου Φωκᾶ. Παρακελευομένου δὲ αὐτῷ τοῦ βασι- B λέως τὸν τῆς Προποντίδος διαπεράσαι πορθμὸν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερτιθέμενος καὶ αἰτίαν αἰτίᾳ συνείρων ἀνεβάλλετο (44). Τὸ δὲ πᾶν, τὴν τοῦ Βαϊμούντου [31] καὶ τῶν λοιπῶν κομήτων ἀνέμενεν ἄφιξιν. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Πέτρος ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς εἰς προσκύνησιν τοῦ ἁγίου τάφου τὴν τοσαύτην ὁδοιπορίαν ἀνεδέξατο, οἱ δέ γε λοιποὶ κόμητες καὶ τούτων μᾶλλον ὁ Βαϊμοῦντος, παλαιὰν μῆνιν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος τρέφοντες, καὶ εὐκαιρίαν (45) ζητοῦντες ἀντίποινα τούτῳ παρασχεῖν τῆς λαμπρᾶς ἐκείνης νίκης ἣν ἤρατο κατ' αὐτοῦ ὁπόσε κατὰ τὴν Λάρισσαν τὸν μετ' αὐτοῦ συνῆψε πόλεμον, ὁμογνωμονήσαντες καὶ αὐτὴν τὴν μεγαλόπολιν κατασχεῖν ὀνειρώττοντες, εἰς τὴν αὐτὴν ἐληλύθεισαν γνώμην καὶ τούτου C πολλάκις ἐμνημονεύσαμεν ἄνωθεν, τῷ μὲν φαινομένῳ τὴν πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ὁδοιπορίαν ποιούμενοι, τῇ δ' ἀληθείᾳ τὸν αὐτοκράτορα τῆς ἀρχῆς παραλῦσαι καὶ τὴν μεγαλόπολιν κατασχεῖν ἐθέλοντες. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς τὸ πανοῦργον αὐτῶν πάλαι γινώσκων τὰς τῶν ἐθνικῶν δυνάμεις σὺν αὐτοῖς ἡγεμόσι διὰ γραφῶν παρεκελεύσατο ἀπὸ τοῦ Ἀθύρα μέχρι αὐτοῦ Φιλέα ἰλαδὸν καταστῆναι (τόπος δὲ παράλιος οὗτος τοῦ πόντου), καὶ ἐφεδρεύειν εἴπου τις τοῦ Γοντοφρὲ πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον καὶ τοὺς ὄπισθεν ἐρχομένους κόμητας ἀποστέλλοιτο, ἐξ ἐκείνων ἢ αὖθις [32] πρὸς αὐτὸν ἀπείργειν αὐτῶν [33] τὴν δίοδον.

Dum hæc clam utrimque dissimulatione mutua geruntur, contigit tale quippiam. Accersiverat ad se imperator comitum aliquos eorum qui cum

D Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ γίνεταί τι τοιοῦτον. Μεταπεμψαμένου γὰρ τοῦ βασιλέως τινὰς τῶν μετὰ τοῦ Γοντοφρὲ κομήτων, ἐφ' ᾧ τούτοις συμβουλεύσασθαι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] Βαϊμούνδου. Et sic postea semper. [32] ἢ αὖθις ἐξ ἐκείνων. [33] αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) *Γοντοφρέ.* Eodem an. 1096, sub medium mensis Augusti per Germaniam et Hungariam expeditionem suam aggressus est Gothofredus. Alb. Aq. lib. II, cap. 1 et alii.

(42) *Μεγαλόπολιν.* Pervenit Constantinopolim Gothofredus biduo ante Natalem Domini, et ad urbis mœnium conspectum castra metatus est. *Baldricus,* lib. I, pag. 91; et Guibertus, lib. II, *cap.* 12.

(43) *Γεφύρας.* De hoc ponte pluribus egimus ad Villhard. n. 85. Hujus præterea meminit Bryennius, lib. III, n. 11; et Cinnamus, lib. II

(44) *Ἀνεβάλλετο.* Dilationis causam afferunt scriptores, atque in iis Albertus Aq. lib. II, cap. 4, 10, 11, 12.

(45) *Εὐκαιρίαν.* Robertus Mon. lib. I, de Alexio: *Timebat enim ne tantus et tantorum exercitus in se consurgeret,* etc.

ὑποθέσθαι αὐτῷ πληρῶσαι τὸν ὅρκον, τριβομένου τε τοῦ καιροῦ διὰ τὸ φύσει λάλον τε καὶ μακρηγορώτατον τῶν Λατίνων, ψευδὴς διέδραμεν εἰς αὐτοὺς φήμη κατασχεθῆναι (46) τοὺς κόμητας παρὰ τοῦ βασιλέως. Εὐθὺς οὖν πυκιναὶ κατὰ τῆς Βυζαντίδος κεκίνηνται φάλαγγες, καὶ παραχρῆμα τὰ κατὰ τὴν Ἀργυρὰν καλουμένην λίμνην (47) διακείμενα παλάτια παντελῶς ἐξηρίπωσαν, ἅμα δὲ καὶ τῶν τειχῶν τῆς Βυζαντίδος ἀπεπειρῶντο. Κἂν μὴ δι' ἑλεπόλεων, οὐ γὰρ παρῆσαν, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῶν πλήθει θαῤῥοῦντες τοσοῦτον κατεκινδυνεύσαντο[34], ὡς καὶ πῦρ τολμῆσαι ἐπαφεῖναι κατὰ τῆς κάτωθεν τῶν ἀνακτόρων πύλης (48), ἀγχοῦ τοῦ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἐν ἱεράρχαις μεγίστου Νικολάου (49) πάλαι παρὰ τοῦ τῶν βασιλέων ἀνοικοδομηθέντος τεμένους. Οὐ μόνον δὲ ὁπόσοι τοῦ συρφετώδους ὄχλου τῶν Βυζαντίων καὶ ἀνάλκιδες πάντη καὶ ἀπειροπόλεμοι τὰς τῶν Λατίνων φάλαγγας θεασάμενοι ἔστενον, ὤμοζον[35], ἐστερνοκτύπουν[36], μὴ ἔχοντες ὑπὸ φόβου ὅ τι καὶ δράσαιεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὁπόσοι εὔνοι περὶ τὸν αὐτοκράτορα τὴν πέμπτην (50) ἐκείνην φανταζόμενοι καθ' ἣν ἡ τῆς πόλεως γέγονεν ἅλωσις. Καὶ δεδιότες διὰ τοῦτο τὴν ἐνισταμένην ἡμέραν μήτις ἔκτισις τῶν τότε γεγενημένων[37] συμβαίη, πάντες δὲ ὅσοι στρατιωτικῆς εἰδήμονες ἦσαν, ἀσυντάκτως πρὸς τὰ βασίλεια συνέῤῥεον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὡπλίσατο μὲν οὐδαμῶς οὐδὲ φωλιδωτὸν[38] περιεβάλετο θώρακα, οὐδὲ σάκος, οὐδ' ἔγχος ἐνηγκαλίσατο, οὐδὲ ξίφος περιεζώσατο, ἀλλ' ἑδραίως ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ ἐσταλμένος καθῆστο θρόνου, καὶ μεθ' ἱλαροῦ βλέμματος πάντας θαῤῥύνων καὶ θάρσος ἐνιεὶς ταῖς σφῶν ψυχαῖς καὶ τοῖς συγγενέσι δὲ καὶ ἡγεμόσι τοῦ στρατοῦ περὶ τῶν μελλόντων συμβουλευόμενος. Τὰ μὲν οὖν[39] πρῶτα οὐδ' ὅντινα οὖν κατὰ τῶν Λατίνων τοῦ τείχους ἐξαγαγεῖν προτεθύμητο. τὸ μὲν διὰ τὴν ἐνισταμένην ἐκείνην σεβασμίαν τῶν ἡμερῶν· πέμπτη γὰρ ἦν τῆς μεγίστης καὶ ἁγίας τῶν ἑβδομάδων, ἐν ᾗ ὁ

A Gotthofredo venerant. Causa vocandi fuerat spes ab iis impetrandi ut suadere Gotthofredo vellent observationem eorum quæ juratus promiserat. Tractatio fuit hæc prolixior: propterea quod verbosum natura est Latinorum genus; occasione igitur diuturnioris commorationis comitum apud imperatorem, rumor exortus lateque diditus repente est: datos in custodiam comites imperatoris jussu. Ad atrocem hunc nuntium consurgunt Latinæ legiones, rectaque infestæ in urbem properant. Valentibus objecta primum palatia ad argenteam, quæ dicitur, paludem sita direpta destructaque funditus memores notas iræ ipsorum in futurum tulere. Nec furor hic consistit. Mœnia quin etiam urbis Byzantiæ tentata, incursu quidem potius et

B stolido tumultu furentium, quam justis et tantæ munitioni quatiendæ paribus machinis quibus carebant. Sed fiduciam quidvis aggrediendi suæ ipsis multitudinis conscientia dabat. Inde adeo confidentissimo incepto portæ quæ palatio subjecta est ignem admovere conabantur, sitæ prope templum olim ab imperatoribus exstructum Maximi inter sacros antistites Nicolai. Consternatio hinc coorta magna est, non modo plebis Byzantinæ imbecillisque illius urbanæ multitudinis, passim ad conspectum famamque **295** Latinarum phalangium suspirantis, ejulantis, pectus plangentis, præ metu quid ageret, quove se verteret non habentis: sed vel potissimum studiosorum imperatoris qui

C feriam illam quintam urbi funestam qua olim Comnenorum ductu auspiciisque capta direptaque Constantinopolis fuerat secum reputantes, male metuebant, ne sceleris istius ultionem in hanc similem orbe anniversario recurrentem divina Providentia tolerandam Alexio destinasset. In eo tumultu quicunque militari usu aliquo ac peritia erant præditi, nemine licet vocante, injussu pro se quisque con-

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[34] κατηνεδεύσαντο (sic). [35] ᾤμωζον. [36] ἐστερνοτύπουν. [37] γενησομένων. [38] φολιδωτόν. [39] μέν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(46) *Κατασχεθῆναι.* Albertus Aq. lib. II, cap. 7, 8, Baldric. Guibert. Malmesbur. Tyrius, etc. agunt de hac Francorum comitum detentione.

(47) *Ἀργυρὰν λίμνην.* Hujus paludis meminit Pachymeres, lib. VII. At quæ fuerit palatiorum ad Argyram paludem appellatio, haud constat, nisi in universum magnifica illa ædificia intellexerit Anna in Europæano Bospori litiore exstructa: *Palatia nempe et turritas domos quæ spatium* 30 *milliarium in littore maris comprehendunt*, ait Albertus Aq. lib. II, cap. 11. Argyræ perinde paludis peculiarem situm, et nominis rationem nondum comperi. Haud procul tamen a Blacherniana porta dissitam fuisse assequor, ex eo quod porta urbis eadem, senescente Græcia, ab Argyra palude, vocabulo truncato, *Gyrolymne* dicta sit Cantacuzeno, lib. I, cap. 51, 56; lib. 3, cap. 81; et Nicetæ in Alex. lib. III, n. 10; et πύλη πρὸς τὴν Γυρολίμνην, Niceph. Gregoræ, lib. VIII et IX. Aliud porro fuit Ἄργυρον, et Ἀργυρόνιον, locus ita dictus in littore Bospori Asiatico, de quo Procopius, *De ædif. Just.*; Gyllius, *De Bosp. Thrac.* lib. III, cap. 6; Leunclavius, in *Pand.* cap. 128; et Historia Bucicaldi, part. I, cap. 35

(48) *Τῶν ἀνακτόρων πύλης.* Portæ palatii, non Magni, quod ad Propontidis littus exstitit sed Blacherniani, quæ a vicino palatio Blachernana dicta fuit, ut supra observatum. In eo enim tractu

D versus Cosmidium et Argyram paludem castra posuisse Gallos tradunt scriptores omnes.

(49) *Νικολάου.* Proinde ædes D. Nicolao sacra, quam intra Magni palatii ambitum, atque adeo Sophiano templo proximam diximus ad pag. 52. Hanc DD. Prisco et Nicolao primitus sacratam extra Urbem, ad Blachernianum murum, a Justiniano instauratam docet Procopius, lib. I *De ædif. Just.*, postmodum conflagrasse Heraclio imperante, ignem immittente Avarum Chagano, tradit *Chronicon Alexandrinum*. Illam opinor esse ædem, **360** quam D. *des Hayes* in *Itinerario Orient.* a Dominicanis Patribus possideri hac tempestate scribit.

(50) *Πέμπτην.* Vide supra pag. 54. Mansit vero Gothofredus cum universo exercitu in confiniis urbis a Nativitate Christi ad Pentecosten. Hostiles tamen Gallorum excursus in medium Januarii an. 1097 videtur referre Albertus Aq. lib. II, cap. 10, 11 et 16.

fluebant ad regiam. At imperator non lorica interiori latus, non clypeo lævam, non hasta dexteram armavit; verum ornatu regio quasi securus in imperatorio solio considens renidensque ad omnes, partim obtutu ipso lætitiam animosque adstantibus, partim sermone non minus forti virilique faciebat: multa de rebus in futurum imminentibus ex usu præsentium sedate at prudenter disputans, tanquam majore omni solutus cura. Primum omnium vetuit prodire ullum in Latinos armatum aut hostile in ipsos quidpiam moliri. Duplici id ex causa constituerat; nam et diei religio, quæ tunc erat feria quinta maximæ sanctæque hebdomadis, quando Salvator ignominiosam pro omnibus necem subiit, colenda ipsi tali cessatione videbatur, et a civili bello fundendoque Christiano sanguine, pio abhorrens animo quidvis experiundum ferendo putabat prius, quam ut in istam extremam infandi mali necessitatem veniretur. Crebris ergo et blandis missitandis ad Latinos nuntiis rogabat illos, incepto intempestivo desisterent: *Sacram*, inquiens, *lucem et cæsum hodie pro nobis omnibus reveremini Dominum: neque ei tantulum concessisse dedignemini, qui Deus cum esset nec crucem nec clavos, nec lanceam, supplicia maleficis debita, sustinere nostræ salutis causa recusaverit. Quod si pugnæ tanta cupido est, sustinete usque post instantem Dominicæ Resurrectionis diem. Tunc parati et nos ad prælium prodibimus.* His adeo non flexi motive Latini ut nihilominus densarent ordines jactusque telorum frequentarent, tam licenter quidem ut quemdam solium insidenti Augusto proxime apparentem adverso pectore percusserint, unde factum ut plerique astantium hinc inde imperatori recesserint: ipso interim immoto, ac non modo sine ulla significatione metus in sede perstante, verum etiam placide increpante timorem circumstantium: quæ animi præsentia plerisque admirationi erat. Ad extremum ubi satis comperit compositionis spem omnem ac moræ disjectam: ruere haud dubie Latinos irrevocabiles admovereque jam se mox insulturos,

A Σωτὴρ τὸν ἐπονείδιστον ὑπὲρ ἁπάντων ὑπέστη θάνατον· τὸ δὲ καὶ τὸν ἐμφύλιον παρεκκλίνων φόνον. Πολλάκις οὖν μεταπεμψάμενος ἐβούλετο τοῦ τοιούτου ἀπέχεσθαι ἔργου, *Αἰδέσθητε*, λέγων, *τὸν ὑπὲρ πάντων ἡμῶν τὴν σήμερον σφαγέντα Θεόν, μηδὲ σταυρὸν, καὶ ἥλους, καὶ λόγχην, τὰ* [40] *κακούργοις προσήκοντα, τῆς ἡμῶν ἕνεκα παραιτησάμενον σωτηρίας. Εἰ δὲ μάχης ὑμῖν ἔφεσίς ἐστι, μετὰ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν καὶ ἡμεῖς ἕτοιμοι παρεσόμεθα.* Οἱ δὲ οὐ μόνον οὐχ ὑπείκοντο [41], ἀλλὰ καὶ κατεπύκνουν τὰς φάλαγγας, συχνὰς τὰς βολὰς πέμποντες, ὡς καί τινα τῶν ἀγχοῦ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἱσταμένων κατὰ τὸ στέρνον πλῆξαι. Ὅπερ οἱ πλείονες τῶν ἐφ' ἑκάτερα παρισταμένων τοῦ βασιλέως θεασάμενοι ἀνεχώρουν. Ὁ B δὲ ἀτρέμας ἐκάθητο ἀνακτώμενος τούτους καὶ πράως πως νεμεσῶν. Ὁ [42] καὶ θάμβος πᾶσι παρεῖχεν. Ἐπεὶ δ' ἀναισχύντως τοὺς Λατίνους τοῖς τείχεσι πελάζοντας ἑώρα, καὶ τὸ συμφέρον βουλευομένῳ μὴ ὑπείκοντας, τὰ μὲν πρῶτα μεταπεμψάμενος τὸν γαμβρὸν (51) αὐτοῦ Νικηφόρον τὸν ἐμὸν Καίσαρα, παρεκελεύσατο ἄνδρας πολεμικωτάτους ἀναλαβόμενον καὶ τοξείας εἰδήμονας τοῦ τείχους ἄνωθεν καταστῆσαι, παρεγγυησάμενος συχνοὺς μὲν οἰστοὺς κατὰ τῶν Λατίνων ἐκπέμπειν, μὴ κατὰ σκοποῦ δὲ, ἀλλὰ διαμαρτάνειν τὰ πλείω, ὡς μόνον ἐκφοβεῖν τῇ πυκνότητι τῶν βελῶν, ἀναιρεῖν δὲ μηδαμῶς· ἐδεδίει γὰρ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τὸ τῆς ἡμέρας σεβάσμιον, καὶ τὸν ἐμφύλιον φόνον οὐκ ἤθελεν. Ἑτέρους δὲ τῶν ἐκκρίτων ἡγεμόνας C τοὺς πλείους μὲν τόξα φέροντας, τοὺς δὲ ἄγχεα [43] μακρὰ ἐναγκαλισαμένους τὴν κατὰ τὸν Ἅγιον Ῥωμανὸν πύλην (52) ἀναπετάσαντας σφοδρὰν ἐνδείξασθαι κατ' αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ἐκέλευε, τοιαύτην καταστησαμένους τὴν παράταξιν, ἕκαστον τῶν τὰ δόρατα φερόντων ὑπὸ δύο ἐξ ἑκατέρου φυλάττεσθαι πελταστῶν μέρους, οὕτω δὲ ἑαυτοὺς καταστήσαντας, αὐτοὺς μὲν βραδεῖ ποσὶ στείχειν, ὀλίγους δέ τινας τῆς τοξείας εἰδήμονας, κατὰ τῶν Κελτῶν προεκπέμπειν, πόῤῥωθεν μὲν τοὺς οἰστοὺς βάλλοντας, καὶ ἐφ' ἑκάτερα πυκνὰ περιστρεφομένους· ἐπὰν δὲ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[40] τοῖς. [41] ὑπήκουον. [42] ὅ. [43] ἔγχεα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Τὸν γαμβρόν.* Vix crediderim ea tempestate Nicephorum Bryennium Alexii generum fuisse. Anna enim Constantino Ducæ Porphyrogennetæ pacta, eodem præpostera morte sublato, jam nubilis Nicephoro uxor data est, ut auctor est Zonaras. Hoc autem anno 1097, Anna vix 10 ætatis annum excesserat, utpote nata an. 1086. Istius porro Græcorum cum Gallis conflictus eventum longe aliter narrant Tudebodus, lib. I; Albertus Aq. lib. II, cap. 13; Syrius, lib. II, cap. 8 et alii.

(52) *Κατὰ τὸν Ἅγιον Ῥωμανὸν πύλην.* Portæ S. Romani crebra est mentio apud auctores Byzantinos, præsertim illos qui ultimam urbis expugnationem scriptis mandarunt, ex quibus constat portam esse ad muros terrestres. In *Chronico Alex.* an. Heraclii 14, legimus Chaganum urbem obsidentem, ἀπὸ τῆς Πολυανδρίου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ turres castellatas 12 apposuisse. *Apud Nicetam in Bald.* Cantacuzenum, lib. I, cap. D 56; Gregoram lib. IX; Laonicum, lib. VII; Phranzem, lib. III, cap. 8, 9, 16; Ducam, cap. 38 *Hist. Polit.* etc. Portam S. Romani observare est, nullo alio situs indicio, quam quod una e Mediterraneis fuerit. Leunclavius in *Pandect. Turc.* cap. 200, et Crusius in *Turco-Græc.* tradunt illam esse, quæ hodie, vocabulo Turcico, *Topcapisi* nuncupatur, quo significatur porta Bombardaria, sive Tormentorum bellicorum, *sic dicta*, inquit idem Leuncl. *quod ultimæ obsidionis tempore tormenta bellica fuerint huic opposita*, quod etiam a Duca, Laonico, Phranze, et aliis traditur: quam in urbis partem paulo ante, an. scilicet 1422, urbem obsidens Amurathes tormenta sua statuerat, ut fuse prosequitur Joannes Canapus, ex cujus narratione portam S. Romani Charsianæ portæ proximam fuisse colligimus. Ædem vero Romani, a qua portæ viciniæ nomen videtur inditum, a B. Helena ædificatam auctor est Codinus in *Originib. CP.*

τὸ μεσαίχμιον ἀποστενωθὲν θεάσαιντο, τηνικαῦτα A τοῖς συνεφεπομένοις αὐτοῖς τοξόταις παρακελευσάμενος πυκνοὺς ἐκπέμψαι τοὺς ὀϊστοὺς κατὰ τῶν ἵππων, οὐ τῶν ἐποχουμένων, ὅλας ἡνίας κατὰ τῶν Λατίνων λῦσαι· τὸ μὲν ἵνα ἵππων πληττομένων ἀποπαύηται τὸ πολὺ τῆς ὁρμῆς τῶν Κελτῶν καὶ μὴ ῥᾳδίως κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἱππάζωνται, τὸ δέ τι ὃ [44] καὶ μᾶλλον ἵνα μὴ Χριστιανοὶ κτείνωνται. Ἐκθύμως τοίνυν τὸ βασιλικὸν ἀπεπλήρουν πρόσταγμα, καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, καὶ ποτὲ μὲν τοὺς ῥυτῆρας κατ' αὐτῶν ἐνδιδόντες, ποτὲ δὲ τοὺς ἵππους ἀνασειράζοντες, κτείνουσι μὲν πολλούς, ὀλίγοι δ' ἐξ αὐτῶν κατὰ ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἐτρώθησαν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐῤῥέσθων. Ὁ δ' ἐμὸς δεσπότης ὁ Καῖσαρ ἀναλαβόμενος, ὡς εἴρηται, τοὺς τῆς τοξείας B εἰδήμονας ἐπὶ τῶν πύργων ἵστατο τοῖς Βαρβάροις ἐπιτοξαζόμενος. Καὶ πάντες μὲν εἶχον τόξα καὶ εὔστοχα καὶ εὐθυβολώτατα [45]· νεανίαι γὰρ ἦσαν σύμπαντες οὐχ ἧττους τοῦ Ὁμηρικοῦ Τεύκρου εἰς τοξικὴν ἐμπειρίαν. Τὸ δὲ τόξον τοῦ Καίσαρος, Ἀπόλλωνος ἦν ἄρα τόξον αὐτόχρημα· οὐδὲ γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς Ὁμηρικοὺς Ἕλληνας *νευρὴν μὲν μαζῷ, τόξῳ δὲ σίδηρον* ἦγέ τε καὶ ἐφήρμοττε κυνηγετῶν ἀρετὴν ἐνδεικνύμενος κατ' ἐκείνους, ἀλλ' ὥσπερ τις Ἡρακλῆς *ἐξ ἀθανάτων τόξων θανασίμους ἀπέπεμπεν ὀϊστούς*, καὶ οὗπερ ἂν στοχάσαιτο κατευστοχῶν εἰ μόνον θελήσειε. Καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις καιροῖς, ὁπηνίκα καιρὸς ἀγῶνος καὶ μάχης παρῆν, ὅντινα καὶ σκοπὸν ἔθετο, εὐθὺς οὐκ ἄστοχον ἔβαλλεν, καὶ ᾧ ἂν μέρει ἐπετοξάσατο, κατ' ἐκείνου τοῦ μέρους εὐθὺς C ἐτίτρωσκεν ἀεί· οὕτως ἰσχυρὸν ἔτεινε τόξον ἐκεῖνος καὶ βέλος ἠφίει ὀξύτατον, κἀν τῇ τοξείᾳ δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν Τεῦκρον αὐτὸν καὶ τοὺς Αἴαντας φαινόμενος. Ἀλλὰ καίπερ τοιοῦτος ὤν, δεδιὼς τὸ τῆς [46] ἡμέρας αἰδέσιμον καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος παραγγελίαν ἐγκάρδιον ἔχων, ἔτεινε μὲν τόξον ἰταμῶς τούτους καὶ ἀλόγως τοῖς τείχεσι πελάζοντας ὁρῶν, καὶ κυνέῃ καὶ ἀσπίσιν ἑαυτοὺς περιφράττοντας τὸ βέλος ἐτίθετο τῇ νευρᾷ, ἀλλ' ὅμως ἄστοχα θέλων ἔβαλλεν, ὅπου μὲν εἴσω πέμπων, ὅπου δὲ καὶ ὑπερπέμπων. Κἂν δὲ διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν ὑπεστέλλετο εὐστόχως κατὰ τῶν Λατίνων βαλεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ Λατῖνός τις ἰταμὸς καὶ ἀναίσχυντος οὐ μόνον κατὰ τῶν ἄνωθεν ἱσταμένων πυκνοὺς ἐξέπεμπεν ὀϊστούς, ἀλλὰ καὶ τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ πολλὰ φωνῶν D ὑβρίζειν ἐδόκει, τείνει μὲν κατ' αὐτοῦ ὁ Καῖσαρ τὸ τόξον. Τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκθορε χειρός, ἀλλὰ διέτρησε μὲν τὸν θερεόν [47]· τὸν δὲ φολιδωτὸν θώρακα σὺν αὐτῷ διελὼν βραχίωνι [48] τῇ πλευρᾷ τὸ βέλος περιέπειρεν. Ὁ δ' εὐθὺς ἄφωνος ἔκειτο χαμάζε, κατὰ τὸν ποιητήν. Φωνὴ δ' οὐρανὸν ἧκε, τῶν μὲν ἐπαγγαλλομένων [49] τῷ Καίσαρι, τῶν δὲ ἐπὶ τῷ πεπτωκότι ὀλοφυρομένων. Καρτερῶς δ' [50] οὖν αὖθις τῶν τε ἱππέων ἐκεῖθεν [51] μαχομένων, τῶν τε ἐν τοῖς τείχεσιν ἱσταμένων, βαρὺς καὶ δεινὸς ἐξ ἀμφοτέρων ἀνεῤῥιπίζετο πόλεμος. Ἐπιβαλὼν δ' αὖθις ὁ

A muris urbis, surdos ad pacata omnia, tum enimvero alio remedio tempus egere ratus, generum primum omnium accersit suum Nicephorum meum Cæsarem, eique imperat ut viris secum fortissimis assumptis ex numero eorum qui **296** arte sagittandi præstarent coronam murorum superne obtineret, suosque illic jaculatores longa serie disponeret, mandans iis ut quam creberrima ex alto in Gallos tela mitterent, sed pleraque innoxia, aberratione affectata; non enim interfici volebat imperator hostes, tum religioni, ut diximus, diei, tum propriæ lenitati et civilium bellorum odio cuidam innato serviens: satisque habebat, si densis missilium imbribus ex alto ejaculatis, confidentissimum genus terrore posset aliquo percellere. B Eodem tempore eruptionem instruit simili consilio magis speciosam quam perniciosam. Lectissimos duces cum suis quemque cohortibus partem maximam instructos arcubus, nonnullos armatos longis lanceis, prodire subito jubet ea porta quæ sancto Romano est proxima, sicque vehementem impressionem ostentare hosti. Ordo euntium hic erat ab imperatore præscriptus ipso. Hastatorum quisque inter arquitas duos clypeatos ibat medius quorum objectis utrimque cetris protegebatur. Sic dispositis edictum ut lente in hostem vaderent, paucis interim sagittariis ad Gallos eminus lacessendos præmissis. Quibus mandatum ne unam continuo in partem intuerentur, sed crebro huc illucque se C verterent. Ubi satis admota pugna esset, angustoque jam spatio acies distarent, tum quos ad latera lancearii sagittarios haberent, juberent uti arcu, collimando in equos hostiles, parcendo sessoribus, simul ipsi cum iis pariter remissis habenis toto equorum impetu in Gallos inveherentur. His nempe rebus sperabat se consecuturum Augustus, primum ut equis vulneratis formidabilis ille Romanis primus Gallici equitatus impetus languesceret, deinde id quod potissimum optabat, ut quam minimum Christiani sanguinis funderetur. Fecerunt hi quod jussi et valvis repente patefactis in hostem vadunt, equis modo admissis, modo reductis, impetuque arte varia dispensato, at eo successu, ut multi eo die ceciderint hostium, ex nostris pauci D duntaxat vulnerati fuerint. Verum his omissis ad se suo me jure vocat dominus meus Cæsar. Is cum peritis, ut dictum est, sagittariis insidebat turres superne hostibus imminens. Arcum quisque suum tam ipse quam singuli ejus comites habebant. Et eo hi quidem utebantur egregie, nec iis quisquam aut collinearet certius, aut rectius expeditiusve laxatam chordam tenderet, tensam laxaret. Quippe illorum nemo sagittandi peritia Homerico illo Teucro concederet. At Cæsari arcum commodasse suum ipse longe jaculans deus videbatur, adeo is nihilominus eminebat supra socios

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[44] ὅ. [45] εὐθύβολα. [46] τὴν αὐτῆς. [47] θυρεόν. [48] βραχίονι. [49] ἐπαγαλλομένων. [50] Deest δ'. [51] ἐκείνων.

quam Apollo supra Teucrum. Non hic sane, ut illi A apud Homerum Græci, *nervum mammæ, costæque sagittam aptabant tractu vario*, venatoriæ duntaxat specimen edentes artis, sed velut quidam Hercules, *Tela immortali lethalia destinat arcu*, quæ frustra effugere quis speret, si **297** modo in eum ille collimare tanti duxerit; nihil enim petebat quod non assequeretur, nulli serio minabatur quem non feriret. Neque hoc ista solum occasione de qua loquor, animadversum. Alias et alibi, quæcunque ludicri certaminis, aut veri prælii copia se dedit, quidquid aut quemcunque sibi pro scopo proposuit, plane percussit ictu inevitabili. Quid corpus dico? qualecunque quamvis minutum, cujuscunque membrum aut partem ferire collimando cuperet, statim displosi teli acies figebat. Adeo longe Teucro et Ajaces omnes Cæsar Bryenius robore tendendi arcus, et celeritate excutiendi jaculi antecellere videbatur. Cæterum utcunque talis ac tantus in arte jaculandi fuit, tamen eum et diei religio sacræ et mandatum imperatoris ita placavit hostibus, ut iis quamvis iratis et mori merentibus volens parceret. Et obstare licet simulans in eos galeatos clypeatosque ac se toto furore admoventes mœnibus superne repugnans jacularetur, voluntaria tamen misericordia perdebat ictum, alio quam in vitalia declinans; interdum et solo strepitu terrere contentus. Expressit tamen importuna contumacia quantumvis ignoscere parato lethale vulnus unius e Latinis Thrasonis amentia. Is non contentus creberrimis quam rectissime vibratis superne in muri corona stantes sagittis assidue lacessere, etiam lingua propria multa vociferabatur, quæ sono ipso, licet rerum sententiam non perciperes, contumeliose jactari probroseque in nos appareret. In hunc sic meritum intendit arcum Cæsar; at illi per clypeum perque interius thoracis adactum telum lateri brachium consuit. Tum vero ille quidem dejectus humo mutusque jacebat. Vocibus at mixtis perfertur in æthera clamor, nostrorum Cæsari gratulantium: hostium sui Thrasonis clade ac casu dolentium. Hinc jam coorta gravis pugna est, nostris uno tempore qui exierant equitibus et his de muro sagittariis in hostem vehementer incumbentibus. Quo nihilominus perstante submisit ad extremum imperator proprias ipsius copias; quarum adventu impetuque recentium facile fusæ fugatæque Latinorum copiæ fuere.

αὐτοκράτωρ τὰς ἰδίας δυνάμεις, εἰς φυγὴν τὰς τῶν Λατίνων προὐτρέψατο φάλαγγας.

Postridie Hugo profectus ad Gotthofredum auctor B ei magnopere fuit pacis cum imperatore faciundæ, denuntians, nisi, quod exigebat ille, fidelem illi se futurum jurejurando interposito sponderet Gotthofredus, periculum esse præsens ne copiæ ipsius a veterano duce veteranas ad manum habente legiones novam iterato cladem acciperent. Accepit hominem asperius Gotthofredus, indigna, ut putabat, suadentem: *Tune*, inquiens, *postquam regio comitatu spirituque egressus domo cum tantis copiis et opibus, in fortunam conditionemque humilis clientis abjicere te ad Alexii pedes potuisti, etiam audes tanquam rei præclaræ tibi conscius, ultro provocare me ad imitationem tui*, **298** *et tam parum consentanea meæ dignitati consulere?* Cui Hugo, *Atqui primum omnium oportebat*, inquit, *non excessisse nos, ausis improbis, et votis spe non* C *nisi dubia subnixis, ultra fines nostrarum unumquemque ditionum, cupiditatemque atque impetum ab alienis rebus abstinuisse contentos propriis. Postquam vero qualicunque consilio huc loci provecti sumus, ubi sine benevola cura et providentia ejus qui hic imperat salvi esse non possumus, plane si sapimus, dare debemus operam, audiendo eo, ejusque postulatis annuendo, ut ipsum demereamur nobis, alioqui frustra felicem exitum magnorum cœptorum speraturis.* Reverso Hugone re infecta, certior aliunde factus imperator, alios quos in itinere constabat esse, quosque Gotthofredus exspectabat,

Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ἀπελθὼν ὁ Οὖβος (53) συνεβούλευε τῷ Γοντοφρὲ τῷ τοῦ βασιλέως ὑπεῖξαι θελήματι, εἰ μὴ καὶ δευτέρας βούλοιτο τῆς τούτου περὶ τὰ πολεμικὰ ἐμπειρίας πεῖραν λαβεῖν, καὶ ὀμωμοκέναι καθαρὰν πίστιν φυλάττειν αὐτῷ. Ὁ δὲ πολλὰ τοῦτον κατεμέμφετο λέγων· *Σὺ ὡς βασιλεὺς τῆς ἰδίας ἐξεληλυθὼς χώρας μετὰ τοσούτου πλούτου καὶ στρατεύματος, νῦν ἐξ ὕψους τοσούτου εἰς δούλου τάξιν ἑαυτὸν συνήλασας. Εἶτα ὡς μέγα τι κατορθωκὼς, κἀμοὶ τοιαῦτα συμβουλεύων ἥκεις.* Ὁ δὲ, *Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς*, ἔφη, *ἐν ταῖς ἰδίαις προσμένειν χώραις, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, ἐπεὶ δὲ μέχρις ὧδε κατήλθομεν, πολλῆς* [52] *τῆς τοῦ βασιλέως κηδεμονίας δεόμενοι, εἰ μὴ τοῖς αὐτοῦ πειθόμεθα λόγοις, οὐκ ἀγαθὰ ἡμῖν συμβήσεται.* Ὡς δὲ κενὸν τὸν Οὖβον ἐκεῖθεν ἐξέπεμψε, πληροφορηθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ὄπισθεν ἐρχομένους ἐγγίζειν ἤδη κομήτας, ἀποστείλας τῶν ἡγεμόνων ἐκκρίτους τινὰς μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς δυνάμεων, ἐπέσκηψεν αὖθις συμβουλεύσασθαι αὐτῷ καὶ καταναγκάσαι διαπεράσαι. Τούτους οἱ Λατῖνοι θεασάμενοι καὶ μηδὲ μικρὸν ἀναμείναντες, μήτε μὴν τὸ [53] τί ἂν βούλοιντο ἐπερωτήσαντες, πρὸς πολέμους καὶ μάχας ἐχώρουν. Πολέμου δὲ ἀναμεταξὺ συῤῥαγέντος ἰσχυροῦ, πίπτουσιν ἐξ ἑκατέρου μέρους ἱκανοί. Τιτρώσκονται δὲ οἱ τοῦ αὐτοκράτορος ὁπόσοι ἀναισχυντότερον αὐτῷ προσέβαλλον. Ἐχθυμότερον δὲ τούτων μαχομένων τὰ νῶτα οἱ Λατῖνοι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[52] Deest vox πολλῆς. [53] Deest vocula τό.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(53) *Οὖβος*. Vide Guibertum, lib. II, cap. 19.

ὑπεῖχον. Καὶ οὕτως ὁ Γοντοφρὲ μετ' οὐ πολὺ τῷ τοῦ βασιλέως ἐστοίχει θελήματι. Προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ ἐπωμόσατο ὅνπερ ἀπῃτεῖτο ὅρκον, ὥστε ὁπόσας (54) πόλεις καὶ χώρας ἢ φρούρια φθάσει κατασχεῖν ὑπὸ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων τὸ πρῶτον τελοῦντα, πρὸς τὸν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενον ἀρχηγὸν παραδιδόναι. Ταῦτ' οὖν ἐπομοσάμενος, χρήματά (55) τε ἱκανὰ λαβὼν ὁμέστιός τε καὶ ὁμοτράπεζος αὐτῷ γεγονὼς καὶ δαψιλῶς εὐωχηθεὶς διαπεράσας κατὰ τὸν Πελεκανὸν (56) ηὐλίσατο. Ὁ δὲ βασιλεὺς τηνικαῦτα ἐπέσκηψεν δαψιλεῖς πανηγύρεις ἐξάγειν αὐτοῖς.

adventare comites, lectos duces cum copiis ipsorum ad exercitum Gotthofredi destinat suasuros, et quantum possent coacturos, ut quamprimum transfretarent. Hos Latini procul conspicati venientes non sustinuere, pro ardore præpropero gentis, exspectare quid afferrent, cujusque gratia rei accederent : sed nihil interrogatos contra progressi armis et prælio excipiunt. Nec recusantibus nostris, concurritur acri utrimque pugna, cadentibus hinc atque inde multis. Tandem cum sibi constantes imperatorii magnis vulneribus debilitassent eos omnes Latinorum qui consueta gentis audacia evecti tentare cominus admota pugna Romanam aciem non dubitassent, alii tam fortiter rem gerentibus Romanis se impares fassi terga Latini præbuere. Hoc malo Gotthofredus domitus, non ita multo post imperatori obsecutus est, jusque jurandum solemni formula concepit, quod exigebatur. Teste nimirum promisit Deo sese quascunque urbes arcesve bello forte capturus deinceps esset de barbaris, quæ urbes arcesve imperii Romani antea fuissent, eas captas a se, bona fide tradíturum ducibus præfectisve a Romano imperatore mittendis ad ipsum. His ita firmatis Gotthofredus magnis auctus ab imperatore muneribus, exceptusque imperatorio palatio, et ad mensam regiam magnifice adhibitus, transmisit fretum, et apud Pelecanum stativa posuit : providente imperatore ut ampla ei copia utilium ad victum rerum suppeditaretur ubique.

Κατόπιν δὲ τούτου ἐφθακὼς καὶ ὁ Ῥαοὺλ καλούμενος κόμης (57) μετὰ πεντεκαίδεκα χιλιάδων ἱππέων τε καὶ πεζῶν, καὶ κατὰ τὴν Προποντίδα περὶ τὴν καλουμένην μονὴν τοῦ πατριάρχου (58) σκηνώσας μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν κομήτων, τοὺς λοιποὺς μέχρις αὐτοῦ Σωσθενίου κατέθετο. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ τῷ Γοντοφρὲ φρονῶν ἀνεβάλλετο τέως τὴν τῶν ὄπισθεν ἐρχομένων ἀπεκδεχόμενος ἔλευσιν, ὁ βασιλεὺς στοχαζόμενος τοῦ μέλλοντος, ἐδεδίει τὴν τούτων ἄφιξιν, καὶ αὐτῶν ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ τὴν διαπεραίωσιν ἐπέσπευδεν. Ἀποστείλας τοίνυν τὸν Ὦπον μετεκαλεῖτο· εὐστενὴς [84] δὲ οὗτος φρονήσει καὶ τῇ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐμπειρίᾳ μηδενὸς ἀποδέων. Καὶ ἐπειδὴ παρῆν μεθ' ἑτέρων γενναίων ἀνδρῶν διὰ τῆς ἠπείρου πρὸς αὐτὸν ἐξέπεμψε,

Post hunc primus advenit comes qui vocabatur Raûl cum equitum peditumque millibus quindecim. Tetendit is cum viris primariis ipsum sequentibus ad Propontidem circa monasterium quod dicitur patriarchæ : copias cæteras usque ad ipsum Sosthenium disposuerat. Ut autem iste simili consilio cum Gotthofredo differebat in dies transitum, sequentium copiarum comitumque adventum opperiens, imperator cui merito suspecta erat tot Gallicorum exercituum prope Constantinopolim conjunctio, faciendum sibi putavit ut hunc quoque quandiu solus erat, transfretare omni ratione cogeret. Eam ad rem Opum accersit virum fortitudine, prudentia et scientia rei bellicæ nemini secundum ; adjunctoque illi comitatu idoneo virorum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] εὐσθενής.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(54) *Ὥστε ὁπόσας*. Albertus Aq. lib. II, cap. 28 : *Promiserant enim juramento nihil de regno imperatoris, non castra, non civitates, nisi ex ejus voluntate, aut dono retinere.* Willhelm. Malmesb. lib. IV, de Alexio : *Tantum Græca facundia valuit, ut a singulis hominum sacramentum exigeret, quod illi nihil mali machinarentur, quod urbes imperio suo appendices, si acquirere possent, redderent*, etc. Adde eumdem Albertum Aq. lib. II, cap. 18.

(55) *Χρήματα*. Albert. Aq. lib. II, cap. 16 ; Fulcher. lib. I, cap. 4 ; Tyr. lib. II, cap. 7.

(56) *Πελεκανόν*. Locus in Bithynia, cujus meminit Cantacuzenus, lib. II, cap. 6. Vide Alb. Aq. lib. II, cap. 17.

(57) *Ῥαοὺλ κόμης*. Miror scriptores sacrarum expeditionum siluisse de Radulpho, et tam numeroso ejus exercitu, quem maritimo itinere ad Dominicum sepulcrum recta deducendum curaverit Alexius. Certe narrat Raimundus de Agiles, p. 179, Anglos quosdam percepta Gallorum expeditione Hierosolymitana, per mare Oceanum et Mediterraneum portum Antiochiæ, atque civitatem Laodiceæ, antequam noster exercitus terram illuc veniret, laboriose obtinuisse. At Anglos Constantinopolitanum tractum attigisse ex itineris ratione non videtur vero simile. Varios eo ipso ævo proceres Radulphi, aut Rodulphi, nomine, quique in ea priore expeditione **361** fuerunt, memorant scriptores, atque in his Radulphum de Balgentiaco, Radulphum de Fontanis, Radulphum Gaer, Rodulphum Britannum, et Rodulphum de Claromonte. Occurrit præterea *Raul*, cognomento *Machabæus*, qui in charta an. 1100, *Seniorem Montiscabiosi et aliarum urbium* sese inscribit, Rogerii Siciliæ comitis ex filia Emma gener, apud Ughell. tom. VII *Ital. Sacræ*, pag. 41, 42 ; *Rodulphus* alter cognomine *de Molitio comes provinciæ Bivinianensis*, sub an. 1090, apud eumdem Ughell. tom. VI, pag. 496. Utri horum Radulphus Annæus conveniat, non ausim statuere.

(58) *Μονὴν τοῦ πατριάρχου*. Monasterium patriarchæ illud esse censuerim, quod alias Satyri dicitur, in quo sepultum Stauratium imp. tradit Cedrenus. Hanc porro appellationem postea sortitum est de nomine S. Ignatii patriarchæ Constantinopolitani, qui antequam hanc dignitatem adeptus esset, in eo Hegumenus, seu abbas exstiterat : ab illo enim instauratum, et D. Michaeli dicatum, denique in eo humatum Ignatium produnt Nicetas Paphlago et Michael Syncellus in illius Vita et Encomio.

fortium itinere terrestri ad castra Raūlis jubet tendere, agereque prout res ferret modis omnibus ut quamprimum is suos omnes ultra fretum volens **299** nolensve deportaret. Expertus tentamentis primis Opus Gallorum animos facile sensit neutiquam paratos ad obsequendum imperatori : quin etiam insolentes eorum in ipsum minas audire amplius non sustinens expedivit arma : magis ille quidem ostentandi animo quam inferendi belli. Sed longe opinione falsus est qui vana simulatione inferendi prælii terrorem incutere se posse pugnacissimæ genti credidit : eisque ad metum objectando quæ in votis habere ac sperare solent, adacturum Gallos ad maturandam trajectionem se arbitraretur. Raūl Opum prælium parantem videns gaudet ut oblata magni leo corporis esca ; nec mora ulla dicto citius suos in adversum instruit, inque Opum invehitur impetu vehementissimo. Forte advenerat eodem per oram maris Pegasius evectus cum navibus Raūlis copias, si ei persuaderi trajectio posset, in Asiam transportaturis. Hic e mari speculatus littoralem pugnam, satisque visu ipso æstimans haud pares ad extremum Romanos fore ardori flagrantissimo quo ruere in eos Galli jam ceperant, otiosus testis cladis suorum esse noluit. Exscensione igitur repente facta Gallos a tergo invadit. Cædes hinc multorum, longeque plurium vulnera. Quibus rebus fracta contumacia superstitum Gallorum ad trajectionem ultro petendam inclinari sese passa est. At imperator, pro sua perspicacissima prudentia, statim animadverso novo periculo, si exercitus sic irritatus eadem via, qua Gotthofredus paulo ante præcesserat, ire sineretur (hinc enim erat verisimile, Raūlis milites mox assecuturos Gotthofredianos, impleturos ipsos querelis adversus Romanos : facileque persuasuros ut conjunctis consiliis et viribus ultionem de iis sumerent), petitioni quidem perlibenter annuit : cæterum compendiosiori commodiorique ipsis se illos quo tenderent deducturum via profitens, impositos in naves itinere maritimo ad Domini sepulcrum misit : id ipsis magnopere volentibus.

A παρακελευσάμενος καταναγκάσαι τούτου τὴν διαπεραίωσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτον ἑώρα τῷ βασιλικῷ μηδαμῶς ὑπείκοντα προστάγματι, ἀλλ' ἀναισχυντοῦντα καὶ πολλὰ κατὰ τοῦ βασιλέως φρυαττόμενον, ὁπλισάμενος παρετάξατο, μορμολυττόμενος τάχα τὸν βάρβαρον, καὶ διὰ τοῦτο οἰόμενος πείσειν αὐτὸν πρὸς τὴν περαίαν διαπλωΐσασθαι. Ὁ δὲ θᾶττον ἢ λόγος μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ Κελτῶν παραταξάμενος, ὡς λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, καὶ τηνικαῦτα μετὰ τοῦ Ὤπου μέγαν συνίστησι πόλεμον. Καταλαβὼν δὲ καὶ [55] ὁ Πηγάσιος διαπόντιος ἐφ' ᾧ τούτους διαπερᾷν. Καὶ θεασάμενος τὴν κατὰ τὴν ἤπειρον μάχην καὶ τοὺς Κελτοὺς ἰταμώτερον τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι προσβάλλοντας, τῶν νηῶν ἐξεληλυθὼς, ἐξ ὀπισθίων προσ-B βάλλει καὶ αὐτὸς τοῖς Κελτοῖς. Ἀναιροῦνται τοίνυν τηνικαῦτα πολλοί· πλεῖστοι δὲ καὶ τιτρώσκονται, καὶ οὕτως οἱ σωθέντες ἀνακαλοῦνται τὴν διαπεραίωσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μηχανικώτατος ὢν ἀνὴρ, σκεψάμενος μὴ τῷ Γοντοφρὲ ἑνωθέντες καὶ τὰ συμβάντα τούτοις ἀφηγησάμενοι, τοῦτον κατ' αὐτοῦ ἐρεθίσωσι, τὴν αἴτησιν τούτων ἀσμένως δεξάμενος, ἐν πλοίοις τούτους ἐνίησι, καὶ διαποντίους πρὸς τὸν τοῦ Σωτῆρος τάφον ἐκπέμπει, τοῦτο καὶ αὐτῶν ἐξαιτησαμένων. Ἀποστέλλει δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐλπιζομένους κόμητας καὶ φιλοφροσύνης μηνύει ῥήματα, χρηστὰς αὐτοῖς ἐλπίδας διδούς. Οἳ καὶ καταλαβόντες πᾶν τὸ προστάττομενον προθύμως ἐπλήρουν.

Atque hactenus de comite Raūle. Porro sequentibus ipsum infinito pene numero regibus, ducibus, comitibus, ipsisque adeo episcopis, cum longe innumerabilissima multitudine ex Gallicis ferme omnibus provinciis et regionibus collecta, misit obviam suos imperator cum litteris officiosissimis fausta a se benignaque omnia sperare ipsos jubentibus. Nec vulgaris ista sapientia fuit præoccupantis infidos animos, et ultro repræsentata liberalitate pellicientis ipsos suaviter ad morem sibi gerendum. Nam hoc ab ipsis tali modo delinitis ubi Constantinopolim pervenere, imperator deinde omnibus obtinuit. Nec officia sola verborum erant. Nam simul dabat operam ex quo per terras imperio subjectas Gallici exercitus habebant iter, ut ampla ipsis ubicunque

C Τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ [56] τοῦ κόμητος Ῥαούλ. Ἀναριθμήτου δὲ καὶ ἑτέρου πλήθους ὄπισθεν ἐρχομένου συμμίγδην ἐξ ἁπασῶν μικροῦ τῶν Κελτικῶν χωρῶν συνειλεγμένων μετὰ τῶν ἀγαγόντων αὐτοὺς ἡγεμόνων, ῥηγῶν (59) τε, καὶ δουκῶν, καὶ κομήτων, καὶ αὐτῶν ἐπισκόπων, ἀποστέλλων ὁ αὐτοκράτωρ, φιλοφρόνως αὐτοὺς ὑπεδέχετο, καὶ ἐπιεικείας ἐξέπεμπε λόγους ὁποῖος ἐκεῖνος δεινὸς τὸ μέλλον προμηθεύσασθαι, καὶ προαρπάσαι τὸ συμφέρον. Ἐπισκήπτει δὲ καὶ τὰ ζωαρκῆ τούτοις ἐρχομένοις ἐπιχορηγεῖν τοῖς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τεταγμένοις, ὡς μὴ λαβὴν αὐτοὺς τὸ παράπαν ἐσχηκέναι μηδ' ἐξ οἵας οὖν αἰτίας. Οἱ δὲ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἠπείγοντο· τάχα δὲ εἶπέ τις οὐρανοῦ ἀστέρας εἶναι τούτους ἢ D ψάμμον παρὰ τῷ χείλει τῆς θαλάσσης ἐκκεχυμένην·

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[55] Deest vocula καί. [56] καὶ τά.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(59) *Ῥηγῶν*. Atqui reges nullos ea tempestate Hierosolymitanum arripuisse iter legimus ; regum vero filios aliquot, Franciæ, Angliæ, Daniæ : nisi Edgarum Adelingum quem in regem Angliæ electum ait Ordericus, lib. v, intelligat, aut Ericum Daniæ regem, qui circa ea tempora Constantinopolim pervenit indeque in Cyprum appulit, ubi et vitæ diem clausit extremum, uti narrat Saxo Grammaticus, lib. XII

ἦσαν γὰρ *ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ*, καθ' Ὅμηρον, τῇ Κωνσταντίνου πελάζειν ἤδη κατεπειγόμενοι. Τὰς δὲ τῶν ἡγεμόνων κλήσεις καὶ προθυμουμένη περ ἐξειπεῖν, οὐ βούλομαι· ναρκᾷ γάρ μοι [57] ὁ λόγος, τὸ μέντοι [58] βαρβαρικὰς φωνὰς ἀπαγγέλλειν ἀδυνατούσῃ διὰ τὸ ἄναρθρον, τὸ δέ τι καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἐκείνων ἀποβλεπούσῃ. Καὶ ἵνα τί τοσούτου πλήθους κλήσεις ἀπαριθμεῖσθαι πειρώμεθα, οὓς καὶ οἱ τότε παρόντες ἀκηδίας ἐπληροῦντο ὁρῶντες; Ὡς οὖν τὴν μεγαλόπολιν κατέλαβον κατατίθεντας [59] τὰ τούτων στρατεύματα ἐπισκήψει τοῦ αὐτοκράτορος ἀγχοῦ τῆς μονῆς Κοσμιδίου, καὶ μέχρις αὐτοῦ διήκοντα ἱεροῦ (60). Οὐκ ἐννέα δὲ κήρυκες καθάπερ ποτὲ τὸ Ἑλληνικὸν τούτους βοῶντες ἐρήτυον, ἀλλ' ἱκανοὶ καὶ γενναῖοι ὁπλῖται οἱ τούτοις ἐφεπόμενοι τοῖς τοῦ αὐτοκράτορος κελεύμασιν [60] ὑπείκειν ἀνέπειθον.

prostaret copia utilium ad victum cultumque rerum, ne qua ipsis occasio vel ad prætextum relinqueretur hostile quidquam audendi. Jam qui multitudinis prorsus innumerabilis Constantinopolim infinita serie petentis informare imaginem cogitatione velit, is stellas quot **300** relucent innubi nocte, aut arenæ copiam quanta jacet ad maris littus, objicere suæ menti debeat. Sane enim hominum capita tot erant *quot folia et flores ver parturit*, ut Homerus diceret. Porro ducum ipsorum principumque nomina etsi memoria suggerit, non tamen inducere in animum possum ut edam, id Historia ipsa respuente, cujus nativa munditics, ista colluvie barbarorum vocabulorum, ad quorum absurdos exprimendos sonos ne linguam quidem nobis Græcis natura finxit satis docilem, contaminari metuit. Enimvero quid attinet perdere operam immensis producendis catalogis absonorum nominum : et reddere oculis hominum nostratium hæc lecturis, qua perfuncti sunt molestiam : ut cum eo tempore non parum laboraverint in spectaculo ingrato tot innumerabilium exercituum Constantinopolim continua serie accedentium, nunc nominibus quoque illorum in hoc opere legendis negotium habeant plenissimum tædii. Hi porro simul ad magnam urbem pervenerunt exercitus, jussu imperatoris stationem sibi designatam habuere prope monasterium Cosmidii, tam late patentibus castris ut ad templum ipsum pervenirent. Tantam porro multitudinem non ut Græcum olim vulgus illud præcones decem clamoribus regebant coercebantque : sed milites idoneo numero fortes ac strenui qui efficacem operam dabant ut Latini jussis imperatoris audientes essent.

Βουλόμενος δὲ τούτους ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν τοῦ Γοντοφρὲ συνελάσαι ὅρκων, διῃρημένως προσεκαλεῖτο ἰδίᾳ, προσομιλῶν ἅττα καὶ βούλοιτο, καὶ τοῖς εὐγνωμονεστέροις χρώμενος μεσασταῖς τῶν ἀπειθεστέρων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείθοντο, τὴν τοῦ Βαϊμούντου καραδοκοῦντες ἔλευσιν, ἀλλὰ ποικίλων τρόπους εὑρίσκοντες ἐξαιτήσεων, ἀλλ' ἅττα προσαπαιτοῦντες ἦσαν, ὁ βασιλεὺς τὸ παρ' αὐτῶν προτιθέμενον ῥᾷστα διαλύων, καὶ παντοίως τούτους μετελθών, συνήλασεν εἰς τὸν τοῦ Γοντοφρὲ ὅρκον μεταπεμψάμενος καὶ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Πελεκάνου ἐπὶ τῷ παρεῖναι τοῦ ὅρκου τελουμένου διαπόντιον. Πάντων οὖν συνελθόντων καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Γοντοφρὲ, ἐπεὶ καὶ ὁ ὅρκος ἤδη τετέλεστο, τολμήσας τις ἀπὸ πάντων τῶν κομήτων εὐγενής, εἰς τὸν σκίμποδα τοῦ βασιλέως ἐκάθισεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἠνείχετο τούτου μη-

Interea satagebat imperator ut Latini duces comitesque juramentum sibi præstarent idem quod a Gotthofredo paulo ante impetraverat. In eam spem vocabat ad se singulos seorsum cum iisque otiose disserens varie affectos experiebatur, ac quosdam quidem faciliores nactus iis ad obstinationem duriorum molliendam adjutoribus utens, omniaque movens; frustra erat tamen, exspectantibus satrapis instantem adventum Baimundi et præcipuum in eo rerum suarum momentum ponentibus. Cæterum cunctationem istam arte furabantur; nec præ se ferebant moræ causam. Nimirum nova et diversa excogitabant quæ ab imperatore postularent, ut interim de his ille deliberaret, moxque cum ipsis disceptaret, tempus sensim eximeretur. Imperator, cui non facile illudebatur, sensit disjecitque cele-

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[57] μου. [58] τι. [59] κατατίθενται. [60] κελεύσμασιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(60) *Ἱεροῦ*. Hoc est a Cosmidio, ad ipsum usque Ponti ostium distributa erant castra Gallorum. Ἱερὸν enim locus fuit, seu Promontorium in ipso Ponti ostio, in littore Europæano; unde a situ στόμα τοῦ Πόντου vocitatum olim fuisse auctor est Nicephorus Gregoras, lib. v. Scylax Caryandenus in Periplo ait ἀνάπλουν καλεῖσθαι τὸν τόπον ἄνα Βόσπορον μέχρις ἂν ἔλθῃ ἐφ' Ἱερόν. A Templo 12 diis ab Argonautis dicato et ædificato appellatum scribit scholiastes Apollonii, lib. II *Argonaut.* vers. 534; Cantacuzenus, lib. III, cap. 80 et 91, Ἱερὸν pariter statuit κατὰ τὸ στόμα τοῦ Πόντου. Ad Petras Cyanæas Procopius, lib. I, *De bello Vandal.* πορθμὸν facit Gregoras lib. II, et Anastasius in *Collectaneis*, pag. 106. Ibi olim portoria et vectigalia soluta pro mercibus, quæ e Ponto importabantur Byzantium, scribit Theophanes, et ex eo Cedrenus. His consentanea sunt quæ habet Cantacuzenus, lib. III, cap. 85. Unde evidens est quam graviter impegerit vir doctissimus Nicolaus Alamannus in Notis ad Anecdota Procopii, qui Theophanis verba de Blacherniano templo accipienda censuit, quod etiam advertit Maltretus. Exstitit aliud Ἱερὸν in opposito littore Asiatico, ἵναπερ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, perinde ac Europæanum Hierum, sic nuncupatum a templo Διὸς Οὐρίου, Portus, seu ἀφετήριον τῶν εἰς Πόντον πλεόντων, ut est apud Artemidorum Ephesium in Geogr. de quo etiam Arrianus in Periplo Ponti Euximi, et Tabulæ Peutingerianæ. Veneri dicatum fuisse scribit Ptolemæus lib. v.

riter omnia, præterque velocitatem longe opinione A petentium majorem in supplicationibus expediendis, variis modo singulos modo universos aggressus modis tandem eo quo volebat Gallos principes perpulit : quam ad rem cum magni præjudicii momentum habuisset exemplum Gotthofredi, adeoque ipse cujus intererat suum factum non damnari contrariis judiciis aliorum, rem promoturus sua præsentia videretur, usque a Pelecano quo jam præcesserat navibus imperatoriis accersitus Constantinopoli præsto adfuit, ad celebritatem solemnis jurisjurandi quo se primores Latinorum imperatori obstrinxere. Congregatis ea causa apud aulam omnibus jureque jurando jam concepto, unus quidam inter comites sane nobilis, solium imperatorium ascendens in eo consedit. Dissimulavit imperator, B nec quidquam contra locutus homini est, satis ex longo perspectam habens superbam indolem Latinorum. Accedens autem comes Balduinus manu prehensum excitavit audacem insessorem throni regii, multumque objurgans, dixit : *Tune postquam servitutem imperatori solemni sacramento es professus, et illum es pollicitus pro domino te agniturum habiturumque, jam audes te illi assessorem adjungere? Atqui, si nescis, insuetum Romanis imperatoribus est iuratos* **301** *servos et ditioni suæ subjectos homines*

A δέν τι φθεγξάμενος, πάλαι τὴν ἀγέρωχον τῶν Λατίνων φύσιν εἰδώς. Προσελθὼν δὲ ὁ κόμης Βαλδουῖνος (61) καὶ ἁψάμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἤγειρεν ἐκεῖθεν, καὶ πολλὰ καταμεμψάμενος, ἔφη· *Οὐκ ἐξῆν σοι τοιοῦτον ἐνταῦθα ποιῆσαι δουλείαν τῷ βασιλεῖ, καὶ ταῦτα ὑποσχομένῳ· οὐδὲ γὰρ ἔθιμον τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων συνέδρους ἔχειν τοὺς ὑπ' αὐτὸν δούλους δὲ ὀμόσας τῆς αὐτοῦ βασιλείας γεγονότας, χρὴ καὶ τὰ ἔθη τῆς χώρας τηρεῖν.* Ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸν Βαλδουῖνον ἐφθέγξατο οὐδὲν, δριμύτερον δὲ ἐνατενίσας τῷ βασιλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τῇ οἰκείᾳ διαλέκτῳ λόγους τινὰς ἀπεφθέγξατο λέγων· *Ἴδε ποῖος* (62) *χωρίτης κάθηται μόνος παρισταμένων αὐτῷ τῶν τοιούτων.* Οὐδ' ἡ κίνησις τῶν χειλῶν τοῦ Λατίνου τὸν βασιλέα διέλαβε [61]· καλέ- B σας δὲ ἕνα τῶν τὴν Λατινικὴν διάλεκτον μεθερμηνευόντων, ἠρώτα περὶ τῶν λεχθέντων. Ἀκούσας δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ ῥηθέντα, οὐδὲν μὲν τέως πρὸς τὸν Λατῖνον εἰρήκει, ἐτήρει δὲ ὅμως τὸν λόγον παρ' ἑαυτῷ. Συντασσομένων δὲ τῷ βασιλεῖ πάντων, μετεκαλεῖτο τὸν ὑψηλόφρονα Λατῖνον ἐκεῖνον καὶ ἀναιδῆ καὶ ἐπυνθάνετο τίς τέ ἐστι καὶ ὅθεν ὥρμηται καὶ ἐκ ποίου γένους. Ὁ δὲ, *Φράγγος* (63) *μὲν εἰμι καθαρὸς*, ἔφη, *τῶν εὐγενῶν. Ἓν δὲ ἐπίσταμαι, ὅτι ἐν τριόδῳ τῆς χώρας ὅθεν αὐτὸς ὥρμημαι, τέμενός* (64) *ἐστι πάλαι οἰκοδομηθὲν, ἐν ᾧ πᾶς*

Variæ lectiones ex cod Coislin.

[61] διέλαθε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) *Βαλδουῖνος*. Balduinus Gothofredi frater, C postmodum rex Hierosolymitanus.

(62) *Ἴδε ποῖος*. Id ille, opinor, mussitabat, indignatus et ægre ferens, Francis proceribus palatium ineuntibus non assurrexisse Alexium. Albertus Aq. lib. II, cap. 16 : *Sedebat autem imperator more suo potenter in throno regni sui, non duci (Gothofredo), non alicui assurgens ad porrigenda oscula.* Vide infra, pag. 317, 401.

(63) *Φράγγος*. Sum, inquit ille, vere Francus, et in ipsa Galliæ, quam proprio **362** nomine Franciam vocant, provincia, ex nobilibus natus; sic enim ea verba capienda, produnt quæ infra, pag. 317, scribit Anna, ventosum hunc et arrogantem Gallum in prima stetisse acie, ac dimicasse in eo prælio, quod Solymannum inter et Boemundum commissum est, statim post expugnatam Nicæam, gravique accepto vulnere, hostibus terga dedisse. Unde probabilis admodum est conjectura eum esse, quem Albertus Aquensis lib. II, D cap. 39, et ex eo Tyrius, lib. III, cap. 14, *Robertum Parisiensem* vocant, et miseris volentem succurrere, sagitta volatili confixum et exstinctum tradunt. Cum igitur Roberto Lutetia Parisiorum natale solum esset, jure se purum putum Francum jactitabat, cum urbs illa non modo regni totius, sed esset etiam caput istius provinciæ, quam peculiari appellatione *Franciam* dicimus.

(64) *Τέμενος*. Nostram de Latini, seu Franci istius ostentatoris patria conjecturam non minimum firmant, quæ ille subdit, dum ait esse nimirum intra istius provinciæ, unde ei origo et natales termini, τρίοδον, seu tractum, vel potius pagum, aut regionem (Galli dicimus *un Quartier*), ubi inædificatum ab antiquo templum, quo, qui monomachiam singulareve certamen obire solent priusquam in arenam descendant, orationis causa secedunt, et in eo pernoctant. Hoc enim verborum circuitu templum Deiparæ Suessionense, monasterio virginum insigne, ab Ebroino Majore Palatii olim exstructum, procul dubio denotavit, in quo D. Drausii episcopi Suessionensis corpus religiose asservatur et colitur, quem duello dimicaturi solebant invocare. Fuit autem tractus, seu pagus Suessionensis jam olim, ut et etiamnum, intra provinciæ Franciæ limites, quod diserte testatur Villharduinus, n. 6. Gallorum vero, aliorumve erga D. Drausium in hisce occasionibus religionem et cultum prædicat in primis Joannes Sarisberiensis, epist. 159 : *Est autem S. Drausius, gloriosissimus confessor, qui sicut Franci et Lotharingi credunt, pugiles qui ad memoriam ejus pernoctant, reddit invictos, ut et de Burgundia et Italia in tali necessitate confugiatur ad ipsum. Nam et Robertus de Monteforti ei pernoctavit adversus Henricum de Essexia dimicaturus.* Cujus quidem piæ in D. Drausium religionis originem Henrico duci nescio cui videtur ascribere vetus poeta vernaculus, qui Ludovico VII regnante vixit, in prolixiori illo poemate, quod *De Guarino Lothareno* inscripsit; qui fusis et deletis ad Augustam Suessionum Hunnis, vel Saracenis, fluvium, abstergendi pulveris et sanguinis causa, ingressus, atri crucem coloris adversa aqua innatantem subito conspectam, et concitato in medias undas equo, inde eductam, nullo perfusus madore, ad monasterium S. Drausii detulit. Deinde subdit natam inde religionis et cultus originem erga sacram hanc ædem, ad quam passim confluunt duello dimicaturi :

Si l'emporta au montier Saint Drosin,
Encor i est, oncques puis n'en parti,
Tres-bien le tenent et vieillart et meschin,
Veiller i vont encor li pelerin,
Cil qui bataille veulent fere et fournir.

Istum præterea sibi Deum ante duella conciliandi, et sanctorum patrociniis sese committendi morem

ὁ προθυμούμενος μόνος πρὸς μόνην μάχην ἀναδύσασθαι εἰς μονομάχου τάξιν ἑαυτὸν καταχθήσας, προσερχόμενος βοήθειαν μὲν τὴν τοῦ θείου ἐκεῖθεν αἰτεῖται, βραδύνει δὲ τὸν κατ' αὐτοῦ τολμήσαντα ἀπεκδεχόμενος. Καθ' ἣν τρίοδον ἐχρόνισα καὶ αὐτὸς, σχολάζων καὶ ζητῶν τὸν μετ' ἐμοῦ μαχεσσόμενον. Ὁ δὲ τοῦτο τολμήσων, οὐδαμοῦ. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, ἔφη· Εἰ πόλεμον τότε ζητῶν οὐχ εὗρες, πάρεστί σοι καιρὸς ὁ πολλῶν σε πολέμων ἐμπλήσων. Παρεγγυῶμαι δέ σοι μήτε πρὸς οὐραγίαν μήτε πρὸς λοχαγίαν (65) ἵστασθαι φάλαγγος, ἀλλὰ τὸ μέσον ἔχειν τῶν ἡμιλοχιτῶν· ἐπιστήμην γὰρ τῆς μεθόδου τῶν πολέμων [62] Τούρκων ἐκ μακροῦ ἔσχηκα. Οὐκ αὐτῷ δὲ μόνῳ ταῦτα συνεβούλευεν, ἀλλὰ B καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁπόσα τούτοις συναντήσειν ἔμελλεν ἀπερχομένοις κατὰ τὴν ὁδὸν προλέγων, παρηγγυᾶτο μὴ ἀκρατῶς διώκειν ὁπηνίκα τὴν νίκην αὐτοῖς κατὰ τῶν Βαρβάρων δοίη Θεὸς, ἵνα μὴ τοῖς ἐνεδρεύουσι λοχαγοῖς περιπίπτοντες ἀναιρῶνται.

A *sedis participes habere. Oportet autem, si nihil aliud, consuetudines tenere regionis in qua sumus.* Hæc ille audiens, Balduino quidem nihil dixit, cæterum acribus oculis imperatorem intuens patria lingua secum immurmuravit quiddam quod in nostram redditum sic sonat : *En qualis rusticus sedet solus, astantibus ei talibus ducibus.* Non latuit Augustum motus labiorum hominis : advocatoque statim interprete, cum dicti sententiam rescisset, nihil Latino tum quidem dixit; at ubi re perfecta recessuri comites imperatori pro se quisque vale dicebant, prætumidum istum impudentemque Latinum seorsum accersitum interrogavit Augustus : quis et undenam esset, qualive ortus genere? At ille, *Purus putus*, inquit, *Francus sum, ex nobilibus;* B *unum autem scio, in trivio regionis unde prodii templum esse olim ædificatum, in quo, cui animus est soli cum solo singulari pugna congredi, quique in professionem audaciæ istius nomen edere suum palam non dubitat, auxilium Numinis implorare consuevit; moram ibi trahens donec apparuerit adversarius qui conserere cum eo manum ausit. Ad id trivium longo ego mansi tempore, frustra semper exspectans. Nemo enim unquam fuit qui se mihi offerre adversum auderet.* His imperator auditis, *Atqui si tunc*, inquit, *hostem quærens non invenisti, tempus imminet bellorum tibi et hostium suppeditandorum affatim. Tu vero, si quid mihi credis, memento neque inter eos qui agmen claudent in postrema te acie locare, neque eminere inter primos qui hastam vibrant in fronte exercitus novi expertus artem et morem bellandi Turcorum. Periculosus ille uterque locus est; in mediam te abde triariorum subsidentium turbam, ubi tuis septus undique circumventionem hostilem vites.* Atque hoc salutare monitum non isti solum minus merenti dedit, sed et aliis omnibus, quibus prædixit quæcunque itinere isto eventura erant, magnopere suadens ne Turcos effusius insequerentur, quando Dei nutu illos vicissent, sed ab insidiis unice caverent omnino sibi a gente subdola fraudibusque et cautis artibus confidere solita, struendis.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν Γοντοφρὲ καὶ Ῥαοὺλ C καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συνεπομένους αὐτοῖς. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦνδος μετὰ τῶν ἄλλων κομήτων καταλαβὼν τὸν Ἄπρον, καὶ μήτε ἐξ εὐγενῶν φύντα ἑαυτὸν ἐπιγινώσκων, μήτε δυνάμεις πολλὰς (66) συνεπα-

Atque hæc hactenus de Gotthofredo, Raule, aliisque ipsos sequentibus dicta sint. At Baimundus cum aliis comitibus Aprum appulsus, cum sibi esset conscius neque se a proavis nobilitate cum aliis Gallis principibus comparanda præditum, nec

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[62] Deest vox πολέμων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

attigit idem poeta non semel, variisque in locis; ubi enim de singulari certamine Bononiensem inter et Bovonem Burgundiæ comites Parisiis inito agit:

A Nostre Dame en est Buès alés,
La nuit veilla, et Chevaliers assés.

363 Alibi duellum Fromondini cum Bovoni Vasconum duce enarrans :

Alès veiller Fromondin blans des fuis,
En la nom Dex qui en la Crois fu mis,
Qui vos defende de mal et de peril,
Et li Valés s'en vait à S. Severin,
En sa compagne de chevalier set vint,
La nuit veilla, grand luminaire fit, etc.

Alio denique loco, ubi de ejusdem Fromondini cum Gerberto Lotharingiæ duce pugna singulari :

Cele nuit veillent a Sainte Crois moutier,
Devant Girbert ardent trois cierges entier.

Huc etiam spectant verba Ademari Cabanensis : *Permansit Stephanus vero et exsiliens corpore illæsus, eadem hora venit, currens pedibus gratias Deo referre ad tumulum B. Eparchii, ubi nocte præterita pervigil excubuerat.* Id quoque actitare consueverant in ludicris certaminibus, sive torneamentis decertaturi, ut auctor est Joannes de Beka in Ottone II episc. Traject.; quin etiam qui in arenam duelli causa ineundi descendere cogebantur, quo sese ab objectis purgarent criminibus, Deum sibi propitium conciliabant, collatis in ecclesias et ædes sacras donis, quæ *oblationes campionum* dicuntur in Charta Manassæ episc. Lingon. an. 1185, apud Roverium D in Reomao. Chronicon Besuense : *Milo cum Odone Divionensi præposito, qui neptem ejus in conjugio habebat, monomachi certaturus pugna, attribuit S. Petro terram quam habebat in Luco.*

(65) *Λοχαγίαν.* Apud Leonem in *Tacticis* : Λοχαγὸς λέγεται ὁ πρῶτος τοῦ στίχου, ἤτοι ὀρδίνου. Consule Glossaria, et Annam, pag. 379.

(66) *Μήτε δυνάμεις πολλάς.* Atqui habebat secum Boemundus in hac expeditione decem millia equitum, et plurimas copias peditum, ut auctor est Albertus Aq. lib. II, cap. 18. Maxima enim pars exercitus qui Amalfim obsidione cinxerat, relicto Rogerio, Boemundum secuta erat. Ita Urbanus II P. in Epist. ad Alexium apud Bar. an. 1097,

vero propter inopiam pecuniæ exercitu instructum satis magno, tum ut illos suppleret defectus suos, tum ut quæ animo volvebat in imperatorem consilia occultaret altius, præcucurrit cum decem solis Gallis ante alios comites et Constantinopolim ad imperatorem venit. Imperator, cui nota dudum erat indoles viri, profundusque et insidiosis alte consiliis celandis abstrusus animus, simili commodum cupiditate tenebatur alloquendi ejus seorsum **302** a cæteris et antequam cæteri comites adessent per otium audiendo affandoque illo mentem ejus arcanam et cogitationes indagare intimas; simulque ab eo impetrare ut ante adventum aliorum suas transportaret copias, ne forte cum iis junctus eos ad aliquid contra imperatorem audendum pro nota sua malitia instigaret. Ingresso ad se igitur Augustus Baimundo blande renidens officiose percontatus de via est, et ubi reliquisset comites: quo ad omnia prout opus esse putabat ad res suas, respondente, urbane illi et amice familiari sermone refricavit memoriam olim inter ipsos gestorum circa Dyrrhachium et apud Larissam, bellique et inimicitiarum illarum. Hic ille dissimulator vafer: *Tunc hostis, tunc infestus fui, fateor. At ecce ultro nunc me sisto ad vos transfugam, fidus atque amicus majestati tuæ, ut qui maxime, futurus.* Perrexit imperator dissimulanter explorare hominem, variis sermonibus pertentans atque eliciens; tandemque ut per multa circumducto expressit significationem consensus, ad jusjurandum sibi præstandum, sat una vice perfectum ratus: *Lassum,* inquit, *te de via detineri prolixo sermone non oportet; quin age quod necesse est quieti et curæ corporis sume otium. Erit mox cum pro voto colloquiis mutuis fruamur.* Sic ille cum abiisset in Cosmidium ubi paratum ei hospitium fuerat, mensam reperit, sane opipare structam ferculorum et condimentorum omnis generis ingenti apparatu. Post eam oblatam Baimundo, accedunt eum coqui et condimentarii, sic jussi ab Augusto facere: magnam illi copiam crudarum carnium terrestris volucrisque generis exhibent cum his verbis: *Nos quidem ut ars nostra fert et mos regionis hujus ea quæ vides imposita mensæ opsonia temperavimus et coxi-*

A γόμενος δι' ἣν εἶχε σπάνιν τῶν χρημάτων, τὴν τοῦ αὐτοκράτορος βουλόμενος ἐπισπάσασθαι εὔνοιαν, ἅμα δὲ καὶ συγκαλύψαι τὰ κατ' αὐτὸν ἐθέλων, μετὰ δέκα καὶ μόνων Κελτῶν προεξελθὼν τῶν ἄλλων κομήτων ἔσπευσε καταλαβεῖν τὴν βασιλεύουσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰς αὐτοῦ μηχανὰς γινώσκων καὶ τὸ ὕπουλον καὶ ἐνεδρευτικὸν αὐτοῦ ἦθος ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος, ἔσπευσε πρὸ τοῦ καὶ τοὺς ἄλλους καταλαβεῖν κόμητας, ὁμιλῆσαί τε καὶ ἀκοῦσαι τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, καὶ πεῖσαι πρὸ τῆς ἐκείνων ἀφίξεως διαπεράσαι, ἵνα μὴ ἑνωθεὶς μετ' αὐτῶν καταλαμβανόντων ἤδη, καὶ τὰς ἐκείνων διαστρέψειε γνώμας. Εἰσελθόντι δὲ ἱλαρὸν εὐθὺς ἐνατενίσας κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐπυνθάνετο, καὶ ὅπη τοὺς κόμητας κατέλιπε. Τοῦ δὲ ἅπαντα διασαφήσαντος B αὐτῷ ὡς εἶχε γνώμης, ἀστεϊζόμενος [63] ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν κατὰ τὸ Δυῤῥάχιον καὶ τὴν Λάρισσαν τετολμημένων παρ' αὐτοῦ ἀναμιμνήσκει τηνικαῦτα καὶ τῆς ἔχθρας ἐκείνης. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ὡς *Ἔγωγε κἂν* [64] *ἐχθρὸς καὶ πολέμιος τότ' ἦν, ἀλλὰ νῦν αὐτόμολος ἥκω φίλος τῆς σῆς βασιλείας* [65]. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ διὰ πολλῶν μετελθὼν αὐτὸν καὶ ἀκροθιγῶς πως ἀποπειρώσας [66] τὸν αὐτοῦ λογισμὸν, ἐπεὶ διέγνω κατανεύσαντα τοῦτον ὅρκια πιστὰ δοῦναι πρὸς αὐτὸν ἔφη· *Τὰ νῦν μὲν κεκοπιακότα σε ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας χρὴ ἀπελθόντα διαναπαύσασθαι, ἐς νέωτα δὲ περὶ ὧν βουλόμεθα ὁμιλήσομεν.* Ἀπελθόντι οὖν εἰς τὸ Κοσμίδιον (67) οὗπερ τὰ τῆς κατοικίας αὐτῷ προητρέπιστο, C τράπεζα τούτῳ παρατίθεται δαψιλὴς παντοίων ὄψων καὶ ἐδεσμάτων μεστή. Εἶτα καὶ ὠμὰ κρέα χερσαίων τε καὶ πτηνῶν ζώων προσενεγκόντες οἱ ὀψοποιοὶ ἔφασαν· *Ἡμῖν μὲν τὰ ὄψα ὡς ὁρᾷς ηὐτρέπισται κατὰ τὸ σύνηθες· εἰ δὲ μὴ ἀρεστὰ σοι ταῦτα, ἰδοὺ καὶ ὠμά· καὶ κατασκευασθήτωσαν καθά γε βούλει.* Οὕτω γὰρ παρὰ αὐτοκράτορος κατασκευάσαι τε καὶ εἰπεῖν ἐντεταλμένον αὐτοῖς ἦν· καὶ γὰρ ὁποῖος ἐκεῖνος δεινὸς ἤθους καταστοχάσασθαι ἀνδρὸς, δεινὸς εἰς καρδίαν βάψαι καὶ λογισμοὺς θηρᾶσαι ἀνθρώπου, τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιστάμενος δύσνουν καὶ κακόηθες ἐστοχάσατο τοῦ ὄντος. Ἵνα οὖν μὴ ὑποψίαν τινὰ κατ' αὐτοῦ σχοίη, καὶ ὠμὰ κρέα ἐν ταὐτῷ προσενεχθῆναι αὐτῷ προσέταξε, διαλύων τάχα τὴν ὑποψίαν. Οὐκ ἠστόχει δὲ τοῦ σκοποῦ·

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[63] ἀστεϊζόμενος. [64] κἄν. [65] τῇ σῇ βασιλείᾳ. [66] ἀποπειράσας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

n. 125: Tudebodus, lib. I, et alii. Boemundus igitur, dimissis copiis, cum paucis comitibus CPolim perrexit, ait Guibert. lib. III, cap. 3, icto prius cum Alexio pacis fœdere, cum quo bellum annis proxime elapsis gesserat in Illyrico. Order. lib. IX: *Coactus est itaque sagax Boemundus consiliis Francorum, ut pacem faceret cum imperatore Græcorum.* Qua facta, Alexius quemdam e suis admodum solertem ad Boemundum misit, qui et eum, et ejus copias secure deduceret. *Corpalatium, Corpolacium,* et *Coropalasium* appellant Tudebodus, lib. I; Baldricus, lib. I; Ordericus, loco cit.; et Petrus Diac. lib. IV *Chron. Casin.* cap. 11; hoc est, curiæ procerem, qui κουροπαλάτου dignitate fungebatur; qua tum insignis erat Joannes Thracesius drunga- D rius vigiliæ, ut constat ex Novella Alexii an. mundi 6600, Chr. 1092. Illius meminit præterea idem Diacon. lib. IV, cap. 17.

(67) *Κοσμίδιον.* Robertus Mon. lib. II, præparatum ait Boemundo hospitium *extra urbem*; Baldricus, *in suburbio civitatis*; Guibertus. lib. III, c. 5. *in ipsius civitatis burgo*; Anna, *in Cosmidio*, quod fuit monasterium SS. Cosmæ et Damiani extra urbem, versus Blachernas, et ab hac Boemundi in eo mora postmodum a nostris *Castellum Boemundi* appellatum fuit. Nam et φρούριον ibi exstitisse diserte scribit Bryennius, lib. III, cap. 11; Pachymeres, lib. IX, cap. 5, πρὸς τὸ τοῦ Κέρατος τέλος Cosmidium statuit. Consule quæ in hanc rem observamus ad Villhard. n. 86.

ὁ γὰρ δεινὸς (68) Βαϊμοῦντος τῶν μὲν ὄψων οὐ μόνον A ἀπογεύσασθαι ὅλως, ἀλλ' οὐδ' ἄκροις δακτύλοις προσψαῦσαι ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀπώσατό τε εὐθὺς καὶ μηδενὶ τὰ τῆς ὑποδραμούσης αὐτὸν ὑπονοίας ἐνφήνας [67] τοῖς παρεστῶσι πάντα διένειμε, τῷ μὲν φαινομένῳ φιλοφρονεῖσθαι τούτους ὑποκρινόμενος, τῇ δ' ἀληθείᾳ, εἴ τις καλῶς σκοποίη, θανάτου κρατῆρα κεράσας αὐτοῖς. Οὐδὲ τὸν δόλον ἐπέκρυπτε, τοσοῦτον καταφρονητικῶς περὶ τοὺς ὑπ' [68] αὐτὸν διέκειτο. Τὰ μὲν ὠμὰ κρέατα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἐνεγκαμένης τοῖς ἰδίοις ὀψοποιοῖς κατασκευάσαι ἐπέταττε. Τῇ μετ' αὐτὴν δὲ τοὺς ὄψα [69] ἐκεῖνα ἐδηδοκότας ἐπυνθάνετο ὅπως αὐτοὺς διέθεντο. Τῶν δὲ καὶ λίαν καλῶς εἰρηκότων, ὡς μηδὲ τῆς τυχούσης αἰσθέσθαι βλάβης, ἀποκαλύψας αὐτοῖς τὸ ἀπόῤῥητον ἔφη· Ὡς ἔγωγε μεμνημένος τῶν μετ' αὐτοῦ πολέμων καὶ τῆς μάχης B ἐκείνης, ἐδεδίειν μὴ τὴν ἐμὸν ἴσως ἐξαρτήσῃ [70] θάνατον, θανάσιμόν τι φάρμακον τοῖς ὄψοις ἐπεμβαλών. Τοιαῦτα μὲν τοῦ [71] Βαϊμούντου. Ἐγὼ δ' οὔποτε πονηρὸν ἐθεασάμην, μὴ τοῦ ὀρθῶς τι ποιεῖν πόῤῥω που ἐν πᾶσι λόγοις καὶ πρακτέοις θέοντα, ὁπηνίκα γάρ τις τῆς μεσότητος ἐκσταίη πρὸς ὁπότερον ἂν τῶν ἄκρων νεύσειε πόῤῥωθεν τῆς ἀρετῆς ἕστηκεν.

A mus; verum si hæc tibi forte alibi nutrito, aliter assueto, minus arriserint, en escas incoctas adhuc quæ prout jusseris tibique sapuerit condiri parari que a quibus voles poterunt. Id sic imperator constituit pro sua incredibili tractandorum hominum peritia. Cum enim, ut solebat ex vultu ac nutu penetrare in arcana mentium, facile comperisset Baimundum ingenio esse astuto ac suspicaci, providit fore ut, si ei apponerentur a ministris imperatoris olim hostis cibi cocti, metu inspersi aut admisti veneni concepto, iis vesci cunctaretur. Nec fefellit eum sua conjectura; Baimundus enim ne summis quidem digitis contingere, nedum gustare, sustinuit paratos cibos; obtexit tamen suspicionem ostentata liberalitatis specie; nam simulatione gratificandi B astantibus cuncta eis fercula distribuit, revera pessime de iis merens, quibus cibos opinione sua infectos et mortiferos ministraret. Nec dissimulare saltem dolum putavit tanti, sed qua erat arroganti fiducia contemptuque præditus suorum, ipse carnibus sibi oblatis adhuc crudis more patrio a propriis coquis præparatis eo die usus, postridie suos rogavit ecquid valerent, **303** et ut eos juvisset pridiana cœna; iis vero præclare se habere aientibus, nec ullum vel minimum incommodum sensisse, Atqui ego, inquit arcanum detegens, cum memoria repeterem bella olim a me gesta adversus imperatorem et pugnam illam qua ipsum fugavi, uti cibis ejus jussu paratis nolui, merito metuens ne venenum iis inspersum esset. Ita ille sane imprudenter; quippe id committens ac præ se ferens quamobrem a suis superbum sui despectum ulciscentibus merito proderetur aut desereretur: cujus tanti periculi aleam utcunque alioqui callidus inconsultissime tum jecit. Raro enim (id quod ego longo usu animadverti) homines improbi quidquam recte consulunt faciuntve: adeo verum est quod sapientes sciscunt, ubi quis a mediocritate virtutis excesserit, utrumvis in extremum declinet parum interesse; semper enim longo intervallo ab honesto distare.

Μεταπεμψάμενος οὖν τὸν Βαϊμοῦντον τὸν συνήθη C τοῖς Λατίνοις καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐζήτει ὅρκον (69). Ὁ δὲ, τὰ ἑαυτοῦ ἐπιστάμενος, καὶ ὅτι οὔτε ἐκ προγόνων περιφανῶν ἐγεγόνει, οὔτε χρημάτων εὐπορίαν εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ δυνάμεις πολλὰς, ἀλλὰ μετρίως [72] πάνυ τοὺς συνεπομένους αὐτῷ Κελτοὺς, καὶ ἄλλως δὲ φύσει ἐπίορκος ὢν, μάλα προθύμως τῷ τοῦ αὐτοκράτορος ὑπεῖξε θελήματι. Κἀθ' οὕτως ὁ βασιλεὺς, περὶ τὰ βασίλεια οἰκίσκον τινὰ ἀφορίσας, εἰς τοὔδαφος κατέστρωσε παντοίων εἶδος χρημάτων καὶ ἀμφίων, χαράγματός (70) τε χρυσίου καὶ ἀργύρου, καὶ τῆς κατωτέρω ὕλης, τοσοῦτον πληρώσας τὸ οἴκημα, ὡς μηδὲ βαδίζειν δύνασθαί τινα τῷ πλήθει τούτων συμποδιζόμενον. Τῷ δὲ μέλλοντι ὑποδεῖξαι ταῦτα τῷ Βαϊμούντῳ ἐπέταττεν ἀθρόον τὰς πύλας D ἀναπετάσαι. Ὁ δὲ ἐπὶ τῇ τούτων θέᾳ ἐκπλαγεὶς φησιν· Εἰ τοσαῦτά μοι προσῆν χρήματα, πολλῶν ἂν χωρῶν κύριος πάλαι ἐγεγόνειν αὐτός. Καὶ ὅς·

C Cæterum Augustus, accersito deinde Baimundo, consuetum Latinis jusjurandum et ab ipso exegit. Nec dubitavit ille aut cunctatus est vel quod minus se a proavis nobilem, minusque a fortuna opibus comitatuque instructum sciens, causam non esse vidit, cur quod alii Galli principes rebus omnibus præstantiores non recusaverant, ipse detrectaret: vel quod homo ad religionis contemptum educatus, et longo usu quasi quadam natura perjurus, ridiculum putaret in juramento tergiversari, cujus ipse susque deque habita reverentia nihilominus certus esset, eo quo spes et usus vocaret recta tendere. At ei postquam ita prompte ac perlibenter juramentum præstitit, nova benevolentiæ suæ pi- D gnora injecit Imperator. Curavit nimirum conclave quoddam Augusti palatii divitiarum omnis generis congestione ita compleri, ut pavimentum ipsum nummis passim monilibusque ac attalicis conchilia-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[67] ἐμφήνας. [68] ἐπ'. [69] τὰ ὄψα. [70] ἐξαρτύσῃ. [71] τὰ τοῦ. [72] μετρίους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(68) *Ὁ γὰρ δεινός*. *Boemundus nullo modo Alexio fidere poterat*, inquit Albert. Aq. lib. II, cap. 18

(69) *Ἐζήτει ὅρκον*. Albertus Aq. lib. II, cap. 18; Fulcher. lib. I, cap. 4; Robertus Monach. lib. II, pag. 38, Tyrius, et alii.

(70) *Χαράγματος*. **364** Albertus Aq. lib. II, cap. 18: *Statimque allata sunt Boemundo, sicut Godefrido, munera miri et inauditi thesauri in auro et argento; vasa quoque pretiosa opere et decore multo ampliora, quam ut ab aliquo possit æstimari.*

tisque vestibus temere abjectis obtegeretur : latera vero undique omnia usque ad lacunar nihil nisi pretiosissimam vestem, auri, argenti, æris, et id genus metallorum numismatis ac signis longe fulgentissimis ac locupletissimis circum reniderent : concervatis omnibus tam invidiosa copia, ut ne ingrediendi quidem spatium relinquerent, ad cumulos rerum pulcherrimarum offensuris necessario quoquo se verterent pedibus. Tum dato negotio quibusdam ut Baimundum more hospitum officiose deducerent, jussit ut inter palatium lustrandum ei conclave istud velut inter alia monstrarent, idque ita facerent ut admirationem primo aspectu exprimere homini conarentur : id consecuturos monens, si valvas repente nec opinanti patefacerent, et tantarum repente opum speciosissimam scenam percellendis oculis offerrent. Nec successus abfuit. Percussus improviso fulgore Baimundus hanc sibi elabi vocem sivit : *Si tot ego divitiarum essem dominus, multarum olim urbium et ditionum imperium mihi parassem.* Atqui, deductor inquit, tua ista, Baimunde, sunt : universa hæc tibi hodie dat, donat, largitur imperator. Admisit gandens beneficium et multas Baimundus gratias egit. Verum postquam, quieturus in suum diversorium deductus, bajulos vidit omnia ista portantes, vafrum et versatilem animum pudor quidam subiit confessæ cupiditatis : et quasi admirationis parum se dignæ pœnitens, in hanc erupit vocem : *Nunquam putassem tanta me ignominia ab imperatore affectum iri. Ite, onerate ista denuo et ad eum qui misit reportate.* Imperator haud inscius Latinis usitatæ in consiliorum alternatione **304** levitatis, arridens vulgare verbum illud protulit : *Mala res ad proprium auctorem redeat ;* referrique jussit cuncta Baimundo jam acquiescente ac mutata tertio sententia placidis oculis spectante bajulos modo spretorum munerum, seque iis capi non dissimulante. Nec forte tam levitas hæc fuit aut instabilis mutabilitas placitorum, quam versutia mentis callidæ cuncta ex usu moderantis, atque ad quemlibet occasionis flexum præsenti semper vigilia prudentiæ sese accommodare ac circumagere peritæ. Equidem duo quædam in hoc homine insignia notavi, astutiam et fortitudinem, quibus tantum antecellebat omnes qui tunc Constantinopoli transiere Latinos duces, quantum vicissim ab illis modo pecuniæ copiarumque numero vincebatur. Sed instar illi divitiarum erat thesaurus quasi quidam fraudum et malignæ diligentiæ solers dexteritas, qua omnes post se longe relinquebat. Ergo ut non negaverim in hac admissione rejectioneque munerum aliquid agnosci potuisse illius innatæ Latinorum animis, cujus nec ipse fuit expers, inconstantiæ decretorum : tamen aliquid in eo plus vidisse tantum fallaciarum artificem tam nihil simpliciter agentem, haud vana fuerit

Ταῦτά σοι τὴν σήμερον ἀποχαρίζεται ἅπαντα ὁ βασιλεύς. Ὁ δὲ, περιχαρῶς ταῦτα δεξάμενος καὶ εὐχαριστήσας, ἀπῄει ἀναπαυθησόμενος οὗ κατέλυσεν. Ἀποκομισθέντων δὲ τούτων αὐτῷ, μεταβαλὼν ὁ πρὶν τεθαυμακὼς, ἔφη· *Οὐδέποτε τοιαύτην ἀτιμίαν ἔσεσθαί μοι ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἤλπισα. Λαβόντες οὖν ταῦτα ἀπαγάγετε τῷ πέμψαντι.* Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ φύσει παλίμβουλον τῶν Λατίνων γινώσκων, τὸν δημώδη λόγον ἀντέφησε· *Κακὸν πρᾶγμα πρὸς τὸν ἴδιον ἐπανερχέσθω αὐθέντην.* Ταῦτα ὁ Βαϊμοῦντος ἀκούσας καὶ τοὺς ἀποκομίσαντας ἐπιμελῶς ἀναζητοῦντας αὖθις αὐτὰ ὁρῶν μεταβαλὼν ὁ πρὶν ἀποπεμπόμενος ταῦτα καὶ ἀχθόμενος ἐπὶ τούτοις ἱλαρὸν βλέμμα τοῖς ἀποκομισταῖς ἐδείκνυ, καθάπερ τις πολύπους μετασχηματιζόμενος ἐν βραχεῖ. Φύσει μὲν γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ πονηρὸς καὶ ὀξὺς πρὸς τὰ συμπίπτοντα, πονηρίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ τοσοῦτον ὑπερέχων ἁπάντων τῶν τότε διερχομένων Λατίνων, ὁπόσον δυνάμεσί τε καὶ χρήμασιν ἥττητο. Ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων ἐκράτει κακεντρεχείας περιουσίᾳ. Τὸ δὲ παλίμβουλον ὡς φυσικόν τι τῶν Λατίνων παρακολούθημα παρείπετο καὶ αὐτῷ. Τὰ γοῦν χρήματα ὁ ἀπωθούμενος περιχαρῶς τηνικαῦτα ἐλάμβανε. Δύσνους γὰρ ὢν τὴν γνώμην, ἐπεὶ μηδὲ χώραν ὅλως κεκτημένος (71) τῆς ἐναγκαμένης ἐξῄει, τῷ μὲν φαινομένῳ χάριν τῆς τοῦ ἁγίου τάφου προσκυνήσεως, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἀρχὴν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι προμηθευόμενος, καὶ μᾶλλον, εἰ γένοιτό οἱ, καὶ αὐτῆς τῆς βασιλείας Ῥωμαίων (72) ἐπιδράξασθαι, χρωμένῳ ταῖς τοῦ πατρὸς ὑποθημοσύναις, καὶ πάντα κάλων, τὸ τοῦ λόγου, κινοῦντι, πολλῶν ἐδεῖτο χρημάτων. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, τὸ δύσνουν καὶ κακόηθες αὐτοῦ ἐπιστάμενος, ἔσπευδε τὰ συνειρόμενα [73] πρὸς τοὺς ὑποτυφομένους αὐτῷ λογισμοὺς εὐφυῶς περιαιρεῖν. Διὸ καὶ τὸ δομεστικάτον αἰτούμενος τῆς Ἀνατολῆς οὐκ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως πρὸς Κρῆτα κρητίζων. Δεδιὼς γὰρ ὁ βασιλεὺς μὴ ἐξουσίας δραξάμενος καὶ δι' αὐτῆς δουλαγωγήσας τοὺς κόμητας ἅπαντας, ῥᾳδίως περιάγοι τοῦ λοιποῦ ὅπῃ βουλητὸν αὐτῷ ἐστι. Μὴ θέλων τὸν [74] Βαϊμοῦντον ὑπονοῆσαι ὅλως ὅτι ἤδη πεφώραται, ἐλπίσι χρησταῖς αὐτὸν ὑποσαίνων, ἔφη· *Τούτου μὲν καιρὸς οὔπω πάρεστι, διὰ δὲ τῆς σῆς ἐνεργείας καὶ πίστεως μετ' οὐ πολὺ καὶ τοῦτο γενήσεται.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] συναιρόμενα. [74] δὲ τόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(71) *Μηδὲ χώραν κεκτημένος.* Non omnino verum, quod ait hoc loco Anna, regiones nullas possedisse Boemundum, cum non modica oppida, atque adeo ipsum Tarentinum principatum et Barensem in Apulia et Calabria possederit, inita cum fratre Rogerio concordia, uti tradunt Malaterra, lib. IV, cap. 4; Alexander abbas Celesin. lib. I, cap. 13; et Ordericus Vitalis, lib. VIII, pag. 677.

(72) *Βασιλείας Ῥωμαίων.* Nec injuria id metuebat Alexius; nam, ut est apud Ordericum, lib. IX, pag. 727, Boemundus Francos proceres ad obsidendam Constantinopolim viriliter incitaverat, antequam venisset ad Alexii conspectum.

suspicio. Atque ut nihil divinem de simulatæ recusationis causis, acceptandæ quidem pecuniæ consilium ambitio dictavit. Videbat homo vastus animi speique immodicus se innutritum cogitationi regni postquam vivente patre magnos exercitus ductaverat, magnas res gesserat, et ad extremum eo redactum ut patria exiret prorsus extorris, quippe qui nec terram nec urbem haberet ullam quæ ipsum dominum aut principem agnosceret. Ergo religionis ille quidem et vindicandi Dominici sepulcri larvam cupiditati superposuit : cæterum per istam occasionem omni modo decreverat principatum sibi aliquem alicubi parare : nec dubitaturus, si secunda spiraret aura fortunæ, Romanum ipsum cogitare solium et Alexio extruso se imperatorem facere. Hærebant imis sensibus patris monita bello Alexium persequi jubentis, in eo esse ac morari, nec nisi plena patrata victoria desistere : inde enim rem, inde spem, inde vitæ ac rationum statum amplum èt commodum ostendi. Porro istuc aspiranti magnarum opum erat necessarium viaticum : et omnem, quod aiunt, moturo funem, ad tantam sibi prædam attrahendam, nervis nimirum opus erat belli divitiis. Igitur istius in partem sumptus dona imperatoris Baimundus admisit; satis jam sentiente Augusto ipso quo astuti Galli consilia spectarent; quocirca is jam tum incidere clanculum occepit orsa omnia vafri hominis, et quidquid ille ad suas ambitiosas spes ex longo directa nectebat, ea mature tempore captato disturbare ac disjicere pergebat imperator; rationes ejus omnes haud modice conturbans. Hujus generis hoc exemplum sit. Satis se admotum imperatori Baimundus credidit ad domesticatum Orientis sibi ab eo petendum. Sensit Augustus quo res tenderet, ac facile vidit istum magistratum occasiones oblaturum Baimundo plurimas demerendi sibi Latinos comites, et ad quidquid vellet sibique utile putaret, **305** ad extremum obstrictos impellendi; idcirco artem Creticam, quod Adagium habet, adversus Cretensem experiundam ratus, plausibiles quæsivit negandi causas; lactans interim inhiantem ac suspendens, ne is sentire se deprehensum posset : *Nondum*, inquiens, *Baimunde, tempus est ejus quam dicis rei. Erit cum tua perspecta rebus fides et virtus confessionem exprimcnt omnibus esse te loco illo multo dignissimum : quando meum judicium corroborante fama publica, multo scilicet tibi amplius tutiusque fuerit voce communi omnium efferri, quam nunc favore principis exponi ad invidiam.*

A Ὁμιλήσας τοίνυν αὐτοῖς καὶ παντοίαις δωρεαῖς καὶ τιμαῖς φιλοφρονησάμενος, τῇ μετ' αὐτὴν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ [75] καθῆστο θρόνου. Μεταπεμψάμενος δὲ αὐτόν τε τὸν Βαϊμοῦντον καὶ τοὺς κόμητας ἅπαντας περὶ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτοῖς συμβησομένων ὡμίλει, βουλευόμενος [76] τὰ συμφέροντα ἀναδιδάσκειν ἅμα καὶ αἷς εἰώθασιν οἱ Τοῦρκοι χρήσασθαι μεθοδείαις ἐν ταῖς μάχαις, καὶ ὑποτιθέμενος ὅπως τε παρατάττεσθαι χρὴ, καὶ λόχους καθιστᾶν, καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ διώκειν ὁπηνίκα τούτοις οἱ Τοῦρκοι τὰ νῶτα διδῶσι. Καὶ οὕτως διά τε χρημάτων, διά τε λόγων καταμαλάξας αὐτῶν τὸ ἄγριον, καὶ τὰ συνοίσοντα ὑποθέμενος, τὴν διαπεραίωσιν προὐτρέψατο. Τὸν δέ γε Σαγγέλην (73) ἠγάπα δια-

Sub hæc Augustus donis honoribusque omnis generis delinitis Gallis, tandem eos discessum urgentes allocuturus ultimum imperatorio solio consedit. Vocatisque Baimundo ac comitibus cunctis multa disseruit de rebus ipsis per viam eventuris; simul de toto genere ac ratione belli Turcici, de moribus atque artibus gentis universaque consuetudine pugnarum; quidque illorum machinationibus ac dolis, opponere cautionis expediat, ut explicare contra illos aciem, ut insidias aptis locis struere, ut non effuse persequi terga de industria præbentes, cæteraque de genere hoc præsenti sibi experientia comperta, dum bella cum gente ista varia gereret, familiarissime ad ipsos humanissime-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[75] βασιλικοῦ. [76] βουλόμενος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Σαγγέλην*. *Saugeles* interpreti, et Tollio apud Cinnamum; rectius *Sancti Ægidii comes*, hoc enim vocabulo, ut et Cinnamus, expressit Gallicum *Saint-Gilles*, seu *le comte de Saint-Gilles*, qua tum appellatione gaudebat Raimundus Tolosæ et Provinciæ comes. Willelmus Brito, lib. III *Philipp.* :

Qui Sancti comes Ægidii, Tolosæque vocatur.

Est autem comitatus S. Ægidii Septimaniæ, seu Occitaniæ, urbs, ad Rhodanum, S. Ægidii abbatia insignis, a qua sumpsit appellationem, quam cum in hæreditatis sortem obtinuisset Raimundus, superstite adhuc fratre, comes inde Sanctægidianus vocitatus est, etiam post adeptum Tolosanum comitatum. Vide Catellum, lib. I *Hist. Tol.* cap. 3; et lib. II, cap. 1. Oppidum pervetustum esse, et stante Romano in Galliis imperio notum in confesso est apud omnes, et ex ruderibus, et antiquorum ædificiorum parietinis abunde colligitur. At quo nomine olim, et ante receptam S. Ægidii nomenclaturam, indigitaretur, ambigunt, nec invicem consentiunt scriptores. Poldus in *Ant. Nem.* credidit B *Heracleam* esse, de qua Plinius, quidam *Vindomagum* Ptolemæi; Catellus, lib. III *Rerum Occit.* *Rhodam* putat, cujus mentio apud eumdem Plinium, seu *Rhodanusiam*, Marciani Heracleotæ, a qua Rhodanus dictus fluvius. Verum si cum aliis licet hariolari, censuerim potius vetus Ægidianæ urbis nomen *Urgenum* fuisse, vel *Urgernum*, ut habent mss. Strabonis codices, Sidonius in Paneg. Avito dicto, juxta Sirmondi conjecturam, Cyprianus Diacon. in Vita S. Cæsarii Arelat.; Gregor. Turon. lib. VIII *Hist.* cap. 30; lib. IX, cap. 7; et Tabulæ Pentigeri; vel denique, ut notæ Tyronis, *Uggernum*. Divinationis meæ fundus est Benjaminus Tudelensis in *Itiner.* ubi oppidum S. Ægidii *Nogheres* vocat, seu ut habet editio Constantini *l'Empereur*, *Nogres*, vocabulo haud multum ab Ugerno abludente : *Nogheres*, inquit, *oppidum dictum S. Ægidii*, quo loco, si criticam liceat manum apponere, *Ugheres* potius reponendum putaverim. Huic porro C conjecturæ favent Tabulæ Peutingerianæ, quæ in Itinere a Tolosa Arelatem *Ughernum* statuunt, a Nemauso octo, ab Arelate sex milliaribus dispara-

φερόντως διὰ τὸ περιὸν αὐτῷ τοῦ φρονήματος, καὶ τῆς ὑπολήψεως τὸ ἀνόθευτον, καὶ τὸ τοῦ βίου καθαρόν· Γινώσκων ἅμα καὶ ὁπόσον αὐτῷ τῆς ἀληθείας μέλει, μηδὲν ταύτης μηδέποτε προτιμωμένῳ· τοσοῦτον γὰρ ἁπάντων τῶν Λατίνων ἐν πᾶσι διέφερεν, ὅσον ἀστέρων ἥλιος. Διά τοι τοῦτο παρακατέσχεν αὐτὸν τέως μετ' [77] ἑαυτοῦ. Ἁπάντων οὖν συνταξαμένων τῷ αὐτοκράτορι, καὶ διὰ τοῦ τῆς Προποντίδος πορθμοῦ τὸ Δαμάλιον καταλαβόντων, ἀνεθεὶς τῆς ἐξ αὐτῶν ὀχλήσεως, συχνάκις τὸν Σαγγέλην μετεμέμπετο, ἀναδιδάσκων ἅμα καθαρώτερον τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν συμβήσεσθαι μέλλοντα τοῖς Λατίνοις. Παρεγύμνου δὲ καὶ ἣν περὶ τῆς τῶν Φράγγων γνώμης εἶχεν ὑπόληψιν· ταῦτα πολλάκις ἀποστοματίσας τῷ Σαγγέλῃ, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς οἷον ὑπανοίξας αὐτῷ πύλας (74), καὶ πάντα διατρανώσας, ἐπέσκηψεν ἀεὶ πρὸς τὴν τοῦ Βαϊμούντου ἐγρηγορέναι κακίαν, ἵνα βουλόμενον παρασπονδῆσαι ἀπείργῃ τοῦτον τοῦ ἐγχειρήματος, καὶ διὰ πάσης μεθόδου διαλύῃ τὰς ἐκείνου μηχανάς. Ὁ δὲ πρὸς τὸν αὐτοκράτορά φησιν· *Ἐκ προγόνων καθάπερ τινα κλῆρον τὴν ἐπιορκίαν καὶ τὸν δόλον ὁ Βαϊμοῦντος κεκτημένος, θαῦμα μέγιστον, εἰ τὰ ὀμωμοσμένα διατηρήσειεν. Ἔγωγε δ' ὅμως ὡς ἐνὸν σπεύσω τὸ προσταχθὲν ἀεὶ ἀποπληροῦν.* Καὶ συνταξάμενος τῷ αὐτοκράτορι, ἄπεισιν ἑνωθησόμενος τῷ παντὶ στρατεύματι τῶν Κελτῶν.

A que disputavit; sperans qua sermone consiliisque tam benevolis, qua largitionibus pecuniarum quibus haud pepercerat, mores asperos infensæ gentis ad aliquem sui amorem aut respectum posse inflecti. Sic demum abire omnes ac trajicere permisit, uno Sangele retento. Hunc imperator præcipue ex omnibus amabat, propter animadversam in eo eximiam prudentiam, conjuncta sinceritate fuci experte, munditia vitæ ac candore morum admirabili : veritatis vero studio tanto ut nihil quantivis pretii pro simulatione aut mendacio pacisci posse videretur. Hæ dotes virtutesque quibus supra Latinos universos non minus eminebat Sangeles quam sol in stellas cæteras, charissimum cum Alexio fecerunt, adeo ut ejus apud se moram expeteret B magnopere, ac cæteris vale dicentibus abeuntibusque, utique retineret. Cum hoc digressis per fretum Propontidis, et ad Damalium provectis aliis, levatus imperator cura turbaque, agere sæpius consueverat, edocereque distinctius quæ Latinis eventura per viam crederet. Quin etiam eo fiduciæ processit ut suspicionibus quas de Gallis conceperat communicandis, plane ipsi se nudaret, totasque animi januas panderet ; imploraret quoque illius opem vigiliamque in nostri custodiam adversus malitiam Baimundi, quem pro ea quæ inter eos natura et usu coaluerat familiaritate, ut a pactis migrandis mutendoque contra imperatorem clam palamve deduceret obsecravit : ac omni ratione dissolvendis ejus machinis prohiberet, ne quid Romana res a vafri hominis perfidia detrimenti pateretur. Hæc apud se agenti Augusto sic Sangeles respondit : *Cum a proavis perjurium et dolum velut hæreditatem quamdam Baimundus acceperit, mirum valde sit si permaneat in iis quæ jurejurando interposito promisit. Equidem quantum erit in me situm, voluntati tuæ isti æquissimæ non deero, daboque fidelem, utinam efficacem, operam, ut is se in officio contineat.* Sub hæc dicta salutato imperatore abiit et ipse, adjuncturus se quoque confluentibus in unum undique copiis Gallorum.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[77] μεθ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

tum. Neque alio statuere videtur loco Gregor. Tur. dum scribit Recaredum Gothorum regem ab Hispaniis egressum apud Caput Arietis (*Castelnaudari*) castra obtinuisse, mox direpto Tolosano pago, invasisse *Ugernum*, Arelatense castrum, resque cunctas diripuisse, sicque sese infra urbis Nemausensis inclusisse muros. Gregorio concinit Joannes Biclariensis in Chron. ubi agit de eadem Recaredi in Gallias irruptione, scribens castrum, quod *Ugerno* vocatur, tutissimum valde in ripa Rhodani fluminis cepisse. Quæ quidem *Orgoni* nullo modo possunt convenire, uti Papirius Massonus, Catellus, et alii, qui Ugernum cum Ernagino perperam **365** confundunt, interpretantur. Ernaginum quippe ad Druentiam fluvium statuunt Antoninus in *Itiner.* et vetus hæc inscriptio : PATRONO. NAVTARUM. DRVENTICORVM. ET. VTRICVLARIORVM. CORP. ERNAGINENSIVM. Belle vero describitur Orgoni situs in *Itiner.* Gregorii XI PP. :

In Orgone terra abundans lapidibus, die tertia Petrus jacitur,
Sed in humo petrea spinosaque granum inane seritur,
Arcta est via, ex uno latere alveo Druentiæ clauditur,
Ex altera ripa saxea macerie inexpugnabili modo protegitur.

C Prædictis addo locorum intervalla ; nam Ægidianum oppidum tribus Francicis milliaribus ab Arelate distat, quæ sex milliaribus Peutingerianis conveniunt, numeratis in singula duobus, aut amplius, Romanis milliaribus. Deinde sicut Ugernum in Rhodani ripa collocatur a scriptoribus, ita constat Ægidianam urbem haud procul ab Hispaniensi Rhodani alveo, seu potius ostio, quod hodie *la Robine* incolæ vocant, distare. Scio aliter videri de Ugerno viro docto, et in geographicis peritissimo, qui Bellocadrum, seu *Beaucaire*, interpretatur. Meminit Catellus, lib. IV *Rerum Occit.* pag. 580, castri *Ugern* dicti in Septimania, sed an ad *Ugernum* pertineat, non temere definio.

(74) *Τῆς ψυχῆς ὑπανοίξας πύλας*. Comitem S. Ægidii propter egregias animi dotes cultum impensius ab Alexio testantur, præter Annam, Albertus Aq. lib. II, cap. 20 ; lib. VIII, cap. 5 et 7 ; Tudebodus, lib. V, et Ordericus Vitalis, lib. X, pag. 779. Ab eo tamen nequaquam adduci potuit, D ut quod verbis conceptis Alexio præstiterant hominum Hugo, Gotthofredus, cæterique Francorum proceres, ipse perinde profiteretur, *Contentus jurasse Alexio vitam et honorem, quod nec per se, nec per alium auferret*, uti habent Raymundus de Agiles, pag. 141 ; Robertus Monach. lib. II ; Baldricus, Tudebodus, Willelm. Gemetic. etc.

A 'Ο μέντοι αὐτοκράτωρ ἤθελε μὲν μετὰ τῶν Κελτῶν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἀπιέναι, ἐδεδίει δὲ (75) τὸ αὐτῶν ἀναρίθμητον πλῆθος· δεῖν οὖν ἐλογίσατο τὸν Πελεκάνον καταλαβεῖν, ἵν' ἐγγύθεν Νικαίας ἐνδιατρίβων μανθάνῃ μὲν τὰ τοῖς Κελτοῖς συμβαίνοντα, ἅμα δὲ καὶ τὰς τῶν Τούρκων ἔξωθεν ἐφόδους καὶ τὴν τῶν ἐντὸς Νικαίας κατάστασιν. Ἐν δεινῷ γὰρ ἐποιεῖτο εἰ μή τι στρατηγικὸν ἐν τῷ μεταξὺ καὶ αὐτὸς κατορθώσῃ, καὶ διεσκοπεῖτο [78] ἵνα, ἐὰν ἐπιτήδεια τὰ πράγματα εὑρήσει, αὐτὸς τὴν Νίκαιαν ἀνέλῃ καὶ μὴ παρὰ τῶν Κελτῶν αὐτὴν σχοίη κατὰ τὰ παρ' ἐκείνων ὀμωμοσμένα [79]. Εἶχε δὲ τὴν βουλὴν ταύτην ὑποβρύχιον, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν ᾠκονόμει καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν γίνεται, αὐτὸς καὶ μόνος ἠπίστατο, μόνῳ τῷ Βουτουμίτῃ [80] τοῦτο ἐμπεπιστευκώς. Καὶ B τοῦτον ἀποστείλας ἐφ' ᾧ ὑποποιεῖσθαι τοὺς ἐντὸς Νικαίας Βαρβάρους διὰ παντοίων ὑποσχέσεων καὶ ἀπαθείας τελείας, ἐν μέρει δὲ καὶ ἀπειλούμενος τόσα καὶ τόσα πείσεσθαι καὶ παρανάλωμα ξίφους γενέσθαι, εἰ παρὰ τῶν Κελτῶν ἁλῷεν· καὶ πάλαι τὸν Βουτουμίτην γινώσκων εὐνούστατον καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα δραστήριον. Ταῦτα μὲν οὖν ἐξαρχῆς τοῦτον παρηκολουθήκει τὸν τρόπον.

Porro imperator aliquando voluerat admiscere se Gallis unaque cum iis contra Barbaros vadere. Deinde tamen, veritus **306** innumerabilem multitudinem Gallicorum exercituum, opportunius factu judicavit proficisci Pelecanum ibique hærere, ubi ob viciniam Nicææ facile rescire ac mature posset quid accideret Gallis, quid Turci qui extra quique intra Nicæam essent rerum gererent pararentve. Non enim sua dignum fama satis aut tutum putabat, tanto circumstrepente bello, desidere ipsum domi securum, ac non prodire in campum imminereque in occasiones quæ se darent, si nihil aliud Nicææ sibi a Barbaris ipsis obtinendæ, ab his enim malebat eam urbem sibi tradi quam a Gallis, qui juxta pacta conventa firmata juramento, reddituri eam imperatori erant ubi subegissent. Verum istud consilium Augustus habebat in arcano, nemine omnium præter unum Butumiten vel eorum quæ facere decerneret vel causarum ob quas faceret conscio. Hunc Butumiten ex tempore longissimo præclare imperator noverat tum sibi fidissimum et benevolentissimum hominem, tum vero in primis strenuum atque industrium negotiationum ejus generis ministrum. Ei ergo demandavit curam deliniendorum qui Nicæam obtinebant Barbarorum qua promissionibus tum rerum aliarum tum certæ impunitatis ac securitatis tutæ qua minis apte intextis intentatisque ac arte exaggeratis malorum immanium et innumerabilium quæ si exspectarent dum urbs a Gallis caperetur, subituri absque dubio, passuri sine remedio, sine solatio forent. Hæc uti erant ab initio provisa, finem ex voto imperatoris habuere.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] διεσκοπεῖτο γοῦν. [79] ὀμωμομένα. [80] Βουτομίτῃ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(75) *Ἐδεδίει δέ*. Sollicitatus a Raimundo et aliis comitibus imperator, ut una cum Francis in sacram expeditionem proficisceretur, sicut convenerat, hac se texit excusatione: *Se nimirum præmetuere Alemannos et Hungaros, et Comanos, aliasque feras gentes, quæ imperium suum depopularentur, si ipse transitum cum peregrinis faceret*. Raym. de Agiles, Robert. Mon., lib. II.'

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER XI.

307 ARGUMENTUM.

Galli multis et ingentibus prœliis Turcos vincunt, ac res eorum plane profligant. Nicæam, Antiochiam, Hierosolymam, urbes alias plurimas, partim imperatori, partim sibi subjiciunt. Gotthofredus eligitur ab iis Hierosolymorum rex; succedit ipsi mortuo, ejus frater Balduinus. Imperator res prospere terra marique contra Turcos gerit. Gallos cautis primum artibus, deinde aperto bello infestat.

PERIOCHE.

Galli Nicæam oppugnant. Imperator Pelicani sedem eligens tempore obsidionis Nicæensis versutis artibus id agit ut Nicæam Gallis eripiat. Butumite ad id utitur. Sangeles primus a Turcis auxilio Nicææ venientibus invasus eos vincit. Atrox Turcorum cum Gallis prælium, diu anceps. Galli vincunt ad extremum. Sultanus permittit Nicæensibus ut sibi consulant. Gonatos turris Nicææ cur sic dicta. Manuelis **308** *Erotici Comneni præfectura contra Sclerum sive Durum. Nicææ oppugnatio urgetur. Imperator ad eam machinas Gallis mittit. Cur se Gallicis copiis non junxerit. Nicææ adjunctus lacus ab imperatore occupatus. Insultus in urbem acer. Butumitis solertia. Nicæenses Turci se illi dedunt. Imperatoris astutia. Copiæ ipsius Nicæam occupant Gallis exclusis. Butumites Nicææ præfectus Turcos satrapas ad imperatorem mittit. Rhodomerus et Monastras eorum ductores parum cauti. Galli comites evocantur ab imperatore. Tancredi dictum et factum audax. Taticius expeditionis sacræ comes adjunctus Gallis ab Augusto. Qui desertores militiæ Gallicæ colligit. Baimundus agminis primi ductor atrociter invaditur a Turcis. Tria ingentia prælia et totidem victoriæ insignes Francorum de Turcis. Trimestris oppugnatio Antiochiæ. Taticius cum copiis ab ea recedit. Fames in castris Latinorum. Astutia Baimundi in parando sibi Antiochiæ principatu. Antiochiam proditione cujusdam Armeni Baimundus primus intrat. Galli undique simul irruentes urbem capiunt. Curpagan auxilio serus veniens Antiochiæ, clausos intra eam Gallos oppugnat. Baimundus novam arcem Antiochiæ imponit. Fortitudo Gallorum constans in summis rerum angustiis. Imperator Joannem Ducam contra piratas mittit. Is Caspacem classi præficit. Ei adventu primo Smyrna deditur. Ingens in ea urbe cædes occasione necati Caspacis. Hyaleus Smyrnæ præfectus. Tangripennes et Maraces acie apud Ephesum victi a Joanne. Capti satrapæ per insulas sparsi. Petzea Epheso præfectus. Sardes, Philadelphia, Lampe, Laodicea Joanni se dedunt. Turcos idem ad Polybotum vincit. Imperator in auxilium Gallorum apud Antiochiam extrema tolerantium procedit usque Philomelium. Ibi per legatos eorum de summa eorum necessitate plene edoctus eosdem tamen metu victus deserere statuit, reditu pronuntiato, mox peracto, frustra illum excusante filia. Christiani cum imperatore Turcos fugiente transmigrant, ejus suasu. Ismael archisatrapa Paipertum oppugnat. Galli, deserti ab hominibus, ad Deum confugiunt. Petrus episcopus eos ad pœnitentiam hortatur. Et sacrum clavum quærere monet. Is mirabiliter inventus Sangeli castissimo credito portandus traditur. Mirabilis victoria de Turcis qua Galli quatuor numerosissimum Turcorum exercitum fundunt. Strages ingens Turcorum. Triginta dies prædæ comportandæ vix sufficiunt. Baimundus Antiochiæ præficitur. Hierosolyma oppugnatur a Gallis et capitur. Gotthofredus ejus rex creatur. Amerimnas Babylonius in Gallos movet. Primo ab iis vincitur, mox eos vincit. Ramelem de iis capit. Japham oppugnat. A Balduino denique vincitur. Gotthofredus a fratre Balduino redimitur. Reliqui comites Galli Babylone captivi donantur imperatori. Sangelis in imperatorem fides. Arces ei multas subjicit. Ejus præclarum stratagema quo Atapacam apud Antaradum vicit. Idem arcem designat prope Tripolim. Tancredus Laodiceam oppugnat et capit. Gotthofredo mortuo succedere in regno Sangeles recusat. Balduinus ei sufficitur. Exercitus Normanorum novus millium equitum quinquaginta peditum centum, Constantinopolim pervenit. Duces ejus Flandrenses duo consilia imperatoris respuunt. Is eis Sangelem et Tzitam comites dat. Normani Ancyram capiunt. Crudelitas eorum sacrilega, miserrima* **309** *ipsorum clade punita. Mors Sangelis. Ejus nepotem et hæredem Gulielmum imperator sibi adjungere nititur. Imperatoris et Baimundi mutuæ querelæ de se invicem. Butumites contra Baimundum missus. Michaelis et Bardæ contumacia ex fiducia favoris Augusti. Butumites prospere rem gerit in Cilicia. Galli Asiani auxilia Pisanorum implorant. Pisana classis nongentarum navium duce episcopo. Imperatoris contra eam apparatus. Taticius honore auctus. Pugna Romanæ classis cum Pisana, tempestate dirempta, Romanis tamen ope ignis missilis, inventi tum novi, vincentibus, fugientibus Pisanis. Latini crudeliter a Romanis trucidati. Pisani ad Baimundum se conferunt. Baimundus de pace interpellatus a Romanis ducibus, eam mentionem superbe rejicit. Romana classis naufragio perit. Imperator Curicum præoccupat. Genuensis classis auxilio Francis advenit. Classis Romana contra eam missa magno naufragio debilitatur. Cantacuzenus Laodiceam oppugnat; urbem et portum. Arci Baimudus auxilia infert. Monastras Ciliciam Gallis eripit. Baimundus in angustiis deprehensus mortuum simulat. Sic tuto Coryphum defertur. Unde grandes minas intentat imperatori.*

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΑ'.

—

At Baimundus et omnes comites illic congregati unde trajecturi Cibotum versus post Gotthofredum

A 'Ο δέ γε Βαϊμοῦντος καὶ πάντες οἱ κόμητες ἑνωθέντες οὗ διαπλωΐσασθαι πρὸς τὴν Κιβωτὸν (76)

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(76) *Κιβωτόν*. Vide Not. ad pag. 154.

ἔμελλεν μετὰ τοῦ Γοντοφρὲ, τὴν τοῦ Σαγγέλη προσμένειν[81] ἄφιξιν. Πλῆθος δὲ ὄντες ἀναρίθμητον (77), ἐπεὶ οὐκ ἠδύναντο αὐτοῦ που προσμένειν διὰ τὴν σπάνιν τῶν βοσκημάτων (εἰ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως μετὰ τοῦ Σαγγέλη ἀνέμενον ἄφιξιν, ἵνα κεῖθι συνταξάμενοι αὐτῷ τῆς πρὸς Νίκαιαν φερούσης ἅψονται[82]) διχῇ διαιρεθέντες. Ὁ μὲν διὰ τῆς Βιθυνῶν καὶ τῆς Νικομηδείας πρὸς Νίκαιαν ἤλαυνεν, οἱ δὲ τὸν τῆς Κιβωτοῦ διανηξάμενοι πορθμὸν, εἰς ταὐτὸν συνεληλύθεσαν. Καὶ οὕτω τῇ Νικαίᾳ προσπελάσαντες, τοὺς πύργους καὶ τὰς μεταξὺ κορτίνας (78) σφίσιν αὐτοῖς διενείμαντο, κατὰ τάξεις τινὰς τὴν τειχομαχίαν ποιεῖν βουλευσάμενοι, ἵν' ἐντεῦθεν ἕτερος πρὸς ἕτερον ἐρίζοντες καρτερωτέραν τὴν πολιορκίαν ποιοῦντο. Τὸ δὲ λάχος (79) τοῦ Σαγγέλη κενὸν ἐάσαντες, τὴν ἐκείνου προσέμενον ἄφιξιν. Ἐνταῦθα[83] δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὸν Πελεκάνον κατέλαβε, κατὰ νοῦν ἔχων τὴν Νίκαιαν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. Οἱ δὲ ἐντὸς Νικαίας Βάρβαροι τὸν σουλτάνον (80) πολλάκις εἰς τὴν σφῶν αὐτῶν ἀῤῥωγὴν[84] μετεπέμποντο. Ἐκείνου δέ τι βραδύνοντος[85] καὶ τῆς πολιορκίας ἐξ ἀνατολῆς ἡλίου μέχρι καταδύσεως αὐτῆς ἐν πολλαῖς ἤδη γινομένης ἡμέραις, ἐπεὶ ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτοὺς ἑώρων γνωσιμαχήσαντες, βέλτιον προσεληλυθέναι τῷ βασιλεῖ ἢ παρὰ τῶν Κελτῶν ἁλῶναι ἐγνώκεσαν. Μετακαλοῦνται τοίνυν ἐπ' αὐτῷ τὸν Βουτουμίτην τόσα καὶ τόσα ἀγαθὰ παρὰ τοῦ βασιλέως πείσεσθαι διὰ γραμμάτων συχνῶν πολλάκις αὐτοῖς ἐπαγγελόμενον[86], εἰ τὴν Νίκαιαν αὐτῷ παραδοῖεν. Ὁ δὲ τὰς τοῦ βασιλέως φιλοφροσύνας καθαρώτερον ἀπαγγείλας καὶ τὰς ἐγγράφους ὑποσχέσεις ὑποδείξας εἰ τὸ κάστρον αὐτῷ παραδοῖεν, ἀσμένως δέχεται παρὰ τῶν Τούρκων ἀπειρηκότων ἤδη πρὸς τοσαῦτα πλήθη ἀντικαθίστασθαι[87], καὶ βέλτιον λογιζομένων τῷ βασιλεῖ τὴν πόλιν αὐθαιρέτως παραδοῦναι, καὶ χρημάτων καὶ τιμῆς μετασχεῖν, ἢ ξίφους παρανάλωμα γενέσθαι. Οὔπω τριττὴν[88] ἡμέραν ὁ Βουτουμίτης ἐντὸς εἶχε, καὶ ὁ Σαγγέλης καταλαβὼν ἀποπειρᾶσθαι τοῦ τείχους δι' ὧν ἡτοίμαζεν ἑλεπόλεων ἔσπευδεν. Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ φήμη τις αὐτοὺς καταλαμβάνει τὴν τοῦ σουλτάνου ἔλευσιν μηνύουσα. Τοῦτο οἱ

A erant, imperatoris, ut putabant, cum Sangele ad ipsos eo usque processuri, adventum operiri constituerant, ut hoc secum assumpto, illo salutato, infesti Nicæam pergerent. Verum illis cunctantibus, cum is quem insederant locus innumerabili multitudini eorum ægre alimenta suppeditaret, mutare consilium coacti sunt. Freto igitur Ciboti maturius trajecto, collecti rursus, Nicææ se muris admoverunt : quo eodem se posterius per Bithynos et Nicomediam Sangeles contulit. Duces porro Latini primo ad Nicæam appulsu, turres urbis ejus et coronam mœnium eas continuantem inter se partiti continuo sunt, attributo unicuique certo muri spatio quod arbitratu suo quibus vellet possetve machinis atque artibus quateret ; non temere arbitrantes,
B oppugnationis universæ ardori haud paulum posse adjici æmulatione singulorum : qui seu vincere alios affectent, seu vinci ab aliis metuant, exstimulandi comparatione ista videbantur ad impetum intendendum tota contentione virium. Ratio etiam Sangelis absentis ea in sortitione habita est ; et locus illi vacuus relictus mœnium, quem propriis copiis et consiliis adoriretur, ubi advenisset. Imperator vero consilium executus ante memoratum, se Pelecanum transtulit ; ibique subsistens quas dixi de Nicæa sibi adjungenda cogitationes agitabat. Cæterum qui Nicæam obtinebant Barbari cum sæpe missis nuntiis Sultanis longius cunctantis auxilium frustra implorassent, tandem pertinaci
C Latinorum et dies totos uno tenore aeris impetus continuare solitorum oppugnatione fracti, adductique in necessitatem **310** deliberandi de summa rerum, post multam, ut usuvenit tali tempore, alternationem sententiarum, decreverunt ad extremum longe videri conducibilius ad imperatorem accedere, quam a Gallis capi. Deliberatione sic conclusa Butumiten accersunt, cujus litteris plurimis amplissima præmia et beneficia ab imperatore ostentantibus, provocati ad deditionem sæpius fuerant. Is præsens quæ scripserat affirmans, quin eadem dilucidius et disertius pollicita frequentans, ac chartas imperatorias quibus munitus venerat ad

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] προσέμενον. [82] ἅψωνται. [83] ἐν ταὐτῷ. [84] ἀρωγήν. [85] βραδύναντος. [86] ἐπαγγειλάμενον. [87] αὐτοῖς καθίστασθαι. [88] τρίτην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Πλῆθος ἀναρίθμητον*. Fulcher. Carnot. lib. I, cap. 4. de obsidione Nicæna : *Tunc de exercitibus plurimis unus illic exercitus effectus est, quorum centum millia loricis et galeis muniti erant : quem qui de numero sapiebant, sexies centum millia ad bella valentium esse æstimabant, exceptis inermibus, videlicet clericis, monachis, mulieribus et parvulis.*

(78) *Καὶ τὰς μεταξὺ κορτίνας*. Raymundus de Agiles, pag. 141 : *Hanc igitur talem civitatem Boemundus obsedit a septentrione, dux et Alemanni ab oriente, comes (S. Ægidii) et episcopus Podiensis a meridie*, etc. Cæterum *cortinas* appellant nostri, ut et Græci recentiores, murorum loricas inter binas turres, uti hic usurpat Anna, a cortibus, sive rusticis arcis, quæ muris incingebantur, fortassis di-
D ctas. Has *curtes clausas* vocant chartæ Alemannic. apud Goldast. n. 60, 64 ; *cortina*, n. 33, et aliud Diploma in *Bibl. Sebus.* centur. I, cap. 78 ; Thwroczius in Salom. cap. 52 : *Milites autem Ladislai agmina Salomonis* **366** *tanquam in cortinis concluserunt.* Atque inde ipsi qui areas claudunt muri *cortinæ* dicti videntur, ut et ab iis aulæa, peripetasmata, vela quibus aut lecti ambiuntur, aut loca circumcluduntur. Anastas. in Leone III : *Fecit cortinam sericam habentem periclysim*, etc. Vide Meurs.

(79) *Τὸ δὲ λάχος*. Albert. Aq. lib. II, cap. 24.

(80) *Σουλτάνον*. Solymannum. Alb. Aq. lib. II, cap. 21 ; Tyr. lib. III, cap. 2 et 3.

fidem dictorum faciendam monstrans; eo rem denique tractando deduxerat, ut Turci desperantes se posse amplius Gallis obsistere, sequi spem oblatam ab imperatore opum honorumque, mallent scilicet; quam intentatam hostili gladio perniciem mox subire. Nondum tertium hisce intra Nicæam transigendis Butumites diem exegerat, cum Sangeles partem sibi relictam oppugnationis strenue capessens, paratis ante machinis tentare ac succutere murum occepit conatu magno. Fama inter hæc percrebuit sultanis adventantis, quæ ad Turcos perlata Nicæenses facile effecit ut ii Butumiten disjecto compositionis negotio ejicerent. At sultanes præ se misit exercitus partem quasi exploraturam, ecquid revera vacuus locus esset ille qui ut dixi, reservatus Sangeli fuerat? Præceperat autem suis ne si qui contra Galli incurrerent, pugnam cum iis detrectarent. Itaque cum ab ea parte quam insidebat Sangeles, signa primum apparere Turcorum cepissent, ea conspicati procul Sangelis milites alacritate mira procurrentes obviam conseruere cum Turcis prælium; nec cessarunt alii comites festinare suppetias Sangelianis certantibus. Quin ipse Baimundus ac cæteri plane omnes accepto nuntio barbaricæ impressionibus, ut par erat, moti, ex propria cujusque comitis militia ducentis ab unoquoque militibus selectis, conflatum tali collatione numerosissimum exercitum statim ad auxilium Sangelis expediunt. Adfuerunt copiæ in tempore; funduntur fuganturque Barbari, Gallis usque vesperam insequentibus. Nihil hac prima belli offensione fractus animo sultanes postridie summo mane se ac suos armat, explicataque late acie planitiem, quæ multa objacet, Nicææ suburbanam occupat. Facile agnovere Galli specie procul ac numero audaciaque exercitus hostilis præsentem adesse illic cum viribus ac copiis præcipuis sultanem ipsum caput rei Turcicæ; ergo velut in periculo digno suis animis valide armati, moxque exsilientes impetu ardenti, nihilo sane minori eo qui leones rabidos in prædam agit, adversus Turcos contra

Τοῦρκοι μεμαθηκότες καὶ τεθαῤῥηκότες τὸν Βουτουμίτην παραχρῆμα ἐξέωσαν. Ὁ δὲ σουλτάνος, μέρος τοῦ στρατοῦ ἀποδιελόμενος, ἀπόστειλε [89] σκεψομένους τὴν τοῦ Σαγγέλη ἔφοδον, παραγγείλας ὡς, εἴ τισι τῶν Κελτῶν ἐντύχοιεν, μὴ ἀναβαλέσθαι τὴν μετ' αὐτῶν μάχην. Θεασάμενοι δὲ τούτους πόῤῥωθεν οἱ τοῦ Σαγγέλη ξυμμίγνυνται. Ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ κόμητες καὶ αὐτὸς ὁ Βαϊμοῦντος, τὴν τουτωνὶ τῶν Βαρβάρων ἐνωτισθέντες ἔφοδον ἐξ ἑκάστης κομητούρας (81) ἀνὰ διακοσίους διελόμενοι καὶ εἰς πολὺ πλῆθος ξυμποσώσαντες, παραχρῆμα εἰς ἀῤῥωγὴν [90] τῶν τοῦ Σαγγέλη πέμπουσι. Ἐφθακότες δὲ μέχρις ἑσπέρας τοὺς Βαρβάρους ἐδίωκον. Ὁ δὲ σουλτάνος οὐδαμῶς ἐπὶ τούτοις ἀνεπεπτώκει, ἀλλ' αὐγαζούσης ἡμέρας ὁπλίζεται καὶ πανσυδὶ τὴν ἔξω τειχῶν Νικαίας πεδιάδα κατειλήφει. Καὶ οἱ Κελτοὶ αἰσθόμενοι τῆς τούτου παρουσίας καρτερῶς ὁπλισάμενοι καθαπερεὶ λέοντες κατ' αὐτῶν ἵενται, καὶ συῤῥήγνυται τηνικαῦτα πόλεμος δεινὸς καὶ βαρύς. Ἐν ἴσῃ δὲ μοίρᾳ τῆς μάχης ἀμφοτέροις ἱσταμένης τοῖς μέρεσι δι' ὅλης ἡμέρας [91]· ἐπεὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ κνέφας ἦλθε, τρέπονται οἱ Τοῦρκοι, τῆς νυκτὸς αὐτῆς [92] διαιτησάσης [93] τὴν μάχην. Πίπτουσι μὲν οὖν ἐξ ἑκατέρων πολλοί, κτείνονται δὲ οὐχ ἥττονες, τιτρώσκονται δὲ οἱ πλείους. Καὶ λαμπρὰν τὴν νίκην (82) ἀράμενοι οἱ Κελτοί, πολλῶν δὲ καὶ [94] κεφαλὰς τοῖς δόρασι περιπείραντες, ἐπανέρχονται καθαπερεὶ σημαίας ταύτας φέροντες· ἵν', οὕτω πόῤῥωθεν τὸ γεγονὸς διαγνόντες οἱ Βάρβαροι, καὶ τὴν ἐκ πρώτης βαλβῖδος ἧτταν δειλιάσαντες, τῆς συντόνου μάχης ἀποστήσωνται.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[89] ἀπέστειλε. [90] ἀρωγήν [91] Desunt voces δι' ὅλης ἡμέρας. [92] αὐτοῖς. [93] διαστησάσης. [94] Deest vocula καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(81) *Κομητούρας*. Apud Græcos J. C. κομητοῦραι sunt districtus et præfecturæ vicorum. Constant. Porph. Nov. Περὶ δυνατῶν, etc. πρὸς τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν μητροκωμίαν χωρία, ἤτοι ὑπὸ τὴν αὐτὴν κομητούραν. Hic vero stationes intelliguntur comitibus, proceribus, et potissimis exercitus ductoribus in castris ad Nicæam assignatæ; Galli dicimus *quartier*; unde censet eruditus interpres a comitibus κομητούρας dictas, et hocce vocabulo intellexisse Annam militiam propriam cujusque comitis, ad obsidionem Nicænam; cui sententiæ favet vox ipsa cum, ο, scripta. Sic *comitias*, et *cometias*, comitum districtus, seu ipsos comitatus vocant non semel scriptores Latini ætatis mediæ, *Specul. Saxon*. lib. III, art. 64; *Jus Feudale Sax*. cap. 36; Arnoldus Lub. lib. II, cap. 8; *Chronicon aulæ reg*. cap. 1, 5, 9, etc.; Cæsar. Heisterb. lib. VIII, c. 26; *Historia archiep. Brem*. an. 1133, 1144, et 1350, et Diplomata varia apud Browerum, lib. XV *Annal. Trevir*. et Freherum in *Orig. Palat*. part. I, c. 11, et pag. 81, 82. At jurisconsultis Græcis, seu potius, Græculis Byzantinis, videntur dictæ κομητοῦραι, pagi et vici aliquot uni metrocomiæ subditi; nam ut metropolis caput materve est provinciæ, ita metrocomia mater vicorum. Igitur cum a comitibus inferioris et tertii ordinis regerentur illæ, eorumque essent obnoxiæ jurisdictioni, inde comituræ appellatæ sunt; nam et metrocomias a comitibus seu judicibus gubernatas probabile est, ut sunt etiamnum illi quos *comites parochiales*, et *parochianos* vocant Decreta Calomani, Andreæ, et Sigismundi regum Hungariæ, et *comites pagi* Lupus abbas Ferr. epist. 24. Proinde κομητούρα erit districtus comitis pagensis, seu vicani, vel potius convicanorum cœtus et conventus, uti metrocomia accipitur, tit. *Non licere habit. metroc*. etc. lib. II Cod. Just. Dicuntur autem et convicani κωμῆται in *nov*. 38; unde et κομητούρα; etymon posset accersi, si cum, ω, scripta vox reperiretur. Verum ut sese res habeat, Anna κομητούραν usurpavit μεταφορικῶς, pro statione militari certo in loco assignata, certisque limitibus, ut sunt metrocomiæ, definita et circumscripta.

(82) *Τὴν νίκην*. Tudebod. lib. II; Albert. Aq. lib. II, cap. 27; Tyr. lib. III, cap. 4, et alii.

involant. Colliduntur acies, acri, si unquam alias aut alibi, gravi et atroci prælio, nec minus diuturno; nam partis utriusque obnoxia pertinacia in æquilibrio fortunæ quodam toto ferme die pugna constitit. Sub solis tamen occasum vertuntur in fugam Turci; intempestivis victori scilicet, opportunis victo, tenebris prohibentibus, ne fugacibus insequendis, successus fructum pernicie hostium Galli extenderent. **311** Qui splendidæ victoriæ compotes triumphabundi revertebantur in castra, capita cæsorum hostium longis hastilibus infixa præferentes, ad terrorem videlicet obsessorum, quos ille conspectus de clade suorum admoniturus erat, crepturusque eisdem omnem demum spem quam in sultanis auxilio constituerant; a quo quam nihil exspectandum foret, satis esset clade ista prima et quasi ad limen offensione declaratum, ex quibus colligerent frustra vexari se casso labore repugnandi, et pertinaciam fracti remitterent.

Τοιαῦτα μὲν οὖν οἱ Λατῖνοι πεπράχασί τε καὶ διελογίσαντο. Ὁ δὲ σουλτάνος, τὰ ἄπειρα τούτων θεασάμενος πλήθη, καὶ τὴν ἀκάθεκτον τόλμαν ἐξ αὐτῆς προσβολῆς ἐγνωκὼς, τοῖς ἐντὸς Νικαίας Τούρκοις τὸ ἐνδόσιμον δίδωσι, Πράσσετε τοῦ λοιποῦ, λέγων, πᾶν ὅτι βέλτιον κρίνετε· ᾔδει γὰρ πρὸ πολλοῦ τῷ βασιλεῖ μᾶλλον προαιρουμένους παραδοῦναι τὴν πόλιν ἢ παρὰ τῶν Κελτῶν ἁλῶναι. Ὁ δέ γε Σαγγέλης, τοῦ προκειμένου ἐχόμενος ἔργου, μόσυνα κυκλοτερῆ τεκτηνάμενος, καὶ ἐξ ἑκατέρου μέρους βύρσαις [95] αὐτὸν περιστείλας, κατὰ δὲ τὸ μέσον λύγοις διαπλέξας καὶ πάντοθεν κατοχυρώσας, τῇ πλευρᾷ [96] προσεπέλασε τοῦ λεγομένου Γονάτου πύργου. Ὃς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκληρώσατο πάλαι, ὁπηνίκα Μανουὴλ (83) ἐκεῖνος ὁ τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ ὁ [97] πατὴρ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ [98] αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ πρὸς πατρὸς ἐμοῦ πάππου, στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς ἑῴας ἁπάσης, παρὰ τοῦ τότε βασιλεύοντος Βασιλείου προὐβέβλητο· ἐφ' ᾧ τὴν μετὰ τοῦ Σκληροῦ ἔχθραν διαλῦσαι, ἢ χειρὶ πρὸς τοῦτον ἀντικαταστὰς ἢ γνώμῃ πρὸς εἰρηνικὰς σπονδὰς τοῦτον συνελάσας. Ἐπεὶ δ' ὁ Σκληρὸς μαχιμώτατος ὢν [99] αἵμασι χαίρων ἀεὶ τὴν μάχην τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἠσπάσατο, πολέμων μεγάλων καθ' ἑκάστην συῤῥηγνυμένων, ὡς τοῦ Σκληροῦ μὴ μόνον τὴν εἰρήνην μὴ θέλοντος, ἀλλὰ δι' ἑλεπόλεων γενναίων ἀγωνιζομένου τὴν Νίκαιαν ἑλεῖν, καταῤῥάξαντος τὰ τείχη τοῦ πλείονος μέρους τοῦ πύργου ποδοκοπηθέντος κάτωθεν, συνέβη σάξαι τὸν πύργον ὡς ἐπὶ γόνυ δοκεῖν ἐπικλιθῆναι, κἀκ τούτου τῆς τοιαύτης μετειληχέναι προσηγορίας. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τὸν Γονάτην παρηκολουθήκει. Ὁ δὲ Σαγγέλης τὸν ἤδη ῥηθέντα μόσυνα ἐμπείρως πάνυ κατασκευάσας, ὃν οἱ πλείονα ἐμπειρίαν τῶν μηχανικῶν κεκτημένοι χελώνην (84) κατονομάζουσιν, ἐκτὸς τούτου ἄνδρας ὁπλοφόρους τειχεσιπλήκτας [1] εἰσῆξε, καὶ ἑτέρους τοὺς τὸν πύργον κάτωθεν κατασείειν διὰ σιδήρων εἰδότας ἐφ' ᾧ τοὺς μὲν πρὸς τοὺς ἄνωθεν τοῦ τείχους μάχεσθαι, τοὺς δὲ ἐκεχειρίαν ἔχειν ἐντεῦθεν [2] τὸν πύργον διορύττειν. Οἳ καὶ κορμοὺς ξύλων εἰσῆγον ἀντὶ τῶν ἐξαγομένων λίθων. Μέχρι δὲ τῆς ἐντὸς ἐπιφανείας ἐφθακότες ὡς καὶ

A Tali spe ac consilio Latini talia gerebant. Sultanes vero, multitudine illorum innumerabili conspecta, vim eorum insuper atque audaciam plane ineluctabilem atque invictam expertus in congressu, Turcis qui Nicæam propugnabant significari curavit, permittere se illis ut sibi pro arbitratu consulerent. Consensus hic erat in conclusionem deditionis imperatori faciendæ, ad quem potius quam ad Gallos propendere Nicæenses Turcos animis, perspectu sultani jam pridem erat. Cæterum Sangeles suscepto instans operi, turrem ligneam rotundæ formæ architectatus, eam bubulo corio undique protectam ac circa medium viminum ramaliumque fissorum lentis astrictam amplexibus, cæteraque, omni ex parte, quæ adhiberi cumque potuit cura ac cautione B communitam, admovit hostili turri quæ vocabatur *Conatos*, quasi diceres, *genu flexo inclinatam*. Id ea turris nomen olim obtinuerat quando ille Michael, Isaaci Comneni imperatoris, et Joannis fratris ejus paterni mei avi, pater, præfectus cum summa potestate universæ orientali militiæ fuit, ab eo qui tum habenas moderabatur imperii Basilio. Is enim Manueli curam dederat terminandi quomodocunque vel tractatione sedata, vel cruenta victoria, dissidii quod illi grave ac perniciosum intercedebat cum Duro. At Durus alteri parti optionis ejus, placidæ nempe compositioni, locum reliquit nullum; homo abhorrentis a pace naturæ, qui nihil nisi prælia spiraret ac sanguinem, et non C viam aut instrumentum spei, sed votorum summam bellum haberet. Itaque tractationis spes omnis abrumpitur. Nicæa quin etiam in qua erat Manuel, a Duro summis opibus machinisque omnibus admotis oppugnatur. Ac forte incubuit is impetus vehementior in istam de qua agimus turrim, cujus inferiori parte Duri oppugnantis machinis commorsa subtractaque, contigit subsidere repente in vestigio superiorem molem, quæ inopinate fastigio submisso velut in genua procumbere visa est, hinc Gonatos appellata. Suum ad hanc eamdem suggestum ligneum apte fabricatum (talium periti testudinem dicerent) scite plane Sangeles admovit. Nec

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[95] βύρσας. [96] ταῖς πλευραῖς. [97] Deest vocula ὁ. [98] αὐταδέλφου. [99] ὢν καί. [1] τειχεσιπλήτας. [2] ὥστε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(83) *Μανουήλ*. Vide Nicephorum Bryenium, lib. I, n. 1, et Stemma Comnen.

(84) *Χελώνην*. Vide Albert. Aq. lib. II, cap. 31; et Rigalt. ad Onosand. pag. 57.

deerant extra machinam viri fortes qui turris obsessæ latera undique foderent et perterebrare conarentur, simul additi et alii subruendorum mœnium artem callentes: qui clam submissi muroque infimo appliciti fundamenta turris ipsa scrutarentur, harpaginibus molientes atque uncis, instrumentisque id genus ferreis: quibus quos evellebant lapides, pro iis singulis codices aut tibicines ligneos moli sustinendæ **312** interim supponebant; idque agebant inobservati, quoniam qui propugnatores urbis petebant jaculis, et minas ostentabant insilire in muros parantium, attentionem Nicæensium in se totam verterant. Isto ergo continuato labore terebrandæ turris, tandem lapidibus eruendis tignisque substituendis adeo profectum est ut jam usque intimam muri superficiem quæ urbem respicit opus pertingeret, ita ut rimis ab illa parte perviis transluceret dies. Tum vero injectus ignis supplementa illa lignea consumpsit molesque ædificii superstans fundo subsidente in se incubuit: novo affirmans eventu appellationem veterem inclinatæ in genua turris. Instabat sub hæc Sangeles et cæteri pro se quisque circumdandæ vallo, aggere bellicisque operibus, universæ per ambitum civitati. Fossamque jam comportata terra sic undique oppleverant, ut æquali coæquata superficie cum campis adjacentibus, inoffensam usque ad murum præberet viam.

A αὐτήν τινα ἐκεῖθεν εἰσιοῦσαν θεάσασθαι πῦρ ἐμβαλόντες ἐνέπρησαν τοὺς κορμούς. Τούτων δὲ ἐκτεφρωθέντων συνέβη τὴν Γονάτην ἐπὶ πλέον κλιθῆναι (85), ὡς μὴ ἀπολωλέναι τὴν κλῆσιν. Ἐμβόλοις δὲ καὶ οἰκήμασι τὸ ἐπίλοιπον περιζώσαντες τῶν τειχῶν, καὶ τὴν ἐκτὸς τούτων διακειμένην τάφρον ὡς ἐν ῥοπῇ [a] πληρώσαντες κόνεως ὡς εἰς μίαν ἐπιφάνειαν συναφθῆναι ταῖς ἐφ' ἑκάτερα παρακειμέναις πεδιάσιν, ὡς ἐνὸν τῆς πολιορκίας εἴχοντο.

B Hæc quanquam ita erant, tamen imperator subductis accurate rationibus, sæpius apud se statuerat nequaquam posse capi Nicæam a Latinis, utcunque illi multitudine innumerabili abundarent. Ergo in partem ipse communis voti conferre quod suum erat ratus opportunum, magnam confici vim jussit machinarum oppugnandis urbibus efficacium: nec earum modo quarum ratio et designatio nota erat, vulgarium artificium inventis experimento comprobatis: sed novarum quoque, quarum ipse artem primus excogitaverat, istamque omnem copiam Gallis comitibus misit haud dissimulanter mirantibus vel liberalitatem vel ingenium Augusti. Cæterum ipse cum iis quas forte præsentes habuit transfretans copiis Pelecanum, ut dixi, tenuit, ibique mansit prope locum Mesampela vocatum, a vinearum videlicet continuata multitudine, medium late spatium implente, ubi et exstructum olim templum visitur in nomine Sancti magni martyris Georgii. Propenderat aliquando in eam partem ut conjunctis suis cum Latinorum exercitu copiis uno consilio atque impetu bellum adversus atheam Turcorum gentem capesseret. Postea tamen cum attenta consideratione reputasset innumerabilem multitudinem castrorum Francicorum, adversus quam Romanæ copiæ nullam proportionem comparabilis numeri ulla ex parte tueri possent, adhæc desultoriam gentis levitatem in consiliis mutandis; præterea infidam societatem cupidarum et instabilium mentium, Euripi ritu sese assidue, in contraria plerumque, reciprocantium ac præ impotenti avaritia, pro spe quam vilissimi oblata lucri, uxo-

Ὁ δὲ βασιλεὺς, πολλὰ πολλάκις ἀκριβολογισάμενος [b] καὶ διαγνοὺς ἀμήχανον εἶναι τὴν Νίκαιαν [c] παρὰ τῶν Λατίνων ἁλῶναι, κἂν πάντα ὑπερέβαλλον ἀριθμὸν, ἐν μέρει μὲν παντοῖα εἴδη ἑλεπόλεων κατασκευάσας, καὶ τὰ πλείω τούτων οὐ κατὰ τοὺς τῶν μηχανικῶν τρόπους, ἀλλὰ καθ' ἑτέρους τινὰς λόγους αὐτῷ δοκοῦντας, ὃ καὶ θαῦμα πᾶσι παρεῖχε, τοῖς κόμησιν ἐκπέπομφε. Ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῶν παρατυχόντων διαπεράσας, ὡς ἤδη φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε, κατὰ τὸν Πελεκάνον διέτριβεν ἀγχοῦ τῶν Μεσαμπέλων, οὗ καὶ τέμενος ἐπ' ὀνόματι τοῦ Ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου πάλαι ᾠκοδόμητο. Ἤθελε μὲν οὖν οὕτως ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ τῶν Λατίνων κατὰ τῶν ἀθέων συναπελθεῖν Τούρκων· ταλαντεύων δὲ τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸ ἀπειροπληθὲς C τοῦ Φραγγικοῦ φοσσάτου ὡς πρὸς τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα κατανοῶν ἀνυπέρβλητον, καὶ τὴν παλίμβουλον [d] τῶν Λατίνων γνώμην ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος, ἀπέστη τοῦ ἐγχειρήματος· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀβέβαιον ἐκείνων καὶ ἄπιστον προειδὼς Εὐρίπου δίκην μεταφερομένων ἐς τἀναντία πολλάκις, τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἑτοίμως ἐχόντων ὀβολοῦ ἑνὸς ἀπεμπολεῖν διὰ φιλοχρήματον γνώμην. Τούτοις μὲν τοῖς λογισμοῖς ἑαυτὸν τῷ τότε [e] ἀπεῖρξεν ὁ αὐτοκράτωρ τοῦ ἐγχειρήματος· δεῖν δὲ ἔγνω μὴ συμπαρεῖναι μὲν τοῖς Κελτοῖς, τοσαύτην δὲ αὐτοῖς διδόναι ῥοπὴν ὁπόσην ἂν καὶ παρών. Τὸ οὖν ἐρυμνότατον τῶν τῆς Νικαίας τειχῶν γινώσκων, ἀδύνατον τὴν ταύτης κατάσχεσιν παρὰ τῶν Λατίνων ἠπίστατο. Μανθάνων δὲ ὅτι D ῥᾳδίως διὰ τῆς παρακειμένης λίμνης (86) δυνάμεις ἱκανὰς καὶ τὰ ζωαρκῆ πάντα ὁ σουλτάνος εἰς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] ῥιπῇ [b] ἀκριβολογησάμενος. [c] Desunt voces τὴν Νίκαιαν. [d] παλίμβολον. [e] τέως.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) *Κλιθῆναι*. Tudebod. lib. IV, pag. 781; Albert. Aq. lib. II, cap. 36.

(86) *Λίμνης*. Rem narrant Albertus Aq. lib. II, cap. 32, Raymundus de Agiles, pag. 141, 142; Robert. Mon. lib. VII, pag. 40; Baldric. lib. I, pag. 96; Guibert. lib. III, cap. 8; Tyr. lib. III, cap. 6 et 7.

Νίκαιαν εἰσάγει, τὴν τῆς λίμνης ἐμελέτα κατάσχεσιν. Κατασκευάσας τοίνυν ἀκάτια ὁποῖα τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο [8] ἀνέχειν ἠδύνατο, διὰ τοῦ μέρους τῆς Κίου (87) ταῦτα ἐν ἁμάξαις ἐπεισάξας [9], εἰς τὴν λίμνην εἰσήλασεν, στρατιώτας ἐμβαλὼν ἐν αὐτοῖς ὁπλοφόρους, ἡγεμόνα τούτων Μανουὴλ τὸν Βουτουμίτην καταστησάμενος· καὶ σημαίας τούτοις πλείους τῆς χρείας ἐπιδοὺς ὡς ἐντεῦθεν πολλαπλασίω δοκεῖν· πρὸς δὲ καὶ βυκινά (88) τε καὶ τύμπανα. Ἀλλ' οὕτω μὲν τὰ κατὰ τὴν λίμνην ᾠκονόμηται τῷ αὐτοκράτορι. Ἀπὸ δέ γε τῆς ἠπείρου μεταπεμψάμενος τὸν Τατίκιον καὶ τὸν καλούμενον Τζίταν μετὰ πελταστῶν γενναίων, εἰς δισχιλίους ποσουμένων κατὰ τῆς Νικαίας ἀπέστειλεν, ἐπισκήψας ἅμα τῷ τῶν νεῶν ἀποβῆναι τὸ τοῦ κυροῦ Γεωργίου καστέλλιον καταλαβόντας, ἐν ἡμιόνοις μὲν ἐπεισάξαι [10] ὅπερ ἐπεφέροντο πλῆθος τῶν ὀϊστῶν, πόῤῥω δὲ τῶν τειχῶν τῆς Νικαίας τῶν ἵππων ἀποβάντας καὶ βάδην πορευομένους κατευθὺ τοῦ πύργου τοῦ καλουμένου Γονάτου τὸν χάρακα πήξασθαι· εἶτα ἐξ ἑνὸς συνθήματος συνησπικότας, προσβαλεῖν τοῖς τείχεσιν. Ἐφθακὼς οὖν ὁ Τατίκιος μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν στρατεύματος, δίδωσιν εἴδησιν τοῖς Κελτοῖς κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως ὑποθήκην· καὶ τηνικαῦτα ἐσιδηροφόρησαν ἅπαντες, καὶ σὺν ἀλαλαγμῷ καὶ βοῇ πολλῇ προσέβαλον τοῖς τείχεσι, τῶν μὲν τοῦ Τατικίου συχνοὺς τηνικαῦτα πεμπόντων ὀϊστοὺς, τῶν δὲ Κελτῶν ὅπου μὲν διατιτραινόντων τὰ τείχη, ὅπου δὲ διὰ πετροβόλων ὀργάνων καταπυκνούντων τὰς τῶν λίθων βολάς. Ἀπὸ δέ γε τῆς λίμνης διά τε τῶν βασιλικῶν σημαιῶν καὶ βυκίνων ἐκδειματούμενοι παρὰ τοῦ Βουτουμίτου ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ τῶν βασιλικῶν ὑποσχέσεων, πρὸς αὐτοὺς διαπεμπομένου, ἐς τοσοῦτον συνηλάθησαν οἱ Βάρβαροι, ὡς μηδὲ τῶν κρηδέμνων Νικαίας προκύψαι θαῤῥεῖν, ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ σουλτάνου ἀπεγνωκότες ἔλευσιν, βέλτιον ἐλογίσαντο τῷ αὐτοκράτορι παραδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ εἰς ὁμιλίαν περὶ τούτου μετὰ τοῦ Βουτουμίτου ἐλθεῖν. Ὁ δὲ τὰ εἰκότα προσομιλήσας αὐτοῖς ὑποδείκνυσι τὸν Χρυσόβουλλον λόγον, οὗπερ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ προενεχείρισεν. Ἀκροασάμενοι τοίνυν τοῦ χρυσοβούλλου δι' οὗ ὑπισχνεῖτο ὁ βασιλεὺς οὐ μόνον ἀπάθειαν, ἀλλὰ καὶ δαψιλῆ δόσιν τε χρημάτων καὶ ὀξιωμάτων τῇ τε ἀδελφῇ καὶ τῇ γυναικὶ τοῦ σουλτάνου (89), ἥτις θυγάτριον ἦν, ὡς ἐλέγετο, τοῦ Τζαχᾶ, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐν Νικαίᾳ Βαρβάροις, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσι τοῦ αὐτοκράτορος τεθαῤῥηκότες, ἐνεδίδουν τὴν εἰσέλευσιν τῷ Βουτουμίτῃ. Ὁ δὲ παραχρῆμα διὰ γραμμάτων ἐδήλου τῷ Τατικίῳ, ὡς τὴν ἄγραν ἐν χερσὶν ἤδη ἔχομεν, καὶ χρὴ πρὸς τει-

res ac liberos pacisci paratarum, removit se prudenter ab ea sententia, pro qua statuit, non adesse quidem ipse præsens castris exercitibusque Gallorum, verum ductare copias ipsis auxiliares in tali vicinia eorum, ut nihilo fere minus momenti afferret illis ad successum belli, quam si esset junctus. Hoc animo intelligens frustra conari Latinos in quatiendis firmissimæ urbis mœnibus. quandiu ea per lacum adjunctum liberam haberet communicationem cum sultane, qui liberrimo ultro citroque commeatu, navibus exportabat importabatque Nicæam plane quidquid volebat ad annonam præsidii tutelamque arcis, decrevit **313** sibi faciendum ut lacum occuparet istum, urbemque ab hac parte circumcluderet. Ad eam rem parari comportarique naviculas jussit quantis aqua illa non alta par esse ferendis posset. Has a parte quæ Cium spectat curribus advectas imponit lacui militibus onustas bene armatis quibus Manuelem præfecit Butumiten : signa iis plura dedit quam pro numero, uti et buccinas et tympana, intentato videlicet ad terrorem falso sed utili multitudinis majoris indicio. Hæc per lacum ab Augusto provisa. Jam Taticium et Tzitam cum cetratis strenuis numero duum millium ab ulteriori continente accitos, jussit ad Divi Georgii castellulum excensu facto, sagittas quas habebant plurimas mulis imponere, sic se itinere terrestri admovere Nicææ : proculque a muris desilientes ex equis, recta lento gradu vadere adversum turrem Gonaton dictam, illicque vallum figere : ac postea communicato consilio cum Gallis ad unum undique signum variis partibus insilire conaturis, momento eodem clypeatos muro succedere. Haud secus factum, quam mandatum fuerat. Edocti a Taticio Latini de consilio Imperatoris, expediunt pro se quisque se undique ad oppugnationem acrem, ac ferro furoreque armati omnes cum terrifica vociferatione in muros irruunt. Taticiani creberrimis jaculis exstantes e pinnis Turcos feriebant; Galli alibi quidem perforabant muros, alibi balistis et molarium lapidum intorto per machinas pondere ac creberrime multiplicatis ictibus quatiebant. Simul a lacu explicata feriebant oculos innumerabilia vexilla Romanorum, buccinæque illæ tot percellebant, terrente per hunc modum, ut jussus erat, Butumite, nec minus astute spem miscente metui. Nam eodem tempore fidis hominibus submissis promissa iterum imperatoris ostentabat Nicæensibus. Qui tot rebus adeo jam territi ut nec eminere de propugnaculis, aut despicere inde auderent, ac

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[8] ἐκείνοις. [9] ἐπισάξας. [10] ἐπισάξαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Κίου*. An Κιβωτοῦ? Ita Albert. Aq. lib. II, cap. 32; Guibert. et alii.

(88) *Βυκινά*. Infra, pag. 314, μετὰ βυκίνων καὶ τυμπάνων. Occurrit non semel apud Nicetam.

(89) *Γυναικὶ τοῦ σουλτάνου*. Quæ a Gallis post turris casum, dum per lacum urbe elabi niteretur, capta, cum duobus filiis, Constantinopolim ducta fuerat. Albert. Aq. lib. II, cap. 36 et 37; Tyr. lib. III, cap. 8, 10, 12.

plane sultanis denuntiatione ipsius, auxilium ab eo cujus fiducia steterant desperassent; consilium denique conclusere, serio tractandæ cum Butumite deditionis. Evocatus ille ad colloquium Auream ipsis bullam ad id ipsum ab Augusto sibi traditam ostendit, qua promissiones supra modum expetibiles et spem vincentes quanta maxima firmitate sanciebantur. Nimirum imperator non modo impunitatem securitatemque præstabat omnibus certissimam: verum etiam et pecuniarum et honorum largitiones amplas decernebat sorori et uxori sultanis, quæ, ut ferebatur, filia erat Tzachæ: neque huic solum regia liberalitas ostentabatur, sed et plane omnibus quotquot erant Nicææ Barbaris magna præmia proponebantur. His tam commodis, tantaque auctoritate ad fidem munitis promissionibus facile assensi Nicæenses Turci urbis ingressum permittunt Butumiti: qui confestim litteras ad Taticium dat scriptas in hanc sententiam: **314** *Prædam in manibus habemus; nobis quod restat indicenda expediendaque aggressio est. Fac, inquam, ut et Galli circum omnes et tu nihilo segnius ad insultum experiendum murosque perrumpendos exsurgatis condicta simul hora, cras oriente sole.* Hæc ita mandabantur ut consilia imperatoris et cum Nicæensibus conventio in occulto essent. Sic enim decreverat, suisque impense præceperat, dare cautam operam ne quid ejus rei ad notitiam Gallorum emanaret. Postridie igitur cum Galli dato undique oppugnationis signo magno tumultu atque impetu muros undique a terra tentarent, Taticiusque cum ipsis magnam speciem ascensum serio pro se conantis ostenderet: ecce Butumites subito e propugnaculis quasi victor, et a sua parte felicius aditu tentato voti compos, apparuit, vexillaque Romana in pinnis circum murorum figens, voce ingenti buccinarum tubarumque concentu adjuta imperatorem acclamavit: sicque universus Romanus exercitus Nicæam introductus est.

A χομαχίαν ἑτοιμάσασθαι. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῖς Κελτοῖς παρασκευάσαι καὶ μηδὲν πλέον αὐτοῖς τεθαῤῥηκέναι ἢ τὴν κυκλοτερῆ τειχομαχίαν, καὶ ὡς χρὴ περιζῶσαι τὰ τείχη, καὶ τῆς πολιορκίας, ἀνίσχοντος ἡλίου, ἀποπειρᾶσθαι. Τὸ δὲ ἄρα μηχανή τις ἦν, ἵνα δόξῃ τοῖς Κελτοῖς πολέμῳ ταυτηνὶ τὴν πόλιν ἁλῶναι παρὰ τοῦ Βουτουμίτου καὶ λάθῃ τὸ μελετηθὲν παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος δρᾶμα τῆς προδοσίας. Ἀπόῤῥητα γὰρ τοῖς Κελτοῖς ὁ βασιλεὺς ἤθελεν εἶναι τὰ παρὰ τοῦ Βουτουμίτου οἰκονομούμενα· τῇ δὲ μετ' αὐτὴν τὸ ἐνυάλιον ἀλαλάξαντες ἐξ ἑκατέρου μέρους τῆς πόλεως ἐκεῖθεν μὲν διὰ τῆς ἠπείρου ἐκθυμότερον οἱ Κελτοὶ τῆς πολιορκίας εἴχοντο· ἔνθεν δ' ὁ Βουτουμίτης εἰς τὰς ἐπάλξεις ἀνεληλυθὼς καὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τὰς σημαίας περὶ τὰ τείχη καταστήσας μετὰ βυκίνων καὶ σαλπίγγων ἀνευφήμει τὸν αὐτοκράτορα, καὶ οὕτως τὸ Ῥωμαϊκὸν ἅπαν στράτευμα εἴσω Νικαίας (90) εἰσεληλύθει.

His ex sententia sic perfectis, Butumites a duplici æque sibi genere cavendum de cætero statuit. Nam et multitudo ingens et levitas vehemensque natura atque impetus Gallorum suspecta illi erat, cavendumque ideo putabat ne ii, si arcem ingrederentur, eam sibi occuparent: rursus vero Turcorum satrapas qui secum intra Nicæam erant, animadvertebat et tanto esse numero et tali copiarum ac virium instructu, ut, si modo vellent, facile vincire mactareque Romanos possent. Adversus hoc utrumque periculum unam communiter cautionem providit sumendi sibi claves portæ quæ tunc unica patebat, aliis ob metum Gallorum antea occlusis. Eo modo sese arbitrum ingressus egressusve quorumvis effecit; qua re satis interim adversus Gallos tutus, intestinum a Turcis periculum ut amoliretur, minuere satraparum numerum hac arte adorsus est. Accersivit singillatim maxime audaces potentesque, plus ideo suspectos, magnopereque iis auctor fuit imperatorem adirent, præmiaque ab eo navatæ ipsi operæ copiosa et perhonorifica coram acciperent. Subostentans etiam spem plerisque impetrandi ab Augusto magistratus censusque annuos cum jure

C Ὁ δὲ Βουτουμίτης, τὰ πλήθη τῶν Κελτῶν γινώσκων, καὶ διὰ τὸ τῆς γνώμης αὐτῶν ἀβέβαιον καὶ τὸ τῆς ὁρμῆς ἀκάθεκτον ὑπόπτους ἔχων αὐτοὺς μὴ εἰσελθόντες αὐτοὶ τὸ κάστρον κατάσχωσιν, ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς ἐντὸς σατράπας ἱκανοὺς ὄντας πρὸς ἣν αὐτὸς εἶχεν δύναμιν, εἰ μόνον θελήσαιεν, καὶ δεσμεῖν καὶ σφάττειν δυνατῶς ἔχοντας, τὰς κλεῖς εὐθὺς ἀναλαμβάνεται τῆς πύλης. Μία γὰρ τέως ἦν ἡ εἰσάγουσα καὶ ἐξάγουσα, τῶν ἄλλων προκεκλεισμένων διὰ τὸν φόβον τῶν παρακειμένων Κελτῶν. Τὰς κλεῖς τοίνυν ταυτησὶ τῆς πύλης αὐτὸς ἔχων, δεῖν ἐλογίσατο τοὺς σατράπας διὰ μεθοδείας ἐλαττῶσαι, ἵν' ἔχῃ τούτους ῥᾳδίως καταγωνίζεσθαι, ὡς μή τι δεινὸν κατ' αὐτοῦ μελετήσαιεν. Μεταπεμπόμενος τοίνυν αὐτοὺς συνεβούλευε πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἀπέρχεσθαι, εἰ βούλοιντο πολλά τε χρήματα ἐκεῖθεν λαβεῖν καὶ τιμῆς ἀξιωθῆναι μεγίστης, καὶ ἐτησίους τυπωθῆναι φιλοτιμίας, πείθει τοὺς Τούρκους, καὶ νυκτὸς διανοίγων ἀπέστελλε τούτους διὰ τῆς παρακειμένης λίμνης ὀλίγους καὶ συχνάκις πρός τε τὸν Ῥοδομηρὸν καὶ τὸν μιξοβάρβαρον Μοναστρᾶν ἀμφὶ τὸ πολίχνιον ἐνδιατρίβοντας [11] τοῦ οὑτωσί πως τοῦ κυροῦ Γεωργίου ἐπονομαζόμενον, ἐπισκήψας αὐτοῖς ὡς, ὁπηνίκα τῶν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] διατρίβοντας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(90) *Εἴσω Νικαίας*. Capta est Nicæa post 7 hebdomadum et 3 dierum obsidionem. Robert. Mon. lib. I, 20 Junii an. 1097; Albert. Aq. lib. II, cap. 37; Tudebod. lib. II; Tyr. lib. III, cap. 12, et alii.

νεῶν ἀποβαῖεν, παραχρῆμα ἐκπέμπεσθαι τούτους (A) πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ μηδὲ πρὸς βραχύν τινα χρόνον παρακατέχειν αὐτοὺς, ἵνα μὴ, μετὰ τῶν ὄπισθεν πεμπομένων Τούρκων ἑνωθέντες, σκαιόν τι κατ' αὐτῶν μελετήσαιεν. Τὸ δὲ ἄρα προφητεία ἦν ἄντικρυς· καὶ τῆς πολλῆς τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἐμπειρίας στοχασμὸς ἀναντίῤῥητος. Καὶ γὰρ ἔστ' ἂν ταχὺ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τοὺς καταλαμβάνοντας ἐξέπεμπον, ἐν ἀσφαλείᾳ τε ἦσαν, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς κίνδυνος ἐφειστήκει. Ἐπὰν δὲ ἀναπεπτώκεσαν, ὁ παρὰ τῶν Βαρβάρων οὓς ἄρα παρακατέσχον κατ' αὐτῶν ἐξηρτύετο κίνδυνος. Καὶ γὰρ πλεονάσαντες ἐβουλεύοντο δυεῖν θάτερον ἢ νυκτὸς ἐπιθέμενοι τούτοις ἀποκτεῖναι, ἢ δεσμώτας τῷ σουλτάνῳ προσενεγκεῖν. Συνδόξαντός τε τούτου πᾶσι βελτίονος, νυκτὸς αὐτοῖς ἐπιθέμενοι δεσμώτας κατὰ τὰ προβεβουλευμένα (B) περιάγοντες, ἐκεῖθεν ἐξῄεσαν· εἶτα δὴ τὴν ἀκρολοφίαν τοῦ Ἀζαλᾶ κατειληφότες· τόπος δὲ οὗτος σταδίους.... τῶν τειχῶν Νικαίας ἀπέχων· κεῖθι γοῦν, ὡς λόγος, παραγενόμενοι τῶν ἵππων ἀποβάντες τούτους ἀνέψυχον. Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν Μοναστρᾶς μιξοβάρβαρος ἦν καὶ τῆς Τουρκικῆς εἰδήμων διαλέκτου, καὶ αὐτὸς ὁ Ῥοδομηρὸς πάλαι πρὸς τῶν Τούρκων κατασχεθεὶς καὶ χρόνον συχνὸν μετ' αὐτῶν ἐνδιατρίψας, οὐδ' αὐτὸς ἀδαὴς τῆς τοιαύτης ἦν διαλέκτου, πιθανοὺς πρὸς αὐτοὺς συχνῶς ἀνεκίνουν λόγους, *Ἵνα τί*, λέγοντες, *ἡμῖν μὲν θανάτου ποτήριον κιρνᾶτε, οὐδὲ μικράν τινα τὴν ὄνησιν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν πραγματευόμενοι; ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων πάντων μεγάλων δωρημάτων παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος* (C) *ἀπολαυσάντων καὶ ἐτησίων χρημάτων λῆψιν τυπωθέντων τῶν βαρβάρων, οὓς ἄρα παρακατέσχον, ἑαυτοὺς τοσούτων* [12] *ἀποστερεῖτε. Μὴ τοίνυν οὕτω περὶ ἑαυτῶν φρονεῖτε; Καὶ ἐξὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι καὶ πλούτῳ κομῶντας εἰς τὰ σφέτερα ἐπαναστρέφειν* [13] *καὶ χωρῶν ἐγκρατεῖς ἴσως γενέσθαι εἰς προὖπτον ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτετε κίνδυνον. Ἴσως γὰρ καὶ τοῖς λοχῶσιν αὐτοῦ που Ῥωμαίοις ἐντυχόντες ῥύακας ταῖν χεροῖν ἐπιδείξαντες καὶ ἑλώδεις τόπους ἀναιρηθήσεσθε. Καὶ γὰρ ἐνεδρεύουσιν ὑμᾶς μάλα γε πλεῖστοι οὐ Κελτοὶ καὶ Βάρβαροι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίων πλῆθος οὐ μετρητόν. Εἰ γοῦν ὑμῖν* [14] *πείθεσθε, στρέψαντες τὰς ἡνίας ὁμοῦ φοιτήσωμεν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ Θεὸν ὑμῖν ἐπομνύμεθα μυρίων* (D) *ἀπολαῦσαι τῶν ἐξ αὐτοῦ δωρημάτων, κἄπειτα ὅπη βουλητὸν ὑμῖν ἀπελεύσεσθε ἀνέτως* [15] *ὡς ἐλεύθεροι.* Πείθονται τοῖς τούτων λόγοις οἱ Τοῦρκοι, καὶ πίστεις πρὸς ἀλλήλους δόντες ἅμα καὶ λαβόντες τῆς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα φερούσης εἴχοντο. Καταλαβόντων δὲ τὸν Πελεκάνον, ὡς τούτους ὁ αὐτοκράτωρ ἐθεάσατο, μεθ' ἱλαροῦ πᾶσιν ἐνατενίσας βλέμματος, καίτοι πολλὰ τὸν Ῥοδομηρὸν καὶ τὸν Μοναστρᾶν παρ' ἑαυτῷ νεμεσῶν, τὸ μὲν παρὸν ἀναπαυθησομένους [16] τούτους ἐξαπέστειλε. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ὁπόσοι μὲν τῶν Τούρκων αὐτῷ θητεύ-

ac honore imaginis, quibus illi capti spebus et facile assensi noctu per lacum subinde simul pauci emittebantur ad Rhodomerum et hybridam Monastram, qui circa oppidulum a domino Georgio nomen obtinens, morabantur. Quibus Butumites ad singulas transmissiones satraparum sedulo mandabat, ipsos ut sine mora, sic per turmas modicas separatos seorsim ad imperatorem subinde mitterent; nequaquam exspectantes quoad unus manipulus eorum cum sequente conjungi posset: quod si fieret, periculum erat ne illi conjunctione tali prævalidi audax quippiam in Romanos attentarent. Prudens hæc sapientis viri cautio prophetiæ pondus habuit Cassandreæ cujusdam et sero creditæ. Primæ transmissiones tutæ atque innoxiæ fuerunt, cura ista quam diximus **315** adhibita. Deinde, ut fit diligentia elanguescente, confluere permissi unam in manum numerosiorem quam pro ductorum paucitate, Barbari, se circumspicere viresque æstimare proprias, ducentibusque Romanis aut cædem aut servitutem decernere cœperunt, satis gnari gratum se munus oblaturos sultano sui si Romanos illi tales et tanto numero captivos adducerent. Ergo ita comparato consilio ut capere Romanos quam occidere satius ducerent, noctu in eos insurgunt, vinciuntque cunctos: et mutata repente regione viæ, in eam partem iter cum iis intendunt qua pergere oportebat ad sultanem ituros. Sic euntes pervenerunt in verticem Azalæ (locus hic est a muri Nicææ..... stadiis dissitus) illic interquiescere Barbaris visum. Qui etiam desilientes ex equis captivos suos nonnulla humanitate consolabantur. Erat Monastras, ut dixi, ex Turcis hybrida indeque linguæ ipsorum callens. Rhodomerus vero, quod a Turcis olim captus multo cum iis tempore fuerat, nec ipse ignarus idiomatis Turcici. Ambo igitur data occasione haud sibi defuere quominus blandis et plausibilibus sermonibus causam apud satrapas perorarent suam: *Quorsum*, inquientes, *attinet lethale nobis poculum sine ulla vel minima utilitate vestra miscere? imo magno cum damno jacturaque. Sic enim vos soli ex omnibus satrapis muneribus et honoribus Augusti carebitis, quibus alii qui jam imperatorem præcesserunt commilitones collegæque vestri abunde cumulantur. Qui nempe hoc ipso tempore et dona utique ingentia primo statim aditu congressuque ab imperatore congesta obtinent: et ad certissimam futurorum spem nomina sua referri viderunt in catalogos eorum quibus pensiones annuæ a fisco in omne tempus constitutæ sunt. Esto ergo sæviatis in nos utcumque meritos: vobis quid fecistis ipsi quamobrem vestro ipsorum vos judicio multare tot bonis debeatis. Et cum in manu vestra, si velitis, sit et pecuniam in præsens ingentem adipisci, et certum in futurum confirmare vobis censum annuum, sicque circumfluentes secura copia, honore ac divitiis flo-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[12] ἁπάντων. [13] ἐπαναστρέφεσθαι. [14] ἐμοί. [15] Deest vox ἀνέτως. [16] ἀναπαυσθησομένους.

rentes recipere vos ab aula in domos vestras; aut potius in urbes ac regiones quarum præfecturas ab Augusto acceperitis; mallitis tamen tot ac tantis bonis ac spebus abdicatis projicere vos in non dubium periculum insidiarum quas partim Romani partim Galli magno utrique numero tot locis palustribus aut depressis per quæ vobis necessarius est transitus, collocarunt, ut declinare nulla cautione possitis quin aliquando in manus hostium misere cadatis. Vos vero, si nobis utilia suadentibus creditis, viam quam inire nobiscum cœperatis ad imperatorem omni ex parte tutam ac quæstuosam, reflexis ab hac habenis resumetis. Id feceritis teste confirmamus Deo, fore, ut donis ab Augusto innumerabilibus cumulati, plenam deinde ac securam quocumque libebit recedendi potestatem habeatis. Movit Turcos hæc oratio, ita ut, data denuo acceptaque fide, ad imperatorem, ut ceperant, tenderent. Hos appulsos Pelecanum blandis omnes et lætus intuitus imperator oculis, dissimulata in præsens indignatione in Rhodomerum et Monastram, abire in parata hospitia quieturos perhumaniter jussit. **316** Postridie qui Turcorum servire imperatori voluerunt, præsentemque operam in ejus obsequio navare, innumeris beneficiis affecti ab eo sunt: qui repetendarum domuum desiderio teneri se declararunt, multis et ipsi ac magnis cumulati muneribus ire quo mens ferebat sunt benigne permissi. Tum demum objurgare de imprudentia Rhodomerum et Monastram aggreditur, tanto pondere verborum, ut immensa quadam homines verecundia constricti, ne intueri quidem contra sustinerent. Quando humanitatis non oblitus Alexius suæ, mutata repente oratione consolari homines studuit. Porro a Butumite duce Nicææ ab imperatore declarato, petebant enixe Galli per eum ut liceret ipsis Nicæam ingredi, sacrasque quæ in ea erant urbe ædes visere. Ad ea Butumites, qui mentem insidiosam Gallorum nosset, sic occurrit ut sine suo periculo humanus esset. Respondit enim sese illis aditum permittere, modo ne plures simul quam decem ingrederentur, itaque factum est. Galli per decadas admissi emissique videre invidereque Nicæam, at non occupare potuerunt.

σαι (91) προτεθύμηντο μυρίων τῶν εὐεργεσιῶν ἀπήλαυσαν. Οἱ δὲ τὰ σφέτερα ἀναζητοῦντες καὶ αὐτοὶ οὐκ ὀλίγων δωρημάτων τετυχηκότες παρεχωρήθησαν τῇ σφῶν γνώμῃ ξυγχρήσασθαι· εἶθ' ὕστερον πολλὰ τῆς ἀβουλίας τὸν Ῥοδομηρὸν καὶ τὸν Μοναστρᾶν κατεμέμφετο, μηδ' ἐντωπῆσαι τούτους ὑπ' αἰσχύνης ἰσχύοντας ὁρῶν, μεταβαλὼν ὁ βασιλεὺς ἀνακτᾶσθαι δι' ἑτέρων λόγων ἔσπευδεν [17]. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν Ῥοδομηρὸν καὶ τὸν Μοναστρᾶν. Τοῦ δὲ Βουτουμίτου τηνικαῦτα δουκὸς Νικαίας (92) παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος προχειρισθέντος, ᾐτήσαντο τοῦτον οἱ Κελτοὶ εἰσελθεῖν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἱερὰ τεμένη θεάσασθαι καὶ προσκυνεῖν. Ὁ δὲ τὴν αὐτῶν γνώμην σαφῶς ἐπιστάμενος, καθὰ δήπου καὶ εἴρηται, οὐ πᾶσιν ὁμαδὸν τὴν εἰσέλευσιν συνεχώρει, ἀλλὰ κατὰ δεκάδας ὑπανοίγων τὰς πύλας παρεχώρει τοῖς Κελτοῖς τῆς εἰσόδου.

Interim Augustus adhuc circa Pelecanum commorans, cum cuperet impetrare a quibusdam nondum sibi obstrictis comitibus Gallis, ut ipsi quoque sibi sacramento dicerent, litteras ad Butumiten dedit quibus præcipiebat ut auctor comitibus communiter omnibus fieret, non prius iter capessendi versus Antiochiam, quam imperatori vale dixissent; id enim si facerent, omnino fore ut novis ab eo donis cumularentur. Arrexit aurem primus omnium ad donorum mentionem Baimundus; ultroque alios cito ipse persuasus, ad Augustum ut redirent perpulit: tanta virum lucri cupiditas urgebat. Excepit omnes Pelecanum advectos imperator magnifice, multaque prius benevolentiæ significatione delinitis viritim, tandem congregatis dixit: *Scitis quo me vobis sacramento devinxeritis quicumque mecum antea egistis. Ejus si vos nondum pœnituit, aut jam pœnitet, jus fasque, ni fallor, est, ut eos vestrum qui nondum sub eam formulam fidem nobis obstrinxere, consiliis eo vestris adducatis ut et ipsi vos imitentur et adjungan-*

Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἔτι περὶ τὸν Πελικάνον διατρίβων καὶ θέλων ὁπόσοι μὴ ἔφθασαν τῶν κομήτων ὀμωμοκέναι [18] καὶ αὐτοὺς ὅρκια πρὸς αὐτὸν δοῦναι, ἐνετείλατο διὰ γραμμάτων τῷ Βουτουμίτῃ συμβουλεῦσαι ἅπασι κοινῶς τοῖς κόμησι, μὴ πρὸ τοῦ συντάξασθαι τῷ βασιλεῖ τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν φερούσης ἅψεσθαι [19]. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο τούτους καὶ πλειόνων αὖθις δωρεῶν (93) τυχεῖν. Ἁπάντων δὲ πρῶτος ὁ Βαϊμοῦντος χρήματα καὶ δωρεὰς ἀκούσας τοῖς τοῦ Βουτουμίτου λόγοις παραυτίκα πεισθεὶς, ἅπασι συνεβούλευε πρὸς τὸν βασιλέα ἐπανελεύσεσθαι, ὁποῖος ἐκεῖνος περὶ τὰς λήψεις ἀκάθεκτον ἔχων τὸν ἔρωτα. Καταλαβόντας δὲ τούτους τὸν Πελεκάνον, ὁ αὐτοκράτωρ μεγαλοπρεπῶς δέχεται, πολλῆς κηδεμονίας ἀξιώσας. Εἶτα συναγαγὼν αὐτοὺς ἔφη· *Τὸν ὅρκον ἐπίστασθε ὃν πρὸς ἡμᾶς ἅπαντες ἐποιήσατε, καὶ εἰ μὴ παραβάται ἀπεντεῦθεν ἐστὲ, ὁπόσους ἴστε μὴ ὀμωμοκότας συμβουλεύσασθε τὸν αὐτὸν ὅρκον ἐκτελέσαι.* Οἱ δὲ παραχρῆμα τοὺς μὴ ὀμωμοκότας μετεπέμποντο· καὶ δὴ συνεληλύθεσαν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἔσπευσεν. [18] ὀμωμοκέναι. [19] ἅψασθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(91) *Αὐτῷ θητεῦσαι.* **367** Ex Turcis Nicænsibus, qui tum Alexio fidem dederunt, ejusque adhæserunt partibus, fuere parentes Joannis Axuchi, qui cum Joannis Alexii filio, cui æqualis erat, datus esset in collusorem, posthæc Joanne imperante ad præcipuas imperii dignitates pervenit. Nicet. in Joan., n. 5.

(92) *Δουκὸς Νικαίας.* Nam ducis titulo gaudebat Nicææ præfectus. Vide Not. ad Villhard.

(93) *Δωρεῶν.* Robertus Mon., lib. III, pag. 40; Tudebodus, lib. II, pag. 785; Fulcher., lib. I, cap. 4.

ἅπαντες καὶ ἐπλήρουν τὸν ὅρκον. Ὁ δὲ τοῦ Βαϊμούντου [20] ἀνεψιαδοῦς Ταγγρῆς (94) ἐλευθέρας [21] ὧν γνώμης ἐνίστατο μόνῳ τῷ Βαϊμοῦντι πίστιν χρεωστεῖν, καὶ ταύτην φυλάξαι μέχρις αὐτοῦ θανάτου βούλεσθαι. Ὀχλούμενος δὲ ὑπὸ τῶν παρεστώτων καὶ αὐτῶν δὴ τῶν τοῦ βασιλέως συγγενῶν αἰκιζόμενος οἷον, ἐνατενίσας πρὸς τὴν σκηνὴν ἐν ᾗ ὁ βασιλεὺς προὐκάθητο, ἣν γὰρ κατὰ μέγεθος ὁποίαν οὔτω τότε οὐδεὶς ἐθεάσατο [22], *Ἐὰν ταύτην*, ἔφη, *πλήρη χρημάτων μοι δώσῃς, καὶ ἄλλα ὁπόσα τοῖς ἅπασι δέδωκας κόμησι, τελέσω τὸν ὅρκον κἀγώ.* Ὁ δὲ Παλαιολόγος δι' ὃν εἶχεν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος ζῆλον, μὴ ἐνεγκὼν τὸν τοῦ Ταγγρῆ λόγον ἐσχηματισμένον ὄντα, ἐξουθενήσας αὐτὸν ἀπεπέμψατο. Ὁ δὲ ἰταμώτατος ὢν ὥρμησε κατ' αὐτοῦ. Τοῦτο ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἐξαναστὰς τοῦ θρόνου μέσος ἔστη, καὶ ὁ Βαϊμοῦντος δὲ κατέσχε τοῦτον τῆς ὁρμῆς φάμενος ὡς οὐ πρέπον ἐστὶ τοῖς τοῦ βασιλέως ἀναισχύντως προσφέρεσθαι συγγενέσι. Εἶτα αἰσχυνθεὶς οὕτω πρὸς τὸν Παλαιολόγον παροινήσας ὁ Ταγγρῆς, τὸ δέ τι καὶ ταῖς τοῦ Βαϊμούντου καὶ τῶν ἄλλων πεισθεὶς παραινέσεσι, δίδωσι καὶ αὐτὸς ὅρκια.

Καὶ δὴ συνταξαμένων ἁπάντων τῷ βασιλεῖ παραδίδωσιν αὐτοῖς τὸν Τατίκιον μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων, μέγαν τηνικαῦτα Πριμικήριον χρηματίζοντα, πῆ μὲν συνεπαρήγοντα τούτοις ἐν πᾶσι καὶ προκινδυνεύοντα, πῆ δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτῶν [23] ἁλισκομένων πόλεων, εἴγε καὶ τοῦτο δοίη Θεὸς ἐπιδραττόμενον. Διαπεράσαντες οὖν αὖθις οἱ Κελτοὶ τῇ μετ' αὐτὴν, τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν εἴχοντο ἅπαντες. Εἶτα στοχασάμενος ὁ βασιλεὺς ὡς οὐ πάντες ἐξ ἀνάγκης συναπῆλθον τοῖς κόμησι, δηλοῖ τῷ Βουτουμίτῃ, ἵνα ὁπόσοι τῶν Κελτῶν τῆς ἰδίας στρατιᾶς ἀπελείφθησαν εἰς φρουρὰν τῆς Νικαίας μισθώσηται. Ὁ δέ γε Τατίκιος μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν στρατοῦ καὶ οἱ κόμητες ἅπαντες καὶ τὰ ὑπ' αὐτοὺς ἀναρίθμητα Κελτικὰ πλήθη, ἐν δυσὶν ἡμέραις τὰς Λεύκας (95) καταλαβόντες, τῷ μὲν Βαϊμοῦντι [24], τὸν ἔμπροσθεν ἀπεμερίσατο [25] τόπον, τοῦτο αὐτοῦ ἐξαιτησαμένου. Ἐκεῖνοι δὲ ὄπισθεν αὐτοῦ παραταξάμενοι βραδεῖ ποδὶ ἔστειχον. Ὀξυτέραν δὲ τὴν κίνησιν ποιούμενον, ἐπεὶ περὶ τὰς τοῦ Δορυλαίου (96) πεδιάδας Τοῦρκοι τοῦτον ἐθεάσαντο, οἰηθέντες τῷ παντὶ στρατεύματι τῶν Κελτῶν ἐντετυχηκέναι, καὶ καταπεφρονηκότες αὐτοῦ, παραχρῆμα, τὸν μετ' αὐτοῦ συνῆψαν πόλεμον. Ὁ δέ γε τετυφωμένος ἐκεῖνος Λατῖνος ὁ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ σκίμποδος καθεσθῆναι

A *tur nobis.* Æqua res visa. Extemplo advocantur injurati comites. Ac cæteri quidem sine mora sacramento dixere. Ad Tancredum vero Baimundi consobrinum ubi ventum est, liberrimi juvenem ingenii, professus is est uni se Baimundo debere fidem et debere velle servareque ad mortem usque. Increpitus vero convicio astantium suorum, necnon cognatorum imperatoris, versus ad quemdam acerbius objurgantem monstravit illi tabernaculum, in quo tunc residebat imperator, maximum et capacissimum quam quisquam vidisset unquam, tum hæc addidit : *Si mihi dederis quantum cumulari pecuniarum in locum ita vastum queat, addiderisque his præterea eadem omnia quæ singulis comitibus dedisti, non tamen vel sic adducar ut eo quod petis me sacramento ligem.* B **317** Non tulit, pro eo quo flagrabat in imperatorem studio, exaggeratam Tancredi orationem Palæologus, contemptuque virum ultus est, ad contumeliæ patientiam haudquaquam factum. Itaque is haud dubie percussurus in Palæologum insiluit, quo imperator animadverso propere exsurgens intervenit medius. Baimundus quoque corripuit stititque juvenem. Non decet, inquiens, in cognatos imperatoris insurgere. Ad extremum Tancredus pudore concepto suæ in Palæologum insolentiæ, simul etiam Baimundi aliorumque persuasus monitis, juramentum et ipse præstitit.

Tum procinctis ad expeditionem cæteram et vale imperatori dicentibus Gallis, ire is cum illis jussit magnum tunc primicerium Taticium copiis instructum propriis, tum ut eis auxilio esset, periculorum laborumque particeps omnium, tum ut C quas forte Deo juvante Galli urbes caperent, ipse imperatoris nomine obtineret vindicaretque imperio, ipsis juxta pacta conventa cedentibus. Hinc postridie transfretantes iterum Galli viam omnes quæ ducit Antiochiam capessivere. At Augustus reputans fieri vix posse ut clientes ac milites Gallorum comitum pergere ultra cum illis aut libentes vellent, aut valentes possent, significavit Butumiti velle se conduci mercede in præsidiarios Nicææ, quotquot Gallorum discedentibus copiis retro relicti reperirentur. At Taticius cum proprio exercitu, comitesque universi cum suis innumerabilibus Gallicis copiis cum itinere bidui Leucas attigissent, ibi sic inter se de ulteriori convenerunt via, ut Baimundo id poscenti mandarent præeundi partes : cæteri deinde D instructo agmine lento gradu sequerentur. Cum autem Baimundus strenue vaderet, Turci eum in Dorylæi campestribus speculati, ratique quod lata planitie nullas alias copias cernerent, distante paulo latiore spatio exercitu cætero, universam esse illam

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[20] Βαιμούντῳ. [21] ἐλεύθερος. [22] οὔπω. [23] αὐτοῦ. [24] Βαιμούντῳ. [25] ἀπεχωρίσατο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(94) *Ταγγρῆς*. Albertus Aquensis, lib. II, c. 19; Guibert., lib. IV, c. 4; Tancredus Odonis Bonimarchisi filius, Boemundi ex sorore nepos, ut et Rogerii Siciliæ comitis, cujus diploma pro fundatione ecclesiæ cathedralis Scylacensis, an. 1093, subscribit, apud Ughellum.

(95) *Τὰς Λεύκας*. *Christiani post biduum itineris copias partiuntur.* Albertus Aquens., lib. II, cap. 38; Fulcher., lib. I, cap. 4; Guibert., lib. III, cap. 9; Baldric., lib. II; Robertus Mon., lib. III; Tyr., etc.

(96) *Δορυλαίου*. Dorylæum, Phrygiæ oppidum geographis. In Dorylæi campis impetitum a Solymanno Boemundum ait Anna. At Albertus Aquileiensis, lib. II, cap. 38, *in valle Dorgoganhi* ; quæ eidem cap. 43, et Tyrio *Gorgon* nuncupatur.

militiam Latinorum, contempsere scilicet paucitatem invectique audacter prælium invicere cum Baimundo. Hic contigit ut ferox et ventosus Latinus ille qui solium imperatoris insidere ausus, illa quam superius retulimus sese jactantia extulerat, consilii tum oblitus ab imperatore suggesti, prima in fronte aciei Baimundi, locum tueretur, elatusque ardore præcipiti ulterius etiam occurreret contra ruentibus Turcis. Successus obtigit temeritate incepti dignus. Amissis cæde præsenti quadraginta e suorum numero, ipse graviter saucius terga præbere hostibus coactus in medium suorum aciem magno cursu se abdidit: facto ipso prædicans, utcunque vox sileret, veritatem prudentiamque consiliorum imperatoris. Cæterum Baimundus acrem et formidabilem Turcorum impetum sentiens, misit qui Gallicas copias pone sequentes sui periculi admonerent. Advolant illæ quam celerrime, gravique cum Turcis redintegrato prælio tandem eos totis annixæ viribus, non sine Romanorum sub Taticio **318** militantium fideli et forti auxilio, superant. Ulterius tamen Galli cum turmatim pergerent offendunt Turcos iterum ad Hebraicam, ubi Taniscan sultan, et Asan qui solus ductabat armatorum octoginta millia. Conflictus fit acer et vehemens neutra sibi parte quidquam faciente reliqui quominus manu atque impetu summe contenderet; obnixæ instabant acies neutris terga vertere aut ulla re cedere paratis. Curam Baimundo attulit dextrum ea die cornu ductanti, tam obstinata constantia Turcorum. Ergo eam ut frangeret a propriis divisus copiis ipsum in sultanem Clitziastran impetu ferocissimo cœpit invehi, plane *ut leo robore fretus*, juxta poetam. Perterruit ea res Turcos effecitque ut Gallis terga darent, haud longe tamen secutis fugientes; meminerant enim mandatorum et consiliorum imperatoris. Verum contenti expugnasse die illa castra Turcorum ubi sese in illis paulisper refecissent, iterum via resumpta Turcos ad Agrustopolim reperiunt, congressique rursus summa vi fundunt fugantque. Ibi flos barbarici exercitus visque et audacia Turcorum cecidit. Superstites pauci, sparguntur alius alio, cura omni non rei solum publicæ sed uxorum liberorumque, quos passim abjiciebant, omissa. Nec ab eo die contra obsistere Latinis ausi sunt, unam adversus arma vimque illorum in fuga sibi repositam spem salutis arbitrantes.

A τολμήσας, τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιλαθόμενος ξυμβουλῆς, τὸ ἄκρον εἶχε τῆς τοῦ Βαϊμούντου παρατάξεως· καὶ μικροψυχήσας τῶν λοιπῶν προεξέδραμε. Κτείνονται μὲν οὖν τηνικαῦτα τεσσαράκοντα τῶν μετ' αὐτοῦ· ἐκεῖνος δὲ καιρίως πληγεὶς νῶτα τοῖς ἐχθροῖς ὑποσχὼν εἰς τὸ μέσον τῆς παρατάξεως ἥλλατο, ἔργῳ τὸν αὐτοκράτορα ὁποῖος ξύμβουλός ἐστι διακηρυκεύων κἂν μὴ λόγοις ἠβούλετο. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος τοὺς Τούρκους ἐκθύμως μαχομένους ὁρῶν ἀποστείλας, τὰς Κελτικὰς μετεπέμπετο (97) δυνάμεις. Φθάνουσι δὲ τάχος, κἀντεῦθεν συνίσταται πόλεμος βαρὺς καὶ δεινός· καὶ τὴν νικῶσαν (98) εἴχετο Ῥωμαϊκὸν καὶ Κελτικὸν στράτευμα, πορευομένων δ' ἐκεῖθεν ἰλαδὸν τῶν ταγμάτων, συνέλαχον τούτοις κατὰ τοὺς Ἑβραϊκοὺς (99) ὅτε ΤαB νισκὰν (1) ὁ σουλτὰν, καὶ ὁ Ἀσὰν (2) ὃς μόνος ἦρχε χιλιάδων ἀνδρῶν ὁπλιτῶν ὀγδοήκοντα. Μάχης οὖν γενομένης καρτερᾶς ἐκ πολλῶν χερῶν καὶ δυνάμεων καὶ μηδὲ θατέρου μέρους, τὰ νῶτα θατέρῳ διδόντος [27], ἐπεὶ θαῤῥαλεώτερον οἱ Τοῦρκοι τοῖς ἐναντίοις ἐμάχοντο, τοῦτο θεασάμενος ὁ Βαϊμοῦντος τοῦ δεξιοῦ κέρως ἐξάρχων, τοῦ λοιποῦ στρατεύματος διαιρεθεὶς κατ' αὐτοῦ τοῦ Κλιτζιαστρὰν σουλτὰν ἰταμῶς ἐξώρμησε, λέων ὣς ἀλκὶ πεποιθὼς, κατὰ τὸν ποιητήν (3). Τοῦτο τοὺς Τούρκους ἐκδειματώσεν [28], τὰ νῶτα τοῖς Κελτοῖς δοῦναι ἐποίησεν. Οἱ δὲ οὐκ ἐπὶ πολὺ τούτους ἐδίωκον τῶν τοῦ αὐτοκράτορος μεμνημένοι παραγγελμάτων, ἀλλὰ τὴν ταφρείαν τῶν Τούρκων καταλαβόντες κἀκεῖσε μικρὸν ἑαυτοὺς C διαναπαύσαντες τοὺς Τούρκους κατὰ τὴν Ἀγρουστόπολιν (4) αὖθις καταλαμβάνουσιν καὶ προσβαλόντες τρέπουσι κατακράτος· κἀντεῦθεν πίπτει τὸ βάρβαρον. Οἱ δέ γε σωθέντες ἄλλος ἄλλοσε ἀλλαχῇ διεσπάρησαν τάς τε γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας καταλιπόντες, ὡς τοῦ λοιποῦ μηδ' ἀντωπῆσαι τοῖς Λατίνοις ἰσχύοντες, ἀλλὰ φυγῇ τὴν οἰκείαν πραγματευόμενοι σωτηρίαν.

Quid postea? Perveniunt Latini una cum Romano exercitu Antiochiam, eique se admovent ab ea parte

Τί τὸ ἐντεῦθεν; Καταλαμβάνουσιν οἱ Λατῖνοι μετὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς, τὴν Ἀντιόχειαν διὰ τοῦ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[26] Ἑβραϊκήν. [27] ἐνδόντος. [28] ἐκδειματῶσαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(97) *Μετεπέμπετο.* Albertus Aquensis, lib. II, cap. 40. 41 et alii.

(98) *Τὴν νικῶσαν.* Albertus Aquensis, lib. II, cap. 42, 43; Fulcherius, lib. I, cap. 5; Tudebodus, lib. II, etc. Commissum hoc prælium Kal. Jul., an. 1097, auctor est Baldricus, lib. II, et Tudebodus, pag. 783.

(99) *Κατὰ τοὺς Ἑβραϊκούς.* Haud procul ab Iconio alteram hanc Turcorum cladem accidisse narrat Tudebodus, lib. II, pag. 784. De tertia ad Agrustopolim silent scriptores.

(1) *Τανισκάν.* Idem qui pag. 365, Τανισμάν, Solymanni Nicææ principis frater. Nec enim diversus est a Donimanno Nixandriæ urbis principe, cujus meminit Albertus Aquensis, lib. IX, D cap. 35, quo quidem Nixandriæ vocabulo Neocæsaream intellexisse eumdem Albertum recte conjectat Reineccius. *Dalimannum* vocat Ordericus Vital., lib. X, pag. 796 et seqq. *Danisman* Tyrius, lib. IX, cap. 21, et auctor *Gest. expugn. Hier.*, pag. 579, 596. Id etiam cum Tanismane Turco seu Persarmenio, qui tum Cappadocia potiebatur, de quo Nicetas in Joan. n. 5 et 6, et Cinnamus, lib. I.

(2) *Ἀζάν.* Qui Tyrio, lib. V, *Axianus*, Raimundo de Agiles et aliis, *Cassianus*. Vide Annam, lib. XIV.

(3) *Ἰλιάδ. Ε'*, vers. 229.

(4) *Ἀγρουστόπολιν.* Ita editio Hœsch. An Αὐγουστόπολιν, quam in Phrygia statuit Suidas? Vide Annam, pag. 478.

A καλουμένου ὀξέως [29] δρόμου (5). Τῶν ἐφ' ἑκάτερα μηδένα λόγον ποιούμενοι, ἀγχοῦ δὲ τῶν τειχῶν τάφρον ποιήσαντες τὰς σκευὰς ἐναπέθεντο· καὶ ἐπολιόρκουν ταυτηνὶ τὴν πόλιν σεληνιακαῖς τρισὶ (6) περιόδοις. Οἱ δὲ Τοῦρκοι πτοηθέντες περὶ τῆς καταλαβούσης αὐτοὺς ἀνάγκης τῷ τοῦ Χοροσᾶν σουλτάνῳ μηνύουσιν ἀποχρώσας δυνάμεις ἀποστεῖλαι πρὸς βοήθειαν ἐξαιτούμενοι· ἐφ' ᾧ τοῖς τε Ἀντιοχεῦσιν ἐπαῤῥήξειν καὶ τοὺς ἔξωθεν πολιορκοῦντας Λατίνους ἀποδιῶξαι. Ἔτυχε δέ τις ἄνωθεν τοῦ πύργου Ἀρμένιος, τηρῶν τὸ κληρωθὲν τῷ Βαϊμούντῳ μέρος τοῦ τείχους. Τοῦτον ἄνωθεν πολλάκις προκύπτοντα ὁ Βαϊμοῦντος ἐκμειλισσόμενος καὶ ὑποσχέσεσι πολλαῖς ὑποσαίνων, ἀνέπεισε προδοῦναί οἱ τὴν πόλιν. Ὁ δὲ Ἀρμένιος (7) πρὸς αὐτόν· *Ὑπηνίκα ἂν βούλει καὶ* B *σημεῖόν τι ἔξωθεν αὐτὸς ὑποδείξεις μοι, παραχρῆμά σοι τουτοῒ παραδώσω τὸ πυργίον· μόνον ἕτοιμος ἔσο τότε* [30] *καὶ ὁ ὑπὸ χεῖρά σοι ἅπας λαὸς, ηὐτρεπισμένας ἔχων ἅμα καὶ κλίμακας· οὐδὲ δὲ μόνον ἕτοιμον εἶναι χρὴ, ἀλλὰ καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα θωρήξασθαι, ἵν' εὐθὺς ἀνελθόντας ὑμᾶς οἱ Τοῦρκοι θεασάμενοι καὶ τὸ ἐνυάλιον ἀλαλάζοντας ἐκδειματωθέντες, εἰς φυγὴν ἀπονεύσειαν.* Εἶχε μὲν [31] ὁ Βαϊμοῦντος τὸ σκοπούμενον τέως ἀνέκφορον. Τούτων δὲ οὕτω διασκοπουμένων, κατέλαβέ τις λέγων λίαν πολὺ πλῆθος Ἀγαρηνῶν καταλαμβάνειν ὅσον ἤδη τοῦ Χοροσᾶν κατ' αὐτῶν ἡγεμόνα συνεπαγόμενον τὸν καλούμενον [32] Κουρπαγάν (8). Ὅπερ μεμαθηκὼς ὁ Βαϊμοῦντος καὶ μὴ θέλων τὴν Ἀντιόχειαν παραδοῦναι πρὸς τὸν Τατίκιον (9) κατὰ τοὺς προγεγονότας πρὸς τὸν βασιλέα ὅρκους, ἀλλ' ἑαυτῷ μνηστευ- C σόμενος [33] ταύτην, βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν, δι' ἧς αὐτὸν ἄκοντα μεταναστῆσαι παρασκευάσειε. Προσελθὼν τοίνυν αὐτῷ φησιν· *Ἀπόῤῥητόν* [34] *τι ἀποκαλύψαι σοι βούλομαι κηδόμενος σοῦ τῆς σωτηρίας· λόγος τις τοῖς ὠσὶ τῶν κομήτων ἐνηχηθεὶς συνετάραξεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ὅτι τοὺς ἀπὸ τοῦ Χοροσᾶν ἐρχομένους ὁ βασιλεὺς τὸν*

A quæ a pernice cursu nomen obtinet : valloque fixo ac munitis castris prope muros civitatis sarcinas illic deposuere, neglectaque cura occupandæ objacentis utrimque regionis Antiochiam ceperunt oppugnare, in eoque perseverarunt per menses omnino tres. At Turci instante necessitate perculsi, petunt a sultano Corosanis ut sibi Antiochiam ultra propugnare non valentibus suppetias mittat, copias idoneo numero, tum ad urbem novo præsidio firmandam, tum ad Latinos qui eam foris oppugnant acie vincendos indeque pellendos. Erat inter conclusos Antiochiæ Barbaros Armenus, quidam, cui forte propugnanda obvenerat ea muri pars adversus quam Baimundi propriæ copiæ pugnabant. Hunc sæpius de summo muro despectantem, ita Baimundus B deliniverat, totque ac talibus tentarat promissis, ut is se urbem illi proditurum reciperet. Rei quin etiam executionem in hunc modum Armenus composuerat : *Da*, inquiens, *quandocunque voles, signum mihi condictum, statim hujus ego te turris in possessionem mittam. Tu vero vide ut tunc et expeditus ad rem gerendam ipse et pransos paratos ad manum tuos habeas, scalis instructos ad ascensum moliendum. Imo si mihi credis, universum exercitum totis Latinorum castris armari minarique ac conari assultum expedit eodem tempore. Sic enim fiet ut nec aversi alio vestrum ascensum Turci sentiant, et mox ubi superasse vos murum viderint, quasi ancipiti* **319** *circumventi malo de tutela urbis et salute sua desperantes fugæ se mandent.* Hæc sic constituta premebat Baimundus C alto silentio. Interim advenit trepidus nuntius ingentis adventantis Agarenorum exercitus; ducente ipso Sultane Corosanis, cui nomen erat Curpagan, quam maximas congregare potuerat copias, quæ modice distare atque adeo mox adfuturæ dicebantur. Elegit suis fraudibus illum occasionis articulum Baimundus. Nolebat Antiochiam Taticio dedi, juxta ea quæ ipse ac Galli cæteri, juratus imperatori

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[29] ὀξέος. [30] σύ τε. [31] μὲν οὖν. [32] λεγόμενον, [33] μνηστευσάμενος. [34] Desunt voces ἀπόῤῥητόν τι, etc. τῆς σωτηρίας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5) *Ὀξέως δρόμου.* Fernam fluvium, seu *Farfar*, qui et *Orontes* dicitur, intelligit, qui eo loco quo D Galli copias suas traduxerunt, rapidissimus est. Conferendus Albertus Aquileiensis, lib. III, cap. 32. Porro Antiochiam pervenerunt nostri 12 Kal. Novembris 4 Feria, an. 1097; Tudebodus, lib. II; Robertus Mon., lib. III, Albertus Aquileiensis, lib. III, cap. 38.

(6) *Σεληνιακαῖς τρισί.* Atqui per novem menses durasse obsidionem Antiochenam tradunt Albertus Aquileiensis, lib. IV, cap. 25; Otho Frising., l. VII, cap. 2 et alii; seu, ut habet Robertus Mon., l. VII, octo menses, diem unum. Sane obsessam civitatem 11 Kal. Novembris, captam vero 3 Non. Jun. refert Raimundus de Agiles.

(7) *Ἀρμένιος.* Pyrrhus nomine, seu ut est apud Tyrium, lib. V, cap. 11 et 19, *Emir Feirus*, id est, Dominus Pyrrhus. Hunc de genere Turcorum fuisse scribunt Tudebodus, lib. II, pag. 792; Fulcherius, lib. I, cap. 9; Robertus Mon., lib. V, pag. 53; Albertus Aquileiensis lib. IV, cap. 16; et Baldricus, lib. II, pag. 109, contra **368** quam Anna, quæ D Armenium facit. Sed hæc conciliat Raimundus de Agiles, pag. 148 et 149, qui *Pyrrhum unum de Turcatis fuisse* ait, hoc est, *de Armeniis et Græcis Antiochiæ Incolis, quos Turcæ capta paulo ante urbe, pro penuria domesticorum turcaverant, datis ex sua gente uxoribus.* Adde Guibertum, lib. VI, cap. 17.

(8) *Κούρπαγαν.* Jacobus de Vitriaco, lib. I, c. 19, *Corbagath, quem nostri vulgariter Corbaran appellant.* Robertus Monachus, lib. VI; Tyrius, lib. V, cap. 14; Fulcherius, lib. I, cap. 14; Albertus Aquileiensis et alii *Corbaham* et *Corbalam*, Haytonus *Corbanam*, Vincentius Bellov. *Corbegath* vocant.

(9) *Τατίκιον.* Fugam Taticii, et discessum ab obsidione Antiochena narrant Albertus Aquileiensis, lib. III, cap. 38 et 40; Robertus monachus, lib. IV, pag. 48; Baldricus, lib. II, pag. 103; Raimundus de Agiles, pag. 146; Tyrius, lib. IV, cap. 23; Guibertus, lib. IV, cap. 10. De Boemundi consilio silent omnes.

promiserat, verum ejus principatum civitatis spe sibi ac cupiditate ipse desponderat. Istius ergo quo voti compos fieret versutum commentus est consilium eludendi Taticii, ab eoque impetrandi ut per se ultro ab Antiochia recederet. Accedit confidenter arcanum se aliquid afferre quo salus ipsius haud dubie contineatur, vafre simulans ac præ se ferens : *Nempe*, inquit, *nescio quo pacto persuasum comitibus nostris est Barbaros qui adversum nos a Corosane veniunt accitu impulsuque imperatoris in nos ruere. Pro certissimo id habent comites, iraque in te inde fervent omnes maxima; adeo quidem ut etiam de medio te tollere cogitent. Quod me attinet, officii mihi constat ratio, fidei et amicitiæ abunde quod debebam persolutum a me arbitror indicium detuli, denuntiavi periculum. Tu jam videris quid te tui capitis tuique exercitus a certa pernicie servandi causa conveniat facere.* His Taticius perculsus, animadvertens aliunde penuria ingenti ac fame urgeri Latina castra, ita ut stato illic pretio caput bubulum tribus aureis stateribus væniret, ideoque non sperans capi unquam a Gallis Antiochiam posse, movit inde cum copiis, Romanaque ad Sudi portum classe conscensa Cyprum tenuit. Post hujus discessum nondum statim Armeni proditionem proferre, in remque deducere maturum Baimundus credidit; verum eam occultavit sedulo, quoad expresso arte consensu comitum certam sibi parasset Antiochiæ possessionem. Eam ad spem tali quadam oratione ad comites habita præmunivit viam : *Videtis quantum hic temporis, quantum vero etiam operæ ærumnæque frustra contrivimus, nullo hactenus tot laborum fructu; quin etiam in præsenti periculo versamur fame pereundi, nisi rebus profligatis auxilium consiliumve expedimus aliquod.* Ad hæc illis percontantibus quidnam vero ipse afferret quo succurri possit incommodo præsenti : *Nimirum* (perrexit Baimundus) *non omnes ducibus victorias ferro et manu largitur Deus; non, inquam, pugna semper et tumultu pax, copia, quies quæritur, consilium hæc interdum et sermo felicius conficit; blando ambitu, prensatione officiosa, pacatis artibus, amici-*

A *σουλτάνον ἔπεισε καθ' ἡμῶν ἐκπέμψαι. Τοῦτο δὲ πιστὸν οἱ κόμητες ἡγησάμενοι κατὰ τῆς σῆς μελετῶσι ζωῆς. Κἀγὼ μὲν τοὐμὸν ἤδη πεπλήρωκα, καὶ τὸν ἐπερχόμενόν σοι προείρηκα κίνδυνον· τοῦ λοιποῦ, σόν ἐστιν ὑπὲρ τῆς σεαυτοῦ* [35] *καὶ τῶν ὑπὸ σοῦ* [36] *ταγμάτων φροντίσαι σωτηρίας.* Ὁ δὲ Τατίκιος, ὁρῶν μὲν καὶ τὸν λιμὸν (10) πολὺν (καὶ γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ βοὸς ἐπὶ τρισὶ χρυσίνοις (11) στατῆρσιν ἀπεμπολεῖτο), ἀπαγορεύων δὲ καὶ τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἅλωσιν ἤδη, ἐκεῖθεν ἀπάρας, εἰς τὸν ἐν τῷ λιμένι Σουδὶ ἱστάμενον [37] (12) Ῥωμαϊκὸν στόλον εἰσελθὼν, τὴν Κύπρον κατέλαβεν. Τούτου δὲ ὑποχωρήσαντος τὸν λόγον τοῦ Ἀρμενίου ὑποβρύχιον ἔτι ἔχων ὁ Βαϊμοῦντος καὶ χρησταῖς ἐλπίσι τρεφόμενος, περιποιούμενός τε ἑαυτῷ τὴν B τῆς Ἀντιοχείας ἐξουσίαν πρὸς τοὺς κόμητας ἔφη· *Ὁρᾶτε ὁπόσον ἤδη χρόνον ἐνταῦθα προσταλαιπωρήσαντες οὐ μόνον οὐδὲν χρηστὸν μέχρι τοῦ νῦν κατορθώσαμεν* [38], *ἀλλὰ καὶ λιμοῦ ὅσον ἤδη γενώμεθα* [39] *παρανάλωμα, εἰ μή τι βέλτιον περὶ τῆς σφῶν σωτηρίας σκεψώμεθα.* Τῶν δὲ τί ἂν εἴη τοῦτο πυνθανομένων, αὐτὸς ἔφη· *Οὐ πάσας τὰς νίκας τοῖς δημαγωγοῖς ὁ Θεὸς διὰ σιδήρου δίδωσιν* [40], *οὐδὲ διὰ μάχης ἀεὶ τὰ τοιαῦτα κατορθοῦται, ἀλλ' ἅπερ ὁ μόχθος οὐ δέδωκε, ταῦτα πολλάκις ὁ λόγος ἐχαρίσατο· καὶ ἡ μετὰ φιλίας καὶ ὑποποιήσεως περίοδος μείζονα τρόπαια ἔστησεν. Οὐ χρὴ τοιγαροῦν μάτην τὸν καιρὸν τρίβειν, σπεῦσαι δὲ μᾶλλον πρὸ τοῦ τὸν Κουρ-* C *παγὰν καταλαβεῖν, νουνεχές τι καὶ ἀνδρικὸν διαπράξασθαι τῆς ἡμῶν ἕνεκα σωτηρίας, καὶ σπουδαίως ἕκαστος ἡμῶν τὸν τὸ ἴδιον λάχος τηροῦντα βάρβαρον ὑποποιείσθω. Καὶ εἰ βούλεσθε, κείσθω καὶ ἆθλον* (13) *τῷ πρώτως τοῦτο τὸ ἔργον κατορθωκότι* [41], *ἡ τῆς πόλεως ταυτησὶ φυλακὴ μέχρις ἂν ὁ μέλλων ταύτην ἐξ ἡμῶν ἀναλαβέσθαι ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐλεύσεται. Ἴσως μὲν οὖν οὐδ' οὕτω κατορθωκέναι* [42] *τι χρηστὸν δυνησόμεθα.* Ταῦτα ὁ δεινὸς Βαϊμοῦντος φίλαρχος ὢν οὐχὶ ὑπὲρ τῶν Λατίνων καὶ τοῦ κοινοῦ τοσοῦτον ὅσον ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ τιμῆς, καὶ σκοπήσας

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[35] ἑαυτοῦ. [36] ὑπὲρ σέ. [37] Deest vox ἱστάμενον. [38] κατωρθώσαμεν. [39] Θυήμεθα. [40] τοῖς δημαγωγοῖς ὁ ἀ σιδήρου δίδωσιν ὁ Θεός. [41] κατωρθωκότι. [42] κατωρθωκέναι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Λιμόν*. De difficultate annonæ in castris Francorum agunt Albertus Aquileiensis lib. IV, cap. 50; Robertus mon., lib. IV; Guibertus, lib. IV, cap. 6, et alii.

(11) *Χρυσίνοις*. Χρύσινος, nummus aureus. Concil. Chalced., act. 12 : Τροφῆς ἕνεκα καὶ παραμυθίας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀνὰ διακοσίους χρυσίνους λαμβανέτωσαν. Ita Dositheus, lib. III, Synes. epist. 129. Constant. Manasses, pag. 101, 224, edit. Meurs. Vide Leuncl. Pand. n. 18.

(12) *Σουδί*. Sic vocant Orontis fluvii ostium. *Portus Soldini* dicitur Sanuto, lib. III, part. III, cap 1 : *Castellum et portus Souhaidiæ* Aldherisio, V part., clim. 3 et 4. Σουέτιον eidem Annæ, pag. 412. Postmodum a S. Symeone Stylite Juniore, quem Θαυμαστορίτην vocant Græci, *Portus S. Symeonis* appellationem sumpsit, quod in vicino Tauri monte monasterium olim idem divus exstruxerit, et in D eo cum discipulis vitam exegerit, uti narrat Joannes Phocas in *Descr. Terræ sanctæ*, n. 2, quo nomine donatur passim a scriptoribus, Alberto Aquileiensi, lib. III, cap. 42; lib. IV, cap. 27, 36; Tyrio, lib. IV, cap. 10; Arnold. Lubec., lib. II, cap. 4. Atque ex his emendandus Eugesippus, *De distantia locorum Terræ sanctæ : Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id est, Antiochiam, labensque secus muros ejus decem milliaria ab Antiochia in portu Solim ortu scilicet S. Symeonis, Mediterraneo mari se commendat.* Ubi loci nemo non videt legendum, *portu Sodin* aut *Soldin, portu scilicet S. Symeonis*. A Francis *Golfum Antiochiæ* appellatum auctor est Willebrandus ab Oldenborg in *Itin.* Vide Annam, pag. 541.

(13) *Κείσθω καὶ ἆθλον*. Tudebodus, pag. 792; Baldricus, lib. II, pag. 108, 109; Tyrius, lib. V, cap. 16.

A καὶ εἰπὼν καὶ ἀπαντήσας οὐ διήμαρτε τοῦ σκοποῦ, ὡς ὁ λόγος κατιὼν παραστήσει. Πρὸς τοῦτο τοίνυν ἅπαντες οἱ κόμητες κατανεύσαντες ἔργου ἥψαντο. Καταυγαζούσης [43] ἡμέρας ὁ μὲν Βαϊμοῦντος αὐτίκα πρὸς τὸν πύργον ἀπῄει, ὁ δέ γε Ἀρμένιος κατὰ τὰς συνθήκας τὰς πύλας ὑπανοίγνυσιν. Ὁ δὲ ἅλλεταί τε εὐθὺς μετὰ τῶν συνεπομένων αὐτῷ ἄνωθεν θᾶττον ἢ λόγος, καὶ περὶ τὰ κρήδεμνα τοῦ πύργου ἑωρᾶτο τοῖς ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ἱστάμενος, καὶ τὴν ἐνυάλιον ἠχεῖν ἐγκελεύων σάλπιγγα, καὶ ἦν ἰδεῖν τηνικαῦτα καινόν τι γινόμενον, τοὺς μὲν Τούρκους ἐκδειματωθέντας εὐθὺς διὰ τῆς ἀπέναντι πύλης φεύγοντας, καὶ μόνους ἐξ αὐτῶν ἐναπολειφθέντας ὀλίγους καὶ γενναίους ἄνδρας διὰ τὴν τοῦ Κουλᾶ (14) φρουρὰν, τοὺς δὲ Κελτοὺς ἔξωθεν κατὰ πόδας τοῦ Βαϊμούντου διὰ κλιμάκων ἀνελθόντας, καὶ παραχρῆμα B κατασχόντας τὴν Ἀντιόχου (15) πόλιν. Καὶ ὁ μὲν Ταγγρῆς, εὐθὺς ἀναλαβόμενος ἱκανοὺς, ὄπισθεν τῶν φευγόντων ἐδίωκε, καὶ πολλοὶ μὲν κτείνονται, πολλοὶ δὲ τιτρώσκονται.

tiæ ac gratiæ trophæa plerumque nihilo cruentis minus honorifica, plus sæpe utilia statuuntur. Censeo igitur faciendum quam primum omnibus nobis, ante videlicet quam huc Curpagan pervenerit, ut quos quisque sibi habet oppositos intra urbem Barbaros promissis blandisque sermonibus experiatur ecquid ad sibi favendum queat pellicere. Brevis occasio hujus rei; nam si nos hic ante muros Curpagan jam propinquus et properans cum suis innumerabilibus oppresserit copiis, videtis profecto quid futurum sit. Quia igitur dum licet imminentem perniciem facto consultove aliquo viris **320** *digno mature occurrentes prævertimus; et quia diligentiam atque ingenium quibus hic opus, acuit æmulatio, porro æmulationem præmium accendit, age, si videtur, decernamus communi consensu ei qui primus Barbarum muri sibi objecti custodem ad proditionis assensum pellexerit custodiam urbis Antiochenæ cum plena potestate, quoad adsit qui eam imperatoris nomine accepturus a nobis est. Fortasse ne sic quidem difficile negotium succedet. Tamen hoc tantulum experiri pro tanto voto, nisi quid vos aliter sapitis, equidem opportunum reor.* Hanc tantam astutiam ambitioni prætendebat suæ vafer Baimundus, nihil ille in commune consulens: aut Latinæ rei universæ commodisve, aut rationibus exercitus Gallici curæ partem ullam impendens suæ, nisi quatenus ad spem honoremque, ubi votorum metam defixerat, pertinebat proprium. Nec sua illum quamvis improba fallaxque machinatio fefellit, ut deinceps referam. Cum enim his annuissent facile comites et pro se quisque incumberent operi deliniendorum quos adversos habebant Barbarorum. Ecce sub primam lucem Baimundus ad turrem adit ab Armeno proditore custoditam, quo statim juxta condictum portam aperiente, irrumpit cum suis Baimundus; et dicto citius superatis gradibus, alte de pinnis turris in obsessorum atque obsidentium repente conspectum eminuit, tubaque pugnæ signum dari jussit. Hinc nova statim apparuit facies rerum. Turci haud dubie territi per adversam strenue portam fugere, paucis duntaxat quibus animus firmior, ad præsidium Culæ (arcis id nomen) remanentibus. At Galli exterius in urbem exemplo Baimundi moliri ascensum undique, scalis applicitis, potirique subito Antiochensi civitate. Nec eo contentus Tancres rapit secum promptissimos quosque idoneo numero, fugaciumque vestigia premit, quorum multi cæduntur, multi vulnerantur.

C Ὁ δὲ Κουρπαγὰν μετὰ ἀναριθμήτων χιλιάδων καταλαβὼν εἰς ἀῤῥωγὴν [44] τῆς Ἀντιόχου πόλεως, προκατασχεθεῖσαν ταύτην εὑρηκὼς χάρακά τε

Sub hæc Curpagan tandem adveniens cum innumeris chiliadibus Barbarorum, ubi, cujus in auxilium venerat, captam jam invenit Antiochiam,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[43] καὶ αὐγαζούσης. [44] ἀρωγήν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(14) *Κουλᾶ*. Acropolis Antiochena, infra p. 321. *Præsidium magistræ arcis in monte situm*, apud Albertum Aquileiensem, lib. III, cap. 38; lib. IV, cap. 24. *Castrum quod civitati imminet*, apud Robertum monachum, lib. VI, pag. 55. Adde Tyrium, lib. VI, cap. 1, et Benjaminum Tudel., pag. 34. edit. Plantin. Acropolis Antiochenæ nomen pariter prodit Raimundus de Agiles: *In colle autem septentrionali castellum quoddam est, et in medio collis castellum aliud, quod lingua Græca Colax vocatur.* Ut et Scylitzes in Nicephoro Phoca: Ἴσχυσε λαβεῖν τὸ μέτρον ἑνὸς τῶν πρὸς δύσιν τῆς Ἀντιοχείας D πύργων Καλὰ τοὔνομα. Sed legendum Κουλὰ Anna nostra satis convincit. Verum fueritne propria acropolis Antiochenæ appellatio, jure controverti potest, cum eamdem Anna arci Laodicensi, p. 339 et 340, Theorianus in legat. statim initio, quibusvis arcibus, seu potius *clusuris*, Nicetas in Bald., n. 3, acropoli Thessalonicensi, Chronicon denique Veneto-Byzantinum, pag. 198, arci Patrensi tribuant. Hinc enim patet κουλὰ in universum acropoles Græcis dictas; voce fortassis mixobarbara a Latio ducta, a colle scilicet, quia in collibus et editioribus tumulis ædificantur potissimum acropoles et castella; unde et nostris sequioris ævi *motæ*, id est, **369** tumuli et colles, quævis castra aut castella dicuntur. Acropolim Antiochenam Orocosiadem olim appellatam videtur innuere Procopius, lib. II *De bello Pers.*, pag. 54 prior. edit. Mons vero cui imminebat adeo altus esse traditur a Willebrando ab Oldenborg, *ut suo cacumine nubibus innitens cursum Planetarum putetur impedire.* Duos intra Antiochenæ civitatis ambitum montes miræ celsitudinis exsistere auctor est S. Antoninus, II part. Hist., tit. 16, cap. 13, qui valle profundissima, sed angustissima separantur, per quam torrens dimissus per mediam influit civitatem. In horum alterius vertice, qui videtur eminentior, situm est præsidium munitissimum, inquit Fr. Quaresmius, lib. VII *Elucidat. Terræ sanctæ.*

(15) *Τὴν Ἀντιόχου*. Capta est a nostris Antiochia 3 Jun., an. 1098, uti habent Albertus Aquileiensis, lib. IV, cap. 25 et alii passim; nam falli constat Lupum Protospatham, qui mense Aprili captam refert.

castra fixit, in iisque fossa undique munitis cum deposuisset sarcinas, consultabat quid ageret : non parum propendens in sententiam obsidendæ oppugnandæque civitatis. Sed eum adhuc in procinctu stantem occupavit impressio vehemens ferociter erumpentium Gallorum : qui tamen sic a Turcis excepti sunt ut post pugnam atrocissimam tandem intra civitatem compingerentur, ubi nullam iis quietis partem assidua et concors interni simul externique hostis dabat impugnatio. Nam et strenue obsidentes urbem Barbari oppugnationem urgebant : et qui Culam obtinebant Turci præsidiarii perpetuo infestabant eos qui clausi et circumventi tenebantur civitate verius quam tenebant illam. Hic rursus Baimundus versutiæ non oblitus suæ, locum invenit machinationi novæ, ad Antiochiæ principatum sibi certius asserendum. Etenim ad congregatos consilii causa comites, *Non est*, inquit, *consentaneum unos eosdem uno simul tempore contra duplicem pugnare hostem, prout usu venit hactenus nobis internos externosque hostes* **321** *indiscrete sustinentibus. Atqui ratio præscribit contra vim diversam divisis viribus occurrere. Et quidem cum magna sit inæqualitas oppugnantium nos copiarum, censeo et a nobis nostrum exercitum in partes duas inæquales partiendum, quarum major et potior impugnantibus exterius Barbaris unice invigilet, interni secura mali; altera similiter externi periculi cura deposita, tota sit in præsidiariis arcis repellendis impetendisque. Atque ad hanc partem operis non facillimam ego me arbitror sufficere. In me, inquam, si ita videtur, unum onus rejicite coercendorum militum qui arcem servant. Faxo ut respicere non cogamini muros inter defensandos, sed securi et alacres cæteras omnes vestras copias educere tuto habereve possitis ad manum ad vim foris ingruentem quoad successum opus est ardore conatuque refutandam.* Persuasi tunc quoque comites sunt. Ipsisque prolixe concedentibus moliri extemplo Baimundus cepit murum quo mediam Antiochiam in obliquum scindens, arcem a Turcis insessam a reliqua urbe separaret. Tali specie ac prætextu munitissimam ædificavit arcem, belli quam longissime ducendi receptaculum instructissimum : cui acerrimum se ipse custodem imposuit, non die non nocte connivens, sed horis experrectus omnibus in quasvis occasiones aut sustinendorum aut vicissim lædendorum hostium qui arcem tenebant Antiochensem, quos, ut dixi, sibi proprie depoposcerat. Nec minus alii comites Spartam suam curabant, insistentes propugnaculis pervigili custodia, ne qua vel clam falleret, vel palam perrumperet grassatio exterius imminentium hostium. Quin etiam partem sibi curæ talis Antiochenses ipsi deposcebant cives, quorum ne quis muros accedens inde cum obsidentibus Barbaris de proditione transigeret, ut periculum erat, ita sibi negotium impositum Galli duces putabant acri vigilia cavendi ne id fieri posset.

A ἐπήξατο καὶ τάφρον πεποιηκὼς, καὶ τὰς σκευὰς ἐν αὐτῇ καταθέμενος, ἐβουλεύετο πολιορκεῖν (16) τὴν πόλιν. Ἀλλ' οὔπω ἔργου ἀψάμενος ἐπικαταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐξελθόντες οἱ Κελτοὶ καὶ τηνικαῦτα μέγας ἀναμεταξὺ ἀναρήγνυται [65] πόλεμος. Εἶχον δὲ τὴν νικῶσαν (17) οἱ Τοῦρκοι· καὶ οἱ Λατῖνοι εἴσω τῶν πυλῶν συνεκλείοντο τὸν μόθον ἑκατέρωθεν ἔχοντες, ἀπό τε τῶν τὸν [66] Κουλᾶ (18) φρουρούντων (ἔτι γὰρ τοῦτο κατεῖχον οἱ Βάρβαροι) ἀπό τε τῶν ἔξωθεν παρακαθημένων Τούρκων. Δεινὸς δὲ ἀνὴρ ὢν ὁ Βαϊμοῦντος, καὶ τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν σφετερίσασθαι θέλων ἐν σχήματι συμβουλῆς αὖθις, Οὐ χρὴ, φησὶ πρὸς τοὺς κόμητας, *τοὺς αὐτοὺς καθ' ἕτερον* [67] *μέρος ἐν ταυτῷ, μετά γε τῶν ἐντὸς καὶ ἐκτὸς μάχεσθαι,* B *ἀλλὰ διχῇ διαιρεθέντας ἐν ἀνίσοις τμήμασι πρὸς λόγον τῶν ἑκατέρωθεν πρὸς ἡμᾶς μαχομένων ἐχθρῶν, οὕτω τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀναδέχεσθαι μάχην. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐξέσται μετὰ τῶν τὴν ἀκρόπολιν τηρούντων μάχεσθαι, εἰ καὶ ὑμῖν τοῦτο συνδόξειε· τοῖς δέ γε λοιποῖς μετὰ τῶν ἔξωθεν μελήσει καρτερῶς συμπλέκεσθαι.* Συντίθενται ἅπαντες τῇ τοῦ Βαιμούντου γνώμῃ. Ὁ δ' εὐθὺς ἔργου ἥψατο, καὶ παραχρῆμα τειχίον ἀντίθετον ἐγκάρσιον ἀποδιαιροῦν τῆς ὅλης Ἀντιοχείας τὴν ἀκρόπολιν ἐδείματο, ἔρυμα καρτερώτατον πολέμου ἀποχρῶντος· κἀθ' οὕτως ἀνύστακτος φύλαξ τοῦ τοιούτου τείχους καθίστατο διαπαντὸς ἀπομαχόμενος, ὁπηνίκα καιρὸς ἐδίδου πρὸς τοὺς ἐντὸς C γενναιότατα. Οἱ δ' ἄλλοι κόμητες πολλὴν τοῦ λάχους αὐτῶν ἐπεποίηντο τὴν φροντίδα, φρουροῦντες μὲν τὴν πόλιν διαπαντὸς καὶ [68] κατασκοποῦντες δὲ τὰς ἐπάλξεις καὶ τὰ κρήδεμνα τῶν τειχῶν μήπως οἱ Βάρβαροι ἔξωθεν νυκτὸς διὰ κλιμάκων ἀνελθόντες τὴν πόλιν κατάσχωσιν μὴ λάθῃ [69] τις τῶν ἐντὸς ἄνωθεν τοῦ τείχους γενέσθαι κἀθ' οὕτως ὁμιλήσας τοῖς Βαρβάροις προδοσίας πέρι προδῷ τὴν πόλιν.

Tali loco res erant apud Antiochiam, quando imperator magno interdum agitabatur impetu eo cum justis copiis eundi in auxilium Gallorum. Ve-

D Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἔτι. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ πολλὴν μὲν εἶχε τὴν προθυμίαν αὐτὸς εἰς ἀῤῥωγὴν [70] τῶν Κελτῶν γενέσθαι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[65] ἀναῤῥήγνυται. [66] τό. [67] καθ' ἑκάτερον. [68] Deest vocula καί. [69] λάθοι. [70] ἀρωγήν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) *Πολιορκεῖν.* De obsessa a Turcis Antiochia agunt scriptores omnes.

(17) *Τὴν νικῶσαν.* Albertus Aquileiensis, lib. IV, cap. 27.

(18) *Κουλᾶ.* Capta enim urbe, Turci in acropolim fugerant, a qua non pauca Francis illata damna ab obsidentibus.

Ἀπεῖργε δ' αὐτὸν καίπερ σφαδάζοντα, ἡ τῶν κατὰ A θάλατταν διακειμένων πόλεών τε καὶ χωρῶν λεηλασία καὶ παντελὴς ἐρείπωσις· ὁ μὲν γὰρ Τζαχᾶς τὴν Σμύρνην ὥσπερ ἴδιόν τι λάχος κατεῖχεν, ὁ δέ γε Ταγγριπερμῆς καλούμενος πόλιν τινὰ Ἐφεσίων ἀγχοῦ τῆς θαλάττης διακειμένην ἐν ᾗ πάλαι τέμενος ἐπ' ὀνόματι [81] Ἰωάννου ἀποστόλου τοῦ Θεολόγου ἵδρυτο. Καὶ ἄλλος ἄλλα φρούρια τῶν σατραπῶν κατέχοντες, ὡς ἀργυρωνήτοις τοῖς Χριστιανοῖς ἐκέχρηντο ἅπαντα ληϊζόμενοι. Ἀλλὰ καὶ αὐτὰς δὴ τὰς νήσους Χίον τε καὶ Ῥόδον, καὶ τὰς ἐπιλοίπους πάσας κατέσχον, ληστικὰς ἐκεῖθεν κατασκευάσαντες ναῦς. Διά τοι ταῦτα δεῖν ἐλογίσαντο πρότερον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ τὸν Τζαχᾶν πρόνοιαν ποιήσασθαι, καὶ δυνάμεις διὰ ξηρᾶς ἀρκούσας καὶ στόλον B ἱκανὸν καταλιπεῖν· εἶτα δι' αὐτῶν, τὰς τῶν Βαρβάρων ἀναχαιτίζειν ὁρμὰς καὶ ἀντικαθίστασθαι αὐτοῖς, κᾆθ' οὕτως μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατεύματος τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν φερούσης ἅψασθαι, μετὰ τῶν ἀναμεταξὺ Βαρβάρων ὡς ἐνὸν μαχόμενος. Μεταπεμψάμενος τοίνυν Ἰωάννην τὸν Δούκαν καὶ γυναικάδελφον αὐτοῦ, παραδίδωσι δυνάμεις ἐκ διαφόρων συνειλεγμένας χωρῶν, καὶ στόλον ἀποχρῶντα πρὸς τὴν τῶν παραλίων πόλεων πολιορκίαν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τοῦ Τζαχᾶ θυγατέρα κατασχεθεῖσαν μετὰ τῶν ἄλλων ὁπόσοι ἐντὸς τῆς Νικαίας τότε ἔτυχον ἐπισκήψας διακηρυκεύειν μὲν πανταχοῦ τὴν τῆς Νικαίας ἅλωσιν· εἰ δὲ μὴ πιστεύοιντο [82], αὐτὴν τὴν τοῦ Τζαχᾶ θυγατέρα ὑποδεικνύναι τοῖς σατράπαις τῶν Τούρκων καὶ τοῖς τὰ περὶ θάλατταν C νεμομένοις Βαρβάροις, ὡς ἂν οἱ τὰς ἤδη ῥηθείσας πόλεις κατέχοντες, ὁρῶντες ταύτην καὶ βεβαιούμενοι τὴν τῆς Νικαίας ἅλωσιν, ἀπογνόντες ἀμαχητὶ παραδοῖεν τὰς πόλεις. Ἐφοδιάσας οὖν ἱκανῶς διὰ παντοίων τὸν Ἰωάννην ἐκπέμπει.

A rum utcunque cupientem cohibuit maritimæ rei profligatus status et insularum maritimarumque orarum atque urbium miserrima vastatio, aut destructio potius et desolatio extrema. Nimirum Smyrnam Tzachas ut sortem et hæreditatem propriam tenebat. Quidam alius Tangripermes dictus urbem quamdam Ephesiorum prope ma e sitam, in qua olim exstructum templum est in nomine sancti Joannis apostoli Theologi; alii similes latrunculi alias opportunis locis arces invaserant præsidiisque occupabant : e quibus erumpentes infesta late habebant omnia, Christianis quos magno captivabant numero in vilissimam et ærumnosissimam servitutem mancipandis. Sed et insulas B Chium, Rhodum ac pleraque cæteras insederant, easque tum pro navalibus habebant, ubi piraticas ædificarent classes, tum pro tutis receptaculis ac portubus in quibus prædam onusti deponerent. Primum igitur omnium faciendum sibi Augustus statuit ut et mari classem imponeret idonee instructam ad coercendum Tzacham, et continentis, qua mare respicit, disponendis per littoralem oram qua terrestribus qua navalibus præsidiis tutelæ provideret, non solum quantum erat opus ad reprimendas incursiones Barbarorum, **322** verum ita ut ad ipsos quoque, si res ferret, lacessendos debellandosque missæ contra eos copiæ sufficerent. His ubi magis urgentibus satisfecisset curis reliquum omnem, quam C cogere numerosissimum posset, ductare ipse Augustus præsens exercitum decreverat suppetias obsessis Antiochiæ Latinis, cum eoque pugnare totis viribus adversus Barbaros qui eos illic oppugnabant. Hæc animi consulta quo in rem conferret accersit Joannem Ducam uxoris suæ fratrem, eique tradit copias ex diversis collectas regionibus, classemque satis validam ad oppugnandas littorales arces quæ a piratis istiusmoa. .enebantur. Dedit etiam filiam Tzachæ nuper cum aliis e principali Turcorum familia qui Nicææ sunt reperti, occasione deditionis civitatis ejus illic captam. Dedit autem eam in usum confirmandi, ostensione puellæ istius, quam servari apud Nicæam notum erat Turcis, nondum satis vulgati nuntii expugnatæ Nicææ. Quem quidem late spargi a Joanne mandabat imperator : et satrapis, aliisque piratis Barbaris, si quos ad tantam rem credendam inveniret duros, tale captivum caput in fidei argumentum ineluctabile monstrari. Inde enim futurum sperabat ut certi tali testimonio ac pignore de Nicæa dedita latrones Turci, rebus jam suis diffidentes, quas obtinebant arces pro vita et securo abitu incruenta compositione paciscerentur.

Ὁπόσα δὲ κατὰ τοῦ Τζαχᾶ τρόπαια οὗτος ἐστή- D σατο καὶ ὅπως τοῦτον ἐκεῖθεν ἀπήλασε προϊὼν ὁ λόγος δηλώσειεν. Ὁ μὲν ουν Δοὺξ καὶ θεῖος ὁ ἐμὸς [83], πρὸς μητρὸς τῷ βασιλεῖ συνταξάμενος τῆς μεγαλουπόλεως ἔξεισι, καὶ διαπεράσας τὴν Ἄβυδον μεταπεμψάμενος τὸν καλούμενον Κάσπακα τήν τε τοῦ στόλου ἐξουσίαν καὶ τὴν τοῦ πλοὸς ἅπασαν οἰκονομίαν αὐτῷ ἀνέθετο, ὑποσχόμενος ὡς εἰ καλῶς ἀγωνίσοιτο ὁπηνίκα συμβαίη τὴν Σμύρνην ἁλῶναι ἡγεμόνα τοῦτον αὐτῆς τε τῆς Σμύρνης, καὶ τῶν ὁμορούντων πάντων αὐτῇ καταστῆσαι. Ἐκπέμπει τοίνυν αὐτὸν διαπόντιον θαλασσοκράτορα τοῦ στόλου

D Jam deinceps faciendum mihi est ut quas isto bello victorias Joannes Ducas reportavit hoc loco memorem. Is dux, avunculus meus, sic instructus, uti dixi, vale imperatori dicto, e magna urbe proficiscens, cum trajecisset in Abydum, accersito Caspaci, classis præfecturam curamque commendavit; promisso ei, si navasset ista in re operam, principatu civitatis Smyrnæ, conterminarumque regionum, ubi ea per eos capta imperioque reddita civitas foret. Cum hac spe ac mandato Caspax classem solvit Smyrnam versus, Jo nne terresires copias per continentem eodem per se ductante. Nec

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[81] Desunt voces ἐπ' ὀνόματι. [82] πιστεύοιτο. [83] οὑμός.

diu post qui Smyrnam tenebant Turci, simul A Joannem Ducam a terra contra se cum exercitu venientem, atque adeo jam non longe a suis mœnibus castra munientem, simul a mari appellentem cum classe Caspacem, portuique applicantem attoniti cum vidissent, vulgata jam quoque antea perculsi fama Nicææ captæ, nequaquam obfirmare animos ad resistendum potuere. Ventum ergo statim ad tractandum est; cumque nihil peterent aliud nisi sibi jurari a Joanne Duca securum ipsis et innoxium per Romanos recessum in domos suas fore, proque eo Smyrnæ deditionem præsentem paciscerentur, visa Joanni est non aspernanda occasio tantæ urbis adventu primo sine cruore ac periculo recuperandæ. Pollicente igitur sine mora B Duca quæ petebant Tzachenses Smyrnæi, abeunt illi continuo, urbisque præfectura ejus ac custodia cum fide **323** Caspaci, cui erat promissa, committitur. Verum incidit casus quo interversum Caspaci præmium, oblatum exitium est. Deduxerat is abeuntem Joannem, officii causa. Inde Smyrnam redeunti occurrit Smyrnæus quidam conquerens per vim sibi ablatos a Saraceno quopiam stateres aureos quingentos. Eo Caspax audito duci utrumque causam dicturum imperat. Id cum mox fieret, Syrus, more sibi male consciorum, trahi se ad supplicium non ad judicium ratus, indeque in desperationem salutis actus, strictum rabide gladium per viscera Caspacis adigit, fratremque ejusdem pari furore conversus in femore percutit. Multa C hinc circum perturbatione orta, Saracenus elabitur; at classiarii passim omnes atroci exciti fama, mistis uno tumultu nautis, militibus, remigibus, urbem infesti petunt cæde per omne caput crudelissima grassantes: brevique lugubre spectaculum cæcus is furor dedit, hominum ad decem millia, uno momento atque impetu trucidatorum. Graviter Ducas accepit nuntium interfecti Caspacis, luctuque ad tantam jacturam aliquandiu tracto, curam de novo intendit omnem in arcis atque urbis Caspaci prius commendatæ firmanda custodia. Lustratis ergo per se muris munitionibusque civitatis, explorataque per idoneos homines fide atque arcana sententia civium colonorumque Smyrnensium: D quoniam opus esse videbat viro forti, quem omnium præstantissimum sibi perspectum ad manum tum habuit Hyaleum Smyrnæ præfectum declaravit, virum bello fortissimum. Ipse navalibus copiis ad Smyrnæ tutelam relictis, terrestres secum adversus Tangripermem et Maracen Ephesiis incubantes rapit. Hunc conspicati procul duo isti satrapæ, prodeunt acie statim instructa, pugnamque Joanni offerunt in planitie arci subjecta. Cunctatus parumper Ducas, mox tamen agmine et ipse quam peritissime structo, impigre in eos movet. Dimica-

ὡς εἴρηται. Ἐκεῖνον δὲ ταγματάρχην εἶχεν ἡ ἤπειρος. ἅμα τοίνυν τόν τε Κάσπακα διὰ τοῦ στόλου καὶ τὸν Δοῦκα Ἰωάννην διὰ τῆς ἠπείρου. Οἱ ἐντὸς τῇ Σμύρνῃ ἄμφω προσπελάσαντας θεασάμενοι, καὶ τὸν μὲν Δούκαν ἐκ διαστήματός τινος τὸν ἀγχοῦ χάρακα πηξάμενον τῶν τειχῶν [84], τὸν δέ γε Κάσπακα τῷ λιμένι προσοχείλαντα, ἐπεὶ καὶ ἡ τῆς Νικαίας ἅλωσις ἤδη ἐγνώσθη αὐτοῖς, οὐδ' ὅλως ἀντικαταστῆναι τούτοις ἠθέλησαν, ἀλλ' εἰς λόγους καὶ σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐλθεῖν ᾑρετίσαντο, ὑποσχόμενοι, εἴπερ ὀμωμοκέναι αὐτοῖς ὁ Δούκας Ἰωάννης θελήσει, ὥστε παραχωρῆσαι ἀπαθεῖς κακῶν πρὸς τὰ οἴκοι τούτους ἐπαναζεῦξαι, ἀναιματὶ καὶ μάχης ἄτερ τὴν Σμύρνην αὐτῷ παραδοῦναι. Συντίθεται τοίνυν ὁ Δούκας τηνικαῦτα τῇ τοῦ Τζαχᾶ γνώμῃ τὰ κατὰ σκοπὸν ἅπαντα πληρῶσαι ὑποσχόμενος. Μετ' εἰρήνης οὖν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπελάσας, τῷ Κάσπακι τὴν πᾶσαν οὐσίαν [85] τῆς Σμύρνης ἀνέθετο. Γίνεται δέ τι κατὰ συντυχίαν τοιοῦτον. Τοῦ Κάσπακος ἀπὸ τοῦ Δούκα Ἰωάννου ὑποστρέφοντος προσῆλθεν αὐτῷ Σμυρναῖός τις διεγκαλῶν ἀφαιρεθῆναι παρά του Σαρακηνοῦ χρυσίους πεντακοσίους στατῆρας. Ὁ δὲ ἀχθῆναι τούτους κριθησομένους ἐπέταξεν. Ὡς δὲ ὁ Σύρος εἵλκετο νομίσας ὡς ἐπὶ τῷ ἀναιρεθῆναι ἄγεται, καὶ ἀπογνοὺς τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας σπασάμενος μάχαιραν κατὰ τῶν σπλάγχνων τοῦ Κάσπακος ὠθεῖ, ἐπιστραφεὶς δὲ πλήττει καὶ τὸν τούτου ὁμαίμονα περὶ τὸν μηρόν· συγχύσεως δ' ἐπὶ τούτῳ γενομένης πολλῆς, ὁ μὲν Σαρακηνὸς ἀποδιδράσκει. Οἱ δὲ τοῦ στόλου ἅπαντες σὺν αὐτοῖς ἐρέταις εἰς τὴν πόλιν ἀτάκτως εἰσῄεσαν, καὶ πάντας ἀνηλεῶς ἀπέκτεινον. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν ὡσεὶ δέκα χιλιάδας ἀποκτανθέντας ἐν ὀξείᾳ καιροῦ ῥοπῇ. Ὁ δὲ Δούκας Ἰωάννης περιαλγήσας ἐπὶ τῇ τοῦ Κάσπακος ἀναιρέσει ἐφ' ἱκανὸν, ὅλως αὖθις τῆς τοῦ κάστρου [86] φροντίδος ἐγεγόνει. Ἐξελθὼν τοίνυν καὶ περιαθρήσας τὰ τείχη, τάς τε τῶν ἐποίκων γνώμας παρὰ τῶν εἰδότων ἀκριβωσάμενος, ἐπεὶ χρεία ἦν γενναίου ἀνδρὸς, τὸν Ὑαλέα φέριστον τῶν ἄλλων εἰδὼς, δοῦκα τῆς Σμύρνης κατέστησεν. Ἀνὴρ δὴ οὗτος ἀρειμάνιος. Καταλιπὼν δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν ἅπαν εἰς φυλακὴν τῆς Σμύρνης, αὐτὸς τὰς δυνάμεις ἀναλαβόμενος πρὸς τὴν Ἐφεσίων ἤλαυνε παρὰ τοῦ Ταγγριπερμῆ καὶ τοῦ Μαράκη τῶν σατραπῶν κατεχομένην. Τοῦτον θεασάμενοι οἱ Βάρβαροι κατ' αὐτῶν ἱέμενον, ὁπλισάμενοι καὶ σχῆμα πολέμου περὶ τὴν ἔξω τοῦ κάστρου πεδιάδα διατυπώσαντες τὰς φάλαγγας ἔστησαν. Ὁ δὲ δοὺξ μηδὲ μικρόν τι μελλήσας σὺν εὐταξίᾳ στρατιωτικῇ κατ' αὐτῶν ἐξώρμηκε [87]· τῆς γοῦν συμβολῆς τοῦ πολέμου γεγονυίας τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας παρῳχήκει. Μαχομένων δ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν καὶ τῆς μάχης οὔσης ἀμφιῤῥεποῦς, οἱ Τοῦρκοι τὰ νῶτα ὑποσχόντες [88] τρέπονται κατακράτος. Κτείνονται δὲ τηνικαῦτα πολλοί· ἁλίσκονται δὲ οὐ τῶν τυχαίων μόνον,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] τὸν χάρακα πηξάμενον ἀγχοῦ τῶν τειχῶν. [85] ἐξουσίαν. [86] Κωνσταντίνου. [87] ἐξώρμησεν. [88] ὑποστρέψαντες.

ἀλλὰ καὶ αὐτων των σατραπῶν οἱ πλείους, ὡς A συμποσοῦσθαι τοὺς ἑαλωκότας εἰς χιλιάδας δύο. Περὶ ὧν μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς διασπαρῆναι τούτους εἰς τὰς νήσους προσέταξεν. Οἱ δὲ καταλειφθέντες τῶν Τούρκων διὰ τοῦ ποταμοῦ Μαιάνδρου πρὸς τὸ Πολυβοτὸν ἀπερχόμενοι καταφρονητικῶς διετέθησαν, τὸν Δούκαν τέλεον ἀπελπίζαντες [59]. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως εἶχεν· ἀλλὰ τὸν Πετζέαν δούκαν ταυτησὶ τῆς πόλεως καταλιπὼν, αὐτὸς ὁπλιτικὸν ἅπαν ἀναλαβόμενος παραυτίκα ὄπισθεν οὐ φύρδην ἀλλ' [60] εὐτάκτως καὶ ὡς ἐχρῆν ἐμπειρότατον στρατηγὸν κατὰ τῶν ἐναντίων ἰέναι, ἤλαυνε κατὰ τὰς ὑποθημοσύνας τοῦ αὐτοκράτορος. Οἱ μέντοι Τοῦρκοι καθά γε εἴρηται διά τε Μαιάνδρου καὶ τῶν παρακειμένων αὐτῷ πόλεων ὁδεύσαντες καταλαμβάνουσι τὸ Πολυβοτόν· B ὁ δὲ δοὺξ οὐ καταπόδας αὐτοὺς [61] ἐδίωκεν, ἀλλὰ τὴν συντομωτέραν ὁδεύσας τάς τε Σάρδεις καὶ τὴν Φιλαδελφίαν ἐξ ἐπιδρομῆς κατέσχε, τὴν τούτων φρουρὰν Μιχαὴλ τῷ Κεκαυμένῳ πιστεύσας. Καταλαβὼν δὲ τὴν Λαοδίκειαν καὶ πάντων παραυτίκα προσεληλυθότων αὐτῷ, αὐτοῖς μὲν ὡς αὐτομόλοις χρησάμενος καὶ τεθαῤῥηκὼς, ἀνέτως τὰ σφέτερα κατοικεῖν εἴασε μηδὲ ἡγεμόνας [62] ἐπιστήσας. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τοῦ Χώματος διελθὼν τὴν Λάμπην (19) κατέλαβε, κἀν ταύτῃ καὶ τὸν Καμύτζιν Εὐστάθιον στρατηγὸν ἐπέστησεν. Ἐφθακὼς δὲ εἰς τὸ Πολυβοτὸν καταλαμβάνει Τούρκων πλῆθος πολύ· καὶ ἐπεισπεσὼν αὐτοῖς ἄρτι τὰς σκευὰς κατατιθεμένοις ξυμβαλὼν παραυτίκα νικᾷ κατακράτος· καὶ κτείνει μὲν πολλούς· ἀναλαμβάνει δὲ λείαν πολλὴν C καὶ τοῦ πλήθους ἀνάλογον

A tur atrociter et diu, vigente in maximam diei partem utrimque certamine. Tandem post longum æquilibrium dubiæ fortunæ, Turci tergis præbitis plane fusi, fugam cruentam et infestam insequentibus nostris nece ac servitute multorum e suis habuere. Inter captivos, quorum universus ad duo millia numerus ascendit, plerique satrapæ reperti : de quibus consultus imperator spargi eos per insulas jussit. Residui Turci per Mæandrum amnem profecti Polybotum, satis illic secure morabantur, haudquaquam existimantes Joannem eo cogitaturum. Verum hæc eos quidem fiducia fefellit. Is enim relicto Petzea qui urbi Ephesinæ ducis jure nomineque præesset, exercitu assumpto secum omni, non tumultuario ac cupide, sed ut experientissimum B decebat ducem, pedetentim ordinateque in Turcos movit, mandatis monitisque imperatoris tali cautione adversus **324** eam gentem bellum gerens. Præcesserant ut diximus Turci Polybotum. Horum illuc properantium vestigia premere via eadem sequenda Joannes noluit; sed compendiosiori alia tuto invectus Sardeis obiter et Philadelphiam occupavit, quarum custodiam Michaeli Cecaumeno credidit. Hinc Laodiceam cum accessisset obvios effuso accursu cives omnes habuit se suaque alacriter dedentes; iis ille humaniter acceptis tantam fidem habuit ut nullo imposito præfecto præsidiove, suo ipsos juri arbitrioque permitteret. Inde Chomate transito Lampen cepit, eique Camytzin Eustathium ducem imposuit. C Polybotum denique non diu post Turcos eo receptos pervenit : quorum in turbam ex itinere securo adhuc inconditam, sarcinisque vix bene depositis implicitam, impressione invectus acri, cladem illis infert maximam, qua et cæsi plurimi Barbarorum sunt, prædaque ingens nec minor captivorum numerus est receptus.

Τούτου γοῦν μήπου [63] ἐπανεληλυθότος ἀλλ' ἀγωνιζομένου κατὰ τῶν Τούρκων ὁ βασιλεὺς ἑτοιμασθεὶς εἰς ἀῤῥωγὴν [64] τῶν περὶ τὴν Ἀντιόχειαν φθάσαι Κελτῶν, ἐπεὶ τὸ Φιλομήλιον (20) κατέλαβε σὺν ὅλαις δυνάμεσι πολλοὺς ἐν τῷ μεταξὺ κτείνας Βαρβάρους, πολλὰς δὲ καὶ πόλεις δῃωσάμενος ὑπ' αὐτῶν πρὶν κατεχομένας, φθάνει τηνικαῦτα τοῦτον ἐξ Ἀντιοχείας Γελίελμος [65] ὁ Γραντεμανῆ [66] (21) καὶ Στέ-

Dum hæc maxime Joannes contra Turcos gerit, imperator paratis copiis profectus in auxilium Gallorum Antiochiam propugnantium, Philomelium cum universo exercitu pervenit, multis obiter cæsis Barbaris receptisque urbibus quæ occupatæ ab iis antea fuerant. Illic eum conveniunt Gulielmus Grantemanes, Stephanus comes Franciæ, et Petrus Aliphæ, demissi per funes e pinnis murorum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[59] ἀπελπίσαντες. [60] Desunt voces οὐ φύρδην ἀλλ'. [61] τούτους. [62] ἡγεμόνα. [63] μήπω. [64] ἀρωγην. Sic semper cum uno ρ. [65] Γελίαλμος. [66] Γραταμανῆ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(19) *Λάμπην*. Paulus episcopus Λάμπης interfuit D concilio Ephesino, ut ex Actis constat ; sed urbs ista in Cretensi provincia fuit, ut ibi innuitur parte II, act. 1.

(20) *Φιλομήλιον*. Urbs Phrygiæ, geographis nota. Hinc tandem docemur oppidi nomen, quod mire depravatum legitur apud scriptores rerum Hierosol. Tudebodo enim, lib. IV, *Philemia* dicitur ; Alberto Aquileiensi, lib. IV, cap. 40, lib. VIII, cap. 38 ; et Tyrio, l. IV, cap. 20, lib. VI, cap. 10, *urbs Finiminis*; —Roberto monacho, lib. VI ; Baldrico, lib. III ; Guiberto, lib. V, cap. 26 ; Sanuto, lib. I, part. II, cap. 6 et epist. 17, *Philomela* ; — denique Jacobo de Vitriaco, lib. I, cap. 99 et auctori Hist. exped. Asiat. Frider. *Philomena*.

(21) *Γραντεμανῆ*. Willelmus *de Grentemaisnil*. Hugonis ex Alcide Yvonis Bellimontani comitis nata filius, nobilis Normannus, cui uxor fuit Mabilia Roberti Wiscardi filia, Boemundi soror. Cognominis etymon prodit Epitaphium Hugonis, Willelmi parentis, apud Ordericum Vitalem, lib. VIII.

Mansio Grentonis munitio dicitur ejus,
Unde fuit cognomen ei multis bene notum.

De Willelmo agunt Tudebodus, lib. IV, pag. 796 ; Albertus Aquileiensis, lib. IV, cap. 37 ; Ordericus, lib. VIII et IX ; Baldricus, lib. II, pag. 114 ; Guibertus, lib. V, cap. 15 ; Tyrius, lib. VI, cap. 5, 10, 11 ; Malaterra, lib. IV, cap. 21 ; et Raimundus de Agiles, pag. 152, ubi perperam *de Granduna* co-

Antiochiæ, et per Tarsum ad imperatorem, quo mittebantur, profecti. Ii confirmarunt arcto plane loco res et spes Gallorum esse, imo jurarunt imminere ipsis exitium supremum. Quo nuntio imperator tanto accensus est magis ad maturandum quod destinabat ipsis auxilium; quanquam omnes illum a tali consilio impetuque revocabant. Paulo post tamen cum fama percrebuisset undecunque affluens adventantis contra imperatorem immensæ multitudinis Barbarorum quos Corosanis sultan partim ex ea ipsa urbe ubi regnabat delectos, partim ex ulterioribus accersitos regionibus in occursum Romanorum copiarum Augusto ipso duce Antiochiam petentium festinare jusserat, præposito ipsis Ismaele filio, cepit imperator remittere de isto quo ferebatur impetu solvendæ utique obsidionis Antiochenæ, et Curpaganis cum suo Turcico exercitu internecione delendi. Cogitanti deinde tota de re attentius illa ipsa legatio Gallorum et tristes de ipsorum desperatissimo statu paulo ante accepti nuntii, qui tunc ad properandum stimulaverant, jam alia omnia suadere videbantur. Quo enim serum accurreret auxilium rebus plane perditis? et quid attinebat cladem sociorum quam nullo conatu impedire posset, stulta suorum suique jactura, ultroque accita clade cumulatum ire? Fac perrumpi omnia, et per conjuratas contraque objectas Orientis opes perduci Antiochiam Romanas **325** posse copias, quid ibi reperietur nisi semiruta civitas, arcis intus hostilis jugum adhuc patiens, non prius de Turcis capta quam ab iisdem arctius obsessa oppugnataque acrius, circumfusis undique innumerabilibus turmis Agarenorum: quam qui utcunque tenent pauci et malis fracti, vitam qualemcumque ac nudam fugam pro summa votorum ambiant? Accedebat ad hujus sententiæ momentum recordatio indolis Francorum levis, inconsultæ, temerariæ, indocilis parendi uno vigentis primo impetu stolidæ ferociæ, per quem duces juxta milites que ubi æstu elati ferventis iræ in medias hostiles statim phalanges insilierint, intolerabiles illi tunc quidem sunt et facile perrumpunt sternuntque obvium robur quodcunque: verum si primorem istam rabiem arte declinaveris, si cautas insidias posueris, si lassis et circumventis superveneris, non agnoscas audaciam priorem, imo nihil impeditius, nihil superatu facilius experiaris. Nam et oneratum armis corpus se præbet ictibus et cæcus at-

A φανος (22) κόμης Φραγγίας καὶ Πέτρος ὁ τοῦ Ἀλίφα. χαλασθέντες καλωδίοις διὰ τῶν κρημνῶν Ἀντιοχείας, καὶ διὰ τῆς Ταρσοῦ [67] ἀφικόμενοι διαβεβαιοῦνται (23) εἰς στενὸν κομιδῇ συνελασθῆναι τοῖς Κελτοῖς καὶ ἐπομνύμενοι τὴν αὐτῶν παντελῆ πτῶσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον εἰς βοήθειαν αὐτῶν ἐσκόπει ταχῦναι, κἂν ἅπαντες αὐτὸν τῆς τοιαύτης ὁρμῆς ἀνέκοπτον· ἐπεὶ δὲ Βαρβάρων κατ' αὐτοῦ ἔφοδος ἀμυθήτων ἁπανταχῆ διεκηρυκεύετο ἐπικαταλαμβάνειν αὐτὸν ἤδη· καὶ γὰρ ὁ τοῦ Χοροσᾶν σουλτὰν τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῶν Κελτῶν μεμαθηκὼς ἐπέλευσιν [68], τὸν ἴδιον υἱὸν Ἰσμαὴλ τὴν κλῆσιν, ἀπείρους δυνάμεις ἀπό τε τῶν [69] Χοροσᾶν ἀπό τε τῶν πορρωτέρων [70] μερῶν συναγαγὼν καὶ καρτερῶς ἐξοπλίσας ἅπαντας κατ' αὐτοῦ ἐξέπεμψεν, B ἐντειλάμενος τάχος τὸν αὐτοκράτορα ἐφθακέναι πρὸ τοῦ τὴν Ἀντιόχειαν καταλαβεῖν, τὴν μὲν δὴ ὁρμὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἣν εἶχεν ὑπὲρ τῆς τῶν Κελτῶν σωτηρίας, διαχρήσασθαί τε σπεύδων τοὺς κατ' αὐτοῦ τυττῶντας [71] Τούρκους. Καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τούτων ἡγεμόνα Κουρπαγὰν ἐπέσχε τὰ διαμηνυθέντα ὑπό τε τῶν ἐληλυθότων Φράγγων, ὑπό τε τὴν τοῦ Ἰσμαὴλ κατ' αὐτοῦ μηνυσάντων ἔλευσιν. Λογισμὸν δὲ τὸν εἰκότα περὶ τοῦ μέλλοντος λαμβάνων, ὡς ἀμήχανον εἴη πρᾶγμα σῶσαι πόλιν, ἄρτι μὲν ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἁλοῦσαν, ἀστατοῦσαν δ' ἔτι κἀκ τῶν ἔξωθεν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν αὐτίκα πολιορκουμένην τῶν Κελτῶν τὰς σωζούσας ἀπεγνωκότων ἐλπίδας καὶ βουλευομένων τοῦ C μὲν τείχους ἐρήμου παραχωρῆσαι τοῖς πολεμίοις· ἑαυτοὺς δὲ μόνους περισῶσαι διὰ φυγῆς. Ἔστι μὲν γὰρ τὸ τῶν Κελτῶν γένος μετὰ τῶν ἄλλων αὐτόνομόν τε καὶ ἀξύμβουλον, στρατηγικῇ δὲ εὐταξίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ μηδέποτε χρώμενον, ἀλλ' ἐπειδὰν μάχη καὶ πόλεμος περισταίη, περιυλακτοῦντος αὐτοῖς τοῦ θυμοῦ, ἀκάθεκτοί τέ εἰσιν οὐ τὸ στρατιωτικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἡγεμόνες, ὡς ἐς μέσας φάλαγγας τῶν πολεμίων εἰσπίπτοντες ἀφόρητοι, εἰ ὅλως τὸ ἀντικαθιστάμενον ὑποχαλάσειεν· εἰ δὲ στρατιωτικαῖς ἐμπειρίαις λόχους οἱ πολέμιοι πολλάκις καταστήσαιεν, καὶ τεχνικῶς αὐτοὺς μετελεύσονται, εἰς τοὐναντίον πᾶν τὸ θράσος αὐτοῖς περιίσταται. Τὸ γὰρ ὅλον εἰπεῖν εἰς πρώτους ῥυτῆρας ἀνυπόστοί εἰσιν οἱ Κελτοί, τὸ δέ γε μετὰ ταῦτα καὶ λίαν D εὐχείρωτοι, διά τε τῶν ὅπλων βάρος (24), καὶ τῆς γνώμης θυμοειδὲς καὶ ἀλόγιστον. Διὰ ταῦτα μήτε ἀποχρώσας πρὸς τοσαῦτα πλήθη δυνάμεις ἔχων,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[67] Ταρσαίων. [68] ἀπέλευσιν. [69] τοῦ. [70] προτέρων. [71] λυττῶντας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

gnominatur. Exstant Mabiliæ, et Guillelmi Grantimaisnilii filii, diplomata, an. 1122 et 1132, pro monasterio Deiparæ Ὁδηγητρίας, quod *de lo Patire* vocant Itali, ordinis S. Basilii, haud procul a Rossano, quod Rogerius comes Siciliæ, ipsaque Mabilia, multis beneficiis ditarunt. Habentur illa apud Ughellum, tom. IX *Italiæ sacræ*, pag. 387 et 680.

(22) *Στέφανος*. Stephanus comes Blesensis et Carnotensis, de cujus discessu ab Antiochia agunt Fulcherius, lib. I, cap. 8; Tudebodus, pag. 799; Albertus Aquileiensis, lib. IV, cap 13; **Robertus** monachus, lib. VI, pag. 59; Fulco, lib. I *Viæ Hier.*, pag. 892; Baldricus, lib. III, pag. 1118; **Guibertus**, lib. V, cap. 25; et Tyrius, lib. V, cap. 10; lib. VI, cap. 10. Cur vero vocetur ab Anna Κόμης **Φραγκίας**, multis diximus ad Joinvillam, dissert. 14.

(23) *Διαβεβαιοῦνται*. Robertus monachus, lib. VI, pag. 59; Tyrius, lib. VI, cap. 11 et alii.

(24) *Διὰ τὸ ὅπλων βάρος*. Vid. Not. ad Villhard. n. 212.

μήτε τὰς τῶν Κελτῶν γνώμας μεταλαβεῖν [72], μήτε A ξυμβουλῇ τούτους βελτίονι εἰς τὸ συμφέρον μετενεγκεῖν δυνάμενος, δέον ἐλογίζετο μὴ προσωτέρω χωρεῖν (25), ἵνα μὴ εἰς τὴν τῆς Ἀντιοχείας ἀρρωγὴν ἐπειγόμενος καὶ τὴν Κωνσταντίνου προσαπωλέσειε. Πτοηθεὶς δὲ μὴ ἐπικαταλαμβανόντων αὐτὸν Τουρκικῶν ἀμυθητῶν λαῶν, οἱ ἔποικοι τῶν μερῶν Φιλομηλίου παρανάλωμα βαρβαρικῆς γένωνται μαχαίρας, εἰς νοῦν βάλλεται διακηρυκεῦσαι μὲν ἁπανταχῇ τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἔφοδον καὶ παραυτίκα διεκηρυκεύετο, καὶ ὅτι ἕκαστος ἢ ἑκάστη προεξελθέτω τῆς τούτων ἐλεύσεως, τὰ σώματα αὐτὰ καὶ τὰ χρήματα ὁπόσα φέρειν δύνανται διασώζοντες. Εἵχοντο μὲν οὖν ἅπαντες εὐθὺς συνέψεσθαι τῷ βασιλεῖ, οὐχ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ γυναῖκες· οὕτω μὲν B οὖν τὰ τῶν αἰχμαλώτων ᾠκονόμητο τῷ βασιλεῖ. Μέρος δὲ τοῦ στρατιωτικοῦ ἀποτεμόμενος καὶ τοῦτο εἰς πολλὰ διελὼν [73] ἐν πολλοῖς μέρεσι κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐξαπόστειλεν [74], εἴ που προεκδρομάς τινὰς ποιουμένους τοὺς Τούρκους εὕροιεν ξυμμίγνυσθαί τε αὐτοῖς καὶ καρτερῶς μαχομένους ἀναστέλλειν τὴν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἔφοδον· αὐτὸς δὲ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τῶν τε ἑαλωκότων Βαρβάρων καὶ τῶν προσκεχωρηκότων Χριστιανῶν ἐπαναζεύγνυσι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν. Ὁ δέ γε ἀρχισατράπης Ἰσμαὴλ μεμαθηκὼς περὶ τοῦ αὐτοκράτορος ὅτι τῆς Κωνσταντίνου ἐξεληλυθὼς πολλὴν μὲν ἀνδροκτασίαν πεποιηκώς, πολλὰς δὲ καὶ κωμοπόλεις ἐν τῷ διέρχεσθαι παντελῶς ἐρειπώσας, πολλήν τε λείαν καὶ δορυαλώτους ἀναλαβόμενος ἐπαναζεύγνυσι πρὸς τὴν C βασιλεύουσαν μηδὲν ἔργον αὐτῷ καταλελοιπὼς ὡς τῆς ἄγρας ἀπέγνω ἐν ἀμηχάνοις καθίστατο, καὶ ἐφ' ἑτέραν τραπόμενος τὸ Παΐπερτ (26) πολιορκῆσαι ἐπέγνω. Ὅπερ πρὸ μικροῦ κατασχών, εἶχεν ὁ περίκλυτος ἐκεῖνος Γαβρᾶς Θεόδωρος καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγχοῦ τούτου ῥέοντα ποταμόν, ἅπαν ἐκεῖ τὸ στρατιωτικὸν κατέθετο. Τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ Γαβρᾶς διεσκοπεῖτο νυκτὸς ἐπεισπεσεῖν αὐτῷ.

A que amens animus consilii nihil expedit; nimirum frustrato confusoque, quem unum operum omnium instrumentum habet, vecordi ac præcipiti furore. Quorsum igitur ita turbidis, ita desperatis Gallorum rebus miscere suas Romanus curet? Et cum neque copias habeat vincendis Barbaris Antiochiam oppugnantibus pares, neque aut conferre consilia (quod opus erat ad conditionem rei gerendæ) cum obsessis queat : nec si id liceat, speret tamen in sententiam secum unam trahere genus pervicax et accipiendis consiliis indocile, utique nihil consulat prudentius quam hic sistere : ne si pergat, et in via male inita progrediendi perseverantiam obstinet, dum Antiochiæ auxilium importat, Constantinopoli accersat exitium. B Cæterum regressurus imperator a Philomelio misericordem concepit curam salutis ac libertatis Christianorum loca illa incolentium, quos imminente adventu barbaricarum copiarum innumerabilium occisione occidendos ab iratis Turcis intelligebat. Tanto ergo malo ut præverteret vulgari passim per regionem circum omnem Agarenorum expeditionem jussit, tum per præcones edici ut qui sexus ætatisque omnis salvi esse vellent, ad castra imperatoris in tuta mox recessuri sese sine mora adjungerent cum rebus omnes suis quascunque efferre possent, sic futurum ut et corpora et opes certo exitio eriperent. Ad hanc vocem congregata multitudo ingens virorum et mulierum imperatori comes revertenti fuit; immenso et caC ptivorum numero, et rerum præda barbaricam cupiditatem frustrans, una prudentia consilii opportune oblati, mature accepti. Porro imperator sollicitus ne sibi recedenti vestigia barbari cum pernicie magna instantes premerent, partem ex toto suo exercitu selegit cui curam demandaret reprimendarum incursionum Agarenicarum. Eam partem in multas particulas subsecuit, quibus vagari passim ac seorsim jussis mandavit, ut si quos offenderent Turcorum manipulos, audacter invaderent fortiterque 326 cædendis iis spem et cogitationem cæteris adimerent imperatoris persequendi. Ipse autem cum cætero universo populo captivisque Barbaris, ac metu migrantibus Christianis Constantinopolitanum iter terebat securus. Quando Ismael archisatrapa, qui cædes virorum, destructiones urbium, rerum corporumque prædas, quibus modis itinere toto a Constantinopoli ad Philomelium grassatum in Turcos Augustum didicerat, cumulate sese magna vicissim ipsius clade speraverat ulturum : tutum jam imperatoris recessum audiens, dolorem ereptæ prædæ tantæ, interversæque spei, oppugnatione Païperti consolari statuit. Arx ea erat occupata paulo ante ab illo late inclyto Gabra Theodoro qui factus certior de Ismaelis consilio, jamque illius copias prope amnem munitioni suæ isti proximum consedisse castris positis intuens, consilia versabat nocturnæ impressionis in Turcicas copias experiundæ.

Ἀλλ' ὁποῖον μὲν πέρας τὰ κατὰ τὸν Γαβρᾶν D ἔσχηκε, καὶ ὅθεν αὐτὸς ὥρμητο, καὶ ὁποῖος ἦν, ταμιευσάσθω ὁ λόγος ἐς τὸν προσήκοντα τόπον· τὰ νῦν δ' ἐχέτω τοῦ προκειμένου. Οἱ δέ γε Λατῖνοι

D Verum quem tota res habuerit exitum, simul et unde ortus hic Gabras et qualis fuerit, dicendum aptiori loco reservetur. Nunc quod proposuimus decet exsequi, de Antiochensibus Latinis, qui ma-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[72] μεταβαλεῖν. [73] διαιρῶν. [74] ἐξαπέστειλεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(25) *Μὴ προσωτέρω χωρεῖν.* 370 Albertus Aquens., lib. IV, cap. 40, 41; Baldricus, lib. III, et alii.

(26) *Παΐπερτ.* Urbs in Armenia, apud Scylitzem.

gnis in angustiis deprehensi, fame hinc graviter urgente, Turcis illinc de oppugnatione vehementissima nihil remittentibus, ad Petrum accedunt illum qui victus ad Helenopolim fuerat, ut diximus, episcopum ipsorum, supplicesque ab eo petunt quid sibi tantis in malis auctor esset ut facerent? Quibus ille: *Nempe*, inquit, *castis corporibus sanctum iter emensuros, et quoad attigissetis Hierosolymam non relaxaturos continentiam Deo polliciti, fidem videlicet fefellistis: indeque subtracto vobis, quo antea vigebatis vincebatisque, auxilio cœlesti, retro fluere res vestras, ac pessum ferri, dolere magis quam mirari convenit. Vos vero, si mihi creditis, convertemini ad Dominum et in sacco ac cinere pervigilandis jugi supplicio noctibus, lacrymisque uberibus in vera peccatorum detestatione fundendis, cæterisque id genus pœnitentiæ non fictæ documentis eluere satagetis maculas susceptas. Hæc si vos pro virili accurabitis et conabimini, tum ego audebo sane me sequestrum atque interpretem ferre vestrum ad Dominum, vestraque ad illum deferre vota conjunctis et meis, quo eum vobis, si fieri poterit, reddam propitium.* Talibus episcopi monitis persuasi comites institere Numini placando per aliquot dies. Post quos divino afflatus oraculo pontifex accersitis præcipuis eorum mandat ut a dextris altaris fodiant, illic inventuri sanctum clavum. Faciunt illi sedulo quod erat jussum, pauloque post mœsti renuntiant frustra se quæsisse speratum pignus. Ad eum nuntium antistes ingeminat ad Deum preces. Post quas remissis eodem principibus edixit, scrutarentur diligentius, nec gravarentur explorare tactu, curiosissima sollicitudine rimandi, venturam sic denique sub manum quæsitam rem. Parent: et voti compotes facti, repertum sacrum clavum alacri festinatione **327** cum gaudio quodam horrore misto ad Petrum deferunt. Electus hic castissimus habitus omnium Sangeles cui sanctum ac venerabile ferrum gestandum in præliis committeretur. Postridie fit eruptio per seductam portam, et male securis ab ea parte Turcis insuspicabilem. Magnopere ambierat tandemque impetraverat a ducibus cæteris comes Flandriæ sibi per eos ut liceret equo invehi primum in Turcos cum sociis duntaxat tribus. Cum ergo structæ in mutuo conspectu acies starent, et

A ὑπὸ λιμοῦ τε καὶ συνεχοῦς πολιορκίας δεινῶς πιεζόμενοι προσεληλυθότες τῷ εἰς [75] Ἑλενούπολιν τότε ἡττηθέντι Πέτρῳ (27) τῷ ἐπισκόπῳ αὐτῶν ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ᾐτοῦντο βουλὴν ἐξ αὐτοῦ. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς· *Ἁγνοὺς, φησὶ, τηρῆσαι αὐτοὺς ὑποσχόμενοι μέχρι ἂν τὴν Ἱερουσαλὴμ καταλάβητε, παρέβητε, οἶμαι, τὴν ὑπόσχεσιν. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὑμῖν οὐκ ἐπαρήγει ὡς τὸ πρότερον ὁ Θεός. Δεῖ οὖν ἐπιστραφῆναι πρὸς τὸν Κύριον καὶ τὰς σφῶν ἀποκλαύσασθαι ἁμαρτίας, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καὶ δάκρυσι θερμοῖς τὴν μετάνοιαν ἐνδειξαμένους, καὶ παννύχοις δεήσεσι. Τότε δὴ σχολάσω καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ὑμῶν τὸ θεῖον ἐξιλεούμενος.* Πείθονται ταῖς τοῦ ἀρχιερέως παραινέσεσι. Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ἐκ θείας ὀμφῆς B κινηθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς μεταπεμψάμενος τοὺς μεγιστάνους τῶν κομήτων παρηγγυᾶτο δεξιόθεν διορύξαι τοῦ θυσιαστηρίου, κἀκεῖσε τὸν ἅγιον εὑρηκέναι ἧλον (28). Τὸ ἐπιταχθὲν οὖν πεποιηκότες ἐπεὶ μὴ εὕρισκον ἐπαναστρέψαντες μετὰ ἀθυμίας τὴν τοῦ ζητουμένου διαμαρτίαν ἀπήγγελλον. Ὁ δὲ ἐκτενέστερον τὴν δέησιν ποιησάμενος, ἐπιμελέστερον τὴν τοῦ ζητουμένου ἀναψηλάφησιν ποιήσασθαι ἐπέταττεν. Οἱ δὲ καὶ αὖθις ἐπλήρουν τὸ κελευσθὲν, καὶ τὸν ζητούμενον εὑρηκότες, δρομαίως προσέφερον τῷ Πέτρῳ χαρᾷ καὶ φρίκῃ συνεχόμενοι. Κἄκτοτε ὡς ἁγνοτέρῳ τῶν ἄλλων τῷ Σαγγέλῃ (29) ἐν ταῖς μάχαις τὸν σεπτὸν καὶ θεῖον ἐνεχείριζον ἧλον. Τῇ γοῦν μετ' αὐτὴν ἐξ ἀνυπόπτου [76] πύλης κατὰ τῶν Τούρ- C κων ἐξώρμησαν. Τότε δὴ ὁ καλούμενος Φλάντρας (30) ᾐτήσατο τοὺς λοιποὺς μίαν ταύτην αἴτησιν παραχωρηθῆναί οἱ μετὰ τριῶν μόνον κατὰ τῶν Τούρκων τῶν ἄλλων πρῶτον αὐτὸν ἐξιππάσασθαι. Δέδοται δὴ τούτῳ τὸ αἰτηθέν· καὶ ὁπηνίκα αἱ φάλαγγες ἑκατέρωθεν ἴλαδὸν ἔστησαν καὶ ἡ τοῦ πολέμου σύναψις ηὐτρέπιστο [77], αὐτὸς τοῦ ἵππου ἀποβὰς καὶ προσουδίσας ἑαυτὸν τρισάκις τῷ Θεῷ ἐπηύξατο, ἐκεῖθεν τὴν βοήθειαν ἐξαιτούμενος. Βοησάντων δὲ πάντων, *Ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν* (31), ὅλους ῥυτῆρας κατ' αὐτοῦ τοῦ Κουρπαγᾶ ἐνέδωκεν ἐπί τινος λόφου ἱσταμένου. Εὐθὺς οὖν τοὺς κατὰ πρόσωπον αὐτῶν ὑπαντιάσαντας, τοῖς δόρασι βαλόντες κατὰ γῆς ἔῤῥιψαν. Ἐντεῦθεν οὖν ἐκδειματωθέντες οἱ Τοῦρκοι, πρὸ τοῦ D συῤῥαγῆναι τὸν πόλεμον εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, θείας πάντως δυνάμεως ἐπαρηγούσης τοῖς Χριστια-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[75] τῇ εἰς. [76] ἀνεπόπτου. [77] ηὐτρέπισται.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(27) *Πέτρῳ*. Petrum eremitam cum altero Petro perperam hic confundit Anna; Petro enim, cui revelata est lancea Dominica. clericus fuit de terra Provinciæ, cognomento Bartholomæus, uti passim asserunt scriptores rerum Hierosol. Raimundus de Agiles, pag. 150, 151, 152, 156; Albertus Aq., l. IV, c. 43, 47, 52; l. V, c. 32; Guibert., l. VII, c. 31; Fulcher., l. I, c. 10, 15; Tyrius, lib. VI, cap. 14; et Ordericus Vitalis, qui Petrum, Abraham cognominatum tradit lib. IX et X, pag. 739, 741, 779.

(28) *Τὸν ἅγιον ἧλον*. Atqui sacra lancea, qua Christi latus perforatum fuit, asservabatur eo ævo Constantinopoli, si qua fides scriptoribus Byzantinis, nisi λόγχης, seu lanceæ vocabulo, ferrum ipsius lanceæ intellexerint, quod sua tempestate exstitisse Constantinopoli profitetur diserte Anna, quod admodum probabile est. Neque enim si lancea ipsa exstitisset Constantinopoli, omnino siluisset. Vide Not. ad pag. 242 et 415.

(29) *Σαγγέλῃ*. Sacram lanceam in præliis a comite S. Ægidii prælatam tradunt præterea Raimundus de Agiles, Albertus Aq. et alii.

(30) *Ὁ Φλάντρας*. Vide Albertum Aq., lib. IV, cap. 55.

(31) *Ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν* Vide dissertat. 11, ad Joinvillam.

νοῖς. Κἂν τῷ φεύγειν παραπορίσαντες οἱ πλεῖστοι τῶν Βαρβάρων, ταῖς δίναις τῶν ποταμίων συσχεθέντες ῥευμάτων ἀπεπνίγησαν, ὡς ἀντὶ γεφύρας χρηματίσαι τὰ σώματα τῶν ἀποπνιγέντων, τοῖς ὄπισθεν ἐρχομένοις. Ἐφ' ἱκανὸν οὖν καὶ τοὺς φεύγοντας διώξαντες πρὸς τὴν Τουρκικὴν ταφρείαν ὑπέστρεψαν. Κἀκεῖσε τὰς βαρβαρικὰς σκευὰς εὑρηκότες, καὶ ἣν συνεπεφέροντο λείαν ἅπασαν, ἀναλαβέσθαι μὲν ἤθελον παραχρῆμα, πολλὴν δὲ οὖσαν διὰ τριακονθημέρου μόλις ταύτην εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν Ἀντιόχου (32) πόλιν ἐξίσχυσαν.

Ἐπ' ὀλίγον οὖν αὐτοῦ που ἐγκαρτερήσαντες ἐφ' ᾧ τῆς τοῦ πολέμου κακοπαθείας ἑαυτοὺς διαναπαῦσαι· ἅμα δὲ καὶ τῆς Ἀντιόχου φροντίδα ποιούμενοι, ἀνεζήτουν τὸν ταύτην φρουρήσοντα· ἣν δὲ ὁ Βαϊμοῦντος καθάπερ πρὸ τοῦ τὴν πόλιν ἁλῶναι φθάσας ᾐτήσατο. Παρακεχωρηκότες δὲ αὐτῷ τῆς ἁπάσης ἐξουσίας τῆς Ἀντιόχου, αὐτοὶ τῆς πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα φερούσης ἥψαντο. Ἐν δὲ τῷ διέρχεσθαι, πολλὰ μὲν τῶν παραλίων κάστρων κατέσχον· ὁπόσα δὲ ἐρυμνότατα [78] ὄντα πλείονος ἐδεῖτο τῆς πολιορκίας παραδραμόντες τῷ τέως αὐτὰ, πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔσπευδον. Περιζώσαντες δὲ τὰ τείχη καὶ πυκναῖς προσβολαῖς πολιορκοῦντες αὐτὴν διὰ μέσης (33) σεληνιακῆς περιόδου κατέσχον, πολλοὺς τῶν ἐντὸς Σαρακηνῶν καὶ Ἑβραίων ἀνῃρηκότες. Πάντων δὲ ὑποταγέντων αὐτοῖς, ἐπεὶ ὁ ἀντιβαίνων οὐδεὶς, τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν τῷ Γοντοφρὲ ἀναθέμενοι, ῥῆγα τοῦτον ὠνόμασαν (34). Διαμηνυθείσης δὲ τῆς

pransi parati sese utrimque ad congressum milites accingunt, Flandrensis equo desiliens terræ solum osculatur tertio, Deum adorans atque invocans toties, mox bene ominantibus cunctis, et *Deus nobiscum* acclamantibus, totis habenis in ipsum Curpagan invehitur super tumulo quodam stantem.* Quotquot occurrunt Turci vastis perfossi hastarum ictibus sternuntur. Qua vulgata in multos clade, cæteris animus contra occurrendi metum in turpem, et fugæ ante pugnam occupandæ præcipitem impetum mutatus est. Terga vertit tantus exercitus lacessentibus et insequentibus viris quatuor, manifesto numine auxiliantis et Christianam rem miserantis Dei. Nec fuga indemnis fuit. Sic amentes et attoniti ruebant ut in vortices objacentis fluminis se ultro injicerent :| haustorum aquis inde numerum colligas, quod coacervata pleno alveo cadavera pontis usum insequentibus præbuere. In hunc modum fugientes Turcos persecuti Galli quantum satis fuit, in castra Barbarica redeunt, spoliorum omnis generis immensa vi referta. Itaque cum haud segniter operam direptioni darent : adeo tamen exhaurire infinitas opes tot [manus unius diei rapina nequivere, ut ne consecutis quidem et egerendo absumptis triginta inde continuis aliis tota intra urbem Antiochiam comportari vix præda valuerit.

Resedere post hæc ibidem aliquandiu Galli, tum ut se a fatigatione maxima priorum vigiliarum atque certaminum opportuna quiete reficerent, tum ut interim custodiæ urbis Antiochiæ securitatique providerent. Non fuit quærendus ad eam rem alius a Baimundo, qui hanc sibi præfecturam extra sortem excipi, firmarique assensu ac suffragiis comitum jam ante captam civitatem mature curaverat. Ei ergo commendata cura omni, permissaque potestate urbis Antiochenæ, Galli duces Hierosolymam versus iter intendunt. Multisque obiter potiti maritimis arcibus, quæ faciliores expugnatu sunt visæ (nam quarum expugnationem majoris operæ moræque longioris fore videbant, eas festinantes alio intactas præteribant, Hierosolymæ tandem admoverunt copias, quam obsidentes oppugnantesque, valida undique succussione murorum crebrisque ac vehementissimis insultibus dimidio mense subege-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] εἷλον δὲ καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. πολλούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(32) *Τὴν Ἀντιόχου*. Cruce signati, inquit Albertus Aq., lib. v, cap. 2, ut et Robertus monachus, lib. vii : *Boemundum dominum et advocatum urbis constituerunt, eo quod multum in traditione urbis expendisset plurimumque laboris pertulisset*. Cujus quidem urbis *princeps* appellatus est, *quoniam*, ait Tyrius, lib. vi, cap. 23, *apud suos nomine dignitatis princeps dictus fuerat*. Tarenti scilicet, ut est in libro vernaculo, *Les familles d'outremer*; et apud Sigonium, lib. ix *De regno Ital.*.

(33) *Διὰ μέσης*. Capta est Hierosolyma 15 Jul. feria 6, an. Chr. 1099, obsessa vero die 6 Jun. Tudebodus, lib. v; Albertus Aq., l. vi, cap. 6; Tyrius, lib. viii, cap. 24. Urbis autem gubernator erat Zahradaula filius Gajusci, qui timore perculsus fugit, ut est in *Chronico Orientali*.

(34) *Ῥῆγα ὠνόμασαν*. Verum rexne appellatus fuerit Gothofredus, jure ambigitur. Certe a plerisque scriptoribus hoc titulo donari palam est, quibusdam etiam coævis. Quippe Robertus monachus, lib. ix, *regem* perpetuo vocat. Baldricus, lib. iv : *Et ecce te regem post Deum designamus*. Tudebodus, lib. v, pag. 815 : *Dux autem Gothofredus, qui jam electus erat ad regem in Jerusalem*. Nec discrepant Raimundus de Agiles, pag. 179; Baldricus, lib. vii, cap. 13; auctor *Gest. expugn. Hieros.*, cap. 30 : Willelmus Malmesburiensis, lib. iv; Ordericus Vitalis, lib. ix, pag. 757 et alii non pauci. At cum Balduinus, Gothofredi frater et successor, primus Hierosolymorum rex dicatur apud Jacobum de Vitriaco, lib. i, cap. 38, ipseque *primum Francorum regem in Jerusalem* sese inscribat in diplomate, quod exstat apud Tyrium, lib. xi, cap. 12, jure, inquam, ambigitur an regem se Jerosolymitanum inscripserit Gothofredus. Constat præterea regum Jerosolymitanorum seriem ab eodem Balduino vulgo auspicari scriptores; Fulcherius Carnotensis, lib. ii, cap. 26, de Balduino II rege, Balduini I successore, *Rex quidem Jerosolymorum futurus, et a primo rege secundus*. Sic Fulco Andegavensis, Balduini II successor, *tertius rex Jerosolymitanorum* dicitur apud Willelmum Gemetic., lib. viii, cap. 34. Sic etiam Balduinus III Fulconis filius et successor in diplomate, an. 1151, quod exstat apud Duchesn. in Probat. *Hist. Bethuneæ*, pag. 370 : *Per Dei gratiam in sancta Jerusalem Latinorum rex quartus*.

runt; Saracenis Hebræisque qui intus erant interfectis plurimis. Locis porro et gentibus cunctis late per circuitum domitis, **328** pacate plena victoria fruentes, summam rerum Cothofredo deferunt, quem regem elegerunt nominaruntque. At Amerim-

A τῶν Κελτῶν ἐφόδου τῷ ἐξουσιαστῇ Βαβυλῶνος Ἀμεριμνῇ (35), καὶ ὅπως παρ' αὐτῶν ἥ τε Ἱερουσαλὴμ ἑάλω καὶ αὐτὴ ἡ Ἀντιόχου καὶ ἄλλα, πολλαὶ πόλεις αἱ ταύτῃ παρακείμεναι παρὰ τῶν Κελτῶν κατεσχέθησαν, τηνικαῦτα πολὺ πλῆθος συναγηοχὼς (36),

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Amalricus denique Balduini frater: *Per Dei gratiam in sancta civitate Jerusalem Latinorum rex quintus*; in altero an. 1169, **371** quod ab Ughello refertur in *Archiepiscopis Pisanis*, inscribuntur. Rem conciliat Tyrius, lib. IX, cap. 9, scribens Gothofredum, regem quidem fuisse electum, *promotum autem, humilitatis causa, corona aurea, regum more, in sancta civitate noluisse insigniri, ea contentum, et illi reverentiam exhibentem, quam humani generis reparator in eodem loco usque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportavit. Unde quidam*, subdit idem Tyrius, *in catalogo regum, non distinguentes merita, eum dubitant connumerare*. [Et sane admodum vero videtur simile Gothofredum regium abnuisse nomen, memorem consilii ab episcopis dati, qui post captam urbem urgentibus nostris, ut aliquis in regem eligeretur, qui eam custodiret, responderunt, *non debere ibi eligi regem ubi Deus passus et coronatus est*, etc., *sed esset aliquis, advocatus, qui et civitatem, custodiret, custodibus civitatis tributa regionis divideret et reditus*. Hæc Raimundus de Agiles, quibus consentanea sunt quæ habet vetus scriptor tom. IV *Hist. Franc.*, pag. 92: *Factis itaque crebris letaniis et jejuniis, unanimi consilio eligunt ducem Gothofredum sibi præesse, qui promptior cæteris ducibus et manu et consilio probatus fuerat; cauti in hoc quod nequaquam ei licere judicant, regium diadema infra eamdem urbem portare. Solus enim Christus ejus urbis rex digne judicatur, qui pro peccatis nostris in eadem suscepit coronam spineam*. Denique Gervasius Tilleberiensis, in *Otiis imperial*, part. II: *Dux quoque Godofredus regnum suscipiendum in excusationem duxit, prætextu sanctæ humilitatis, asserens se indignum illic corona aurea insigniri, ubi Christus corona spinea pro nostra salute voluit coronari*. Nec alia videtur motus ratione regnum Jerosolymitanum sibi a proceribus primum delatum recusasse Raimundus Sanctægidianus comes, cum, ut auctor est idem Raimundus de Agiles, illis reposuerit, *nomen regium se perhorrescere in illa civitate, præbere tamen se illis consensum, si id alius acciperet*. Abstinuit igitur a regio titulo Gothofredus, et ut est in illius epitaphio apud Rineccium,

Rex licet electus, rex noluit intitulari,
Nec diademari, sed sub Christo famulari.

Unde evidenter patet adulterinum prorsus et supposititium esse Gothofredi sigillum, quod proferunt Doutremannus in Vita Petri Eremitæ, et Malbrancus, in libb. *De Morinis*, in quo regis titulo donatur. Verum non ab omnibus æque probatum, quod Gothofredus corona regia insigniri abnuerit; unde re prudentius considerata, post ejus excessum, Balduinum fratrem in regem honorifice sub sacra unctione sublimandum et coronandum decreverunt proceres Galli, *quod fratri suo non fecerant, quoniam noluit*, inquit Fulcherius, lib. II, cap. 5. *Quid enim obest*, aiebant illi apud eumdem, *si Christus Dominus noster in Jerusalem tanquam scelestus aliquis convitiis dehonestatus, et spinis est coronatus cum etiam ad ultimum mortem pro nobis pertulit volens? Corona quidem illa, quantum ad intellectum eorum, non fuit honoris, nec regiæ dignitatis, imo ignominiæ et dedecoris. Sed quod illi truces ad improperium ei fecerunt, gratia Dei ad salutem nostram et gloriam versum est*, etc.

(35) *Βαβυλῶνος Ἀμεριμνῇ*. Ἀμερμουμνῆς dicitur Cedreno et Zonaræ in Theophilo, et Constantino Porph. *De adm. imp.* cap. 25, qui Annæ ἀμεριμνῆς. Sic autem supremos, quibus parebant, principes indigitabant Turci et Saraceni quos inter primum obtinuit locum amermumnes Asiaticus Bagdatensis, seu Babylonius, qui imperabat universæ Africæ, Ægypto, Syriæ, et Arabiæ Felici, quibus provinciis totidem præfecti erant amerades, seu amiralii. Ab illius imperio avulsa primum Africa, deinde Persis, seu Chorozan, denique Arabia Felix, quarum amerades, excusso Bagdatensis jugo, amermumnes se inscripserunt. Ita Porphyrogenitus loco citato. At Alexii **372** ævo, B Syria partim principi Bagdatensi, seu Chorozano, partim Ægyptio sultano parebat. Unde in Historia belli sacri passim principis utriusque mentionem fieri observare est. Hierosolymam enim et urbes adjacentes paulo ante Francorum in has plagas expeditionem, Persico, vel Chorozano, ademerat Ægyptius, seu Babylonius, ut pluribus narrat Albertus Aq. lib. VI, cap. 31, 32 et 33; Otho Frising. lib. VII, cap. 4; Tyrius, lib. I, cap. 2, 3 et seqq. et lib. VII, cap. 9. Is *Babyloniorum amirabilis* dicitur eidem Alberto, lib. III, cap. 59; et Matthæo Paris. an. 1236; *amiravisus* Tudebodo, lib. V, pag. 814; *admiraldus* Othoni Frising. Antiochia vero et Damascus adhuc Chorozano principi suberant, qui promiscue *soldanus et princeps Turcorum* vocitatur ab Alberto Aq. lib. IV, cap. 2, a Chalipha Bagdatensi diversus, penes quem titulo tenus summa rerum erat, vel saltem religionis Mahumetanæ, uti pluribus narrant Tyrius, lib. IV, C cap. 11; et Benjaminus Tudel. in *Itiner*. Unde *apostolicus Turcorum* dicitur Tudebodo, et *papa Turcorum* Raimundo de Agiles et Jacobo de Vitriaco, lib. III, eoque nomine Alcoranum e collo pendentem torquis instar gestabat, ut auctor est idem Porphyrogenitus. Habitabat ille in Bagdat, perinde ac sultanus. Ita Albertus Aqu. lib. VIII, cap. 7. Hinc est quod non semel legimus ab his principibus Antiochenorum auxilio missum Corbagath. Quemadmodum igitur Bagdatenses sultani Ἀμερμουμνῆς nuncupati sunt, seu ut habent *Annales Franc.* an. 801, et 802, *almiralmumminin*, ubi de Aarone Persarum, seu Chorozani rege, vel sultano, ita eadem appellatione Africanos principes, excusso Persici, seu Chorozani imperio, postmodum donatos constat ex Zonara in Michaele Balbo: quam vocem varie efferre solent scriptores. Nam *amiralmuminin* dicuntur apud Isidorum in Chron.; *mirammemini*, apud Rodericum Tolet. lib. III *De reb. Hisp.* cap. 20; *murmelini*, Matthæo Paris.; D *miramomelini*, vel contractius, *miramolini*, apud cæteros Hispanicos scriptores. Fredegarius Schol. an. 767, *amermuni* habet vocabulo magis ad Græcum accedente. Denique Chronicon Orientale *amiralmumunina* præfert, notatque primum Homarum calipham hancce sibi arrogasse appellationem. At cum variæ diversæque hæ appellationes unum idemque sonent, constat etiam ejusdem esse originis, et *credentium principem*, seu *fidelium imperatorem* significare apud Arabes: quod pridem docuerunt Rigordus, an. 1195; Sanutus, lib. III, part. III, cap. 5; Joan. Mariana, *De reb. Hisp.* lib. VI, cap. 11; Leunclav. in *Pand. Turc.*; Victor Cajetan. in *Paradigm. quatuor linguar.*; Watsius, in Gloss.; D. de Marca Tolosan. archiep. in *Hist. Beneharn.* lib. II, cap. 2, n. 2; et Abraham Echellensis

(36) *Συναγηοχώς*. Vide Albertum Aq. lib. VI, cap. 41; Fulcher. lib. I, cap. 19; Baldric. lib. IV; Guibert. lib. VII, cap. 15; Othon. Frising. l. VII, c. 5.

A ἔκ τε Ἀρμενίων, Ἀράβων [79], Σαρακηνῶν τε καὶ Ἀγαρηνῶν, κατ' αὐτῶν ἐξαπέστειλε. Τούτου διαμηνυθέντος παρὰ τοῦ Γοντοφρὲ τοῖς Κελτοῖς τηνικαῦτα ὡπλίσαντο κατ' αὐτῶν, καὶ κατελθόντες εἰς τὸν [80] Ἰάφα (37) τὴν ἐκείνων περιέμενον ἔφοδον. Εἶτα ἐκεῖθεν κατέλαβον τὸ Ῥάμελ (38), ἐν ᾧ καὶ ὁ μεγαλομάρτυς Γεώργιος (39) μεμαρτύρηκε. Καὶ ἑνωθέντες τῷ κατ' αὐτῶν ἐρχομένῳ στρατεύματι τοῦ Ἀμεριμνῆ, συνῆψε πόλεμον μετ' αὐτῶν. Καὶ τὴν νικῶσαν (40) εἶχον εὐθὺς οἱ Κελτοί. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν (41) καταλαβόντες ἐξοπισθίων τοῦ προμετωπίου τῆς φάλαγγος, ἡττήθησαν οἱ Λατῖνοι μέχρι τοῦ Ῥάμελ περισωθέντες. Μόνος δὲ ὁ Βαλδουῖνος κόμης ἀπῆν φυγαδείᾳ χρησάμενος οὐχ ὡς ἄνανδρος, ἀλλ' ὥς τι κρεῖττον προμηθευσόμενος περί τε τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν [81] Βαβυλωνίων B στρατεύματος. Καταλαβόντες δὲ οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ κυκλοτερῆ τὴν πολιορκίαν τοῦ Ῥάμελ ποιούμενοι, θᾶττον τοῦτο κατέσχον. Πολλοὶ δὲ τῶν Λατίνων τηνικαῦτα κτείνονται, πλείους δὲ καὶ ζωγρείᾳ πρὸς Βαβυλῶνα ἐστάλησαν. Ἐκεῖθεν δὲ ὑποστρέφον τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν τῶν Βαβυλωνίων πρὸς τὴν πολιορκίαν τοῦ Ἰάφα (42) ἠπείγετο· τοιοῦτον γὰρ τὸ βάρβαρον ἀεί. Ὁ δέ γε ἀνωτέρω ῥηθεὶς Βαλδουῖνος τὰς παρὰ τῶν Φράγγων ἑαλωκυίας κωμοπόλεις ἁπάσας περιιὼν οὐκ ὀλίγους τε συναγηοχὼς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἀξιόμαχον στράτευμα συνεστήσατο. Κἀντεῦθεν τοῖς Βαβυλωνίοις ἐπελθὼν [82] ἥττησε (43) κατακράτος.

C Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν κατὰ τὸ Ῥάμελ τῶν Λατίνων ἧτταν μεμαθηκὼς, περιαλγήσας ἐπὶ τῇ τῶν Κομή-

A nas princeps Babylonis audita fama expeditionis Gallorum, captæque ab ipsis Hierosolymæ, Antiochiæ quoque ipsius, illique adjacentium aliarum urbium multarum, congregatas celeriter ingentes copias ex Armenis, Arabibus, Saracenis, Agarenisque contra ipsos misit. Id cum Gothofredus rite compertum indicasset Gallis cæteris, illi omnes pariter adversum Babylonios se armant; et convenientes in locum Japha dictum eorum illic impetum parati exspectant. Paulo post tamen inde transeunt in Ramel, locum martyrio magni Georgii celebrem, ubi occurrente Amerimnæ exercitu acre commissum est prælium Gallis victoribus. Verum postridie, iis qui extrema in acie steterant, in fronte collocatis et redintegrato certamine victi victores vicerunt, B eosque fusos fugatos usque ad Ramel persecuti sunt. Solus Balduinus necessitatem matura fuga vitavit includendi se in arcem mox obsidendam: non ulla ille quidem ignavia vel degeneri metu, sed forti providentia ultorem se cladis a Babyloniis acceptæ et salutis suæ suorumque auctorem parans. Interim victores Barbari Ramel obsident, brevique capiunt, multis Latinorum cæsis, pluribus captis, et Babylonem a toto exercitu deductis. Mox inde revertentes copiæ, ut sunt acres in persequenda victoria Barbari, ad oppugnationem Japhæ pergunt. Verum supradictus Balduinus captas prius a Francis urbes magnas minutasque circumiens non paucos ex singulis pedites equitesque congregatos in unum satis magnum collegit exercitum, cum quo progressus in pugnam, Babylonios prælio vicit.

C Porro imperator post auditam Latinorum Ramelensem cladem, facere nequivit quin magna Fran-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[79] Ἀῤῥάβων. [80] τό. [81] Desunt voces κατὰ τῶν. [82] ἀπελθών.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(37) *Ἰάφα*. Quæ et *Joppe*. Urbs nota.

(38) *Ῥάμελ*. Rama, quæ *Ramula*, et *Rames* promiscue scriptoribus dicitur. *Miliariam* olim cognominatam docet vetus Inscriptio Trevirensis, apud Brovuer. in *Proparasc. Annal. Trevirens.* cap. 16: FL. GORDIO RUFINO. ELIB. H. HORTIS RAMAE MILIARIAE IN. SYRIA GENITUS. IN. ASIA. TRALLIS DEFVNCTVS. AVG. TR. LVCIA. AFRANIA. VALENTINA. CONIVGI. KARISSIMO. VIVA. FECIT. Desertam a Turcis Ramam paulo ante ceperant Franci, uti habent Albertus D Aq. lib. v, cap. 42; Guibertus, lib. VIII, cap. 1; Baldricus, lib. IV, pag. 130; et Tyrius, lib. x, cap. 16, 17. De Rama urbe, quædam observant non contemnenda Benjaminus in *Itiner.* edit. Plantin. pag. 48 et 49; et Belonus, lib. I Observationum cap. 80.

(39) *Γεώργιος*. **373** Haud procul a Rama urbe martyrio sublatus fuit D. Georgius, quo in loco, qui uno ab urbe milliari distat, exstructum postmodum templum Divo sacrum, quod describitur a Joanne Phoca in Descript. Terræ S. n. 29: Epiphanio Hagiopolita, *De locis sanctis*, anonymo, *De locis Hierosol.* et Willebrando ab Oldenborg. in *Itiner. Terræ Sanctæ*. Agunt etiam de eo Robertus Mon. lib. VIII extremo; Baldricus, lib. IV, pag. 130; Guibertus, lib. VII, cap. 1; Albertus Aq. lib. IX, cap. 2; Fulcherius, lib. II, cap. 13; Tyrius, lib. VII, cap. 22 · Willelmus Malmesbur. lib. IV *De gest. Angl.*; Glaber Rodulfus, lib. III, cap. 7; *Gesta Franc. expug. Hier.* cap. 22 et 46; Franciscus Quaresmius, lib. IV *Elucidat. Terræ Sanctæ*, cap. 3 et 4; denique Joannes Seldenus, libro vernac. *Titles of honor*, II part. cap. 5 § 42 et seqq. ubi quæ de hocce Divo ab antiquis scriptoribus observata sunt, fuse pariter ac erudite suo more congessit.

(40) *Καὶ τὴν νικῶσαν*. Commissum hoc prælium prid. Id. Aug. an. 1099; haud procul ab Alcalona refert Albertus Aq. lib. VI cap. 1.

(41) *Τῇ δὲ μετ' αὐτήν*. De hac Gallorum postridie commissi prælii clade silent scriptores nostri, quam ex iis quæ proxime sequuntur perperam confundere Annam constat cum ea quæ accidit circa festum Pentecostes, an. Chr. 1102, post exstinctum Gothofredum, Balduino tunc regnante, quo vix fuga elapso Saraceni, Ramam obsidione cinxerunt. Albertus Aq. lib. IX, cap. 2 et seqq. Fulcherius Carnot. lib. II, cap. 18; *Gesta Franc. exp. Hier.* cap. 48; Tyrius lib. x, cap. 20 et seqq.

(42) *Πολιορκίαν τοῦ Ἰάφα*. De obsessa Joppe post prædictum prælium agunt Albertus Aq. lib. IX, cap. 23, 25; Fulcherius, lib. II, cap. 20; *Gesta Francor.* cap. 50; Tyrius, etc.

(43) *Ἥττησε*. Albertus Aq. lib. IX, cap. 12; Tyrius, lib. x, cap. 18.

corum comitum commiseratione teneretur; quippe quos norat genere ortos illustrissimo heroum olim celebratorum, tum ætatis flore atque artuum robore nequaquam ab avita gloria degenerantes. Hos ergo tales viros servitutem servire miseram apud infideles Barbaros non ferens clemens princeps, Bardalem quemdam cum magna pecunia et litteris ad Amerimnam scriptis Babylonem destinavit ad eos liberandos. Amerimnas lectis Augusti litteris comites omnes libentissime sine pretio dimisit, excepto Gotthofredo; hunc enim jam antea Balduinus ejus frater numerata mercede redemerat. Liberati comites Constantinopolim venerunt, ubi eos perhonorifice imperator excepit, tenuitque aliquandiu benignissime, quoad e viæ ac captivitatis **329** molestiis refectos largaque pecunia donatos abire in domos suas lætos passus est. At Gotthofredus plene jam restitutus in regnum, Hierosolymitanis rebus satis firmatis, Balduinum fratrem suum redire Edessam permisit.

Sub id tempus imperator Sangeli mandavit ut Laodiceam quidem Andronico Tzintzilucæ traderet, castrum vero Maracei et castrum Balanei daret iis qui Eumathio suberant, qui Cypri dux eam tum insulam præsens gubernabat; ipse porro pergeret et alias quam posset plurimas arces occupare conaretur. His ille litteris obtemperans strenue quod jubebatur exsequi perrexit. Nam postquam arces prius captas iis quos nominavi cum fide reddidit, Antarado admovens, eam quoque munitionem sine certamine subegit. Verum Atapacas rerum potiens

των αἰχμαλωσίᾳ, ἅτε γινώσκων αὐτοὺς, κατά τε ὥραν καὶ ῥώμην σώματος καὶ περιφάνειαν γένους τῶν πάλαι ὑμνουμένων, οὐκ ἔφερεν ἐπιπλέον τούτους δορυαλώτους ἐπὶ ξένης εἶναι. Ἐνθέντοι μεταπεμψάμενός τινα Βαρδαλῆν καλούμενον, χρήματά τε ἱκανὰ ἐπιδοὺς πρὸς τὴν ἐκείνων ἀνάῤῥυσιν πρὸς Βαβυλῶνα ἐκπέπομφεν, ἐγχειρίσας αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν Ἀμεριμνῆν γράμματα περὶ τῶν κομήτων διαλαμβάνοντα. Ὁ δὲ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ἀνελίξας γραφὰς ἄτερ τιμῆς τοὺς κόμητας, ἀπεδίδου μετὰ περιχαρείας, πλὴν τοῦ Γοντοφρέ (44)· ἐκεῖνον γὰρ προφθάσας πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Βαλδουῖνον τιμῆς ἀπέδοτο. Καταλαβόντας δὲ τὴν μεγαλόπολιν [83] τοὺς κόμητας (45) ὁ βασιλεὺς ἐντίμως ἐδέξατο· χρήματά τε ἱκανὰ ἐπιδοὺς, καὶ ἐφ' ἱκανὸν τούτους διαναπαύσας χαίροντας ἐξαπέστειλεν οἴκαδε. Ὁ δὲ Γοντοφρὲ, ῥὴξ Ἱεροσολύμων αὖθις ἀποκαταστὰς, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Βαλδουῖνον εἰς Ἔδεσαν ἐκπέπομφε.

Τότε δὴ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τῷ Σαγγέλῃ [84] ἐπέσκηψε τὴν μὲν Λαοδίκειαν (46) Ἀνδρονίκῳ τῷ Τζιντζιλούκῃ ἀναθέσθαι, τὸ δέ γε Μαρακέως (47) καὶ τὸ Βαλανέως (48) τοῖς ὑπὸ τὸν Εὐμάθιον δοῦκα Κύπρου τῷ τότε ὑπάρχοντα, ἐκεῖνον δὲ προσωτέρω βαδίσαι, καὶ περὶ τῆς τῶν λοιπῶν κάστρων κατασχέσεως ὡς ἐνὸν διαγωνεῖσθαι [85], ὅπερ δὴ καὶ πεποίηκε τοῖς γράμμασι τοῦ βασιλέως πεισθείς. Μετὰ γοῦν τὸ παραδοῦναι τὰ κάστρα τοῖς ἀνωτέρω δηλωθεῖσιν, ἀπῆλθεν εἰς Ἀντάραδον [86] (49), καὶ ταύτην ἀμαχητὶ ἐχειρώσατο. Τοῦτο ἐνωτισθεὶς ὁ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] μεγαλούπολιν. [84] Ἰσαγγέλῃ. Et sic semper postea. [85] διαγωνιεῖσθαι. [86] Ἀτάρανδον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(44) *Πλὴν τοῦ Γοντοφρέ*. Hic pariter hallucinatur Anna; Gothofredus enim a Saracenis captus nusquam legitur.

(45) *Τοὺς κόμητας*. In his Arpinum Bituricensem comitem in Ramensi prælio captum, Alexii opera liberatum, scribit Order. lib. x, pag. 795.

(46) *Λαοδίκειαν*. Laodiceam, Syriæ oppidum, expugnarat paulo ante Winemarus Pirata, de terra Bononiensi, et de domo comitis Eustachii captamque comiti Tolosano tradiderat. Ita Albertus Aq. lib. III, cap. 14; lib. 6, cap. 55, 59; et Tyrius, lib. III, cap. 23; lib. VII, cap. 21. Græcis ademptam a Winemaro ait idem Tyrius, cap. 16, sed probabilius, a Turcis, Albertus Aquensis, lib. VI, cap. 55, cui Anna videtur consentire. At Guibertus, lib. VII, cap. 34, et Ordericus Vitalis, lib. x, pag. 778, scribunt Edgarum Edwardi Danorum regis filium, cum ea quam regebat Winemarus classe appulisse Laodiceam, ejusque loci incolas Edgari tutelæ sese commisisse, qui oppidum posthæc Normanniæ duci Roberto tradiderit; Roberto vero Hierosolymam profecto, Laodiceam a Græcis expugnatam, faventibus ipsis incolis. Verum istiusmodi narrationi repugnat hoc loco Anna, quæ Alberto Aq. omnino consentit. De Laodicea, ejus origine, et descriptione nonnulla habent Benjaminus in *Itiner*. p. 34; Jacobus de Vitriaco, lib. I, cap. 44; Robertus Mon. lib: VIII, pag. 72; *Gesta Ludovici VII*, cap. 2; Cinnamus, lib. I initio; et Willebrandus ab Oldenborg. pag. 130.

(47) *Μαρακέως*. *Maraclea*, scriptoribus rerum Hieros. *Maraccas* perperam dicta in *Itinerario Hierosol*. quæ prima de urbibus Phœnicis a septentrione venientibus occurrit, haud procul ab Antarado et Castello Arcas. Tyrius lib. VII, cap. 17; lib. XXII, cap. 3. Hanc autem Turcis dedentibus paulo ante expugnarant nostri ut pluribus narrant Robertus Mon. lib. VIII; Baldricus, lib. IV; Guibert. lib. VI, cap. 20. Maracleæ dominorum seriem damus in *Familiis Hier*.

(48) *Βαλανέως*. **374** *Valenia*, Tyrio lib. VII, cap. 17; lib. x, cap. 5; lib. 11, cap. 14; et Jacobo de Vitriaco, lib. I, cap. 44. Urbs sub oppido Margat, haud procul a Maraclea sita. *Balanicus* Alderisio, *Valenium* Fulcherio, lib. I, cap. 21; *Valonia* Sanuto, lib. III, part. XIV, cap 2.

(49) *Ἀντάραδον*. Antaradum, quæ postea Tortosa dicta, nobilis civitas in Phœnice provincia sita, juxta se insulam habens modicam, quasi per duo distantem milliaria, ubi antiqua et per multa sæcula insignis civitas Arados nomine fuit. Hæc Tyrius, lib. VII, cap. 15, 17; lib. x, cap. 14; lib. XXII, cap. 3. Describitur præterea a Jacobo de Vitriaco, lib. I, cap. 44; Willebrando ab Oldenborg. in *Itiner*. *T. S.* pag. 130; Roberto Mon. Antisiod. an. 1202; et Rogero Hoved. pag. 708; a Constantio imp. conditam, et de ejus nomine Constantiam nuncupatam auctor est Cedrenus. Hanc autem obtinuit, expulsis Saracenis, Raimundus Sanctægidianus comes post captam Antiochiam uti narrant Fulcherius, lib. II, cap. 16; Albertus Aq. lib. v, cap. 31; Raimundus de Agiles, pag. 169; Robertus Mon. lib. VIII, pag.

A ᾿Αταπάκας (50) τῆς Δαμασκοῦ, δυνάμεις συναθροίσας ἱκανὰς κατ' αὐτοῦ ἐστρατεύσατο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Σαγγέλης ἀποχρώσας δυνάμεις πρὸς τοσοῦτον πλῆθος οὐκ εἶχε, βουλὴν ἐβουλεύσατο οὐ τοσοῦτον ἀνδρείαν, ὁπόσον συνετήν. Θαῤῥήσας γὰρ τοῖς ἐντοπίοις ἔφη ὡς *Ἐγὼ μὲν, τοῦ κάστρου παμμεγέθους ὄντος, ἔν τινι τόπῳ κρυβήσομαι· ὑμεῖς δὲ ὁπηνίκα ὁ ᾿Αταπάκας καταλάβῃ, τὸ μὲν ἀληθὲς μὴ ὁμολογήσητε, πτοηθέντα δέ με φυγάδα γενέσθαι διαβεβαιώσατε.* Καταλαβὼν οὖν ὁ ᾿Αταπάκας καὶ ἐρωτήσας περὶ τοῦ Σαγγέλη, ἐπεὶ ἀποδεδρακέναι τοῦτον ἐπίστευσεν, ἀπὸ τῆς κεκμηκὼς ὁδοιπορίας [87] ἀγχοῦ τῶν τειχῶν τὴν σκηνὴν ἐπήξατο. Τῶν δὲ ἐντοπίων πᾶσαν φιλοφροσύνην εἰς αὐτὸν ἐνδεικνυμένων, τεθαῤῥηκότες οἱ Τοῦρκοι καὶ μηδὲν B ἐναντίον ὑποτοπάσαντες τοὺς ἰδίους ἵππους πρὸς τὸ πεδίον ἔλυσαν. Ὁ δὲ Σαγγέλης μέσης ἡμέρας τοῦ ἡλίου κατὰ κορυφὴν τὰς ἀκτῖνας βάλλοντος, καρτερῶς ὁπλισάμενος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν (εἰς τετρακοσίους δὲ περιΐσταντο), αἴφνης τὰς πύλας ἀνοίξας, διὰ μέσης τῆς αὐτῶν παρεμβολῆς ὥρμησεν. Ὁπόσοι μὲν οὖν ἐκθύμως εἰώθασι μάχεσθαι, τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἀφειδήσαντες, τὸν μετ' αὐτῶν ἱστάμενοι ἀνεδέξαντο πόλεμον, οἱ δὲ λοιποὶ φυγαδείᾳ τὴν ἑαυτῶν ἀπεπειρῶντο πραγματεύσασθαι σωτηρίαν. Ἀλλὰ τὸ τῆς πεδιάδος εὐρὺ καὶ τὸ μήτι ἕλος παρακεῖσθαι ἢ βουνὸν, ἢ φάραγγα, ταῖς τῶν Λατίνων χερσὶν ἅπαντας παραδέδωκεν. Ἔνθεν τοι καὶ παρανάλωμα ξιφῶν πάντες γεγόνασιν, ὀλίγοι δὲ κατεσχέθησαν· οὕτω γοῦν τῶν Τούρκων καταστρατηγήσας, C κατὰ τῆς Τριπόλεως (51) χωρεῖ. Ἄνεισι γοῦν κατευθὺ καὶ προκαταλαμβάνει τὴν ἀκρολοφίαν, τοῦ ἀντικρὺ Τριπόλεως [88] διακειμένου βουνοῦ, μέρους ὄντος τοῦ Λιβάνου, ἐφ' ᾧ καὶ ὡς ὀχύρωμα τοῦτον ἔχειν καὶ τὸ ἐκ τοῦ Λιβάνου καταῤῥέον ὕδωρ εἰς

A Damasci, audito ejus rei nuntio, multis congregatis copiis cum justo exercitu adversus Sangelem processit; qui haudquaquam se parem tam multis sentiens astu defectum virium supplevit, consilio secum inito forti quidem illo sed plus etiam prudenti. Cum enim indigenis comitate sibi ac mansuetudine adjunctis satis fideret, sic cum iis convenit : *Ego*, inquiens, *quodam in loco arcis hujus valde amplæ ac spatiosæ occultatus latebo : vos vero ubi Atapacas advenerit, rem quidem uti se habet neutiquam fatebimini, sed metu me perculsum affirmabitis fugisse.* Dictum, factum. Adveniens Atapacas, et percontatus ubi esset Sangeles? abiisse trepide profugum verisimiliter aientibus facile credidit : et ut erat de via fessus figi sibi tentorium B loco commodo non longe a muris Antaradi jussit. Turci cæteri humanitate atque officiis indigenarum multam ipsis benevolentiam vultu exhibentium in securitate confirmati solutos equos ad pastum dimittunt per campos passim. Ita res erant, cum meridie sole ardentius verticibus instante, valide armatus Sangeles cum suis (quadringenti erant) portis repente patefactis in media irrumpit Turcorum castra. Hic deprehensi licet, quibus mos est vitæ non parcere, milites fortissimi, generose obstiterunt Gallis; major pars quibus animus minus præsens, fugam mature capiunt. Vastum patebat late camporum æquor, non palude, non tumulo, non valle aut voragine interceptum usquam. Ea C res inutilem fugam timidis fecit. Invecti post eos victores Galli, omnes ad unum in potestatem redegere; ac præter omnino paucos, qui captivi sunt servati, universos gladio absumpsere. Sic debellatis Turcis movet Sangeles adversus Tripolim; et verticem quemdam imminentem ex adverso civitati

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκώς. [88] πόλης.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

72; Tyrius locis citatis, et *Gesta Franc.* cap. 47.

(50) *᾿Αταπάκας*. Malim ᾿Απαπάκας, sic enim legendum censeo apud Annam et Nicetam. Imperabat enim ea tempestate, hoc est, ante Gothofredi excessum, Damascenæ urbi *Ababucas Tegtakin Dahiroldin*, non supremo quidem jure, et tanquam dominus principalis, sed præfecti loco, seu *procuratoris*, quemadmodum Damascenorum principum vi- D carios et ministros non semel vocat antistes Tyrius, lib. xv, cap. 7; lib. xvi, cap. 7; lib. xviii, cap. 27; aut *amiralis*, ut Ordericus Vitalis. Damasco vero imperarunt circa ea tempora *Tageoldulus Nisus*, qui Annæ *Tutuses*, Gelaloldulæ Magni Turcorum sultani frater, pulso et exacto Isaro principe an. Heg. 472, Chr. 1089. Cæso et sublato e vivis Tageoldulo successit in eumdem principatum *Phacherolmaduc Rodoan*, Tageolduli filius, an. Heg. 488, Chr. 1085, quo in ordinem acto Damascum obtinuit eodem anno *Sansolmaluc Decac*, Phacherolmaduci frater. Is Soubequino primum, cujus opera urbem invaserat et principatum, supremam rerum administrationem commisit, quo interfecto, *Ababacam Tegtakin*, cognomento *Dahiroldin*, Vicarium et procuratorem constituit. Obiit autem Decacus an. Heg. 498, Chr. 1103. ante quem annum expugnatam Tortosam scriptores nostri commemorant. Decaci meminit Fulcherius, lib. i, cap. 14; et lib. ii, cap. i, cui *Melec-Ducac*, et *Duchat*, seu potius *Duchac* nuncupatur. Exstincto Decaco principatum Damascenum arripuit *Ababacas*, cujus frequens occurrit mentio apud scriptores rerum Hieros. varie tamen hujus elata principis nomenclatura. *Tuldequinum* enim vocat Fulcherius, lib. ii, cap. 51; *Daldequinum*, Tyrius, lib. xi, cap. 20, 23, 25; lib. xii, cap. 6, 8, 12, 16; lib. xiii, cap. 9, 16, 26; lib. xv, cap. 7; *Doldequinum*, Gauterius, *De bell. Antioch.* vocabulis haud multum a Tectakini voce abludentibus : interdum *Meieredin* eidem Tyrio, lib. xvi, cap. 8; *Hertoldin* Alberto Aq. lib. xi, cap. 1; *Duodechin* et *Dochin* eidem scriptori lib. xii cap. 7, 9 et 19, appellatur quæ videntur nomina ad *Dahiroldin* spectare. Denique *Tegel-Melec* interdum dicitur Tyrio, lib. xiv, cap. 17. Vide eumdem Tyrium, lib. xxvii, cap. 26; lib. xxi, cap. 7; et Nicetam in Joan. n. 8.

(51) *Τριπόλεως*. Tripolitanæ urbis situm, et adjacentem oppido regionem pluribus describunt, præter rerum Hieros. scriptores Joann. Phocas et Willebrandus ab Oldenborg. in *Descrip. T. S.* Gabriel Sionita et Joan. Hesronita in Syntag. de nonnullis Oriental. urbib. cap. 10, post Georg. Nub. ut et Dom. de Breves in *Itiner*.

primo adventu occupat. Est is vertex pars quædam Libani montis, ubi præterquam quod munitissimus erat castrorum situs, alia etiam affulgebat opportunitas, intercipiendi fontis publici qui de Libano in civitatem Tripolim, ducto per collem istum opere, fluebat. **330** Ex illo jugo dedit ad Augustum litteras Sangeles quibus postquam quid egisset exposuerat, petebat ut manu et arte adjuta natura loci quem insedisset castrum illic prævalidum exstrui curaret: idque ea diligentia quæ occupare posset adventum copiarum e Corosanis, quibus maximis ad Tripolis auxilium brevi venturis sua utique paucitas in jugo muris nudo obsistere non posset. Annuens his Augustus istius oppidi structuram duci Cypri commendavit; cui dedit negotium ut materiam et artifices talis operis classe quam primum importaret eo ubi erat Sangeles; cujus ductum et præscriptum in delectu loci, designandis muris, et tota molitione novæ urbis sequi omnes et exsequi deberent. Dum Sangeles in hunc modum imminet Tripoli, omnemque indefesso conatu movet funem, quo istam sibi subjiciat civitatem: alio longe animo instinctus Baimundus, cum perægre tulisset auditum nuntium traditæ Tzintzilucæ imperatorio duci Laodiceæ, nec dissimulare curaret amplius quod olim conceptum in imperatorem hactenus fovebat odium, nepotem suum Tancredum cum copiis ad Laodiceam oppugnandam misit. Accepta Sangeles rei fama, eo sine mora properat, longoque et accurato sermone aggressus Tancredi animum impetrare nunquam ab eo potuit, ut cœptis absistens, Laodiceam Tzintzilucæ relinqueret. Abscedens igitur (quid enim attinebat diutius surdo canere?) ad suam iterum se recipit Tripolitanam Deceleam. Cæterum urgente quam maxime oppugnationem Tancredo, Tzintzilucas redactus in arctas angustias cum frustra et implorasset et exspectasset aliquandiu auxilium ab iis qui Cyprum præsidio tenebant; tandem, qua hostili exterius impetu, qua intestino famis malo coactus, deditionem castri pepigit. Dum hæc ita

A Τρίπολιν διὰ τοῦ πρανοῦς τοῦ τοιούτου βουνοῦ ἐπισχεῖν. Τηνικαῦτα δὲ πρὸς τὸν βασιλέα τὰ συμβάντα δηλώσας ᾐτεῖτο ἐρυμνότατον ὀχύρωμα (52) γενέσθαι πρὸ τοῦ καταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ Χοροσὰν δυνάμεις πλείονας καὶ καταγωνίσασθαι αὐτῆς [89]. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ δουκὶ Κύπρου τὴν τοῦ τοιούτου πολιχνίου κτίσιν ἀνέθετο, ἐπισκήψας ἵνα διὰ τοῦ στόλου πάντα τὰ συνοίσοντα ταχέως ἐξαποστέλλῃ, καὶ τοὺς τὸ τοιοῦτον πολίχνιον οἰκοδομήσοντας, ἐφ' ὃν ἂν ὁ Σαγγέλης ὑποδείξειε τόπον. Γέγονε τοῦτο τέως. Καὶ ὁ μὲν Σαγγέλης ἔξωθεν τῆς Τριπόλεως στρατοπεδευσάμενος, πάντα κάλων κινῶν περὶ τὴν ταύτης ἅλωσιν, οὐκ ἐνεδίδου. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος, τὴν τοῦ Τζιντζιλούκη εἰσέλευσιν εἰς Λαοδίκειαν μεμαθηκὼς, τὴν ἔχθραν ἣν πάλαι κατὰ τοῦ αὐτο- B κράτορος ἐγκυμονήσας εἶχεν εἰς τοὐμφανὲς ἐξαγαγὼν μετὰ δυνάμεως ἀποχρώσης τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ Ταγγρὲ κατὰ τῆς Λαοδικείας (53) ἐκπέμπει ταύτην πολιορκήσοντα. Τῆς δὲ περὶ τούτου φήμης μέχρι καὶ ἐς τὰς τοῦ Σαγγέλη διαδραμούσης ἀκοὰς, εὐθὺς μηδὲ μικρόν τι μελλήσας οὗτος καταλαμβάνει τὴν Λαοδίκειαν, καὶ λόγους συνείρει πρὸς τὸν Ταγγρὲ διὰ παντοίων λόγων συμβουλεύων αὐτῷ τῆς τοῦ κάστρου πολιορκίας ἀποσχέσθαι. Ὡς δὲ πολλὰ μετ' αὐτοῦ κοινολογούμενος καταπειθῆ τοῦτον οὐχ εὕρισκεν, ἀλλ' ἄντικρυς ᾄδειν ἐδόκει παρὰ κωφῷ, ἐκεῖθεν παλινοστήσας καταλαμβάνει αὖθις τὴν Τρίπολιν· ἐκεῖνος δὲ ῥυδοποσοῦν τῆς πολιορκίας ἀφίστατο. Ἰδὼν οὖν ὁ Τζιντζιλούκης τὴν ὁρμὴν τοῦ C Ταγγρὲ, καὶ ὡς ἐν στενῷ τὰ κατ' αὐτὸν συνελαύνεται, βοήθειαν ἐκεῖθεν ᾐτεῖτο. Βραδυνόντων δὲ τῶν ἐν τῇ Κύπρῳ, εἰς ἀμηχανίαν ἐλθὼν, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς πολιορκίας, τὸ δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενος, προδοῦναι τὸ κάστρον ᾑρετίσατο. Τούτων οὕτω τελουμένων, ἐπεὶ τετελευτηκότος τοῦ Γοντοφρὲ ἕτερον ἔδει πάλιν ῥῆγα γενέσθαι τὸν ἐκείνου ἀναπληροῦντα τόπον, εὐθὺς οἱ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Λατῖνοι μετεκαλοῦντο τὸν Σαγγέλην (54) ἀπὸ τῆς Τριπόλεως ῥῆγα τῶν Ἱεροσολύμων ποιῆσαι ἐθέλοντες. Ὁ δὲ ἀνεβάλλετο τέως τὴν ἐκεῖσε ἀπέλευσιν. Εἰσελθόντος οὖν εἰς τὴν μεγαλόπολιν (55), ἐπεὶ ἀναβαλλόμενον

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[89] αὐτούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(52) *Ὀχύρωμα*. Raimundus, capta Tortosa, anxius quomodo Christiani nominis **375** hostes a finibus istis propulsaret, concilium cepit de obsidenda Tripoli, cumque parum in eo conatu proficeret, quod civibus subinde auxilium submitteretur a Babylone, Ascalone, et Sagitta, et Sur, novum præsidium, secundo ab urbe milliari in colle quodam fieri decrevit, a quo semper urbi adversaretur, et ad quod sui assidue protectionis causa ab hostili impetu repedarent. Præsidio nomen inditum *Montis Peregrinorum*, eo quod peregrinis et Christianis militibus illic maximum contra gentilium vires semper haberetur. Hæc ferme Albertus Aq. lib. IX, cap. 32; Tyrius, an. 1103, lib. X, cap. 27; Fulcher. lib. II, cap. 33. Græcos Raimundo in illo ædificando operam suam locasse silent prorsus nostri.

(53) *Κατὰ τῆς Λαοδικείας*. Laodiceam Græcis D redditam tentarat Boemundus, ut auctor est Albert. Aq. lib. VI, cap. 55, 55 et seq. eamque tandem, dum idem princeps detineretur in vinculis, expugnavit Tancredus sub an. 1092; Albert. Aq. lib. X, cap. 9; Guibert. lib. VII, cap. 34; Fulcher. lib. II, cap. 12; *Gesta Francor.* cap. 51, 53; *Hist. Hieros.* pag. 605; Tyrius, lib. X, cap. 23; Jacob. de Vitr. lib. I, cap. 44.

(54) *Μετεκαλοῦντο τὸν Σαγγέλην*. Post Gothofredi mortem regnum Hierosolymitanum Raimundo delatum non tradunt nostri, si bene memini, sed captis statim Hierosolymis, quod ille respuerit, uti narrant Raimundus de Agiles, Albert. Aq. lib. VI, cap. 33; et Tyr. lib. IX, cap. 3. At Villhard. n. 136, regio isti titulo inhiasse Raimundum scribit, antequam Gothofredus in principem electus esset.

(55) *Εἰς τὴν μεγαλόπολιν*. Quo una cum Normanniæ et Flandriæ comitibus, qui reditum in

αὐτὸν οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγνώκεσαν, μεταπεμψάμενοι τὸν Βαλδουῖνον περὶ τὴν Ἔδεσαν τότε ἐνδιατρίβοντα, ῥῆγα Ἱεροσολύμων κατέστησαν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τὸν Σαγγέλην ἀσμένως ἀποδεξάμενος ἐπεὶ τὸν Βαλδουῖνον μεμαθήκει τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀρχὴν ἀναδέξασθαι, παρακατεῖχε μεθ' ἑαυτοῦ.

fierent exstincto forte Gothofredo Latini qui Hierosolymis erant consultatione instituta de successore regis defuncti deligendo, Sangelem Tripoli accersunt, regnum ei Hierosolymitanum deferre cupientes. At ille usque cunctabatur, adeo ut etiam Constantinopolim retrocederet, ubi cum moras traheret nullam certam spem faciens sui Hierosolymam adventus, Hierosolymenses Galli Balduinum evocatum Edessa regem suum creant. Imperator Sangelis ad se adventu prius delectatus, ubi postmodum Balduini electionem audivit, eo sibi putavit faciendum impensius ut talem apud se virum retineret.

Ὁπηνίκα καὶ τὸ τῶν Νορμάνων φοσάτον [90] κατέλαβεν, ἡγεμόνας ἔχον ἀδελφοὺς δύο, Φλάντρας (56) καλουμένους, οἷς πολλὰ πολλάκις ὁ βασιλεὺς συμβουλευόμενος τὴν αὐτὴν τοῖς προλαβοῦσι φοσάτοις [91] ὁδεῦσαι, καὶ διὰ τῶν παραλίων τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαβεῖν, καὶ οὕτω τῷ λοιπῷ στρατεύματι τῶν Λατίνων ἑνωθῆναι. Πειθομένους τούτους οὐχ εὕρισκεν, ἅτε τοῖς Φράγγοις ἑνωθῆναι μὴ βουλομένους ἀλλ' ἑτέραν ὁδεῦσαι ὁδὸν διὰ τοῦ ἀνατολικοῦ, καὶ κατευθὺ χωρῆσαι τοῦ Χοροσᾶν (57) οἰομένους κατασχεῖν τὸ τοιοῦτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς πάντη ἀσύμφορον τοῦτο γινώσκων καὶ τὴν ἀπώλειαν μὴ θέλων τοῦ τοσούτου λαοῦ· (πεντήκοντα γὰρ ἦσαν χιλιάδες ἱππέων ἀνδρῶν, καὶ ἑκατὸν πεζῶν), ἐπεὶ μὴ πειθομένους τούτους ἑώρα, τὸν δεύτερον ὅ φασι πλοῦν ἐρχόμενος, τὸν Σαγγέλην (58) καὶ τὸν Τζίταν συνεκπέμπει τούτοις, ἐφ' ᾧ συμβουλεύειν τε τὰ συνοίσοντα, καὶ τῶν παραλόγων ὁρμῶν ὡς ἐνὸν ἀνασειράζειν αὐτούς. Διαπεραιωθέντες οὖν τὸν τῆς Κιβωτοῦ πορθμὸν καὶ πρὸς τὸν Ἀρμενιακὸν ἐπειγόμενοι τὴν Ἄγκυραν καταλαβόντες ἐξ ἐφόδου ταύτην κατέσχον· καὶ οὕτω τὸν Ἅλην διαβάντες, πολίχνιόν τι κατέλαβον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο Ῥωμαῖοι κατεῖχον θαρρήσαντες, καὶ τὰς ἱερὰς ἐπενδυθέντες οἱ ἱερεῖς στολάς, Εὐαγγέλιόν τι καὶ σταυροὺς κομιζόμενοι, ὡς Χριστιανοῖς τούτοις προσῄεσαν. Οἱ δὲ ἀπανθρώπως καὶ ἀπηνῶς οὐ τοὺς ἱερεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν Χριστιανῶν ἀναιροῦσι, καὶ ἀφροντίστως τοῦ λοιποῦ ὡς πρὸς Ἀμάσειαν ἀπονεύσαντες τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιοῦντο. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐμπειροπόλεμοι ὄντες, προκαταλαβόντες τὰς κώμας πάσας καὶ τὰ χορτάσματα πάντα ἐνέπρησαν, ἐφθακότες δὲ τούτους ὀξέως προσέβαλον. Δευτέρα δὲ ἦν (59) καθ' ἣν ὑπερίσχυσαν τούτων οἱ Τοῦρκοι. Καὶ τηνικαῦτα αὐτοῦ που κατα-

Hac vice rerum pervenit Constantinopolim Normanicus exercitus ductores habens fratres duos Flandrenses dictos. His magnopere suadebat imperator ut priorum et ipsi exercituum vestigiis 331
insisterent, et per maritimas regiones Hierosolymam proficiscentes Latinis quæ jam erant illic sese copiis adjungerent. Verum hæc ipsis utique probari nunquam potuere certis animo non jungere se Gallis, nec societatem inire cum illis prædæ gloriæve, sed novum campum propriæ virtuti quærere; viamque intentatam adhuc Latinorum armis, recta per orientalem limitem capessere Corosanum versus, cujus etiam regiæ urbis expugnationem deprædationemque jam spebus præcipiebant. Facile sentiebat imperator quam non dubiam in perniciem ista consilia vergerent: tamen quia durum erat et inutile capitibus invictæ pertinaciæ sanum sine fine sine fructu oggerere consilium, cessit aliquando: et ne tum quidem immemor humanitatis, quam secundam inire potuit viam consulendi hospitibus, priori exclusus vitio ipsorum, cupide arripuit simul et provide. Miserans siquidem et quantum in ipso erat prohibere satagens interitum tantæ multitudinis (erant quinquaginta millia equitum; peditum centum millia), Sangelem et Tzitam cum ipsis misit, negotio utrique dato suadendi meliora in occasionibus, et intempestivos gentis præferocis impetus qua vi quaque arte valerent eatenus coercendi ne in exercitus totius exitium ruerent. Trajecto igitur Ciboti freto versus Armeniacum provecti limitem, Ancyram capiunt. Hali deinde amne transito, cuidam se oppidulo admovent: quod cum a Romanis incoleretur cives a Christianis nihil mali veriti occurrunt Normanis obviam sacris induti vestibus,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] φοσσάτον. [91] φοσσάτοις.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

patriam parabant, secesserat sub an. 1100, paulo ante exstinctum Gothofredum. Albert. Aq. lib. VI, cap. 53; lib. VIII, cap. 5, 6, 7; Fulcher. lib. I, cap. 20; Orderic. Vital. lib. X, pag. 779.

(56) *Φλάντρας*. Expeditionem Longobardorum intelligit, quibus adjuncti non pauci e Germania et Gallia comites, qui ea tempestate Constantinopolim pervenerunt. De hac Albert. Aq. lib. VIII, cap. 5, 6 et seq. Tyr. lib. X, cap. 12 et 19; Mathæus Paris. et alii. At nullos ibi e Normannia comites agnoscunt scriptores, neque exercitus ductores Flandrenses duos, quos hic Anna comminiscitur; nisi fortassis in ista fuerint expeditione Philippus et Willelmus, Roberti comitis Flandriæ fratres, de quibus Meier. an. 1104 et 1109.

(57) *Χοροσᾶν*. Albertus Aq. lib. VIII, cap. 7: *Dicentes se etiam regnum Chorozan vi intrare, ac Boemundum de captivitate Turcorum aut extorquere, et liberare, aut in virtute sua civitatem Buldach, quæ est caput regni Chorozan, obsidere et destruere.*

(58) *Σαγγέλην*. Consulendus præter Albert. Aq. lib. VIII, cap. 7, Orderic. Vital. lib. X, pag. 789 et seq., ubi totam hanc Longobardorum et Aquitanorum expeditionem, variasque a Turcis nostris illatas clades accurate commemorat.

(59) *Δευτέρα δὲ ἦν*. Accidit clades ista circa Junium mensem an. 1101 Albert. Aq. lib. VIII, cap. 15 et seq.

Evangelium et cruces manibus præferentes. Eos nihilominus importuni Barbari plus quam hostiliter excipiunt et non solum sacros ministros fanatice, sed cæteram quoque Christianam turbam ferina crudelitate contrucidant, talique imbuti scelere ac cruore sacrilegi cepta via securi procedebant Amaseam versus, quando experientissimi bellorum Turci arctare primum cepere advenis annonam; oppidis quippe ac locis per quæ transituros norant, mature præoccupatis, etiam herbas, camporum et animantium pabula igni corruperant. Nec his contenti accedunt cominus Latinamque aciem lacessunt. Feria erat secunda. Pugna committitur prævalentibus Turcis. Qui Latinis loco *pulsis campi Domini, vallum ibidem figunt deponuntque sarcinas. Postridie iterum ambo exercitus concurrunt. Cæterum ita locis præoccupatis circum undique tabernaculisque lato circuitu expansis Latinos Turci concluserant, ut nec annonæ aut pabulationis causa prodire quoquam, nec jumenta equosve potum ducere liceret. Quorum sensu incommodorum ac præsenti conspectu supremi exitii Galli velut desperabundi, at non inultam passuri necem cum armis in hostes ruunt. Quarta erat feria. Conflictus miscetur atrox. Neque jam arcubus aut longis hastis, sed admoto ad manus prælio strictis cominus ensibus Turci Normanos cito vertunt. Hi propria in castra compulsi consilii cujus erant jam inopes auctorem videlicet quærebant. **332** Nec aderat imperator, ille olim spretus consiliarius, cum sana et nunc sero comprobata suaderet. Quod restabat adeunt sibi datos ab ipso viæ comites Sangelem et Tzitam quid opus censerent facto percontantes; ac nunquid esset illic in proximo quæpiam imperatoriæ ditionis regio in quam habere tutum receptum possent? Mox sarcinis et tabernaculis relictis peditatuque omni, cæteri equis invecti quam incitatissime currunt ad partem maritimam Armeniaci limitis et Pauracen. At Turci primum irruentes in castra, cuncta diripiunt. Mox ad insequendum fugientes versi, peditatum primum omnem internecione delent: quosdam etiam ex aliis assecuti ad Corosanem speciminis causa duxerunt.

A σκηνώσαντες χάρακά τε πηξάμενοι, τὰς σκευὰς ἐναπέθεντο. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν αὖθις [92] ἄμφω ἐμάχοντο τὰ στρατεύματα. Οἱ δὲ Τοῦρκοι κυκλοτέρως κατασκηνώσαντες, οὐ χορταγωγίας χώραν τούτοις ἐδίδουν, οὔτε μὴν τὰ ὑποζύγια καὶ τοὺς ἵππους ἐς ποτὸν ἐξάγειν συνεχώρουν. Τὴν ἑαυτῶν οὖν πανωλεθρίαν ἐπ' ὀφθαλμοῖς [93] ἤδη ὁρῶντες οἱ Κελτοὶ, τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἀφειδήσαντες, τῇ μετ' αὐτὴν, τετρὰς δὲ ἦν, καρτερῶς ὁπλισάμενοι, τὸν μετὰ τῶν Βαρβάρων ἀνεδέξαντο πόλεμον. Οἱ δὲ Τοῦρκοι εἰς χεῖρας τούτους ἔχοντες οὐκ ἔτι μετὰ τῶν δοράτων οὐδὲ διὰ τόξων πρὸς αὐτοὺς ἀπεμάχοντο, ἀλλὰ τὰ ξίφη σπασάμενοι, καὶ τῶν κουλεῶν ἐξελκύσαντες, ἀγχέμαχον τὴν μάχην ἐποιοῦντο, καὶ παρευθὺ τρέπουσι τοὺς Νορμάνους. Οἱ δὲ καταλαβόντες τὸν ἴδιον χάρακα, B σύμβουλον ἀνεζήτουν. Ὁ δ' ἄριστος αὐτοκράτωρ ὁ τὰ λῷονα τούτοις ὑποτιθέμενος καὶ μὴ εἰσακουσθεὶς οὐ παρῆν. Λοιπὸν ἐπὶ τὴν τοῦ Σαγγέλη καὶ τοῦ Τζίτα γνώμην καταφεύγουσιν. Ἅμα δὲ καὶ εἰ χώρα τις τῶν ὑπὸ τὸν αὐτοκράτορα πλησίον παράκειται ἐπυνθάνοντο ἀναζητοῦντες αὐτήν. Καὶ δὴ τάς τε σκευὰς καὶ τὰς σκηνὰς καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν αὐτοῦ που καταλιπόντες, τοῖς ἰδίοις ἵπποις ἐποχηθέντες ὡς εἶχον τάχους πρὸς τὰ παρὰ θάλασσαν τοῦ Ἀρμενιακοῦ καὶ [94] τῆς Παυράκης ἔθεον. Ἐπεισπεσόντες δ' ἀθρόον οἱ Τοῦρκοι τούτων τῷ χάρακι πάντα ἀφείλοντο. Εἶτα κατόπιν τούτων διώξαντες τὸ πεζὸν ἅπαν ἐφθακότες ἀνεῖλον, τινὰς δὲ καὶ κατασχόντες, πρὸς τὸν Χοροσᾶν δεῖγμα ἀπήγαγον.

Talia Turcorum in Normanos facinora fuere. C Porro Sangeles et Tzitas cum residuis equitibus paucis Constantinopolim reversi sunt. Excepit eos imperator benignissime, pecuniisque liberaliter donatos, ac quiete idonea refectos optare jussit quem mallent in locum ire. Hierosolyma se cupere dixerunt. Eos igitur iterum munifice donatos imponit navibus, ducendosque quo volebant navarchis tradit, omnia ipsis ex eorum sententia indulgens. Sangeles autem exorato ab aula discessu Constantinopoli Tripolim repetens suum illic exercitum revisit, incumbitque nihilo secius in veterem spem cupidiori conatu quam unquam civitatis illius quam mire concupierat subigendæ. Verum intervenit le- D

C Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῶν Τούρκων κατὰ τῶν Νορμάνων ἀνδραγαθήματα. Ὁ δέ γε Σαγγέλης καὶ ὁ Τζίτας μετὰ τῶν καταλειφθέντων ὀλίγων ἱππέων τὴν βασιλεύουσαν (60) καταλαμβάνουσι. Δεξάμενος δὲ τούτους ὁ αὐτοκράτωρ καὶ χρήματα δοὺς ἱκανὰ καὶ διαναπαύσας, ἤρετο ὅπου τοῦ λοιποῦ αἱρετὸν αὐτοῖς ἀπιέναι. Οἱ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπιζήτουν [95]. Φιλοτιμησάμενος οὖν αὐτοὺς δαψιλῶς, διαποντίους ἐκπέμπει, τῇ αὐτῶν γνώμῃ τὸ πᾶν ἀναθέμενος. Ὁ δέ γε Σαγγέλης ἐκ μεγαλοπόλεως ἐξελθὼν τὴν πρὸς τὸ οἰκεῖον στράτευμα ἀνεζήτει ἀπέλευσιν, καὶ δὴ καταλαμβάνει αὖθις τὴν Τρίπολιν, χειρώσασθαι ταύτην γλιχόμενος. Μετὰ ταῦτα δὲ νόσῳ θανασίμῳ (61) περιπεσὼν καὶ πνέων [96] τὰ ἔσχατα μετα- D

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[92] Deest vox αὖθις. [93] ὀφθαλμῶν. [94] Deest vox καί. [95] ἐπεζήτουν. [96] πενθῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(60) *Τὴν βασιλεύουσαν*. Albert. Aq. lib. VIII, cap. 17. 22; Orderic. pag. 792, lib. X.

(61) *Νόσῳ θανασίμῳ*. Moritur Raimundus comes Tolosanus in castro montis Peregrinorum pridie Kal. Mart. an. 1105; Tyr. lib. II, cap. 2; Albert. Aq. lib. IX, cap. 32; Falch. lib. II, cap. 29 et 38; *Gesta Franc.* cap. 54; *Hist. Hieros.* an. 1105; Catellus, lib. II *Hist. Tolos.* cap. 1.

πεμψάμενος τὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν Γελίελμον (62) ὥσπερ A τινὶ κλῆρον ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ κατασχεθέντα κάστρα τούτῳ ἀπεχαρίσατο ἡγεμόνα καὶ ἀρχηγὸν τῶν αὐτοῦ ταγμάτων [97] καταστήσας. Τούτου τοίνυν τὴν τελευτὴν μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ εὐθὺς πρὸς τὸν δοῦκα Κύπρου διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν ἵνα Νικήταν τὸν Χαλίντζην μετὰ χρημάτων ἱκανῶν πρὸς τὸν Γελίελμον ἐκπέμψῃ, ἐφ' ᾧ ὑποποιήσασθαί τε αὐτὸν καὶ παρασκευάσαι ὀμωμοκέναι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πίστιν βεβαίαν φυλάξαι εἰς αὐτὸν καὶ ὁποίαν ὁ ἀποβεβιωκὼς θεῖος αὐτοῦ Σαγγέλης μέχρι τέλους ἐτήρησεν. Εἶτα μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ καὶ τὴν τῆς Λαοδικείας παρὰ τοῦ Ταγγρὲ κατάσχεσιν, πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον γράμματα ἐκτίθεται οὑτωσὶ περιέχοντα· *Τὰ ὅρκια οἶδας καὶ τὰς* B *ἐπαγγελίας, ἃς οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ἅπαντες πρὸς τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ἐποιήσαντο. Νῦν δὲ αὐτὸς πρῶτος παρασπονδήσας, τὴν Ἀντιόχειαν κατέσχες, καὶ ἄλλ' ἄττα φρούρια, ὑποποιησάμενος καὶ αὐτὴν δὴ τὴν Λαοδίκειαν. Ἀπόστηθι τοίνυν τῆς πόλεως Ἀντιόχου* [98] *καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων δίκαιόν τι πρᾶγμα ποιῶν, καὶ μὴ θέλε πολέμους ἄλλους καὶ μάχας κατὰ σαυτοῦ ἐρεθίζειν.* Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος τὰς βασιλικὰς ὑπαναγνοὺς γραφὰς ἐπειδὴ μὴ τῷ συνήθει ψεύδει χρήσασθαι οἷός τε ἦν, τῶν πραγμάτων ἀριδήλως τὴν ἀλήθειαν ἐλεγχόντων, πρὸς τὰ γραφέντα τῷ φαινομένῳ κατένευσεν. Αἰτίαν μέντοι τῶν κακῶς παρ' αὐτοῦ πραχθέντων εἶναι τὸν αὐτοκράτορα ἔλεγε· γράψας ὡς *Οὐκ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλὰ σύ·* C *ὑποσχόμενος* (63) *γὰρ κατόπιν ἡμῶν μετὰ δυνάμεως ἔρχεσθαι πολλῆς, οὐκ ἠθέλησας τὴν ὑπόσχεσιν ἔργοις πιστώσασθαι. Ἡμεῖς δὲ τὴν Ἀντιόχειαν* (64) *καταλαβόντες καὶ ἐπὶ τρισὶ μησὶ πολλὰ μογήσαντες πρὸς πολεμίους ἀπεμα-*

A thalis languor, ex quo jam pene supremum spirans, Gulielmum ad se vocat nepotem suum eique omnes a se captas arces velut quamdam hæreditatem legat: copiis insuper eumdem suis ac cohortibus militiæque cunctæ ducem loco sui præficit. Illius morte Augustus comperta, litteras statim dat ad ducem Cypri, mandans ut propere Nicetam Calintzen cum multis pecuniis ad Gulielmum mittat, dato illi negotio ut conciliare imperatori juvenem curet, persuadereque ipsi ut imitari defunctum patruum fide tum juranda tum usque ad extremum spiritum Augusto præstanda, velit. Inde idem Augustus audita deditione Laodiceæ Tancredo facta, has ad Baimundum litteras scripsit: *Scis tute pro-* B *fecto ipse ac præclare recordaris quid tu comitesque vestri nobis jurati promiseritis. Quo magis miror te omnium primum prorupisse in ifnractionem manifestam fœderis tam sancti, quo vestra gens ac natio his in terris militans Romano imperio devincta solemniter est. Nam et Antiochiam occupasti contra religionem istam et alias arces quascunque tui juris facere potuisti, pari perfidia hodieque obtines: ipsamque adeo Laodiceam. Resipisce igitur vel sero, et æqui ac jurisjurandi reverentia concepta, male invasam Antiochiam, arcesque reliquas* **333** *contra fas occupatas redde: neque committas ut perseverantia injuriæ nova contra te bella, justasque iras prorites in tuam perniciem.* Hæc legens Baimundus veritate deprehensus et conscientia, reniti subito C non potuit; sed primum ipsi ac simplicem annutum evidentia rerum ipsa furata vel invito est, quantum qui vultum ejus spectarunt dum legeret, observare potuerunt. Nec ab ista confessione scripta recesserunt, quibus jurasse se confessus, nec inficiatus detinere nihilominus captas arces, sic tamen

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] πραγμάτων. [98] Ἀντιοχείας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Γελίελμον.* Willelmus, cognomento Jordanis, Raimundi Tolosani comitis **376** ex sorore nepos, ab avunculo in montis Peregrini dominio hæres constituitur; Albert. Aq. lib IX, cap. 50; *Gesta Franc.* cap. 54; *Hist. Hieros.* an. 1105; Tyr. lib. II, cap. 2. Willelmi familiam attigit idem Albertus dum *comitem de Sartengis* nuncupat; hoc enim vocabulo expressit Gallicum *de Cerdaigne*, vel D Hispanicum *de Cerdana*, seu *Ceritaniam*. Duxerat quippe in uxorem Willelmus Raimundi, Ceritaniæ in Hispaniæ limite comes, Pontii III, Tolosani comitis, filiam, Raimundi Sanctægidiani sororem. Ex quibus nuptiis nati Willelmus, Jordanis dominus montis Peregrini, et Bernardus-Willelmi Ceritaniæ post fratrem comes. Obiit vero Willelmus an. 1108, uti habent Albertus Aq. lib. II, cap. 15; Fulcher. lib. II, cap. 39; *Hist. Hieros.* an. 1108; Tyrius, lib. II, cap. 9; Surita in Ind. an. 1105, et Andreas *Bosch* lib. *Del titoli de honor de Catalun.* lib. II, cap. 22. Miror viros eruditos et oculatos, qui stemma comitum Tolosanorum contexuerunt, de comitis Sanctægidiani sorore siluisse. Comitatus vero Ceritaniæ terminos hic damus, uti describuntur in Charta Jacobi regis Aragonum, X Kal. Sept. an. 1262, qua Jacobo filio regnum Majoricarum et comitatus Rossilionis et Ceritaniæ concedit: *Est etiam sciendum quod termini Ceritaniæ sunt isti, videlicet de Pincen usque ad Pontem de la Corba, et tota vallis de Rippis cum suis terminis et bajulia est de dominatione Ceritaniæ, et extenditur ex parte Barquadani usque ad Rocam Sanczam, et totum dominium de Valespir cum pratis est de pertinentiis comitatus Ceritaniæ, et extenditur usque ad collem Bares et sicut Serra hoc scindit usque ad collem de Pavissars, et de ipso colle de Pavissars usque ad Caput de Crucibus.*

(63) *Ὑποσχόμενος.* Spoponderat enim Alexius cruce signatos assecuturum se cum idoneo exercitu, ut est apud Guibertum, lib. III, cap. 3, idque Alexio non semel objectum a nostris, et quod pacta conventa violaverat prior, narrant Baldricus, l. IV, pag. 122; Tyrius, lib. VII, cap. 20; et Petr. Diac. lib. IV *Chron. Casin.* cap. 11.

(64) *Ἀντιοχείαν.* Albertus Aq. lib. V, cap. 2: *Juraverunt enim sibi* (Alexio) *ut si caperetur Antiochia, quia de regno ejus erat, sicut Nicæa, cum omnibus castellis et urbibus ad regnum ejus pertinentibus sibi suæque majestati reservarent.* Hinc falli constat Guibertum, lib. III, cap. 3, scribentem Boemundo promissam ab Alexio Antiochiam, dum adhuc Constantinopoli moraretur. Vide Tyrium, lib. XIV, cap. 25, et infra, pag. 405.

excipiebat, culpam in Augustum conferens eorum quæ ipse perperam egerat : *Quod arces non reddimus, non nos,* inquit, *sed tu in causa es. Pollicitus enim venturum te post nos cum validis copiis, fidem verborum factis præstare noluisti; neglexistique nos cum periculis extremis et ærumnis conflictantes, per trimestrem obsidionem Antiochiæ : quo toto tempore præter infestationes nunquam remissas pertinacissimorum hostium, etiam famem sustinuimus, quæ et senum memoriam et juvenum ac virorum constantiam vinceret. Nam nec nostrorum quisquam similem se aliquando calamitatem ejus generis meminerat expertum : et ex iis plurimi cibis vetitis atque infandis ora polluere magno malo sunt coacti. Interim sane dum egregius a te nobis assignatus expeditionis comes, belli socius, Taticius ille fidissimus majestati tuæ, tali nos tempore, atque articulo periculi deseruit. At non deseruit Deus, cujus ope admirabili, post vestrorum recessum, supervenientes a Corosane in Antiochenorum auxilium innumerabiles copias prælio vicimus. Quæ cum ita sint, cui videri æquum possit, nos ea quæ magnis ac multis nostris laboribus sudoribusque comparavimus, abjicere tam facile, ac eripi nobis sinere?*

A *χόμεθα, καὶ λιμὸν οἷον οὐδείς που*[00] *τῶν ἀνθρώπων τεθέαται, ὡς τοὺς πλείστους ἡμῶν καὶ ἀπ' αὐτῶν ὑπὲρ*[1] *τοῦ νόμου ἀπηγορευμένων κρεῶν βεβρωκέναι. Ἐφ' ἱκανὸν δὲ ἐγκαρτερούντων ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ὁ δοθεὶς ἡμῖν εἰς ἀρωγὴν πιστότατος οἰκέτης τοῦ σοῦ κράτους Τατίκιος οὕτω κινδυνεύοντας καταλιπὼν ἡμᾶς ᾤχετο. Εἵλομεν δὲ τὴν πόλιν παραδόξως καὶ αὐτὰς τὰς ἀπὸ τοῦ Χοροσᾶν εἰς ἀρωγὴν τῶν Ἀντιοχέων καταλαβούσας δυνάμεις, κατετροπωσάμεθα. Καὶ πῶς δίκαιόν ἐστιν ἅπερ οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις ἐκτησάμεθα, ῥᾳδίως οὕτως ἀποποιήσασθαι.*

His litteris legatorum reditu ad se perlatis a seque perlectis imperator, facile agnovit rediisse hominem ad ingenium prius, excussa simulatione : planeque illum ipsum et eumdem esse Baimundum nunc cum maxime, quem tam atroces olim secum exercuisse inimicitias meminerat. Quocirca necessarium duxit violentis ejus occurrere ausibus, et limites imperii Romani talibus munire præsidiis, quæ impetum vehementis hostis possent frangere. Delegit ad hoc Butumiten quem ire jussit in Ciliciam cum copiis lectissimis, atque adeo flore ipso militiæ Romanæ, vires omnes fortissimos et experimentis magnis probatæ virtutis. Erant in iis Bardas et Pocillatorum princeps Michael, florentes ætate juvenes et prima lanugine malas signantes : quos a prima ætate imperator nutritos apud se, imbuere rudimentis militaris artis per seipsum tanti duxerat, heroica puerorum indole, studioque sui ac fide majore delectatus. Cum his et alios mille generosissimos eximiosque bellatores partim Gallos partim Romanos tradit Butumitæ jubens eos submittere se illi et obtemperare in omnibus, simul etiam pro peculiari fide ipsorum illis mandans ut omnium quæ acciderent in momenta singula indicium statim ad imperatorem deferrent per arcanas litteras. Porro hac expeditione sic adornanda decernendaque cupiebat Augustus firmare sibi possessionem Ciliciæ **334** totius, provinciæ in primis opportunæ ad ea consilia quæ tum mente agitabat de Antiochia. Cæterum profectus Butumites cum his copiis, ubi ad urbem Attali pervenit, satis eo itinere expertus contumaciam Bardæ et Archiœnochoi Michaelis, qui ambo favore principis prætumidi, obtemperare ipsi recusabant; et veritus ne

B Ὑποστρεψάντων δ' ἐκεῖθεν τῶν πρέσβεων, ὡς τὰς τοῦ Βαϊμούντου ὑπανέγνω γραφάς, διαγνοὺς αὐτὸν ἐκεῖνον αὖθις εἶναι τὸν Βαϊμοῦντον μηδοπωσοῦν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβληθέντα, δεῖν ἔγνω τῶν ὁρίων τῆς βασιλείας Ῥωμαίων ἀντέχεσθαι, καὶ τὴν ἀκάθεκτον αὐτοῦ ὁρμὴν ὡς ἐνὸν ἀνακόπτειν. Δυνάμεις τοίνυν πολλὰς μετὰ τοῦ Βουτουμίτου κατὰ τῆς Κιλικίας ἐξέπεμψε, καὶ τὸ ἐλλογιμώτατον τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου, ἄνδρας μαχιμωτάτους καὶ Ἄρεος ὑπασπιστὰς ἅπαντας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Βάρδαν καὶ τὸν ἀρχιοινοχόον Μιχαὴλ (65) ἀκμάζοντας καὶ ἀρτιφυεῖς τὸ γένειον. Οὓς νηπιόθεν προσλαβόμενος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐκπαιδεύσας ὡς εὐνουστέρους τῶν ἄλλων, τῷ Βουτουμίτῃ παραδίδωσι μεθ' ἑτέρων χιλίων ἀνδρῶν C γενναίων Κελτῶν καὶ Ῥωμαίων, ἐφ' ᾧ συμπαρομαρτεῖν τε αὐτῷ καὶ ὑπείκειν ἐν ἅπασιν, ἅμα δὲ καὶ τὸ τυχὸν τῶν καθ' ὥραν ξυμπιπτόντων δι' ἀποῤῥήτων γραμμάτων δηλοῦν αὐτῷ. Ἔσπευδε δὲ τὴν ἅπασαν χώραν τῆς Κιλικίας κατασχεῖν ἵν' ἐντεῦθεν ῥᾷον τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐξαρτύῃ. Ἀπάρας οὖν ὁ Βουτουμίτης σὺν ὅλαις δυνάμεσι, καὶ περὶ τὴν Ἀττάλου (66) ἐφθακὼς, ἐπεὶ τὸν Βάρδαν καὶ τὸν ἀρχιοινοχόον Μιχαὴλ μὴ ὑπείκοντας ἑώρα τῷ τούτου θελήματι ἵνα μὴ καὶ τὸ ὁπλιτικὸν συμβαίη στασιάζειν, κἀκ τούτου κενόσπουδος ἡ σπουδὴ τῷ Βουτουμίτῃ γένηται καὶ ἄπρακτος τῆς Κιλικίας ἀποπεμφθείη, παραχρῆμα τὰ περὶ τούτου δηλοῖ τῷ αὐτοκράτορι, τὴν μετ' αὐτῶν συνδιατριβὴν παραιτούμενος. D Ὁ δὲ τὰς ἐκ τῶν τοιούτων εἰωθυίας γίνεσθαι βλάβας γινώσκων, γοργῶς ἐφ' ἑτέραν ὑπόθεσιν τούτους τε καὶ ὁπόσους ὑπόπτους εἶχε διὰ γραμμάτων προὐτρέπετο ἵνα τὴν Κύπρον τάχιον καταλαβόντες, τῷ Εὐφορβηνῷ Κωνσταντίνῳ τὴν δουκικὴν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[00] πω. [1] ὑπό.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(65) *Μιχαὴλ.* Dignitate pincernam, de quo pag. 242.

(66) *Τὴν Ἀττάλου.* Ἀττάλειαν, Pamphyliæ metropolim in themate Orientali apud Constant. Porphyrog. quam demum expugnavit Iconiensis sultanus an. 1212, ut est in *Chron. Altisiod.* Describitur vero a Tyrio lib. XVI, cap. 26. Vide Leunclav. *Pand.* cap. 180.

ὀρχὴν τηνικαῦτα τῆς νήσου Κύπρου ἀναδεξαμένῳ, A συνόντες ἐν πᾶσιν ὑπείκωσιν. Οἱ δὲ ἀσμένως τὰ γράμματα δεξάμενοι, θᾶττον πρὸς τὴν Κύπρον διαπλωΐζονται. Μικρὸν οὖν χρόνον μετὰ τοῦ δουκὸς Κύπρου ἐνδιατρίψαντες, τῇ συνήθει ἀναισχυντίᾳ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκέχρηντο· ἔνθεν τοι καὶ λοξὸν αὐτοὺς ὑπεβλέπετο. Οἱ δὲ νεανίαι τῆς τοῦ βασιλέως περὶ αὐτοὺς κηδεμονίας μεμνημένοι, διὰ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα γραμμάτων τοῦ δουκὸς πολλὰ κατέτρεχον τὴν Κωνσταντίνου ἀνακαλούμενοι. Ἀναπτύξας δὲ τὰς αὐτῶν γραφὰς ὁ αὐτοκράτωρ ἐπεὶ καί τινας τῶν τῆς μείζονος τύχης ὅσους ὑπόπτους ὁ αὐτοκράτωρ εἶχε σὺν αὐτοῖς εἰς Κύπρον ἀπέστειλε. Πτοηθεὶς μὴ καὶ αὐτοὶ ἐκ λύπης ἴσως συναπαχθῶσιν ἐκείνοις, εὐθὺς τῷ Καντακουζηνῷ ἐπέσκηψεν ἀναλαβέσθαι τούτους μεθ' ἑαυτοῦ. Ὃς φθάσας εἰς Κυρήνειαν καὶ μετακαλεσάμενος B τούτους μεθ' ἑαυτοῦ ἀνελάβετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοῦ Βάρδα φημὶ, καὶ τοῦ ἀρχιοινοχόου Μιχαήλ. Ὁ δέ γε Βουτουμίτης μετὰ τοῦ Μοναστρᾶ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καταλειφθέντων λογάδων ἡγεμόνων τὴν Κιλικίαν ἐφθακὼς, ὡς τοὺς Ἀρμενίους εὗρε σπεισαμένους μετὰ τοῦ Ταγγρὲ, παραδραμὼν τούτους καὶ τὸ Μαράσιν (67) καταλαβὼν κατέσχεν αὐτό. Ἅμα δὲ καὶ τὰς παρακειμένας ἁπάσας κωμοπόλεις καὶ τὰ πολίχνια καὶ ἀποχρώσας δυνάμεις εἰς φρουρὰν τῆς χώρας ἁπάσης καὶ ἡγεμόνα τὸν μιξοβάρβαρον καταλιπὼν Μοναστρᾶν, περὶ οὗ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐμέμνητο, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέστρεψεν.

A si eam dissimularet diutius, pravi exempli contagio in cæteros omnes serperet milites, cum certa. pernicie disciplinæ militaris, qua semel soluta, nullus fructus expeditionis Ciliciensis posset exsistere, totam rem Augusto scriptis inde litteris exponit, oratque ne se versari diutius cum illis velit. Imperator statim pervidens quantæ noxiæ quamque certi periculi res sit in bello dissensio militum a duce, strenue arripit cautionem antevertendi mali: et tum duos illos, tum quotquot e cæteris indicatione litterarum Butumitæ habuit suspectos, scriptis ex tempore mandatis jussit, statim se conferre in Cyprum insulam, illicque duci ejus provinciæ Constantino Euphorbeno præsto esse in omnibus et obsequi. Gratum id imperium juvenibus accidit. B Quare alacriter Cyprum navigant. Non diu ibi fuerant in comitatu ducis Cypri, cum in familiarem relapsi pervicaciam locum se, non animum, mutasse docuerunt. Nec dissimulavit offensionis acceptæ sensum læsus adolescentum inofficiosa protervia dux. Qui torvo sese vultu et obliquis perstringi oculis minime ferentes, sumpta fiducia ex veteri satis ipsis comperto Augusti amore erga ipsos, datis ad eum litteris graviter de duce questi sunt, et si per Principem liceret, reditum in Constantini urbem optare significarunt. Resignatis his epistolis Augustus justum in metum venit ne isti ægri animis, ad alios haud contentos præsentibus (cujus generis aliquammultos eosque opulentos et potentes Cyprum suspicione provida relegaverat) suum, ut fit, ulcus affricantes, cum iis societatem rebellionis coirent. Ergo repente Cantacuzeno, quem paulo ante in Cyreneam miserat, præcipit, ut per Cyprum transiens Bardam et Michaelem secum sumat. Transierat jam et pervenerat Cyrenem Cantacuzenus quando litteras accepit imperatorias. Misso ergo inde confestim certo homine duos ad se illos juvenes transtulit. At Butumites cum Monastra et reliquis viris eximiis cepto itinere progressus, postquam pervenit in Ciliciam, Armenios invenit jam pepigisse cum Tancredo; quare ipsos præteriens, ultraque provectus ad castrum Marasinum dictum, illud occupavit; simulque circumpositos vicos omnes et oppida, hybridamque Monastram illum sæpe memoratum superius universæ illi ducem præfecit regioni; quo facto Constantinopolim rediit.

Ἐπεὶ δὲ ἐξερχόμενοι οἱ Φράγγοι πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα C πρὸς κατάσχεσιν τῶν πόλεων Συρίας, ὑπέσχοντο τῷ ἐπισκόπῳ Πίσσης (68) ἱκανὰ εἰ τούτοις συνάρηται πρὸς τὸν προκείμενον αὐτοῖς σκοπόν. Ὁ δὲ καταπειθὴς τοῖς τούτων λόγοις γεγονὼς, καὶ ἑτέρους δύο (69) τῶν παρὰ θάλατταν οἰκούντων ἐς αὐτὸ τοῦτο ἐρεθίσας οὐκ ἀνεβάλλετο, ἀλλ' ἐξοπλίσας διήρεις τε καὶ τριήρεις καὶ δρόμωνας καὶ ἕτερα τῶν ταχυδρόμων πλοίων εἰς ἐνναχόσια περιιστάμενα ἔξεισιν ὡς πρὸς αὐτοὺς ἀπερχόμενος, ἱκανὰ δὲ τούτων ἀποτεμόμενος εἰς προνομὴν τῆς

C Interim Galli qui belli Hierosolymitani gratia in Asiam venerant, cum circumspecto rerum statu necessariam putarent, tum ad tuenda jam quæsita, tum ad cætera expeditionis susceptæ consilia patranda, occupationem reliquarum urbium Syriæ, quam ad rem sine auxiliis novis et validis Occidentalium suorum, sese impares cernebant, egerunt per legatos **335** promissione præmiorum ingentium, cum episcopo Pisano, ut is commodare sibi opes et operam ea in re vellet. Annuit ille, aliis quoque duobus eamdem maris oram accolentibus

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) *Τὸ Μαράσιν*. *Marasis*, Guiberto, lib. IV, cap. 2; *Marusis*, Tudebodo, lib. II; *Marasis*, Baldrico, lib. II, pag. 101; et Tzetzæ, chil. 12, n. 652; *Marasia*, Tyrio, lib. III, cap. 18; *Maresch*, in *Hist. Hieros*. an. 1114, et apud Albertum Aq. lib. III, cap. 27; *Mariscum*, Fulcherio, lib. I, cap. 6; lib. II, cap. 50. Denique Μαραύσιον, Cinnamo, lib. I.

(68) *Ἐπισκόπῳ Πίσσης*. Dagoberto, Daimberto, seu Daiaberto Pisano episcopo, qui postmodum D captis Hierosolymis, in patriarcham electus est. De Dagoberti ad Laodiceam appulsu agunt Albertus Aq. lib. VI, cap. 56 et seq.; *Gesta Franc*. cap. 33; Fulcherius, lib. I, cap. 21; Tyrius, lib. II, cap. 14. Multa etiam de hoc pontifice habet Ughellus in *Archiep. Pisan*. tom. III *Ital. sacræ*.

(69) *Ἑτέρους δύο*. Pisani adjuncti erant duo ex eadem maris ora populi, Etrusci scilicet, qui et Toscani, et Genuenses. Fulcher. lib. I, cap. 21, *Hist. Hieros*. pag. 595.

in eamdem secum auxilii Hierosolymitanis adornandi curam ac sententiam pertractis. Nec mora communi tres conatu incumbentes in opus congregandarum undique biremium triremiumque dromonum cæterarumque id genus velocium navium, tantum brevi perfecere ut nongentarum omnis formæ parata classis staret : quam conscendens ipse Pisanus Syriam versus ad eos qui se vocaverant intendit cursum. Verum in itinere non modicam istius numeri partem reliquit ad tutelam Corcyrensis arcis Coryphus, Cephaleniæ, Leucadis. et Zacynthi. His auditis imperator in cunctis Romanæ ditionis navalibus et portubus ædificari naves jussit. Ipseque quod præcipiebat primus exsequens Constantinopoli ubi tunc erat, multas locavit fabricandas. Nec imperasse satis habens aderat præeratque operi, et subinde monere consensa circumiens visebat monebatque fabros, qua forma quaque arte naves oporteret construi. Etenim exploratum habens quam experientes Pisani essent navalium bellorum; verensque ne quam ab iis majorem cladem sua classis acciperet, ita naves curabat adornari ut cujusque in prora longe exstantia eminerent ex ære ferrove simulata capita leonum, aliarumve omne genus ferarum bestiarum, diductis lateque hiantibus rictibus. Quas etiam tetras facie ad majorem terrorem tum auro et pigmentis jubebat colorari; tum vero etiam ita intus per arcanos meatus, contortilesque ductus aptari, ut per eas fauces sic apertas ejaculari flammas in hostem Romani possent, non pernicie ipsorum quam admiratione ac metu majori; quod tanta vis inopinati ac novi mali ex formidolosissimis vel ad aspectum monstrorum horrendorum buccis eructaretur. Has tali artificio paratas naves Taticio nuper ab Antiochia reduci simul tradidit;

A Κορυφῶς [a], τῆς Κεφαληνίας, τῆς Λευκάδος καὶ τῆς Ζακύνθου ἀπέστειλε. Ταῦτα μανθάνων ὁ βασιλεὺς ἐξ ἁπασῶν τῶν ὑπὸ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν χωρῶν προσέταξε γενέσθαι πλοῖα, καὶ εἰς αὐτὴν δὲ τὴν βασιλεύουσαν ἱκανὰ κατασκευάζων (70) ἐκ διαλειμμάτων εἰς μονήρες εἰσερχόμενος, ἐπέσκηπτε τοῖς κατασκευάζουσιν ὅπως χρὴ ταῦτα ποιεῖν. Γινώσκων δὲ τοὺς Πισσαίους τοῦ περὶ τὴν θάλατταν πολέμου ἐπιστήμονας; καὶ δεδιὼς τὴν μετ' αὐτῶν μάχην, ἐν ἑκάστῃ πρώρᾳ τῶν πλοίων διὰ χαλκῶν καὶ σιδήρων λεόντων καὶ ἀλλοίων χερσαίων ζώων κεφαλὰς (71) μετὰ στομάτων ἀνεῳγμένων κατασκευάσας, χρυσῷ τε περιστείλας αὐτὰ ὡς ἐκ μόνης θέας φοβερὸν φαίνεσθαι τὸ διὰ τῶν στρεπτῶν κατὰ τῶν πολεμίων μέλλον ἀφίεσθαι πῦρ, διὰ τῶν στομά- B των αὐτῶν παρεσκεύασε διιέναι, ὥστε δοκεῖν τοὺς λέοντας καὶ τ' ἄλλα τῶν τοιούτων ζώων τοῦτο ἐξερεύγεσθαι. Οὕτω γοῦν ταῦτα κατασκευάσας μετακαλεσάμενος τὸν Τατίκιον ἐξ Ἀντιοχείας νεωστὶ παραγενόμενον αὐτῷ μὲν τὰ τοιαῦτα πλοῖα παραδεδωκὼς, *Περιφανεστατην κεφαλὴν* (72) ὠνόμασε· τῷ δέ γε Λαντούλφῳ (73) τὸν ἅπαντα στόλον ἀναθέμενος μέγαν δοῦκα προὐβάλλετο ὡς τῆς ναυμαχίας εἰδήμονα ἄριστον. Ἐξελθόντες οὖν τῆς μεγαλουπόλεως μηνὸς παριππεύοντος Ἀπριλίου, μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου τὴν Σάμον κατέλαβον, καὶ τὰ πλοῖα τῇ χέρσῳ προσορμίσαντες, ἐξῆλθον πρὸς τὴν ἤπειρον ἐπὶ τῷ διὰ τῆς ἀσφάλτου ἐπιπλέον ἀσφαλισαμένους κατοχυρῶσαι αὐτούς. Μεμαθηκότες δὲ τὴν τοῦ Πισσαικοῦ στόλου διέλευσιν, τὰ πρυμνήσια C λύσαντες, καὶ αὐτοὶ ὄπισθεν αὐτῶν ἔθεον ὡς πρὸς τὴν Κῶ. Πρωΐας δὲ τῶν Πισσαίων ἐκεῖσε καταλαβόντων, ἑσπέρας οὗτοι ταύτην κατέλαβον. Μὴ ἐντετυχηκότες δὲ τοῖς Πισσαίοις ἀπῆλθον εἰς τὴν Κνίδον περὶ τὴν ἤπειρον τῆς ἀνατολῆς διακειμένην. Κεῖθι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] Κορυφους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(70) *Κατασκευάζων*. Hos Dagoberti et Pisanorum, priusquam Laodiceam appellerent, cum Alexianis conflictus et hostilitates attigit Tyrius, lib. XI, **377** cap. 44 : *Iter ergo aggressi, et oram secuti maritimam, nonnisi hostium reperiunt urbes, unde cum maxima difficultate et alimentorum inopia vium poterant inceptam conficere.*

(71) *Ζώων κεφαλάς*. More veterum fecit Alexius, qui belluarum capita auro exornata navium rostris aptabant. Virgil. lib. X *Æneid.* :

Ærata princeps secat æquora tigri.

Hoc est, ait Servius, *cujus rostrum erat in similitudinem tigridis : namque solent naves nomina accipere a tutelarum pictura.* Sed de tutelis multa Vowerenus ad Petron. Meursius ad Lycophr. Delrius ad Senec. *Trag.* Turnebus, Alexander ab *Alex.* cæterique criticorum filii commentati sunt. Tantum addo quæ habet perelegans scriptor, in Encomio Emmæ reg. Angl. lib. I : *Aggregati tandem turritas ascendunt puppes, æratis rostris duces singulos videntibus discriminantes. Hinc erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes, austros suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus; illinc homines de solido auro, argentove rutilos, vivis quodammodo non impares, atque illinc tauros erectis sursum collis, protensisque cruribus, mugitus cursusque viventium simulantes. Videres quoque delphinos electro fusos, veteremque rememorantem fabulam de eodem metallo centauros*, etc. Idem, lib. II : *Ardebat aurum in rostris, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris.*

D (72) *Περιφανεστάτην κεφαλήν*. Nova dignitas inventa ab Alexio admodum solerti in excogitandis istiusmodi dignitatibus Palatinis.

(73) *Λαντούλφῳ*. Occurrit Landulfus iste non semel infra cum perhonorifica mentione, cujus nomenclatura natione et origine Latinum prorsus fuisse arguit. Nec scio an idem qui Falconi Beneventano *Landulfus de Græcia* dicitur in Chr. ad an. 1093 : *Landulfus Græcus* M. Antonio Marsilio Columnæ in Vita et rebus gestis S. Matthæi cap. 8, qui reversus postmodum in Apuliam, *comestabilis Beneventanorum* creatus est : quam quidem sortitus sit appellationem, quod diu in Græcia, et apud Alexium moratus fuerit. Verum, ne id affirmem, facit ipsum Landulphi cognomen, quod in plerisque codd. Falconis, *de Græca*, scribitur; qua appellatione occurrit, ni fallor, castrum aliquod in agro Beneventano. Vide Ughellum, tom. VI *Italiæ sacræ*, pag. 457.

δὲ παραγενόμενοι ὡς τῆς ἄγρας ἠστόχουν ὀλίγους τινὰς ἐφευρηκότες τῶν Πισσαίων αὐτοῦ που καταλειφθέντας, ἐπυνθάνοντο ὅπου ὁ Πισσαικὸς ἐξώρμησε στόλος. Οἱ δὲ πρὸς τὴν Ῥόδον ἔφασαν. Καὶ παραχρῆμα λύσαντες τὰ πρυμνήσια θᾶττον τούτους κατέλαβον μεταξὺ Πάττάρων καὶ Ῥόδου. Τούτους δ' οἱ Πισσαῖοι θεασάμενοι, μόθου παραυτίκα σχῆμα διατυπώσαντες πρὸς μάχην οὐ τὰ ξίφη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς καρδίας ἔθηγον. Ἐπικαταλαβόντος δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου κόμης τις Πελλοπονήσιος (74) Περιχυτάνης [a] καλούμενος ναυλοχεῖν ἄριστα ἐπιστάμενος ὡς τούτους ἐθεάσατο, ταῖς κώπαις τὸ ἴδιον πτερώσας μονῆρες ὡς εἶχε κατ' αὐτῶν ἵεται, καὶ διαμέσου τούτων ὡς πῦρ διελθὼν εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν αὖθις ἐπανέστρεφε στόλον. Ὁ μέντοι Ῥωμαϊκὸς στόλος οὐκ εὐτάκτως τῆς μετὰ τῶν Πισσαίων μάχης ἀπεπειρᾶτο, ἀλλ' ὀξέως καὶ ἀσυντάκτως τούτους [b] προσέβαλλε. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λαντοῦλφος πρῶτος προσπελάσας τοῖς Πισσαίοις ναυσὶν, ἄστοχα τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ οὐδέν τι πλέον εἰργάσατο τοῦ πυρὸς σκεδασθέντος. Ὁ δὲ λεγόμενος Ἐλεήμων κόμης ἀναισχύντως μεγίστῳ πλοίῳ κατὰ πρύμναν προσβαλὼν τοῖς πηδαλίοις τούτου περιπεσὼν καὶ μὴ εὐχερῶς ἔχων ἐκεῖθεν διαπλωΐσασθαι, κατεσχέθη ἄν, εἰ μὴ γοργῶς πρὸς τὴν σκευὴν ἀπεῖδε. Καὶ πῦρ κατ' αὐτῶν ἀφεὶς οὐκ ἄστοχα ἔβαλεν. Εἶτα τὴν ναῦν ἐπὶ θάτερα γοργῶς μεταφέρων καὶ ἑτέρας παραχρῆμα τρεῖς μεγίστας ἐπυρπόλει τῶν Βαρβάρων ναῦς. Ἐπεὶ δ' ἅμα καὶ συστροφὴ ἀνέμου τὴν θάλατταν ἐπεισπεσοῦσα ἀθρόον διετάραττε τάς τε ναῦς συνέτριβε καὶ μονονοὺ βυθίζειν ἠπείλει· ἐῤῥόχθη [c] γὰρ τὸ κῦμα, ἐτετρίγεσαν αἱ κεραιαὶ, τά θ' ἱστία διεῤῥήγνυντο. Ἐκδειματωθέντες οἱ Βάρβαροι, τὸ μὲν διὰ τὸ πεμπόμενον πῦρ· οὐ γὰρ ἐθάδες ἦσαν τοιούτων σκευῶν ἢ πυρὸς, ἄνω μὲν φύσει τὴν φορὰν ἔχοντος, πεμπομένου δ' ἐφ' ἃ βούλεται ὁ πέμπων κατά τε τὸ πρανὲς πολλάκις καὶ ἐφ' ἑκάτερα· τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ θαλαττίου κλύδωνος συγχυθέντες τὸν νοῦν φυγαδείας ἥψαντο. Οὕτω μὲν οὖν τὰ τῶν Βαρβάρων. Ὁ δέ τοι Ῥωμαϊκὸς στόλος νησιδίῳ τινὶ προσώκειλεν οὑτωσί που καλουμένῳ Σεύτλῳ (75). Αὐγαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐκεῖθεν ἀπάραντες τῇ Ῥόδῳ προσώρμησαν [d]. Τῶν πλοίων οὖν ἀποβάντες καὶ ἐξαγαγόντες ὅσους ἔφθασαν κατασχεῖν καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τοῦ Βαϊμούντου ἀδελφιδοῦν (76), ἐξεδειμάτουν αὐτοὺς ὡς μέλλοντες τιμῆς πάντας ἀπεμπολεῖν, ἢ κατασφάττειν. Ὡς δὲ ἀκαταπλήκτους πρὸς τοῦτο ἑώρων αὐτοὺς καὶ τὴν ἀπεμπόλησιν ἐν οὐδενὶ τιθεμένους, εὐθὺς ξίφους παρανάλωμα πεποιήκασιν. Οἱ δέ γε περιλειφθέντες τοῦ Πισσαϊκοῦ στόλου πρὸς τὸ τὰς παρατυχούσας νήσους καὶ τὴν Κύπρον ληΐζεσθαι

A simul eidem illi viro probatissimæ virtutis, quo alacrius novum hoc bellum capesseret, amplam in primis appellationem indidit, *Illustrissimi Capitis*. Cæteræ classi universæ titulo et potestate ducis magni Lantulphum præfecit quippe virum navalis pugnæ peritissimum. Solverunt hi Constantinopoli mense Aprili cum classe Romana universa; et Samo proximo cursu obiter perstricta navibus adverso littori applicitis, in continentem exscenderunt, navigia recenter ædificata, asphaltis illic abundantis inunctione multa firmaturi. Certiores ibi fiunt præteriisse Pisanam classem. Quare solventes ipsi post eos currunt, versus Coam insulam. Pervenerant eo Pisani mane diei ejus, cujus sub vesperam Romani eodem appulere. Ergo si opportunitate exclusi rei B gerendæ, quippe Pisanis, qui longo intervallo præcucurrerant, non inventis, Cnidum abeunt, insulam prope continentem Orientis sitam. Ibi deprehensuros se rati Pisanos, spe quidem exciderint prædæ totius, repererunt tamen relictos Pisanorum aliquos a quibus interrogatis quo ivisset Pisana classis,
336 Rhodum versus navigasse illam audiverunt. Nulla mora insequendi facta, instant solutis admissisque post Pisanos navibus, brevique eos assequuntur inter Pattara et Rhodum. Eos Pisani conspicati, classe cito disposita apte ad navale prælium, et tela et animos ad pugnam acuebant. Admovetur interim propius Romana classis et quidam comes Peloponnesius, Perichytanes vocatus, scientissimus artis navigandi, toto remigio suæ moneris incitato, C velocissimo impetu Pisanos petit: perque ipsos medios flammea rapiditate pervolans, ad classem rursum se Romanam retulit. Cæterum nostræ naves haud satis ordinate satisque juncto, sed tumultuario quodam impetu, pugnam cum Pisanis capessebant. Quin Lantulphus ipse, ubi se admovit primus navigiis hostilibus, ignem intempestive jaculatus, ideo temere et sine hostium damno dispersum, fructum inventi novi nullum habuit. Felicior fuit comes, Eleemon dictus. Is magnam audacter aggressus Pisanam navem, cum incidisset in ejus gubernaculum, itaque se implicuisset, ut retro inde cedere nequiret, captus esset utique, nisi præsentem in tali periculo animum ad paratam appulisset D machinam evomendæ flammæ per fauces æneas, uti diximus. Ergo id agere adorsus cum magna pernicie navis hostilis cui adhæserat, tres quoque inde alias maximas sese strenue circumagens eadem peste incendii sparsilis afflavit et absumpsit. Inter hæc repente mutato vento, turbari mare, mugire fluctus, concuti mutuo collisu naves et conteri,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] Περιχύταν. [b] τούτοις. [c] ἐῤῥόχθει. [d] προσώρμισαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(74) *Κόμης τις Πελοποννήσιος*. Non comes in Peloponneso, sed dignitate, seu officio in classe comes, origine Peloponnesius. Vide supra, pag. 291.

(75) *Σεύτλῳ*. *Seutlos*, Ioniæ insula circa Rhodum, Plinio *Seutlusa*, Stephano Ταύτλουσσα.

(76) *Βαϊμούντου ἀδελφιδοῦν*. Quis ille Boemundi nepos, vel affinis, quem cum Pisanis navigasse ait Anna, ex nostris scriptoribus haud liquet. Vide pag. 394.

stridere antennarum cornua, frangi ac discerpi A vela, denique in præsenti demersionis periculo ac metu naves esse. Communis hic erat ambarum partium terror; illa propria formido Pisanorum, ignis missilis nunquam illis visa usuque comperta natura; nam cum ignis notus rectum et statum impetum habeat cœlum versus, hic videbant et in pronum haud reluctantem flammam dejici, et ad latera vibrari non ægre sequentem vim et destinationem jaculantis. Igitur hæ machinæ artificum molitrices fulgetrorum rem eo die confecere: perculsi enim isto potissimum malo Barbari fugæ se mandarunt. At Romana classis vitandæ tempestati stationem in præsens opportunam cepit ad parvam insulam cui nomen Seutlo fuit. Allucescente die postera moventes inde ad Rhodum appellunt: B quam in insulam exscensu Romani facto quosdam e Latinis captos, in iis consobrinum Baimundi, terrere primo conabantur metu servitutis, et venditionis miseræ; verum cum nihil inde moveri eos, et tantum mancipationis vilissimæ dedecus pro nihilo ipsos habere animadverterunt, trucidarunt universos. Pisani superstites cæteri ad insulas deprædandas, præsertim Cyprum, adjecerunt animos. Cyprum gubernabat tum Philocales Eumathius, qui repente in Latinos cum copiis movit, simul cognovit **337** appulsos: tantoque ipsos terrore affecit ut suorum obliti, quos non paucos jam ad pabulandum in insulam emiserant, statim cum perturbatione solverent Laodiceam versus, ad Baimundum C cui se suaque libenter scilicet accipienti et mutua spondenti detulere. At illi, quos diximus, miseri in Cyprum expositi prædatores, ubi ad littus reversi, classem non viderunt suam, desperatione acti magna projecerunt se in mare, ibique in aquis præfocati sunt. Dehinc duces Romanæ classis, et Lantulphus ipse in Cyprum convenientes habito consilio decreverunt de communi omnium sententia tractare de pace. Electus ad id Butumites qui statim ad Baimundum se contulit: et apud eum dies totos detentus est quindecim. At Baimundus idem semper erat, nihil ab illo fraudulento pacis et pacatarum artium indocili mutatus. Tandem ergo accersitum Butumiten sic minaciter affatus est: *Non huc tu amicitiæ aut pacis venisti causa, sed incendendarum mearum navium: itaque fac abeas quam primum, et quod fraudis tantæ conscius a nobis inultis integer atque illæsus dimitteris, in lucro pone.* Cum his reverso Butumite ad eos a quibus missus fuerat, consultatio ab iis communiter instituitur in Cypri portu. Ibi altius introspecta ex recentibus indiciis malitia Baimundi, desperataque inter ipsum et imperatorem concordia, nihil tunc quidem decernere se posse putaverunt consultius quam si classem plenis velis Constantinopolim referrent. In eo cursu cum essent prope Sycen gravi ac vehementi oborta tempestate vasto fluctuum et ventorum impetu allisi ad terram sunt, conquassatis universis navibus, præter eas quibus proprie Taticius præerat.

A ἀπέβλεψαν. Ἔνθα τυχὼν ὁ Φιλοκάλης Εὐμάθιος κατ' αὐτῶν ἵεται. Οἱ δὲ περὶ τὰς ναῦς δειλίᾳ σχεθέντες μηδὲ τοῦ ἐξιόντος προνομῆς χάριν ἀπὸ τῶν πλοίων αὐτῶν λαοῦ πεφροντικότες, ἀλλὰ τοὺς πλείονας περὶ τὴν νῆσον ἐάσαντες, ἀσυντάκτως οὕτω λύσαντες τὰ πρυμνήσια πρὸς τὴν Λαοδίκειαν ἀπέπλεον, τὸν Βαϊμοῦντον ἐπὶ νοῦν ἔχοντες. Καὶ δὴ καὶ [7] καταλαβόντες προσεληλύθεισάν τε αὐτῷ καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ ἀγάπην ἀσπάζεσθαι ἔλεγον. Ὁ δὲ, ὁποῖος ἐκεῖνος ἀσμένως αὐτοὺς ὑποδέχεται. Ἐπεὶ δ' οἱ περὶ τὴν ἠϊόνα καταλειφθέντες λαφυραγωγίας ἕνεκα ὑποστρέψαντες τὸν ἴδιον στόλον οὐχ ἑώρων, ἔῤῥιπτον ἑαυτοὺς ἀφειδῶς εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἀπεπνίγοντο. Οἱ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου θαλασσοκράτορες καὶ αὐτὸς δὴ ὁ Λαντοῦλφος καταλαβόντες B τὴν Κύπρον συνεληλυθότες περὶ εἰρήνης ἐπερωτᾷν ἐβουλεύοντο. Πάντων οὖν ὁμογνωμονησάντων πρὸς τοῦτο, στέλλεται ὁ Βουτουμίτης πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον. Τοῦτον οὖν θεασάμενος καὶ παρακατασχὼν ἐπὶ ὅλαις πέντε καὶ δέκα ἡμέραις ἐπεὶ τὴν Λαοδίκειαν καὶ λιμὸς κατειλήφει καὶ ὁ Βαϊμοῦντος αὖθις Βαϊμοῦντος ἦν καὶ οὐκ ἠλλοίωτο οὔτε μὴν εἰρηνεύειν ἐμεμαθήκει, μεταπεμψάμενος αὐτὸν, φησὶν, *Οὐ διὰ φιλίαν ἢ εἰρήνην αὐτὸς ἐνταυθοῖ παραγέγονας, ἀλλ' ἐφ' ᾧ τὰς ἐμὰς ἐμπρῆσαι ναῦς. Ἄπιθι τοίνυν· ἀρκεῖ γάρ σοι τοῦτο τὸ, ἀνακρωτηρίαστον τῶν ἐνταῦθα ἀπολυθῆναι.* Ἀπάρας οὖν ἐκεῖθεν καταλαμβάνει τοὺς αὐτὸν ἀποστείλαντας περὶ τὸν λιμένα τῆς Κύπρου. Καὶ τὴν Βαϊμούντου πονηρὰν γνώμην C ἐπιπλέον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν μηνυμάτων διαγνόντες καὶ ὡς ἀδύνατον σπείσασθαι μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐκεῖθεν ἀπάραντες ὅλοις ἱστίοις τὴν πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ὑγρὰν ὑπέπλεον κέλευθον. Κατὰ δὲ τὴν Συκὴν (77) τρικυμίας μεγάλης καὶ κλυδώνου [8] διεγερθέντος σφοδροῦ, τὰ πλοῖα τῇ χέρσῳ προσραγέντα ἡμίθραυστα πάντα γεγόνασι πλὴν τῶν νεῶν ὧν ἐξῆρχεν ὁ Τατίκιος.

Hic successus classis Pisanæ fuit, et expeditionis navalis ejus occasione susceptæ. Interim Baimundus pro sua cætera solertissima versutia, vidit

D Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὸν Πισσαϊκὸν στόλον ὧδέ πω προκεχωρήκει. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος φύσει πονηρότατος ὢν ἐξεδίει μὴ τὸ Κούρικον (78) ὁ βασιλεὺς προ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[7] καὶ δή. [8] κλύδωνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(77) *Συκήν. Sycæ*, hodie *Galata*, et *Pera*, olim urbis CP. XIII regio. Vide *Hist.* nostram *Gallo-Byzant.* lib. V, n. 32.

(78) *Κούρικον.* Ciliciæ urbs, in qua Justinianus imp. balneum et πτωχεῖον renovavit, ut auctor est Procopius, lib. V *De ædif. Just.* extremo; *Curcum* Sanuto lib. II, part. IV, cap. 26: *Curca*, Tagenoni Patau; *Corycus*, in notitia Græc.; *Curc*, Willebrando ab Oldenborg in *Itiner. T. S.* ubi describitur; hodie *Curco*. Ejusce oppidi, quod sub Armeniæ regibus

κατάσγῃ, καὶ στόλον Ῥωμαϊκὸν τῷ λιμένι προσορμίσας φυλάττῃ μὲν τὴν Κύπρον, ἀπείργῃ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας διὰ τῆς παραλίας τῆς ἀνατολῆς μέλλοντας ἰέναι πρὸς αὐτὸν συμμάχους. Ταῦτα οὖν λογιζόμενος, αὐτὸς τοῦτο ἀνοικοδομῆσαι καὶ τὸν λιμένα κατασχεῖν ἐβούλετο· πόλις γὰρ πρότερον οὖσα ἐρυμνοτάτη τὸ Κούρικον ἐν ὑστέροις ἔφθασεν ἐρεπωθῆναι χρόνοις. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ ταῦτα προμηθευσάμενος καὶ τὰς ἐπινοίας αὐτοῦ προκαταλαβὼν, πέμπει τὸν ἐκτομίαν Εὐστάθιον ἀπὸ τῆς τοῦ κανικλείου ἀξίας (79) μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου προχειρισάμενος, ἐπισκήψας αὐτῷ σπεῦσαι καταλαβεῖν τὸ Κούρικον, καὶ διατάχους ἀνοικοδομῆσαί τε αὐτὸ καὶ τὸ κάστρον Σελεύκειαν (80), στάδια ἓξ τούτου ἀφισταμένην, καὶ δύναμιν ἀποχρῶσαν καταλιπεῖν ἐν αὐτοῖς, δοῦκα δὲ προχειρίσασθαι Στρατήγιον τὸν Στραβὸν, ἄνδρα μικρὸν μὲν τῷ σώματι, ταῖς δὲ πολεμικαῖς ἐμπειρίαις πολύν τε καὶ μέγιστον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν λιμένα στόλον ἱκανὸν προσορμίσαι καὶ παραγγεῖλαι ἐγρηγορέναι καὶ ἐνεδρεύειν τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας εἰς τὴν ἀρωγὴν τοῦ Βαϊμούντου ἐρχομένους, ἐπαρήγειν δὲ καὶ τῷ [a] Κύπρῳ. Ἐξελθὼν οὖν ὁ ῥηθεὶς δρουγγάριος τοῦ στόλου καὶ προκαταλαβὼν τὰ τοῦ Βαϊμούντου διανοήματα, ἀνεγείρει μὲν αὐτὸ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀποκαθιστᾷ κατάστασιν. Παραχρῆμα δὲ καὶ τὴν Σελεύκειαν οἰκοδομήσας καὶ κατοχυρώσας διὰ τάφρων γυρόθεν δυνάμεις τὰς ἱκανὰς ἐν ἀμφοτέροις καταλιπὼν μετὰ τοῦ δουκὸς Στρατηγίου κατελθὼν εἰς τὸν λιμένα καὶ στόλον ἀποχρῶντα ἐν αὐτῷ κα-

A fieri facile posse ut imperator consilium caperet præoccupandi Curici, oppidi olim munitissimi, postea destructi. Erat ibi portus capax Romanæ classi capiendæ, opportune imminens, tum in tutelam Cypri, tum in maris custodiam ea parte qua cursus est necessarius Longobardicis navibus auxilia Baimundo portaturis. His de causis decreverat Baimundus reædificare quamprimum urbem Curicum, portumque ejus occupare : quo et illa quæ memoravimus tanta ejus consilii commoda imperatori eriperet, sibi adjungeret, et quæ inde damna metuebat si prævertaretur a Romanis, non solum evitaret, sed etiam in opportunitates nocendi hostibus verteret. Cum autem non minus cogitationes Baimundi quam rei momenta ipsius imperator B perspiceret penitus, opus maturato credidit. Non enim aliter vafrum artificemque adversarium posse prohiberi a quæstuoso incepto rei non difficillimæ nisi improvisa diligentia **338** prævertatur. Mittit igitur extemplo Eustathium eunuchum e Caniclei præfecto magnum classis drungarium creatum, datis ei mandatis ut properaret occupare Curicum et in integrum restituere : neque id modo, sed arcem quoque Seleuciam sex stadiis a Curico distantem, novis munitionibus circumdaret, tum imposito idoneo præsidio ducem loco præficeret Strategium Strabum, pusilla quidem statura virum ; sed ingentis in rebus bellicis gloriæ : ad hæc naves bellicas idoneo numero in portum induceret, insi- C diaturas Latinis navibus quæ ab Apulia commea-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] τὴν. Lege τῇ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

munitissimum fuisse testantur scriptores, dominus fuit Aithonus, auctor *Hist. Orientalis*, sub. a. 1305, pater, ni fallor, Ossini comitis Curchi, qui Leone IV Armeniæ rege **378** imperante florebat. Vide Odoricum Raynald. an. 1322, n. 33 et 46, et Josephum Barbarum in *Itiner. Persic.* pag. 461.

(79) *Τοῦ κανικλείου ἀξίας*. Ὁ ἐπὶ κανικλείου dictus, penes quem erat vas, in quo asservabatur sacrum encaustum, quo imperatores diplomata vel epistolas subscribebant. Anastasius Bibliothecarius ad act. 10 octavæ synodi : *Præpositus caniculi apud Græcos est qui curam et custodiam gerit caniculi, id est, atramentarii, ex quo imperator fœniceas litteras scribit in chartis.* Ita vero dictum κανίκλειον, quod caniculi formam effigiemque præ se D ferret, uti supra observatum ad. pag. 62. Hujus dignitatis crebra est mentio apud scriptores Byzantinos, apud Scylitzem in Michaele Rhang. et Constantino Leonis F. Zonaram in Theophilo, Leonem Grammatic. in Constantino, Nicetam in Man. lib. I, n. 3, in Alex. Man. F. n. 18 ; in Alex. Ang. lib. II, n. 4 ; Acropol. cap. 79 ; et Codin. *De orig. CP.* pag. 52 edit. Reg. et lib. *De offic.* Exstat, inquit Seldenus lib. *De titul. honor.* part. I, cap. 6, n. 6, in bibliotheca regis Christianis. : Ἰωάννου τοῦ Καματήρου τοῦ ἐπὶ κανικλείου περὶ τῆς οὐρανίας τῶν ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον. Codice nempe 149 et 559. Κανικλείων dicitur Gregentio in *Disputat.* pag. 201. Κανίκλης Leoni Grammatico, pag. 461, 491. *Caniclinus*, Tyrio lib. XXII, cap. 6, et Gunthero lib. VIII *Ligur.* Nec diversus fuit ὁ ἐπὶ κανικλείου a Logotheta, penes quem auctor est Nicetas in Man. lib. IV, n. 4 fuisse vas illud Purpuramentarium, gemmis et auro distinctum, in quo scilicet asservabatur encaustum, quo Aureas Bullas obsignatas et subscriptas testatur Codinus, *De offic.* cap. 5, n. 18, quo Nicetæ loco Codex Barbaro-Græcus habet, Χρυσόβουλλον μετὰ λίθων λαμπρῶν, hoc est Bullarium, seu typum sigillarium, quo Bullæ ipsæ imprimebantur ; unde colligitur, et *encaustarium*, et *bullarium* penes logothetam fuisse. Id præterea observo ex Leone Grammatico et Scylitze scribentibus in Michaele, Bardam, Theoctisto logotheta exstincto, Caniclei dignitatem in se transtulisse, hoc est, logothetæ dromi, qua functus fuerat Theoctistus, ad quam, officii jure, Aureæ Bullæ subscriptio spectabat. Unde recte Radevicus, *De gest. Frid.* lib. III, *caniclinum* ; Nicetas vero in Man. lib. VII, n. 1, logothetam, *cancellarium* interpretantur. Quippe penes cancellarium atramentarii regii cura exstitit ; concilium Duziacense I, parte II, cap. 33 : *Ego autem jussi Odonem ire ad cancellarium regis, et accipere ab illo pergamenum, et atramentarium, et scribere illum cito.* Atque ex iis emendandus Rogerus Hoved. pag. 596 : *Qui fuerat cancellarius imperatoris, quem Græci vocant Laucete.* Legendum enim *Logothetam*. Sed et videtur idem fuisse cum *protoasecretis* in VIII synodo, act. 10 : Τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου Πρωτασηκρήτου καὶ ἐπὶ κανικλείου. Vide præterea Cujac. ad leg. 2 Cod. de petit. bonor. subl. lib. X : Meurs. in Gloss. Gretser. et Goarum ad Codinum.

(80) *Σελεύκειαν*. De hac urbe, præter Geographos, consulendus Guibertus lib. VI, cap. 16.

rent ad Baimundum : simul etiam invigilaturas A custodiæ Cypri. Hæc omnia plane uti jussus fuerat exsecutus Eustathius Constantinopolim se retulit, amplam ibi ob eam rem feliciter fideliterque confectam, ab imperatore laudem et merita præmia consecutus.

Et hæc quidem de Corico. Evoluto hinc anno certior factus Imperator parari Genuensem classem in auxilium Francorum, sensit statim non mediocris periculi rem esse, nec ab Genuensibus minora Romano imperio damna quam a Pisanis merito timenda. Ergo ut iis occurreret Cantacuzenum cum idoneis copiis per continentem mittit; mari vero Lantulphum cum valide armata classe festinare jussit ad præoccupanda insidiis loca depressiora, unde in transituram illac Genuensem classem, victorem ex tuto impetum facere posset. Ivit mature Lantulphus quo imperatum erat : cæterum sapientis incepti successum vis major intercepit. Procella gravis et supra quamvis validarum navium firmitatem vehemens incubuit in classem tam sæva tamque ineluctabili vi ut pleræque naves frangerentur utique : quas ideo subductas in terram linire pice ac crassamento, cæteraque resarcire cura ejus generis necesse fuit. Hac vice rerum Cantacuzeno indicium defertur, classem adventare Genuensem. Hoc ille accepto, auctor est Lantulpho, ut cum navibus octodecim quas habebat solas in mari, cæteris refectionis necessitate subductis in terram, subsideret juxta mandatum imperatoris C circa Promontorium Malei, immineretque inde in occasionem aggrediendarum ex tuto, si res et occasio ferret, mox transiturarum Genuensium navium. Sin ei in præsenti conspectu classis hostilis aliud suaderet sua paucitas et conscientia infirmitatis, certe receptum salutarem suis exiguis copiis tuto perficeret, classe tota Coronem deportanda, quo certus, et nulla vi hostili prohiberi facilis, tali locorum situ cursus erat. Acquievit consilio Lantulphus; sed cum admotis Genuensibus, plures eos longe validioresque cerneret, quam ut capessere cum spe aliqua **339** pugnam contra ipsos posset, Coronem ut constitutum erat, se recipit. Cantacuzenus cura, quantam maximam debuit in classem Romanam collata, ut impune in terram expositos D Genuenses didicit, quod unum supererat, expedivit se ac suos ad eos insequendos. Quos ubi assequi non potuit, Laodiceam deflexit, toto illic conatu bellum cum Baimundo gesturus. Ac primo quidem impetu portum occupavit; deinde arcem aggressus continuata per noctem et diem oppugnatione, frustra fuit tamen, et sæpissime assultu tentato, repulsus est toties. Expertus quin etiam pacatas artes, et demereri colloquio conatus Gallos, non

A ταλαιπωρίαν κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος εἰσηγήσεις ἐπανεζεύγνυσι πρὸς τὴν μεγαλόπολιν, καὶ μεγάλως παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπαινεθεὶς δαψιλῶς πεφιλοτίμηται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸ Κούρικον.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐνιαυτοῦ ἀναμαθὼν ὁ βασιλεὺς ὅτι καὶ Γενούσιος [10] στόλος (81) εἰς συμμαχίαν τῶν Φράγγων ἐξελθεῖν ἑτοιμάζεται, στοχασάμενος ὅτι οὐ μικρᾶς βλάβης καὶ παραίτιοι αὐτοὶ [11] τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἔσονται, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν διὰ τῆς ἠπείρου μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως, τὸν δὲ Λαντοῦλφον γοργῶς ἐξοπλίσας μετὰ στόλου διὰ θαλάττης ἀπέστειλε, παρακελευσάμενος αὐτῷ τὸ τάχος καταλαβεῖν τὰ κατώτερα, ἐφ' ᾧ B τὸν μετὰ τῶν Γενουσίων ἐκεῖσε διερχομένων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Τούτων ἀπελθόντων ἔνθα καὶ προσετάχθησαν, χειμὼν βαρὺς ἐπιγέγονε καὶ ἀφόρητος, ὑφ' οὗ καὶ πολλὰς τῶν νεῶν συνέβη διαθραυσθῆναι, ἅσπερ πάλιν πρὸς τὴν χέρσον ἐξελκύσαντες, ἐπιμελῶς τὴν διὰ τῆς ὑγρᾶς πίσσης ἐπίχρισιν ταύταις ἐπέφερον. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ Καντακουζηνὸς τὸν τῶν Γενουσίων στόλον περὶ τὰ κατώτερα διαπλέοντα ἐγγύς που εἶναι μεμαθηκὼς ὑποτίθεται τῷ Λαντούλφῳ ὀκτωκαίδεκα ναῦς ἀναλαβέσθαι (τοσαύτας γὰρ μόνας συνέβη τῷ τότε ἀποπλέειν τῶν ἄλλων ἐξελκυσθεισῶν τῆς θαλάσσης), καὶ ἀπελθόντα κατὰ τὸ ἀκρωτήριον τοῦ Μαλέου προσοκεῖλαι αὐτὰς κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ὑποθήκας, καὶ διερχομένων τῶν Γενουσίων εἰ μὲν τὸν μετ' αὐτῶν ἀπο- C θαῤῥοίη [12] πόλεμον, εὐθὺς τὴν μετ' αὐτῶν ἀναδέξασθαι μάχην· εἰ δ' οὖ τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὸν νηυσὶ σὺν αὐτοῖς πλωτῆρσιν εἰς Κορώνην προσοκείλαντι, περιποιήσασθαι. Ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ τὸν πολὺν στόλον τῶν Γενουσίων [13] θεασάμενος καὶ ἀπαγορεύσας τὴν μετ' αὐτῶν μάχην, θᾶττον τὴν Κορώνην κατέλαβεν. Ὁ δὲ Κανταχουζηνὸς τὸν ὅλον Ῥωμαϊκὸν στόλον ὡς ἔδει περιποιησάμενος, καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ ἐκεῖσε συναγαγὼν, ὡς εἶχε τάχους κατόπιν τῶν Γενουσίων ἐδίωκε. Μὴ ἐφθακὼς δὲ τὴν Λαοδίκειαν κατέλαβε, σπεύδων πρὸς τοὺς μετὰ τοῦ Βαϊμούντου πολεμῆσαι ὅλῃ γνώμῃ καὶ χειρὶ ἀποδύεσθαι. Καὶ μέντοι τοῦ ἔργου ἀψάμενος, τὸν λιμένα κατέλαβε D καὶ διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας τῆς τειχομαχίας οὐκ ἀφίστατο· ὡς δ' ἄπρακτος τοῦ λοιποῦ [14] ἔμενε μυριάκις μὲν προσβαλὼν, τοσαυτάκις δ' ἀποτυχὼν καὶ πῇ μὲν ὑποποιούμενος τοὺς Κελτοὺς οὐκ ἔπειθε, πῇ δὲ μαχόμενος ἀπετύγχανε. Τειχίον τι διὰ ξηρῶν λίθων κυκλοτερὲς δειμάμενος ἀναμεταξὺ τῆς ψάμμου καὶ τῶν τειχῶν Λαοδικείας ἐν τρισὶ νυχθημέροις κἄκτοτε ὡς ἔρεισμα τοῦτο κτησάμενος ἕτερον πολίχνιον δι' ἐγχορήγου ὕλης ἐντὸς τούτου θᾶττον ἀνήγειρεν, ἵν' ἐντεῦθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς γεν-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[10] Θνούσιος. Sic semper. [11] Deest vox αὐτοί. [12] θαῤῥοίη. [13] Θνουσίων. Sic semper. [14] λοιποῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(81) *Γενούσιος στόλος*. Will. Tyrius lib. x, cap. 28.

ναιότέρον τῆς τειχομαχίας ἀντέχοιτο. Ἀλλὰ καὶ A πύργους δύο διὰ τοῦ στομίου τοῦ λιμένος ἐφ' ἑκάτερα εἰκοδομήσας ἄλυσιν σιδηρᾶν διαμπερὲς τούτων εἰσελάσας δι' αὐτοῦ ἀπετάφρευε τὰς ἴσως ἐλπιζομένας εἰς βοήθειαν τῶν Κελτῶν ἐκ θαλάττης ναῦς. Ἐνταῦθα [15] δὲ καὶ πολλὰ τῶν περὶ θάλατταν πολιχνίων κατέσχετό τε Ἀργυρόκαστρον καλούμενον, τὸ Μαρχάπιν (82), τὰ Γάβαλα (83), καὶ ἄλλ' ἄττα, μέχρις αὐτῶν συνόρων Τριπόλεως ἐφθακώς, ἅπερ πρότερον μὲν φόρους τοῖς Σαραχηνοῖς ἐδίδου. Ἐν ὑστέροις δὲ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις τῇ Ῥωμαίων ἐπανεσώθησαν.

plus tractatione tranquilla, quam infesta vi profecit. Ergo cum aliud in præsens non posset, maceriam ex rudi saxo circulari formæ molitus est in intervallo quod littus inter et Laodiceæ muros interjacet. Triduo perfectum id opus stetit. Deinde intra illum ambitum arcem exstruxit ex aliunde importata materia. Celeriter hæc quoque surrexit moles, in præcipuum Laodicensis oppugnationis usum. Hinc enim tanquam ex tuto receptaculo erupturi assidue valentius ad fatigandam longa belli constantia obsessorum tolerantiam Romani videbantur. Sed et ne ipsis spes a mari blandiretur importandi quandoque navalis auxilii, duæ ad ostium portus excitatæ in prospectu mutuo turres sunt, interque ipsas catena ferrea suspensa, quæ facile probiberet omnem Gallicarum navium appulsum. Interim et alia maritimæ illius oræ occupata oppida, Argyrocastrum, Marapis, Gabala, et quæ hinc interjacent ad confinia Tripolis. Hæc tot loca prius tributaria Saracenis, multis tum sudoribus laboribusque Romano imperio restituta sunt.

Ὁ μέν τοι βασιλεὺς δέον λογισάμενος καὶ ἀπὸ B τοῦ μέρους τῆς ξηρᾶς πολιορκῆσαι τὴν Λαοδίκειαν, γινώσκων ἐκ μακροῦ τὸν δεινὸν Βαϊμοῦντον καὶ τὰς αὐτοῦ μηχανὰς, ὁποῖος ἐκεῖνος δεξιὸς ἦθος ἀνθρώπου ἐν βραχεῖ καταμαθεῖν καὶ τῆς αὐτοῦ δολερᾶς καὶ ἀποστατικῆς γνώμης κατάλιψιν [16] ἀκριβῆ ἔχων, τὸν Μοναστρᾶν μετακαλεσάμενος μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως διὰ τῆς ἠπείρου ἀπέστειλεν, ὥστε ἐν ταὐτῷ, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν ἐκ θαλάττης, αὐτὸν δὲ ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἠπείρου πολιορκεῖν τὴν Λαοδίκειαν. Ἀλλ' ὁ Καντακουζηνὸς πρὸ τοῦ τὸν Μοναστρᾶν ἐφθακέναι, τὸν λιμένα καὶ τὸ κάστρον αὐτὸ κατέσχε. Τὴν μέν τοι ἀκρόπολιν, ὅπερ Κουλᾶ νῦν ἡ συνήθεια καλεῖν εἴωθεν, ἔτι Κελτοὶ κατεῖχον πεζοὶ πεντακόσιοι καὶ ἱππεῖς ἑκατόν. Τούτων οὖν τῶν πολιχνίων τὴν κατάσχεσιν ὁ Βαϊμοῦντος ἀκηκοὼς, μεμαθηκὼς δὲ C καὶ ἀπὸ τοῦ φυλάσσοντος κόμητος (84) τὴν τῆς Λαοδικείας ἀκρόπολιν ὅτι ἐπιδεὴς ἐστι χορτασμάτων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων πασῶν, τοῦ τε ἀνεψιοῦ αὐτοῦ Ταγγρὲ καὶ τοῦ Σαγγέλη ἑνωθεὶς καὶ βρώσιμα παντοῖα ἐπισυνάξας ἐν ἡμιόνοις, καὶ τὴν Λαοδίκειαν καταλαβὼν, τὰ μὲν χορτάσματα θᾶττον

Imperator his cognitis nequaquam satis arctatam Laodiceam existimans quandiu a maritima duntaxat parte obsideretur; quippe qui pro sua pernoscendorum hominum vel ex brevi aspectu solertia, simul acrem ad vim quamvis, simul astutum ad omnem fraudem rebellionisque ac perjurii plenissimum Baimundi nosset animum: Monastram accersitum cum justo exercitu terrestri per continentem eo destinavit cum mandatis, ut ex ea parte quæ sola Laodicensibus Gallis hactenus libera versus Mediterranea relicta fuerat, ipse castris positis strenue Cantacuzenum adjuvaret adverso ex loco contendentem; sic enim spem esse ut contumacia rebellium undique circumventa frangeretur. Verum jam ante quam pervenisset eo Monastras, Cantacuzenus portum urbemque ipsam subegerat. Supererat arx sola usu vulgari Cula dicta, quam obtinebant Galli pedites quingenti, equites centum. At Baimundus, et fama tot arcium occupatarum, et litteris præfecti castro Laodicensi annonam equis hominibusque alendis deesse illic nuntiantibus, **340** de periculo rerum suarum ope maturata egentium admonitus,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[15] ἐν ταὐτῷ. [16] κατάληψιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Μαρχάπιν*. Legendum Μαρχάτιν, est enim urbs maritima, vicina Maracleæ, Valeniæ, Gabulo, etc. quam *castrum Margath* vulgo vocant Jacobus de Vitriaco, lib. I, cap. 44; Tyrius, lib. VII, cap. 17; Sanutus, lib. III, part. XIV, cap. 2; et Aithonus cap. 59. Describitur vero sat pluribus a Willebrando ab Oldenborg in *Itiner.* pag. 130. Ejusce castri dominos damus in *Famil. Hieros.*

(83) *Γάβαλα*. *Gabulum*, urbs Cœlesyriæ maritima, a Laodicea 12 milliaribus dissita, ut habent Jacobus de Vitr. lib. I, cap. 44; et Tyrius, lib. VII, cap. 17; lib. XIII, cap. 27; lib. XVIII, cap. 4: lib. XX, cap. 19. *Giabala* dicitur Alderisio, pag. 195; **379** et in *Chronico Orient. Gebul*, Benjamino Tudel. *Gavala*, *in Itiner. Hier.* et Arnoldo Lubec. lib. V, c. 3, *Gabelum*, Jacobo de Vitr. lib. I, cap. 99, *Gibellum*, *Gibel* eidem, et Roberto Mon. lib. VIII, pag. 72; Tudebodo pag. 808; Alberto Aq. lib. V, cap. 34; lib. VI, cap. 55: Guiberto, lib. VI, cap. 21; *Zibellum*, Raimundo de Agiles, pag. 165, et Joanni Phocæ D n. 7. *Zebel* eidem Annæ, pag. 413, unde *Pelles Zebellinæ*, quod inde Marturinæ pelles in Europam a mercatoribus inveherentur. Ex laudatis porro scriptoribus constat Gabuli obsidionem a duce Gothofredo et Flandrensi comite tentatam, posthæc omissam propter supervenientes Saracenos, ob idque cum principe civitatis inita fœdera. Proinde recte Anna dixit Saracenis ablatum ab Alexianis Gabulum, quod in Francorum jus nondum venerat. Est præterea in eodem tractu oppidum aliud *Gibelet*, seu *Gibelot* iisdem scriptoribus dictum, *Byblus* olim appellatum, cujus dominium adeptus est Hugo Embriacus nobilis Genuensis. Gabulum vero, seu *Giabulensem urbem*, concessit postmodum Raimundus Rupini princeps Antiochenus Hospitalariis militibus, a quibus in recuperando principatu auxilium non mediocre submissum fuerat, ut est in Tabulario Manoscensi in Provincia.

(84) *Κόμητος*. Erat ea tempestate Laodiceæ comes Martinus. Albert. Aq. lib VI, cap. 44.

congregatis confestim omnibus suis copiis, iisque præterea quæ Tancredo ipsius nepoti proprie parebant, et quæ Sangelis fuerant, in unum secum corpus exercitus coactis, proficiscitur cum ipsis Laodiceam : commeatuumque omnis generis ingentem collectam et mulis impositam copiam in arcem Culam importat. Id quo modo quoque ordine perfecerit paulo jam distinctius exsequar. Cum pervenisset prope castra Romana Cantacuzeni colloquium expetiit, nec recusanti : *Quanam*, inquit, *quæso, spe quove consilio ad has molitiones et substructiones arcium mentem appulisti?* Cui Cantacuzenus : *Nempe*, ait, *tute scis recepisse vos imperatori et solemni juramento confirmasse, quando ei servitutem atque obsequium estis professi, reddituros ei aut ab ipso missis ducibus cum fide urbes quascunque imperio prius subditas de Barbaris caperetis; quæ religio eatenus etiam valuit ut hanc ipsam Laodiceam cederetis nobis, quoad te pœnitentia recte facti cepit, et contra, non solum officium prius obligatæ fidei, sed etiam jus pacis deinde usurpatæ cultæque Laodiceam sub ditionem tuam armis injustis retraxisti. Quid me igitur facere censes oportere, qui huc obtinendæ a vobis pacifice juxta pacta conventa Laodiceæ spe ac consilio veneram? desiderene otiosum, an reverti cum tot copiis irritum? Mihi quidem verius videtur quod juri negatis vi repetere.* Ad hæc contra Baimundus : *Pecuniane an ferro quas dicis arces recepturus a nobis venis?* Cui Cantacuzenus : *Pecunia*, inquit, *impensa est in hos auctorandos armandosque qui me sequuntur, quorum virtutem in prælio senties.* Exarsit ex frustrata cupiditate in impotentem iram Baimundus ; et ubi hæc abrupte protulit : *Atqui sic habe, ne unam quidem munitiunculam sine pecunia te a nobis recepturum*, jussit statim suos equites recta in ipsas admoveri portas civitatis. Hi tametsi crebra nivis instar jaculatione Romanorum superne imminentium de muris urbis prius ab ipsis occupatæ, petiti acriter, et de cursu

A εἰσήγαγεν εἰς τὸ Κουλᾶ. Μετὰ δέ γε τοῦ Κανταχουζηνοῦ εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἔφη· *Τίνα σκοπὸν ἔχων πρὸς οἰκοδομὰς καὶ κτίσεις ἀπέβλεψας;* Ὁ δέ· *Οἶδας ὅτι δουλείαν ὁμολογήσαντες τῷ αὐτοκράτορι καὶ τὰς παρ' ὑμῶν αἱρουμένας πόλεις ἐνωμότως παραδοῦναι κατέθεσθε. Εἶτα αὐτὸς καταψευσάμενος τῶν ὁρκίων, ἀθετήσας δὲ καὶ τὰς εἰρηνικὰς σπονδὰς καὶ ταυτηνὶ τὴν πόλιν ἑλὼν καὶ παραδοὺς ἡμῖν μεταγνοὺς αὖθις κατέσχες, ὥστε μάτην αὐτὸς ἐνταυθοῖ παρεγενόμην ἐπὶ τῷ τὰς παρ' ὑμῶν αἱρουμένας πόλεις ἀναλαμβάνεσθαι.* Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος· *Διὰ χρημάτων ἢ διὰ σιδήρου ταύτας ἐλπίζων ἐξ ἡμῶν λαμβάνειν ἥκεις;* Ὁ δέ· *Τὰ χρήματα οἱ συνεφεπόμενοι ἡμῖν ἔλαβον, ἐπὶ τῷ ἐκθύμως* B *ἀγωνίζεσθαι.* Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος, θυμοῦ πλησθεὶς ἔφη· *Ἄτερ χρημάτων ἴσθι ὡς οὐδὲ φρούριον κατασχεῖν δυνηθῇς.* Καὶ τηνικαῦτα τὰς ὑπ' αὐτὸν φάλαγγας παρέθηξε μέχρις αὐτῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐξιππάσασθαι. Οἱ δὲ τοῦ Κανταχουζηνοῦ τὰ τείχη τηροῦντες δίκην νιφάδος τοὺς ὀϊστοὺς κατὰ τῶν τοῖς τείχεσι προσπελαζόντων Φράγγων ἐπαφέντες [17] μικρόν τι τούτους (a) ἀπώσαντο. Καὶ παραχρῆμα ὁ Βαϊμοῦντος συναγαγὼν ἅπαντας εἰσῆλθεν ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως. Ὑποπτεύσας δὲ τὸν φυλάσσοντα κόμητα μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν Κελτῶν, ἕτερον εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως ἐπέστησεν, ἐκείνους ἐκεῖθεν ἀπελάσας. Ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀγχοῦ τῶν τειχῶν ὄντας ἀμπελῶνας ἠρείπωσεν, ὥστε μὴ ἐμποδὼν τοῖς ἱππάζεσθαι μέλλουσι καθεστάναι Λατίνοις. Ταῦτα μὲν οὕτω C καταστήσας ἐκεῖθεν ἐξελθὼν τὴν Ἀντιόχου κατέλαβεν. Ὁ δέ γε Κανταχουζηνὸς οὐκ ἠμέλει παντοίως πολιορκῶν τε καὶ διὰ μυρίων μηχανῶν τε καὶ ἐπιχειρημάτων καὶ ἑλεπόλεων συνταράσσων τοὺς ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως Λατίνους. Ἀλλὰ καὶ ὁ Μοναστρᾶς διὰ τῆς ἠπείρου ἐρχόμενος, μετὰ τοῦ ἱππικοῦ φοσσάτου παραλαμβάνει τήν τε Λογγινιάδα (85) τὴν Ταρσὸν, τὴν Ἄδαναν (86), καὶ τὴν Μάμισταν (87), καὶ αὐτὴν δὴ τὴν Κιλικίαν ἅπασαν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἐπαφιέντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) *Λογγινιάδα.* Longinias, Tarsus, Adana, Mamista, urbes Ciliciæ, quas Boemundo ab Alexianis ereptas intelligit auctor *Gestor. Franc. exp. Hier.* cap. 52. Longiniadem, quæ Alberto Aqu. *Longinach* nuncupatur, regebat Bernardus, cognomento Extraneus, gente et Familia, ni fallor, Anglica, cujus stemma delibavit in Aspilogia eruditus Spelmannus, aut etiam forte Gallica; nam et apud nos exstat etiamnum pernobilis hac appellatione.

(86) *Ἄδαναν.* De Adana, Ciliciæ urbe, quædam habent Scylitzes, pag. 656; Constant. lib. *De Them.* cap. 2; Zonaras, in Rom. Diog. pag. 226; Nicetas, in Joan. *Athena* dicitur Tudebodo, pag. 784; Roberto mon. pag. 44; Guiberto, lib. III, cap. 12; *Addena* Raimundo de Agiles, pag. 146; Adanam et Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg in *Itiner.* Vide Joseph. Barbarum in *Itiner. Persic.* pag. 461; Leuncl. *Pand.* n. 61, et Godefr. Henschenium in Vitam S. Theophili Vicedom. 4 Februar.

(87) *Μάμισταν.* *Mamista*, etiam Glycæ in Niceph. Phoca, et Raimundo de Agiles pag. 146, 151; *Mamistra*, Baldrico, lib. II, pag. 100; Gauterio, *De bell. Ant.* an. 1115; Alberto Aq. lib. III, cap. 59; Tyrio, lib. III, cap. 21; *Malmistra*, Sanuto, lib. II, part. IV, cap. 26 (ubi totum hunc Ciliciæ tractum describit) et Benjamino Tudel. D pag. 39; *Massisa*, Alderisio, part. V, clim. 5, eadem quæ olim Μοψουεστία, ut auctor est Glycas. Perperam vero *Manistere*, pro *Mamistere* dicitur Willebrando, qui eam describit. Porro Tarsum, Mamistam, et alia Ciliciæ oppida, a Saracenis antea occupata, expugnarant Balduinus Gothofredi frater et Tancredus, ut pluribus narrant Albertus Aq. Tudebodus, et alii locis citatis. Hæc postmodum Boemundus in Ciliciam profectus receperat, et custodes singulis imposuerat, ut habet Tyrius, lib. VII, cap. 2; Taticio illa Boemundo principi concedente, ut auctor est Raimundus de Agiles, pag. 146. Ast illa rursum in Græcorum potestatem redierunt Joanne imperante, qui iis Calamanum Hungarum consanguineum præfectum statuit, uti refert

(a) Hic deficit ms. Florentinus.

paulisper dimoti sunt, pervicit tamen ad extremum Baimundi totas secum conjunctim copias eodem rapientis impetus longe vehementissimus, quo eluctans omnia facile in arcem penetravit. Ibi præfectum et præsidium sibi suspectum mutavit; tum suburbanum agrum impeditum vineis, earum excisione, quod sic ad usum belli utile rebatur, purum et equitabilem effecit; sicque se Antiochiam retulit. Nihilo segnius Cantacuzenus propositum urgere, in eo totus defixus, nullique ad hoc curæ ac contentioni parcens, quo Laodicenam arcem a Latinis insessam machinarum, artium, conatuum omnis generis admotione ac frequentatione nunquam intermissa subigeret. Sed et Monastras a continenti equestri exercitu bellum circumferebat successibus magnis. Nam Longiniadem, Tarsum, Adanam, Mamistam, verbo dicam, totam Ciliciam occupaverat.

Πρὸς δὲ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ἀπειλὰς ὁ Βαϊμοῦντος ὀῤῥωδήσας, καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ χρήσαιτο πρὸς ἄμυναν· οὔτε γὰρ κατ' ἤπειρον εἶχε στράτευμα, οὔτε κατὰ θάλατταν στόλον. Ἑκατέρωθεν γὰρ αὐτῷ ὁ κίνδυνος ἐπεκρέματο· μηχανᾶταί τι τοιοῦτον, σφόδρα μὲν ἀγεννὲς, σφόδρα δὲ πανουργότατον. Πρῶτον γὰρ τὴν Ἀντιόχου πόλιν καταλείψας τῷ τοῦ μαρκέση Ταγγρὲ (88) καὶ τούτου ἀδελφιδῷ, αὐτὸς ἁπανταχόθεν φήμας πέμπει περὶ ἑαυτοῦ, ὡς ἄρα ὁ Βαϊμοῦντος ἀποτεθνήκει, καὶ ζῶν ἔτι ὡς περὶ κατοιχομένου αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην διέθετο. Καὶ ἡ φήμη διέτρεχεν ἁπανταχῇ πτερῶν ταχυτέρα, καὶ τὸν Βαϊμοῦντον νεκρὸν ἐκήρυττε. Καὶ δῆτα ὡς ἑώρα τῆς [18] φήμης ἀποχρόντως ἔχειν, λάρναξ (89) τὸ ἐντεῦθεν ξυλίνη καὶ ναῦς διήρης ἐν ᾗ καταθεμένη ἡ λάρναξ καὶ ὁ ἔμπνους οὗτος νεκρὸς ἀπὸ τοῦ Σουδεῒ, ὅπερ ἐστὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίνειον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπέπλει, καὶ διαπόντιος ὡς νεκρὸς ἐκομίζετο· τῷ [19] μὲν ἔξωθεν νεκρὸς καὶ τῇ σορῷ καὶ τοῖς τῶν ἀμφ' αὐτὸν σχήμασιν. Ἢ [20] γὰρ ἑκασταχοῦ γινόμενοι, ἀπέτιλλόν τε τὰς τρίχας οἱ Βάρβαροι καὶ σαφῶς ἀνωλόλυζον· τὰ δὲ ἔνδον ἐκεῖνος ἐκτάδην κείμενος μέχρι τούτων νεκρὸς ἦν· τὰ δ' ἄλλα εἰσέπνει τε τὸν ἀέρα καὶ ἀπέπνει διά τινων κρυφίων ὀπῶν. Ταῦτα μὲν ἐν τοῖς παραλίοις. Ἐπειδὰν δὲ κατὰ

Admovit Baimundo terrorem ea res, jam ex his documentis sentienti quam non secure nimis spernere imperatoris minas expediret. **341** Sane circumspectanti se, haud satis explicatæ apparebant rerum et summæ belli rationes. Deficere sibi videbat terrestrem simul et maritimum exercitum, cum imprimis opus utroque esset ad arcendum utrimque ingruens periculum. Ergo ut his se angustiis evolveret, consilium init illiberale magis an versutum non facile dixerim. Primum commendata marchisi filio Tancredo Antiochiæ custodia, famam spargi omnem in partem curat, Baimundum obiisse. Mussabat ipse interim dum late is rumor manans locum secuturis pararet fraudibus. Nec famæ solita strenuitas, nec voto simulati mortui credulitas hominum defuit. Ubi satis vulgatum et persuasum est vixisse Baimundum, producitur ecce mortualis arca lignea, fœta spirante mortuo; et in navale Antiochiæ, Sudei vocatum, defertur in biremem componenda mox Romam versus soluturam. Respondebat exacte fabulæ scena. Ornata navis apparatu funebri, sarcophagus in loco conspicuo, mœsta et atrata circum omnia stromatis pullis: tum circumfusi familiares barbaro ejulatu lamentantes dominum, comamque vellentes. Nec intus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[18] τὰ τῆς. [19] τά. [20] καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Tyrius, lib. XIV, cap. 24; lib. XIX, cap. 9; et Nicetas in Joan. n. 6, unde *Mamistrensis dux* appellatur in epistolis aliquot, quæ exstant in *Gest. Dei*, etc. pag. 1182, et tom. IV, *Hist. Franc.* pag. 695 et 701. Fuit autem Calamanus filius Borittii, Calamani Hungariæ regis nothi, cujus mentio apud est Thwrocz. part. II, cap. 61. Vide Not. ad Cinnamum.

(88) *Τῷ τοῦ μαρκέση Ταγγρέ.* **380** Boemundus de captivitate post biennium redux, ut habet Albertus Aqu. lib. IX, cap. 16, seu quadriennium, ut Tyrius, lib. X, cap. 25, dum de adeunda Italia et Gallia cogitat, Tancredo ex sorore nepoti Antiochiam tuendam committit. Fulcherius, lib. II, cap. 25; Tyrius, lib. II, cap. 1. Tancredus *sororis Boemundi filius* dicitur Alberto Aq. lib. II, cap. 19; *Marchisi filius* Tudebodo, lib. I et 2; *Odonis Boni Marchisi filius* Orderico lib. VIII, pag. 717; et lib. IX, pag. 724, cui quidem Odo Bonus Marchisus, *Sororius Willelmi de Grentemaisnil* nuncupatur eidem Orderico, lib. VII, p. 645. Idemque ille est qui subscribit Diploma Rogerii Siciliæ comitis an. 1093, pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis, apud Ughellum, tom. IX *Ital. sacræ*, pag. 593. Duxerat autem Willelmus Wiscardi filiam, ut supra a nobis indicatum. Falluntur igitur qui Tancredum ejusdem Willelmi filium faciunt, aut Wiscardi ipsius, ut Hovedenus, pag. 710. Vide infra, pag. 366, et *Familias* nostras *Normannicas*

(89) *Λάρναξ.* De hoc Boemundi stratagemate, et ut de illo mortuo in vulgus fama sparsa sit, silent nostri, attigerunt vero Zonaras et Glycas ab Anna mutuati. Sed nec etiam videtur probabile Boemundum in sarcophago inclusum, ut mortuum, Antiochia excessisse, quæ nullis premebatur ingruentibus hostibus; nisi forte id tentaverit, ne, qua ille in Italiam vehendus erat, navis ab Alexiana classe impeteretur, a qua forte commeatus impetratus fuerat a suis, specie efferendi Boemundi cadaveris in Italiam, ibique avito tumulo recondendi. Arte simili expugnatum ab Alamannis Casinense castrum tradit Mathæus Paris, an. 1239: *Per excogitationem qua se mortuum simulavit, in feretro in illum delatus, castra monachorum subito occuparit.* Eodem stratagemate usum Tancredum Siciliæ regem videtur innuere Joannes monachus in *Chronico Ceccanensi*, an. 1192.

Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,
Et dux multorum lecto defertur equorum.

Eodem denique dolo, Hastingus Normannus episcopum, a quo baptizatus fuerat, fefellit, apud Math. Westmonasteriensem an. 887. Vide Guillel. Apul. lib. II, *De gest. Norman.* pag. 17, 18, et Othonem Frising lib. I *De gest. Frid.* cap. 33.

ipse artifex, si curiosius quis introspiceret, loculo deerat, extentus supine, nec nisi cæcis meatibus occultorum foraminum spiritum ducens. Hæc ita ostentata quandiu in portu, aut non longe ab ora littorali navis fuit; ubi altum tenuit, laxata simulationis coactio est in curam vivi sepulti. Tamen ubi cibis appositis se is quasi furtim refecerat, præstigiæ iterum, et jussæ lacrymæ, mendacesque næniæ ludebantur. Quin etiam ne indicium fœtoris ad fidem elati deesset cadaveris, corpus exstincti gallinacei capulo inditur : quo putorem inhalante, fucus videlicet eo jam minus dubitabilis fiebat animis, ærumna miserarum ac damno narium : quas si quisque astantium ictus mephiti avertere obstruereque cogebatur, mirari licet improbam patientiam sentientis mortui, qui graviori e vicino afflatus aura putrescentis volucris, fructum quo dignus fuit, inventi sui præclari, tacite obdurans et immote sustinens ferebat. Atque ego dum hæc reputo, facile arbitror haud alio ex documento cognosci posse certius, quam sint irrevocabiles impetus Barbarorum quamcumque semel in partem incubuerint. Ecce iste per quos et quot labores ultro susceptos vadit certus ad propositum, ut ne redigi quidem in sortem ac societatem mortuorum corporum recuset, dum quod destinavit queat exsequi. Hæc prima et summa fuit hujus Barbari in perniciem haud dubiam imperii hujusce designata compositaque machinatio : cui parem nemo Græcus aut Barbarus tot bellis olim gestis excogitavit umquam suscepitve; sed nec puto in consequentem ætatem ejus exemplum posterorum ullius imitatione propagandum. Cæterum simul isto cursu Coryphum tenuit, jam quasi subductus in arcem suam atque in tuto positus excussit libitinam; **342** et e feralibus emicans latebris secure liber cœlo luceque hauriendis affatim, interclusi modo spiritus inter angustias feretri, damna pensabat. Indigenæ concurrere ac mirari hospitem cultus insueti, specie vesteque peregrina ; tum quæritare quod ei genus? quæ fortuna? quis, unde, quo iret? Ille pro familiari contumacia, neminem obviorum responso dignatus, ducem urbis dixit se alloqui cupere. Erat tum is Alexius quidam Armeniaci thematis, quem oblatum figens oculo superbo, nutuque ac supercilio plane in quam odiosissimum barbarici fastus specimen deformatis : *Fac*, inquit, *meis verbis imperatori Alexio nunties, adesse me illum, notum ipsi profecto, nisi dissimulet, et si satis meminerit cladium suarum, formidatum Baimundum Roberti filium. Qui quid manu, quid hasta, quid aggrediendi audacia, quid urgendi perseverantia valeat, satis experiri potuerit priori bello sibi suoque imperio luctuoso. Atque illum talem Dei singulari beneficio*

A πελάγους τὸ σκάφος γένοιτο, τροφῆς τε αὐτῷ μετεδίδοσαν καὶ ἐπεμελοῦντο, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν οἱ αὐτοὶ θρῆνοι, καὶ τὰ αὐτὰ μαγγανεύματα. Ἵνα δὲ καὶ δοκοίη ὁ νεκρὸς ἕωλος εἶναι καὶ ὀδωδώς, ἀλεκτρυόνα ἀποπνίξαντες ἢ ἀποσφάξαντες, ἐνέθηκαν τῷ νεκρῷ· καὶ εὐθὺς ἐκεῖνος εἰς τετάρτην ἢ καὶ πέμπτην ἡμέραν βαρυοδμότατος ἦν τοῖς ὄσφρησιν ἔχουσιν· καὶ ἐδόκει μὲν τοῦ χρωτὸς εἶναι τοῦ Βαϊμούντου τὸ βαρὺ τῆς ἀναπνοῆς τοῖς ἔξωθεν ἠπατημένοις· πλέον δ' ἐκεῖνος ὁ Βαϊμοῦντος τοῦ ἐπιπλάστου κακοῦ συναπέλαυεν, ὥστε ἔγωγε θαυμάζω πῶς τοσαύτην ὑπήνεγκε τῆς ῥινὸς πολιορκίαν ζῶν ἔτι μετὰ νεκροῦ συμφερόμενος σώματος. Ἀλλ' ἐντεῦθεν μεμάθηκα ὡς ἄρα πᾶν τὸ βάρβαρον γένος δυσανάκλητον ἐφ' ὅπερ ἂν ἐφορμήσειε, καὶ οὐδὲν B αὐτῷ φορτικώτατον ὃ μὴ ἐνέγκοι, καθάπαξ ἐμβάλλον ἑαυτὸ πρὸς αὐθαιρέτους κακώσεις· καὶ γὰρ οὗτος μηδέπω ἀποθανὼν οὐχ [21] ἀπώκνησε ζῆν μετὰ ἀποθανόντων σωμάτων. Τέχνη μὲν οὖν τοῦ βαρβάρου αὕτη πρώτη καὶ μόνη κατὰ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην πέφηνεν εἰς καταστροφὴν ἀποβλέπουσα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Οὐδὲ πρὸ ταύτης βάρβατος ἢ Ἕλλην τοιαῦτα κατὰ πολεμίων ἐμηχανήσατο οὐδ' ἄν, οἶμαι, μετὰ ταῦτα ὁ καθ' ἡμᾶς θεάσαιτο βίος. Ἐπεὶ δὲ τὴν Κορυφὼ καταλάβοι, ὥσπερ εἰς ἀκρώρειάν τινα γενόμενος καὶ κορυφὴν καὶ κρησφύγετον τὴν Κορυφὼ ταυτηνί, καὶ ἐν τῷ ἀκινδύνῳ τυγχάνων ἀνήγερτό τε ἀπὸ τῶν ἐν δόξῃ νεκρῶν καὶ τὴν νεκροφόρον ἐκεῖσε λάρνακα καταλείψας, ἡλίου C τε ἐνεφορεῖτο πλείονος καὶ τοῦ ἀέρος ἀνέπνει καθαρωτέρου καὶ περιενόστει τὴν πόλιν τὴν Κορυφώ. Ὃν ἑωρακότες ἐν ξένῃ καὶ βαρβαρικῇ στολῇ ἀνεπυνθάνοντο τότε [22] γένος καὶ τὴν τύχην, καὶ τίς τε εἴη, καὶ πόθεν ἥκει καὶ εἰς οὓς παραγίνεται. Ὁ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ὑπερεώρα πάντων, ἀνεζήτει δὲ τὸν δοῦκα τῆς πόλεως. Ἦν δὲ ἄρα οὗτος Ἀλέξιός τις θέματος Ἀρμενικοῦ [23] γενόμενος. Ὃν θεασάμενος μετὰ σοβαροῦ τοῦ βλέμματός τε καὶ σχήματος, καὶ σοβαρᾷ τῇ φωνῇ χρώμενος καὶ ὅλως βαρβαρικῇ, *Ἀπαγγεῖλαι* προσέταττεν *Ἀλεξίῳ τῷ αὐτοκράτορι, ὅτι Σοι ἐγὼ Βαϊμοῦντος ἐκεῖνος ὁ τοῦ Ῥομπέρτου, ὃν ἀνέκαθεν χρόνος καὶ σὲ καὶ τὴν ὑπὲρ σὲ βασιλείαν ἐδίδαξεν ὁπόσος τίς εἰμι τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἔνστασιν, ἐφ' ᾧπερ ἂν καὶ τὴν ῥοπὴν* D *λάβοιμι, ὡς οὐκ ἂν ἀνασχοίμην ἴστω Θεὸς τῶν πρὸς ἐμὲ γεγενημένων κακῶν· ἐξότου γὰρ διὰ τῆς Ῥωμαίων τὴν Ἀντιόχου κατέλαβον, καὶ Συρίαν ὅλην ἠνδραποδισάμην τῷ ἐμῷ δόρατι, πολλῆς παρὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς στρατιᾶς πικρίας ἀνεφορήθην, ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων παραπεμπόμενος, καὶ εἰς μυρίας συμφορὰς καὶ πολέμους βαρβαρικοὺς ἐμβαλλόμενος. Ἀλλὰ νῦν γε ἴσθι με κἂν ἀπέθανον, πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβιωκότα καὶ τὰς σὰς διαδεδρακότα χεῖρας· πάντα*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[21] ἀποθανών, ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἀποθανών, οὐχ. [22] τό τε. [23] Ἀρμενιανοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

* Hic deficit cod. Flor.

γὰρ ὀφθαλμὸν καὶ πᾶσαν χεῖρα καὶ γνώμην διαλαθὼν ἐν σχήματι ἀποτεθνηκότος, νῦν καὶ ζῶν κινούμενος καὶ τὸν ἀέρα πνέων, ἐκ τῆσδε τῆς Κορυφοῦς διαπέμπω πάνυ μεμισημένας ἀγγελίας τῇ σῇ βασιλείᾳ· ἃς καὶ ἀναμαθὼν οὐκ ἂν περιχαρῶς ἀποδέξαιο· ὡς μὲν τῷ Ταγγρὲ καὶ ἐμῷ ἀνεψιῷ τὴν Ἀντιόχου πόλιν παρακατεθέμην πρὸς τοὺς σοὺς στρατηγοὺς ἀντίμαχον ἀξιόμαχον καταλείψας αὐτόν. Αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν ἄπειμι χώραν, σοὶ μὲν νεκρὸς [24] φημιζόμενος καὶ τοῖς σοῖς, ἐμοὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ καὶ ζῶν καὶ κατὰ δεινὰ σοῦ [25] βουλευόμενος. Ἐφ᾽ ᾧ γὰρ τὴν ὑπὸ σὲ Ῥωμανίαν κλονήσειν καὶ ζῶν ἀποτέθνηκα, καὶ ἀποθανὼν ἔζησα. Εἰ γὰρ τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον καταλάβοιμι καὶ Λογγιβάρδους B καὶ πάντας Λατίνους καὶ Γερμανοὺς καὶ τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς Φράγγους ὀψαίμην ἄνδρας Ἄρεος μνήμονας, πολλῶν φόνων καὶ πολλῶν αἱμάτων τὰς σὰς ἐμπλήσω καὶ πόλεις [26] καὶ χώρας, ἕως ἂν ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Βυζαντίου τὸ δόρυ πηξαίμην. Εἰς τοσοῦτον ἄρα ὁ Βάρβαρος ἀλαζονίας [27] ἐπῆρτο.

A *ex innumeris ejus injuriis et insidiis elapsum, testari eumdem ipsum Deum, sese neutiquam inulta relicturum tot vafrarum ludificationum, fallacium lactationum, arcanarum cum Barbaris conspirationum flagitia, quibus se toto tempore quo versatus sit in Asia suis armis devicta, delusum, inductum, in cæca bellorum ac periculorum projectum ad certam perniciem, recordatur. Quare adesdum, Alexi Auguste, atque ad hunc durum et illætabilem tibi nuntium firma, si potes, mentem, haud dubie, auditu primo consternandam. Ego, inquam, ille, ut putabas et gratulabaris, tuo tuorumque bono mortuus, en vivo valeoque inter satellitum tuorum malignos oculos et maleficas innoxius elapsus manus, suspicacissimis explorantium vigiliis, et sanguinariis* B *insidiantium exspectationibus elusis. Porro ne quid interim de Antiochia speres provisum a me satis in discessu est, relicto ad urbis custodiam nepote meo Tancredo : a quo quantum est ducum vestrorum nihil posse referre nisi clades et vulnera, priusquam tristi experientia discatis, mea jam nunc veraci et eventis sancienda denuntiatione cognoscite. Faxo autem ut cogitandum magis tibi sit de tuis defensandis quam de alienis oppugnandis urbibus. Nimirum non alio consilio, vel paulo ante vivens inter mortuos me abdidi ; vel nunc a mortuis rursus ad vivos redeo, quam ut tumultu, clade, rapina, ferro, flammaque Romaniam quæ tibi paret universam agerem ferremque. Nec moram tibi longam indulgeo malorum. Simul oppositam e regione continentem, versus quam modo solvo, attigero Longobardos, et omne Latinum nomen, tum prœterea Germanos et nostrates Francos, quales quamque bellicosos viros in te conjuratos atque armatos ducam : neque quiescemus a miscendis replendisque cæde ac sanguine terris atque urbibus ditionis tuæ, quoad victricem hastam in ipsius regiæ Byzantinæ civitatis foro figamus.* Eo usque insolentium minarum ventosissimi Barbari amentia processit.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[24] Desunt voces σοὶ μὲν νεκρὸς, etc., ἐμαυτοῦ καὶ ζῶν καί. [25] δεινὰ κατὰ σοῦ. [26] Deest vocula καί. [27] ἀλαζονείας.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER XII.

343 ARGUMENTUM.

Baimundi et Alexii contrarii utrimque apparatus ad bellum imminens. Tancredi res in Asia prospere gestæ. Conjurationes variæ. Cometes Gallorum adventum portendit. Imperatoris et Irenes ejus conjugis laudes variæ. Baimundi ex Italia in Illyricum trajectio.

PERIOCHE.

Baimundus expeditionem in Illyricum parat. Cum rege Francorum duplicem affinitatem contrahit. Imperator ad Occidentis principes contra Baimundum scribit. Baimundus Alexium Augustum paganum vocat. Galli comites trecenti a Babylonio tyranno capti. Augustus

ad eos liberandos mittit. Babylonius eos Augusto donat qui eos humanissime tractat et apud se habet. Iis testibus contra Baimundum utitur, eos dimittens ut in patria ipsorum imperatoris famæ succurrant. Is Thessalonicam **344** *se confert duplici de causa. Copias eo evocat ex Asia. Aspietes Monastræ subrogatus, parum prudenter se gerit. Tancredus parat irruptionem in Ciliciam. Aspietes genio indulget. Luxuriæ illius quæ causa quive effectus. Tancredus Mopsuestiam capit; mox Ciliciam quoque cæteram. Tancredus animo et arte militari præstans. Excusatur imperatoris error in Aspiete. Nobilitas blanda conciliatrix favoris et honorum. Aspietis heroicum facinus; ejusque merces ab Augusto. Copiæ ad Sthlanitzam coactæ. Alexius vitæ mollis impatiens, Thessalonicam se transfert, ducta secum Augusta. Ea non libenter peregre agit. Religiosæ virtutes, ejus insignis pudor et modestia. Necessitate magna comes hæret Augusto peregrinanti cui podagræ dolores delinit et minuit. Excusatio Annæ quod domestica etiam minuta scribat. Alexius imp. sibi non parcit ut reip. consulat. Conjurationum periculis exercetur. Adversus eas magnum habet præsidium in vigilantia præsentis Augustæ. Hæc ideo illum sequitur peregrinantem. Modestia ejus insignis et efficacia sese exerens, licet lateret auctor. Maledicorum intemperiæ. Irenes Augustæ laudes. Expeditionibus interest, prœlia vitat. Misericordia ejus et affabilitas erga pauperes: quibus consilio, non solum pecunia prodest. Etiam mensæ tempore misericordiam exercet. Fides Annæ in iis quæ de matre narrat. Cometa ingens. Gallorum adventum prænuntiat. Quandiu apparuerit. Oritur in occidente, in ortu occidit. Imperator in ejus significatione indaganda curiosus. Basilium consulit. S. Joannes apparet Basilio et quid cometa designet exponit. Imperator tirones erudit. Dyrrhachium de novo munit, eique Alexium fratris filium præficit. Classem armat. Clades Joanni a Dalmatis illata. Bolcanus pacem petit. Joannes filius Alexio imperatori nascitur cum sorore gemella. Anthelii signi ænei descriptio; unde sic dictum; vento dejicitur; hinc augurium trahitur mortis Augusti, ipso pie ac sapienter refellente. Conjuratio in Augusti vitam. Lamentatio Annæ ob infelicem patris sortem, apertis hostibus et occultis inimicis nunquam non objecti, cum esset tamen moderatissimus et cupidissimus atque amantissimus pacis. Imperatoris præstantis idea in Alexio primum ostensa. Ejus solertia et mentis præstantia. Conjurationis novæ in Alexium auctores. Salomon senator a Michaele Anema seductus. Salomonis Joannis descriptio. Anemarum sive Anemadum fratrum astutia. Salomonis simplicitas. Michael palatii fores obsidet. Conjurationis exsecutio decernitur. Imperator zatricium de nocte ludens de periculo admonetur. Cubiculi imperatorii situs. Salomon et Basilacius comprehensi, fateri scelus nolunt. Salomon tamen mox territus aperit omnia. Necis consilium ex aliis cognoscitur. Salomonis exsilium. Augustæ humanitas et misericordia in Salomonis conjugem. Excæcatio in Michaelem decreta. Idem fœde traducitur per urbem. Commiseratio intuentium. Annæ quoque ipsius. Conatus hujus ad liberationem Anemæ. Interventu matris utitur. Pro Michael Augustum orat et exorat. Manus æneæ Constantinopoli fixæ. Quid significent quemve usum habeant. Nuntius gratiæ reo addicto factæ ut sit efficax citra manus æneas afferri damnato debet. Michael in carcerem conjectus. Turris Anemæ ubi sita et unde sic dicta. Gregorius Trapezuntius dux, Dabatenum et nobiles Trapezuntios captivos detinet.* **345** *Hi seipsos manu et vi liberant. Imperator Gregorium frustra monet. Joannes contra Gregorium missus, eum vincit et capit. Imperator excæcare velle Gregorium præ se fert. Sed Joannis precibus eam pœnam condonat, Gregorius in carcere contumax. Imperatoris in eum benignitas. Cæsar Bryenius in Gregorio ad mentem reducendo frustra laborat. Gregorius liberatur et restituitur. Contostephanus contra Baimundum classi præfectus Imprudentia Contostephani. Tancredi mater Hydruntem obtinet. Contostephanus Brundusium oppugnat. Ars mulieris expugnationem impedit. Contostephanus a Gallis victus. Scythæ sex capti Baimundo magno usui sunt ad inflammandam Romani pontificis et Italorum invidiam in Alexium. Expeditio in Illyricum consensu concursuque omnium suscepta. Romani classiarii fugantur. Gallis victoria e manibus eripitur. Contostephanus Aulonem recedit. Fretum e regione Aulonis servat. Contostephanorum metus. Lantulphi virtus et auctoritas. Contostephani Chimaram se recipiunt. Lantulphus Aulone relictus. Ordo et instructus classis Baimundi. Species ejus terribilis procul. Felicitas ejus transitus. Lantulphus fugit. Quæ gentes Baimundi exercitum conflarent. Ora Illyrici vastatur a Gallis. Oppugnatio Dyrrhachii decreta, quas ob causas? Ad eam apparatus. Regio circumvicina subjugatur a Gallis. Descriptio Dyrrhachii. Fines et forma sinus Adriatici. Elissus arx Dyrrhachio perop-portuna; ea utitur imperator. De amne Drymone. Achris palus a Mochro rege Bulgaro exhausta et denominata. Centum alvei in unum ad Deuren juncti Drymoni fluvio magnitudinem et nomen dant. Cursor Scytha ad Augustum missus trajecisse Baimundum nuntiat. Consternantur ejus comites, ipse securus et constans manet.*

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΒ'.

Primæ Baimundi trajectionis in Asiam opera et consilia, machinationesque ambitiosæ simul ac perfidæ, quibus imperium Romanum ereptum legitimo

Τὰ μὲν οὖν τῆς πρώτης τοῦ Βαϊμούντου διαπεραιώσεως ἔργα καὶ ὁπόσα πραγματευσάμενος κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος φαίνεται, τὰ σκῆπτρα τῶν Ῥω-

μαίων ἑαυτῷ μνηστευόμενος, καὶ ὅπως τὴν ἐκεῖθεν ὑποχώρησιν, μετὰ ῥᾳδιουργίας προμηθευσάμενος, καὶ δὴ καὶ τυχὼν τοῦ σκοποῦ καὶ τοιαύτην τὴν ναυλοχίαν καθαπερεὶ νεκρὸς φερόμενος ποιησάμενος τὴν Κορυφῶ κατέλαβεν, ὧδέ πη περιγεγράφθω. Ἐχέσθω δ' αὖθις ὁ λόγος τῶν μετ' ἐκεῖνα τούτου πράξεων. Καταλαβὼν δὲ ὁ νεκρὸς ὀδωδὼς τὴν Κορυφῶ, καθά γε καὶ εἴρηται, καὶ ἀπειλησάμενος διὰ τοῦ ἐκεῖσε δουκὸς τῷ αὐτοκράτορι, ὁπόσα ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, πρὸς τὴν Λογγιβαρδίαν τὸν ἀπόπλουν ποιησάμενος, ἔργου ἥπτετο. Σκεπτόμενος αὖθις τὸ Ἰλλυρικὸν καταλαβεῖν, καὶ συμμάχους διὰ τοῦτο σπεύδων συναγηοχέναι πλείους τῶν πρὸ τοῦ, καὶ περὶ κήδους τῷ ῥηγὶ Φραγγίας ὁμιλήσας, τὴν μὲν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἰς ἰδίαν αὐτοῦ γυναῖκα [28] (90) ἐξέδοτο, τὴν δέ γε ἑτέραν (91) διαπόντιον πρὸς τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐξέπεμψεν ἐφ' ᾧ συναφθῆναι τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ Ταγγρέ. Εἶτα, δυνάμεις ἁπανταχόθεν μυριοπληθεῖς συλλεξάμενος ἐκ πάσης τε χώρας καὶ πόλεως, τοὺς κόμητας μεταπεμψάμενος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς στρατευμάτων τὴν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπεραίωσιν ἐπετάχυνεν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς, τὰ διὰ τοῦ Ἀλεξίου πρὸς αὐτὸν μηνυθέντα ἀκηκοὼς, εὐθὺς κατὰ πάσας τὰς χώρας. Πίσσαν τε καὶ Γένουαν [29] καὶ Βενετίαν γράμματα ἐπέστελλε, προπαρασκευάζων αὐτοὺς μὴ συναπαχθέντας τοῖς ἀπατηλοῖς τοῦ Βαϊμούντου λόγοις, ἐκείνῳ συνεφέψεσθαι. Καὶ γὰρ περιιὼν ἁπάσας τὰς πόλεις καὶ χώρας, πολλὴν τὴν κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος καταδρομὴν ἐπεποίητο, παγάνον ὀνομάζων καὶ τῶν Χριστιανῶν πολέμιον.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Βαβυλώνιος τριακοσίους φθάσας κατέσχε τότε κόμητας, (92) ὁπότε τὰ ἄπειρα πλήθη τῶν Κελτῶν διὰ τῆς ἑσπέρας διαπεραιωσάμενα

domino, invadere sibique asserere moliebatur; tum vero etiam recessus ejusdem ex Asia, mira, sed felici fraude confectus; illæ, inquam, mendaces exsequiæ et deportatio navalis spirantis mortui, qua homo in arcto deprehensus explicavit se ex angustiis, et Coryphum insulam salvus tenuit, hactenus narrata sunto. Quæ consecuta deinceps sunt, Historiæ decurrentis exponet tenor. Pervecto in urbem Coryphum cadavere fœtenti, prout dictum est, idem statim ex simulato mortuo furens hostis ingens, spirantes et supra modum audaces illas minas relatas a nobis, quas per illius urbis ducem intentandas Augusto curaverat, simul in Longobardiam nave pervenit, conferre in rem est aggressus. Cum ergo expeditionem alteram per Illyricum ducere cogitaret, ad eamque rem opus sibi esse videret pluribus sociis quam quot prima trajectione habuerat, regem **346** sibi Francorum devinxit affinitate duplici. Nam et ejus filiarum unam sibi uxorem junxit, et alteram impositam classi deferendam curavit Antiochiam, ubi Tancredo nepoti suo nuberet. Inde cura ad comparandum exercitum versa, innumerabiles undecunque collegit copias; ex quavis regione ac civitate comitibus convocandis, cum quanto maximo armatorum numero quem ex ditionibus quique suis possent cogere. Quorum omnium trajectio in Illyricum summa ope urgebatur. At imperator accepto indicio per Alexium ducem urbis Coryphus, minarum et molitionum Baimundi, misit extemplo litteras ad omnes ferme principes ac respublicas, Pisas præsertim, Genuam et Venetias, quibus præmunire satagebat omnes ac singulos, ne forte fallacibus et insidiosis Baimundi circumventi sermonibus, in partes ejus se abstrahi sinerent. Etenim ille urbes passim provinciasque circumiens in imperatorem declamabat impune ac plausibiliter quidquid de alieno, eoque ignoto principe apud longe positos et parum æquos persuasurum se facile sperabat et pro sua malitia optabat: nempe illum Christianorum esse hostem infensissimum, quem ideo paganum nominabat.

Bene autem et commode contigit ad eam calumniam coarguendam redemptio captivorum Francorum præcipua imperatoris opera ac studio tentata

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[28] αὐτῷ γυναῖκα. [29] Θνούαν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(90) *Γυναῖκα*. Boemundus multo æris alieni pondere fatigatus, ut ad debiti solutionem se pararet, et ut de partibus ultramarinis majores militum secum traheret copias, principatus sui cura Tancredo commissa, in Apuliam transiit an. Chr. 1104, ut pluribus narrant Tyrius, lib. II, cap. 1; Fulcherius, lib. II, cap. 25; Albertus Aq. lib. IX, cap. 47 *Hist. Hieros.* hoc an. *Gesta Franc.* cap. 52. Ex Apulia deinde in Galliam transiit, et Constantiam Philippi I Francorum regis filiam obtinuit in uxorem. Nuptias post Pascha Carnuti magno apparatu celebratas an. 1106, tradunt passim nostri, Sugerius, in Lud. VI, cap. 9; Ordericus, lib. V et XI; Guibertus, lib. III, cap. 2; lib. VII, cap. 34; Folcher. lib. II, cap. 28; Tyrius, lib. II, cap. 1; Petrus Diac. lib. IV; *Chron. Cas.* cap. 50; *Chron. Andeg.* apud Labeum, tom. I *Biblioth.* pag. 289; et vetus scriptor tom. IV *Hist. Franc.* pag. 94 et 98. Perperam igitur Albericus nuptias Boemundi in an. 1103, conjicit. Vide Eadmerum, lib. IV *Hist. Novor.* pag. 88.

(91) *Τὴν ἑτέραν*. **381** Tyrius loco laudato, de Boemundo: *Qui postquam in Apuliam pervenit, modico tempore in sua regione moram faciens, assumpto de suis fidelibus honesto comitatu, Alpes transiens ad Dominum Philippum illustrem Francorum regem pervenit, a quo inter cætera, duas ejus obtinuit filias, unam de legitimo natam matrimonio, Constantiam nomine, quam sibi fœdere conjugali sociavit in uxorem; alteram, nomine Cæciliam (quam ei Andegavensium comitissa, quæ spreto marito ad eumdem dominum regem se contulerat, uxore adhuc virente pepererat) quam Domino Tancredo nepoti suo ex Apulia missam destinavit uxorem.* Nupsit illa post Tancredi mortem Pontio Tripolitano comiti. Albertus Aq. lib. XII, cap. 19. Vide Sammarth. in *Hist. geneal. Fr. reg.* et Notas Acherii ad Guibert. pag. 590.

(92) *Κόμητας*. Conferendus Albertus Aq. lib. X, cap. 38 et 39.

perfectaque. Siquidem prima illa effusione in Asiam innumerabilium Gallicorum exercituum, quando et Antiochia et Tyrus et adjacentes universæ civitates illa flagrante vi primi tumultus laborabant, quodam successu Gallis infausto, ut sunt variæ bellorum vices, Babylonius tyrannus Francos comites fere ad trecentos ceperat et dura in primis custodia tenebat; in teterrimo, atque ad inusitatum antiquæ crudelitatis morem et usum, olim designato quodam carcere. Eos illic tot ac tales longe acerbissimam tolerare captivitatem audire imperator sine tenerrimo misericordiæ sensu non potuit : nec sine proposito ac decreto animi non magis benefico quam efficaci liberationis ac libertatis illorum quovis pretio ac studio repræsentandæ. Ad hanc rem Nicetæ Panucomitæ litteris et pecuniis instructo imperat ut Babylonis adeat principem, redditisque ab Augusto Epistolis legationem in captivorum auxilium verbo quoque ipse peroret quam accuratissime ; contendens a Babylonio multa interposita promissione gratiæ ab imperatore ineundæ ut miseros comites solutos vinculis abire liberos sineret. Viso Babylonius Panucomita, auditoque, lectis etiam litteris quas ab Augusto attulerat, solutos statim vinculis comites custodia educit, nequaquam tamen libertate illos plena donans : sed e sua potestate in jus imperatoris transferens, deducendos ad ipsum Panucomitæ tradit, pecuniis quæ offerebantur plane recusatis : sive quod minores eas duceret quam ut in pretium tot taliumque capitum possent sufficere; sive quod avaritiæ suspicionem fugeret ; sive denique quod totam rem imputari ab imperatore solidæ gratiæ, et reddendo ipsi aliquando cum usura **347** beneficio, studeret : quarum cogitationum quæ potissimum apud Barbari animum prævaluerit, Deus scilicet novit. Utut sit deductos ad se captivos prius comites imperator cernens, facilitatem infidelis principis et valde admiratus est, et in lucri ac beneficii maximi parte numeravit. Porro ipsos miseros omni complexus charitate, nullum finem percontandi faciebat audiendique de nupera infelicitate ipsorum : atque illi cum narrarent sese tanto tempore, totque evolutis periodis solarium orbium ex quo in carcerem detrusi fuerant, solem vidisse ne semel quidem, ac neque ad momentum relaxatos esse a vinculis, sed nec alium omnino quemquam gustasse cibum aut potum quam panem et aquam meram, colliquescebat calentibus lacrymis pius et humanus princeps; et non utique otiosa significatione misericordiæ se defunctum ratus, insuper omni oggerenda copia opportunarum rerum, pecuniarum, ciborum, vestium, balnearum quin etiam et remissionis cæteræ, abstergere illis memoriam tristitiæ prioris, et fortunam meliorem plenis totius benignitatis officiis propinare satagebat, mirantibus sine fine ipsis, ac nunquam satis suspicere prædica-

A τὴν Ἀσίαν τήν τε Ἀντιόχου πόλιν, καὶ τὴν Τύρον καὶ τὰς παρακειμένας ἁπάσας πόλεις καὶ χώρας ἐμάστιζε καὶ δεσμώτας ἐμφρούρους εἶχεν· ἡ δὲ φρουρὰ δεινὴ τῶν πάλαι γεγενημένων. Καὶ περὶ τῆς τούτων ἁλώσεως καὶ τῶν ἐντεῦθεν συμπεσόντων τούτοις δεινῶν μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, ἐδάκνετό τε τὴν ψυχὴν καὶ ὅλος τῆς ἐκείνων ἀναῤῥύσεως ἐγεγόνει· καὶ μεταπεμψάμενος Νικήταν τὸν Πανουκωμίτην [30] μετὰ χρημάτων πρὸς τὸν Βαβυλώνιον ἐξαπέστειλε γραφὰς πρὸς αὐτὸν ἐγχειρίσας δι' ὧν τοὺς δορυαλώτους ἐκείνους ᾐτεῖτο κόμητας, πολλὰς ὑποσχόμενος αὐτῷ τὰς χάριτας εἰ τούτους λύσας τῶν δεσμῶν ἀπολύσει. Ὁ δὲ Βαβυλώνιος τὸν Πανουκωμίτην θεασάμενος, καὶ ἀκούσας ἅττα δὴ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν διεμηνύθη, ἀνελίξας B δὲ καὶ τὰς γραφὰς λύει μὲν παραχρῆμα τοὺς κόμητας τῶν δεσμῶν, ἐξάγει δὲ τῆς φρουρᾶς. Οὐ μέντοι γε παντελῶς ἐλευθερίας αὐτοὺς ἀξιοῖ, ἀλλὰ τῷ Πανουκωμίτῃ παραδίδωσι, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τούτους ἐξαποστείλας, μηδοτιοῦν τῶν ἀποσταλέντων χρημάτων ἀναλαβόμενος, εἴτε δὲ ὡς μὴ ἀπαρκούντων πρὸς τοσούτων λύτρον, εἴτε καὶ δωροληψίας ἐκφεύγων ὑπόνοιαν, καὶ ὡς μὴ φαίνοιτο τιμῆς τούτους ἀποδιδόμενος, ἀλλὰ καθαρὰν τὴν χάριν ἀπονέμων τῷ βασιλεῖ καὶ ἀκίβδηλον, εἴτε καὶ πλειόνων ἐφιέμενος, Θεὸς ἂν εἰδείη. Τούτους ὁ βασιλεὺς καταλαβόντας θεασάμενος ὑπερηγάσθη μὲν τὴν τοῦ βαρβάρου γνώμην καὶ τεθαύμακεν. Ἐπιπόνως δὲ τούτους περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς ἐπερω- C τήσας καὶ μεμαθηκὼς ὅπως ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον καὶ τοσούτων κύκλων περιόδους ἔμφρουροι ὄντες οὐδὲ ἅπαξ ἥλιον ἐθεάσαντο, οὐδὲ τῶν δεσμῶν ἐλύθησαν, ἀλλὰ καὶ τροφῶν παντοίων ἄγευστοι τὸ παράπαν ἐπὶ τοσοῦτον διαμεμενήκεσαν, μόνου ἄρτου καὶ ὕδατος μεταλαμβάνοντες, οἰκτείρας τοῦ πάθους καὶ θερμὸν καταστάξας δάκρυον πολλῆς παραχρῆμα ἠξίου φιλοφροσύνης, χρήματά τε ἐπιδοὺς καὶ ἄμφια παντοῖα παρασχών· εἰς βαλανεῖά τε προτρεπόμενος καὶ παντοίως τῆς τοσαύτης κακότητος ἀνακτήσασθαι τούτους μηχανώμενος. Οἱ δὲ ἔχαιρον ἐφ' οἷς παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος εὖ πεπόνθασιν οἱ πρὶν ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, οἱ παραβάται τῶν πρὸς αὐτὸν ὁρκίων καὶ ὑποσχέσεων τὴν τοσαύτην ἐς αὐτοὺς κατανοοῦντες ἀνεξικακίαν. Ὁ δὲ D μεθ' ἡμέρας μεταπεμψάμενος τούτους ἔφη· *Ἄδειαν ὑμῖν τοῦ λοιποῦ δίδωμι ἵνα ὁπόσον βούλεσθε κατὰ ταύτην τὴν πόλιν ἐγκαρτερήσητε μεθ' ἡμῶν. Ὁπηνίκα δέ τις τῶν οἰκείων ἐπιμνησθεὶς ἐθελήσοι ἀναχωρεῖν, ἀκωλύτως καὶ τῆς πρὸς τὰ οἴκοι φερούσης ἅψαιτο συνταξάμενος ἡμῖν, καὶ οὕτω διὰ χρημάτων καὶ παντοίας ἄλλης οἰκονομίας ἐφοδιασθεὶς καλῶς διευθετηθείη. Καὶ ἁπλῶς καὶ παρεῖναι καὶ ἀπεῖναι ἄδειαν ἔχειν ὑμᾶς βούλομαι, καὶ τὸ βουλητὸν ὡς ἐλευθέρους κατὰ τὴν οἰκείαν γνώμην πράττειν.* Ἦσαν μὲν οὖν τέως οἱ κόμητες μετὰ τοῦ αὐτοκρά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[30] *Πανουκομίτην*. Sic semper.

A τορος παντοίας, ὡς εἴρηται, θεραπείας ἀξιούμενοι καὶ δυσαποσπάστως αὐτοῦ ἔχοντες. Ἐπεὶ δὲ Λογγιβαρδίαν ὁ Βαϊμοῦντος καταλαβὼν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε πλείω τῶν προτέρων στρατευμάτων σπεύδων συναγαγεῖν, πολλὰ τοῦ αὐτοκράτορος κατέτρεχε, κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν περιϊὼν καὶ παγάνον αὐτὸν λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἀνακηρύττων καὶ τοῖς παγάνοις (93) ὅλῃ γνώμῃ ἐπαρήγοντα. Τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ μεμαθηκὼς τοὺς ῥηθέντας κόμητας, τὸ μέν τοι[31] καὶ αὐτῶν προθυμουμένων ἤδη πρὸς τὰς σφῶν ἀπιέναι χώρας, τὸ δέ τι καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Βαϊμούντου διακηρυκευομένων, δαψιλεῖς τὰς δωρεὰς ἐπιχορηγήσας αὐτοῖς, οἴκαδε ἐξαπέστειλεν· αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν Θετταλοῦ πόλιν σπουδαίως ἐξῄει, ἅμα μὲν B τοὺς νεήλυδας τὰ στρατιωτικὰ παιδεύειν, ἅμα δὲ καὶ τὸν Βαϊμοῦντον ἐκ τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης ἀπείργεσθαι τῆς ἀπὸ Λογγιβαρδίας πρὸς τὴν ἡμεδαπὴν διαπεραιώσεως. Ἀπελθόντες τοίνυν οἱ κόμητες ἐκεῖνοι ἔλεγχοι τοῦ Βαϊμούντου γεγόνασι ἀψευδέστατοι ἀπατεῶνα καλοῦντες αὐτὸν, καὶ μηδ' ἐπὶ τῷ τυχόντι ἐπαληθεύοντα, κατὰ πρόσωπον αὐτὸν πολλάκις ἐλέγχοντες μάρτυρας αὐτοπίστους ἑαυτοὺς καθιστῶντες.

reque valentibus tantam imperatoris in se illi rebelles ac perjuros patientiam. Ille vero postquam ista indulgentia multis diebus eos habuit, accersitos ad se sic allocutus est : *Quid malitis; vel hic ut hactenus apud nos nobiscum vivere, vel aut in domos vestras aut alio pergere, vestri plane juris atque arbitrii facio. Moneat nos tantum si qui forte abire volet, instruemus eum copioso viatico; et super cæteram sollicitudinem providendæ illi securitatis viæ cujusvis, etiam amplius ipsum muneribus prosequemur. Tantum ne quis mala fide se liberatum queri possit aut non in plenam assertum libertatem, denuntio plane ac prædico, vestri vos juris ac liberæ potestatis esse omnes. Sive manetis, jucundi hospites; sive abitis, grati nihilominus amici.* His illi auditis eo magis in manendi proposito confirmati sunt, quod hæc tam humana relaxatio libertatis obnoxiæ, verecundia ipsos quadam et nova teneritudine grati animi, catenis quibusvis eo fortiore quo blandiore, alligabat obsequiis et conspectui hominis tam benefici, cujus liberalitatis prolixissimæ fructus in momenta singula uberrimos ferebant. Verum cum accepisset imperator transgressum eo modo quem retulimus in Longobardiam Baimundum obire passim civitates principumque aulas; ibique tum alia in se multa maledicentissime mentiri, tum clara voce proclamare imperatorem Alexium paganum esse paganorumque auxiliatorem ac fautorem, maturum putavit suæ famæ succurrere, eo quod in manibus habebat, opportuno subsidio : comitibus nempe illis Latinis ac Francis (qui et ipsi jam commodum aliquo desiderio revisendæ patriæ tentari cœperant) ea in loca remittendis ubi testari de se præsentes, et nancisci fidem auctores idonei possent cum dicerent et sibi compertis documentis approbarent : Christianum in primis et Christianorum studiosum esse Alexium Augustum. Eos igitur bene volentes amplo **348** viatico instructos et donis oneratos officiisque devinctos versus Italiam dimittit. Qui sane non defuerunt ipsius spei, sed grandi ubique convicio Baimundi calumnias refutarunt; mendacem illum et impostorem, etiam in minimis quibusque quæ adversus Alexium loqueretur : non voce tantum profitentes libera, verum gravitate quoque testimonii oculati et experientia subnixi, dictorum fidem cuivis facientes. At Augustus ipse sub discessum comitum se Thessalonicam transtulit, urgente in id consilium cura et spe duplici. Nam et nuper conscriptos tyrones exercere in rudimentis militaris artis necessarium putabat tanto imminente bello, cui rei locum illum videbat aptum; et eamdem urbem non minus opportunam arbitrabatur ad vias ex propinquo commodas rationesque ineundas impediendi ne Baimundus in ditionem imperii ex Italia cum exercitu trajiceret

C Ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίωσις ἁπανταχῇ[32] διεδίδοτο καὶ πολλῶν ἐδεῖτο ὁ αὐτοκράτωρ δυνάμεων καὶ ἀναλόγου στρατεύματος ἀντικαθισταμένου πρὸς τὰ Κελτικὰ πλήθη οὐκ ἔμελλεν οὐδ' ἀνεδύετο, ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν μετεπέμπετο τὸν Κανταχουζηνὸν φημὶ καὶ τὸν Μοναστρᾶν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν Λαοδίκειαν (94) ἐφρούρει, ὁ δὲ τὴν Ταρσόν· τούτους οὖν ἐκεῖθεν μεταπεμπόμενος, οὐκ ἐρήμους τὰς ὑπ' αὐτῶν φρουρουμένας χώρας καὶ πόλεις κατέλιπεν. Εἰς μὲν γὰρ τὴν Λαοδίκειαν τὸν Πετζέαν μεθ' ἑτέρων ἐκπέμπει δυνάμεων, ἐς δέ γε Ταρσὸν, καὶ ἁπάσας τὰς ὑπὸ τὸν Μοναστρᾶν πόλεις καὶ χώρας, τὸν Ἀσπιέτην. Ἀνὴρ δὲ οὗτος εὐγενὴς

Cum ergo illa ipsa Baimundi trajectio velut mox futura late celebraretur, subducta imperator ratione suarum opum ac virium, compertoque sibi deesse copias quas pari numero brevi adfuturis exercitibus Gallicis opponeret, nihil ut in urgenti necessitatis articulo, cunctatus, Romanos e Cœle-Syria excitus accersit : eas, inquam, copias quæ partim auspiciis et ductu Cantacuzeni Laodiceam obtinebant, partim sub Monastra Tarsum Ciliciamque servabant, festinare ad se cum ipsis ducibus præcepit : nequaquam illas tamen urbes ac regiones deserens penitus aut relinquens nudas. Nam Laodiceam quidem novo cum aliis copiis a se misso duci

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] τι. [32] ἀπανταχοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(93) *Παγάνον*. Vide not. ad pag. 367.

(94) *Λαοδίκειαν*. Nam Laodicea ab Alexianis paulo ante capta fuerat, Gallis Acropolim adhuc obtinentibus, supra lib. XI, pag. 559.

commendavit Pe.zeæ; in Tarsi vero præfectura, A cæterarumque quæ Monastræ circum parebant custodia regionum atque urbium Aspieten substituit virum Armenium domo nobilem, et fortitudinis gloria tunc celebre n in paucis: quemquam ille quidem in expeditione ista famæ exspectationique de se publice pessime respondit. Siquidem cum præfectus Antiochiæ Tancredus, quem relictum in Syria vidimus, palam loqueretur sese urbes Ciliciæ provinciamque illam universam, quam ereptam Turcis optimo paulo ante jure possedisset, recuperare velle: neque id dicere contentus, etiam scriptis quoquoversum litteris, quæ multæ ad Aspieten deferebantur, idem passim denuntiaret, ac pejora etiam minaretur; quin etiam comminationes sancire factis initia rerum ordientibus; quarum alia repræsentabat, alia statim acturum præ se ferebat; cogens B videlicet undique milites Armenos et Gallos, eosque quotidie ad congressus præliorum atque ad cæteras officii militaris partes exercendo fingens: tum vero etiam quasi fumum ederet prænuntium ignis secuturi manus subinde armatorum expeditas ad prædam improvisis excursionibus mittens: nec segnius inter hæc omnia muris quatiendis aptas machinas, et reliquum oppugnationum apparatum diligentissime comparans. **349** Cum ea, inquam, omnia tam non obscure aut dissimulanter gereret Tancredus pararetque, mira tamen in securitate acquiescebat Aspietes, tanquam in pace fundatissima ne umbra quidem periculi ulla imminente, compotationibus nocturnis tempus suaviter absumens, nihilo- C minus in Bacchi militia quam in Martis castris miles strenuus. Eo porro ingurgitabat, sese licentius voluptatibus recens accepta cum magistratu facultate atque occasione iis perfruendi quod qui diu sub oculis Augusti obnoxiam ac censuræ metuentem toleraverat militiam: nunc subductus disciplinæ, provinciæ insuper longe ab aula atque ab arbitris remotæ præpositus, collectam ex longo sitim, oblata simul et copia et licentia, nunquam satis explere poterat. Itaque isto luxu ferox ille prior ac martius cito resolutus animus, nihil deinde virile habuit quod deducenti minas in rem adversario illi quem diximus bellatori duro, ac totas experienti vires suas in Ciliciam, opponeret. Quin adeo jam nostrum D effeminaverant deliciæ, ut ad primum tonitru procul appropinquantis belli cohorresceret, nec jam in urbes regionesque Cilicum fulminea pernicie grassantis, vel relucentia longe fulgetra inconniventibus ferret palpebris; nedum par esset impressioni co-

A ἐξ Ἀρμενίων ὁρμώμενος καὶ τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ διαβεβοημένων ὡς ἡ φήμη τὸ τηνικαῦτα ἐκήρυττε, κἂν ὁ τότε καιρὸς οὐ πάνυ τοιοῦτον ὄντα ἐξήλεγξεν ὅσον γε τὰ εἰς στρατηγικὴν δύναμιν. Ὁ μὲν γὰρ τῆς Ἀντιόχου ἐπιτροπεύων Ταγγρὲ ὃν ὁ λόγος φθάσας καταλέλοιπεν ἐν Συρίᾳ, φήμας τε ὑπεπέμπετο πυκνὰς ὡς ἄρα ταχὺ καταλάβοι τὴν Κιλικίαν, ἐφ' ᾧ πολιορκήσειν αὐτὴν καὶ τῶν τοῦ βασιλέως ἀφελέσθαι χειρῶν, ἅτε ἰδίαν οὖσαν καὶ τῷ δόρατι τούτου τῶν Τούρκων ἀφαιρεθεῖσαν καὶ οὐ μόνον φήμας τοιαύτας πανταχόσε κατέπεμπεν, ἀλλὰ καὶ διὰ γραμμάτων ἠπείλει τὰ χείρω τούτων ἃ καὶ τῷ Ἀσπιέτῃ καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἐνεχειρίζετο. Καὶ οὐκ ἠπείλει μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπειλῶν πρόδρομά τινα καὶ ἐποίει καὶ καθυπισχνεῖτο ποιεῖν, δυνάμεις τε [33] συναγηοχὼς B ἁπανταχόθεν ἐξ Ἀρμενίων τε καὶ Κελτῶν, καὶ τούτους καθ' ἑκάστην ἡμέραν γυμνάζων καὶ πρὸς παρατάξεις καὶ μάχας ἐξομαλίζων τὸ στράτευμα. Καὶ ἔστιν οὗ καὶ εἰς προνομὰς ἀποστέλλων καὶ τὸν καπνὸν πρὸ τοῦ πυρὸς παρεμφαίνων, τά τε πολιορκητικὰ ὄργανα κατασκευαζόμενος καὶ παντοιοτρόπως πρὸς τὴν πολιορκίαν ἑαυτὸν ἀνιστῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. Ὁ δὲ Ἀρμένιος Ἀσπιέτης ὥσπερ μηδενὸς αὐτῷ ἐπικειμένου μηδὲ φοβοῦντος μηδὲ τοσοῦτον ἐπικρεμαννύντος [34] κίνδυνον, ἐκάθητο ῥᾳθυμῶν βαρυτάτους πότους νύκτωρ ἑαυτῷ συνιστῶν [35], καίτοι ἀνδρικώτατος ἦν καὶ Ἄρεος ὑπασπιστὴς γενναιότατος. Ἐπὰν δὲ Κιλικίᾳ προσῳκειῶσε πόρρω δεσποτικῆς χειρὸς γεγονὼς, καὶ C ἐναυθεντήσας τοῖς πράγμασι, τρυφαῖς ἑαυτὸν ἐκδεδώκει παντοίαις. Οὕτως ὁ Ἀρμένιος ἐκεῖνος ἐκθηλυνόμενος καὶ διαρρέων διηνεκῶς, ἐπειδὴ καταλάβοι ὁ τῆς πολιορκίας καιρὸς, ἀναπεπτωκὼς ὤφθη πρὸς στρατιώτην φερεπονώτατον τὸν Ταγγρέ. Καὶ οὔτε πρὸς τὰς βροντὰς ἐκείνου τῶν ἀπειλῶν κατεκροτήθη τὴν ἀκοὴν, οὔτε κεραυνοφόρου τούτου ἐληλυθότος διὰ τῶν κατὰ Κιλικίαν πορθήσεων, πρὸς τὰς ἀστραπὰς ἐνητένιζεν. Ὁ μὲν γὰρ Ταγγρὲ ἀθρόον ἐξ Ἀντιοχείας στρατεύσας στρατὸν μυρίανδρον καὶ διχῇ τούτους διελόμενος, τοὺς μὲν διὰ τῆς ἠπείρου πέμπει ταῖς Μόψου (95) πόλεσι [36], τοὺς δὲ ναυσὶ τριήρεσιν ἐμβαλὼν διὰ τῆς θαλάττης ἄγει τῷ ποταμῷ Σάρωνι (96). Ῥεῖ δὲ ἄνωθεν οὗτος ἀπὸ τῶν τοῦ Ταύρου ὀρῶν, καὶ διαμέσου παραρρέων τῶν δύο D πόλεων, Μόψου τῆς τε καταλελυμένης καὶ τῆς ἱσταμένης, εἰς τὸ Συριακὸν ἐκδίδωσι πέλαγος, ἀφ' οὗ αἱ νῆες ἀναπλεύσασαι τοῦ Ταγγρὲ καὶ τὰ στόματα πελάσασαι τούτου τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὰς γεφύρας ἀνήχθησαν αἳ τὰς ἀμφοτέρας πόλεις ξυνάπτουσι. Περιεῤῥεῖτο τοίνυν ἡ πόλις ἑκατέρωθεν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[33] δέ. [34] ἐπικρεμανύντος. [35] καθιστῶν. [36] πύλαισι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(95) *Ταῖς Μόψου.* Mopsuestiam, seu Mamistam, Alexius pariter expugnaverat, supra, pag. 340.

(96) *Σάρωνι.* Saron, qui et Sarus Ptolemæo, lib. v, et Procopio, lib. v *De ædif. Just.* Ciliciæ fluvius Mopsuestiam veterem, seu dirutam, et novam *suo* cursu dirimebat. Alsheriph Aldrisius, v part. clim. 4: *Massisa, Græce dicitur Mamistere, estque hæc duas in urbes divisa, positas in ambabus ripis fluminis Gihon,* etc. A Sarone fluvio dictus Saronius sinus, de quo Eustathius ad Dion. pag. 60 et 61.

τῷ στρατεύματι βαλλομένη. Ἔνθεν τοι καὶ ῥαδίως εἶχον διαναυμαχεῖν πρὸς τὴν πόλιν οὗτοι, καὶ πεζομαχεῖν ἐκ θατέρου οἱ ἀπὸ τῆς γῆς αὐτὴν ἐπιθλίβοντες. Ὁ δὲ ὥσπερ μηδεμιᾶς καινοτομίας ὑπούσης μηδὲ τοσούτου σμήνους στρατιωτῶν περιβομβοῦντος κύκλῳ τὴν πόλιν, ὀλίγα τούτων ἐφρόντιζεν. Οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν καὶ ἀναξίως τότε τῆς αὐτοῦ γενναιότητος διατεθεὶς, τοῦτο εὐμισητότατον τὸν ἄνδρα τῷ βασιλικῷ στρατεύματι πεποίηκε. Τί οὖν ἔδει παθεῖν τάς; Κιλικικὰς πόλεις ὑπὸ τηλικούτου καταστρατηγουμένας ἀνδρός· τά τε γὰρ ἄλλα ὁ Ταγγρὲ ῥωμαλεώτατος τῶν κατ' αὐτὸν ἐγεγόνει καὶ εἰς στρατηγικὴν ἐμπειρίαν τῶν σφόδρα θαυμαζομένων, πολιορκῆσαι δὲ πόλεις ἀφυκτότατος στρατηγός. Καὶ θαυμάσειέ τις ἐνταυθοῖ γεγονὼς πῶς τὸν αὐτοκράτορα διέλαθε τὸ τοῦ Ἀσπιέτου ἀπειροπόλεμον. Ἐγὼ δ' ἂν ὑπεραπολογησαίμην τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, ὅτι τὸ τοῦ γένους ἐπίσημον τὸν αὐτοκράτορα πέπεικεν, ὡς ἥ τε τοῦ γένους λαμπρότης καὶ τὸ τοῦ ὀνόματος περιβόητον πολλὰ συνεισενεγκεῖναι [37] ἔχει τῇ τοῦ Ἀσπιέτου ἀρχῇ. Ἦν γὰρ τῶν Ἀρσακιδῶν τὰ πρῶτα φέρων ἐκεῖνος καὶ ἐκ βασιλικοῦ καταγόμενος αἵματος. Ἔνθεν τοι καὶ στρατοπεδάρχην αὐτὸν ἠξιώκει πάσης ἀνατολῆς, καὶ εἰς ὑπερηφάνους βαθμίδας ἀνήνεγκεν. ἄλλως τε καὶ πεῖραν τῆς ἀνδρίας ἐκείνου λαβών. Καὶ γὰρ ὁπόταν τῷ Ῥομπέρτῳ συνεκρότησε πόλεμον ὁ αὐτοκράτωρ καὶ ἐμὸς γενέτης, καθάπερ ἐμνημόνευσα κατὰ τὴν τοῦ πολέμου ἐκείνου σύῤῥαξιν, Κελτός τις ὑπερωμίας ἰθύνας τὸ δόρυ, καὶ μυωπίσας τὸν ἵππον, καθάπερ τις σκηπτὸς ἐμπίπτει τῷ Ἀσπιέτῃ. Ὁ δὲ τοῦ ξίφους ἐπιδραξάμενος δέχεται τὴν τοῦ Κελτοῦ βιαίαν φορὰν καὶ τιτρώσκεται μὲν καιριωτάτην πληγὴν τοῦ δόρατος τὸν πνεύμονα μὲν παραμείψαντος, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῆς ῥάχεως διενεχθέντος. Ὁ δὲ μήπω συγχυθεὶς τῇ πληγῇ μηδὲ τῆς ἕδρας ἐκκυλισθεὶς, ἀλλ' ἑδράσας ἑαυτὸν ἰσχυρότερον, παίει τὸν βάρβαρον κατὰ τῆς κόρυθος, καὶ δίχα διαιρεῖ καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν κόρυθα. Καὶ πίπτουσι καὶ ἄμφω τῶν ἵππων, ὁ μὲν νεκρὸς ὁ Κελτὸς, ὁ δ' Ἀσπιέτης ἔτι ἐμπνέων. Ὃν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀνελόμενοι γεγονότα παντάπασιν ἔξαιμον καὶ καλῶς ἐπιμεληθέντες πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἤνεγκαν, δεικνύντες καὶ δόρυ καὶ τὴν πληγὴν, καὶ τὸν θάνατον τοῦ Κελτοῦ διηγούμενοι. Ταύτης τῆς οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνδρίας καὶ τόλμης τὸ τηνικαῦτα μεμνημένος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ τούτοις ἐπισυνάψας τὸ γένος καὶ τὴν ἀπὸ γένους εὔκλειαν, ἀξιόμαχον στρατηγὸν ἀποστέλλει κατὰ τὴν Κιλικίαν πρὸς τὸν Ταγγρὲ, στρατοπεδάρχην τετιμηκὼς [38], καθάπερ φθάσασα γέγραφα.

A ram repellendæ. Etenim erumpens Antiochia Tancredus cum armatorum decem millibus, partem copiarum versus utramque Mopsuestiam novam et veterem itinere terrestri proficisci jussit, partem triremibus impositam maritimo cursu admovet ostiis Saronis amnis, qui ex Tauri fluens montibus inter duas Mopsi urbes alteram olim destructam, alteram recentius ædificatam, in Syriacum deinde labitur pelagus: unde promotæ remigio Tancredi triremes et per fauces ostiorum penetrantes usque ad ipsos quæ civitates ambas connectunt pontes, pervenere. Hinc jam ancipiti scilicet et ineluctabili circumventa Mopsuestia malo premitur; classe a fluvio infesta, firmis et fortibus a terra copiis uno tempore irruentibus. B Dum interea præclarus Ciliciæ custos, quasi ne tanto quidem expergefactus strepitu, nihil expediret opis consiliive, sed immensum quantum suorum vel natalium vel priorum facinorum oblitus, velut attonitus, inerti desidia conquiescere pergeret; quæ res eum incredibiliter exosum regio limitis illius exercitui reddidit. Jam animo subjicere quisque suo potest, vel me tacente, quid urbibus tum Ciliciæ contigerit, totum et nullo fractum resistentium objectu acerrimi bellatoris impetus sustinentium Tancredi: qui præterquam quod manu ipse prævalens, et vehementissimus instando erat, etiam ad vires ac robur inusitatum summam longo usu partam peritiam addiderat cum cæterarum rei bellicæ partium artiumque, tum in primis obsidenda- C rum et oppugnandarum arcium. Atque hic, quia statim occursuram video prudentis animo lectoris reprehensionem patris mei, quod is duci tam ignavo tantam provinciam commiserit, **350** pietatis officio me urgeri sentio ad istud imperatoris Alexii judicium ab imprudentiæ vituperatione vindicandum. Mihi porro ad defensionem istam argumentum suppeditat idoneum Aspietæ istius eximia nobilitas, seriem generis a clarissimis repetens regibus; et inter ipsos, quibus hoc commune pluribus decus erat, Arsacidas principem quemdam obtinens dignitatis locum. Nemo autem nescit quam efficax conciliatrix honorum apud optimos quosque esse soleat claritas ingens natalium ut mirari (multo D minus accursare) nullus debeat Alexium Augustum si homini tanta sanguinis generositate commendato honores curules ac subsellii altioris magistratus deferendos duxerit, et cum stratopedarchæ dignitate, auctoritatem in omnes Orientalis limitis copias dederit. Præsertim cum compertam olim viri fortitudinem illustri documento meminisset. Si quidem per bella quæ alias narravimus a Roberto adversus meum parentem pugnata, contigit aliquando ut Gallus quidam, proceritatis toto humero vulgus excedentis, arrecta lancea, subditisque equo calcaribus, turbinis rapiditate in Aspieten rueret, qui animo constans ingruentem Gallum, infesto contra occurrens gladio excepit. At caro illi quidem constantia stetit; nam cuspis hastæ procurrentis adversum Aspietæ pectus fodiens, per transverberatum pulmonem ad dorsi spinam ictum pertulit, illacque sibi exitum rupit. Verum ille nec impulsu tam ve-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[37] συνεισενεγκεῖν. [38] τοῦτον προχειρισάμενος.

hementi, nec vulnere tam sævo, de statu fortis animi, ac ne de sede quidem corporis vel minimum dimotus, sese firmat viresque colligit ad plagam hosti reponendam, quam et alte insurgens talem inflixit in verticem Barbari ut et galeam illi et caput uno late ictu discinderet. Tum vero equis evoluti ambo feruntur in terram. Gallus quidem exanimis; Aspietes autem adhuc spirans. Quem qui astabant circum, tollentes jam prorsus exsanguem, prout tum licuit sedulo curatum ad imperatorem detulerunt, ostendentes et hastam et plagam, et necem Galli referentes. Hujus et fortitudinis et audaciæ memoria cum splendore generis viri ejusdem hanc ei ab imperatore provinciam eblandita est: nec tantis (ut opinor) quasi fidejussoribus temere dici potest atque imprudenter Augustus credidisse, cum Arsacidarum nobilissimum, tam heroico facinore probatum cuivis gerendæ rei, cuivis hosti debellando parem, Ciliciæ præficientum opponendumque Tancredo, titulo ac potestate stratopedarchæ insignitum censuit, ut dixi.

Sed hæc de his satis. Cæterum imperator ad omnes duces qui per universum sparsi erant occiduum limitem litteris datis proficisci quamprimum cum suis quemque copiis convenireque ad Sthlanitzam jussit. Quid autem ipse incitator aliorum? ad cessandum interea sibi, fruendumque parto, ac deliciis balnearum, et jucundo usu cæteræ luxuriæ transmittendum. Suaviter putavit tale tempus, more non paucorum qui fructum imperiorum ac potestatis in belluinæ vitæ impune usurpandæ licentia collocant? Minime sane. Quin ne in palatio
351 quidem tum morari sustinuit, sed prodiens uti diximus, Byzantio per medias Occidentales regiones Thessalonicam pervenit septembri mense indictione decimaquarta, vicesimo imperii sui anno Augustam secum, licet subinvitam, ducens. Non enim ea indoles aut consuetudo imperatricis matris meæ fuit, prodiret ut foras libenter, ostentareque se gauderet; verum eo potius natura ejus et studium vergebat, ut domi esset semper apud se, hoc est iis rebus attenta et vacans, quæ personam decebant illius, aut ingenio erant consentanea: veluti libros evolvere sanctorum Patrum, in sui considerationem atque censuram mentis oculos intro vertere, beneficentiæ dare operam, et liberalem ac munificam humanitatem in eos præsertim exercere homines, quos et a cultus ipso genere atque vestitus, et præsertim ab emendatæ actionis et vitæ specimine, vere ac sincere Deo servire intelligebat, religionique, oratione ad Deum quotidiana, vicibus alternis distincta cantantium, professione palam suscepta, in omne tempus colendæ sese videbat addixisse. Quoties autem (qualium rerum occasiones sæpe imperatricibus necessariæ accidunt) articulo ipso magnæ necessitatis cogebatur offerre conspectum sui, nunquam id sine

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Πρὸς δέ γε τοὺς κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐνδιατρίβοντας ἡγεμόνας ἑτέρας ἐκπέμπει γραφὰς, κατευθὺς Σθλανίτζης τὴν πορείαν ἐντειλάμενος ποιεῖσθαι. Τί δὲ τοὺς μὲν προμάχους μετεκαλεῖτο, αὐτὸς δὲ ἀναπεπτώκει ῥᾳστώνης ἀπολαύων καὶ βαλανείοις χρώμενος, ὁποῖα εἰώθασιν οἱ τὸν βοσκηματώδη βίον προελόμενοι βασιλεῖς; Οὐμενουν· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τὰ ἀνάκτορα ὅλως ἐνδιατρίβειν ἔτι ἠνέσχετο. Ἐξεληλυθὼς δὲ τοῦ Βυζαντίου ὡς ἄνωθεν εἴρηται κατὰ τὸ μέσον τῶν ἑσπερίων ἐληλύθει χωρῶν, τὴν Θετταλοῦ πόλιν καταλαβὼν εἰς μῆνα Σεπτέμβριον ἐπινεμήσεως ιδ' (97), κ' ἔτους οὗτος [39] ἐξ οὗ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας περιεζώσατο· καὶ τὴν Αὐγοῦσταν δὲ παραβιάσατο συνεξηλυθέναι [40] μετ' αὐτοῦ. Ὁ γὰρ τρόπος ἐκείνης τοιοῦτός τις ἦν· οὐ πάνυ τι δημοσιεύεσθαι ἤθελεν, ἀλλὰ τὰ πολλὰ μὲν οἰκουροῦσα ἦν καὶ τὰ ἐκείνης ἔργα ἐποίει· λέγω δὲ βίβλων τε ἀνελίξεις τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, καὶ τὸ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφειν, καὶ εὐποιίας καὶ χάριτας εἰς ἀνθρώπους, μάλιστα δὲ εἰς ἐκείνους οὓς οἶδεν ἀπό τε τοῦ σχήματος, ἀπό τε τοῦ βίου θεραπεύειν Θεὸν, καὶ προσευχῇ προσανέχειν καὶ καταλλήλοις ᾠδαῖς. Ἐπειδὰν δὲ μέλλοι δημοσιεύειν ἑαυτὴν κατά τινα χρείαν ἀναγκαιοτάτην ὡς βασιλίδα αἰδοῦς τε ὑπεμπίπλατο, καὶ ἐρύθημα εὐθὺς ἐξηνθήκει ταῖς παρειαῖς. Καὶ ἡ μὲν φιλόσοφος Θεανὼ τοῦ πήχεως αὐτῆς γυμνωθέντος, ἐπειδή τις παίζων εἰρήκει πρὸς ταύτην· *Καλὸς ὁ πῆχυς*· *Ἀλλ' οὐ δημόσιος*, εἶπεν ἐκείνη. Ἡ δὲ βασιλὶς καὶ μήτηρ ἐμὴ, τὸ τῆς σεμνότητος ἄγαλμα, τὸ τῆς ἁγιότητος καταγώγιον, μὴ ὅτι γε πῆχυν ἢ βλέμμα δημοσιεύειν ἠγάπα, ἀλλ' οὐδὲ φωνὴν ἐκείνης ἤθελεν εἰς ἀσυνήθεις παραπέμπεσθαι ἀκοὰς, τοσοῦτον ἦν ἐκείνη χρῆμα θαυμάσιον εἰς αἰδῶ. Ἐπεὶ δὲ ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ, φασὶ, μάχονται, ἀναγκάζεται πρὸς τὰς συχνὰς τοῦ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[39] ὄντος. [40] συνεξεληλυθέναι

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(97) *Ἐπινεμήσεως ιδ'*. Alexius Byzantio proficiscitur indict. 14, mense Sept. hoc est, ineunte indictione, quam a Kal. Sept, auspicabantur Græci. Cadit autem indictio 14, hoc mense in an. Chr. 1105, quo Boemundus adhuc in Gallia morabatur, ut et proxime sequenti, ubi auxilia conquirebat. At perperam scripsisse videtur Anna hanc indictionem fuisse vicesimum imperii Alexii annum, qui illud iniit indict. 4, an. 1081, ut ipsamet tradit, pag. 64, etsi in eodem errore versetur Codin. *De orig.* pag. 24, edit. Meurs. ubi 4, indictionem an. 1000, juxta Græcos 6614: Εἰκοστὸν ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἀλεξίου fuisse perinde observat. Cæterum miror viros eruditissimos in Exegesi præliminari ad III tom. Martii, cap. 4, indictionem apud Græcos, seu Byzantinos scriptores, non alia voce, quam ἰνδικτιῶνος efferri, nequaquam vero ἐπινεμήσεως: quod non modo ex pluribus Annæ, sed et aliorum scriptorum locis haud ægre refelli potest,

αὐτοκράτορος ἐκστρατεύσεις αὐτῷ παρακολουθεῖν. A Κατεῖχε μὲν γὰρ αὐτὴν ἡ σύμφυτος αἰδὼς ἔνδον τῶν βασιλείων! τὸ δὲ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα φίλτρον καὶ ἡ διάπυρος πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπη ἐξῆγεν αὐτὴν καὶ μὴ βουλομένην τῶν ἀνακτόρων διὰ ταυτασὶ τὰς αἰτίας. Πρῶτον μὲν ὅτι τὸ συμπεσὸν αὐτῷ νόσημα τῶν ποδῶν (98) ἐπιμελείας ἐδεῖτο πλείστης· καὶ γὰρ ἀλγηδόνας εἶχε δριμείας ὁ αὐτοκράτωρ ἐκ τῆς ποδαλγικῆς διαθέσεως, καὶ οὐδεμίαν ἐπαφὴν οὕτω προσίετο ὡς τῆς ἐμῆς δεσποίνης καὶ μητρός· ἐμμελῶς τε γὰρ αὐτῷ προσεφέρετο καὶ προψαύουσα [11] δεξιῶς τὰς ὀδύνας τῶν ποδῶν ὑπεκούφιζέ πως. Ὁ γάρ τοι βασιλεὺς ἐκεῖνος· καί μοι μηδεὶς τῆς περιαυτολογίας ἐπιμεμφέσθω, τὰ γὰρ οἰκεῖα θαυμάζω, μηδ' ὡς καταψευδομένην τοῦ αὐτοκράτορος ὑφοράσθω, τὰ γὰρ ἀληθῆ λέγω· πάντα τὰ B ἑαυτοῦ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν κατόπιν ἐποιεῖτο τῆς σωτηρίας τῶν πόλεων. Οὐδὲν γὰρ ἐχώριζεν αὐτὸν τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀγάπης, οὐκ ἀλγηδόνες, οὐχ ἡδοναὶ, οὐ πολέμων κακώσεις, οὐκ ἄλλο οὐδὲν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα, οὐχ ἡλίου φλογώσεις, οὐ χειμώνων δριμύτητες, οὐ προσβολαὶ Βαρβάρων παντοδαπαὶ, ἀλλ' ἀκλινῶς εἶχε πρὸς ἅπαντα ταῦτα, καὶ ὤκλαζε μὲν πρὸς τὴν φύσιν τῶν νοσημάτων, ἀντανέθορε δὲ πρὸς τὴν βοήθειαν τῶν πραγμάτων.

pudore quodam ac magno in genis efflorescente verecundiæ indice rubore faciebat. Theano ferunt, philosophiæ non modo cultricem, sed etiam magistram feminam, cum olim forte ipsi nudato brachio, arridens aliquis dixisset : *O pulchrum cubitum!* sic statim adjunxisse : *At non exponi solitum oculis hominum.* At mater mea gravitatis simulacrum, sanctitatis domicilium, adeo non cubitum, non oculum publici quasi juris aut conspectus facere solebat, ut ne vocem quidem in insuetas aures sustineret mittere, tam inusitata illi ac mira pudoris atque honestatis cura inerat ! Verum quoniam necessitati ne dii quidem (ut duci solet) reluctari queunt, coacta utique parens mea est sæpissime prodeuntem in expeditiones imperatorem aliquando sequi, et amorem secessus ac tecti domesticique septi aulæ regiæ, ubi eam matronalis sanctitas et innatus retinebat pudor, majore nec minus laudabili charitate vincere : illa nempe qua viro suo opera ipsius ac præsentia peregre sæpius egenti repræsentare ministerium et præsentem navare vigiliam ac curam fas piumque ducebat, et conjugalis necessitudinis officio præscriptum. Neque otiosum fuerit memorare quibus in rebus sedulitate meæ matris peregre agens indigeret pater meus. Prima erat causa pedum morbus, quo cum frequenter redeunte ac in primis sævo imperator urgeretur unum ferme in summis doloribus delinimentum ac solatium habebat a manibus dominæ parentis meæ : quæ velut ejus articulos calleret omnes ita molliter suspensis, ita perite applicitis partes affectas contrectabat digitis, ita dolores ipsos fotu quodam atque affrictu demulcere norat, ut de vi atque acerbitate intolerandi cruciatus non parum sibi detrahi curatione tali Augustus fateretur. **352** Porro ille miser istam podagram certaminum videlicet tot illorum laborumque bellicorum infelix stipendium retulit. Nec mihi quis succenseat tanquam res familiares, quæque parentes meos attinent, subtilius verbosiusque persequenti ; utpote semel professæ plam me in scriptione quoque apparere cupere : nec recusari oportet, hoc quidem loco, domesticam testem, cui plus fidei apud æquum lectorem intima notitia personarum, de quibus sermo est, conciliare debet, quam invidiæ, otiositas quævis aut minuta orationi pietati fortassis elegantiæ damno servientis. Dicam ergo si minus opportune, at profecto verissime Augustum patrem meum dum saluti Christianorum assiduis ærumnis, indefessis conatibus invicta semper constantia pergit consulere, suæ ipsius saluti ac valetudini minime cavisse; nunquam enim illum aut voluptates alliciendo, aut labores deterrendo, a communi retardarunt utilitate procuranda : quin suarum rationum ac commodorum, capitis quoque ac vitæ respectum posteriorem duceret incolumitate civitatum periclitantium, aut Christiani securitate populi quovis forte malo vel discrimine tentati : pro quibus rebus neque ærumnas expeditionum, neque casus ac plagas præliorum contra Barbaros omnis generis, neque æstus aut algores subdialium stationum, neque lutum ac pulverem hibernorum æstivorum itinerum, paciscі unquam et subire recusavit. Atque in hæc ille omnia dum se haud parce impendit, subsidebat plerumque fracta malis ingruentibus et vulnerum morborumque læsione quasi claudicans natura corporis : verum cum instinctus cura rerum et officii studio navandi excitabat animum ut valeret nihilominus quo vocabat usus reipublicæ, et humano generi quantovis suo damno prodesse pergeret.

Δεύτερον δὲ καὶ μέγιστον αἴτιον, τοῦ τὴν βασιλίδα συνοπαδὸν εἶναι τῷ αὐτοκράτορι, ὅτι τοι πολλῶν ἐπιβούλων ἀναφυομένων ἁπανταχόθεν πολλῆς ἐδεῖτο τῆς ἐπιβλέψεως καὶ ὡς [12] ὄντως πολυομμάτου δυνάμεως· καὶ γὰρ καὶ νὺξ αὐτῷ ἐπίβουλος ἦν, καὶ τὸ μεσαίτατον τῆς ἡμέρας καὶ ἑσπέρα προσανέ-

C Alteram præterea sequendorum Augusti castrorum causam Augusta mea mater habuit, insidiarum in omnes horas ei comparatarum necessariam amollitionem quæ ubique præsentis et inconniventi excubantis vigilia sollicitudinis res erat. Nam saue cum aliis semper exercitum adversis, tum vero con-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] ψαύουσα. [12] Deest vocula ὡς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(98) *Νόσημα τῶν ποδῶν.* Vide Zonaram, pag. 239.

spirationum nefariarum periculis infestum, si quis A unquam alius, habuit principatum pater meus. Cui noctu pernicies parabatur, mane percussor imminebat; in meridiem condicebatur aperta vis, vesper denique serus novum semper exitium vehebat; adeo nulla illi ad securam quietem hora erat reliquia. Quid ergo? annon tot periculis circumventum innocentissimum et mundo salutarem principem, jugi custodiri providentia innumerabilium oculorum oportebat, attenta et expedita ad incursum varium horum arcu collimantium, illorum sicam acuentium, aliorum cum nocere manu prohibebantur, linguas interfectrices famæ, et odiorum seditionumque concitatrices, in sæva maledicta et cruentas contumelias laxantium? Porro cui satis hac in parte fideretur in tam vul- B gata tamque late grassante contagione perfidiæ? Non alii puto melius quam conjugi, et tam benevolæ, tam providæ, tam amanti ac sollicitatæ conjugi, qua nempe ad consulendum prudentior, ad circumspectandum perspicacior, ad penetrandum in insidiosos animos solertior. Hunc usum assectationis et præsentiæ in castris suæ exhibebat domino parenti meo mater mea: cui erat noctæ vigil oculus, de die custos aspectu ipso terribilis improbis, ad mensam antidotum optimum et contra omnes artes injuriasque venenorum amuletum præsens. Hæc illam gravitatis **353** et verecundiæ femineæ retinentissimam matronam gynecei adytis et grata requie relicta castrensem turbam et bellorum stre- C pitum sequi coegerunt: effundereque se in conspectum publicum et virorum oculos subire. Quanquam illa ne hic quidem consuetæ modestiæ ac decori unquam oblita est, verum et oculorum, sive suorum demissione ac custodia, sive alienorum declinatione, quoad fas erat, et silentio aut loquendi parcitate, et modestia cultus ac paucitate familiæ pene sensum præsentiæ furabatur intuentibus, uno tantum ex argumento intelligere valentibus esse imperatricem in comitatu, quod ejus mundum ac supellectilem duo muli traherent imperatorio desuper tapete coopertam. Cætera sane corpus ejus velut numen in adytis latebat: ita duntaxat ut vis ejus præsentiæ in effectibus sentiretur tamen, eaque adhiberetur imperatori cura laboranti, D tam apte, tam opportune, tam provide gubernarentur omnia, ut versari non dubitares in administratione tota domus regiæ mentem velut quamdam, quæ suam ex arcano efficaciam exereret, ipsa in abdito lateret. Utebatur autem ad hæc administris nobis intimisque ac cognatione junctissimis cæteris, qui sedulæ vigiliæ ipsius et promptis ad tempus imperiis, exacta et fideli obedientia, servire pro se quisque conabamur. Hæc in apologiæ parte perorauda fuerant ad matrem defendendam ab accusationibus injustissimis dicacium linguarum et prurigine obtrectandi gestientium morum,

A φυὲ τι κακὸν, καὶ ἡ πρωΐα ἐτέκταινε χείριστα. μάρτυς τούτων Θεός. Ἆρ' οὖν οὐκ ἔδει τὸν βασιλέα ὑπὸ τοσούτων κακῶν ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ μυρίων ὀμμάτων φρουρεῖσθαι, τῶν μὲν ἐπιτοξαζόντων αὐτῷ, τῶν δὲ τὸ ξίφος παραθηγόντων, τῶν δ' ἀφιέντων, ὁπόταν οὐκ ἐνῆν τι δρᾶσαι, λοίδορον γλῶτταν καὶ τὸ κακῶς εἰπεῖν. Τίνα τοίνυν ἔδει παρεῖναι τῷ βασιλεῖ σύμμαχον παρὰ τὴν σύμφυτον σύμβουλον; Τίς μᾶλλον ἐκείνης πλέον ὑπεσκέπτετο μὲν τὸν αὐτοκράτορα, ὑπεβλέπετο δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας; Τίς ὀξεῖα μὲν τὸ συμφέρον ἐκείνῳ ἰδεῖν, ὀξυτέρα [63] δὲ τὸ παρὰ τῶν ἐχθρῶν σκευωρούμενον κατιδεῖν; Διὰ ταῦτα καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἦν ἡ ἐμὴ μήτηρ τῷ δεσπότῃ μου καὶ πατρὶ καὶ νύκτωρ ἄγρυπνον ὄμμα, καὶ ἡμέρας περιφανέστατος φυλα- B κτὴρ, καὶ τραπέζης καὶ καιροῖς ἀντίδοτον ἀγαθὸν, καὶ τῆς ἀπὸ τροφῶν ἀδικίας φυγαδευτήριον [64] φάρμακον. Ταῦτα τοίνυν τὰ αἴτια τὴν σύμφυτον αἰδῶ τῆς γυναικὸς ἐκείνης παρηγκωνίζετο, καὶ ἐθάῤῥει τοὺς ἄῤῥενας ὀφθαλμούς. Καίτοι οὐδὲ τότε τῆς συνήθους [65] εὐκοσμίας ἐπελανθάνετο, ἀλλὰ καὶ βλέμματι καὶ σιγῇ καὶ τῇ περὶ αὐτὴν θεραπείᾳ τοῖς πλείοσι μὲν ἀγνωστοτέρα [66] ἐτύγχανε· καὶ τοῦτο μόνον ὅτι βασιλὶς παρέπεται τῷ στρατεύματι ὁ φερόμενος ταῖν ἡμιόνοιν οἰκίσκος ἐδείκνυ καὶ τὸ ἄνωθεν βασιλικὸν καταπέτασμα. Τὰ δ' ἄλλα ἐπηλυγάζετο τὸ θεῖον ἐκείνης σῶμα· μόνον ὅτι πρόνοιά τις ἀρίστη τὰ κατὰ τὴν νόσον τοῦ βασιλέως διεξάγει, καὶ φρουρὰ βασιλέως ἀκοίμητος παρὰ C πᾶσι διεγινώσκετο, καὶ ὄμμα ἐγρηγορὸς καὶ μὴ ἐπινυστάζον τοῖς πράγμασι. Καὶ ἡμεῖς δὲ ὅσοι περὶ τὸν αὐτοκράτορα εὖνοι, περὶ τὴν ἐκείνου φρουρὰν διεπονούμεθά τε καὶ συνηρόμεθα τῇ δεσποίνῃ καὶ μητρὶ ἕκαστος ὡς εἶχεν ὅλῃ ψυχῇ καὶ γνώμῃ· μηδ' ἐπινυστάζοντος ὅλως ταῦτα πρὸς τοὺς φιλοσκώμμονας καὶ τὰς φιλολοιδόρους γλώττας γεγράφαται, τόν τε γὰρ ἀναίτιον ὑπ' αἰτίασιν ἄγουσι. Καὶ τοῦτον οἶδε τὸν ἀνθρώπινον τρόπον καὶ ἡ Ὁμήρου Μοῦσα. Καὶ τὰ καλῶς πεπραγμένα διαφαυλίζουσι, καὶ ὑπὸ μέμψιν ποιοῦσι τὸ ἄμεμπτον. Καίτοι ἐκείνη κατὰ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονυῖαν· καὶ γὰρ τοῦ Βαϊμούντου τὴν ὁρμὴν ὁ βασιλεὺς ἐπεποίητο· τὸ μέν τοι ἄκουσα, τὸ δ' ἑκουσίως συνείπετο. Οὐ γὰρ συνεισβαλεῖν ἔδει τὴν βασιλίδα τῷ D βαρβαρικῷ στρατεύματι· πῶς γὰρ ἄν; Τομύριδος ταῦτα καὶ Σπαρέθρας [67] τῆς Μασσαγέτιδος, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἐμῆς Εἰρήνης. Ἄλλοσε γὰρ ἐτρέπετο τὸ ταύτης ἀνδρεῖον καὶ ἄλλως ἐξώπλιστο, ἀλλ' οὐ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς δόρατι, οὐδὲ τῇ κυνέῃ τοῦ Ἄϊδος. Ἀλλ' ἀσπὶς μὲν ἐκείνῃ καὶ θυρεὸς καὶ ξίφος τὸ πρὸς τὰς συμφορὰς καλῶς ἀντιπαρατάσσεσθαι, καὶ τὰς τοῦ βίου ἐπανατάσεις ἃς οἶδεν ἡ βασιλεία τοῖς βασιλεῦσιν ἐπικειμένας, ἡ περὶ τὰ πράγματα δραστηριότης, καὶ τὸ κατὰ τῶν παθῶν ἐπιπληκτικώτατον, καὶ ἡ ἀνυπόκριτος πίστις ὡς Σολομῶντι δοκεῖ. Οὕτως ἡ ἐμὴ μήτηρ καὶ πρὸς τοιούτους πολέμους ἐσκεύαστο· τὰ δ' ἄλλα εἰρηνικωτάτη ἦν κατὰ τοὔ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[63] ὀξύτερον. [64] θεραπευτήριον. [65] Deest vox συνήθους. [66] ἀγνωστότερον. [67] Σπαρέθας.

νομα. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μὲν τῆς συμπλοκῆς τῶν Βαρβάρων ἔμελλε, πρὸς δὲ παρασκευὴν τῶν τῆς συμπλοκῆς ὁ βασιλεὺς ἀφεώρα, καὶ τὰ μὲν ἀσφαλίσασθαι τῶν φρουρίων σκοπὸν εἶχε, τὰ δὲ κατοχυρῶσαι, καὶ ὅλως εὔοδα πάντα τὰ κατὰ τοῦ Βαϊμούντου καταστήσασθαι ἔσπευδε, συνεξυπήγετο καὶ τὴν βασιλίδα τὸ μέν τοι καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα, καὶ δι' ἃς αἰτίας εἰρήκειμεν, τὸ δέ τι καὶ ἐν [48] ἀκινδύνῳ τῶν πραγμάτων ἔτι καθεστηκότων καὶ μήπω καιροῦ πολέμου ἐπιδεδημηκότος. Ἀναλαβομένη τοίνυν ὁπόσον διὰ χρυσοῦ καὶ ἄλλης ποιότητος προσῆν αὐτῇ χάραγμα καὶ ἕτερά τινα τῶν χρημάτων ἔξεισι τῆς πόλεως, καὶ τοῦ λοιποῦ ἐν τῷ διιέναι τὰς ὁδοὺς πᾶσι τοῖς ἐπαίταις καὶ τοῖς σισυροφόροις, καὶ γυμνοῖς δαψιλῆ τὴν χεῖρα παρεῖχε. Καὶ οὐδεὶς ὁ αἰτησάμενος καὶ κενὸς ἀπελθών. Ἐπὰν δὲ τὴν ἐπιτεταγμένην σκηνὴν κατειλήφει, οὐ πρὸς ῥᾳστώνην εὐθὺς ἀπέκλινεν εἴσω ταύτης γεγονυῖα, ἀλλὰ ἀναπεταννῦσα ταύτην, ἄνετον τοῖς αἰτοῦσι παρεῖχε τὴν εἴσοδον· τοῖς τοιούτοις γὰρ καὶ μάλα εὐπρόσιτος ἦν καὶ παρεῖχεν ἑαυτὴν ὁρᾶσθαί τε καὶ ἀκούεσθαι. Οὐ χρημάτων δὲ μετεδίδου τοῖς πένησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ λῷονα συνεβούλευε· καὶ ὁπόσους μὲν εὐρώστους τὰ σώματα κατενόει, ῥᾳθύμως δὲ περὶ τὸν βίον ἔχοντας, πρὸς ἔργα καὶ πράξεις προὐτρέπετο, ἵν' ἐντεῦθεν τὰ πρὸς χρείαν κομίζοιντο, καὶ μὴ δι' ἀμέλειαν ἀναπεπτωκότας θύραν ἐκ θύρας ἐπαιτοῦντας περινοστεῖν. Καιρὸς δὲ οὐδεὶς τῆς τοιαύτης ἐργασίας ἀπεῖργε τὴν βασιλίδα. Ὁ μὲν οὖν Δαυὶδ *μετὰ κλαυθμοῦ τὸ πόμα κιρνῶν φαίνεται*· ἡ δέ γε βασιλὶς αὕτη καὶ τροφὴν καὶ ποτὸν ἐλέῳ συγκεραννῦσα καθ' ἑκάστην ἐδείκνυτο. Καὶ πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν περὶ ταύτης τῆς βασιλίδος, εἰ μὴ τὸ θυγάτριον εἶναι ψεύδους παρεῖχεν ὑπόνοιαν, καὶ ὅτι μητρὶ χαριζόμεθα. Πρὸς δὲ τοὺς ταῦτα ὑπονοοῦντας παρέξομαι τοῖς λόγοις συνεπιμαρτυροῦντα τὰ πράγματα.

Qui rabidos sanctæ dentes illidere famæ,
Et maculam puris affingere moribus ardent.

Quale Homeri Musa, apprime perita consuetudinis humanæ ingenium esse plurimorum, cecinit. Ne igitur comminiscantur neve calumnientur aliud suspicaces et maledici homines de causis commorationis meæ matris in castris et itineris ejus ac profectionis qua se comitem expeditionis istius quam modo descriptum imus a patre meo adversus Baimundum susceptæ, dedit partim invita partim volens, propter contrarias modo commemoratas utriusque officii consiliique rationes. Non enim utique rem gestura manu cominus et præliatura cum Barbaris processit: Tomyridis id fuerit, aut Sparethræ Massagetidis, non Irenes meæ; fortis illius quidem et præditæ animo virili, sed robur istud suum ad alia longe facinora vertentis; uti et armis instructa erat longe aliis quam hasta Palladis aut galea Plutonis. Parma huic et scutum et telum erat, constans pectus opponere rebus adversis: ac contra rebelliones atque insultus quibus genus ipsum supremæ potestatis natura quadam et conditione propria expositum est, semper interritam semper paratam stare. Tum vero etiam strenue sese versare in officio fungendo et actionibus sui muneris in tempore reddendis. Præterea responsare cupiditatibus, et contumaciam earum austero rationis imperio premere. Denique fidem et religionem ad Deum non fictam neque perfunctoriam habere. Quæ fere armatura est qua instructam mulierem fortem Salomon velut in aciem educit [1]. At ejusmodi bella comparatam et procinctam **354** fuisse meam matrem fateor. Cætera moribus quietissimis et qui facile studio cultuque perpetuo pacis, omen illi dati olim nominis implerent. Neque illud omittendum, cum patre meo jubente progressa simul est ad bellum parens mea nequaquam opinionem adhuc fuisse mox futuri prælii, procul siquidem adhuc Baimundus cunctabatur, et lentis tantummodo consiliis præmuniebatur quasi via Marti processuro, dum totus interim erat imperator, in arcibus aliis præsidio imposito, aliis manu atque opere firmandis, providendisque rebus ejusmodi, cæteris quæ ad occurrendum Baimundi conatibus aliquando erupturis mature adhibendæ videbantur. Atque hoc ipsum, nempe quod sciret imperator nullam fore, nisi post longum forte spatium, occasionem conserendi prælii, animos illi fecit ad urgendam liberius propter rationes prius memoratas, Augustam suam conjugem ut exire ad hanc expeditionem secum vellet? Illa vero necessitati simul a viro impositæ paruit, simul dilectæ sibi exercendæ liberalius misericordiæ captavit occasionem. Peregrinationi enim omni quam tum habuit sumpta secum pecunia vel aurea vel ex alio quovis metallo se dedit: eamque per totam viam in obvios quosque mendicos, aut egestatem vili ac misero vestitu præferentes, maxime autem in nudos, beneficentissime profudit, adeo ut nemo qui ab ea petierit abierit vacuus. Postquam vero in destinatum sibi tabernaculum concesserat, non illa captandæ quietis opportunitate fruebatur, aut clausis ostiis sine arbitro somno corporique otiosam dabat operam: sed velis reductis amplam adeundæ sui faciebat copiam omnibus ipsa conventa opus habentibus præsertim vero petere aliquid paratis; qualium accessum tota vita facile admisit; et ad tale duntaxat genus remisisse verecundiæ superstitionem velut illam videbatur pene nimiam; dum iis duntaxat præbere se videndam, et eosdem alloqui consueverat libenter. Porro pecuniam pauperibus donasse neutiquam contenta, consilium, si res ferret, insuper addebat; et quos forte vegetos ac commode valentes vitam inertem cib precario trahere videbat, iis fiebat auctor ut profitendo apud rem habentes labore victum sibi mercede

[1] Prov. xxxi, 10 seqq.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[48] ἐν τῷ.

operæ diurnæ parare honestum mallent quam in ignava desidia consenescentes ostia circumire mendicando. Nec vero ipsas horas cibi tempestivi ab hac beneficentia feriatas volebat esse; edito suis mandato ne vel tunc accedentes excluderent. Itaque David quidem, ut ipse testatur, *potum suum cum fletu miscebat* [a] Augusta vero parens mea, non escam non liquorem nisi oleo misericordiæ delibuta gustabat ac veluti condita. Multa sunt et alia præclara quæ de imperatrice possem dicere; sed revocat me quod suspicionibus obnoxium fore video testimonium filiæ de matre: hominibus videlicet pro more suo facturis, et æstimaturis ex se de aliis, dum opinabuntur quæcunque a me laudabilia de illa prædicata fuerint, non ita revera esse, sed pietatis instinctu quodam, ut in matris gratiam esse conficta. Ego vero apud cunctos quorum æqui judicia sunt, abunde magnam arbitror cæteras actiones vulgo notas matris meæ conciliare debere orationi meæ fidem alia referenti quæ minus in popularem **355** cognitionem incurrerunt.

Cæterum ad imperatorem, ut Thessalonicam pervenisse ipsum constitit, duces fere omnes ac milites occidui limitis, velut ad centrum gravia, strenua undique festinatione confluebant. Gallorum autem adventum non tunc, ut alias, præcedens locusta significavit, sed in cœlo apparens cometa magnus, vel potius omnium qui sunt unquam visi maximus, quem alii ad genus trabalium, ut vocant, crinitarum; alii potius ad classem earum quæ ab hastilis forma nomen obtinent, pertinere contendebant. Sane illud tum ex cætera Providentiæ consuetudine sic administratum est; non enim oportebat tantam tam inusitatam conversionem rerum, quanta mox est importata per tumultum Gallicum, nulla cœlestis indicii denuntiatione præmonitos, nec opinantes opprimere mortales spectandam porro pleno lumine sese hæc stella præbuit toto spatio dierum quadraginta naturalium hoc est, luce simul et nocte decursu solis uno continuatis devinctisque constantium. Oriebatur ab occiduis partibus, ferebatur in ortivas. Magnamque suspicientibus cunctis ac passim territis injiciebat curam sciscitandi, cujus mali cujusve formidinis luculentus ille cursor nuntium se ferret? Imperator quoque, tametsi alioqui solitus talia non observare superstitiose, sed fere naturalibus imputare causis, tunc tamen contagione velut quadam sollicitudinis communis se afflari passus, curiosum et ipse se monstravit eventuum quos portentum istud præmonstraret, peritosque rerum talium consuluit. Quin etiam virum disciplinæ istius consultissimum Basilium, præfectura Byzantii nuper donatum, hominem sibi devinctissimum, ad se arcessitum studiose percunctatus est, quid de astri ortu et præsagitione sentiret? Ille spatium respondendi petiit: et re-

[a] Psal. CI, 10.

A Τὸν δέ γε αὐτοκράτορα τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβόντα μεμαθηκότες οἱ ἐκ τῶν ἑσπερίων λήξεων, καθάπερ τὰ βαρέα τῶν σωμάτων ἐπὶ κέντρα φέρεται, οὕτω δὴ καὶ ἅπαντες πρὸς αὐτὸν ἐφοίτων. Ἀκρὶς μὲν οὖν οὐ προηγήσατο τῶν Κελτῶν καθαπερεὶ τῶν πρότερον διελθόντων, ἐν οὐρανῷ δὲ κομήτης (99) ἐφάνη μέγας, καὶ τῶν πάλαι φανέντων ὁ μέγιστος, ὃν οἱ μὲν δοκίδα, οἱ δ' ἀκοντίαν ἔφασαν εἶναι· ἔδει γὰρ τῶν μελλόντων καινισθῆναι ξενοπρεπῶς πραγμάτων προοίμιά τινα προκαταγγελτικὰ τούτων μηνυθῆναι ἄνωθεν. Καὶ γὰρ ἦν τοῦτον θεάσασθαι ἐπὶ τεσσαράκοντα νυχθημέροις ὅλοις παμφαίνοντα. Ἐφαίνετο δὲ ἀπὸ τῶν δυτικῶν μερῶν ἐξιὼν καὶ πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου διήκων. Ὃν οἱ θεώμενοι ἅπαντες ἐκδειματούμενοι ἐζήτουν τίνων ὁ B ἀστὴρ ἄγγελός ἐστιν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ μηδὲ πάνυ τοῖς τοιούτοις προσέχων, ἀλλὰ φυσικῆς τινος ἐξηρτῆσθαι τὰ τοιαῦτα αἰτίας δοξάζων, ὅμως ἠρώτα τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα δεινούς. Μεταπεμψάμενος δὲ καὶ τῆς ἐπαρχίας τοῦ [49] Βυζαντίου (1) ἀξίαν πρώτην [50] εἰληφότα Βασίλειον (ἀνὴρ δὲ οὗτος πολλὴν τὴν περὶ τὸν αὐτοκράτορα εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος), περὶ τοῦ φανέντος ἀστέρος ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ ἐς νέωτα φυλάξειν ἐπηγγείλατο τὴν ἀπόκρισιν, καὶ ἀπελθὼν οὗ κατέλυε (τέμενος δὲ (2) τοῦτο ἐπ' ὀνόματι τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου πάλαι ἀνῳκοδομηθὲν), ἐπεὶ πρὸς δυσμὰς ὁ ἥλιος ἦν, περιεσκόπει τὸν ἀστέρα. Διαπορουμένῳ δὲ καὶ καμόντι τοῖς λογισμοῖς ὑπνῶσαι ξυμβέβηκε, καὶ τηνικαῦτα τὸν C ἅγιον θεάσασθαι ἱερατικῶς ἐσταλμένον. Ὁ δὲ περιχαρὴς γεγονὼς, οὐκ ἔτ' ὄναρ ἐδόκει, ἀλλ' ὕπαρ ὁρᾶν. Ἔνθεν τοι καὶ γνωρίσας τὸν ἅγιον, ἔμφοβος γενόμενος, μεθ' ὑποστολῆς ᾐτεῖτο, τίνων ἀγγελτικὸς ὁ ἀστὴρ ἐστι γνωρίσαι οἱ. Ὁ δὲ, *Κελτῶν κίνησιν προσημαίνειν τοῦτον* ἔφη· τὸ δὲ σβέν-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[49] τὸν τῆς. [50] ποώτην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(99) *Κομήτης*. Apparuit cometes iste an. Ch. 1106, a mense Febr. in Martium, uti passim referunt scriptores, Codinus loco cit. Albericus et Sigeb. hoc an. *Gesta Franc.* cap. 58; *Hist. Hieros.* pag. 607; Tyrius, lib. II, cap. 5; Willel. Gemetic. lib. VIII, cap. 15; Fragm. Hist. tom. IV; *Hist. Fr.* pag. 94; Ordericus, lib. V, pag. 589; lib. II, pag. 816; *Chron. Andeg.* tom. I; *Bibl.* Lab. pag. 282, 283, 289.

(1) *Ἐπαρχίας τοῦ Βυζαντίου*. Edit. Hœsch. Βυζοτοῦ. Urbsne Byzotus, et cujus provinciæ, incompertum prorsus. Proinde probabilius Basilium urbis Constantinopolitanæ præfectum egisse, qua dignitate functum posthæc sub Alexio Xerum scribit, pag. 360. Nam præfectum urbi Byzantinæ instituit Constantinus, uti habent Sozomenus, lib. II, cap. 41; Nicephor. Callist. lib. IX, cap. 44; et *Chron. Alex.* pag. 666, de cujus officio est tit. 28, lib. I Cod. Just.

(2) *Τέμενος δέ*. Duo potissimum templa D. Joanni evangel. sacra recensent scriptores Byzantini; prius in Dihippio, alterum in Hebdomo. Alterutrum intelligit hic Anna.

νυσθαι τὴν τούτων αὐτοῦ που κατάλυσιν δηλοῖ.

A versus ad diversorium quod ante ceperat proxime templum olim structum in nomine divi evangelistæ Joannis, post solem occasum observationi planetæ apparentis se addixit attentissimæ. In ea vero curi laboranti et supra modum anxio somnus obrepsit; somniumque oblatum est ejusmodi, ut non deformata per soporem species, sed viva et vera facies ac præsens conspectus videretur. Astabat coram ædis ipse præses Joannes sanctus pontificalibus insignitus ornamentis. Ad hunc visum nihil usitato et meridiano minus clarum indigetis sibi multa olim religione ac meditatione notissimi exsultans Basilius alacri lætitia, sed metu quodam horroreque sacro temperata; expedivit vocem humilem ac tremulam ad interrogationem super dubio quo mens ejus urebatur; indicarique sibi, nisi gravo esset, ab eo petiit, quorumnam tandem index eventuum hoc astrum esset? Cui apostolus. *Gallis,* inquit, *ab occasu adventantibus ista fax prælucet. Cæterum ejus exstinctio, exitium eorumdem futurum ipso in loco ubi occumbit ipsa, pollicetur.*

Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ φανέντος ἀστέρος τοιαῦτα. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβὼν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἡτοιμάζετο πρὸς τὴν τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίωσιν, ἐκπαιδεύων μὲν τοὺς νεολέκτους τόξον τε τείνειν καὶ βέλη κατὰ σκοποῦ πέμπειν, καὶ περιφράττεσθαι θυρεῷ, ἀλλὰ καὶ ξενικὰς ἐξ ἀλλοδαπῶν διὰ γραμμάτων παρασκευάζων δυνάμεις, ἵν', ὁπηνίκα καιρὸς καλοίη θᾶττον παραγένωνται. Πολλὴν δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπεποίητο πρόνοιαν, τήν τε πόλιν τὸ Δυῤῥάχιον ἀσφαλισάμενος καὶ ἡγεμόνα ταύτης τὸν δεύτερον υἱὸν Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος Ἀλέξιον καταστησάμενος. Ἅμα δὲ κἀκ τῶν Κυκλάδων νήσων, καὶ τῶν παρὰ θάλατταν τῆς Ἀσίας πόλεων καὶ αὐτῆς τῆς Εὐρώπης, στόλον παρεκελεύσατο ἀπαρτίσαι. Πολλῶν δὲ παρεμποδιζόντων τὴν τοῦ στόλου κτίσιν, διὰ τὸ μήπω τὴν τοῦ Βαϊμούντου κατεπείγειν διαπεραίωσιν, ὁ δὲ ὅμως οὐκ ἐπείθετο, λέγων δεῖν εἶναι τὸν στρατηγὸν ἀνύστακτον φύλακα, καὶ μὴ πρὸς τὰ ἐν ποσὶ μόνον παρασκευάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ πόῤῥω ὁρᾷν· μήτε μὴν φειδοῖ χρημάτων καιροῦ καλοῦντος ἀνέτοιμον φαίνεσθαι, καὶ μᾶλλον ὁπηνίκα ἔφοδον ἐχθροῦ αἴσθηται. Ταῦτα τοίνυν δεξιώτατα διαθέμενος ἐκεῖθεν μεταναστὰς καταλαμβάνει τὴν Στρούμπιτζαν [81] (3), κἀκεῖθεν αὖθις ἄχρι τοῦ Σλοπίμου. Μεμαθηκὼς δὲ καὶ τὴν Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ σεβαστοκράτορος ἧτταν κατὰ τῶν Δαλματῶν προαποσταλέντος δυνάμεις ἀποχρώσας ἐκπέμπει εἰς ἀρωγήν. Ὁ μὲν οὖν Βολκάνος εὐθὺς πονηρότατος ὢν, ἠρώτα πρὸς τὸν βασιλέα τὰ περὶ εἰρήνης, καὶ ζητηθέντας ὁμήρους ἐκπέμπει. Ἐκεῖνος δὲ ἐγκαρτερήσας ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα καὶ μῆνας δύο, ὡς τὸν Βαϊμοῦντον ἔτι τῆς Λογγιβαρδίας μέρεσι διατρίβοντα ἐπεπληροφόρητο, τοῦ χειμῶνος ἐπικαταλαμβάνοντος ἤδη, τοὺς στρατιώτας πρὸς τὰς σφῶν οἰκίας ἐξέπεμψεν· αὐτὸς δὲ τὴν Θεσσαλονίκην καταλαμβάνει. Ἐν δὲ τῷ τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἀνύειν, ἐτέχθη ὁ πρωτότοκος (4) τῶν υἱῶν τοῦ

B Hactenus de cometa tunc ostenso. At imperator Thessalonicam ut diximus profectus, omnia ibi quæ opus erant adversus imminentem et denuntiatam vim a Baimundo mox trajecturo comparabat: partim per se ipse tyrones erudiens **356** atque ad arcum strenue tendendum, ad collineandum recta in scopum, ad scutum scite gestandum periculoque opponendum exercens assidue rude vulgus nuper conscriptæ juventutis. Sed et auxiliares e gentibus sociis evocavit copias missis litteris, in tempore ad usum occursuras. Peculiarem vero Illyrici tum ut par erat curam habuit. Nam et firmandum novis supplementis atque operibus Dyrrhachium curavit; novo etiam huic imposito præfecto Alexio
C Isaacii sebastocratoris secundo genito; et ex insulis Cycladibus, maritimisque urbibus Asiæ atque ipsis quæ imperio suberant Europæ regionibus mare tangentibus validam colligi armarique classem jussit. Cui quidem rei, ne perficeretur, cum multæ, uti solet fieri, difficultates intercederent, passimque quorum partes vel agendi vel præbendi erant, obsequium ac diligentiam remitterent: causantes haud adeo periculum urgere, longe adhuc distare hostem, certisque nuntiis constare lentius a Baimundo trajectionem adornari: surdus tamen Augustus ad ea omnia, moras utique inexorabili perseverantia evicit universas. Cum diceret imperatoris esse non ad ea solum quæ ad pedes sunt attendere, sed in illa quoque quæ procul struuntur aut mo-
D ventur acrem inconniventis vigiliæ providentiam intendere; neque committere perniciosa fiducia, vel intempestiva parcimonia: ut indiciis contemnendis, qualia tunc multa ferebantur, apparatuum hostilium aut servandis cum expendendi tempus vocat, præpostere pecuniis, imparatus possit opprimi ab adversariis præsertim iis qui suorum consiliorum ac conatuum sensum ultro ingerant, minis latissime spargendis. His vero dum Thessalonicæ morare-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] Στρούμπιτζον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) *Στρουμπίτζαν.* **382** Strumpitza, urbs Macedoniæ munitissima, in prærupto et editiore colle ædificata. De hac agunt Gregoras, lib. VIII et IX; Cantacuzenus, lib. I, cap. 48, 55; lib. IV, cap. 21; Scylitzes, pag. 712; Nicetas in Alex. Ang. lib. III, n. 1; Theophylact. epist 32, et Excerpta Georg. apud Allat. in Not. ad Acrob. cap. 24.

(4) *Πρωτότοκος.* Joannes Comnenus, Alexii filius, uxorem duxit, parente superstite, filium regis Hungariæ, ut auctor est Zonaras. Ex his nuptiis plures prodiere masculi, quorum primogenitus fuit Alexius, natus indict. 14, circa Balabistam, eodemque partu nata filia, Maria nempe, quæ Joanni Rogerio Cæsari nupsit. Vide Stemma Comnenicum.

tur, quam licuit optime, dispositis, movens inde A Strumpitzam se confert: indeque rursus progreditur usque ad Slopimum. Ibi audita clade quam Joannes sebastocratoris filius adversum Dalmatas paulo ante missus, acceperat, idoneas ad eam supplendam labem eo copias direxit. Ac quanquam Bolcanus veterator tum ut semper, olim usu probatarum non oblitus artium, misit ad imperatorem legatos qui pacem poscerent, petitosque obsides repræsentavit; permansit tamen in illis partibus adhuc Augustus annum unum et menses duos. Postquam autem satis comperit Baimundum moras etiamnum non cito rumpendas trahere in partibus Longobardiæ, hieme jam instante, milites domum remisit. Ipse Thessalonicam versus iter arripit. B Quam viam dum peragit natus est circa Balabistam Porphyrogeniti et imperatoris Joannis filius primogenitus sororculam quoque secum gemellam in lucem trahens. Porro celebrata Thessalonicæ magni martyris Demetrii memoria Constantinopolim se

Πορφυρογεννήτου καὶ βασιλέως Ἰωάννου κατὰ τὴν Βαλαβίσταν, συνεπαγόμενος ἐν τῷ τίκτεσθαι καὶ ἕτερον θῆλυ. Ἐκεῖσε γοῦν τὴν μνήμην μεγαλομάρτυρος Δημητρίου ἐκτελέσας εἰσέρχεται εἰς τὴν μεγαλόπολιν. Γέγονε δὲ καί τι τοιοῦτον περὶ τὰ μετὰ τοῦ Κωνσταντινίου [82] φόρου. Χαλκοῦς τις ἀνδριὰς (5) ἵστατο, καὶ πρὸς ἀνατολὰς ἀπέστραπτο ἐπὶ πορφυροῦ κίονος περιόπτου, σκῆπτρον μὲν κατέχων τῇ δεξιᾷ, τῇ δὲ λαιᾷ σφαῖραν ἀπὸ χαλκοῦ κατασκευασθεῖσαν. Ἐλέγετο δ' οὖν εἶναι οὗτος Ἀπόλλωνος ἀνδριάς· Ἀνθήλιον (6) δὲ οἶμαι οἱ τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορες αὐτὸν προσηγόρευον. Ὃν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος ἐκεῖνος καὶ τῆς πόλεως καὶ πατὴρ καὶ δεσπότης εἰς τὸ ἑαυτοῦ μετέθηκεν ὄνομα, Κωνσταντίνου αὐτοκράτορος ἀνδριάντα αὐτὸν προσειπών. Ἐπεκράτησε [83] δὲ ἡ ἀρχῆθεν τεθεῖσα προσηγορία τῷ ἀνδριάντι, καὶ ἤτοι Ἀνήλιος ἢ Ἀνθήλιος ὑπὸ πάντων ἐλέγετο. Τοῦτον τὸν ἀνδριάντα ἐξαιφνιδίου πνεύσαντες ἄνεμοι πλατύτατοι [84] λίβες ἐκεῖθέν τε ὦσαν καὶ εἰς γῆν ἔρριψαν (7), περὶ τὸν Ταῦρον τοῦ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[82] Κωνσταντίνου. [83] ἐπεκράτει. [84] πλατύτεροι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5) Ἀνδριάς. Urbem exornaturus Constantinus M. et de vetere Byzantio Novam Romam conditurus, Forum exstruxit, quod ex suo nomine appellari voluit Constantinianum, in ea urbis parte, ubi antea mœnia et portæ Byzantii veteris erant, porticibus, fornicibus, statuis, aliisque illustrioribus antiquitatis monumentis undecunque advectis, et e variis gentilium templis ablatis exornatum, ut pluribus produnt Themistius, orat. 13; Zozimus, C lib. II, et Eusebius, lib. III *De vita Const.* cap. 52. In medio foro ingentem statuit columnam ex lapide Thebaico et purpureo, Roma advectam, non ex unico tamen lapide, quod falso quidam, atque in iis Glycas, credidere. Columnæ prægrandem Apollinis ex ære statuam, in cujus vertice eminebant radii, imposuit: quam, ut auctor est Cedrenus, Phidiæ opus, Athenis, seu, ut est in *Chronico Alex.* ex Phrygia; vel denique, ut scribit Zonaras, Ilio, vel Heliopoli, in eadem provincia, allatam, in suum ipsius nomen transfudit. Gestabat illa manu dextra σκῆπτρον, secundum Annam, seu ut habet Cedrenus, λόγχην, vel hastam, quam terræmotu an. 14 Justiniani collapsam idem scriptor testatur; læva vero σφαῖραν, seu globum, in cujus vertice infixa crux eminebat, ut est apud Nicephorum Call. lib. VII, cap. 49; lib. VIII, cap. 4. Statuam ipsam profano prius cultui dicatam purgavit Constantinus, immissis in eam variis reliquiis. In capite enim ex clavis, D quibus transfixus est Christus, positum unum scribunt Cedrenus, Zonaras, Codinus in *Orig.* anonymus, *de Invent. S. Crucis* apud Gretseum, tom. II de S. Cruce, et Gregorius Turon. lib. II *De mirac.* cap. 6. Particulam præterea Dominicæ crucis a matre Helena Hierosolymis inventæ in eadem statua reconditam testantur Socrates, lib. II, cap. 17; et Paulus Diac. lib. II *Hist. Misc.* Locum designat in vola manus scriptor incertus Vitæ Constantini et Helenæ. Addit Nicephorus in statuæ basi ab ipso imperatore positos 12 cophinos, et 7 sportas, et reliquias 7 panum, quibus benedictione consecratis Christus multitudinem pavit, et Dolabram, qua Noe Arcam construxit. Denique urceolum unguenti, quo Christus unctus est, positum refert Suidas. Statuæ pretiosis adeo munitæ reliquiis, inscriptionem posuit, qua urbem Christi tutelæ committit, quæque apud Cedrenum descripta legitur. Atque inde manasse arbitror piam, sed futilem, et credulam nimis opinionem, quam recitat Ducas, *Hist.* cap. 39; ad hanc scilicet columnam descensurum angelum de cœlo, qui Turcos in urbem irrumpentes fugaret, et in Persidem usque persequeretur. Ab his reliquiis, seu ab eo potius, quo Constantinum, ut divis ascriptum, prosecuti sunt cultu Byzantini, veneratio illa profluxit in columnam purpuream, ad quam quotannis Kal. Sept. patriarcha cum clero et imperatore procedere solebat, uti refert Codinus, *De off.* cap. 15, n. 1. Cujus supplicationis meminit etiam Gregoras, lib. VIII, subl. fin. Ad statuam Constantini peractas preces, et non modica patrata miracula, variasque factas morborum curationes scribit Nicephorus, 383 lib. VIII, cap. 55, quam quidem Christianorum θρησκείαν in Constantini Imaginem Porphyreticæ impositam columnæ arguit Philostorgius, lib. II, cap. 18.

(6) Ἀνθήλιον. Quasi ἀντὶ ἡλίου. Hesychius Milesius de hac columna, ἐφ' ᾧπερ ἱδρῦσθαι Κωνσταντῖνον ὁρῶμεν δίκην ἡλίου προλάμποντα τοῖς πολίταις.

(7) Ἔρριψαν. Duravit et stetit Constantini M. statua, usque ad Alexii tempora, quo imperante, vento vehementiori perflante, decidit, diffractaque et in multas partes comminuta obvios aliquot interemit. Quem statuæ casum observant etiam Zonaras in Constantino M. et in Alexio, et Michael Glycas, qui id sub vernum tempus accidisse narrant, sole, ut ait Anna, tum in Tauro posito. Diem vero et annum tantæ ruinæ indicat Codinus in *Orig. Meursianis*, 5 videlicet Aprilis, 14 indict. A. M. juxta Græcos 6614, Chr. 1106: Τοῦτο γοῦν τὸ ἄγαλμα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κίονος, καὶ φόνον τῶν ἐκεῖσε εὑρεθέντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡσεὶ δέκα εἰργάσατο, κατὰ τὴν πέμπτην δηλαδὴ Ἀπριλλίου μηνὸς, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους, εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ· ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, ὅτε γνόφος ἐγένετο, καὶ βιαῖος νότος ἔπνευσε σφοδρὸν, τοῦ κομήτου ἀστέρος τοῦ ἀκοντίου ὀλυθέντος, καὶ τὸν τοιοῦτον τοῦ ἀέρος τάραχον ἐξειργασμένου τοῦ φανέντος κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς παρασκευῆς τῆς

A ἡλίου τότε ὁδεύοντος. Ὅπερ οὐκ ἀγαθὸς οἰωνὸς τοῖς πλείοσιν ἔδοξε· καὶ μᾶλλον ὁπόσοι μὴ καλῶς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἶχον, ὑπεψιθύριζον γὰρ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον τὸ συμβὰν προμηνύειν. Ὁ δὲ, *Ζωῆς καὶ θανάτου ἕνα Κύριον ἐπίσταμαι*, ἔλεγε· *πτώσεις δὲ εἰδώλων θάνατον ἐπάγειν οὐδόλως πιστεύειν ἔχω. Ὁπηνίκα γὰρ Φειδίας τις, φέρε εἰπεῖν, ἤ τις τῶν λιθοξόων λίθον ἀποξέσας εἴδωλον ἀπεργάσοιτο, ἀναστήσει μὲν καὶ νεκρούς, παράξει δὲ καὶ ἔμψυχα. Καὶ εἰ ταῦτα, τῷ τῶν ἁπάντων Δημιουργῷ τί καταλειφθήσεται; « Ἀποκτενῶ γὰρ καὶ ζῆν ἐγὼ ποιήσω » φησί, καὶ οὐχὶ τοῦδε ἢ τοῦδε εἰδώλου πτῶσις ἢ ἀνέγερσις.* Καὶ γὰρ τὰ πάντα τῇ μεγίστῃ Θεοῦ [88] ἀνετίθει προνοίᾳ. B

Augustus cum comitatu recepit. Ibi sub id tempus tale quid accidit. Visebatur in foro Constantini ænea statua humanæ formæ supra basim e marmore porphyretico late conspicuam, vultu in Orientem observo, sceptrum dextra, læva orbem tenens similiter **357** ære fusum. Aiunt ex prima designatione artificum fuisse illud Apollinis signum, quod ideo priores inquilini urbis quæ postea Constantinopolis est dicta, Anthelium, opinor, vocitabant. In simulacrum Constantinus Magnus in suum ipsius nomen transtulit, et ut imperatoris Constantini effigies appellaretur, edixit. Adhæsit tamen ex inveterato prius usu antiqua statuæ appellatio, ita ut plerisque omnibus Anelius vel Anthelius id signum vocaretur. Verum in istam tunc statuam incumbens vehementissimis flabris ventus Africus, eam de columna exturbatam humo afflixit, sole tum in Tauro posito. Fœdum id augurium plerisque visum est; et qui erga imperatorem parum benevole affecti erant, late susurrantes spargebant imminentem imperatoris mortem isto casu prænuntiari. Quibus Augustus ad se delatis: *Equidem*, inquit, *unum vitæ necisque Dominum atque arbitrum agnosco Deum; casus autem idolorum necis habere potestatem inferendæ, absit ut persuaderi mihi unquam sinam. Enim id credenti consequenter, ut opinor, sentiendum esset Phidiam puta vel similem artificem, quotiescunque statuam e saxo sculpit, vel excitare denuo mortuos, vel vivos de integro creare. Quoo si esset, quid jam Conditori omnium esset reliqui? Cujus tamen verissima illa vox est, singularem declarans potestatem : « Ego occidam et ego vivere faciam [a]. » Ego, inquit; non hujus vel illius idoli lapsus aut erectio.* Sic imperator ad unam summi Numinis providentiam cuncta referebat.

C Κυκεὼν δὲ κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἄλλος αὖθις κακῶν ἐξεγήγερτο, ὃς οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐξηρτύετο ἤδη· ἄνδρες γάρ τινες ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ γένους εὐκλείᾳ μεγάλα εὐτυχόντες κατὰ σοῦ βασιλικοῦ ἐμελέτησαν σώματος φόνιον πνέοντες. Καὶ θαυμάζω ἐνταῦθα τῆς ἱστορίας γεγονυῖα πόθεν τοσοῦτον πλῆθος κακῶν τὸν βασιλέα περιεστοίχιζεν· οὐδὲν γὰρ ἦν οὐδὲν οὐδ' ὁποθενοῦν ὃ μὴ κατ' αὐτοῦ ἐκεκίνητο. Τά τε γὰρ ἔνδον ἀποστασίας ἦσαν μεστὰ καὶ τὰ ἔξωθεν ἐπαναστάσεως ἔγεμε, καὶ μήπω πρὸς τὰ ἔνδον τοῦ αὐτοκράτορος ἀντικαταστάντος, τάχτὸς πάντα περιεφλέγμηνε βαρβάρους ἅμα καὶ τοὺς ἔνδον τυράννους τῆς τύχης αὐτῆς ὥσπερ τινὰς Γίγαντας αὐτοφυεῖς ἀνταβλαστανούσης· καίτοι τοῦ βασιλέως ἅπαντα πρὸς τὸ ἡμερώτερον καὶ φιλανθρωπότερον ἐπιτροπεύοντος καὶ διοικονομουμένου D τὰ πράγματα, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα μὴ τοῖς ἀγαθοῖς κατακλύζοντος, τοὺς μὲν γὰρ καὶ ἀξιωμάτων τιμαῖς κατεχύδαινε, καὶ δωρεαῖς μεγάλαις καταπλουτίζων ἀεὶ οὐκ ἀνῆκε. Τοὺς δὲ ὁπουδήποτε βαρβάρους ἀφορμὰς μὴ διδοὺς πολέμων, μηδ' ἀνάγκην ἐπάγων αὐτός, ἀνασοβοῦντας ὅμως ἀνέστελλεν. Ὡς

Cæterum nova in eum pernicies coitionibus occultis, non hominum de vulgo, sed virorum qua fortitudine, qua nobilitate insignium, struebatur. Quorum immania consilia nihil moderatius quam vim ac cædem sacræ personæ principis parricidis inferendam manibus, spectabant. Equidem horresco referens; et tot jam coacta locis Historiæ hujus insidias commemorare similes, mirari et miserari satis nequeo infelicissimam imperatoris hujus sortem. Itane vero tam pertinaci odio, tam implacabili sævitia perseverare fortunam in uno capite clam, palam, occultis molitionibus, apertis conatibus, telis denique omnibus ac machinis petendo! Istone fato natum esse unum potissimum inter omnes principes Alexium, ut nullo unquam interspiramento quietis, urgeri eum assidue oporteat, a fronte, a tergo, ab utroque latere, bellis, seditionibus, tumultibus, conjurationibus; illinc gentibus circum Barbaris passim duces ferocissimos cum copiis innumerabilibus in ipsum armantibus, hinc ditione ipsa ac terra Romana velut gigantas olim sic hodie tyrannos magno uumero nec minori feritate contra

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[88] τοῦ Θεοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

πρώτης ἑβδομάδος. Columnæ Porphyreticæ ζωστῆρας, seu circulos, quibus illa continebatur, paulo ante, sub Botaniata scilicet, fulmen disseruerat, uti tradunt Scylitzes et Zonaras. Hos Theodosio imperante positos docemur ex *Chronico Alexandr.* ad 9 ejusdem Theodosii. Cum enim ex inferiore columnæ parte, noctu avulsus fuisset lapis grandior, ne universa lapidum dissolveretur compages, circulis ferreis revincta atque illigata est. Loco igitur disruptarum zonarum Manuel Comnenus (non Palæologus, ut opinatur vir doctus) Spondylum ejusdem crassitudinis ex multis lapidibus superædificavit, et in summo inscriptionem posuit, quæ exstat apud Joannem Dousan in *Itiner. Constantinop.* et Suidgerum in Hodœpor., lib. II. Ab eodem etiam, ni fallor, Manuele erecta, quæ post statuæ Constantinianæ casum stetit, crux supra ipsam columnam. Vide præterea quæ de columna purpurea habent Gyllius, lib. III *De cript. CP*,, cap. 3, et Augerius Busbeg. in *Itiner. Cl*

eumdem frequentissime gignente. Gravia sane mala, vel si accedant singula. Quid autem cum vario simul incursu anxiam distrahebant in partes contrarias curam ac necessitatem resistendi? Occurrebat hosti ad limitem Augustus: civis a tergo rebellans insurgebat. **358** Ad eum opprimendum ubi se verterat, rursum omnis barbaries concitabatur. Atque ego dum indolem Alexii dum vitam specto, quominus in placidissima natura, commodisque moribus odiorum causas animadverto, eo miror magis tantis eum perpetuo procellis externarum civiliumque jactationum exerceri potuisse. Nemo illo facilior, nemo clementior, liberalior, beneficentior, bonorum honorumque largior nemo: ratio gubernandi moderatissima, nihil summo jure agere, descendere ad civilem humanitatem, solii suggestum deducere in planum, et cum subditis velut ex æquo agere potestatem ac principatus vim non supercilio aut fastu, sed dignitatum atque opum passim in omnes spargendis largitionibus usurpare. Idem præterea quam fortis ac bellicæ peritus rei, tam bellorum perosus, studiosus pacis, prudentiam in id intendere totam solitus ne cui ullam vel externo vel civi daret occasionem a se dissidendi. Quin etiam cum ultro impetebatur necessarium conatum repugnandi, fere intra unius defensionis justæ moderationem reprimebat, atque infestam repulisse vim contentus, reponere injuriam etiam in occasione temperabat. Sunt principes qui vensum ac sanguinem civium hostiumque ambitioni propriæ aut quæstui recte impendi putent; et qui vel aliena deprædentur, vel magnum sibi nomen acrium bellatorum faciant, tanti putent miscere genus humanum et ærumnis ac cladibus orbem involvere. Non ea secta patris mei fuit. Bellis ille gerendis nihil unquam aliud propositum sibi quam pacem habuit. Eam nactus domi quietus perstitit; et amicitias cum vicinis gentibus sancitas religiosa semper fide coluit, abundantem quoque sollicitudinem in id impendens ut vel morosis et irritabilibus satisfaceret. Quorsum enim finem ac scopum belli assecutus pacem, ea de complexu abjecta ultro ad arma prosilias? Quæ inconsultissima et rebus in primis perniciosa publicis quorumdam imperantium ratio est. Non sic Alexius pacis amator, pacis cupidus, pacis curator unicus, cujus et cum aberat quærendæ, et cum aderat colendæ nullam unquam curam nullum officium omisit: usu quidem et rerum ac periculorum necessitate bellicosissimus, a natura et voluntate pacatissimus. Quare equidem haud affirmare dubitaverim præstantissimum in characteribus ejus laudis expressum omnibus imperatoriæ personæ specimen in hoc tandem viro post intervallum tot retro annorum apparuisse reipublicæ Romanæ: imo non ex longo repetitum tempore, sed plane tum primum, cum semper antea nescio sane quo fato quove pacto, ab Romani solio imperii abfuisset.

A ἔστι κακῶν στρατηγῶν τῶν πραγμάτων ἡσυχαζόντων, αὐτὸς ἐξεπίτηδες ἀνερεθίζειν τοὺς πέριξ εἰς πόλεμον. Εἰρήνη (8) μὲν γὰρ τέλος ἐστὶ πολέμου παντός. Τὸ δ' ἀνθελέσθαι ἀεὶ αὐτόθεν τὸ ἕνεκά του καὶ τοῦ ἀγαθοῦ τέλους ἀεὶ ἀμελεῖν, τοῦτο ἀνοήτων ἐστὶ στρατηγῶν καὶ δημαγωγῶν καὶ ὄλεθρον πραγματευομένων τῆς πόλεως. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοὐναντίον ἅπαν ἐποίει, καὶ τοῦ εἰρηνεύειν ἐκτόπως ἐπεμελεῖτο, καὶ πανταχόθεν συνεῖχε, καὶ ἀπούσης ἐπηγρύπνει πολλάκις ὅπως ἐπανέλθοι. Καὶ ἦν ὁ αὐτὸς κατὰ φύσιν μὲν εἰρηνικὸς, ἀναγκαζόντων δὲ τῶν πραγμάτων πολεμικώτατος. Καὶ ἔγωγ' ἂν φαίην θαῤῥούντως περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, ὡς ἄρα τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος, πολλοῦ χρόνου καταλελοιπότος τὰ τῶν Ῥωμαίων βασίλεια ἐπ' αὐτοῦ B καὶ μόνου ἐπανεληλυθέναι τρόπον τινὰ τότε πρῶτον τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ἐπιξενουμένου.

Verumtamen, ut ad turbas de quibus ceperam agere revertar, haudquaquam ille vir quantavis earum aut varietate aut multitudine perculsus despondit unquam animum, industriamve aut contentionem remisit, velut malis victam; at robustum semper atque indomitum adversis undecunque ingruentibus pectus opposuit, mentemque acri vigilia experrectam cæcis et tenebrosis machinationibus adhibuit dominum improborum: eo quidem successu, ut non modo nullo unquam Barbarorum externo impetu, nulla tyrannorum intus exsurgentium intestina succussione prostratus sit, verum etiam

C Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον τοῦ λόγου ἀρχομένη ὅτι θαυμάζειν ἔχω τὴν τοσαύτην τῶν πραγμάτων τῶν πολεμικῶν ἐπίχυσιν· τά τε γὰρ ἔξω καὶ τὰ ἔνδον[56] πάντα ἦν ἰδεῖν κυμαινόμενα πανταχόθεν. Ἀλλ' ὁ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος καὶ τὰ ἀφανῆ τῶν ἐχθρῶν καὶ κρύφια καὶ προῃσθάνετό τε καὶ παντοδαποῖς μηχανήμασι πόῤῥω τὰς βλάβας ἀπήλαυνε, καὶ πρὸς τοὺς ἔνδοθεν τυράννους καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν Βαρβάρους ἀνταγωνιζόμενος ἀεὶ προφθάνων ὀξύτητι νοῦ τὰς τῶν ἐπιβουλευόντων ἐπιβουλὰς καὶ ἀνακόπτων τὰς τούτων ὁρμάς. Καὶ ἔγωγε στοχάζομαι ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν τὴν τύχην τῆς βασιλείας ὅτι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[56] τἄνδον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(8) *Εἰρήνη*. Veget., lib. III, cap. 1: *Qui desiderat pacem, præparet bellum*. Themistius Orat. 10 πολέμου ἆθλον, εἰρήνη. Hinc nummis Augustorum non semel inscriptum, MARTI PACIFERO, et Cromwelli Anglici tyranni, PAX QUÆRITUR BELLO. Prudentius in *Psychomachia*:

Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli.

sanctus Augustinus, epist. 205: *Non pax quæritur, ut bellum excitetur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur*. Thuanus, lib III *De re accipitraria*:

Martis opus pax alma, tibi pax quæritur armis.

A πανταχόθεν συνέῤῥευσε τὰ δεινὰ καὶ ἐτετάρακτο αὐτό τε τὸ σῶμα τῆς πολιτείας καὶ πᾶν ἀλλότριον ἐμεμήνει κατὰ τῆς βασιλείας Ῥωμαίων. Ὡς εἴ τις οὕτως ἔχοι κακῶς ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἀλλοδαπῶν πολεμεῖσθαι καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων κατατρύχεσθαι τὰς σάρκας διαμασσώμενον, τοῦτον δεῖ ἀνεγεῖραι τὴν πρόνοιαν ἵνα πρὸς τὰ πανταχόθεν κακὰ ἀντιμηχανῷτο, ὥσπερ δὴ καὶ τηνικαῦτα συνιδεῖν ἔδει· ὅ τε γὰρ Βαϊμοῦντος ὁ βάρβαρος ὁ πολλάκις ἡμῖν εἰρημένος ἐξηρτύετο κατὰ τῶν σκήπτρων Ῥωμαίων βαρύτατον στράτευμα ἐπαγόμενος καὶ τυραννικὸν τούτου πλῆθος ἑτέρωθεν ἀντεπηγείρετο καθάπερ ἄνωθεν τοῦ λόγου πεπροοιμίασται.

Τέσσαρες μὲν ἦσαν οἱ ξύμπαντες οἱ τῆς βουλῆς B καταρχόμενοι, Ἀνεμάδες (9) τὴν ἐπωνυμίαν, τὰς κλήσεις ὁ μὲν Μιχαὴλ, ὁ δὲ Λέων ὁ ἕτερος ὁ ἄλλος προσηγορεύετο. Ἀδελφοὶ δ' ἦσαν καὶ τὰ σώματα πρότεροι, καὶ τότε τὴν γνώμην, εἰς ταυτὸ γὰρ ἅπαντες συνεφρόνησαν, ἀποκτεῖναί τε τὸν αὐτοκράτορα καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπιλήψεσθαι σκήπτρων. Συνυπήγοντο δὲ αὐτοῖς καὶ ἕτεροι τῶν εὐγενῶν, οἵ τε Ἀντίοχοι γένους ὄντες περιφανοῦς, καὶ οἱ Ἐξαζηνοὶ καλούμενοι, ὅ τε Δούκας καὶ ὁ Ὑελέας, ἄνδρες ἐκθυμότατοι τῶν πώποτε γεγενημένων πρὸς μάχας· πρὸς δὲ καὶ Νικήτας ὁ Κασταμονίτης καὶ Κουρτίκιός τις, καὶ ὁ Βασιλάκιος Γεώργιος. Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου πρωτεύοντες, τῆς δέ γε συγκλήτου, ὁ Σολομῶν Ἰωάννης, ὃν διὰ πλούτου περιουσίαν καὶ γένους λαμπρότητα βασιλέα C χρίσειν ὁ Μιχαὴλ καὶ [57] Κορυφαῖος τῆς τετρακτύος τῶν Ἀνεμάδων σχηματιζόμενος ἐπηγγέλλετο. Ὁ δὲ δὴ [58] Σολομῶν οὗτος τῆς συγκλήτου λογάδος τὰ πρῶτα φέρων, οὐ μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ξυνεξηπατημένων αὐτῷ, βραχὺς μὲν ἦν τῇ ἡλικίᾳ, κουφότατος δὲ τὴν γνώμην, Ἀριστοτελικῶν τε καὶ Πλατωνικῶν μαθημάτων ᾤετο εἰς ἄκρον ἐληλυθέναι. Οὐ μὴν εὖ ἧκε τῆς φιλοσόφου εἰδήσεως, ἀλλ' ὅμως ἐτετύφωτο διὰ περιουσίαν κουφότητος, λοιπὸν πρὸς τὴν βασιλείαν ὅλοις ἱστίοις ἀπένευε, καθάπερ ὑπὸ τούτων τῶν Ἀνεμάδων ἐμπνεόμενος. Ἀλλ' ἦσαν ἄρα τὰ πάντα πλάνη [59], οὐ γὰρ εἶχον ἐν νῷ τοῦτον οἱ ἀμφὶ τὸν Μιχαὴλ ἐς τὸν βασιλικὸν θρόνον ἐναναγαγεῖν· πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλὰ τῇ κουφότητι τοῦ D ἀνδρὸς καὶ τῷ πλούτῳ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιχείρησιν ἀπεχρῶντο. Ἀεί τι ἐκεῖθεν τοῦ χρυσοῦ ῥεύματος ἐπισπῶντες καὶ ταῖς ἐλπίσι τῆς βασιλείας ποιοῦν-

A non propalatis plerumque adhuc hostium et rebellium consiliis occurrerit, solertia quadam animi, diligentiaque strenuæ celeritatis, ingenii providentis motum volucrem **359** pari prope exsecutionis B velocitate adæquantis. Itaque ad æstimandam mentis quæ in eo fuit principe virtutem, talem ego quamdam informare imaginem mihi soleo. Si cujus hominis corpus et multis circum undique inimicorum infestis manibus ac telis peteretur; et idem eodem tempore gravia intus experiretur dolorum viscera intima commordentium tormina; sufficeretque tamen unum et ad refutandas impugnationes ingruentes extrinsecus, et ad morbi vim inolitam veneniique concepti diritatem, prævalente temperamenti optimi natura, superandam; age quantarum virium, quam robustæ constitutionis id animal haberetur? Paris in diverso genere præstantiæ Alexii Augusti, ille animus, inter vehementissimos descriminum turbines vigens semper et victor, exemplum exstitit : uti præter cætera quæ retulimus, hoc quoque, quod narrare nunc oportet, novæ conjurationis in eum nefarie conflatæ, ab eo prudenter fortiterque declinatæ documentum monstrat.

B Ejus auctores fuere fratres quatuor communi cognomento Anemades dicti, propriis quisque distincti nominibus. Maximus natu, Michael; alter Leo; tertius..., postremus denique... vocabatur. Ii concordi consilio decreverant occiso imperatore rerum habenas arripere. Adjunxerant se illis et alii nobiles, nimirum Antiochorum familia illustris, et qui Exazeni vocabantur Ducas et Hyeleas, viri omnium in præliis audacissimi; præterea Nicetas Castamonites, Curticius quidam, et Basilacius Georgius. Hi primas facile ferebant castrensis nobilitatis. E senatorum quoque numero nomen in istius consilii societatem dederat Salomon Joannes, cui ob abundantiam pecuniæ et splendorem generis prætumido persuasit, Michael Coryphæus quaternionis Anemadarum se C ipsum in imperatorem velle ungere, qua promissione quamvis mendaci vafer nebulo futilem animum facile tenebat sibi addictum magno factionis firmamento. Is enim vir non modo inter conjuratos cæteros simili fratrum quatuor fallacia seductos, verum etiam inter eximios quosque senatorum opibus et dignitate præcellebat. Homo brevis statura, levissimus ingenio; Aristotelicis ille quidem, ut ipsi videbatur, simul et Platonicis eruditus apprime disciplinis, revera tota via deerrans a recta veræ philosophiæ semita, utcunque illi suus tumor et futilitas mentis longe aliud persuaserat. Ad imperium vero haud dubie cursum intendens, totis velis Anemadum aspirantium auras excipiebat : auræ porro D erant illæ prorsus, illusio, error, et nihil solidum. Neque enim Michael et qui communi rem gerebant consilio tres fratres reliqui principatum quærebant Salomoni; nihil sane minus. Sed levitate pecuniosi

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[57] ὁ καί. [58] Deest vocula δή. [59] πλάνον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(9) *Ἀνεμάδες*. Genus ducebant proceres isti Byzantini, ut opinor, ab Anemade Curupa, Cretensis ameræ filio, qui Joanni Zimiscæ imperatori merens, in prælio contra Russos cæsus est. Ejus virtutem insignem bellicam mire extollit Scylitzes, pag. 678, 681. Meminit præterea Theophanes Bardanii Spatharii, cognomento Anemæ, vel Anemadis, an. 5 Theophili. Michaelis et fratrum conjurationem narrant pariter Zonaras et Glycas.

hominis ad propriam ambitionem scite abutebantur, dum ventoso capite spebus inanibus lactando demulcendoque venam semper aliquam rivi aurei vegetandæ sementi propriæ pernecessariam ex ejus fontibus trahebant. Quod ille cum præ vecor a minime sentiret, totus erat in potestate fratrum :: i i s a quibus clam irridebatur ipse 360 vero :: ex animo amorem fidemque tribuebat. Illi contra rationes subducebant suas, ut si quidem fortuna uterentur commoda, et ceptis eventus responderet, certum apud se haberent, cubito impulsum inventos atque in fluctus difflare Salomonem, imputato in pretium favoris pecuniæque præbitæ brevi solatio ambitiosæ spei, somnioque illo principatus, quo eum exiguo tempore delinierant : sibi vero ipsis potestatem supremam et imperii sceptra retinere. Porro sic agebant cum homine ignavo et ad primam ipsam belli pugnæque cohorrescenti mentionem, ut de cogitato parricidio tacerent apud ipsum; seque rem totam ita gubernare fingerent, ut sine vi ulla, sine gladio ac sanguine, confecturi n gotium essent. His fraudibus pellecto Salomoni ut caput conjurationis haberi sustineret duos ex eodem præterea ordine socios adjungunt, similibus ad id artibus inductos Sclerum sive Durum, et Xerum quasi siccum dicas ita vocatum hominem qui præfectura urbis Constantinopolitanæ functus fuerat. Cæterum Salomon omnium ignarus quæ ab Exazeno et Hyelea, ipsisque Anemadis parabantur, rem sibi confectam arbitrabatur : et quasi jam imperium teneret donorum et dignitatum promissionibus obvios pene quosque trahere in partes satagebat. Intervenit ei forte aliquando auctor idem et præcipuus actor fabulæ Michael nescio quem alloquenti, ac pro familiaritate accedens quid inter se conferrent sciscitatus est, consueta simplicitate Salomon : *Hic*, inquit, *dignitatem a me petiit ; ego illi simul imperii potens fuero, me collaturum sum pollicitus. Itaque hunc novum conjurationis conscium et rei gerendæ socium habemus, meæ fide promissionis auctoratum.* Tacitus ad ea Michael Salomonis stultitiam, mirari satis non valens, animo detestabatur, non sine metu quodam ne arcanum tam imprudenti et rimoso pectori commissum in publicam notitiam efflueret; confirmabat se tamen quod in ipsa conjurationis adyta non admisso tam levi arbitro, quod erat teterrimum quodque altius celatum oportebat cogitati sceleris adhuc in tuto latere videbatur. Itaque satis habens abstinere deinceps a frequentanda Salomonis domo, rei exsecutionem interim urgebat : ipse cum fratribus et cæteris armatis sicariis palatii assidue feres obsidens ut oblata per occasionem facultate, destinatum parricidium perpetrarent.

τας [60] ὑποσχέσεσιν ἴσως ἑαυτοῖς τιθασσὸν ἐποιήσαντο, γνώμης τοιαύτης ἔχοντες ὡς εἰ εὔοδα πράξαιεν, καὶ ἡ τύχη αὐτοῖς εὐμενῶς περί πως ἐνατενίσειε, τὸν μὲν, παραγκωνίσαιντο ἀφέντες χαίρειν ἐπὶ πελάγους, αὐτοὶ δὲ τῶν σκήπτρων ἀνθέξοιντο μικράν τινα δόξαν καὶ εὐετηρίαν αὐτῷ ἀπονείμαντες. Οἱ μέντοι γε πρὸς ἐκεῖνον λόγοι τῆς ἐπιβουλῆς οὐ φόνον τοῦ αὐτοκράτορος ἐπηγγέλλοντο, οὐδὲ ξιφουλκίας ἐμέμνηντο, οὐ μάχης, οὐδὲ πολέμων, ἵνα μὴ καταπτοήσειεν τὸν ἄνδρα πάλαι τοῦτον εἰδότες πρὸς ἅπαν εἶδος πολέμου δειλότατον. Τοῦτον τοίνυν τὸν Σολομῶντα ὥσπερ δὴ κορυφαιότατον τῶν ἄλλων ἐνηγκαλίσαντο. Συνεπεἰχθησαν δὲ τῇ τούτων βουλῇ καὶ ὁ Σκληρὸς καὶ ὁ τὴν ἐπαρχίαν τῷ τότε τῆς Κωνσταντίνου διηνυκὼς Ξηρὸς (10). Ὁ μέντοι Σολομὼν κουφοτέρας ὢν γνώμης, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, καὶ μηδὲν τῶν παρὰ τοῦ Ἐξαζηνοῦ καὶ τοῦ Ὑελέα καὶ αὐτῶν δὴ τῶν Ἀνεμάδων μελετωμένων συνεὶς, ἐν χερσὶν ἤδη τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων κατέχειν οἰόμενος, προσωμίλει τισὶ, καὶ ὑπεποιεῖτο ὑποσχέσεσι δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων τούτους ὑπαγόμενος. Φοιτήσας δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ τοῦ δράματος κορυφαῖος Μιχαὴλ ὁ Ἀνεμᾶς, καὶ θεασάμενος ὁμιλοῦντά τινι, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον. Ὁ δὲ Σολομῶν μετὰ τῆς συνήθους ἁπλότητός φησιν ὡς *ἀξίωμα αἰτήσας ἡμᾶς καὶ λαβὼν τὴν ὑπόσχεσιν, συνέθετο κοινωνὸς ἡμῖν τῆς βουλῆς τῶν πάντων ἔσεσθαι*. Ὁ δὲ μωρίαν τούτου καταψηφισάμενος καὶ περίφοβος γεγονὼς ὡς μηδόλως ἐχεμυθεῖν πεφυκότα διαγνοὺς οὐχ ἔθ' ὡς τὸ πρότερον πρὸς αὐτὸν ἐφοίτα. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται τοὺς Ἀνεμάδας φημὶ καὶ τοὺς τούτων συνωμότας κατὰ τοῦ βασιλικοῦ τὴν σκαιωρίαν ἐποιοῦντο σώματος, ἵν' ὁπηνίκα καιροῦ εὐθέτου τύχοιεν, παρευθὺ τὸν μελετώμενον κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος φόνον εἰς ἔργον πράξωσιν.

Cum autem, divina haud dubie prohibente Providentia, nulla se longo jam tempore satis apta præberet opportunitas, periculumque in mora esset, ne tanta res tantis tractata circuitibus emanaret aliquo modo in suspicionem Augusti, et pernicie auctorem disturbaretur, decrevere tandem conjurati jaciendam quemcunque in eventum exsecutionis

Ὡς δὲ παρὰ τῆς προνοίας ἄνεια οὐδεμία τούτοις ἐδίδοτο, καὶ ὁ καιρὸς παρεῤῥύετο, πτοηθέντες μὴ κατάφωροι γένωνται, ὃν ἐπεζήτουν καιρὸν ἔδοξαν εὑρηκέναι. Ἐπεὶ γὰρ ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ τὸ διυπνισθῆναι κατὰ δείλην ἑῴαν τὴν ἐκ τῶν πολλῶν φροντίδων ἐγγινομένην ἅλμην καταγλυκαίνειν ἐθέλων ἐνίοτε [61] συμπαίστορας εἶχε τῶν συγγενέων

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[60] ποιοῦντες. [61] ἤθελεν, ὅτι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(10) *Ξηρός*. Bardas, cognomine Xerus, Proedrus et magnus hetæriarcha, de quo in Novell. 2 Alexii apud Balsam. in *Nomoc.* Phot., cap. 13, et in *Jure Græco-Romano*, lib. II, pag. 138.

τινὰς παίζων τὸ ζατρίκιον (11), (παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων (12) τρυφῆς ἐξευρημένων [62], καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐληλυθὸς), οἱ τὴν τυραννικὴν ἐξοπλίσαντες χεῖρα διὰ τοῦ βασιλικοῦ κοιτωνίσκου ἔμελλον ὡς εἰς τὸν βασιλέα χωρῆσαι τὸν φόνον ὠδίνοντες. Ὁ δέ τοι βασιλικὸς κοιτωνίσκος οὗτος οὗπερ οἱ βασιλεῖς ἔτυχον εὐναζόμενοι, κατὰ τὴν εὐώνυμον κεῖται πλευρὰν τοῦ ἐπ' ὀνόματος τῆς Θεομήτορος (13) ἀνεγηγερμένου τεμένους κατὰ τὰ ἀνάκτορα· κἂν οἱ πολλοὶ τὸ τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου [63] (14) ὄνομα ταύτῃ ἐπέγραφον. Κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν αἴθριον ἔδαφος ἦν ὑπὸ μαρμάρων κατεστρωμένον, καὶ ἡ πρὸς τοῦτο ἐξάγουσα πύλη τοῦ τεμένους, ἄνετος πᾶσι τοῖς ἐθέλουσιν ἦν. Ἐκεῖθεν οὖν ἐσκέψαντο εἰσελθεῖν εἴσω τοῦ τεμένους, καὶ τὰς τὸν βασιλικὸν κοιτωνίσκον ἀποκλειούσας κατεάξαι πύλας, κᾆθ' οὕτως εἰσελθόντες, ἀνελεῖν διὰ ξίφους τὸν αὐτοκράτορα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μιαιφόνοι ἐκεῖνοι ἄνδρες κατὰ τοῦ μηδὲν ἠδικηκότος διεσκοποῦντο· ἔσφηλε δὲ τὴν τούτων βουλὴν ὁ Θεός. Δηλωθέντος δὲ τοῦ δράματος διά τινος τῷ αὐτοκράτορι, παραχρῆμα μετεπέμποντο ἅπαντες. Πρῶτον μὲν οὖν Ἰωάννην τὸν Σολομῶντα, καὶ Γεώργιον τὸν Βασιλάκιον εἰς τὰ ἀνάκτορα εἰσαχθῆναι ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψεν, ἐγγυτέρω γενομένους τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧπερ αὐτὸς ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τῆς περὶ αὐτὸν συγγενείας, ἵνα διά τινων ἐξερωτῴη αὐτούς, ἁπλουστέρου φρονήματος τούτους πάλαι γινώσκων, κἀκ τούτου ῥᾳδίως τὰ βεβουλευμένα μεμαθηκέναι οἰόμενος. Ὡς δὲ πολλάκις ἐρωτώμενοι ἔξαρνοι ἦσαν, ἔξεισιν ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος καὶ πρὸς τὸν Σολομῶντα ἀπονεύσας ἔφη· *Οἶσθα πάντως, Σολομῶν, τὴν τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθότητα. Εἰ μὲν τὰ βεβουλευμένα πάντα ἀπαγγέλλῃς, συμπαθείας παραχρῆμα ἀξιωθήσῃ· εἰ δ' οὖν, ἀνηκέστοις βασάνοις παραδοθήσῃ.* Ὁ δὲ, ἐνατενίσας καὶ τοὺς περικυκλοῦντας τὸν σεβαστοκράτορα βαρβάρους θεασάμενος, ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑτερόστομα ξίφη κραδαίνοντας, ἔντρομος γεγονὼς, παραχρῆμα ἅπαντα ἀπαγγέλλει, τούς τε συνίστορας ὁμολογήσας, μηδὲν δὲ περὶ τοῦ φόνου εἰδέναι διισχυριζόμενος. Εἶτα παραδοθέντες τοῖς τὴν φυλακὴν τούτων ἐμπεπιστευμένοις τῶν ἀνακτόρων, καὶ διαιρεθέντες, ἔμφρουροι γεγόνασι. Τούς δέ γε λοιποὺς

A aleam, expediendumque aliquando jaculum tandiu libratum. Vis ergo inferenda cubiculo imperatoris condicitur in diem posterum; cujus diluculo Augustus evigilans, pro more suo fecit, ut ad diluendam amaritiem principalium curarum, ne noctes quidem ipsi quietas sinentium, familiarissimos suos e consanguinitate intima ad ludendum secum Zatricium adhiberet. Remissionis genus id est inde usque ab Assyriis ingeniosis artificibus voluptatum ad nostrum usum oblectationemque propagatum. **361** Tali ergo ludicro relaxanti animum imperatori ecce indicium inopinatissimum affertur insidiarum et trucidationis in foribus astantis. Sic sui nefarii conatus rationem ordinemque composuerant fanatici parricidæ ut per sacrum locum sanguinaria grassatione B polluendum viam affectarent qua sacram personam principis violatum irent. Conclave in quo tunc imperantes cubabant, adhærebat sinistro lateri ædis sacræ in nomine Dei Matris intra palatium exstructæ, quam multi perperam magno martyri Demetrio dicatam putant, et in eam proprio postico familiarem et commodum Augustis, quoties dare operam religioni vellent, præbebat ingressum. Ex opposito ad dexteram templi ejusdem patebat subdivale atrium marmore stratum ante ipsas majores ædis fores semper apertas et religioni omnium adorare volentium expositas. Per eas non adorandi animo penetrare cruenti carnifices decreverant; inde perrupturi vi subita ostium imperatorii cubiculi, sicque C Augustum in sua ipsius diæta oppressuri frustra innocentem et nihil de ipsis male meritum. Sed non hoc Deus, non Dei Mater sivit. Introducto, ut diximus, ad imperatorem indice, satisque omnibus cognitis, mittuntur extemplo qui conjuratos diversi requirerent et adducerent. Primos omnium Salomonem et Georgium Basilacium ad se intra palatium duci jussit imperator in locum cubiculo, in quo tum ipse cognatione sua cinctus universa residebat, ita prope admotum, ut quæ illic Salomon et Basilacius a cognitoribus interrogandi responsuri erant, exaudiri ab eo possent. Sperabat ex iis se, quos naturæ simplicis et dissimulare nesciæ noverat, statim cogniturum omnia, et ita magno negotii compendio moras ulterioris inquisitionis lucrifactu-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[62] ἐξευρημένον. [63] Deest vox Δημητρίου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(11) *Ζατρίκιον*. Latrunculorum ludus, ut recte observant viri docti. Ducas, cap. 16: Ἐκάθητο μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἔνδον τῆς σκηνῆς παίζων ζατρίκιον, ὃ οἱ Πέρσαι σαντρὰτζ **384** καλοῦσιν, οἱ δὲ Λατῖνοι σκάκον. Sed et ipsam vocem *scacus* vel σκάκος, barbaram et Turcicam esse constat; Turcis enim et Persis *Scach*, rex est. Ita Leunel in *Pand. Turc.*, n. 1, 102, 179. Latrunculorum vero præcipua persona (Achmeti, cap. 241 πρόσωπον) regis titulo donatur. Vide Dissertat. Joan. Franc. Sarazin de ludo scachorum.

(12) *Ἀσσυρίων*. Vide Jacobum Guysium in *Chron. Hannon.* I vol., pag. 53

(13) *Θεομήτορος*. Ædem Deiparæ intra palatii D septa exstruxerat Basilius Macedo, ut auctor est Scylitzes. Vide Not. ad Villhard., n. 136.

(14) *Δημητρίου*. Transiit postmodum eadem Deiparæ ædes Palatina in D. Demetrii nomen. Sane Cantacuzenus, lib. III, cap. 6 et 9, ædem D. Demetrii in ipso palatio statuit. Meminit etiam Codinus, *De offic.*, cap. 15, templi D. Demetrii, quod Palæologorum nuncupat; illius forte quod a Basilio Macedone renovatum tradit Scylitzes, eratque, opinor, in extremo urbis angulo, ubi olim acropolis, hodie Sarajum Sultanicum, a quo angulus S. Demetrii dictus. Vide Ducam, cap. 38 et 39; Bondelmontium et Leuncl. *Pand.*, n. 139.

rum. At spes illum tunc quidem fefellit sua. Nam A illi interrogati sæpius constantes in negando perstabant. Tunc ad eos prodiit sebastocrator Isaacius, et innuens Salomoni : *Scis*, inquit, *Salomon, clementiam Augusti fratris mei, quamque ad ignoscendum sit facilis. Ex eo tute ipse præcipere animo spem potes quam ego tibi præsto certissimam : fore nimirum, ut si fateri cuncta volueris, veniam statim et impunitatem ab eo nanciscaris. Sin porro silentium obstinas conjurationis aliunde compertæ, sic habe : te crudelissimis excruciandum mox tormentis.* Hæc dicentem sebastocratorem intuitus Salomon, et circum eum stantium aspectu barbarorum gladios in humeris ancipites gestantium usque ad horrorem tremoremque conterritus, omnia statim est confessus, consciorumque ac participum edidit no- B mina. In uno magnopere perseveravit, sese nullam funditus in ea machinatione tota vel cogitationem sumpsisse, vel mentionem audivisse cædis. Hinc duo isti custodibus palatii dediti in separatas divisi custodias sunt. Inde alii auditi non modo priora confirmarunt ab aliis jam prodita, sed ne cædem quidem tacuerunt ipsam. Quoniam duplex classis et diversa causa conjuratorum deprehensa est, cum ex illis ii duntaxat qui militiam profitebantur cædem parricidalem et designassent et perpetrandam sibi sumpsissent, de ea celatis aliis, differentia quoque facienda supplicii fuit. **362** Salomon cujus culpa

A αὖθις ἠρώτων περὶ τοῦ δράματος. Ὁμολογήσαντες δὲ ἅπαντα καὶ μηδὲ τὸν φόνον ἐπικρύψαντες, ἐπεὶ οἱ στρατιῶται τοῦτον μεμελετηκέναι ἐγνώσθησαν· καὶ μᾶλλον ὁ Ἀνεμᾶς Μιχαὴλ ὁ καὶ τῆς βουλῆς κορυφαῖος, ὁ καὶ κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος φόνιον πνέων, ἅπαντας περιορίσας καὶ τὰς σφῶν ἐδήμευσε περιουσίας. Ὁ μέντοι οἶκος τοῦ Σολομῶντος, περιφανὴς ὤν, ἐδόθη πρὸς τὴν Αὐγοῦσταν. Ἐκείνη δὲ ὁποία περὶ τὰ τοιαῦτα, οἶκτον λαβοῦσα τῆς τοῦ Σαλομῶντος [64] ὁμευνέτιδος, ἀπεχαρίσατο τοῦτον αὐτῇ, μηδὲ τὸ τυχὸν ἐκεῖθεν ἀφελομένη. Τὸν μέντοι Σολομῶντα ἔμφρουρον εἶχεν ἡ Σωζόπολις· τὸν δὲ Ἀνεμᾶν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὡς πρωταιτίους καὶ τὴν ἐν χρῷ κουρὰν τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος ψιλώσας, διὰ μέσης πομπεῦσαι τῆς ἀγορᾶς παρεκε- B λεύσατο, εἶτα ἐξορυχθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. Παραλαβόντες οὖν τούτους οἱ σκηνικοὶ καὶ σάκκους περιβαλλόντες [65], τὰς δὲ κεφαλὰς ἐντοσθίοις βοῶν καὶ προβάτων ταινίας δίκην κοσμήσαντες, ἐν βουσὶν ἀναγαγόντες καὶ ἐγκαθίσαντες οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ θατέραν πλευράν, τούτους διὰ τῆς βασιλικῆς ἦγον αὐλίδος. Ῥαβδοῦχοι, ἔμπροσθεν τούτων ἐφαλλόμενοι καὶ ᾀσμάτιόν τι γελοῖον καὶ κατάλληλον τῇ πομπῇ προσᾴδοντες ἀνεβόων, λέξει μὲν ἰδιώτιδι διηρμοσμένον, νοῦν δὲ ἔχον τοιοῦτον· ἐβούλετο γὰρ τὸ ᾆσμα πάνδημον πᾶσι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἰδεῖν τοὺς τετυραννευκότας τούτους κερασφόρους ἄνδρας, οἵτινες τὰ ξίφη κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἔθηξαν.

minus atrox erat deportatus est Sozopolim in exsilium ; ædes ejus amplæ et perquam elegantes ac instrumento pretioso copiosæ, Augustæ donatæ sunt. At illa pro cætera excelsitate mentis miserata sortem uxoris Salomonis, cuncta, ne minima quidem recula excepta, infelici matronæ ad solatium concessit. Porro adversus conjuratos militaris ordinis in necem imperatoris conspirare non veritos, præcipue vero Michaelem Anemam, consilii totius architectum, facinoris immanissimi ducem, decretum est ut publicatis bonis omnes in exsilium pellerentur ; peculiariter vero Michael cum fratribus, conjurationis, uti diximus, auctoribus, præter communem cunctis pœnam, barba pilatim avulsa, capite vero ad cutem raso, per forum ad ludibrium traducerentur, postea multarentur oculis. Hos igitur arripiunt scenici, saccisque induunt ; tum capita eorum intestinis boum oviumque, quasi tæniis quibusdam circumcingentes ridicule ornant, vel deformant potius. Sic deturpatos imponunt bobus, non consueto ritu sedentium in jumentorum dorsis, sed retrograda ratione vultibus et corporibus miserorum ad caudas animalium versis. Ducebantur hoc modo per atrium palatii, lictoribus cum virgis ante ipsos saltantibus ad modulos cantici pompæ accommodati, quod vulgari plebis lingua conceptum magnis illi et absonis frequentabant clamoribus, hac ferme sententia : *En scitote et videte populus omnis, egregios principes brevi functos tyrannide cornigeros hos viros, acuere mucrones in latus imperatoris ausos.*

Concursus ad hæc videnda fiebat ingens ætatis C omnis, adeo quidem ut tumultu excitæ strepituque nos imperatoris filiæ puellari curiositate prodiremus clanculum ad brevem usuram novi spectaculi furandam. Ut vero Michael apparuit sublatis versus imperatorias ædes oculis, supplices in cœlum manus tollens, et qua voce quove gestu poterat significans optare orareque se, ut sibi manus ab ipsis radicitus humeris avellerentur, pedes a coxis ac clunium vertebris, caput autem a cervicibus amputaretur, tum sane passim omnibus commiseratione naturali motis, in fletus ac gemitus spectantes pro

C Πᾶσα μὲν οὖν ἡλικία εἰς τὴν τοιαύτην θέαν συνέτρεχεν, ὡς καὶ ἡμᾶς τὰς τοῦ βασιλέως θυγατέρας ἐξελθούσας, λαθραίαν τὴν θέαν ποιεῖσθαι. Ὡς δὲ τὸν Μιχαὴλ ὡς πρὸς τὰ ἀνάκτορα ἐθεάσαντο ἐνατενίζοντα καὶ χεῖρας ἱκέτιδας εἰς οὐρανὸν αἴροντα αἰτούμενον ἐν σχήματι χεῖρας ἐξ ὤμων ἀφαιρεθῆναι καὶ πόδας γλουτῶν αὐτῶν [66] καὶ κεφαλὴν αὐτὴν ἀποτμηθῆναι, ἅπασα φύσις πρὸς δάκρυον [67] καὶ οἰμωγὰς κεκίνηται [68], καὶ μᾶλλον ἡμεῖς αἱ τοῦ βασιλέως θυγατέρες. Ἐγὼ δὲ, βουλομένη τὸν ἄνδρα τοῦ τοιούτου ῥύσασθαι κακοῦ, τὴν βασιλίδα καὶ μητέρα ἅπαξ καὶ δὶς προὐκαλούμην ἐς θέαν τῶν πομπευομένων. Ἐκτὸς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[64] Σολομοῦντος. [65] περιβαλόντες. [66] ἐκ γλουτῶν αὐτῶν. [67] δάκρυ. [68] εἰσεκίνητο. Lege ἐκεκίνητο.

μεθα γὰρ τῶν ἀνδρῶν τοῦ αὐτοκράτορος χάριν, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, μὴ τοιούτων ἀποστεροῖτο στρατιωτῶν, καὶ μᾶλλον τοῦ Μιχαὴλ, ὅσῳ καὶ βαρυτέρα[69] ἡ κατ' αὐτοῦ ψῆφος ἐξενήνεκτο, ὁρῶσα ὁπόσον αὐτὴν ἐξεταπείνου ἡ ξυμφορά. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐξεβιαζόμην τὴν μητέρα τὴν ἐμαυτῆς εἴπως τοῦ κινδύνου ῥυσθεῖεν οἱ ἄνδρες, ἤδη τούτοις ἐγγύθεν ἐφεστηκότος· σχολαιοτέραν γὰρ τὴν πορείαν οἱ σκηνικοὶ ἐποιοῦντο, χώραν πραγματευόμενοι συμπαθείας τοῖς μιαιφόνοις. Ὡς δ' ἐκείνη ἀπώκνει τὴν ἔλευσιν· καθῆστο γὰρ μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος, οὗ τὰς πρὸς Θεὸν ἐντεύξεις κοινῇ ἐποιοῦντο ἐνώπιον τῆς Θεομήτορος· κατελθοῦσα καὶ ἔξω τῶν πυλῶν περίφοβος ἑστηκυῖα, ἐπεὶ μὴ ἀπεθάῤῥουν τὴν εἴσοδον, νεύματι[70] τὴν βασίλισσαν προὐκαλούμην. Καὶ δὴ πεισθεῖσα εἰς τὴν θέαν ἀνέρχεται, καὶ θεασαμένη τὸν Μιχαὴλ ᾤκτειρέ τε καὶ δάκρυον ἐπαφιεῖσα τούτῳ θερμὸν, ἐπανατρέχει πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ἐξαιτουμένη χαρίσασθαι τῷ Μιχαὴλ τοὺς ὀφθαλμούς. Καὶ παραχρῆμα πέμπεται ὁ τοὺς δημίους ἀπείρξων, καὶ δὴ σπεύσας προφθάνει τούτους ἔνδοθεν τῶν λεγομένων *χειρῶν* (15), ἃς ὁ

A se quisque prorupere. Nos omnium maxime regias virgines hic dolor perculit. Ego etiam fletus inutiles impendere miseriæ non contenta, experiri decrevi si quid possem ad homines utcunque meritos, tanta calamitate liberandos. Nec pietas misericordiæ obstabat. Quin potius imperatoris causa me id suscipere putabam, cui fore arbitrabar utile magno imminente bello si viri roboris ingentis parisque audaciæ ad præliorum congressiones servarentur (dicam enim vere sine fuco quid animum tunc meum impulerit, ad tentandum conatum rei, ne quid dissimulem, difficillimæ, præsertim qua Michaelis liberationem spectabat, hominis prærogativa gravioris sceleris, etiam atrociori quasi privilegio damnationis et pœnæ notati). ¡Tamen B aspectu et auditu sentiens quousque ferocem animum calamitas depressisset, ne tam præjudicatum quidem ac perditum caput misericordia indignum mea, aut spe salutis prorsus exclusum credidi. Statui autem apud me interventu matris uti meæ, ad eam rem conficiendam. Adivi eam igitur et scenicis lentissimo gradu pompam trahentibus quasi

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[69] βαρύτερον. [70] νεύμασι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(15) *Τῶν λεγομένων χειρῶν*. Manus æneas Constantinopoli commemorant scriptores, eas videlicet, quas Valentinianus imperator ad horreum statuit, cum modio perinde æneo. Tradit quippe Suidas Valentinianum lege sanxisse, ut numismate modii 12 venderentur, quemdam contra facientem dextræ multatum fuisse abscissione; hinc manus æneas ibi affixas a Valentiniano cum modio. At Codinus, in *Orig. CP.* auctor est eumdem Valentinianum sanxisse, ut modius, non ad regulam (*hostorium* et *radium* Latini dicunt), sed ad cumulum venderetur, cuidam contra legem facienti manus fuisse præcisas, et in pœnæ memoriam manus æreas cum modio positas. Sed hæc meræ nugæ. Modium enim æneum, seu ἀρχιμόδιον, ut habent *Origines Constantinopolitanæ* Combefisii, ad horreum statuit imperator, ut esset ἔξαμον, inquit idem Codinus, seu examen cæterorum modiorum, quibus in urbe frumentum venderetur, et *ad quem fides mensuræ comprobaretur*, ut est in vet. inscript. apud Gruter. DCXLVII, 7, nec in urbe duntaxat, sed et per mansiones, singulasque civitates, modios æneos et lapideos, cum sextariis et ponderibus collocari jussit idem Valentinianus, *ut unusquisque tributarius sciret quid deberet susceptoribus dare*. L. 9 Cod. de suscept. et Arcar., lib. X, quæ etiam exstat in cod. Theod. eod. tit. Idipsum statuitur Novella Majoriani de curialib.: *A prætoriana sede ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates pondera* EXAMINATA *mittantur, quibus tam omnis exactor, quam negotiator utatur*. Quod habetur etiam in Nov. Justiniani 128, § 15, vetus inscriptio: IMP. CÆSARE, VESPAS. VI. T. CÆS. AUG. F. IIII. COS. MENSURÆ. EXACTÆ. IN. CAPITOLIO. P. X. Neque aliud fuit ἔξαμον Ἡρακλείου cujus meminit auctor τῶν Θεαμάτων ΚΠ. cap. 1. A Romanis et Byzantinis transiit inde, qui idem mos servatur apud omnes fere nationes, mensurarum examina publicis in locis proponendi. Sane in Anglia Richardus I, an. 1192, *jussit*, ut est apud Bromptonum, *hujusmodi regales mensuras apud singulos provinciarum præfectos, vel urbium præpositos fideliter conservari, et ad probandum veras et falsas, et cum necesse* C *fuerit, comminuendas eis tribuit potestatem*. Vide Nicolaum Trivettum, an. 1194; Savaronem, in *Orig. Claromont.*, pag. 279; et Innocent. Cironum, lib. IV *Observ. Jur. canon.*, cap. 3. Manus vero æneæ juxta modium positæ sunt, in pœnæ argumentum, cum ex legibus et usu receptum esset, iis qui falsis et illegitimis vendebant mensuris manus præcidi. Sic in legibus Æthelstani Anglorum regis, cap. 14, cautum legimus, ut præcisæ monetam adulterantium manus 385 Monetæ, seu Officinæ Monetariæ affigantur. Erant porro manus istæ æneæ ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος, ait Anna: in Amastriano, ut habet Codinus: Τὸ λεγόμενον ὡρεῖον (sic enim legendum, non ὡρολόγιον) ἦν, ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου· ἵστατο δὲ ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ἀμαστριάνου, μέσον τῶν δύο χειρῶν, κατασκευασθεὶς ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ. Defixas, et hastis, seu pilis impositas indicat auctor τῶν Πατριῶν ΚΠ. apud Meursium V. ὧρδον. Ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκεὺς καὶ ὧρδον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκοντίων. Ubi nemo non videt legendum ὡρεῖον, pro ὧρδον, quod magnum virum fugit: de qua voce consulendus Salmasius ad Spartianum, pag. 27. Cum igitur ad Amastrianum malefici D punirentur, ut docemur ex Cedreno in Theodosio et Leone Grammat. in Michaele et Basilio, et in fornice Amastriani defixæ essent manus æneæ, necessario reis prætereundæ illæ erant, dum ad supplicium ducebantur, quas qui prætergressus erat, nulla ratione a supplicio poterat eximi, ut qui ad ipsum supplicii locum jam pervenerat. Vix est enim ut Annæ commentum amplectar, eo loci positas manus, tanquam princeps expansas ad liberandos reos et damnatos ulnas adhuc protenderet, si veniam et gratiam iis indulgendam censeret. Regionem urbis in qua fuit Amastrianum, cujus præterea meminit auctor τῶν Θεαμάτων ΚΠ., cap. 5, ac proinde modius cum manibus æneis, vix perciperemus, nisi doceremur a Suida V ὡρεῖον, stetisse modium æneum versus domum Crateri, quæ posthæc Myrelæi dicta est. Exstat in Anthol., lib. IV, cap. 23. Epigramma Juliani Ægyptii in Suggestum Crateri Sophistæ, qui idemne sit cum Cratero, cujus no-

de industria, ut spatium daretur conaturis aliquid causa miserorum, semel iterumque provocavi spectatum ut venire ne gravaretur. **363** Illa vero negligebat interpellationes meas; quippe in æde sacra cum imperatore sedens ibi loci ubi preces ad Deum fundere coram Dei Matre ambo communiter consueverant. Ego autem intro nequaquam ausa penetrare, extra loci ostium timida stabam, solo procul nutu imperatricem evocans, non semper frustra; nam mea perseverantia victa illa tandem prodiit, et viso mecum Michaele ne ipsa quidem lacrymas tenuit: quibus ut erat calentibus perfusa imperatorem convenit, excæcationis supplicium infelici remitti enixe postulans. Obluctante vero paulisper justitia Augusti, nihilo illa minus instanter adversus alteram tertiamque repulsam toties repetitis incumbens precibus, exoravit denique, misitque confestim strenuum impetratæ gratiæ nuntium, excæcationis ministros inhibiturum; qui quidem quanta potuit maxima velocitate pervolans feliciter præoccupavit eas quas vocant *manus*, locum quem qui semel damnatorum est transgressus, nulla jam ratione gratiave supplicio potis est eximi. Eo videlicet animo atque instituto ista ex ære simulacra manuum a priscis imperatoribus defixa fuerunt loco late conspicuo; quippe camerata intus e lapide substructione sublimem quasi ad usum speculæ tollente verticem: ut quos neci reos criminum addiceret lex, iis opitulari clementia principum valeret, facienda gratia supplicii, duntaxat quandiu in eo viæ intervallo adhuc essent quod ab Augusta domo patebat ad manus has, quæ hoc vel-

διαβὰς οὐκ ἔτι ῥύεται τοῦ δεινοῦ. Οἱ γὰρ τὰς χαλκᾶς ταυτασὶ χεῖρας βασιλεῖς πήξαντες ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος τοῦτο κρατῆσαι ἐβούλοντο· ὡς, εἰ μέν τις ἐντὸς τούτων γένοιτο ὃν ὁ νόμος θανάτῳ κατέκρινε καὶ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ φθάσει τὰ τῆς αὐτοκρατόροθεν φιλανθρωπίας, ἐλεύθερος ἔσται τῆς συμφορᾶς, ὡς τῶν χειρῶν τοῦτο σημαινουσῶν, ὅτι ὁ βασιλεὺς πάλιν τούτους ἐνηγκαλίσατο, καὶ ὅλαις κατέσχε χερσὶ καὶ μήπω τῶν τῆς φιλανθρωπίας χειρῶν ἀπολέλυκεν. Εἰ δ' ὑπερβαῖεν ἐκείνας, σύμβολόν[71] ἐστι τοῦτο ὡς δῆθεν καὶ τὸ βασίλειον κράτος τούτους ἀπώσατο. Τῆς τύχης οὖν ἐστι τῶν ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἀνθρώπων, ἣν ἐγὼ θείαν ψῆφον εἶναι λογίζομαι, καὶ δεῖ καλεῖν ἐκείνην εἰς ὁρωγήν. Ἡ γὰρ τὰ τῆς συμπαθείας ἐντὸς ἔφθακε τῶν χειρῶν καὶ ἐξήρηντο τῶν κινδύνων οἱ δυστυχοῦντες, ἢ τὰς χεῖρας παρωδευκότες καὶ πόῤῥω σωτηρίας εἰσίν. Ἐγὼ δὲ τὸ πᾶν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀνατίθημι πρόνοιαν, ἣ καὶ τότε τὸν ἄνδρα τῆς ἐξορύξεως τῶν ὀμμάτων τοῦτον[72] ἐξείλετο. Θεὸς γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, τὸ τηνικαῦτα ἐκίνησεν εἰς τὴν τούτου συμπάθειαν. Ὁ γάρ τοι τῆς σωτηρίας ἄλλος[73] σπεύσας, ἔνθεν τῆς ἀψῖδος ἐν ᾗ αἱ χαλκαῖ χεῖρες ἦσαν ἐμπεπηγμέναι, τὸ τῆς συμπαθείας γραμμάτιον ἐπιδοὺς τοῖς τὸν Μιχαὴλ ἄγουσιν, ἐκεῖθεν τοῦτον λαβὼν ὑπέστρεφε, καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγχοῦ τῶν ἀνακτόρων ᾠκοδομημένον πύργον, κεῖθι τοῦτον καθεῖρξε· τοῦτο γὰρ ποιῆσαι κεκέλευστο. Οὔπω δ' οὗτος τῆς εἱρκτῆς ἐλευθεροῦτο[74], καὶ τὸν Γρηγόριον αὖθις ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ εἶχεν εἱρκτή. Πύργος δ' ἦν εἷς τις τῶν ἀγχοῦ τῶν ἐν Βλαχέρναις ἀνακτόρων διακειμένων τειχῶν τῆς πόλεως, ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος (16),

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[71] συμβουλή. [72] τούτων. [73] ἄγγελος. [74] ἠλευθεροῦτο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

mine insignis domus fuit, haud facile est divinare. Ædem Myrelæi monasterium feminarum fuisse indicat Glycas, traditque in illud secessisse Isaacii imp. uxorem Æcatherinam cum Maria filia, postquam conjux purpuram abdicasset. Quo loco Scylitzes habet ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ Μυρελαίου. Situm vero Myrelæi hisce designat verbis Gyllius in Constantinopoli, lib. III, cap. 8: *Supra hortorum Blanchæ* (Βλάχα Nicetæ) *nuncupatorum, olim portum Theodosiacum continentium, extremam partem ad solis pertinentem, clivus a Septentrione eminet, in quo templum, vulgo nominatum Myrelæos, habens intra se cisternam, cujus camera lateritia sustinetur columnis marmoreis circiter* LX. Meminit præterea Myrelæi Scylitzes in Romano Lecapeno, quem una cum Theodora uxore, tumulo conditum in eo scribit, ut et Thevetus, lib. XIX Cosmogr., cap. 5.

(16) *Ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος*. Turris Anemæ non semel occurrit apud scriptores Byzantinos, et in ea vice carceris inclusos sæpe Constantinopolitanos proceres, passim habent. Nicetas de Andronico, lib. II, n. 2: Εἶχε τοίνυν τοῦτον ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ λεγομένη φρουρὰ δυσὶ παχείαις ἁλύσεσι τὸν ὑψοτενῆ βαρούμενον τράχηλον. Pachym. lib. V, cap. 15: Καὶ εἰς φυλακὴν τὴν τοῦ Ἀνέμου πύργου τοῖς Κελτοῖς σωματοφύλαξι δέδοται. Apud Cantacuzenum, lib. II, cap. 4, Syrgiannes ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενον πύργον transfertur. Denique Andronicus Joannis Palæologi imp. filius, ipseque vicissim Joannes, et Manuel ejus filius in ea turri incarcerati leguntur apud Ducam, cap. 12. Sed de illius positione audiendus imprimis Leunclavius, in *Pand. Turc.* n. 206: *Apud Leonardum archiep. Chiensem leguntur in Epistola de capta CP., turres Aveniades, de quibus interrogatus a me Zygomalas, quænam scilicet essent, respondebat dicendas esse non Aveniadas, sed turres Anemanis, cujus est in historiis Græcorum mentio, planeque volebat has illas esse quinque turres in altera urbis acropoli, quæ Pentapyrgii nomen habuere. Id autem verum esse vel ex hoc intelligitur, quod Chiensis turribus adjungit Xyloportam, quæ veteribus Xylocercos dicta fuit.* Verba Leonardi ex Sansovini Italico sunt ista: *Girolamo Italiano, Leonardo di Langasio Genovese,* **386** *insieme con molti altri compagni difendevano Esiloporta, e le torri che chiamavano Aveniada, rifatte et riparate alla spesa del cardinale.* Atqui Pentapyrgium olim Magnauram dictum auctor est Scylitzes. Xyloporta vero ultima fuit e Mediterraneis portis ad sinum Ceratinum, ut ait diserte Joannes Cananus (cujus familia, ut hoc obiter moneam, quod omisit illius editor, Byzantio Ferrariam transiit, ut est in Epitaphio Julii Canani cardinalis et episcopi Mutinensis, quod refertur ab Ughello), proinde proxima Blacherniano palatio, ubi statuitur ab Anna et Phranze lib. I, cap. 16, Turris Anemæ.

ὥσπερ τι λάχος τὴν ἐπωνυμίαν ταυτηνὶ κληρωσάμενος διὰ τὸ πρώτως τὸν Ἀνεμᾶν σιδηρέδετον δέξασθαι ἐπὶ πολὺν ἐν αὐτῷ χρονοτριβήσαντα χρόνον. Καὶ γὰρ ἐπινεμήσεως παριππευούσης δωδεκάτης δοὺξ προβληθεὶς Τραπεζοῦντος ὁ ἤδη ῥηθεὶς Γρηγόριος (17) ἀποστασίαν πάλαι ὠδίνων ἐν τῷ πρὸς Τραπεζοῦντα ἀπέρχεσθαι, εἰς φῶς ἐξήγαγε τὸ ἀπόῤῥητον. Ἐπανιόντι γὰρ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν τῷ Δαβατηνῷ, τῆς δουκικῆς ἀρχῆς εἰς τὸν Ταρωνίτην μετατεθείσης, συναντήσας, δεσμώτην εὐθὺς αὐτὸν καὶ ἔμφρουρον εἰς Τήβεναν (18) εἶχεν, οὐ τὸν Δαβατηνὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιφανῶν Τραπεζούντων ἱκανούς, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τοῦ Βαχχηνοῦ[75] ἀδελφιδοῦν. Ἐπεὶ δὲ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς οὐκ ἐλύοντο, ὁμοφρονήσαντες ἅπαντες τοὺς μὲν φρουροῦντας αὐτοὺς τοῦ ἀποστάτου αἰκίαις καθυπροβαλόντες[76] ἔξω τῶν τειχῶν ἐξαγαγόντες, πόῤῥω που ἀπήλασαν, αὐτοὶ δὲ τὴν Τήβεναν σφετερισάμενοι κατεῖχον. Ὁ δ' αὐτοκράτωρ πολλάκις διὰ γραφῶν ποτὲ μὲν μετεπέμπετο αὐτόν, ποτὲ δὲ καὶ ξυνεβούλευε τῆς κακίστης ἀποστῆναι πράξεως, εἰ βούλοιτο συμπαθείας τυχεῖν καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀναχθῆναι κατάστασιν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἠπείλει, εἰ μὴ πείθοιτο. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ ὑπακούειν τοῦ αὐτοκράτορος τὰ λῷονα συμβουλεύοντος, ὡς καὶ γραφὴν πολύστιχον πρὸς αὐτὸν ἐκπεπομφέναι καθαπτομένην οὐ μόνον τῶν τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ λογάδων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν δὴ τῶν συγγενῶν καὶ γαμβρῶν τοῦ αὐτοκράτορος. Ἐκ ταυτησὶ δὲ τῆς γραφῆς διαγνοὺς αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ καθεκάστην ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαίνοντα καὶ εἰς παντελῆ ἀπόνοιαν ἤδη συνελαυνόμενον, καὶ ἀπογνοὺς αὐτοῦ παντάπασι, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως ἐφισταμένης, Ἰωάννην τὸν ἴδιον ἀδελφιδοῦν[77] τῆς πρωτοτόκου αὐταδέλφης, ἐξάδελφον δὲ πατρόθεν τοῦ ἀποστάτου, πέμπει κατ' αὐτοῦ, κατὰ πρῶτον μὲν λόγον, μᾶλλον συμβουλευόμενον τὰ σωτήρια, οἰόμενος πεισθῆναι τούτῳ διὰ τὴν ἐκ τῆς συγγενείας γνησιότητα, καὶ τὴν ἐκ ταὐτοῦ αἵματος ἀμφοῖν κοινωνίαν· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, ἀνδρικῶς ἀντικαταστῆναι διά τε ξηρᾶς καὶ θαλάσσης πολλὰς συνεπαγόμενον[78] δυνάμεις. Μαθὼν δὲ τὴν τούτου ἔλευσιν ὁ Ταρωνίτης Γρηγόριος ἐξελθὼν ὡς πρὸς Κολώνειαν (19) ἀπῄει (πολίχνιον δὲ τοῦτο ἐρυμνότατον καὶ ἀνάλωτον) ἐφ' ᾧ μετακαλέσασθαι τὸν Τανισμάνην εἰς ἀρωγήν. Τοῦτο ἐν τῷ ἀπιέναι μεμαθηκὼς ὁ Ἰωάννης τοὺς Κελτοὺς τοῦ

A uti loquebantur: En adhuc vos exspectat humanitas principis. Videtis expansas ejus ulnas et complexum offerentes: nondum plane conclamata vestra salus; respicere vos etiamnum sors melior, si Deus annuerit, potest. Si quis vero ductus ulterius trans fatales misericordiæ terminos progressum semel funestum expedivisset, nempe ille de manibus clementiæ ac de salutis spe omni depositus erat, hoc ipsum indicante rei symbolo; quia enim obviæ illæ supremæ majestatis ac potestatis manus miserum in perniciem protrusum non detinuerant, abjecisse quodam modo ac repulisse immiserabilem videbantur. Fortuna igitur supplicio damnatorum est (quam ego potius divini Numinis salutarem gratiam interpretor; hanc enim evocare in auxi- B lium quacunque calamitate miseros, quocunque periculo pendentes decet), casus, inquam, ut humanius loquar, velut fortuiti cujusdam est, quod impetratæ forte benignitatis a principe nuntius ad infelices justitiæ victimas perveniat, priusquam trans fatales metas eundo processerint. Itaque equidem agnosco divinam in hujus quo de agimus hominis salute Providentiam. Deus enim, Deus profecto illum excæcatione ad quam erat juste damnatus, misericorditer liberare voluit, dum nos primum ad commiserationem calamitatis ejus haud dubie movit, deinde adjuvit in impetranda remissione pœnæ; postremo annuit ut noster gratiæ obtentæ nuntius progressum miseri ultra eum lo- C cum ubi erant manus æneæ properando præverteret. **364** Siquidem ille festinans assecutus pompam feralem citra suggestum illum in quo fixas exstare manus æneas diximus, gratiæ syngrapham in tempore reddidit ducentibus Michaelem: quibus statim viso principis scripto cedentibus, nuntius reo secum assumpto reversus est, et ad turrem se conferens prope palatium ædificatam ibi eum in custodiam tradidit. Sic enim erat jussus. Nondum is eo carcere liberatus fuerat, cum alium hospitem Gregorium hæc quæ prius Anemæ fuerat unius custodia excepit. Turris autem erat una quædam ex iis quæ per mœnium civitatis partem Blachernarum regiam proxime spectantem, certis intervallis dispositæ sunt. Ea insignem ex eo quem D narramus eventu appellationem in omne tempus propriam nacta est: turris jam passim Anemæ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[75] Βακαχηνοῦ. [76] καθυποβαλόντες. [77] ἀδελφόν. [78] συνεπαγόμενος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(17) *Γρηγόριος*. Gregorius Taronites, Gabræ et Dabateni in ducatu Trapezuntino successor, defectionem contra Alexium molitus est indict. 12, an. Chr. 1104, tandemque captus in Turri Anemæ, custodiæ mandatus est ind. 14, an. 1106, sed postmodum pristinæ dignitati restitutus est. Gregorii in rebus bellicis peritiam, variasque in Colchidem et Pontum expeditiones prædicat Theophylactus Bulg. archiep. epist. 4, 26 et 37, sed et Francos ab illo non semel profligatos scribit: Καὶ τὸ τῆς Περσικῆς ἀπονοίας πύργῳ συγκαθεῖλες τὸ τῆς Φραγκικῆς ἀπονοίας ὕψωμα. Et alibi: Ὁ δὲ Φραγκὸς ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος, κηροῦ χλιαροῦ φανεὶς μαλακώτερος, ἐκ περιουσίας σε προσκυνεῖ. Vide Baronium an. 1075, n. 77. De Taronitarum familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

(18) *Τήβεναν*. Urbem Ponti Galatici, Τεβένδαν Ptolemæo dictam.

(19) *Κολώνειαν*. Porphyrogenneta, lib. I *De Them*. Ἡ δὲ Κολώνεια κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον καὶ κρημνῶδες. Taxara postea dictam scribit Nicetas in Man. lib. I, n. 2. Ab hoc castro nomen inditum Themati, quod Minorem Armeniam includit. Vide Scylitz. pag. 814.

vocata, propterea quod Anemam ferro vinctum primum acceperit, diuque tenuerit solum. Nam Gregorius Trapezuntius dux indictione duodecima rebellionem professus palam quam dudum antea parturiverat, non nisi quarta decima demum indictione captus et in turrem Anemæ conclusus est; quæ ut contigerint nunc dicam. Illa quam diximus indictione duodecima, revertenti Constantinopolim Dabateno, translata in Taronitam ducali potestate, occurrens Gregorius comprehendit ipsum et captivum apud Tebennam habuit; nec Dabatenum solum, sed illustrium Trapezuntiorum sat multos, ipsumque inter alios Baccheni nepotem. Ili cum diutius tenerentur, conspiratione inter se facta in custodes apostatæ ministros insurgunt, iisque cruciatis primum, deinde extra muros ejectis, longeque amandatis, ipsi Tebennam ut propriam obtinent. Imperator interim datis ad Gregorium sæpe litteris, interdum quidem invitabat eum ut veniret ad se, interdum suadebat ut a pessimo incepto desisteret, si temere ausorum fieri sibi vellet gratiam, et in pristinum statum oblitterata rebellione restitui; interdum denique nisi resipisceret, minabatur. Ille autem tantum abfuit ab audiendis accipiendisque sanis ac salutaribus imperatoris monitis, ut etiam scriptum multorum versuum non verbosius quam odiosius ad ipsum miserit, quo non proceres solum ipsos senatoriæ ac militaris nobilitatis, sed cognatos etiam generosque imperatoris acerbe ac mordaciter incessebat. Ex hoc scripto imperator intelligens frustra exspectari ab homine pessum abrepto ut se ad frugem reciperet, et amentiam quam summam deposito jam pudore omni profitebatur, moderato ullo consilio mutaret, denique instante indictione quarta decima Joannem suum nepotem ex primogenita sorore, patruelem vero apostatæ, contra ipsum misit. Primum quidem ut si posset fieri blanda illum tractatione pelliceret homo tanta ipsi **365** consanguinitatis et necessitudinis propinquitate admotus: tum certe, si ruere is pergeret, acri eum bello, quam ad rem idoneas copias ductabat, terra marique oppugnaret. Hujus adventu Taronita Gregorius comperto, prodit Coloneam versus iter faciens. Arx ea est longe munitissima atque adeo inexpugnabilis, in quam se recipere parabat animo evocandi inde in suum auxilium Tanismanis. Id obiter cum Joannes didicisset, Gallos ex suo exercitu segregatos cum lectissimis Romanorum vadere in Gregorium strenue imperat. Illi celeritate usi deprehensum adhuc in itinere invadunt, atrox pugna committitur; per eam duo fortissimi e nostris forte nacti Gregorium cum lanceis de equo dejectum capiunt. Sic victum rebellem Joannes imperatori sistit, jurejurando affirmans se illum nec vidisse omnino nec congressu aut allocutione ulla per viam dignatum esse. Multus erat tamen in imperatore pro eo rogando. Porro is contra nitebatur omnino simulans sese irrevocabilem in Gregorium tulisse excæcationis sententiam. Tandem perseverante instantius Joanne simulatam severitatem Augustus exuit, annuens precibus supplicis, cum eo ut magnopere injungeret arcanum haberi quod ei de non excæcando Gregorio promitteret. Post diem tertiam Gregorium Augustus jubet per medium traduci forum capite ac barba strictim ad cutem tonsis, moxque in sæpius memoratam induci Anemæ turrim. In ea ille captivitate ne sero quidem sapiens plenas amentiæ voces suis custodibus effutiebat quotidie: non desistente propterea imperatore a studio ac conatu reducendi hominis ad mentem meliorem, quam ad spem per beneficia continua grassabatur, captivum interposito ministerio certorum hominum, quibus velut longis manibus a solio ad carcerem pertingebat, sedulitate benignissima curans. Verum ea frustra fuere omnia, nullo mutationis aut pœnitentiæ signo unquam in Gregorio apparente. Qui tamen cum sæpius meum Cæsarem appellasset (fuerat enim ante amicus nobis), permisit imperator Cæsari ut adiret hominem, quo illi et ægritudinem levaret, ia

ἰδίου στρατεύματος ἀποδιελόμενος καὶ λογάδας Ῥωμαίους κατ' αὐτοῦ ἐξέπεμψεν, οἳ καὶ προκαταλαβόντες καρτερὰν τὴν μετ' αὐτοῦ ἀνεδήσαντο μάχην· δύο δὲ γενναῖοι ἐντυχόντες αὐτῷ κατέσχον διὰ τῶν δοράτων καταβαλόντες τοῦ ἵππου. Κἆθ' οὕτως ἀναλαβόμενος αὐτὸν ὁ Ἰωάννης ζωγρίαν ἄγει τῷ αὐτοκράτορι, ἐπομοσάμενος μηδὲ θεάσασθαι αὐτὸν τὸ παράπαν, μήτε ὁμιλίας ἀξιῶσαι κατὰ τὴν ὁδόν. Πολλὰ δὲ ὅμως ὑπὲρ αὐτοῦ παρεκάλει τὸν αὐτοκράτορα, ἐκείνου ὑποκρινομένου τῶν ὀμμάτων αὐτὸν βούλεσθαι ἀποστερῆσαι· μόγις οὖν ὁ αὐτοκράτωρ τὴν ὑπόκρισιν παρεγύμνωσεν, κατανεύσας δῆθεν ταῖς αὐτοῦ παρακλήσεσι, πολλὰ παρεγγυησάμενος, μὴ ἔκφορον τὸν λόγον ποιήσασθαι. Μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν τὴν ἐν χρῷ κουρείαν κειράμενον τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν πώγωνα, διὰ μέσης περιαχθῆναι τῆς ἀγορᾶς ἐκέλευσεν, κᾆθ' οὕτως εἰς τὸν ἤδη ῥηθέντα πύργον τοῦ Ἀνεμᾶ εἰσαχθῆναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔμφρουρος ὢν ἀσύνετος ἦν, ἀπονοίας ῥήματα πρὸς τοὺς δεσμοφύλακας ὁσημέραι ἀποφοιβάζων, πολλῆς παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιμελείας διὰ μακρῶν ἠξιοῦτο χειρῶν ὥστε μεταβαλεῖν καὶ μετανοίας ἐνδείξασθαι τρόπου[79]. Ὁ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ αὖθις ἦν, μετεκαλεῖτο δὲ συχνῶς τὸν ἐμὸν Καίσαρα πάλαι πρὸς ἡμᾶς φιλίως ἔχων, καὶ παρεχώρει τούτῳ τηνικαῦτα καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, ἐφ' ᾧ καὶ τῆς πολλῆς αὐτὸν ἀνακτᾶσθαι ἀθυμίας καὶ συμβουλεύειν τὰ λῷονα. Ὁ δὲ βραδὺς πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἐφαίνετο. Ἔνθεν τοι καὶ ἐπὶ πλείονα καιρὸν ἔμφρουρος ἦν. Εἶτα συμπαθείας ἀξιωθεὶς, τοσαύτης φιλοφροσύνης ἀπήλαυσε καὶ δωρεῶν καὶ τιμῆς ὁπόσης οὐδὲ πρὸ τοῦ· ὁποῖος ὁ ἐμὸς βασιλεὺς περὶ τὰ τοιαῦτα.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[79] τρόπους.

qua erat maxima, et meliora suaderet consultore bono in primis egenti. Nihil Cæsar omisit quo eum pelliceret; nec quidquam effecit tamen aliud nisi ut palam esset, valde tardum ad mutationem in melius esse Gregorium. Hæc ei causa captivitatem produxit in tempus longum; tandem tamen gratia et venia dignatus, tam humaniter, benefice, honorifice, significatione amoris, cumulandis donis atque honoribus ab imperatore habitus est, ut nec prior ejus atque integra fortuna, posteriore hac et restituta florentior fuerit. Tanta vis humanitatis in Augusto parente meo erga conjuratos inimicos fuit!

A Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τοὺς ἐπιβούλους καὶ τὸν ἀποστάτην Γρηγόριον οἰκονομήσας, οὐδὲ τὰ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον ἐλάθετο, ἀλλὰ μεταπεμψάμενος τὸν Κοντοστέφανον Ἰσαάκιον μέγαν δοῦκα τοῦ στόλου προὐβάλλετο, καὶ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἐξέπεμψεν, ἐπαπειλησάμενος τὴν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐκκοπὴν, εἰ μὴ φθάσας προκαταλάβοι τὴν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίωσιν. Πέμπει δὲ καὶ συνεχῆ γράμματα πρὸς τὸν δοῦκα Δυῤῥαχίου Ἀλέξιον τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, ἐπαλείφων τοῦτον καὶ παρασκευάζων ἐγρηγορέναι διαπαντὸς, καὶ τοὺς κατὰ τὴν θάλατταν ἐπισκοποῦντας αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρακελεύεσθαι, ὡς μὴ λάθοι ὁ Βαϊμοῦντος διαπεράσας, ἀλλ' εὐθὺς δηλωθῆναί οἱ διὰ γραμμάτων. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ. Ὁ δὲ Κοντοστέφανος ἐντεταλμένον B ἔχων μηδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἀναμεταξὺ Λογγιβαρδίας ἐπιμελῶς τηρεῖν πορθμὸν καὶ τοὺς πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον προπομποὺς τοῦ Βαϊμούντου καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ παρασκευὴν ἐκεῖθεν ἐνθάδε κομισομένους ἀπείργειν, καὶ μηδὲ τὸ τυχὸν κομίζεσθαί οἱ ἐκ Λογγιβαρδίας παράπαν συγχωρεῖν ἀπελθὼν ἠγνόησε τὸν ἐπιτήδειον τόπον τῶν ἐκεῖσε πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπλωϊζομένων· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ παραβλεψάμενος τὰ προστεταγμένα εἰς Ἰδροῦντα (20) διαπερᾷ, ὅπερ πόλις ἐστὶ κατὰ τὴν παραλίαν τῆς Λογγιβαρδίας διακειμένη. Ταύτην τὴν πόλιν γυνή τις ἐφρούρει, μήτηρ, ὡς ἐλέγετο, τοῦ Ταγγρὲ, εἴτε ἀδελφὴ τοῦ ἐν πολλοῖς ἤδη ῥηθέντος Βαϊμούντου, εἴτε καὶ μὴ, συνιδεῖν οὐκ ἔχω· οὐ γὰρ οἶδα σαφῶς εἰ πατρόθεν (21) ἢ μητρόθεν τὴν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ὁ C Ταγγρὲ συγγένειαν ἐκέκτητο [80]. Ἐκεῖσε παραγενόμενος καὶ προσορμίσας τὰς νῆας, ἀπεπειρᾶτο τῶν τοῦ Βρεντησίου τειχῶν, καὶ εἰς χεῖρας εἶχεν ἤδη· ὡς δὲ τοῦτο ἡ ἐντὸς οὖσα γυνὴ φρενήρης οὖσα καὶ σταθηρὰ τὴν γνώμην ἐθεάσατο, ὁπηνίκα τὰς ναῦς κεῖθι προσώρμισεν, εἰς ἕνα τῶν υἱῶν αὐτῆς ἀποστείλασα σπουδαίως, τοῦτον μετεκαλεῖτο. Τοῦ δὲ ναυτικοῦ παντὸς θαρσήσαντος ἤδη ὡς ἐν χερσὶ τὴν πόλιν ἔχοντος, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως εὐφημίαν ποιουμένων ἁπάντων, καὶ αὕτη, ἐν ἀμηχανίᾳ καταστᾶσα, ταὐτὸ τοῦτο παρεκελεύετο ποιεῖν καὶ τοὺς ἐντὸς, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸν Κοντοστέφανον πρέσβεις ἀποστείλασα δουλείαν ὡμολόγει τῷ αὐτοκράτορι, καὶ εἰρηνικὰς

Rebus porro hunc in modum adversus insidiatores et rebellem Gregorium dispositis, imperator ne Baimundi quidem oblitus est, aut ea quæ contra ipsum opus erant providere atque exsequi omisit, verum accersitum Contostephanum Isaacium magnum ducem classis Romanæ declaravit, **366** proficiscique statim Dyrrhachium jussit: additis minis se jussurum ipsi oculos erui, nisi antequam Baimundus in Illyricum trajiceret, eo ipse prævertisset. Excitabat etiam assiduis litteris Dyrrhachii ducem Alexium, fratris sui filium, ut sibi continuo caveret invigilaretque acriter arci ac præfecturæ ab hoste feroce periclitanti; tum vero exploratores quos in mari haberet assidue hortaretur ut essent in officio, ne committerent sua oscitantia ut imprudentibus ipsis trajiceret Baimundus; quin statim ut is trajectum tentare inciperet, litteris ad se celerrime transmissis idipsum indicarent. Hæc sic constituit, sic egit imperator. At Contostephanus, qui unice haberet in mandatis ut fretum Longobardiæ diligentissime tueretur, nec naves illac ullas a Baimundo præmissas Dyrrhachium versus commeatum ejus aut apparatum quemlibet portantes, transire quoquomodo sineret, primum ignoravit locum quem in eo freto ad ejusmodi trajectiones commodissimum hostes haberent; neque hoc solum, sed contemptis Augusti mandatis Hydruntem trajecit urbem in ora Longobardiæ maritima positam. Huic mulier tum quædam præerat, Tancredi, ut ferebatur, mater; utrumne soror sæpe memorati Baimundi, an non, equidem scire non potui: nunquam enim exploratum ad liquidum habui, paternane Tancredi an materna esset cum Baimundo consanguinitas. Exscensu ibi facto Contostephanus relictisque in ora navibus, ipse cum copiis Brundusii muris se admovit. Confecta res jam pene videbatur et in manibus urbs erat, cum ecce mulier quam dixi, virili animo præsentique consilio sibi constans, ad voces victrices gratulantium jam ut capta civitate Romanorum et fausta imperatori de more acclamantium adjungi suorum quoque clamores jussit victos se fatentium et Romanis Romanorumque principi obnoxios ac dedititios: simul missis ad Contoste-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] ἀνεκέκτητο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(20) *Εἰς Ὑδροῦντα.* Quod oppidum Boemundi proprium erat. Alexander Celesin. lib. I, cap. 13, de Rogerio Siciliæ rege: *Deinde Tarentum perveniens, civibus sese dedentibus, mox eam obtinuit. Cujus post obsidionem Hydruntini cives pertimescentes, civitatem et ipsi seseque submittunt. Hæ quippe urbes Boemundi juris fuerant, quas ipse omnemque terram suam, cum ad potiendum principatum Antiochiæ transmarinum peteret iter, apostolicæ prius fertur tutelæ commisisse*, etc. Tancredi vero fuit Brundusium, ut idem scriptor tradit.

(21) *Πατρόθεν.* Vide Not. ad pag. 341.

phanum legatis expugnationis impetum ultimum deprecata est, deditionem sui ac civitatis in potestatem imperatoris spondens, confirmansque sese ad Contostephanum ituram et coram cum eo tractaturam de rebus imperio utilibus, de quibus ipse quamprimum admonere imperatorem deberet. Hæc cauta femina sic agebat ut furaretur interim necessarium spatium auxiliis adventantibus suorum. Siquidem jam a primo Romanarum navium appulsu ad unum e suis filiis trepidum et auxilia flagitaturum curriculo nuntium miserat. Eo igitur consilio vanis spebus vafra mulier minime mali hominis Contostephani suspensum lactabat animum, ut si forte interim armatus, quem exspectabat, adforet filius, scena, ut tragicos aiunt, repente dejecta, vim experiretur pugnamque capesseret. Successit e sententia dolus. Auditæ missæ voces et consona conclamatio obsessorum pariter cum oppugnantibus Augustum et Romanum imperium venerantium, tardavit primo impetum victoriæ, ducemque colloqui ac pacis morata **367** est mentio. Adest interim exspectatus ab heroina filius, comites secum alios viros principes ducens, idoneo quemque numero sequente. Irruunt omnes in Contostephanum inhiantem promissis et feriatum videlicet, eumque plane vincunt. Turba omnis fere nautica, terrestriumque inexperta pugnarum incursu primo fusa fugataque in mare se projecit. Excurrerant paulo a mari longius Scytharum quidam (erant in Romano tum exercitu ex gente ista milites non pauci) prædandi causa, ut mos est talium. Ex iis capi contigit omnino sex, quos ad se missos intuitus Baimundus non minus quam magni adeptione lucri gavisus est; videbat enim quam utiles ii futuri sibi essent ad invidiam imperatori apud principes Italiæ conflandam. Statim igitur his assumptis Romam pergit, thronumque adit apostolicum, ac papam aggressus, ejusmodi oratione quæ vetera odia barbarorum istorum adversus genus nostrum Orientalium Romanorum renovare atque exasperare refricando posset, facile totum inflammavit. Quo vero etiam, qui circa Pontificem erant, commoveret Italos in iram implacabilem, persuaderetque ipsis velut argumento jam atque experimento manifesto veris-

μετ' αὐτοῦ σπονδὰς ὑπισχνεῖτο ποιήσασθαι, πρὸς αὐτόν τε ἐξελεύσεσθαι τὰ κατὰ σκοπὸν ἀνακοινωσομένη, ὡς πάντα δι' αὐτοῦ δηλωθείη τῷ αὐτοκράτορι. Τοιαῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο ἀπαιωροῦσα τὸν τοῦ Κοντοστεφάνου λογισμὸν, εἴ που ἐν τῷ μεταξὺ καταλάβοι ὁ ταύτης υἱὸς, καὶ τηνικαῦτα τὴν σκηνὴν, καθάπερ τοὺς τραγικός [81] φασι, ῥίψασα, μάχης ἀνθέξοιτο. Συμμιγοῦς οὖν τῆς εὐφήμης ἀπό τε τῶν ἐντὸς ἀπό τε τῶν ἐκτὸς γινομένης καὶ πάντα τὰ πέριξ κατειλειφυίας [82], ἐπεὶ τοιούτοις λόγοις καὶ ἐπαγγελίαις ψευδέσι τὸν τοῦ Κοντοστεφάνου ἀπῃώρει λογισμὸν ἡ στρατιῶτις ἐκείνη γυνὴ, ὡς εἴρηται, καταλαμβάνει καὶ ὁ προσδοκώμενος μεθ' ὧν συναπήγετο κομήτων, καὶ ὁμόσε κατὰ τοῦ Κοντοστεφάνου χωρήσας, ἡττᾷ κατακράτος. Οἱ μὲν οὖν τοῦ ναυτικοῦ ἅπαντες, ὡς ἄπειροι τῆς διὰ ξηρᾶς μάχης, τῇ θαλάττῃ ἑαυτοὺς προσέῤῥιψαν. Τῶν δέ γε Σκυθῶν προεκδραμόντων· παρῆσαν γὰρ ἱκανοὶ μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης· εἰς προνομὴν, ὡς ἔθος τοῖς τοιούτοις Βαρβάροις, συμβέβηκεν ἁλῶναι τούτων ἓξ τὸν ἀριθμὸν, οὓς καὶ ἀποσταλέντας θεασάμενος ὁ Βαϊμοῦντος, καθάπερ τι μέγιστον πόρισμα τούτους λαβὼν, εὐθὺς πρὸς Ῥώμην ἄπῄει. Καὶ καταλαβὼν τὸν ἀποστολικὸν θρόνον καὶ τῷ πάπᾳ (22) διαλεχθεὶς καὶ πρὸς ὀργὴν ὅλον κινήσας κατὰ τῶν Ῥωμαίων καὶ τὴν ἀνέκαθεν τῶν Βαρβάρων τούτων μῆνιν κατὰ τοῦ ἡμεδαποῦ γένους [83] ἀνερεθίσας, ἵνα μᾶλλον τοὺς ἀμφὶ τὸν πάπαν Ἰταλοὺς ἐκμήνειεν ὁ Βαϊμοῦντος, καὶ τοὺς ἑαλωκότας τῶν Σκυθῶν παρεστήσατο ὥσπερ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐνδεικνύμενος ὡς ἄρα ὁ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος δυσμενῶς ἔχων τὰ πρὸς Χριστιανοὺς, Βαρβάρους τινὰς ἀπίστους καὶ ἀλλοκότους ἱπποτοξότας ἐφίστησι, κατὰ τῶν Χριστιανῶν ὅπλον κινοῦντας καὶ τόξον ἐντείνοντας, καὶ ἐφ' ἑκάστου λόγου τοιούτου ὑπεδείκνυ τοὺς Σκύθας ἐκείνους τῷ πάπᾳ Σκυθικῶς ἐσταλμένους καὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς πρὸς τὸ βαρβαρικὸν ἀποβλέποντας, καὶ τούτους κατὰ τὸ ἔθος τῶν Λατίνων παγάνους (23) ἄνω καὶ κάτω προσηγόρευε, καταμωκώμενος καὶ τοὔνομα καὶ τὸ σχῆμα. Πανούργως δὲ, ὡς ἔοικε, τὸ πρᾶγμα μετεχειρίζετο τοῦ κατὰ Χριστιανῶν πολέμου, ἵνα δὴ καὶ ἀρχιερατικὴν γνώμην συμπείσειεν ὡς εὐλόγως ἄρα κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἔχθρας κεκίνητο, ἐν ταὐτῷ μνηστευόμενος καὶ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] τραγικούς. [82] κατειληφυίας. [83] στένους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(22) *Τῷ Πάπᾳ*. Paschali II, non Urbano, ut vult Allatius.

(23) *Παγάνους*. Scythas, inquit Anna, Latinorum more, seu recepto apud Latinos idiomate et vocabulo *Paganos* appellabat. Verum voxne Latia sit, ut dubitem facit Constantinus, qui libro *De admin. imp.* cap. 29, a Slavis etymon accersit, quibus ita indigitabantur baptismi expertes: Παγάνοι, κατὰ τὴν τῶν Σκλάβων γλῶσσαν, ἀβάπτιστοι ἑρμηνεύεται. Atque hinc forte manavit, ut apud nos infantes, quorum certis ex causis differebatur baptismus, pagani vulgo nuncuparentur, quibus posthæc in joculare id nominis transiit. Lambertus Ardensis: *Qui Norchoutensis Domini filium jam decennem, et sine baptismo patrum negligentia ad gentilis imitationem squaloris adhuc permanentem, et usque ad hoc, et ob hoc paganum vocatum baptizavit, et eum nomine suo vocavit Abraham.* Diploma an. 1096, in Tabul. S. Martini Paris. *Vir quidam egregius et miles strenuus; paganus appellatus, a baptismate Walterius.* Sed an pagani vox Slavorum propria fuerit, eamque ab illis Latini hauserint, jure controverti potest, cum longe ante Slavorum auditum nomen usurpent scriptores Christiani, etsi in confesso sit ante Constantinum M. et Constantinum vix usurpatum hac notione pro gentilibus et idololatris, ut pridem observatum a Baronio in Not. ad Martyrol.

πολλῶν ἀνδρῶν αὐτόματον συλλογὴν ἀγροικοτέρων A καὶ ἀνοήτων. Τίς γὰρ ἂν οὐχὶ τῶν ἀγχοῦ καὶ πόῤῥω Βαρβάρων αὐτόμολος ἧκεν εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον ἀρχιερατικῆς γνώμης ἐπιτρεπούσης καὶ τοῦ φαινομένου εὐλόγου πᾶσαν ἵππον, καὶ ἄνδρα, καὶ χεῖρα στρατιωτικὴν ἐξοπλίζοντος; Τοῖς τούτου λόγοις οὖν συνελαθεὶς ὁ πάπας καὶ ὁμογνωμονήσας αὐτῷ τὴν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν ἐπέτρεψε διαπεραίωσιν.

simum esse quod sæpius audiverant jactante ipso Baimundo, videlicet imperatorem Alexium hominem esse profanum et impium barbarorum infidelium fautorem, Christiani nominis ac generis hostem non dubium. Viderent quibus militibus, quibus ministris libenter uteretur, quam barbariem sacrilegam et sanguinariam haberet in deliciis. En, inquiebat, feros vultus torvitate Scythica, et vestem aspectu tetram ipso ac terribilem ostendens, en quos in nostras aras ac focos immittit, quibus Romam et Italiam, quibus nos nostraque omnia sacra, civilia, domestica, res, corpora nostrum omnium condonat egregius imperator Romanorum. Tum vero ingeminabat vocem illam quæ summam invidiam apud Latinos habet, paganos hos Scythas replicans, dum eos per urbes passim oraque omnium ad ludibrium et ignominiam non tam ipsorum quam Augusti circumduceret, vafer artifex technarum talium, per quas invidia populari in suas trahenda partes civilis inter Christianos quod meditabatur belli minime per se plausibilem mentionem accusatione malitiosa imperatoris emolliret, imo probabili ac pio nomine mutaret: dum non adversus Christianum principem aut populum, sed pro Christianis contra paganos eorumque patronum ac ducem Alexium arma sumenda proclamaret. Incredibiliter apud summos æque infimosque partium illarum ista valuit industria: fremere haud dubie passim in nos cuncta. Ipsi quietissimæ alioqui sectæ antistites præeunte ipso principe sacrorum palam auctores belli se ferre ut sacri piique. Hinc concursus, et coacervans se undique cæco impetu colluvies rusticulorum licet quid quorsumve loquantur aut agant amentes nesciant, tamen expeditionem transmarinam loquentium, in eamque se obtrudentium. Nec fortunæ aut captus majoris homines cessabant; nam quis tum prope longeve distantium non accurreret, non expediret arma, equos, viros, et si quam haberet militarem vim ac manum, summo ipso pontifice canente classicum, et causam coloramento fuci cujusdam per se commendatam, divinæ auctoritatis toto præjudicio sacrante? Sic Baimundi fraudibus persuaso papa commotaque Italia trajectio **368** in Illyricum summis studiis animisque omnium festinabatur.

Ἐπανιτέον δὲ αὖθις πρὸς τὸ προκείμενον. Ἐκ- B θυμότερον μὲν οὖν οἱ ἠπειρῶται στρατιῶται τῆς μάχης ἀντείχοντο, τοὺς δέ γε λοιποὺς τὸ τῆς θαλάττης ῥόθιον ὑπεδέξατο [84], κἀντεῦθεν λαμπρὰν οἱ Κελτοὶ εἶχων [85] εἰς χεῖρας νίκην. Οἱ δέ γε γενναιότεροι τῶν στρατιωτῶν, καὶ μᾶλλον οἱ τῆς μείζονος τύχης, ὧν φέριστοι μᾶλλον ἐκεῖνος Νικηφόρος Ἐξαζηνὸς, ὁ Ὑελέας, καὶ ὁ τούτου ἐξάδελφος Κωνσταντῖνος Ἐξαζηνὸς ὁ καλούμενος Δούκας, καὶ ὁ ἀνδρικώτατος Ἀλέξανδρος ὁ Εὐφορβηνὸς καὶ ἕτεροι τῆς αὐτῆς ἀξίας καὶ τύχης, μνησάμενοι θούριδος ἀλκῆς, ἐπιστραφέντες καὶ τοὺς ἀκινάκεις σπασάμενοι, ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἐμάχοντο, τὸν ὅλον ἀναδεξάμενοι πόλεμον, καὶ ἡττήσαντες αὐτοὺς λαμπρὰν τὴν κατ' αὐτῶν νίκην ἤραντο. Ἀνακωχὴν οὖν ὁ Κοντοστέφανος ἐντεῦθεν λαβὼν τῆς Κελτικῆς C ἐπελεύσεως, λύσας ἐκεῖθεν τὰ πρυμνήσια μετὰ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς, τὸν Αὐλῶνα καταλαμβάνει. Ἐπεὶ δὲ ὁπότε πρώτως τὸ Δυῤῥάχιον καταλαβὼν τὰς ὑφ' ἑαυτὸν πολεμικὰς ναῦς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Δυῤῥαχίου μέχρι τοῦ Αὐλῶνος, καὶ αὐτῆς τῆς καλουμένης Χιμάρας [86] διέπειρεν, ἀπέχοντος μὲν τοῦ Δυῤῥαχίου τοῦ Αὐλῶνος σταδίους ἑκατὸν, τῆς δὲ Χιμάρας [87] (24) τοῦ Αὐλῶνος αὖθις, ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα τὴν τοῦ Βαϊμούντου ἐπειγομένην ἤδη ἐμάνθανε διαπεραίωσιν, στοχασάμενος ἐνδεχόμενον εἶναι μᾶλλον

Revertendum porro est ad pugnam Contostephani. Ex militibus ejus qui assueti militare in continente et terrestribus præliis exercitati erant, ii sane restitere fortius pugnamque traxere, cæteros fuga præcipiti ruentes mare absorbuit. Magnamque in manibus ac splendidam Galli utique victoriam habebant, nisi eo articulo rerum viri fortes qui in Romano merebant exercitu, præsertim qui nobiliores inter illos et fortunæ altioris erant Nicephorus Exazenus, Hyeleas, et hujus patruelis Constantinus Exazenus, qui vocatur Ducas, et generosissimus Alexander Euphorbenus subito et vehementissimo impetu conversi, strictis acinacibus tota manu totoque animo repugnassent Gallis, eorumque vim universam pondusque integrum prælii ita in se vertissent ut præclare sustinerent, tandemque hostes modo victores egregie vincerent. Interspirandi spatium tutoque recedendi facultatem horum virtus Contostephano paravit. Qua ille usus soluta illinc classe universa Aulonem cum ea tenuit. Quoniam vero jam tum quando primum Dyrrachium venit naves quas habebat sub se bellicas, ex ipso Dyrrachio usque Aulonem et locum dictum Chimaram disperserat (distat Aulon a Dyrrachio stadiis centum, Chimara rursus ab Aulone stadiis sexaginta), nunc fama percrebrescente instantis trajectionis

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] ὑπεδέχετο. [85] εἶχον. [86] Χιμαίρας. [87] Χιμαίρας.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(24) *Χιμάρας*. Chimera, urbs maritima Epiri, in Cerauniis Plinio, haud **387** procul a Corcyra insula, hodie *Chimara*. Vide Leunclavii Pand. n. 220.

Baimundi, quam conjectabatur futuram Aulonem versus, propterea quod illa parte angustius erat fretum trajectusque brevior quam e regione Dyrrachii, putavit tum sibi faciendum ut excubaret præcipua vigilantia in custodiam Aulonis. Congregatis ad se igitur aliis ducibus et navibus insedit eum quem dixi medium Aulonem inter et ei oppositum littus Italiæ maris sinum, diligenter observans hostium transitum: speculatoribus etiam supra verticem collis, qui vocatur Jasonis, collocatis, unde late prospectus patet in æquor maris, ut vel longissime venientem navem mature prospicerent, deque ea signo edito monerent. Sic nostri erant, cum Gallus ecce quidam nuperrime trangressus ex Italia nuntiat in procinctu esse atque adeo mox moxque futuram trajectionem Baimundi. Consternavit Contostephanos illa vox, adeo ut uno famæ strepitu debellati, seque impares ad committendum cum Baimundo navale prælium ignave rati, ægrotare simularent, proptereaque indigere balneis. Instabat contra Lantulphus, universa multitudine nautica non dubie suffragante, vir ipse propter ingentem ex longo partam lateque celebrem peritiam navalium bellorum, quo nemo reperiri posset dignior cui tali tempore sententiam dicenti crederetur, instabat, inquam, contra vigilandum esse nunc cum maxime, in stationeque perstandum, Baimundo utique quem tandiu exspectassent frustra, voti mox ipsos ac spei compotes facturo; tentando videlicet tandem transitu, sicque offerenda rei gerendæ occasione. Surdis hæc **369** canebantur. Contostephani Chimaram se balneorum causa recipientes, eum qui secundus dicitur classis drungares, cum excussato monere, in eadem illa lingua, hoc est terræ aut promontorii excurrentis in mare, vel freti oblongi et angusti parte, non longe ab Aulone dissita, reliquere cum mandatis illic excubandi speculatione attenta; interim dum Lantulphus, cum navibus aliquot, quæ genere ac numero ad propositum ipsi finem oræ tuendæ transitusque prohibendi suffecturæ videbantur, Aulone subsisteret. Rebus ita dispositis Contostephani e classe jam exscenderant abierantque vel usuri revera balneis, vel ejus certe rei gratia proficisci præ se ferentes: quando ecce Baimundus solvit, classem ipse ducens propriam, hunc fere in modum ordinemque instructam. Erat ipse dux in medio duodecim armatis sibi navibus circumdatis quarum cuique duplex erat remorum ordo, remigum vero prævalentium suppetebat ingens copia: qui contentione concordi fragoreque ac pulsu consono, continuata jugiter jactatione lacertorum ac nusquam interrupta remigii vi navalem istam inferebant aciem uniformi undecunque progressu. Cingebant agmen armatarum navium exteriori circumfusæ ambitu rotundæ

A εἰς τὸν Αὐλῶνα διαπεράσαι αὐτὸν διὰ τὸ ἧττονα εἶναι τὸν πρὸς αὐτὸν Αὐλῶνα πλοῦν τοῦ πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον, καὶ διὰ τοῦτο δεῖν πλείονα τὴν φυλακὴν τοῦ Αὐλῶνος ποιήσασθαι· ἀπελθὼν μετὰ τῶν ἑτέρων δουκῶν, ἐτήρει ἐπιμελῶς τὸν ἀναμεταξὺ πορθμὸν τοῦ Αὐλῶνος, καὶ κατὰ τὴν ἀκρολοφίαν τοῦ καλουμένου Ἰάσονος βουνοῦ σκοποὺς ἐπιστήσας ἐφ' ᾧ τὴν θάλατταν περιαθρεῖν καὶ τὰς ναῦς ἐπισκοπεῖν. Κελτὸς δέ τις ἐκεῖθεν ἄρτι διαπεραιωθεὶς ἐβεβαίου τούτοις τὴν τοῦ Βαϊμούντου ἐπὶ ξυροῦ εἶναι διαπεραίωσιν. Τοῦτον [88] οἱ Κοντοστέφανοι μεμαθηκότες καὶ ἀποδειλιῶντες πρὸς τὴν τοῦ Βαϊμούντου ναυμαχίαν· καὶ γὰρ καὶ ἡ φήμη μόνη τούτους κατέπληττε· νοσεῖν ἐσκήψαντο, καὶ διὰ τοῦτο

B δεῖσθαι βαλανείων. Καὶ ὁ Λαντοῦλφος καὶ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἐξηγούμενος, ἐμπειρίαν πολλὴν τῆς ναυλοχίας καὶ τοῦ κατὰ θάλατταν πολέμου ἐκ πολλοῦ κεκτημένος, πολλὰ τούτοις παρηγγυᾶτο ἐγρηγορέναι διαπαντὸς, καὶ τὴν τοῦ Βαϊμούντου καραδοκεῖν ἔφοδον. Οἱ δὲ Κοντοστέφανοι ἐν τῷ πρὸς Χιμάραν ἀπιέναι βαλανείου χάριν, τὸν καλούμενον δεύτερον τὸν δρουγγάρην τοῦ στόλου μετὰ τοῦ ἐξκουσσάτου μονήρους κατ' αὐτὴν γλῶσσαν [89] σκοπέα κατέλιπον οὐ πόῤῥω που τοῦ Αὐλῶνος διακειμένην. Ὁ δέ γε Λαντοῦλφος κατὰ τὸν Αὐλῶνα προσέμενε μετά τινων συμμέτρων νηῶν. Τούτων οὕτω διατεθέντων, οἱ μὲν ἀπῄεισαν ἢ λουσόμενοι, ἢ κατὰ σχῆμα λουσόμενοι. Ὁ δὲ Βαϊμοῦντος δώδεκα μὲν ληστρικὰς νῆας τάξας ἀμφ' αὐτὸν διήρεις ἁπάσας οὔσας

C καὶ εἰρεσίαν πολλὴν κεκτημένας ὡς καὶ ἠχητικόν τι καὶ κατάκροτον ἐπικτυποῦσαν ταῖς τῶν κωπῶν συνεχέσιν ἐπεμβολαῖς, κύκλῳ δὲ τοῦ τοιούτου στόλου συντάξας στρογγύλας νῆας, ἐξ ἑκατέρου μέρους καθάπερ περίβολον, ἐντὸς τὸν πολεμικὸν συνέκλεισε [90] στόλον. Καὶ εἶπες ἂν ἰδὼν καὶ πόῤῥωθεν ἀπὸ σκοπιᾶς θεασάμενος πόλιν εἶναι διαπόντιον τὴν πλέουσαν ναυστολίαν. Συνεπέβαλε γάρ τι καὶ τὸ [91] τῆς τύχης αὐτῷ. Καὶ γὰρ ἥ τε θάλασσα ἀκύμαντος ἦν, εἰ μὴ ὅσον κατὰ τὸν νότον ἐπεφρίκασεν αὔρας λιγείας ἐπιπνεούσης, καὶ ὅσον ἐξογκούσης τὰ τῶν ὁλκάδων ἱστία· ἐποίει γὰρ ἐκείνας μὲν οὐριοδρομεῖν, τὰς δὲ ἐρεσσομένας τῶν νηῶν ταῖς πλεούσαις εὐθυδρομεῖν, καὶ κρότον ἐξάκουστον καὶ ἐν μέσῳ πελάγους τοῦ Ἀδριαντικοῦ ἑκατέραις ταῖς ἠπείροις

D ἠχεῖν. Οὕτως ἦν θέαμα θάμβους ἄξιον ὁ βαρβαρικὸς οὗτος στόλος τοῦ Βαϊμούντου, ὃν εἰ καὶ οἱ περὶ τοὺς Κοντοστεφάνους ὠῤῥώδησαν, οὐκ ἂν μεμψαίμην· οὔτ' ἂν δειλίας τοὺς ἄνδρας γραψαίμην, καὶ γὰρ ἂν τοῦτον καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα στόλον καὶ ὁ Ἀργοναυτικὸς ἐκεῖνος ἐδεδοίκει στόλος, μή ὅτιγε Κοντοστέφανοι καὶ Λαντοῦλφοι καὶ τοιοῦτοί τινες. Ὁ γάρ τοι Λαντοῦλφος τὸν Βαϊμοῦντον θεασάμενος οὕτω φρικτῶς διαπλωϊζόμενον μετὰ μυριοφόρων ὁλκάδων, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν ἀκριβέστερον, ἐπεὶ οὐχ οἷός τε πρὸς τοσούτους μάχεσθαι ἦν,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[88] τοῦτο. [89] κατὰ τὴν γλῶσσαν αὐτήν. [90] συνέκλεισε. [91] τά.

μικρὸν τοῦ Αὐλῶνος (25) παρεκκλίνας, ἄδειαν τῷ Βαϊμούντῳ δίδωσι. Δεξιᾷ δὲ τύχῃ χρησάμενος, ἐκ Βάρεως (26) ἐπεὶ [91] τὸν Αὐλῶνα περαιωσάμενος, ἅπαν τὸ διαπόντιον αὐτοῦ στράτευμα εἰς τὴν περαίαν ἀποβησάμενος πρῶτα μὲν ἐληΐσατο τὴν παραλίαν ἅπασαν, ἀμύθητον στράτευμα ἐπαγόμενος Φραγγικόν τε καὶ Κελτικόν· καὶ ὅσοι ἀπὸ τῆς Θούλης (27) νήσου στρατεύονται Ῥωμαίοις· τότε δὴ αὐτῷ προσχωρήσαντες διὰ τὴν τοῦ καιροῦ δυναστείαν, καὶ δὴ καὶ πλείους τοῦ Γερμανικοῦ γένους καὶ ἀπὸ τῶν Κελτιβήρων. Τούτους γὰρ ἅπαντας συλλεξάμενος, πάσης τῆς ἐντὸς Ἀδρίου ἐφήπλωσε γῆς, καὶ τὰ ἐφεξῆς ἅπαντα ληϊσάμενος τῇ Ἐπιδάμνῳ προσέβαλεν ἣν Δυῤῥάχιον ὀνομάζομεν· ταύτην τὴν πόλιν σκοπὸν ἔχων ἑλεῖν· κᾆθ' οὕτως τὴν ἐπὶ τάδε μέχρι τῆς Κωνσταντίνου ληΐσασθαι. Δεινὸς δὲ ὢν ἤπερ ἄλλος τις εἰς πολιορκίαν ὁ Βαϊμοῦντος καὶ τὸν πολιορκητὴν ἐκεῖνον Δημήτριον ὑπερβαλλόμενος, τὴν Ἐπίδαμνον πᾶσαν ἐν νῷ βαλλόμενος, πάσας ὠδύνας μηχανικὰς κατὰ τῆς πόλεως ταύτης ἐκίνησε, πρῶτα μὲν κύκλῳ περιβαλλόμενος τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, καὶ τὰ ἐγγὺς καὶποῤῥώτερον τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου πολιορκῶν· καὶ ποτὲ μὲν ὑπαντιαζόντων αὐτὸν [92] στρατευμάτων Ῥωμαϊκῶν, ποτὲ δὲ ἐρημίας οὔσης τῶν ἀποκωλυόντων αὐτόν· καὶ πολέμων πολλῶν καὶ κλόνων ἐγγινομένων καὶ φόνων, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, πρὸς τὴν πολιορκίαν αὐτὴν τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου ἀπέβλεψεν. Ἀλλὰ πρὶν ἥκειν εἰς αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐπὶ τῷ Δυῤῥαχίῳ μάχην τοῦ τυράννου Βαϊμούντου, ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅπως ἔχει θέσεως ἡ πόλις.

A complures, quæ istis velut castris nauticis pro vallo quoquoversum obtendebantur: plane ut procul ex alto quis intuens formosa percelleretur specie quasi natantis et in fluctu fundatæ civitatis. Forte fuit tranquillissimum eo die mare, uno admodum aspirante noto blandis et modestis flatibus, quique nihil nisi onerariarum vela lenium a tergo aurarum utili tumore distenderent; quippe hinc a puppi propulsæ veliferæ naves facilem habebant cursum; nec tamen tam celerem aut præcipitem, quin eæ quæ remigio agebantur æqua semper ab illis distantia ferrentur. Resonabat toto Adriatico usque ad continentis utriusque littora strepitus ingens classis tantæ commeantis; et quos is sonus in eam oculos verterat, miro in primis et terrifico B spectaculo tenebantur. Nec jam querar aut reprehendam ignaviæve imputem quod Contostephanos eorumque excercitum talis species perculerit; etiam ille Argonauticus, credo equidem, lectorum heroum flore constans, ad hujus formidinis occursum cohorruisset exercitus, nedum Contostephani Lantulphique isti, et ejus generis alii quidam. Satis ergo speculatus contra venientem Lantulphus classem, numerum, formam, situm atque instructum navium, illum præsertim impenetrabilem vastissimarum onerariarum murum armatas firmo ambitu protegentium, quæ modo singula distinctius exposuimus, non dubie intelligens quam longe impar esset moli tantæ belli ac periculi cum spe saltem aliqua excipiendæ, mature declinans ab Aulone liberum et C purum Baimundo transitum reliquit. Itaque is insigni usus favore fortunæ a Bario ad Aulonem per tantum, idque ipsum præoccupatum hostibus, mare, in oram Illyrici adversam inoffenso trajectu deportavit **370** incolumem exercitum, copiis innumerabilibus generis varii constantem. Siquidem ibi erant Franci Gallique plurimi, ex ea item gente complures quæ ab Thule insula Romanam olim sequi militiam assueverat, nunc tamen Baimundi artibus et admiratione in transversum acta, fortunamque ac spem potius quam officium et æquum spectans, in nos infesta veniebat. Erant et ex Germanico genere permulti, et non fere pauciores ex Celtiberis; nam gentes acer Baimundus universas quæ mari Adriatico Oceanoque clauduntur junctas conjuratasque in nos armaverat. Istam omnem feram et rapacem multitudinem in littoralem primum quam late patet oram continentis, quæ Italiæ objacet, effuse prædabundam immisit, summa illarum gentium miseria; quibus plane spoliatis funditusque exhaustis, Epidamno, quam Dyrrachium dicimus, admovere se undique Raimundi copiæ cœpere. Consilium erat primum ista potiri civitate, deinde ex ea usque ad Constantinopolim secundo fortunæ cursu prædandi licentiam extendere cunctaque ferro

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[91] ἐπί. [92] αὐτῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(25) *Τοῦ Αὐλῶνος*. Fulcherius, lib. II, cap. 36: *Eo siquidem anno* 1107 *postquam Boemundus de Galliis regressus est, congregata gente quantumcunque potuit, in portu Brundusio, qui est in Apulia, classem suam paravit, qui cum tempus ad transfretandum exspectasset opportunum*, VII *Id. Octob. naves ingressi Bulgariam navigaverunt, et Avalonis portum occupaverunt*. Eadem habent Albertus Aq. lib. X, cap. 38; et auctor *Hist. Hieros.* an. 1107 apud quem perperam irrepsit *Ascalone*. pro *Avalone*. Adde Rob. de Monte an. 1107 et 1109.

(26) *Τοῦ Βάρεως*. Brundusio solvisse Boemundum scribit præter Albertum Aq. et Fulcherium, vetus scriptor, tom. IV *Rer. Francic.* pag. 94.

(27) *Ἀπὸ τῆς Θούλης*. Anglos intelligit, quos D Boemundo tunc meruisse scribit. Videtur tamen innuere Ordericus Vitalis, lib. II, pag. 316, cavisse Anglorum regem, ne ex Anglia educeret milites Boemundus: *Qui antequam Gallias attingeret, legatos suos in Angliam direxerat, et de adventus sui causa in Ausoniam regi mandaverat, et quod ad curiam ejus transfretare vellet, insinuaverat. At contra providus rex metuens ne sibi electos milites de ditione sua subtraheret, mandavit ei ne discrimen hibernæ navigationis subiret, præsertim cum ipse rex in Neustria ante Azymorum celebria transfretaret, ibique satis secum colloqui valeret, quod et ita factum est.* Certe Rotomagum venisse Boemundum auctor est etiam Eadmerus.

ac flamma desolare. Blandiebatur homini de se magnifice sentienti, cum in cæteris tum in arte oppugnandarum et expugnandarum arcium, haud se illo Demetrio qui ab ista felicitate Poliorcetæ nomen invenit, inferiorem arbitranti, spes verisimilis operæ navandæ in aggressione Dyrrachii, atque ut in arce munitionis late celebris, magnæ uno successu gloriæ parandæ. Epidamni ergo victoriam toto animo complexus, omnes ingenii vires, omnes belli artes, excogitandis machinis cæterisque oppugnationis instrumentis qua parandis qua admovendis intendit. Ac primo quidem latissimo in orbem undique circuitu vastam omni ex parte circumplexus exercitu immenso regionem quæ late Dyrrachio circumjacet, eam sibi subjicere nobisque eripere sategit. Varius pro locorum situ occasionumque momentis consilii hujus successus fuit. Multa illic oppida, multi vici, quæ deserta, quæque inermia sunt loca reperta, ea invasere nullo negotio Baimundi milites. Fuit cum Romanis occurrentibus contraque obstantibus copiis pugnæ ac cædes tumultusque, et perturbationes omnis generis exsistere, victrice ad extremum multitudine, quippe ne in pari quidem jactura damnum sentiente. Diu per hunc modum circumlato bello domitisque ac late purgatis cunctis quæ interpellare Dyrrachii obsidionem possent, operi jam ipsi illi palmario admota manus est. Verum antequam successum incepti hujus, totamque longæ pugnæ seriem a tyranno Baimundo pugnatæ contra Dyrrachium explico, necessarium arbitor subjicere descriptione brevi animis legentium, quis situs, status, munitio urbis tum fuerit istius.

Jacet ea ipso in littore maris Adriatici qua latum longo tractu porrigitur continenti oppositæ prætentum ab Italis cultæ. Longitudo illa utroque in capite flexum habet; hinc ad orientem, illinc septentrionem versus ad Vetones barbaros: qui terram habitantes a diametro Apuliæ respondentem, ut et Apuli ab Ortu, ita ipsi a Borea claudunt sinum Adriaticum, cujus in universum hi sunt ter-

A Κεῖται (28) μὲν ἐπ' αὐταῖς ἠϊόσι τοῦ Ἀδριαντικοῦ πελάγους· ἐν τῷ μέσῳ δὲ ὑφήπλωται πέλαγος πολὺ καὶ μακρὸν, καὶ καταπλάτος μὲν παρατεῖνον εἰς τὴν περαίαν τῶν Ἰταλῶν, κατὰ μῆκος καὶ [64] ἀνιὸν καὶ ἐπικάμπτον πρὸς ἀνατολάς τε καὶ πρὸς βορρᾶν, πρὸς τοὺς Οὐέτωνας (29) βαρβάρους, ὧν κατ' ἀντικρὺ κεῖται τῶν Ἀπουληΐων ἡ χώρα, καὶ καθόλου μὲν ὁ Ἀδρίας ὧδε περατοῦται. Τὸ μέντοι

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[64] δέ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(28) *Κεῖται.* Vide Notata ad pag. 99.

(29) *Πρὸς τοὺς Οὐέτονας.* Novum, opinor, et hactenus inauditum gentis nomen nobis aperit et obtrudit Anna, quam diserte oras Dalmaticas incoluisse innuit, dum ait Dyrrachium tractum, qua orientem et septentrionem spectat, *Wetones*, seu *Ouetones*, barbaros qui terram incolebant Apuliæ e diametro respondentem, ubi et sinus Adriaticus trajici solet, vicinos habuisse et conterminos. Quo verborum circuitu Narentanos indubie piratas intellexit, qui eo ævo mare Adriaticum et Mediterraneum incursabant, Græcis perinde ac Venetis infestos. Quod et testatur Anna lib. XIV, ubi dum Græcanici imperii hostes recenset, qui parentem lacessebant undique, Scythas nempe a Septentrione, Gallos ab Occidente, et Saracenos ab Oriente, hæc subdit: Χωρὶς τῶν ἀπὸ θαλάσσης κινδύνων, ἄνευ τῶν θαλασσοκρατούντων Βαρβάρων, ἄνευ τῶν πειρατικῶν ἀναριθμήτων νηῶν, ἃς ἡ Σαρακηνῶν ἐτεκτόνησε μῆνις, ἃς ἡ τῶν Οὐετώνων συνεπλέξατο πλεονεξία, καὶ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δύσνοια. Erant porro Narentani ex gente Slavorum, (unde barbaros vocat Anna) eamque Illyrici oram insederunt, quam Paganiam vocat Constantinus Porphyr. de Adm. imp. cap. 29 et 37, in qua sitam refert *Arentam* urbem, *Naranam* dictam Plinio, lib. III, cap. 20 Æthico, Tabulis Peutingeri et Vatinio in Epist. ad Cicer. demum *Narentam* nuncupatam, ut auctor est Volaterranus, lib. VIII, de qua Salmasius pluribus ad Vopiscum, pag. 479. Hanc autem occupasse aiunt Sclavos, cum a Longobardis Italia, quam ingressi erant, exacti, regnante Arioaldo rege, uti narrat Paulus Warnefridus, lib. IV, cap. 46, Liburnicas et Dalmaticas regiones maritimas, ipsumque oppidum Narentanum pervaserunt, vel certe paulo ante, quod innuere videtur D. Gregorius, lib. VIII, Epist. 36, ubi viribus adeo sunt in immensum aucti, ut vicinis terrori essent, maria latrociniis, continentem terrestribus infestarent expeditionibus; et quod mirandum in modica, ut perhibent, gente, de Adriatici pelagi dominatu cum Venetis per 170 annos decertaverint, atque iis non semel deletis et profligatis, tributum imperaverint, quo Dalmaticum littus negotiatores Veneti tuto et impune navigarent, quod passim narrant Orbinus, Sabellicus, Petrus Justinianus, Blondus, Paulus Morosinus, Joannes **388** Lucius, lib. II *De regno Dalmat.* cap 3, 4, et alii rerum Venetarum scriptores. Varios autem Narentinorum maritimos et terrestres incursus et excursus sub Alexii tempora recitat Petrus Luccarus, lib. I *Annal. Ragusinor.* At unde Narentani Slavi *Wetones* appellati sint, plane incertum, cum inter tot quæ a scriptoribus recensentur Slavicarum gentium nomina, nullum occurrat fere, quod ad id vocabuli accedat. Neque enim a *Winitis*, quos et *Winedos*, et *Winetes* dictos constat, Slavica gente populosissima, quæ, ut auctor D est Helmodus, lib. I, cap. 6 et 15, Hamburgensem in Germania tractum incoluit, affirmare ausim appellatos; ita ut *Wetones* vocati sint, quasi *Wenetones*, cum in ejusmodi dubiis incertæ sint plerumque admodum divinationes. Longobardos vero ipsos Winitos, et Winidos antea dictos scribit Warnefridus. De Sclavorum porro in Adriatico mari latrociniis agit Ludovicus II imp. apud Baron. an. 1371, 73. Sed et Anastasius Bibliothecarius in Notis ad actionem 1, octavæ synodi, *Exdavenos* videtur appellare piratas istos Adriatici maris, vocabulo haud multum abludente ab *Wetonibus* Annæis; etsi in eo forte mendum subsit. Ita ille: *Missi vero sedis Apostolicæ a Dyrrachio simili modo navim ingressi Anconam petebant: sed Exdavenorum piratas incurrentes, omnia quæ possidere videbantur, penitus amiserunt.* Quo loco quis forte legat in *Ouetonorum piratas.*

Δυῤῥάχιον ἢ Ἐπίδαμνος ἀρχαία πόλις καὶ Ἑλληνὶς, κατωτέρω μὲν κεῖται τοῦ Ἐλισσοῦ, καὶ πρὸς τὰ εὐώνυμα μέρη τούτου, ἀνωτέρω δὲ ὁ Ἐλισσὸς καὶ δεξιώτερον. Οὗτος δὲ ὁ Ἐλισσὸς εἴτε ἀπό τινος ποταμοῦ Ἐλισσοῦ ὀνομαζομένου συμμιγνυμένου τῷ Δρυμόνὶ (30) μεγίστῳ ποταμῷ. Εἴτε οὕτως ἁπλῶς τὸ πολίχνιον ὠνόμαστο [95] οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν. Ὁ δὲ Ἐλισσὸς μετέωρόν ἐστι πολίχνιον καὶ πάντη δυσάλωτον, κάτω καὶ περὶ τὰς πεδιάδας ὁρῶν τὸ Δυῤῥάχιον, ὥς λέγουσι. Τοιοῦτον δὲ ἀσφαλὲς, ὥστε καὶ ἠπειρόθεν καὶ ἐκ θαλάττης πολλὴν ἀρωγὴν ποιεῖν Δυῤῥαχίῳ, ᾧ πολιχνίῳ τῷ Ἀλισσῷ καὶ ἀποχρησάμενος ὁ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως Ἐπιδάμνου ἀπό τε τοῦ ποταμοῦ Δρυμόνος ναυσιφόρου τυγχάνοντος καὶ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν πόλιν Δυῤῥαχίου κατησφαλίσατο, τὰ χρειώδη ἐκ γῆς καὶ θαλάττης εἰσάγων, ὅσα τε εἰς τροφὴν τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν τε καὶ οἰκητόρων, καὶ ὅσα πρὸς ὅπλα καὶ μάχας ἦν ἐπιτήδεια. Ὁ δὲ Δρυμὼν οὗτος ὁ ποταμὸς, ἵνα τι καὶ περὶ τοῦ ῥεύματος τούτου προσιστορήσαιμι, ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς Λιχνίτιδος λίμνης (31), ἣν ἡ νῦν γλῶττα ἐκβαρβαρώσασα Ἀχρίδα προσηγόρευσεν ἀπὸ Μόκρου (32) τοῦ Βουλγάρου βασιλέως τὰ πρῶτα καὶ τὰ ἔσχατα Σαμουὴλ τοῦ ἐπὶ τοῖν βασιλέοιν Κωνσταντίνου καὶ Βασιλείου τῶν Πορφυρογεννήτων γεγονότος, διά τινων τάφρων ἑκατὸν, ἃς γεφύρας (33) ἐπονομάζομεν· καὶ γὰρ ἀποῤῥέουσιν [96] ὥσπερ ἀπό τινων ἀρχῶν διαφόρων τῆς λίμνης διῃρημένοι ποταμοὶ, καὶ εἰς ἑκατὸν ἥκοντες οὐ λήγουσι, κἂθ' οὕτως τῷ ποταμῷ τῷ κατὰ τὴν Δεύρην (34) ἑνούμενοι, ἐξ οὗ καὶ Δρυμὼν ἐπονομάζεται, καὶ συνεχεῖς αὐτῷ γινόμενοι πλατύνουσί τε αὐτὸν καὶ μέγιστον ἐξεργάζονται. Ὡς τοὺς ἐσχάτους τῶν Δαλματῶν παραμείβων καὶ πρὸς Βοῤῥᾶν ἀνιὼν, ἔπειτα ἐπικάμπτει πρὸς Νότον, καὶ περὶ τὰς ῥίζας τοῦ Ἐλισσοῦ γινόμενος εἰς τὸν Ἀδριαντικὸν ἐκδίδωσι κόλπον.

A mini. Porro Dyrrhachium sive Epidamnus prisca civitas Græcæ originis paulo inferius Elisso ad hujus lævam sita est. Oppidum hoc Elissus Dyrrhachio **371** superne a dextris imminens, utrum ab aliquo sic dicto flumine quod se in Drymonem fluvium maximum exoneret, an alio modo nomen istud acceperit, equidem non definio. Tantum dico arcem esse sublimi abruptoque loco munitissimam, atque adeo inexpugnabilem, Dyrrhachium in lata, ut ferunt, et æqua planitie positum e vicino despectantem. Ea est ad Dyrrhachii tutelam ejus castri opportunitas, ut in isto haud dubie præsidio clavem spei atque auxilii, subsidii, inquam, omnis terrestris maritimique rationes ac fiduciam repositas ea urbs haberet. Obtinuit hac gratia locum Alexius B Augustus, ejusque commoditate perite strenueque usus est ad Epidamnum rebus omnibus copiose instruendam. Sicque tam a mari, per amnem Drymonem patientem navium, quam a continenti, duas semper tutas et patentes commeatuum omnis generis, quique ad victum militum civiumque, quique ad belli pugnarumque usus erant necessarii, duas, inquam, latas et faciles vias annonæ cujuscunque, ad præcipuam adversus casum quemvis securitatem, civitati Dyrrhachio servavit. Drymon porro hic amnis, ut et de ipso aliquid disseram, caput atque originem a Lichnitide trahit palude, quam lingua nunc in barbariem degenerans Achridem vocat, a priori appellatione Mochri regis Bulgari, ejus qui deinde Samuel est nominatus. Floruit C is imperantibus Constantino et Basilio Porphyrogenitis: quando istam paludem derivare exhaurireque aggressus in fossas eam quasdam sive alveos secuit centum quos pontes appellamus; ripas enim et crepidines habent quasi subtus pervias et ex uno in alium meabiles penetrantibus scaturiginum venis, adeo ut in rivo quolibet caput fontis

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[95] ὠνόμασται. [96] ὑποῤῥέουσιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(30) *Δρυμόνι.* Drymon Dalmatiæ fluvius, qui olim Drinus et Drinius, hodie *Drino*, ad Elyssum in mare Adriaticum evolvitur.

(31) *Λιχνίτιδος λίμνης.* Vibius Sequester: *Drinus a palude Liguisti abluens Scodram oppidum Illyricorum.* Λυχνιδία dicitur Polybio, Λίχνιττος Stephano, Λίχνηδος Nicephoro Call. hodie *Lago di Locrida*, ab Achride oppido vicino, Lichnido olim nuncupato, uti notatum ad pag. 109.

(32) *Ἀπὸ Μόκρου.* Achridem, seu urbem, vel paludem oppido adjacentem, a Mocro Bulgarorum rege appellationem sumpsisse docemur ex Anna. At Theophylactus epist. 65, in qua Boemundi irruptionem in Illyricum narrat, tractum Achridensi regioni, vel urbi, conterminum, Μόκρον appellatum testatur hisce verbis, quæ ideo hic damus quia egent explicatione: Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἀχρίδα πάντα φόβου μεστὰ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Μόκρου μέρος (ὁ δὲ Μόκρος τῆς Ἀχρίδος τμῆμα) παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου λεληΐσται. Ἡ δὲ Βάγορα (ὄρος δὲ αὕτη πάμμεγα, καὶ τοῖς Βουλγαρικοῖς καὶ Δυῤῥαχικοῖς ὅρεσι μεσιτεῦον) παρὰ ἀντάρτου φυλάττεται, καὶ συνόλως εἰπεῖν, πάντη κακὸν κακῶς ἐστήρικται. D Quippe Boemundus describitur, qui Alexio fidem et clientelam cum sacramento professus erat, eoque posthabito, in imperatoris fines, apostata et fœdifragus factus, irruperat. Addit posthæc imperatorem accepto irruptionis nuntio misisse in Illyricum sororium suum Michaelem Ducam protostratorem, qui collectis militibus, Boemundi conatibus obsisteret, quod silet Anna: Ὁ γάρ τοι πανσέβαστος Σεβαστὸς καὶ Πρωτοστράτωρ κύριος Μιχαὴλ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐστάλη ἐφ' ᾧ συλλέξαι τε ἄνδρας, καὶ τῷ καθάρματι ἀντιτάξασθαι, etc. Porro *Bagora* mons apud Theophylactum, idem ille est, qui *Bagulatus* dicitur Fulcherio, lib. I cap. 3.

(33) *Ἃς γεφύρας.* Mendum indubie hisce subest verbis, nemo enim pontis nomine donari fossas credat. Repono igitur, ut supra, pag. 135, ἃς στρουγὰς ὀνομάζομεν.

(34) *Δεύρην.* Meminere istius oppidi Scylitzes, pag. 745; Cantacuzenus, lib. II, cap. 25; et Barletus, lib. VIII *De gest. Scanderbegi*. Nec scio an idem cum Deuritza, de qua eodem libro Cantacuzenus, cap. 20. Exstat Epistola Theophylacti inscripta τῷ ἐπισκόπῳ Δέβρης, quæ est 67 ex Meursianis.

A Ταῦτα μὲν περί τε τῆς θέσεως Δυῤῥαχίου καὶ Ἐλισσοῦ, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἑκατέρων τῶν τόπων γεγράφθω.

velut ibi nascentis esse videatur. Ubi autem ista tot flumina ex suis quæque principiis aliquandiu fluxere separatis aquis, unum denique in fluvium eum qui ad Deureu est, sese conjunctim miscent eique ex loco confluentiæ ac tam notabilis augmenti Drymonis nomen faciunt, quem et influxu perenni sic alunt dilatantque ut reddant maximum. Extremos hic obiens Dalmatas et se sursum ad septentrionem flectens, tum ad austrum declinans ad radices montis cui Elissus imposita est sese in Adriaticum effundit sinum. Hæc de situ Dyrrhachii et Elissi, naturaque ac mutuis opportunitatibus et munitione loci utriusque, hactenus dicta sint.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔτι εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐνδιατρίβων, μεμαθηκὼς διὰ γραφῶν τοῦ δουκὸς Δυῤῥαχίου τὴν τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίωσιν, ἐπετάχυνε τὴν ἐξέλευσιν. Ἀνύστακτος γὰρ ὢν ὁ δοὺξ Δυῤῥαχίου, μὴ διδοὺς τὸ παράπαν ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὁπηνίκα διέγνω διαπλωϊζόμενον τὸν Βαϊμοῦντον παρὰ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεδιάδα καὶ τῆς νηὸς ἀποβεβηκότα καὶ αὐτόθι που πηξάμενον χάρακα, Σκύθην μεταπεμψάμενος ὑπόπτερον δὴ, τὸ τοῦ λόγου, B πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, τὴν τούτου διαπεραίωσιν ἐδήλου. Ὃς, ἐπανιόντα τὸν αὐτοκράτορα τοῦ κυνηγεσίου καταλαβὼν, δρομαῖος εἰσελθὼν καὶ προσουδίσας τὴν κεφαλὴν, τὴν τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίωσιν τρανῶς ἐβόα. Ἅπαντες μὲν οὖν οἱ τότε παρόντες ἐπάγησαν, οὗπερ ἕκαστος ἔτυχε, καὶ πρὸς μόνην τὴν τοῦ Βαϊμούντου κλῆσιν ἀποναρκήσαντες. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ πλήρης θυμοῦ καὶ φρονήματος λύων τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος (35), *Πρὸς ἄριστον*, ἔφη, *τὸ παρὸν τραπώμεθα, τὰ δέ γε κατὰ*[97] *τὸν Βαϊμοῦντον αὖθις σκεψόμεθα.*

Cæterum imperator audita trajectione Baimundi totus erat in apparandis festinanter iis quæ tali occasione opus erant, profectioneque et expeditione sua in eas partes adurgenda. Cognovit autem quam citissime Baimundi trajectionem, hoc fere modo. Alexius Dyrrachii dux, acer et vigilans in paucis juvenis, simul transfretasse innoxie fecisseque exscensum in planitiem Illyrici vallumque illic fixisse Baimundum comperit, cursorem **372** statim Scytham velocissimum, ac quod de Mercurio fabulæ habent nuntium volucrem, pervolare ad Augustum et indicium ejus rei, quam fieri celerrime posset, jussit afferre. Forte is Augustum offendens modo e venatu reducem magno et anhelo ad pedes ejus cursu ruit; ibique adoratione solita perfunctus, capite in pavimentum demittendo, alta et clara voce clamavit trajecisse Baimundum. Defixit omnes qui aderant in loco quemque suo quasi attonitos ea vox, et mœsto circum stupore ac silentio constrictis cunctis, apparuit quam formidolosa esset Baimundi vel ipsa mentio. Unus inter perculsos circum universos stans animo imperator, generosamque oculo vultuque iram spirans et fiduciam, corrigiam calcei secure aggreditur solvere: *Nunc quidem*, inquiens, *prandeamus sane; de Baimundo viderimus postea.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] δὴ κατά.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(35) *Τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.* Romanæ fuisse consuetudinis calceos soleis mutare, cum accumberent mensæ, pridem observarunt Benedictus Balduinus nostras in Calceo antiquo et mystico, cap. 11; et Salmasius ad Hist. Aug. pag. 55.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER XIII.

373 ARGUMENTUM.

Alexius imperator ab odiis insidiisque suorum periclitatur. Baimundus Dyrrachium miris machinis irrito conatu oppugnat. Gallorum cum Romanis pugnæ variæ vario eventu. Baimundi ferox virtus ab Alexio Fabianis artibus eluditur, et sensim in arctum cogitur. Ambo principes in colloquium conveniunt et pacem faciunt.

PERIOCHE.

Sollicitudo imperatoris et metus a conjuratis. Idem Constantinopoli proficiscens conturbatur quod consuetum in templo Dei Matris miraculum non viderat. Eam ob causam clam e

redit, et tandem signi consueti visu dignatur. Chærobacchis præfectus Taronita. Ejus dotes et laudes. Isaacius et alii, quibus maris custodia credita, invigilare jussi suo muneri. Imperatrix veniam repetendæ urbis petit, nec impetrat. Novæ conspirationis in Augustum auctor Aaron consorte **374** *sceleris fratre Theodoro. Demetrius Scytha paratus sicarius, discessum Augustæ opperitur. Hujus in comitatu mora conturbat conjuratos. Qui famosum in eam et imperatorem scriptum vulgant latere ipsi studentes pœnarum metu. Alter famosus liber sub mensam Augusti a Theodoro jacitur. Quid is in Augustam deblateraret. Constantinus eunuchus prehenso Strategio Auronis famulo auctores libellorum famosorum detegit. Quid detulerit Strategius. Æquitas Augusti non temere accusationibus fidem habentis. Chartæ Aaronis conjurationis manifesta indicia continentes deferuntur ad Augustum. Pœna in convictos reos. Exercitus in aciem eductus. Terribilis et præclara ejus species. Meditationes militares. Trecenti juvenes fortissimi ab Augusto ipso militiam docti. Ex iis duces præficit præsidiis claustrorum Romanæ ditionis. Baimundus Dyrrachium obsidet per hiemem. Oppugnationem in ver differt. Naves proprias incendit, quas ob causas. Sagittarum jactus utrimque frequens. Oppida Dyrrachio per circuitum vicina capiuntur a Gallis. Baimundus machinas fabricat varii generis, ei rei patientissime intentus. Difficultas annonæ in castris Gallicis. Fames illic magnas edit strages, adjuncta vi morbi cæliaci vulgo grassantis : cujus causa ad Dei ultionem referenda. Invictus malis Baimundi animus. Oppugnare urbem incipit. Prima ejus machina arietaria testudo. Hujus descriptio. Promovetur ad murum ibique figitur. Sed brevi pondere ac agitatione arietis frangitur. Descriptio arietis, unde id nomen. Securitas Dyrrachiensium et salsa dicta in Gallos. Horum vicissim ex desperatione torpor. Aries Gallicus igni absumitur. Fossa subterranea a Gallis ducta, frustra impedire conantibus Romanis. Eluditur illa vis contrario meatu sub terra facto. Pugna subterranea Dyrrachiensium cum Gallis. Artificium flammæ difflabilis perniciosum Gallis. Tertia machina molis maximæ. Situs Dyrrachii et figura structuraque mœnium ejus. Descriptio turris ligneæ a Gallis ædificatæ. Usus pontium machinæ lateribus affixorum. Structores ejus turris opticen callebant; et ex ea metiebantur procul visas altitudines. Motus vastæ machinæ mirabilis, et jaculatione assidua infestus. Tabulata multa armatis plena. Alexii ducis Dyrrachii vigilantia. Dyrrhachienses contrariam turri Gallicæ machinam comparant. Ejus descriptio. Emissio ignis sparsilis, parum utilis. Incendium turris Gallicæ late sonorum et conspicuum, magna clade luctuque Gallorum. Imperator ad Deabolim promovet. Consultat ibi de ratione belli. Prælii aleam vitare constituit. Vias præsidiis occupat, ad commercium hostium cum suis prohibendum. Amicitiæ alimentum Epistola. Purgatio Alexii Augusti adversus cogitationes tacitas suspicantium eum præ metu non ausum decernere cum Baimundo. Victoriæ incruentæ gloriosæ. Hoc tempore ratio ista belli necessaria. Civilium dissensionum semina imperator in castris Gallicis serit. Amicos Baimundi intimos suspectos ei reddere studens, spe certa plenæ victoriæ si cœptum perpetret. Fidos ministros conquirit. Exercitus quantusvis sine concordia infirmus. Simulatus transfuga missus ab Augusto ad Baimundum. Proditionis defert fidissimos ipsi. Falsarum litterarum tabellariis salutem paciscitur. Baimundi dolor stuporque ingens ad lectionem litterarum; sex diebus clausus inaccessus* **375** *manet. Acres ejus et variæ sollicitudines. Tandem statuit nihil mutare. Fratrem et delatos comites eodem quo prius loco habet. Imperator diligentissime hosti aditus obstruit. Galli undique obsessi. Baimundus Gidum fratrem versus Petrulam mittit. Is Camytzen circumventum acie vincit et fugat. Multi Romanorum cæsi, inter eos Caras et Scaliarius Turcus Christianus. Alyattis clades similis et cædes. Cantacuzenus evocatur ex Asia. Contra Gallos vadit, prosequente et multa monente Augusto Myli castrum acriter oppugnat. Galli auxilio veniunt. Romanorum metus et fuga. Ii tamen incendunt Gallorum naves. Cantacuzenus apto loco castra munit. Galli regredi coacti defectu navium. Michael Cecaumenus fusus fugatus a Gallis. Galli in loco arcto invicti ; in planitie non item. Cantacuzenus contra eos aciem struit. Scythæ a Gallis fusi. Turci post Scythas non meliore fortuna pugnant. Alani quoque repelluntur. Re ad Triarios redacta Cantacuzenus ipse capessens pugnam victores vincit. Captivos et capita cæsorum ad Augustum mittit. Excusatio Annæ quod ejus scriptio satis compta non sit. Baimundus prædatores versus Aulonem mittit. Occurrit contra eosque vincit Beroites, et Baimundi naves incendit. Nec eum turbat tamen. Sex millia virorum fortium in Cantacuzenum mittit. Eos Cantacuzenus imparatos deprehensos vincit. Magna Gallorum clades. Baimundi patruelis homo procerus a Scytha pusillo captus. Cædes miserabilis Romanarum cohortium. Gravis ob eam Augusti dolor. Gabras et Marianus destinati Petrulam recusant. Lantulphus negligentiæ defert classis duces. Baimundus auxilia copiosa accipit ab Italia. Ira hinc et minæ imperatoris in Isaacium qui frustra satagens impedire nequit transitum Gallicarum navium. Imperator ad eum tabulam oræ littoralis mittit. Marianus Isaacio subrogatur. Ratio cauta gerendi belli ab imperatore inita. Baimundus undique clausus annonæ difficultate laborat. Pacem petere cogitur. Clarelas ab eo transfugit. Pestilentia in castris Gallicis. Imperator non respicit mentionem pacis. Baimundum ut ad se veniat invitat. Obsides is petit et impetrat. Colloquium ejus cum legatis imperatoris. Honores sibi certos paciscitur, et utique impetrat. Juramenta utrimque dantur. Translatio castrorum Baimundi. Tabulæ nutantes Dyrrachii muris impositæ; quem in usum. Baimundus excipitur honorifice ab Augusto. Descriptio Baimundi. Ejus de pace tractatio initio abrupta, deinde Bryenii opera redintegrata et conclusa. Pacis instrumentum integrum recitatur.*

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΓ'.

—

Nemo tum præsentium non miratus cum stupore A quodam est inconcussam firmitatem mentis Augusti. Cæterum utcunque oculis et judiciis astantium illa specie securitatis atque affectatione servivit; revera tamen ille nuntius magnis sollicitudinum fluctibus ejus animum implevit. Ac tacitus de iis quæ tali articulo rerum expediret fieri multa et diversa secum reputans primum omnium constituit, exire rursus oportere Byzantio, belloque occurrere. Inde **376** tamen deterrebat gravis causa : quod commotis contra se multorum animis et defectionem parturientibus, non satis tutum videbatur urbem regiam tali tempore deserere. Verum prævaluit denique neces itas rerum et famæ ratio atque officii. Ergo compositis quam optime potuit domesticis urbanisque rebus, et idoneis tum palatio tum urbi cu- B stodibus appositis, magno classis drungario, eunucho Eusthatio, Cymineano, et Nicephoro Decani vulgo dicto, proficiscitur imperator Constantinopoli.

Ἐξεπλάγημεν οὖν ἅπας [98] τότε τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοκράτορος ἀνάστημα. Ὁ δὲ, κἂν καταφρονητικῶς πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἐκείνην διὰ τοὺς τηνικαῦτα παρόντας τῷ φαινομένῳ ἐδόκει διατεθεὶς, ἀλλ' ἐντὸς πολλὰ περὶ τούτου ἐκυμαίνετο τὸν λογισμόν. Καὶ δὴ δεῖν ἐλογίσατο αὖθις τοῦ Βυζαντίου ἐξεληλυθέναι, μηδὲ τὰ κατ' οἶκον αὐτοῦ καλῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντα πάλιν διαγνούς· ὅμως τὰ κατὰ τὰ ἀνάκτορα καὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων εὖ διαθέμενος, καὶ φύλακας ἐπιστήσας τόν τε μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου, καὶ ἐκτομίαν Εὐστάθιον τὸν Κυμινειανὸν, καὶ Νικηφόρον τὸν τοῦ Δεκανοῦ καλούμενον, οὕτως ἐκεῖνος ἔξεισι τοῦ Βυζαντίου μετ' ὀλίγων καὶ τῶν καθ' αἷμα τούτῳ προσηκόντων, πρώτην ἄγοντος μηνὸς Νοεμβρίου, ἐπινεμήσεως πρώτης (36), κατὰ τὸ ἔξω Γεράνιον (37) τὴν ἐρυθροβαφῆ (38) καὶ βασιλικὴν καταλαβὼν σκηνήν. Ἐδεδίει δὲ, ὅτι ἐξερχομένῳ ἡ Θεομήτωρ ἐν Βλαχέρναις τὸ σύνηθες θαῦμα (39) οὐκ ἐπεδείξατο. Διὰ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[98] ἅπαντες.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(36) *Ἐπινεμήσεως πρώτης.* **389** 1 Novemb. an. 1000 juxta Græcos 6616, Chr. 1107.

(37) *Γεράνιον.* Occurrit hic locus apud Codinum in Origin. CP. pag. 31. Edit. Meursianæ.

(38) *Ἐρυθροβαφῆ.* Imperatorum et regum tentoria purpurei fuisse coloris ostendimus ad Villhard. n. 127. Vide Chron. Rotomag. apud Labeum an. 1340.

(39) *Τὸ σύνηθες θαῦμα.* Multa olim in Blacherniana æde, ad Ἁγίαν Σορὸν, patrata miracula auctor est Theodorus presbyter Orat. in Depositionem vestis Deiparæ : Πᾶσα μὲν νόσος, καὶ πᾶσα λύπη, καὶ πᾶσα κατήφεια λαμβάνει τὴν ἴασιν· et Codinus in *Orig. CP.* pag. 48, edit. reg. ubi de hoc templo: Πολλῶν γινομένων θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἐν αὐτῷ. At de consueto isto miraculo nihil occurrit, quod sciam, apud scriptores; nisi forte eo referendus sit Michaelis Pselli λόγος ἐπὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις γεγονότι θαύματι, cujus meminit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus : vel miraculum illud sit, quod Eleusius in Vita S. Theodori Syceotæ episcopi Anastasiopolitani commemorat, apud Surium 22 April. de lucerna perpetuo ardente in Deiparæ æde Constantinopolitana, ita ut ædes ista Blacherniana fuerit. Narrat D. Aug. lib. XXI *De civitate Dei* fuisse in quodam Veneris templo candelabrum, quod lucernam haberet ardentem sub divo, quæ nulla tempestate vel imbre posset exstingui. *Sed et a multis habemus compertum*, subdit Gervasius Tilleberiensis, decis. 3 *De otiis imperialib.* cap. 4, *quod sunt cerei, quos refert antiquitas cum Christo a beata Virgine præsentatos in templum, qui sine consumptione, lucendique intermissione perpetuo lucent.* Ex quibus patet τὰ συνήθη θαύματα, seu consueta miracula appellari, quæ omni die et semper, vel in quibusdam occasionibus, aut etiam quotannis, certis diebus, aut divorum recurrentibus festis operari solet Deus ad sanctorum gloriam, seu templorum in quibus adoratur, vel ii coluntur, sanctimoniam publicandam. Ejusmodi vero miraculorum consuetorum duæ species sunt : *Aliud enim est*, inquit idem Tilleberiensis, *miraculum, aliud mirabile, etsi utriusque finis sit admiratio. Porro miracula dicimus, quæ præter naturam divinæ virtuti ascribuntur, ut cum Virgo parit, cum Lazarus resurgit, cum lapsa membra reintegrantur. Mirabilia vero dicimus, quæ nostræ cognitioni non subjacent, etiam cum sint naturalia, sed et mirabilia constituit ignorantia reddendæ rationis quare sic fit.* Mirabilibus igitur ascribendum quod Josephus, lib. VII *De bello Judaico*, cap. 24, et Plinius, lib. XXXI, cap. 2, de Sabbatico C flumine, quod die tantum Sabbati fluebat; auctor *Itinerarii Hierosolymitani*, de piscina Siloæ, Arnoldus Lubecensis, lib. VII, cap. 10, de quodam puteo, et alii alia similia commemorant. E contra miraculum consuetum dici potest illud quod Adamannus, lib. I *De locis sanctis*, cap. 17; Beda, Belethus cap. 51; Leo Ost. lib. III, cap. 30; Wilelmus Malmesb. lib. IV; Albericus an. 960 et 1099; Anonymus, *De locis Hieros.* cap. 1; auctor Vitæ S. Severi episc. Ravennatis, et alii passim tradunt de divino igne et cœlitus emisso, quod ad sanctum Christi sepulcrum appensæ lampades magni Sabbati die accendi solebant sub horam vespertinam. Ejusdem perinde generis sunt ea quæ referuntur a Paschasio episcopo Lilybitano, de miraculo in Paschate fieri solito in Sicilia, Evagrio, lib. II, cap. 14, de stella quæ in templo S. Simeonis Stylitæ die ejus festo visebatur: Sanuto, lib. III, part. XIV, **390** cap. 34, de D. Joannis Bapt. reliquiis, Tilleberiensi, part. III, cap. 8, de fonte baptisterii Terdonensis, et cap. 49, de D vexillis apparentibus in die festo S. Constantini in Taurinensi diœcesi. Denique ejusmodi sunt miracula, quæ a scriptoribus passim describuntur, Gregorio Turon. lib. I *De mirac.* cap. 24, 31, 32, 69, 74, 83, 103; lib. *De gloria Confess.* cap. 51, 69; lib. V *Hist. Fr.* cap. 17; lib. VI, cap. 45; lib. X, cap. 22; Philippo Eystetensi in Vita S. Willibaldi, cap. 33, 34; Joanne Moscho in *Prato Spirit.* cap. 214 et 215, Bolando in Januario tom. II, pag. 1159 : Buzelino in Galloff. lib. I, pag. 85 et aliis.

τοῦτο ἐπὶ τέσσαρσιν αὐτοῦ που ἐμβραδύνας ἡμέραις, ἡλίου δύνοντος [99] σὺν αὐτῇ δεσποίνῃ παλίντροπον τὴν πορείαν ποιησάμενος, εἴσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Θεομήτορος τέμενος, μετ' ὀλίγων λεληθότως, καὶ τὴν συνήθη τελέσας ὑμνῳδίαν καὶ ἐκτενεστέρας [1] τὰς δεήσεις ποιησάμενος,[2] τηνικαῦτα τελεσθέντος τοῦ συνήθους θαύματος, οὕτως μετὰ χρηστῶν ἐκεῖθεν ἔξεισι τῶν ἐλπίδων. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν, τῆς πρὸς Θεσσαλονίκην ἥψατο. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Χοιροβάκχους, ἔπαρχον Ἰωάννην τὸν Ταρωνίτην (40) προὐβάλλετο. Ἀνὴρ δὲ οὗτος τῶν εὐγενῶν, νηπίοθεν πρὸς αὐτοῦ προσληφθεὶς· καὶ ὑπογραμματεύσας αὐτῷ ἐπὶ πολὺ φρονήματος μὲν ὢν δραστικωτάτου καὶ νόμων Ῥωμαϊκῶν ἐπιστήμων καὶ τὰ βασιλέως προστάγματα μεγαληγορῶν ὁπηνίκα προστάττοιτο βασιλικῆς μεγαλοφροσύνης ἐπάξια· ἐλευθέραν ἔχων τὴν γλῶτταν, καὶ οὐκ ἐπὶ ψόγῳ ἀναισχυντίας στομούμενος, ἀλλ' ὁποῖον ὁ Σταγειρίτης τὸν διαλεκτικὸν εἶναι παρακελεύεται. Ἐκεῖθεν δὲ ὑποχωρῶν, συνεχῆ τὰ γράμματα πρός τε τὸν δοῦκα Ἰσαάκιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· τὸν Δοῦκά φημι Ἐξαζηνὸν καὶ τὸν Ὑελέαν, ἐγρηγορέναι τούτους διαπαντὸς, καὶ ἀπείργειν τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον διαπλωϊζομένους ἐξέπεμπεν. Ἐπὰν δὲ τὸν Μέστον κατειλήφει, ἡ μὲν Αὐγούστα πρὸς τὰ βασίλεια ἐπαναστρέψαι [2] ἠβούλετο· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ προσώτερον ταύτην βαδίζειν παρεβιάζετο· καὶ δὴ περάσαντες ἄμφω τὸν Εὖρον καλούμενον ποταμὸν κατὰ τὸν Ψύλλον (41) τὰς σκηνὰς ἐπήξαντο.

A cum cognatis et aliis non multis, ac Kalendis ipsis Novembribus indictione prima, stationem extra urbem ad Geranium sub purpureo augustali sumpsit. Causa non longius progrediendi fuit quod exeunti Dei Mater in Blachernis consuetum miraculum non ostenderat. Quo velut infausto turbatus augurio procedere ulterius nolebat, quoad aversam placaret Dei Genitricem, et priori si posset emendando, felicius expeditioni suæ auspicium faceret. Igitur dies illic moratus quatuor, sub solis occasum vestigia sua relegens una cum domina matre mea, sacrum templum Matris Virginis comitantibus perpaucis clanculum subit: ibique consueta hymnodia rite persoluta, dum in preces attentiores incumbit perpetrato solito miraculo, voti compos et spe B optima plenus in taberaculum se recipit: dieque postera Thessalonicam versus iter intendit. Ea via cum Chœrobacchos pervenisset præfectum illi oppido præposuit Joannem Taronitam virum domo nobilem, a puero in familiam Alexii transcriptum, quique diu commentariensis aut scribæ fidam et probatam operam Augusto navaverat. Homo erat experrectæ indolis, rebus expediendis efficax, legum Romanarum callens, extollere ac deprædicare magnifice jussa decretaque imperatoris solitus, duntaxat si ea imperiali majestate putaret digna, alioqui liberiori utens lingua, non ille quidem ut contumeliose impudens in palam conviciando esset, sed qui non facile acquiesceret: ac qualem esse C Stagirita dialecticum jubet, rationem extorqueri sibi nulla gratia, nullo metu pateretur. A Chœrobacchis imperator iter promovens crebras subinde ad ducem Isaacium et ad comites ipsius ducem Exazenum et Hyeleam dabat litteras, quibus eos excitabat ad invigilandum attentissime custodiæ maris ipsis creditæ, dandamque diligentem operam ut neu commeatus neu copiæ novæ ullæ ab Italia Baimundo advenirent. Mestum ubi pervenere, petiit Augusta veniam sibi recedendi fieri et in urbem ac palatium revertendi; verum Augusto renuente ceptum iter prosequi coacta, Euro flumine una cum eo transito ad Psyllum fixis tabernaculis ambo consederunt.

Ὁ δὲ, ἄλλον φόνον πεφευγὼς, ἑτέρῳ μικροῦ περιπέπτωκεν ἄν, εἰ μή τις θεία χεὶρ τοὺς μιαιφόνους ἐκείνους ἀπεῖρξε τοῦ δράματος. Ἀνὴρ γάρ τις ἐς Ἀρωνίους (42) ἐκείνους ἀπὸ μέρους ἀνέλκων τὸ γένος [3], κἂν

Hic aliud ex alio vitæ periculum, divina nunc quoque manu servatus evasit imperator. Vir erat in comitatu ex nobili Aroniorum genere, sed nothorum linea genus ducens. Is quosdam **377** conspicatus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[99] δύναντος. [1] ἐκτενεστέρας. [2] ἐπαναστρέφειν. [3] ἔθνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(40) *Ἰωάννην Ταρωνείτην*. Alterum et diversum a Joanne Taronita Alexii imp. ex sorore nepote, quique bello dux eximius fuisse ab Anna perhibetur. Istius vero dotes præcipuæ, legum fuere scientia et eloquentia, officium autem Secretariatus, a quo ad ἐπάρχου, seu præfecti urbis dignitatem promotus est ab Alexio, dum Chœrobacchis ageret, qua paulo ante functum Xerum scripsit. Proinde illum esse arbitror Joannem Taronitam, qui σεβαστὸς, δικαιοδότης et ἔπαρχος dicitur in sententia depositionis Cosmæ patriarchæ, cui interfuit an. 1144, apud Allat. lib. II *De Eccl. Occid. et Orient. perp. consens.* cap. 7.

(41) *Ψύλλον*. *Ipsola* videtur Sophiani, ad fluvium Marizam.

(42) *Ἀρωνίους*. Aroniorum, seu Aaronum, familiæ Constantinopolitanæ perillustri originem dedit Aaron, quibusdam Araon dictus, Bulgariæ prin-D ceps, quem Mocrus, seu Samuel, illius successor, interfecit. Exstincto quippe Araonis filio Joanne Sphendosthlavo, seu Wenceslao, qui cæso Gabriele Samuelis filio, regnum Bulgariæ occupaverat, Achridem et alias quasdam urbes, Basilio Porphyrogenneta expugnante, perdiderat, Maria uxor cum liberis sese, et quas reliquas adhuc possidebat urbes, eidem Basilio certis conditionibus tradidit, quo pacto universa Bulgaria in Byzantini imperatoris potestatem concessit. Joannis filius primogenitus Prusianus Magister appellatus est; postea a Romano Argyro, quod cum Theodora, Zoes Augustæ sorore, occulta agitare deprehensus esset consilia, oculorum adempto usu, in carcerem conjectus est. Alter Aaron, seu Araon, dignitate vestes, a monomacho Aug. Baaspracaniæ præfectura donatus, bellis ibi præclare gestis inclaruit. Ab isto igitur Araone originem duxit nobilis Aroniorum familia.

infensos Augusto et seditionem meditantes, unguis A aderat in ulcere, ac per se currentes incitans ad maturandum facinus urgebat. Communicaverat nefarium arcanum fratri suo Theodoro; utrum vero seditiosi omnes reliqui tragici cepti ac consilii istius participes quoque ac conscii fuerint, nolo dicere. Tamen constat Scytham emptitium Aaronis servum illius, nomine Demetrium, ab iis ad cædem perpetrandam subornatum. Porro huic barbaro sicario Aaron suus dominus de communi videlicet sententia conjuratorum mandaverat, Augustæ discessum opperiretur, cito futurum, ut rebantur. Illa custode amota statim opportunitatem adfuturam transigendi negotii offerendique parricidii Augusto, vel deprehenso uspiam in angustiis, vel dormienti reperto: B quos ad furiales usus mancipium detestabile telum anceps a domino acceptum paratus occasioni gestabat; sed Deo haud dubie protegente christum suum, perturbavit primum scelerata consilia opinione longior Augustæ in contubernio imperatoris mora. Itaque dissimulare non valentes quam importuna ipsis ea res accideret, famosum scriptum in Augustale projecerunt, contumeliosis maledictis plenum ferme ad id, prout apparebat, excogitatis, quo imperatori progressum ulteriorem, imperatrici reditum in urbem suaderent. Gravis in hoc genus severitas legum est, chartis quidem istis infamibus rogum decernens; auctores vero ac disseminatores atrocissimis scelestissimorum subjiciens pœnis. Quarum metu qui primum libellum sparserant C conati quam occultissime id facere, haud difficulter fefellerant in alia intentos omnia. Cæterum cum velut ex successu audacia crevisset, commotis jam et excitatis bonis omnibus indignitate satyræ prioris, alia ecce in cœnaculo Augusti post ejus prandium jacitur, cum plerisque alio digressis, essent ibi tantum Romanus e genere Manichæorum, Basilius eunuchus cognomento Psyllus, et Theodorus Aaronis frater. Sublatus libellus ex eo in quem erat furtim abjectus loco sub imperatoris mensam deprehensus est, in eamdem quidem sententiam scriptus, sed plus aliquanto veneni fundens in Augustam, quam lacerabat dictis mordacibus, quod castra sequeretur mulier, et non se ocius in urbem et gynæceum ad suam se colum lanamque conferret. D Sensit imperator a quo projectum esset famosum scriptum, et iram qua æstuabat non totam promens, sic ad Augustam ait: *Aut ego, aut tu, aut aliquis horum qui adsunt scriptum hoc projecit.* Hæc erat porro subscriptio libelli: *Hæc scribo ego monachus, quem tu imperator nunc quidem haud nosti; verum*

A ἐκ νόθων κατήγετο, πρὸς φόνον τὸ στασιάζον τοῦ αὐτοκράτορος μέρος παρέθηγε. Κεκοινώνηκε δὲ τοῦ ἀποῤῥήτου καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Θεόδωρον. Εἰ δὲ καὶ ἕτεροι τῶν στασιαζόντων συνίστορες τοῦ τοιούτου δράματος ἦσαν λέγειν οὐ βούλομαι. Ὅμως δὲ Σκύθην ἀργυρώνητον τὴν κλῆσιν Δημήτριον αὐτουργὸν τοῦ φόνου παρεσκευάσαντο, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τούτου δεσπότης Ἀαρὼν, πέρας τοῦ σκοπουμένου τὴν τῆς βασιλίδος ὑποχώρησιν, θέμενοι ὡς ἐντεῦθεν εὐκαιρίας ὁ Σκύθης δραξάμενος κατὰ τῶν τοῦ βασιλέως λαγόνων ὠθήσει τὸ ξίφος, ἢ ἐν στενῷ περιτυχὼν, ἢ καὶ ὑπνώττοντι λαθών. Καὶ ὁ Δημήτριος φόνιον πνέων τὸ σιδήριον ἔθηγε, καὶ τὴν μιαιφόνον δεξιὰν ηὐτρέπιστο. Ἀλλά τι καινὸν κἀνταῦθα ἡ δίκη δραματουργεῖ. Καὶ γὰρ ἐπεὶ οὐ ταχὺ τοῦ βασιλέως ἡ B βασιλὶς ἐχωρίζετο, ἀλλὰ συνείπετο ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τοῦ αὐτοκράτορος αὐτὴν ἐπισύροντος· οἱ μιαιφόνοι ἐκεῖνοι τὸν ἀνύστακτον τοῦ αὐτοκράτορος φύλακα, τὴν βασιλίδα φημὶ, ἔτι ἐμβραδύνουσαν ὁρῶντες, ἐκκακήσαντες, φάμουσά τινα γράφοντες, κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἔῤῥιπτον σκηνήν. Οἱ δὲ ταῦτα ῥίπτοντες ἔκδηλοι τέως οὐκ ἦσαν. Δηλοῖ δὲ ἡ λέξις ¹ τὰ φάμουσα (43) λοιδορήματά τινα ἔγγραφα τῷ αὐτοκράτορι τὴν πρόσω πορείαν ξυμβουλεύοντα, τῇ δέ γε Αὐγούστῃ τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ἅπερ καὶ ὁ νόμος τιμωρίαις βαρυτάταις κολάζει, αὐτὰ μὲν ἀναλίσκων πυρὶ, τοὺς δὲ ταῦτα τολμῶντας ποιναῖς καθυποβάλλων παλαμναιοτάταις. Ἀστοχοῦντες γὰρ τοῦ σκοποῦ, εἰς τὴν τῶν φαμούσων φλυαρίαν κατέπιπτον· C μετὰ γὰρ τὸ ἀριστῆσαι τὸν αὐτοκράτορα τῶν πολλῶν ὑποχωρησάντων, μόνου δὲ τῷ τότε τυχόντος τοῦ τε Ῥωμανοῦ τοῦ ἐκ Μανιχαίων καὶ Βασιλείου ἐκτομίου τοῦ Ψύλλου, καὶ Θεοδώρου τοῦ ἀδελφοῦ Ἀαρὼν εὑρέθη αὖθις φάμουσον ὑπεῤῥιμμένον τῇ τοῦ βασιλέως κλίνῃ, πολλὴν τὴν κατὰ τῆς βασιλίδος περιέχον καταδρομὴν, ὅτου χάριν συνέπεται τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ τάχιον πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπαναστρέφοι· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸ σκοπούμενον, ἄδειαν πᾶσαν ἐσχηκέναι. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, γνοὺς τὸν ῥίψαντα, καὶ θυμοῦ πλησθεὶς, ἔφη· *Τοῦτο ἐγὼ ἢ σὺ*, πρὸς τὴν βασιλίδα ἀπονεύσας· *ἤ τις τῶν παρόντων ἔῤῥιψε.* Κάτωθεν δὲ οὕτως ἐπεγέγραπτο· *Ταῦτα ὁ μοναχὸς ἐγὼ γράφω, ὃν σὺ, βασιλεῦ, τὸ παρὸν οὐ γινώσκεις· ὄψει δέ με ἐν* D *ὀνείροις*. Κωνσταντῖνος δέ τις ἐκτομίας ἐπὶ τραπέζης (44) πατρῷος τοῦ βασιλέως θεράπων, τῇ δὲ βασιλίδι τηνικαῦτα ὑπηρετῶν, περὶ τρίτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔξω τῆς σκηνῆς ἱστάμενος καὶ τὴν συνήθη τελῶν ὑμνῳδίαν ἀκούει τινὸς βοῶντος· *Εἰ ἐγὼ οὐ προσελθὼν ἀπαγγέλλω τὰ παρ' ὑμῶν βεβουλευμένα ἅπαντα καὶ αὐτὰ δὴ τὰ παρ' ὑμῶν ῥιπτό-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

¹ τάξις.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(43) *Φάμουσα*. Glossæ verb. Jur. Φαμούσοις λιβέλλοις, περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. Φάμουσος, ἄτιμος, ἀνώνυμος. Vide Salmasium ad Histor. Aug. pag. 71.

(44) *Ἐπὶ τραπέ*. Præfectus mensæ imperatoris, dignitas Palatina, de qua Codinus, *De offic.* cap. 5, n. 53, cap. 7; n. 21, 23, 30, 33; Constant. Porphyrog. *De adm. imp.* cap. 51; Pachymeres, lib. IV, cap. 28, et alii.

μενα φάμουσα φαυλλίσω, μηδείς με μετὰ ἀνθρώπων λογιζέσθω[5]. Ὁ δὲ εὐθὺς τὸν ἴδιον οἰκέτην ἐπέταξε τὸν φωνοῦντα ἄνθρωπον ἀναζητῆσαι. Καὶ ὃς ἀπελθὼν καὶ τὸν τοῦ Ἀαρὼν οἰκέτην γνωρίσας Στρατήγιον, αὐτὸν συμπαραλαβὼν ἄγει πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ παραχρῆμα προσελθὼν, ἀπαγγέλλει ὅσαπερ σύνοιδεν. Οὗτος δὲ, συμπαραλαβὼν αὐτὸν, ἀπῆλθε πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ὕπνωττον δὲ τηνικαῦτα οἱ βασιλεῖς[6]. Ἐντυχὼν δὲ ὁ βασιλείῳ[7] τῷ ἐκτομίᾳ, κατηνάγκασεν ἀπαγγεῖλαι τὰ περὶ τοῦ Στρατηγίου τοῦ ἀνθρώπου (45) τοῦ Ἀαρὼν ῥηθέντα. Ὁ δὲ εὐθὺς εἰσελθὼν καὶ αὐτὸν εἰσάγει τὸν Στρατήγιον, ὃς, ἐπειδὴ καθάπαξ εἰς ἐρωτήσεις ἐλήλυθεν, ἅπαν τὸ δρᾶμα τῶν φλυάρων φαμούσων τὸν τοῦ φόνου δραματουργὸν καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν εἰς σφαγὴν τοῦ βασιλέως παρεσκευσμένον σαφῶς ἀνεκάλυψεν. *Ὁ γὰρ ὁ ἐμὸς*, φησὶ, *δεσπότης Ἀαρὼν μεθ' ἑτέρων οὓς οὐδὲ ἡ σὴ βασιλεία παντάπασιν ἠγνόησε κατὰ τῆς σῆς, βασιλεῦ, ζωῆς μελετήσαντες καθῆκάν σοι φονέα Δημήτριον τὸν ἐμαυτοῦ σύνδουλον, ἄνδρα Σκύθην μὲν τὸ ἔθνος, φονικώτατον δὲ τὴν γνώμην, τοὺς βραχίονας καρτερὸν, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τολμηρότατον, καὶ τὴν ψυχὴν θηριώδη καὶ ὠμότατον. Τούτῳ ξίφος ἐγχειρίσαντες ἀμφήκες, παρήγγειλαν παραγγελίαν τοιαύτην ἀπάνθρωπον*[8], *ὡς ὁμόσε προσελθόντα μετὰ θράσους ἀκατασχέτου, ἐμβάψαι τοῖς βασιλικοῖς σπλάγχνοις τὸ ξίφος.* Ὁ δὲ βασιλεὺς, καὶ γὰρ οὐκ ἦν εὔκολος τοῖς τοιούτοις πιστεύειν, *Μὴ διά τινα*, φησὶν, ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς σοὺς δεσπότας καὶ πρὸς τὸν σεαυτοῦ ὁμόδουλον τὴν κατηγορίαν ταύτην συμπλέκῃς· ἀλλὰ τἀληθῆ πάντα καὶ ὅσα σύνοιδας ἐξορκοῦ· εἰ δ' οὒ, καὶ ἁλοίης ψευδόμενος οὐκ εἰς καλὸν τὰ τῆς κατηγορίας σοι ἀπαντήσεται. Ἐκεῖνος δὲ ἐνιστάμενος ἀληθῆ λέγειν, παραδίδοται πρὸς τὸν ἐκτομίαν Βασίλειον, ἵνα τέως τοὺς φλυάρους χάρτας ἐπιδοίη πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ παραλαβὼν τοῦτον καὶ ἀπελθὼν εἰσάγει εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ Ἀαρὼν πάντων κοιμωμένων, καὶ ἀναλαβόμενος ἐκεῖθεν πήραν τινὰ στρατιωτικὴν μεστὴν γραμμάτων δίδωσι τῷ Βασιλείῳ. Αὐγαζούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας, θεασάμενος τὰ τοιαῦτα γράμματα ὁ βασιλεὺς καὶ διαγνοὺς τὸν κατ' αὐτοῦ μελετώμενον φόνον, τὴν μὲν μητέρα τοῦ Ἀαρὼν προσέταξε τοῖς τὰ τῶν κοινῶν διοικοῦσι ἐν τῇ πόλει περιορισθῆναι εἰς Χοιροβάκχους, τὸν δὲ Ἀαρὼν . . . . τὸν δὲ Θεόδωρον τὸν αὐτάδελφον αὐτοῦ εἰς Ἀγχίαλον.

A *in somnis me videbis.* Contigit deinde ut Constantinus quidam eunuchus mensæ curandæ præpositus, paternus **378** famulus imperatoris, qui tunc vice sua in parte sui muneris imperatrici ministrabat, circa tertiam noctis custodiam stans extra tabernaculum, et consuetam hymnodiam celebrans, audiret quemdam contenta voce sic ai ntem : *Nisi ego imperatorem adiens consulta decreta vestra omnia et sparsiones famosorum scriptorum prodidero, velim me nullum hominem putetis.* Commonitus hac voce Constantinus servum sibi astantem ire jubet, et eum qui erat locutus perquisitum ad se ducere. Prehensus is statim agnitusque est Strategius Aaronis domesticus famulus, qui ad mensæ præfectum haud invitus ductus, quæcunque sciebat statim aperuit. Hoc B ille secum assumpto ad imperatorem ibat, intempesta tum adhuc nocte cum Augusta dormientem. At prius occurrit Basilio eunucho, cui quid afferret, quove Strategium Aaronis hominem tali hora duceret percontanti, exposuit, uti se habebant, omnia. Quibus auditis Basilius tanti momenti rem putavit, ut vel tali tempore introducendi homines ad Augustum viderentur. Non diu fuit Strategius vexandus. Co. festim interrogatione prima de famosis chartis et de cædis apparatu quæ sciebat protulit : *Herus*, inquiens, *meus Aaron conjuncto consilio cum aliis quorum tua majestas arcana odia insidiasque non penitus ignorat, compararunt tibi sicarium Demetrium conservum meum, gente Scytham, natura* C *crudelissimum, robore lacertorum gladiatorio, audacia nihil aggredi dubitatura, ferini plane ac immane quam inhumani hominem animi : cui, quos dixi, viri gladio tradito ancipiti, parricidale hoc mandatum dedere : te accederet et tempore captato ferrum in viscera sacræ tuæ personæ audacter mergeret.* Non erat ad delationes credulus Augustus. Ergo huic tum, *Vide*, inquit, *ne quæ narras odio in tuos aliquo herum conservumque finxeris, emerget, si nescis, veritas malo utique tuo si falso et calumniose convincaris accusasse.* Ad ea servus constatus se compertissima dixisse, ducere igitur jussus est eunuchum Basilium ut chirographa ipsa chartarum famosarum, quæ ubi essent se aiebat scire, ipsi ostenderet tollenda. Eunt ambo hora eadem in Aaronis tabernaculum, D sopitis ibi cunctis; inde servus sublatam militarem peram litteris fartam Basilio tradit. Postquam illuxit evolutis imperator chartis illis indicia paratæ sibi necis haud dubia comperit. Scribit mox ad eos quos gerere curam rerum Constantinopoli se absente jusserat, mandans ut quam primum Aaronis matrem exsulatum Chœrobacchos **379** amandarent. Ipse Aaronem..... Theodorum vero fratrem ejus in Anchialum relegavit.

Ταῦτα τὸν βασιλέα τῆς πρόσω φερούσης ἐπὶ πέντε ἡμέραις ἀπῆρξεν[9]. Ἐν δὲ τῷ πρὸς Θεσσαλονίκην

Hæc imperatorem diebus quinque subsistere in via coegere. Thessalonicam ubi pervenit tandem,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[5] οὐκ εἰμὶ ἄνθρωπος. [6] ἡ βασιλίς. [7] βασιλεύς. [8] ἀνάνθρωπον. [9] ἀπεῖρξεν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(45) *Τοῦ ἀνθρώπου.* Qui supra οἰκέτης. Est etiam ἄνθρωπος Constantino Porph. et Codino famulus. Galli *homme* dicimus eadem notione. Symmach. lib. II, epist. 54 : *Utor in ea re testimonio hominum tuorum, qui dudum sibi Epistolam traditam tabellarii vitio distulerunt.*

quo ex omni parte accitæ copiæ convenerant, opportunum factu duxit instruere in campo aciem: datoque ad id signo, repente legiones per suas quæque cohortes, globos, ac manipulos, ductoribus ordinum præeuntibus, signisque sublatis armatæ ac procinctæ constitere. Pars mediam ipsam conflabant aciem et phalangis quasi corpus contexebant; pars in subsidia servati submotique sequebantur a tergo claudentes agmen. Terribilis ad aspectum species, consertam contesseratione clypeorum et locis tuendis observandisque distantiis certæ constantia figuræ nusquam hiantem, ubique minacem, et nihilo minorem quam muri solidissimi aut arcis aggere munitæ firmitatem ostentantem, intueri licebat belli molem. Fulgurabat late galearum sole repercussus splendor, et vibratæ hastarum horrentium cuspides velut sitientes sanguinem et membra quæ foderent quærentes, terrificum micabant. Ipsi qui tela quatiebant milites immoti inconcussique perstabant æneatum more ac mole statuarum descriptum sibi quisque obtinentes locum. Sic dispositam imperator aciem coram moderans, dato signo decurrere, tum reflecti: modo ad lævam atque in clypeum divertere, modo dextra in hastam erigi jubebat: variisque imperiis motus varios scuti gladiique, varias nutu vario conformationes cuneorum, simulacraque prælii ciebat. Explorato in hunc modum exercitu tyrones segregat ab aliis et propriis assignatos ducibus erudiri ab iis otiose ac exerceri curat. Aptos autem delegerat atque idoneos in primis formatores rudium juvenes ex toto exercitu delectos fere quos ipse a puero nutritos apud se militares artes per se docuerat, adolescentes statura regia hervica forma lacertosos, habitudine corporis athletica, prima lanugine mentum signantes, omnes numero trecentos, quibus nemo dexterius arcum tenderet, nemo vehementius hastam intorqueret. Cohors hæc erat egregia vario ex genere, moroso delectu, militaris una commendatione speciei ac roboris præcipui collecta, flos delibatus universæ Romanæ militiæ. Hoc sibi velut peculium proprie habere gaudebat imperator, horum se ducem ferebat, hos docebat verbo, cum his batuere meditarique in campo præliorum artes volupe ducebat; his denique in occasionibus majoris aleæ ac momenti potissimum fidebat, prout tunc quoque demonstravit; nam selectos ex isto numero probatissimos quosque duces copiis præfecit missis ad angustias obtinendas vallium qua hostilis exercitus penetrare poterat interius in vitalia velut ipsa Romanæ ditionis, quod prohibitum in primis oportebat. Ipse ordinandis e propinquo intentus omnibus Thessalonicæ copias secum reliquas in hibernis tenuit.

A ἀπέρχεσθαι, ἐπεὶ ἁπανταχόθεν συνηλαύνετο ἐς ταυτὸν τὰ τάγματα, δεῖν ἐλογίσατο σύνταξιν ποιῆσαι εἰς πολέμου σχῆμα διατετυπωμένην. Καὶ αὐτίκα κατὰ λόχους αἱ φάλαγγες ἵσταντο, καὶ οἱ λοχαγοὶ προὐβέβληντο, καὶ τῶν οὐραγῶν ἡ τάξις ἐφείπετο, καὶ οἱ τὸ μέσον τῆς φάλαγγος ἀναπληροῦντες εἱστήκεισαν ἅπαντες τοῖς ὅπλοις μαρμαίροντες. Καὶ ἦν φοβερὸν θέαμα ἐκεῖνο τὸ σύνταγμα, καὶ καθάπερ τι τεῖχος πόλεως ἀλλήλοις συνηρμοσμένοι. Εἶπες ἂν χαλκοῦς ἀνδριάντας ὁρᾷν, καὶ αὐτοχύτους ἐπὶ τοῦ πεδίου τινὰς στρατιώτας σύμπαντας ἀτρεμεῖν, μόνον τῶν δοράτων κραδαινομένων καὶ ὥσπερ ἐπιθυμούντων χρωτὸς ἅψασθαι. Ταύτην τὴν σύνταξιν ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος καὶ κινήσας αὐτὴν καὶ ὑποτυπωσάμενος, πῶς μὲν ἐπὶ δόρυ, πῶς δὲ B ἐπὶ ἀσπίδα κινοῖντο, τὴν νέηλυν στρατιὰν ἐκ τῆς συντάξεως πάσης ἀπολεξάμενος, καὶ οὓς μᾶλλον αὐτὸς ἀνεθρέψατο καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐξεπαίδευσεν, Ἀρχηγοὺς στρατευμάτων κατέστησεν. Ἦσαν δ' οὗτοι ξύμπαντες τριακόσιοι, πάντες νέοι καὶ εὐμήκεις, σφριγῶντες τὸ σῶμα, καὶ ἕκαστος τούτων ἀρτίχνους τὸ γένειον· πάντες δὲ καὶ τόξον ἐντεῖναι δεξιώτατοι, καὶ κραδαίνειν δόρυ στεῤῥότατοι. Ἐκ διαφόρου μὲν γένους συνηθροισμένοι, ἐξ ἁπάσης δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς, στρατιά τις ἦσαν ἔκκριτος, ὑπὸ στρατηγῷ τῷ βασιλεῖ ταττόμενοι· τῷ αὐτῷ γὰρ καὶ βασιλεῖ καὶ στρατηγῷ [10] καὶ διδασκάλῳ ἐχρῶντο. Τούτων οὖν ἀπολεξάμενος αὖθις τοὺς δεξιωτέρους καὶ ξυνταγματάρχας χειροτονήσας ἐπὶ τὰ τέμπη πέμπει, δι' ὧν ἔμελλε τὸ βαρβαρικὸν στράτευμα C διελθεῖν· ἐκεῖνος δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ τὴν παραχειμασίαν ἐποιεῖτο.

At tyrannus Baimundus trajecto feliciter cum plenissima classe freto Italiæ, expositisque in Romanam ditionem **380** Francicis copiis omnibus, initium gerendarum rerum ab Epidamno ducere constituit. Ex primis ergo illis littoralibus castris itinere pronuntiato Dyrrachium versus infestus

Ἐπεὶ δὲ, καθάπερ ἔφημεν, ὁ τύραννος Βαϊμοῦντος μετὰ βαρυτάτου στόλου (46) διεπεραιώσατο ἐκεῖθεν D ἐνθάδε πρὸς τὰ ἡμέτερα καὶ τὸ Φραγγικὸν ἅπαν στράτευμα κατὰ τῶν ἡμετέρων πεδιάδων ἐξέχεε· συνταξάμενος ἐκεῖθεν ἔρχεται κατὰ τῆς Ἐπιδάμνου (47), εἰ μὲν δύναιτο, καὶ αὐτοβοεὶ αἱρήσων

Variæ lectiones. ex cod. Coislin.

[10] στρατηγῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(46) *Μετὰ βαρυτάτου στόλου.* Fulcher. Carnot. lib. II, cap. 26: *Habebat quidem dominus Boemundus quinque millia militum, et sexaginta millia peditum.* Albertus Aqu. lib. x, cap. 39: *Erant illi 12 millia equitum pugnatorum, et 60 millia peditum virorum bellatorum.* Anonymus Barensis, an. 1108 *indict.* 1, 1108; — *deinde perrexit ad portum Brundusinum cum quatuor et triginta millia inter equestres simul et pedestres, et naves magnæ vel parvæ ducentæ et triginta galeæ.*

(47) *Ἐπιδάμνου.* Fulcherius: *Qui cum tempus ad transfretandum exspectasset opportunum, VII Id. Octob. naves ingressi Bulgariam navigaverunt, et Avalonis portum* **391** *applicuerunt, et Avalone citis-*

αὐτὴν, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τειχομάχοις μηχανήμασι καὶ πετροβόλοις ὀργάνοις τὴν ὅλην πόλιν παραστησόμενος. Ὁ μὲν οὖν σκοπὸς αὐτῷ οὗτος· ηὐλίσατο δὲ ἀντικρὺ τῆς πύλης τῆς κατὰ τὰς ἀνατολὰς ἀνεῳγυίας ἧς ὕπερθεν ἱππότης ἐστὶ χαλκοῦς, καὶ κατασκοπήσας τοῦ πολιορκεῖν ἤρξατο, χειμῶνα μὲν οὖν ὅλον ἐπινοούμενος καὶ πανταχόθεν ἐπιβλέπων οὗπερ ἁλώσιμόν ἐστι τὸ Δυῤῥάχιον, Ἔαρος (48) δὲ διαγελῶντος, ἐπειδήπερ καθάπαξ παραυτίκα διαπεράσας, πυρὶ παραδέδωκε τάς τε φορταγωγοὺς αὐτοῦ νῆας καὶ τὰς ἱππαγωγοὺς καὶ, ὡς οὕτως εἰπεῖν, στρατιώτιδας· τοῦτο μὲν καὶ στρατηγικόν τι μηχανώμενον, ἵνα μὴ ὁρῷεν πρὸς θάλατταν τὸ στράτευμα τούτου· τοῦτο δ' ὅτι καὶ καταναγκάζοντος αὐτὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, ὅλος πρὸς πολιορκίαν ἀπέβλεψε, κύκλῳ περιχεάμενος τὸ βαρβαρικὸν στράτευμα τὰ πρῶτα, καὶ ἐν ἀκροβολισμοῖς ὤν. Ἐπετοξάζοντο δὲ τούτους καὶ οἱ [11] ἀπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος [12], ποτὲ καὶ πυργόθεν ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου, ποτὲ δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἀποστέλλων τινὰς ἀποσπάδας τοῦ Φραγγικοῦ στρατεύματος, ἐπολέμει τε καὶ ἐπολεμεῖτο· τήν τε γὰρ Πετρούλαν ἐχειρώσατο καὶ τὸ λεγόμενον Μύλου Πόλισμα ὑπερκείμενον ποταμοῦ Διαβόλεως (49), καὶ ἄλλα τοιαῦτα τὰ πέριξ τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου τυγχάνοντα, πάντα πολέμου νόμῳ κατεκληρώσατο. Ταῦτα μὲν γὰρ [13] ἐποίει πολεμικῇ δεξιᾷ· ἠρχιτεκτόνει δὲ ἐν τοσούτῳ καιρῷ τὰ πολεμικὰ μηχανήματα, χελώνας (50) κατασκευάζων πυργοφόρους, καὶ κριοφόρους, καί τινας ὀρυκτίδας καὶ ἄλλας χωστρίδας ὅλον χειμῶνα καὶ θέρος ἐργαζόμενος καὶ καταπλήττων [14] καὶ ἀπειλῇ, καὶ τοὺς πράγμασι καταπλῆγας ὄντας ἀνθρώπους. Ἀλλ' οὔτι γε καὶ Ῥωμαϊκὴν ἀνδρίαν ἠδύνατο καταπαλαίειν. Δυστυχῶς δὲ αὐτῷ ἀπηντήκει καὶ τὰ πρὸς ἀποτροφήν· Ὅσα μὲν γὰρ προὐφηρπάκει ἀπὸ τῶν πέριξ [15] τοῦ Δυῤῥαχίου, τούτῳ ἀνήλωτο· τὰ δ' ἀφ' ὧν ἤλπικε κομισθῆναι [16] οἱ προκατασχόντες τὰ τέμπη καὶ τὰς ἐξόδους, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν θάλατταν οἱ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος ἀπεκώλυον. Κἀντεῦθεν λιμὸς ἀθρόως ἐπιφοιτήσας τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὁμοῦ διέφθειρε· μὴ ἐχόντων μήτε τῶν ἵππων χιλὴν, μήτε

A movet, vel terrore ipso sui primo (nihil enim non sperabat) debellaturus civitatem, vel manu et machinis expugnaturus. Tali destinatione ac consilio locum castris capit e regione orientalis Dyrrachii portæ, supra quam equestre signum ex ære visitur. Hinc explorata omni lustrataque civitate, locisque muri debilioribus aut ad spes conatusque oppugnantium sese commodius præbentibus, observatis, obsidere urbem stationibus circum descriptis suorum cœpit. Oppugnatio in ver insequens dilata. Tunc curatum primum omnium, ut naves onerariæ et hippagines quibus ad commeatus equosque deportandos ex Italia Galli usi fuerant, succenderentur. Duplex ejus consilii ratio erat, prior, ne respectarent patriam milites, fugæque ostio aperto, B sibi parcere quam prodigere animas mallent, fiducia conatibus bellicis nimium quantum nocitura; altera, quod Romana classe obtinente maria præsidio erat opus istis navibus ut ne incursionibus nostrorum expositæ ad prædam relinquerentur. Quia vero erat melius copias simul universas nulla decerpta parte uni obsidioni vacare, necessitas tutandarum cum isto incommodo navium, earum consumptione lucrifacta est. Omnes deinde copiæ vallis undique fixis metatisque sedibus Epidamno circumfusæ, non aliam interim admovebant vim quam missilium procul jaciendorum. Respondebant non segniter Dyrrachienses remissis ad Gallos nihilominus liberali copia sagittis: sive de murorum C pinnis, culminibusque turrium ac propugnaculorum summis aggeribus collineantes in Francos; sive in campum ausi justam aciem educere, pugnam ex plano cientes. Dabat operam interim pro sua militari prudentia Boimundus omnem ut late circum sibi regionem subjiceret minutis illic sitis subigendis urbibus. Eam ad rem cohortes aliquot exercitus Francici castris eductis vagari circum jubebat. Hæ Petrulam et quod vocant Myli Polisma sive oppidum, locosque alios aliquot ejusmodi Dyrrachio finitimos occuparunt, plane ut jam omni ex parte conclusa circumventaque Epidamnus esset. Hæc per suos vi et manu foris, alia ipse intus in castris

Variæ leetiones ex cod. Coislin.

[11] ἡ. [12] στρατεύματος φάλαγξ. [13] οὖν. [14] καταπλήπτων. [15] τοῦ μέρους. [16] κομισθῆναι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

ime capta, Duratium urbem adeuntes III Id. Octobr. obsederunt. Anonymus Barensis, *decimo die intrante Octobr. transfretavit pelagus, devenitque in ipsa Valona, intravit in ea pacifice, similiter et ipsa Canina, deinde perrexit Durachio, et obsedit ea, nec potuit capere, fecit pacem cum imperatore.*

(48) *Ἔαρος*. An. 1108.

(49) *Ποταμοῦ Διαβόλεως*. Macedoniæ fluvius, qui *Diabolus* dicitur Willelmo Malmesburiensi, lib. IV *De gest. Angl.* pag. 36: *Multi in vado, quod pro rapiditate diaboli dicitur, intercepti.* Guillelmus Apuliensis:

Dux hac digressus ab urbe
Pervenit ad quemdam, cui nomen Divalus, amnem.

Dæmoniorum fluvium vocat Malaterra, l. III, c. 27: D *Dæmonis flumen*, Fulcherius, lib. III, cap. 5: *Itaque Bulgarorum regiones per montium prærupta et loca satis deserta transivimus, dæmonis ad flumen convenimus omnes, quod sic ab incolis terræ vocitatur, et merito: vidimus enim in illo flumine diabolico, quamplures, dum vadare pedetentim sperabant, torrentis impetu diro, quod nullus cernentium juvare poterat, mersu repentino perire.* Fluvii istius fontes haud procul ab Achridis palude, ubi oppidum Diabolis, vel Deabolis, de quo supra egimus, et a quo nomen sumpsit, statuit Sophianus, qui inde in sinum Thermaicum effluit.

(50) *Χελώνας*. Χελώνας χωστρίδας habet Onosander, cap. 42. κριοφόρους descripsit Athenæus Mechanicus apud Turnebum in Advers. et Rigaltium ad Onosandrum. Vide Lipsii Poliorcetica.

non minus ad spem usumque belli opportuna fa- A ciebat. Architectabatur videlicet toto illo tanto tempore bellicas machinas, testudines moliens partim turribus gestandis muroque admovendis aptas, partim in usum structas inferendi librandique arie- tis quo mœnia et propugnacula quaterentur, partim accommodatas iis tegendis qui vel terra egerenda cuniculos moliuntur, vel fossas opplent et coæquant ingesto aggere. In iis mirum quanta diligentia constantiaque non per hiemem duntaxat totam quanta est, sed per insequentem etiam æstatem est versatus, mirantibus haud dubie hominibus et ad tantorum apparatus operum ac minas terrore non vano stupefactis : quanquam ad extremum nihil horum Romanam eluctari fortitudinem valuit. Interim laborare Baimundus cœpit difficultate annonæ. Ubi enim absumpta ea sunt quæ prima exscensione
381 prædis circa Dyrrachium agendis fuerant corrasa, nihil jam commeatuum inferri castris Gallicis poterat, illinc occluso mari et Romanis late insesso classibus ; a terra vero angustiis montium, et cæteris circum viis omnibus quæ ab interiori Romania Epidamnum ducunt valido undique præsidio præoccupatis. Inde adeo gravis incubuit in Gallos fames, magnumque hominum, magnum equorum numerum alimentorum inopia consumpsit. Accessit ad mali cumulum popularis alvi morbus, quem vocant cœliacum, cujus causa quidem naturalis ferebatur, ciborum usus insalubrium, puta milii. Cæterum ego ad Dei vindictam retulerim, injustam vim latrocinii barbarici supplicio repræsentato coercentem : et multitudinis suo tumentis numero, ac superba virium fiducia subnixæ, fastum simul roburque magna ejus prostrata parte minuentem. Cæterum quantacunque fuit illa calamitas levis profecto et momenti nullius obfirmato et atroci tyranni animo est visa ; quippe nihil ejus admonitu de minis illis insolentibus remittentis quibus omnem se terram deleturum jactabat. Neque illum tamen non pungebat mali sensus ; verum mentis ferocia adversus infortunium obnixus alias atque alias secum rimabatur cepti patrandi rationes ; ac plane in omnia se versans instar ictæ serpentis aut vulneratæ feræ bestiæ in seipsum incurrebat, misere anxiis et furiose turbidis motibus sese circumagens. Tandem, uti diximus, pacatæ deditionis deficiente spe, ad oppugnationem totum impetum confert. Prima machinarum omnium ad orientalem admota urbis partem est arietaria testudo mirandæ atque ad aspectum terribilis formæ, structuræ vero non enarrabilis. Moles erat non lata

A τῶν ἀνθρώπων τροφήν. Προσεπετέθη [17] δὲ τῷ βαρβαρικῷ τούτῳ στρατεύματι καὶ κοιλιακή τις διάθεσις, τῷ μὲν δοκεῖν ἀπό τινος ἀπροσφόρου σιτήσεως φημι δὴ τῆς κέγχρου, τὸ δ' ἀληθὲς μήνιμα Θεοῦ, κατὰ τοσούτου ἀναριθμήτου στρατεύματος καὶ ἀνυποίστου κατασκῆψαν, ἐπαλλήλους θανάτους εἰργάσατο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ δυστύχημα κοῦφον ἐδόκει πρὸς ἄνδρα τυραννικὸν ἔχοντα φρόνημα, καὶ ἀπολεῖν ἀπειλοῦντα ἅπασαν γῆν. Ὅμως μέν τοι καὶ δυστυχῶν, διεμηχανᾶτο, καὶ καθάπερ θηρίον τιτρωσκόμενον πρὸς ἑαυτὸν συνεστρέφετο, καὶ ὥσπερ ἔφημεν πρὸς τὰς πολιορκίας ὅλῳ βλέμματι ἀπετείνετο. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν κριοφόρον χελώνην ἐξεργασάμενος ἀπεριήγητόν τι θαῦμα προσῆγε πρὸς τὸ ἀνατολι-
B κώτερον μέρος τῆς πόλεως, καὶ αὐτῇ τῇ ὄψει φοβερὴν [18] θέαμα. Κατεσκεύαστο γὰρ ὧδε. Μικράν τινα χελώνην ποιησάμενοι καὶ ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι ταύτην κατασκευάσαντες καὶ τροχοὺς ὑποθέντες καὶ πανταχόθεν, ἄνωθέν τε καὶ ἑκατέρωθεν τὰς πλευρὰς διαστεγάσαντες βύρσαις βοείαις, καὶ συνεῤῥαφότες πανταχόθεν· καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ παρ' Ὁμήρου λεγόμενον, ἑπταβόειον τὸν ὄροφον, καὶ τοὺς τείχους τοῦ μηχανήματος ποιησάμενος, κᾆθ' οὕτως ἔνδον τοὺς κριοὺς ἀπῃώρησαν. Ἐπεὶ δὲ οὕτως εἶχεν αὐτῷ τὸ μηχάνημα τοῦτο, καὶ προσήγγισε τῷ τείχει, μυριάνδρου πλήθους ἔνδοθεν μετά τινων κοντῶν προωθούντων αὐτὸ, καὶ ἐγγύθεν ποιουμένων τῶν τοῦ Δυῤῥαχίου τειχῶν. Ἐπειδὴ ἀποχρώντως εἶχεν αὐτῷ ἡ ἐγγύτης καὶ συμμέτρως τὰ πρὸς ἀπόστασιν,
C ὑφεῖλον μὲν τὰς τροχιὰς, περιπήγμασι δὲ πανταχόθεν ἀσφαλισάμενοι τὸ μηχάνημα ἵνα μὴ ταῖς ὠθήσεσι τὸ στέγος διασαλεύοιτο. Ἐνταῦθά τινες ἄνδρες ῥωμαλεώτατοι ἑκατέρωθεν τοῦ κριοῦ σφοδρῶς ὠθοῦντες (51) ἐπὶ τὸ τεῖχος, εἴχοντο τῆς ὁμοταγοῦς τοιαύτης κινήσεως. Καὶ οἱ μὲν καθάπαξ ὤθησαν σφοδρῶς τὸν κριόν· ὁ δὲ καθάπαξ παρενεχθεὶς ἐσπάραττέ τε τὸ τεῖχος καὶ ἐκεῖθεν ἀποκρουόμενος καὶ παλιμπόρευτον τὴν φορὰν ποιούμενος ἀντεσπαράττετο, καὶ τοῦτο πολλάκις ἐποίει ἕως πολλάκις περιφερόμενος ἑκατέρωθεν καὶ διατιτραίνων τὸ τεῖχος οὐκ ἔληγε. Κριὸν δὲ εἰκότως οἱ ἀρχαῖοι μηχανικοὶ καὶ περὶ τὰ Γάδειρα (52) τοῦτο ἐφευρηκότες προσωνομάκασιν ἐκ μεταφορᾶς τῶν καθ' ἡμᾶς κριῶν, οἳ καὶ κατ' ἀλλήλων ἀντεπερχόμενοι [19] διαγυμνάζονται. Ἀλλ' οἱ
D ἔνδον, καταγελῶντες τῆς τραγικῆς ταυτησὶ τειχομαχίας τῶν Βαρβάρων τούτων καὶ κριοφόρων ἀνδρῶν, καὶ ὅτι εἰς οὐδὲν περατοῦται τὰ τῆς πολιορκίας, ἀναπετάσαντες τὰς πύλας ἐκέλευον εἰσιέναι καταγελῶντες τῶν ἀπὸ τοῦ κριοῦ προσκρουμάτων ἐγγινομένων· οὐ γὰρ ἂν ἔφασαν. Ἐργάσαιτο κριὸς τοιοῦτον χάσμα ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν τειχομαχίας, οἷον ἡ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] προσετέθη. [18] φοβερόν. [19] ἐπανερχόμενοι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Σφοδρῶς ὠθοῦντες*. Robertus Mon. lib. VII : *Præcipiuntur fieri arietes, ferratæ scilicet trabes, quæ manibus militum funibus appensæ et tractæ in murum impellerentur, et sic crebris earum percussionibus muri destruerentur.*

(52) *Οἱ περὶ τὸ Γάδειρα*. Arietem, machinam oppugnatoriam, in obsidione Gadium a Carthaginensibus repertam scribunt Vitruvius, l. X, c. 19, et Athenæus Mechan. Plinius inventionem tribuit Epeo ad Trojam, lib. VII, cap. 56.

πύλη παρέχεται. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτίκα τῇ τῶν ἔνδοθεν ἀνδρίᾳ καὶ τῷ θαῤῥαλέῳ τοῦ στρατηγοῦντος Ἀλεξίου καὶ ἀδελφιδοῦς τοῦ αὐτοκράτορος Ἀλεξίου, εἰς κενὸν ἀποδέδεικται, ἐῤῥᾳθυμηκότων καὶ αὐτῶν τῶν πολεμίων ὅσον γε πρὸς τοῦτο καὶ ἀπειπαμένων τὴν πολιορκίαν. Τὸ γὰρ ἀνδρεῖον τῶν ἔνδοθεν καὶ τὸ ἀνεῷξαι τὰς πύλας τοῖς Βαρβάροις καὶ θαῤῥεῖν κατ' αὐτῶν εἰς δειλίαν ἐνέβαλε καὶ τοῦ μηχανήματος ἀπαγόρευσιν· οὕτω μὲν ἤργει τὰ παρὰ τῆς κριοφόρου χελώνης. Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὸ πῦρ ἄνωθεν ἐπιῤῥιφὲν κατὰ τοῦ μηχανήματος ἀργοῦντος ἤδη καὶ ἀκινήτου μένοντος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας εἰς τέφραν μετήμειψεν. Ἀπὸ τοίνυν τούτων τὸ Φραγγικὸν ἀπειπάμενον πλῆθος πρὸς ἄλλο μηχάνημα φοβερώτερον μετελήλυθεν ἐπὶ τὰ βορειότερα μεταστρέψαν ἀντικρὺ τῆς δουκικῆς καθέδρας, ὅπερ πραιτώριον προσωνόμαστο. Ἦν δὲ τὰ τῆς θέσεως τοῦ τόπου τοιάδε. Εἰς λόφον ὁ τόπος ἀνίστατο, λέγω δὲ οὐ πετρώδη τὸν λόφον, ἀλλὰ γεώδη· ἐφ' οὗπερ λόφου τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἵδρυτο. Τούτου κατ' ἀντικρὺ, καθάπερ ἔφημεν, εὐστοχώτατα ὀρύττειν οἱ περὶ τὸν Βαϊμοῦντον ἀπήρξαντο, ἄλλο τοῦτο κακὸν ταῖς πόλεσι μεμηχανημένον παρὰ τοῖς πολιορκηταῖς. Καὶ ἄλλο πολιορκητὸν ὄργανον κατὰ τῆς πόλεως τούτοις πανουργευόμενον. Ὀρύττοντες γὰρ ἐπῄεσαν ὑπὸ γῆν καθάπερ τινὲς ἀσπάλακες (53) τὸν ὑπόγειον χοῦν διατιτραίνοντες. Καὶ πῇ μὲν χελώναις ἀκροστέγοις (54) περιφρουροῦντες τὰ ἄνω μέρη διὰ τὰς ἄνωθεν βαλλομένας πετρῶν τε καὶ τόξων βολάς· ποῦ δὲ καὶ τὸ μετέωρον τῆς γῆς στύλοις τισὶν (55) ὑπερείδοντες ὑπώρυττον ἐξ εὐθείας φερόμενοι, πλατυτάτην τε καὶ εὐμηκεστάτην τάφρον ποιούμενοι, καὶ δι' ἁμαξῶν ἀεὶ ἐκφερόμενοι τὸν ἀπὸ τοῦ ὀρύγματος χοῦν. Ἐπεὶ δὲ εἶχον ἀρκούντως τῆς διατρήσεως, ἔχαιρον ὥσπερ τι μέγα κατειργασμένοι. Ἀλλ' οὐκ ἠμέλησαν οἱ ἐντός· ἀλλὰ κατὰ διάστημα τὴν γῆν ἀνορύξαντες καὶ τάφρον ἀξιόλογον ποιησάμενοι κατὰ τὸ διατεῖνον τῆς τάφρου ἐκάθηντο προσέχοντες ὅπου δῆτα τὸ πολιορκοῦν μέρος τὴν ἐκεῖθεν ἐνθάδε διάτρησιν μέλλει ποιήσασθαι· καὶ εὐθὺς κατά τινα τόπον ἐφευρηκότες αὐτοὺς κρούοντάς τε καὶ ἀνασκάπτοντας καὶ τὰς ῥίζας τοῦ τείχους ὀρύττοντας, ᾔσθοντό τε αὐτοὺς καὶ μᾶλλον τὴν ὑπ' ἐκεῖ-

A illa quidem, cæterum alte in quadrum surgens, figura quam parallelogrammum artifices vocant. Rotæ undique subditæ mobilem omnem in partem machinam reddebant; porro ejus et verticem et latera bovino corio tegebantur intime applicito apteque consuto, nec eo simplici, sed more scutorum Homericorum septies geminato. Tali tectorio satis protectæ costæ vertexque operis adversus hostiles quasvis injurias videbantur. Jam intra suggestum hunc expedito libramine suspensus aries, sicque moles promota murum versus, innumerabili multitudine contis a tergo eam quibusdam protrudente; ut ad idoneam muri distantiam ventum est, subtractis rotis defixa firmissime machina terræque impactis fundata tignis est quo successionibus B arietantis trabis innoxie sustinendis par esse posset; tum vero adhibiti viri robustissimi qui totis lacertis arietem in murum impingerent, nulla requie continuatis impulsibus. In quo fiebat quidem ut murum delibaret impacta trabs; verum cum offensione solidæ frontis summa vi repulsa eo unde venerat multiplicatum impetum referret, non fere minus domicilio nocebat suo: mire illud ac misere deartuans vehementissimis **382** istis reciprocationibus alternorum motuum. Bellicus hic aries tignum oblongum est armatum ære ac ferreis infestum cornibus caput agitans ad subversionem ædificiorum quibus arte libramentorum ac conatu lacertorum impingitur. Id instrumentum qui primi C excogitasse circa Gades feruntur veteres merito arietem vocarunt ab eo ipso animali unde ideam atque imaginem inventi sumpserant. Etenim arietes notum est vegeta juventute petulantes in sese mutuo per ludum contrariis incurrere frontibus validisque ac sonoris ictibus offendere invicem adversos. Cæterum observata Dyrrachienses machinæ inutilitate istius ad soliditatem mœnium suorum, irridere formidolosam prius molem et velut ad scenæ ornatum productam larvam picti metus, secure contemnere cœperunt: dictis etiam et facetiis superne incessentes oppugnatores suos, quos patefactis urbis ostiis ad ingrediendum hortabantur; misereri se etenim illorum tanta ærumna vanam

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(53) *Ἀσπάλακες*. Hinc machinæ ad suffodiendos muros *Talpæ* dictæ Tudebodo, lib. III; Giloni Paris. lib. V, et Gotefrido Viterb. in Frider. I. interdum *Scrofæ*, ut Fulcherio, lib. I, cap. 4 et 18; Tyrio, lib. III, cap. 5; lib. VIII, cap. 6; lib. XVII, cap. 14; lib. XVIII, cap. 19. Auctori *Gesta Franc. expugn. Hier.* cap. 25; *Sues*, Galberto Notario in Vita Caroli comit. Flandr. n. 96; *Truies*, Froissarti II vol. cap. 2, 102; *Trojæ*, Turpino, apud quem frustra Meursius restituendum censet *Stoæ*. Guntherus, lib. II Ligurini:

Quæ levibus subjecta rotis, aut fraude latenti
Suffodiat validos, aut pulset turbine muros.

A Talpis *Talparii* dicti fossores et cunicularii apud monachum Altisiod. an. 1188: *Habebat quippe quosdam artifices, quos fossores, vel talparios vocant, qui ad modum talpæ subterraneu fodientes,* D *quaslibet murorum et turrium firmitates ferramentis validissimis perrumpebant.*

(54) *Χελώναις ἀκροστέγοις*. Στοαῖς, *galeries*. Willelmus Brito, lib. II *Philipp.*:

Testudo texitur, ut sub
Illis tuta latens muri queat ima subire
Fossor, et erectis ipsum succidere parmis.

Vide Vitruvium, lib. X, cap. 12.

(55) *Στύλοις τισίν*. Lignis et trabibus, quibus exustis tota quæ imminebat cavatæ terræ congeries dissolveretur et rueret: qui erat cuniculorum effectus. Vide Cinnamum, lib. IV, n. 11; Albertum Aq. lib. II, cap. 35; Tudebodum, lib. II, pag. 781; Tyr. lib. III, cap. 10; lib. XIII, cap. 11; Rigord. an. 1111; Willelm. Briton. lib. II, pag. 115; Tactica ducis Clivens. pag. 57, 119; Hist. Arturi ducis Brit. pag. 94, etc.

machinam agitantium : quæ ut se ipsosque pulsando rumperet nunquam aperire tantum muri labe aditum posset, quantum esset quod ultro aperiebant spatium portarum patentibus valvis. Ili sales atque illa fiducia quæ Alexii nepotis Augusti obsessæ urbis, uti diximus, præfecti, ducumque ac militum ejus intrepidos animos prodebant, et usque ad licentiam jocandi securas mentes, haud læti Gallis accidebant : quorum illi alacres inchoantium spiritus tristi jam desperatione constricti torpebant, ad talem experientiam inutilitatis conatuum suorum ; præjudiciumque passim omnes atque augurium inde non vanum ducebant incepti successu cariturі ; languere igitur ac remittere industriam ; nec nisi desperatione quasi enerves infligere ictus muro, quem longe firmioris senserant operis, quam B ut suo perrumpi quantovis conatu posset. Verum arieti ne penitus ce saret novum Dyrrachienses negotium facessivere. Injectus enim ab iis ex alto ignis otiantem machinam corripiens in cinerem mutavit. Ab hac spe dejecti Galli ad aliud terribilius inventum cogitationes appulere. Ad borealem urbis partem e regione cathedræ ducalis, quem locum prætorium nominant, tumulus surgebat nulla intus mole saxea solidus, sed terra duntaxat mobili aggestus, supra quem fundatus civitatis murus erat. Ad hunc recta tumulum Baimundi milites munire sibi viam subterraneam fossa longe ducta cœperunt. Sic tuto usque ad tumulum progressi perfodere jam illud ac eo perterebrato iter in urbem sibi pandere summa ope conabantur, terra impigre movenda subeundaque talparum more, præsenti sane urbis periculo; cui frustra primum Dyrrachienses occurrebant saxis telisque superne jactandis; nam Galli densa subter atque impenetrabili testudine hostiles omnes ejus generis injurias innoxii ridebant. Eatenus ergo voti compotes facti sunt ut latam longitudine ingenti fossam producerent facile perviam et purgata exportataque plaustris saburra inoffenso pede meabilem. **383** Ac magnam sibi rem præstitisse visi serio gaudebant quasi meatum subterraneum eo tandem perduxissent unde ut urbem victores ingrederentur nihil restaret nisi cunicularioruṁ ultimus impetus in perfossam arcem rumpere aditum parantium, utique non sine magna successus spe. At præsidiarii Dyrrhachii contrarios ex adverso cuniculos et ipsi egerant, longeque obviam produxerant cæco isti hostium adversa fronte respondentem fossam, amplam quoque ipsam lateque vacuam : ubi lecta manus excubabat virorum fortium exceptura impetum Francorum, si qua illi subterraneum aditum rumperent. Porro procedente utrimque opere, audire primum nostri Gallos cœperunt molientes vastisque pulsantes ictibus muri partem infimam ac fundamenta ipsa mœnium ; unde et prope abesse ipsos et ubi essent admoniti, foramen eam in partem pervium fecere quo jam usurpantes oculis ferventem intus multitudinem Gallorum, igne ipsos per patefactam rimam missili petebant. Ignis hic qua materia constaret, qua arte quove instrumento jaceretur, breviter doceo. Pinus et piceæ arborumque id genus ob succum intus pinguem in virore perennantium, lacrymæ stillant unguinis lenti, oleosique glutinis, amica flammæ materies, et ea concepta diu durans. Hoc gummi contusum et cum intrito simul sulphure in unum pulverem commistum, in cavas calamorum cannarumque tibias adversa parte succensas indebant Dyrrachienses nostri : tum ipsi ex ea tibiæ parte quæ vacabat flamma, vehementi pellentes et perseverante spiritu piceum istud igniarium quoad usque ad extremitatem igne prius concepto flagrantem promovissent, sic accensum deinde difflabant in vultus oculosque adversorum hostium, incredibili pernicie illorum, quippe cum barbas, genas, cilia, capita Gallorum pernix flamma corriperet, pertinaxque depasceret adhærens atque immorans, nulla contra talem pestem fortitudine durante. Itaque passim videre erat eos, velut apum fumo afflatarum exa-

A νων ὀπὴν ἀνεῤῥωγότες κατ' ἀντικρὺ καὶ θεασάμενοι τὸ πλῆθος ἀπὸ τῆς ἐντὸς γινομένης τρυμαλιᾶς, πυρὶ τὰ τούτων πρόσωπα κατηθάλωσαν. Τοῦτο δὲ τὸ πῦρ ἀπὸ τοιούτων μηχανημάτων αὐτοῖς διεσκέδαστο. Ἀπὸ τῆς πεύκης (56) καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων δένδρων ἀειθαλῶν συνάγεται δάκρυον ἄκαυστον. Τοῦτο μετὰ θείου τριβόμενον ἐμβάλλεται εἰς αὐλίσκους καλάμων καὶ ἐμφυσᾶται παρὰ τοῦ παίζοντος λάβρῳ καὶ συνεχεῖ πνεύματι, κᾆθ' οὕτως ὁμιλεῖ τῷ πρὸς ἄκραν πυρὶ καὶ ἐξάπτεται, καὶ ὥσπερ πρηστὴρ ἐμπίπτει ταῖς ἀντιπρόσωπον ὄψεσι. Τούτῳ τῷ πυρὶ κεχρημένοι οἱ τἄνδον τοῦ Δυῤῥαχίου κατέχοντες, ἐπείπερ ἀντιπρόσωποι ἦσαν τοῖς πολεμίοις τάς τε γενειάδας αὐτῶν καὶ τὰ κατέφλεξαν πρόσωπα [20]. Καὶ ἦν ἰδεῖν τούτους καθάπερ σμῆνος μελισσῶν ὑπὸ B καπνοῦ διωκόμενον, ἐξαγομένους ἀτάκτως, ὅθεν εὐτάκτως εἰσῄεσαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο αὐτοῖς εἰς μάτην ἐπεπόνητο καὶ ἡ βαρβαρικὴ φροντὶς αὕτη εἰς οὐδὲν δέον ἀπετελεύτησε, τρίτον αὐτοῖς ἐπινοεῖται μηχάνημα. Πύργος ξύλινος ὅπερ, ὡς ἡ φήμη φησὶ, πολιορκητὸν ὄργανον οὐ μετὰ τὴν ἀστοχίαν τῶν προεσκευασμένων ὀργάνων κατῆρκτο γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸ τούτων εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον, τοῦτο μὲν ἔργον εἶχε, τὰ δὲ προειρημένα [21] ὄργανα πάρεργον. Ἀλλὰ δεῖ με πρότερον ὀλίγα περὶ τοῦ σχήματος Δυῤῥαχίου ἀφηγήσασθαι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[20] τὰ πρόσωπα κατέφλεξαν. [21] προειρημένα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(56) Ἀπό τε τῆς πεύκης. **392** Albertus Aq. lib. II, cap. 36 : *Faculas ardentes cum pice et axipe jactant super machinam.*

men retro ebullire avertique cæco impetu; inde turbide confuseque recedentes, quo certi gradu firmo militarique compositi ordine iverant. Sic conatus hic secundus evanuit, in quo multis hostium magnisque curis ac laboribus haud dignum operæ pretium repensum est. Tamen ne isto quidem successu debilitata eorum industria tertiæ fabricationem machinæ suscepit. Fallor; non post deprehensam inutilitatem duarum priorum machinarum hæc illis in supplementum succenturiata tertia est, sed ante illas fieri cœpta post eas demum absoluta est, anno integro in ejus molitionem insumpto; tantæ id opus molis erat adeo quidem ut fama sit priora machinamenta illa quasi rudimenta Gallis fuisse, ad hoc demum princeps et palmarium opus transferendas ac serio exerendas vires omnes, in istis velut ludicris exercentibus. Verum ut constructio, usus, designatioque tota ac ratio turris istius ligneæ intelligatur, pauca prius de situ et figura urbis Dyrrachii perstringenda sunt.

Τὸ μὲν τεῖχος ταύτης ὑποχαλᾶται τοῖς πύργοις· A οἱ δὲ πύργοι κυκλόθεν ταύτης ἐξυπανίστανται, ὅσον εἰς ἕνδεκα [22] πόδας ὑψούμενοι διὰ κοχλίου τινὸς τὴν ἄνοδον ἔχοντες, ἐπάλξεσί τε ἠσφαλισμένοι. Οὕτως ἔχει σχήματός τε καὶ ἀσφαλείας ἡ πόλις. Τὸ δὲ πάχος τοῦ τείχους εἰς ἀξιόλογον πάχος ἐκτέταται, καὶ τοσοῦτον ὥστε ἱππότας ἄνδρας καὶ πλείους τῶν τεσσάρων τοὺς ὤμους συμμίξαντας διιππάσασθαι ἀσφαλῶς. Οὕτω μὲν οὖν ἐκπεφράσθω μοι τὰ περὶ τοῦ τείχους ὡς ἐν παραδρομῇ τινα σαφήνειαν τῶν μελλόντων ῥηθῆναι προαφηγησαμένη· τὰ δὲ τῆς πυργοποιΐας τοῦ μηχανήματος τούτου ὅπερ χαλάνης [23] πύργον ἐμηχανήσαντο οἱ περὶ τὸν Βαϊμοῦντον Βάρβαροι, καὶ ἀφηγήσασθαι χαλεπὸν καὶ ἰδεῖν φοβερὸν, ὡς οἱ ἑωρακότες ἔλεγον· μὴ ὅτι γε οἷς προσεπέλασε φρικωδέστατον θέαμα. Εἶχε δὲ τοιῶσδε. B Πύργος ξύλινος (57) κατεσκεύαστο ἐκ τετραγώνου βάσεως εἰς ἀξιόλογον μῆκος ἠρμένος, καὶ τοσοῦτον, ὥστε τῶν τῆς πόλεως πύργων ὑπερανέχειν εἰς πέντε που καὶ ἓξ πήχεις τὸ ὕψος. Ἔδει γὰρ οὕτως κατεσκευᾶσθαι τὸν μόσυνα τοῦτον, ἵνα διά τινων ὑποβάθρων μετεώρων πρὸς τὸ χθαμαλώτερον καταχαλωμένων τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἐκεῖθεν εὐκόλως καταδραμεῖται· οὕτω γὰρ ἂν τὸ σφοδρὸν τῆς ῥύμης οὐκ ἂν ὑπενέγκοιεν οἱ ἐγχώριοι ἀεὶ πρὸς τὸ κατόπιν ὠθούμενοι· ὀπτικὴν δὲ ἄρα τὴν ἐπιστήμην ἐπλούτουν, ὡς ἔοικεν, οἱ τὸ Δυῤῥάχιον πολιορκοῦντες Βάρβαροι· οὐ γὰρ ἄνευ τοιαύτης δυνάμεως τὰ ὕψη τῶν τειχῶν κατελάμβανον· εἰ δὲ μὴ ὀπτικῆς, ἀλλά γε τῆς ἀπὸ τῶν διοπτρῶν καταλήψεως. Ὁ γοῦν πύργος ἐκεῖνος φοβερὸς μὲν ἰδεῖν, φοβερώτερος δὲ C κινούμενος κατεφαίνετο. Τροχοὶ γὰρ πολλοὶ τὴν βάσιν αὐτῷ μετεώριζον. Ἀναμοχλευόμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἔνδον στρατιωτῶν τοῖς μοχλοῖς, θάμβος ἐποίει μὴ φαινομένης τῆς ἀρχῆς τῆς κινήσεως, ἀλλ', ὥσπερ τις γίγας ὑπερνεφὴς, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐδόκει κινούμενος. Ἐστέ-

A **384** Ea civitas corona undique vallata murorum est opere firmissimo structorum crassitie tali ut quatuor equites æquatis humeris in unum digesti versum tuto simul incedere supra summam eorum crepidinem queant. Jam humilius undique fastigium mœnium despectant intervallis per totum ambitum exiguis dispositæ turres ferme ad pedum undecim altitudinem superius assurgentes, suis unaquæque ad ascensum e muro commodum instructæ cochlidibus scalis. Nunc illa de qua dicere cœpimus describenda moles est, sane operosa terribilisque aspectu, præsertim iis qui surgere illas insani operis minas in suam (ni Deus averteret) perniciem obsessi cernerent. Lignea erat turris ex quadrata basi tantam se in altitudinem attollens ut supra B tecta pinnasque Dyrrachiensium turrium quinque sexve cubitorum excessu emineret. Id porro in eam rationem atque usum sic comparatum erat, ut tanto ineluctabilior obtinentium eam machinam militum Gallorum in muros ac propugnacula impetus foret. Facturi enim impressiones erant per pontes e turre sua lignea in turres urbis jaciendos: quorum pontium cum pars altera hærens machinæ Gallicæ exstaret celsior, fiebat inde ut via pateret prona irruituris Gallis, ut commodo ipsorum per declive facilius et fortius euntium, ita damno et periculo permagno propugnantium urbem, qui vix pares contra ex æquo venientibus, multo minus sustinere posse videbantur vim naturali pondere adjutam ingruentium ex alto Barbarorum. Mihi C turris hujus molitores videntur doctrinam opticam haud perfunctorie calluisse. Quomodo enim sine hujus adminiculo artis usuque instrumentorum quæ ad dimetiendas exacte procul visas altitudines talium artifices adhibent, adæquare tam exacte tabulata et spatia molis suæ ad murorum turrium-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[22] δέκα. [23] ὅπερ καθάπερ χελώνης.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(57) *Πύργος ξύλινος*. Ejusmodi ligneæ turris descriptionem sic repræsentat Robertus Monachus, lib. VII: *Facta est lignea turris, lapideis turribus satis altior, et machinis omnibus quæ introrsus erant eminentior. Habebat autem tria solaria, quæ erant bene scutis et trochleis præmunita. In duobus superioribus erant loricati cum telis et sudibus. et sagittis, et lapidibus, et pilis et facibus. Subtus erant nihilominus armati, qui rotas impingebant, super quas ipsam turrem constituerant.* Ubi *solaria*, seu tabulata, vocat Robertus, quæ στέγας Anna, pro- D prio vocabulo: nam et inde *tristegæ* dicuntur turres, quæ tribus constant solariis. apud Sugerium in Ludov. VII, cap. 10, et Will. Britonem, *Philipp.* lib. IV et VII, *Stationes* vocantur in Epist. Bald. imp. CP. de expugnatione Constantinopoleos. Describuntur præterea eæ turres, quas *Phalas*, et *Berfredos* interdum appellant, a Guiberto, lib. VI, cap. 18; Tyrio, lib. VIII, cap. 15, 18; lib. XX, cap. 16; Anonymo, in *Hist. Hieros.* pag. 1168; Vegetio, lib. IV, cap. 17, 18; Vitruv. etc. Vide Notas nostras ad Joinvillam.

que Dyrrachiensium veram dimensionem potuissent? Cæterum cum diu turris ista dum procul exstrueretur minis illis ipsis melis vastæ late conspicuæ terruisset Dyrrachienses, eo deinde ipsis admovere propius augereque formidinem visa est, quo ipsa magis ad eos rotarum subtus versatilium ope promovebatur. Intendebat admirationem intuentium quod cum ingens ea moles a militibus intra ejus viscera dilitescentibus vectium quorumdam agitatione arcana moveretur, speciem procul præbebat quasi gigantis nubes vertice tangentis et incedentis vitali atque in ipso sita facultate, quippe cujus motus cerneretur, motor non appareret. Cætera porro monstri species nihil non præferebat cumulando terrori accommodatum. Latera omnia firmo tectorio protecta per quatuor quadratæ molis facies egregie occultabant intus latentem armatum manum; quæ se tamen rursus satis prodebat missilibus assidue spargendis. Erant autem ad jaculationis usum cæterasque nocendi opportunitates apertæ circum in partem omnem fenestræ plurimæ, suis quæque aptis ostiis occlusæ cum opus erat: quoties usus posceret volubili cardine reserabiles. Porro interior capacitas machinæ in multas sibi invicem impositas cogitationes dividebatur, **385** singulas proprio armatorum infessas numero. Sed alii, ut diximus, latebant. Soli ostentabant se qui supremum quasi cœnaculum ambulantis ædis obtinebant torvi, horrentes ferro, strictis infesti mucronibus, vim et cædem anhelantes gladiatores. Hic terror tantus ac tam varius cum se rotis subtus volventibus inferret, consternasset haud dubie præsidium obsessæ urbis, nisi dux ejus Alexius pro sua vigilanti solertia remedium jam tum nascenti malo mature idoneum providisset. Nam et consilio et auxilio eorum usus qui ipsi aderant viri experientes et industrii, cum primum in Baimundi castris illam ædificari turrem vidit magnum ad periculum suum suorumque, aliam et ipse intra mœnia Dyrrachii pari exemplo machinam illi alteri opponendam architectari est aggressus, hunc ferme in modum. Deprehensa procul altitudine turris hostilis, tigna dimensi Dyrrachienses sunt alteri ex opposito ædificandæ cujus culmen contrariæ molis verticem cubito altius despiceret. Ubi vero jam constructa turris Gallica, promota in destinatam propinquitatem muri, rotisque illic subtractis firmissime defixa fundataque est, crassis et præacutis alte in terram undique impactis sudibus: tum ab obsessis sua quoque intra muros recta ex adverso quam proxime oportuit erecta moles est, non illa quidem ulli substrato inædificata tabulato, cum transferri eam et rotis circumagi non esset opus: sed in solo ipso firmatis alteque inde surgentibus sublicis quatuor quadrangulam in directum attolens molem, transversorum dispositu lignorum scalæ quamdam speciem usumque graduum præbentem ascensuris prout res posceret in superiora machinæ. Latera protegi obducive tectorio, non est visum necesse, quod muris urbis conspectum injuriamque hostium arcebat. Ea tantum pars quæ ultra mœnium corpus exstabat, munita fuit imposito coronidis et circumjectu laterum, quoad est creditum sat fore, nec impedire posse liberam emissionem ignis sparsilis quam per aperta latera turris suæ ligneæ Alexii milites in molem Baimundi destinabant; comportata propterea in supremam contignationem suæ

A γαστο γὰρ ἁπανταχόθεν ἐκ βάσεως ἄχρι καὶ κορυφῆς καὶ εἰς στέγας πολλὰς διῄρητο, καὶ θυρίσι κύκλῳ παντοδαπαῖς ἠνέῳκτο, ἀφ' ὧν ἐξέπιπτε βέλη συχνά, πρὸς δὲ τὸ ἀνωτάτω μέρος ἄνδρες ἦσαν ἐξωπλισμένοι θυμοειδεῖς καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν τὰ ξίφη φέροντες, καὶ πρὸς ἄμυναν διηυτρεπισμένοι. Ἐπεὶ δὲ τῷ τείχει προσήγγισε τὸ φρικτὸν τουτὶ θέαμα, οὐκ ἀμελῶς ἔσχον οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον καὶ στρατηγὸν τῆς πόλεως Δυῤῥαχίου, ἀλλ' ἅμα τε τοῦτο τὸ μηχάνημα ἔξωθεν τῷ Βαϊμούντῳ κατεσκευάζετο ὥσπερ τις ἑλέπολις ἄψυχτος, καὶ ἄλλο τι ἔνδοθεν τοῦ τείχους αὐτοῖς ἀντεμηχανᾶτο. Ἑωρακότες εἰς ὅσον ὕψος ὁ αὐτοκίνητος οὗτος πύργος ἐκτέταται, καὶ ὅπου τοῦτον ἐστήριξαν ὑφελόμενοι τοὺς τροχούς, B τέτταρα ξύλα μακρότατα καταντικρὺ τοῦ μόσυνος πήξαντες, ὥσπερ ὑπὸ τετραγώνου βάσεως εἰς πείσματος σχῆμα διανιστάμενα. Κᾆθ' οὕτως βάσεις τινὰς διειληφότες μεταξὺ τῶν ἀντιτεταγμένων ξύλων εἰς πῆχυν ἕνα τὸν ἔξωθεν ξύλινον πύργον ἐποίησαν ἀνατρέχειν· ἀστεγὲς δὲ ἦν ἁπανταχόθεν ὅλον τοῦτο τὸ διάστημα· οὐ γὰρ ἐδεῖτο προφυλακῆς, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὴν κορυφὴν ἐξωρόφωτο. Ἐνταῦθα δὴ ἀναγαγόντες οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον στρατιῶται τὸ ἔνυγρον πῦρ, περὶ τὰ ἀκρόστεγα τοῦ ἀνεπιφράκτου ξυλοπύργου ἔμελλον ἐξακοντίζειν πρὸς τὸν ἀντίθετον μόσυνα. Ἀλλ' ἐδόκει καὶ ἡ βουλὴ καὶ τὸ πρᾶγμα οὐ πρὸς πανωλεθρίαν τοῦ μηχανήματος· ἀκροθιγῶς γὰρ ἔμελλε τὸ πῦρ τὸ ἐντεῦθεν ἐκεῖσε πεμπόμενον τοῦ μόσυνος ἅπτεσθαι. Ἀλλὰ τί μηχανῶνται; Πληροῦσι τὸν μεταξὺ τόπον τοῦ τε ξυλίνου καὶ τοῦ τῆς C πόλεως πύργου εὐκαταπρήστου παντοίας ὕλης καὶ ἐλαίου πολλοῦ κατὰ ποταμοὺς κενωμένου. Τούτοις ἐπενήνεκτο πῦρ δαλοὶ καὶ φλόγες, ὃ καταμικρὸν ὑποτυφόμενον, κᾆθ' οὕτως βραχείας ἀναπνοῆς ἐπιδραξάμενον, ἔπειτα εἰς περιφανῆ φλόγα διαρθὲν συνεπιλαμβανομένων καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ὑγροῦ πρηστήρων ἅπαν ἀνῆψε [21] τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ πολυυλότατον μηχάνημα, ἐμποιοῦν ἦχον καὶ φοβερὰν θέαν ταῖς ὄψεσιν. Αἴσθησις δὲ τοῦ πολλοῦ πυρὸς ἦν κυκλόθεν μέχρι καὶ σταδίων τρισκαίδεκα· θόρυβος δὲ καὶ ταραχὴ τοῖς ἔνδον Βαρβάροις πολλὴ καὶ ἀμήχανος, τῶν μὲν ἐναπειλημμένων τῷ πυρὶ καὶ ἀποστρεφομένων, τῶν δὲ ἀπὸ μετεώρου ῥιπτούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὴν γῆν· βοὴ δὲ πολλὴ καὶ ἀμήD χανος, ταραχὴ ἀντηχούντων καὶ τῶν ἐκτός.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[21] ἀνῆπτο.

machinæ magna vi pinguis et flammas alituræ materiæ. At statim vel experientia vel ratio exactior docuit noceri haud multum isto modo posse machinamento Gallico, nedum ut sic ejus combustio totius sperari posset. Satis enim apparebat fore ut superficiario duntaxat et perfunctorio contactu missilis a Dyrrhachiensibus ex intervallo vibrata flamma Gallorum opus solidum et accurate protectum lamberet. Secundæ igitur cogitationes suasere Alexianis aliud; nempe ut totum spatium, quod patebat inter Dyrrhachiensem turrem lapideam et hostilem illi admotam ligneam multo stramine ac cætera id genus arida materia complerent, quam etiam infuso largiter oleo rigarunt: cumularunt omnia crebro titionum, facum, prunarum ardentium conjectu. Hæc simul mista cum aliquandiu tantum fumassent, exarserunt denique leni excitata spiritu, robustoque incendio comprehensam Gallicanam turrem trans moras corticis et præmunitissimi tectorii perrumpente ad extremum furore ignis oleo large ingesto velut ebrii, usque ad intima pervasam absumpsere. Late horrendus exaudiebatur fragor, non enim dicam crepitum, flammæ bacchantis in perniciem silvæ immensæ: **386** longissimeque resplendens et sua magnitudine iis ipsis formidolosus qui eam fecerant et quorum ardebat bono relucebat rogus usque ad stadia circumquaque tredecim. Illud dicere quis queat quanta perturbatio clausorum tum ista mole Barbarorum fuerit? qui dolor clamorque sentientium vim grassantis ardoris? Quæ desperatio sese ubi frustra versaverant ex alto jactantium in præceps? quæ voces, qui ejulatus infelicium victimarum? Qui æstus, quæ agitatio Gallorum cæterorum dum suos flammis eripere frustra conabantur lamentantium interim et charorum mala complorantium?

A Τοσαῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ ὑπερνεφοῦς μόσυνος καὶ τῆς παρὰ τῶν Βαρβάρων τειχομαχίας. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν βασιλέα καὶ αὖθις τὸν λόγον ἐπανακτέον. Ἔαρος τοίνυν ἐφισταμένου, ἡ μὲν Αὐγοῦστα ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης ὡς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέστρεφεν, ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τῆς πρόσω πορείας εἴχετο καὶ τὴν Δεάβολιν διὰ τῆς Πελαγονίας καταλαμβάνει, ἔνθεν περὶ τοὺς πρόποδας τῶν ἤδη ῥηθέντων δυσβάτων ἀτραπῶν οὖσαν. Καὶ καινήν τινα στρατηγίαν κατὰ τῶν βαρβάρων μεμελετηκὼς δεῖν ἐλογίσατο τοῦ μὲν δημοσίου πολέμου σχολὴν παντελῶς καταψηφίσασθαι, καὶ ἀγχέμαχον διὰ ταῦτα τὴν μάχην οὐκ ἤθελεν. Ἀλλὰ τὰ δύσβατα τέμπη καὶ τὰς ἀδιεξοδεύτους ὁδοὺς μεταίχμιον ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν καταλιπὼν τοὺς εὔνους ἅπαντας κατὰ τὰς ἀκρολοφίας μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως καταστήσας τὴν B καινὴν ἐκείνην στρατηγίαν ἐμηχανήσατο, ὡς μήτε τοὺς ἔνθεν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον προσχωρεῖν ῥᾷστα δύνασθαι, μήτ' ἐκεῖθεν πρὸς τούτους αὖθις γράμματα φοιτᾷν ἢ προσηγορίας διαπέμπεσθαι, ὑφ' ὧν ὡς τὰ πολλὰ τὰ τῆς ἀγάπης ἑδράζεσθαι εἴωθεν· σπάνις γὰρ προσηγορίας κατὰ τὸν Σταγειρίτην πολλὰς φιλίας διέλυσε. Γινώσκων δὲ τὸν Βαϊμοῦντον ἄνδρα πονηρίας καὶ δραστηριότητος ἀνάπλεων, ἤθελε μὲν καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον πρὸς αὐτὸν μάχην ἀναδέξασθαι, καθά γε καὶ εἴρηται· ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρου παντὸς τρόπου καὶ μηχανῆς κατ' αὐτοῦ μελετῶν οὐδαμῶς ἐνεδίδου. Διὰ δὲ τὰς ἤδη ῥηθείσας αἰτίας, καίτοι πολλὰ σφαδάζων πρὸς τοῦτο φιλοκίνδυνός τε καὶ πυκνοκίνδυνος πάλαι ὢν οὑτοσὶ ὁ αὐ- C τοκράτωρ καὶ ἐμὸς πατήρ, ἐπεὶ τὸν λόγον εἶχεν ἐν πᾶσι κρατοῦντα, δι' ἑτέρας μεθόδου καταγωνίσασθαι τοῦτον ἔσπευδε. Δεῖ γάρ, οἶμαι, τὸν στρατηγὸν οὐκ ἀεὶ διὰ ξιφουλκίας τὴν νίκην ἑαυτῷ σπεύδειν περιποιεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς πανουργίαν (58) ἔστιν οὗ εὐτρεπίζεσθαι, ἐπὰν ὁ καιρὸς καὶ τὰ συμπίπτοντα τούτῳ διδόασι τὴν νίκην, ἑαυτῷ πάντοσε περιποι-

Hactenus de superba turre, ac tota Dyrrachii murorum a Gallis attentata concussione dictum; ad imperatorem oratio referenda est. Post hiemem ille Thessalonicæ transactam, sub initium veris, remissa Constantinopolim Augusta, movit inde ulterius cum copiis, et per Pelagoniam Deabolim pervenit, urbem cis eos montes sitam qui desinentes in angustissimos calles, thermopylas illas quarum superius meminimus et arctissimarum vallium impeditissimas clisuras efficiunt. Hic accuratissime circumspecto belli præsentis genere ac statu, subductaque consiliorum summa sapienter, plane statuit vitare decretoriam aciem, nec fortunas publicas committere casibus incertis præliorum: verum suas hostiumque copias vastorum et impenetrabilium interpositu diremptas habere montium. Ab hac deliberatione describit quique partes suas. Fidissimos quosque cum idoneo comitatu fortium militum jugis ipsis ac speculis montium imponit. Valles imas opere ac præsidio abunde firmat. Vias diligenter obsepit omnes atque intercipit, quibus aut mittere Baimundus in interiorem Romaniam aut recipere inde litteras posset. Nempe habebat Baimundus illic partim amicos jam, partim qui odio imperatoris ad ejus amicitiam sponte propenderent. Talium intestinos motus conatusque audaces prævertebat ista diligentia obsidendorum itinerum, commerciique prohibendi nuntiorum ac scriptorum. Alimenta enim hæc sunt amicitiarum, quæ, ut recte docet Aristoteles, si salutationum ac officiorum consuetudo cessaverit cito evanescunt, quantumvis prius arcte coalitæ. Ad hanc porro Fabianam potius quam suam artem trahendi belli, non ulla sane imperator Alexius timiditate mentem appulit. Non, inquam, aut Baimundi adeo formidavit copias aut propriis diffidit, aut aperto marte vires experiri suas cum eo dubitaret. Quin

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(58) *Πανουργίαν*. Ordericus Vital. lib. IX de Alexio: *Erat enim callidus et facundus, largus, et fallendi artifex ingeniosus.*

etiam abundabat ei gestiebatque ultro in congressum animus; et conserere cum feroci adversario victrices olim non minorum ardebat manus. Sed sapientia intercessit fortitudini; et moderata ratio compositæ mentis cui plenum atque integrum imperii jus in omnes suos impetus nunquam non servabat pater meus, persuasit ei tunc quidem esse melius tutis debellare consiliis, et non ferro aut periculo ad victoriam, sed cura et ingenio grassari. Norat videlicet Baimundi 387 vafrum animum acrem et mille ad nocendum artium. Si admoveret castra, si cominus accederet, transfugia perfidorum seditionumque adhuc fumantium rediviva scelera instigatore tali verebatur. Igitur si, quod omnes concedunt, tempus interdum in bello est rei sine strepitu gerendæ, vincereque sine certamine ac sanguine majorem interdum imperatoribus summis quam signorum cruenta collatio famam attulit, quis neget tali tum loco fuisse Romanam rem, ut cum tot effervescentes intestinis sævæ iræ fluctibus cupiditates improborum in occasionem confirmandæ audaciæ produci non oporteret, nulla iniri salubrior administrandæ rerum summæ ratio potuerit, quam si hostem contagiosæ viciniæ et tumultum externum civili perturbatione cumulare satagentem consenescere ac ringi conclusum cogeret, et denique sedendo debellaret. Neque id solum vidit aut curavit, verum ultro in eum vertere quod timuerat ab ipso malum alacri solertis animi dexteritate occupavit. Discordias et suspicionum odiorumque seminaria Baimundum inter comitesque Gallos cæteros serere aggressus hac ferme ratione. Evocavit e Neapoli ad se Marinum sebastum, hominem e Maistromiliorum genere, non illum quidem sibi probatum usquequaque (quippe cujus jurata licet fides adversus blandas prensationes et promissa in rebellionem pellicere conantium haudqua-

A οὐμενον· καὶ τοῦτο γὰρ στρατηγῶν ἰδιαίτατον ὅσαπερ ἴσμεν μὴ μετὰ ξιφῶν καὶ μάχης μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σπονδὰς τρεπομένων· καὶ ἄλλως ἔστιν οὗ ῥᾳδιουργοῦντα τὸν ἐχθρὸν καταγωνίζεσθαι, ὁπηνίκα καὶ τοιούτου καιρὸς παρῇ, ὁποῖον καὶ τότε ὁ αὐτοκράτωρ φαίνεται σχευωρήσας. Θέλων γὰρ διχόνοιαν ἐμβαλεῖν μεταξὺ τῶν τε κομήτων καὶ τοῦ Βαϊμούντου, καὶ κατασεῖσαι οἷον τὸν πρὸς ἀλλήλους συνασπισμὸν, ἢ διαῤῥῆξαι, τοιοῦτόν τι δραματουργεῖ. Μεταπεμψάμενος οὖν τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρῖνον (59) τὸν σεβαστὸν (τῶν Μαϊστρομιλίων οὗτος ὑπῆρχε τὸ γένος), κἂν μὴ πάνυ τὸν πρὸς αὐτὸν ὅρκον ἀνόθευτον τότε ἐτήρει (ἀπατηλοῖς ἐξαπατηθεὶς λόγοις καὶ ὑποσχέσεσιν, ἀλλ' ὅσῳ γε τὰ πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἀποκαλύψαι αὐτῷ τὸ ἀπόῤῥητον τεθάῤῥηκεν, ἅμα δὲ καὶ
B τὸν Ῥογέρην [25] (60) (τῶν ἐπιφανῶν δὲ οὗτος Φράγκων) καὶ τὸν Πέτρον Ἀλίφαν, ἄνδρα κατὰ πόλεμον περιβόητον, καὶ τὴν ὡς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα πίστιν ἀκράδαντον διόλου τηρήσαντα· τούτους μετακαλεσάμενος βουλὴν ἐζήτει ὅπως τὰ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον εὖ διαθέμενος καταγωνιεῖται αὐτόν· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν εὐνουστέρων τῷ Βαϊμούντῳ, καὶ ὁπόσους ἐκεῖνος ἰσοψύχους ἔχει διηρώτα. Καὶ περὶ τούτων μαθὼν ἐξ αὐτῶν, δεῖν ἔλεγεν ὑποποιήσασθαι τούτους διὰ παντοίας μηχανῆς· καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, δι' ἐκείνων καὶ τὸ κοινὸν τοῦ Κελτικοῦ στρατεύματος διαῤῥαγήσεται εἰς διψυχίαν ἐμπεσόν· ἀνακοινοῦται τοῦτο τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι, καὶ ἐξ ἑκάστου τούτων ἕνα αἰτεῖται τῶν εὐνουστέρων θεραπόντων καὶ ἐχε-
C μυθεῖν ἐπισταμένων. Οἱ δὲ ἑτοίμως τοὺς κρείττονας τῶν ὑπηκόων αὐτῷ ἔφησαν δοῦναι. Καὶ ἐπειδὴ παρῆσαν οἱ ἄνθρωποι δραματουργεῖ τι τοιοῦτον. Γράμματα συνθέμενος ὥσπερ ἀμοιβαῖα πρός τινας τῶν ἀμφὶ τὸν Βαϊμοῦντον οἰκειοτάτους ὡς δῆθεν ἐκείνων γεγραφότων πρὸς τοῦτον καὶ οἰκειότητά τινα μνηστευομένων, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς τοῦ τυράννου γνώμης ἐξαγορευόντων, πέμπει πρὸς αὐτοὺς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[25] Ῥοδέμην.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(59) *Τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρῖνον*. Evocavit Alexius Marinum Neapolitanum, uti appellatur, pag. 400, qui tum in castris aderat, non e Neapoli, quod velle videtur eruditus interpres. Erat ille, ait Anna, ex genere τῶν Μαϊστρομιλίων, vel potius Μαϊστραμίλτων, hoc est, ex familia principum, qui Neapoli in Italia dominabantur eo ævo, *magistri militum* nuncupati, quæ suprema tum fuit in urbe dignitas, qua olim insignis erat qui Neapolitano tractui præficiebatur ab imperatoribus Constantinopolitanis, ut qui militiæ Italicæ dux esset, et στρατηλάτης, id est, *magister militum*, uti hocce vocabulum interpretantur Latini scriptores. Constantinus Porph. *De adm. imp.* cap. 27, de ducibus Neapolitanis scribens: Ἰστέον ὅτι ὁ Μαϊστρομέλης ἑρμηνεύεται τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ κατεπάνω τοῦ στρατοῦ. Magistri isti militum Neapolitanum posthæc sibi asseruerunt dominatum, excusso Græcorum Augustorum jugo, retenta nihilominus dignitatis appellatione, uti passim observare est ex Gregorio M. PP. lib. VII, indict. 2, epist. 75; Joanne Diacono Neapol. in Chron. episcop. Neapolitan.; Erchemberto, cap. 26, 27, etc.; Petro Damiano card. lib. I, epist. 9, auctore Chronici S. Vincent.
D de Vulturno, lib. III; Alexandro abbate Celesino lib. I, II, III et IV; Leone Ost. lib. II, cap. 59 et 62 et aliis. Erat autem hac tempestate Sergius princeps Neapolitanus, quem origine et natione Græcum fuisse testatur Rogerius Siciliæ comes, in Diplomate quod exstat apud Sur. 6 Octob. cujus etiam crebra apud abbatem Celesinum occurrit mentio, apud Falcon. Benev. an. 1137, et in Chron. Casin. lib. IV, cap. 89, qui quidem Sergius ultimus fuit e Neapolitanis ducibus; huic enim successit Rogerius Siciliæ comes. Magistrorum militum Neapolitanorum seriem et genealogiam habet Capace. lib. I *Hist. Neapol.* et ex eo Ughellus, tom. VI *Ital. sacr.* pag. 113. Porro *Marinus* iste Annæus ille idem est, ni fallor, qui subscribit Diploma Rogerii ducis Apuliæ, Calabriæ et Siciliæ, an. 1093, pro Ecclesia Cusentina, apud eumdem Ughellum in *Ital. sacr.* tom. IX, hisce verbis: *Ego Marinus imperialis magister atque stratigo*. Ex quibus patet magisteriam dignitatem ab Alexio, et aliquam præfecturam obtinuisse. Certi sebasti dignitate ab Anna infra donatur, pag. 416.

(60) *Ῥογέρην*. V. notata ad pag. 34.

ὥσπερ εὐχαριστηρίους λόγους συντάξας καὶ ἀποδεξάμενος τάχα τὴν τῶν ἀνδρῶν εὔνοιαν. Ἦσαν δὲ οὗτοι ὅ τε Γίδος (61) ὁ τοῦ Βαϊμούντου αὐτάδελφος, καί τις τῶν ἐνδοξοτάτων ἀνδρῶν Κοπριστάνος (62) καλούμενος, καὶ πρὸς τούτοις ὁ Ῥικάρδος (63) καὶ τέταρτος ὁ πριγκιπάτος (64) ἀνὴρ γενναῖος καὶ τὰ

A quam inconcussa perstitisset), cæterum ejusmodi cui sua contra Baimundum arcana consilia recte committi posse crederet. Accersivit præterea Rogerium illustrem inter Francos, ac Petrum 'Alipham, virum et laude rei bellicæ et servatæ Augusto fidei constantia celebrem. Horum rogatis auditisque sen-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) Ὅ τε Γίδος. Vetus scriptor in Philippo rege Fr. : *Guido autem frater ducis post tempus breve in langorem incidit, ita ut destitutus omnibus membris ad extrema duceretur.* **393** *Ascito denique fratre, orat ut parcat quæ in ipsum peccasset. Interrogante quæ essent commissa, confessus est imperatorem sibi filiam suam spopondisse cum Dyrrachio, et aliis donis; sæpius urbem vi aut deditione subactam, nisi cives retardasset suo animatos consilio*, etc. Consentit Ordericus, lib. II, pag. 823, 824 : *Magnanimus dux multimodis conabatur oppidum expugnare. sed impediebant qui maxime debuissent illum adjuvare, Guido enim frater ejus, et Robertus de Monteforti, in quibus confidebat præ cæteris, fraudulenter conversi erant ad partes imperatoris, et excæcati ab eo, missis ingentis pecuniæ xeniis, sed callide. frustrabantur molimina sui principis*, etc. Ex quibus patet, non confictas fuisse ab Alexio epistolas, quo comites suspectos Boemundo redderet, sed revera iis ad defectionem sollicitasse Guidonem, et alios proceres.

(62) Κοπριστάνος. Conversanum forte comitem intelligit Anna ; floruit autem sub Normannis Apulis *Triscamus* Conversani comes, cui ex bello quæsitis in sortem *Monspilosus* obtigit, uti narrat Leo Ost. lib. II, cap. 68. Ille idem, ni fallor, quem Malaterra, lib. I, cap. 39 ; lib. III, cap. 34, filiam Tancredi, Guiscardi sororem duxisse uxorem scribit. Ex iis nuptiis prodiere *Gaufredus*, Conversani comes, *Guiscardi* ex sorore *nepos* dictus Orderico Vitali, lib. VII, pag. 645 ; et *Robertus* comes Montiscaveosi, de quo Willelmus Apul. lib. III, p. 31, b. 33 b. Gaufredus in rescripto Rogerii Apuliæ ducis et Boemundi fratrum, an. 1090. Apud Baronium, *comes Cupersanus* nuncupatur. Interfuit ille morti Guiscardi, uti narrant idem Ordericus, lib. x, pag. 780 ; et Willelmus Gemeticensis, lib. VIII, cap. 14 ; et cœnobium in urbe Cupersanensi a fundamentis exstruxit, ac bonis ditavit. Gaufredi filiam *Sibyllam* uxorem duxit an. 1100, Robertus Normanniæ dux, cum ab Hierosolymitana expeditione rediret. Gaufrido alii præterea exstitere liberi, *Guillelmus* nempe Conversani comes, *Robertus*, *Tancredus de Conversana*, qui in Rogerium Siciliæ comitem et regem bellum movit, de quo abbas Celesinus, lib. I, cap. 2; lib. II, cap. 21, 33, 46 ; Ordericus, lib. XIII, pag. 898 ; et Diploma Constantiæ principissæ Antiochenæ an. 1118, apud Ughell. tom. VII, p. 868. Præterea *Alexander*, cujus Diploma an. 1111, pro Barensi Ecclesia exstat apud Ughell. tom. VII, *Ital. sacr.* pag. 865, in quo *comes Cupersanensis* nuncupatur. Interfuit etiam Alexander iste donationi Boemundi II principis Antioch. factæ abbati S. Anastasii Carbonensi an. 1126. Apud Paulum Æmilium Sanctorium in *Hist. monast. Carbon.* Descripsit præterea idem Ughellus in archiepisc. Barens. aliud Diploma *Roberti* Conversani comitis an. 1121, indict. 4, qui Alexandri comitis forte frater fuit. Denique alterius *Alexandri de Conversana*, qui Manueli imp. meruit an. 1168 et 1170. W. Tyrius meminit, lib. XX, cap. 14; lib. XXI, cap. 16. Jam vero ut Conversanum aliquem, seu Alexandrum comitem, seu Alexandri fratrem intellexisse Annam putem, facit Κοπριζιάνου nomen, quod haud multum abludit a *Cupersano*, qua appellatione vocantur hi comites veteribus tabulis. Occurrit etiam, ne id dissimulem, nobilis Normannus alter in eo Diplomate an. 1102, de quo supra, cujus nomen, aut dignitas, Κοπριστάνου appellationi Annææ satis videtur convenire. Sic autem illius initium concipitur, uti editum est ab Ughello : *Nos Alexander Cupersanensis comes, et canc. Capersi. et Gavus Cantazarii comes, et Robertus Grumi, juramus ex præcepto et voluntate domini nostri Rogerii Siciliæ et Italiæ regis*, etc. Quis autem ille *canc. Capersi*, fateor mihi esse plane B incognitum.

(63) Ῥικάρδος. Quis iste Ricardus Annæus haud constat. Tres potissimum hoc nomine sub hæc tempora bellis Hierosolymitanis interfuisse tradunt scriptores, Ricardum præfectum Maresch, alterum filium Marchisi, Tancredi **394** fratrem, tertium *de principatu* cognominatum, cujus hic Anna meminit. Unde libens in eam sententiam irem, Ricardum hunc eumdem esse cum Ricardo de principatu, ita ut ex viri nomine appellativo et cognomine binos fecerit, nisi quatuor in conspiratione illa comites fuisse assereret. Proinde Ricardus, si alius fuit a *principato*, aut ille est, quem infra Hugonis fratrem nominat, qui in prælio navali captus est a Cantacuzeno, aut Ricardus comes Andriæ, qui una cum Boemundo rescriptum Rogerii Apuliæ ducis pro Bantino monasterio subscribit apud Baron. an. 1090.

(64) Πριγκιπάτος. Idem qui fœdus Alexium C inter et Boemundum ex parte Alexii subscripsit, ad quem cum Willelmo Clareto transfugerat, pecunia et blanditiis imperatoris corruptus, ut infra narratur. Ricardum hunc *principem Salerni*, de genere Normannorum, et proximum Boemundi et Tancredi fuisse scribit Albertus Aq. lib. III, cap. 15; lib. VII, cap. 28; Robertus Mon. lib. I, *principem* vocat; Baldricus, lib. I, et Tyrius, lib. II, cap. 13 ; lib. III, cap. 17, 24, *de principatu* cognominant. Guibertus denique, lib. III, cap. 2 et 9; *de prima civitate*, quibus verbis reddidisse Italicum videtur *de Princitja*, nam et Ῥιντζάρδον τὸν Πριντζίτταν (nisi mendum subsit, legendumque sit τὸν Πριντζίπαν) sese ipsemet videtur appellare in prædicto fœdere. Ricardum Willelmi cognomento Ferrebrachii, Roberti Viscardi fratris primogeniti filium perperam facit Tyrius, cui imposuit Willelmi Ricardi patris nomen. Nam Ferrebrachius absque liberis exstinctus est, ut auctor est Malaterra istius sæculi scriptor. Fuit vero Ricardus filius D Willelmi alterius, Capitanatæ comitis, Wiscardi perinde fratris, qui a fratre Umfredo principatus comes creatus est, liberosque aliquot superstites reliquit, ut constat ex Malaterra, quos inter, præter Ricardum, fuit *Robertus* comes Principatus, pater Guillelmi, qui in Charta an. 1134, pro monasterio S. Trinitatis Venusino, *Gulielmus comes Principatus filius bonæ memoriæ Roberti comitis de Principatu*, inscribitur, apud Ughellum, tom. VII *Ital. sacr.*, p. 222 ; Guillelmus vero pater fuit Nicolai comitis Principatus, qui suo Diplomate an. 1151, in quo cognatus Rogerii regis Siciliæ dicitur, multa beneficia contulit Cavensi monasterio. Idem Nicolaus in aliis tabulis an. 1141 sese *comitem de Principatu et Guillelmi comitis hæredem* nuncupat. Exstant illæ apud Ughellum, eodem tomo, pag. pag. 562, in quibus meminit Guillelmi comitis fratris sui. Ex Willelmo præterea Roberti Guiscardi fratre prodiit Ranulfus, qui cum fratre

lentiis de optima et tutissima ratione debellandi Baimundi, quærit ex iis ecquid nominatim scirent quibus ille comitum ac ducum suorum familiarissime uteretur et potissimum fideret? qui eum ex animo amare? qui ab eo vere diligi putarentur? Cum ad ea illi prout quisque compererat amicos Baimundi recensuissent: Hanc ego Augustus, ait, intimam ejus cohortem primum aggredi constitui, conatusque in eam spem intendere ut tales illi viros suspectos reddam. Nempe isti quos dicitis prima ipsa capita Gallorum sunt. Plurimos eorum quisque in castris illis ex se suoque nutu suspensos trahit; haud dubie si qua fors annuat abalienari eos a Baimundo, magna perturbatio Gallos jactabit, committetque odiis ac suspicionibus inter se. Vos si consilium probatis, adjuvate. Opus in primis est fidis ministris. Peto a vobis ut quem quisque unum omnium probatissimum tenacissimum arcani, expertissimæque per omnia fidei famulum habet, mihi ad hunc usum commodetis. Pollicentur haud gravate illi; adsunt paulo post famuli parati ad omnia, expeditique Augusto se sistunt in tota jamdudum fingenda digerendaque fabula defixo. Scripserat litteras ad eos de quibus diximus Baimundi familiarissimos in eam formam et sententiam conceptas, ut non prior ipse scribere, sed ad epistolas eorum respondere videretur. **388** Istarum quoque priorum litterarum argumentum indicabatur. Agebat enim gratias quod sibi arcana Baimundi consilia prodidissent; vicem amicitiæ mutuam et beneficiorum spondens; tum adhortabatur videlicet ut pergerent magnam a se, ipsisque utilem inituri gratiam. Tali artificio compositæ litteræ Gido inscriptæ sunt fratri Baimundi, tum viro longe in illo exercitu clarissima qui Copisianus dicebatur; Ricardo quoque ac post tres istos etiam viro facile in castris Baimundi fortitudine militari, scientia et auctoritate facile primo, qui proprio nomine principatus vocabatur. Multorum ex hinc ducum aliorum nomina invidiosis mendacium epistolarum inscriptionibus traducta, in magnam spem fore ut his interceptis Baimundus litteris pro cætera impotentia infrenis irritabilis animi aliquam in talium virorum præceps injuriam erumperet, cujus illi dolore ac sensu, fide subjectionis aut societatis abrupta, par illi vel majus repone-

A πρῶτα φέρων ἐν τῇ στρατιᾷ τοῦ Βαϊμούντου, καὶ ἕτεροι πλείους τούτων, πρὸς οὓς τὰ ἐπίπλαστα γράμματα ἐξεπέμπετο· ἐκεῖσε μὲν γὰρ οὐδὲν ἐδέδεκτο τοιοῦτον ὁ βασιλεύς· οὔτε περὶ Ῥικάρδου, οὔτε περὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου, εὔνοιαν καὶ πίστιν ὑπαγορεῦον γραμμάτιον· αὐτὸς δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ τοιαῦτα γραμμάτων ἐπλάττετο. Εἶχε δὲ νοῦν τοιοῦτον τὸ δραματούργημα, ὡς, εἴπερ εἰς ἀκοὰς εἰσέλθῃ Βαϊμούντου ἡ τῶν ἀνδρῶν [26] προδοσία, καὶ ὡς ἐκεῖνοι ἐκεῖθεν ἀποκοπέντες τῇ γνώμῃ τῷ μέρει τῷ βασιλικῷ προσεχώρησαν, αὐτὸς μὲν εὐθὺς ταραχθήσεται καὶ πρὸς τὴν βαρβαρικὴν φύσιν ἐπανελεύσεται· κακώσας δὲ τοὺς ἄνδρας ἀποῤῥαγῆναι τούτου καταναγκάσειε, καὶ ὅπερ εἰς νοῦν οὐκ ἦλθεν B αὐτοῖς, ἐκ τῆς κατασκευῆς Ἀλεξίου ποιήσειαν πρὸς αὐτὸν στασιάσαντες. Ἤδει γὰρ, οἶμαι, ὁ στρατηγὸς ὡς τὸ ἀντίπαλον ἅπαν φῦλον ξυγκροτούμενον μὲν καὶ ἀλληλουχούμενον ἔῤῥωται· στασιάζον δὲ καὶ εἰς πολλὰ μεριζόμενον ἀδρανέστερον γίνεται, καὶ οὕτω τοῖς πολεμοῦσιν εὐχείρωτον. Ὅπερ καὶ βαθέως ἐπραγματεύετο καὶ τὸν δόλον ὑποβρύχιον εἶχε τὰ γράμματα. Μεταχειρίζεται δὲ τὸ πρᾶγμα οὑτωσί πως ὁ Ἀλέξιος· πέμπει μὲν γὰρ τὰ πεπλασμένα γράμματα πρὸς ἐκείνους παραγγείλας ἐπιδοῦναι ἑκάστῳ ἕκαστον. Εἶχε δὲ τὰ πεμπόμενα βιβλία (65) ἐκεῖνα οὐ μόνον εὐχαριστίαν, ἀλλὰ καὶ δόσεις κατεπηγγέλλετο, καὶ βασιλικὰς δωρεὰς καὶ ὑποσχέσεις ὑπερφυεῖς. Ἐφεῖλκε δὲ τούτους καὶ εἰς τὸ μετέπειτα εἶναί τε εὔνους καὶ φαίνεσθαι C καὶ μηδὲν ἀποκρύπτειν τῶν ἀποῤῥήτων. Κατόπιν καὶ [27] τῶν πιστοτάτων αὐτῷ ἄνθρωπον ἀποστέλλει ἀνεπιφωράτως τούτοις παρέπεσθαι, καὶ ἐπειδὰν πλησιάσαντας ἴδοι, παρελάσαντα προφθῆναι τούτων τὴν ἔφοδον· καὶ καταλαβόντα τὸν Βαϊμοῦντον, τόν τε αὐτόμολον ὑποκριθῆναι, καὶ εἰπεῖν ὡς αὐτῷ προσχωρήσειε μισήσας τὴν τοῦ βασιλέως διατριβήν· φιλίαν δὲ πρὸς τὸν τύραννον προσποιούμενον καὶ ὡς δή τινα εὔνοιαν κατειπεῖν ἀριδήλως τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐφ' οὓς τὰ γράμματα· Ὡς ἄρα ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα (ὀνομαστὶ τούτους καταριθμήσας) ἐξομοσάμενοι τὴν πρὸς ἐκεῖνον πίστιν, βασιλεῖ φίλοι καὶ εὔνοι γεγόνασι καὶ τὰ ἐκείνου φρονοῦσι. Καὶ ὁρᾷν δεῖ μή τι κατ' αὐτοῦ δεινὸν D μελετήσειαν ἐξ ὑπογυίου καὶ πάλαι προεσκεμμένου. Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο πεπραγματεῦσθαι ἵνα μή τι δεινὸν τοῖς γραμματοκομισταῖς τούτοις ὁ Βαϊμοῦν-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[26] ἀνδρῶν τοιούτων. [27] δέ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

in expeditionem Hierosolymitanam profectus est, de quo Baldricus, lib. I, et Petrus Diac. lib. IV *Chronic. Casin.* cap. 11. Denique filia elocata a Wiscardo patruo, Dominico nobili Veneto in mercedem proditi Dyrrachii. Vide Malat. lib. I, cap. 15, 24, 31, 32; lib. III, cap. 28. Ricardi filius fuit Rogerius Antiochiæ post Tancredum princeps. Sed de Gulielmi comitis Principatus posteris agimus fusius in *Familiis Normannicis*.

(65) *Τὰ πεμπόμενα βιβλία.* Βιβλίον, pro γραμματεῖον, seu *tabellis* usurpari adnotant grammatici, Suidas, βιβλίον, ἐπιστολή. Sic Themistius, orat. 14, epistolam Constantii ad senatum βιβλίον vocat. Vide Cinnamum, lib. V, n. 10, sub finem. Hic vero *Schedulam* significat, quam inde *billum* appellant scriptores ætatis mediæ. Willelmus Thorn. cap. 41; *Porrectæ fuerunt billæ et petitiones Domino Regi. Billa excusatoria*, apud *H. de Knighton* an. 1262. Hinc *Billeta* in *Monast. Anglic.* tom. I, pag. 654, nostris *Billet*. Spelmannus a Saxonico *Bille* deducit, Somnerus ex *libellus* corruptum putat; ego ex βιβλίον.

τος ἐργάσηται. Ἐμέλησε γὰρ καὶ τοῦτο τῷ βασιλεῖ, A ὅπως τοὺς μὲν καθέτους τούτους ἄνδρας ἀβλαβεῖς διατηρήσειε, τὰ δὲ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον πράγματα συντάραξειε. Καὶ οὐκ εἶπε μὲν ταῦτα καὶ συμβεβούλευκεν, οὐ γέγονε δὲ, ἀλλὰ προσελθὼν καὶ δι' ὅρκους λαβὼν τὸ ἀφρόντιστον τῶν γραμματοκομιστῶν ὁ εἰρημένος ἀνὴρ ἀπαγγέλλει πάντα κατὰ τὰς ὑποθημοσύνας τοῦ αὐτοκράτορος. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὅπου τούτους στοχάζεται ἐφθακέναι, τὴν Πετρούλαν αὐτοὺς ἔλεγε διελθεῖν· καὶ ἀποστείλας κατέσχε τοὺς γραμματοκομιστὰς, καὶ τὰ γράμματα ἀναπτύξας, ἰλίγγου τε πλήρης γεγονὼς μικροῦ κατέπιπτε, πιστὰ λογισάμενος εἶναι. Ἐκείνους μὲν οὖν παραφυλάττεσθαι ᾠκονόμησεν, αὐτὸς δὲ ἀπρόϊτος ταῖς σκηναῖς ἐν ἓξ ἡμέραις ἦν γνωσιμαχῶν τὸ τί ἂν χρὴ ποιῆσαι πολλοὺς παρ' ἑαυτῷ ἀνελίττων λογι- B σμούς· εἰ χρὴ παραστῆναι τοὺς κονοσταύλους (66) καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γίδον ἐξειπεῖν τὴν κατ' αὐτοῦ δοθεῖσαν πρόληψιν, καὶ εἰ μετὰ τὸν ἔλεγχον παραστῆναι χρὴ ἢ ἄτερ ἐλέγχου· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ τίνας ἀντ' αὐτῶν κονοσταύλους ποιήσειε, γενναίους δὲ ὄντας τοὺς τοιούτους, κἀντεῦθεν πολλὴν τὴν βλάβην ἐσομένην παρασταλέντων ὑπονοῶν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομήσας, οἶμαι δὲ καὶ τὸν κρυπτόμενον νοῦν τῶν γραμμάτων ὑποτοπάσας, μετεληλυθὼς εὐφυῶς τούτους καὶ θαρσήσας, ἐπὶ ταυτοῦ μεμενηκέναι τούτους ξυνεχώρησεν [28].

A rent malum, sicque illa formidabilis evanesceret potentia. Quid enim a quantocunque exercitu magnopere formidandum est, ubi concordia laxata, emotisque fiduciæ fundamentis, suspecti suspicantesque invicem cuncti, rem summam pro se quisque in ruinam discerpendo trahunt? ruinam, inquam, atque interitum. Adeo enim sperare victoriam male cohærens et intestinis fervens odiis quantavis multitudo nequit, ut etiam hostibus quamlibet numero genereque inferioribus cladem ac ludibrium non dubium debeat. Ejusmodi epistolæ tabellariis quos diximus perferendæ traditæ. Post eos quo mittebantur proficiscentes, ire strenue jubet Augustus fidissimum sibi hominem, cui clam mandata dederat, ut quando accessissent castra B Gallica propius bajuli litterarum, præcurreret eo prior ipse, simulansque transfugam, quasi pertæsus imperatoris ignavas moras, in fortioris feliciorisque principis militiam atque auspicia transcribi se optare præ se ferret. Sic admissus ad tyrannum indicium magnæ rei se afferre ipsi diceret, sese comperisse corrumpi res ejus a quibus minime oportuerat. Mira et incredibilia, sed certa manifestoque deprehensa proferri a se; illum et illum intimos consanguineos, devinctissimos familiares, juratissimos ejus clientes clam habere coleieque amicitiam cum imperatore; teneri posse litteras arcani commercii interpretes quas esse in itinere se scire; offerreque adeo suam operam ad intercipiendas eas, una cum exceptione duntaxat, si tabellariis earum hominibus miseris alieno dominorum jussu pergentibus vita et liber reditus concedatur; visurum in chartis illis profecte quam prope absit a pernicie, tandiu familiarissime securissimeque se iis credens quos sui capitalis hostis Alexii Augusti studiosissimos comperiet indiciis manifestissimis; simul intelliget quam atrox urgeat necessitas amoliendi comparatam ex longo sibi perniciem ab iis quibus omni tempore præsentissima facultas suppetit sceleris quod nefarie cogitant impune perpetrandi. **389** Hæc ita et erat jussus graviter egit fictus transfuga, magnaque Baimundum exspectatione suspendit; et expresso ab eo jurejurando quo sanxit innoxios per se ac suos fore litterarum bajulos, incolumesque dimittendos, addidit tabellarios istos transgressos jam esse Petrulam, atque adeo in eo spatio quod inde ad castra interjaceret posse comprehendi. Eo dum properant jussi confestim a Baimundo cursores, notabitur obiter a nobis prudens benignitas Augusti qui quos nuntios fictarum litterarum functione ancipitis ministerii projiciebat in periculum iis isto artificio submissi transfugæ humanissime simul ac ingeniosissime salutem asseruit. Comprehensis hominibus, resignavit cupide litteras iis ereptas Baimundus, quas dum legit et intuitu primo veras putat, adeo erant ad veri similitudinem fucatæ, parum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[28] ξεχώρησεν. ὀνετεθείκει.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(66) *Κονοσταύλους*. Comites Stabuli vulgo C Franci vocant supremos exercituum Duces, Marbodus diaconus, postmodum episcopus Redonensis, in Vita S. Licinii episcopi Andegavensis: *Factum est ut a rege flagitantibus cunctis* **395** *tribunus militum crearetur, qui nunc more nostro comes stabuli nuncupatur*. Vide Duchesnium, in *Hist. gentis Monmorenciacæ*. At κονοσταύλων vocabulo innuit hoc loco Anna, non totius exercitus præfectos, uti hodie vox ista usurpatur, sed centuriones, et quos tactici τουρμάρχας, δρουγγαρίους, κόμητας, κεντάρχους vulgo nuncupant notione apud Gallos istius ævi passim recepta. Willelmus *Guiart* an. 1303:

Et chascun suit son conestable.

Hinc *conestablie*, pro cohorte, seu turma militari, apud eumdem non semel. A. 1205:

Des reaus ot cinq conestablies.

Idem an. 1296:

Tuit se queurent apareillier
Par diverses conestablies,
Li grant seigneur et leur mesnies.

Froissartes 2 vol. cap. 67: *Et les sachées de pain furent desparties par conestablies.* Et cap. 142: *Ils s'estaient tous partis par conestablies.* Vide Littletonem, sect. 379, et ibi Cokum, et Monstrelet. 1 vol. cap. 195 Nec alia notione duces Francorum, qui in Palatina custodia militabant, Κονοσταύλους vocabant Byzantini, ut qui erant Capitanei Franciæ cohortis, palatii et imperatorum custodiæ addictæ, *capitaines des François*, quod ita centuriones et turmarum militarium præfecti apud Gallos indigitarentur. Vide Notas ad Villhard. n. 210.

abfuit quin stupore immenso ac subito correptus vertigine rueret; ut se recepit paululum, dato certis negotio dissimulanter observari jussit delatos comites, ipse clausus tabernaculo sex diebus neminem admittens in silentio ac mœstitia deliberabundus secum discerpebat animum curis anxia consiliorum alternantium variis ac subinde reciprocantibus æstuans fluctibus. Ecquid expediret citare coram se comites, fratrique ipsi Gido palam aperire cujus criminis quo indicio deferretur? An vero illi citandi jam nunc an potius tunc tantum quando admotis per interpositos cognitores testimoniis, tabulisque oblatis convicti plane ii sceleris fuerint? Accedebat gravis cura: quosnam tandem his talibus tam idoneis ac fortibus remotis viris administratione rerum et exercitui præficeret? His diu animo versatis tandem statuit vix majorem scelere casuve ullo nasci perturbationem in castris suis posse, quam amotione suppliciove delatorum principum. Itaque, sive utcunque res esse dissimulationem tutissimam credidit; sive, quod magis arbitror, homini emunctæ naris suboluit artificium calumniæ, habuit orationem ad fratrem et comites scopo suo ac tempori accommodatam, professusque se pro eo quantum exploratam haberet ipsorum fidem, indicia quantavis conjurationis ab ipsis initæ flocci facere, pergere uti cœperant, navareque sibi deinceps locis et functionibus iisdem quam hactenus præstiterint operam voluit.

Interim Augustus præterquam quod aditibus cunctis angustarum vallium, quas clisuras vocant, lectam manum fortiorum virorum sub fidis ducibus ad præsidium imposuerat, etiam in id curam extendit ut calles quoque angusti vel aggestione temeraria cæsæ silvæ, vel arte cancellatis lignorum cratibus, qua xyloclasias, quasi lignifragia diceres, vocant, obstruerentur: ne qua vel furtivo per devias semitas obrepere hostes ingressu possent. Itaque jam circumventi undique Galli tenebantur. Si quidam Auloni, Hierichunti, Caninis præsens invigilabat homo acer et strenuus Michael Cecaumenus. Petrulam obtinebat cum validis pedestribus copiis misti generis Alexander Cabasilas vir intrepidi promptique ad bellicos casus animi, **390** prout sæpe in Asia multis Turcorum fundendisque probaverat. Deuræ præerat Leo Nicerita cum idoneo præsidio. Clisuræ denique quæ ad Arbanum sunt Eustathio Camytzæ custodiendæ commissæ fuerant. Baimundus ut ea claustra rumperet, primam in Cabasilam decrevit impressionem, ipsoque jam tum a principio Dyrrachiensis obsidii, Gidum fratrem cum alio quodam comite Saraceno dicto, tertio quoque, addito Contopagano eam in partem ire jussit. Mature venerant in Baimundi potestatem oppidula quædam Arbano finitima, quorum incolæ periti circum locorum secretas deviasque ac sine indicio indigenarum insuspicabiles semitas Gallis ostenderunt, retuleruntque cum fide quæcunque de situ Deuræ solique ac regionis natura illius et dispositu ipsis compertissima nosse bellantium intererat. Gidus satis exploratis omnibus bifariam agmine diviso, iter in hostem pronuntiat. Ipse partem unam ducens adversa fronte Camytzen impetit: cæteras copias Contopagano et Saraceno

A Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, ἐπεὶ προφθάσας ἀξιόμαχον δύναμιν ἐν πάσαις ταῖς κλεισούραις κατέθετο μετ' ἐκκρίτων ἡγεμόνων, πᾶσάν τε ἀτραπὸν διὰ τῶν καλουμένων ξυλοκλασιῶν αὖθις τοῖς Κελτοῖς ἀπετάφρευσεν. Εἶχε μὲν γὰρ εὐθὺς ὁ Αὐλὼν ἡ Ἱεριχὼ καὶ τὰ Κάνινα ἀνύστακτον φύλακα, Μιχαὴλ τὸν Κεκαυμένον· ἡ δὲ Πετρούλα Ἀλέξανδρον τὸν Καβάσιλαν μετὰ συμμίκτων πεζῶν στρατιωτῶν, ἄνδρα ἐκθυμότατον καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Τούρκων κατατροπωσάμενον· τὴν Δεύρην δὲ Λέων ὁ Νικερίτης μετὰ ἀποχρώσης ἐφρούρει δυνάμεως· τῷ δέ γε Εὐσταθίῳ τῷ Καμύτζῃ τὰς περὶ τὸ Ἄρβανον ἀνετηθήκει [29] κλεισούρας. Ὁ δέ γε Βαϊμοῦντος ἐκ πρώτης, ὅ φασιν, ἀφετηρίας κατα τοῦ Καβάσιλα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γίδον καὶ κόμητά τινα Σαρακηνὸν (67) καλούμενον καὶ τὸν Κοντοπαγάνον ἐξέπεμψεν. B Ἐπεὶ δέ τινα τῶν ὁμορούντων τῷ Ἀρβάνῳ πολίχνια προέφθασαν τῷ Βαϊμούντῳ προσχωρῆσαι, οἱ τούτων ἔποικοι τὰς τοῦ Ἀρβάνου ἀτραποὺς ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, προσελθόντες, πᾶσαν ὡς εἶχε τῆς Δεύρης τὴν θέσιν ἐξηγήσαντο, καὶ τὰς λανθανούσας ἀτραποὺς ὑπέδειξαν. Τηνικαῦτα ὁ Γίδος διχῇ διελὼν τὸ στράτευμα, αὐτὸς μὲν τὴν κατὰ πρόσωπον μετὰ τοῦ Καμύτζη μάχην ἀνεδέξατο· τὸν δὲ Κοντοπαγάνον [30] (68) καὶ τὸν Σαρακηνὸν καλούμενον κόμητα παρὰ τῶν Δευριωτῶν ὁδηγουμένους ἐξ ὀπισθίων τῷ Καμύτζῃ ἐπεισπεσεῖν ἐπέταξε· τούτου γοῦν συνδόξαντος ἀμφοῖν, ἐπεὶ ὁ μὲν Γίδος κατὰ πρόσωπον ἐμάχετο, οἱ δέ γε λοιποὶ κόμητες τῇ C παρεμβολῇ τοῦ Κατμύζη ἐπεισπεσόντες ἀπὸ τῶν μεταφρένων δεινὸν τὸν φόνον (69) κατ' αὐτῶν ἀπειργάσαντο· ὡς οὐκ ἐνῆν αὐτῷ πρὸς πάντας μάχεσθαι· τραπέντας τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν θεασάμενος συνείπετο τούτους καὶ αὐτός. Καὶ πίπτουσι μὲν τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων πολλοὶ καὶ αὐτὸς ὁ Καρᾶς νηπιόθεν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[30] Κοντοπαγάνον.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) *Σαρακηνόν*. De comite Saraceno diximus supra ad pag. 137.

(68) *Κοντοπαγάνον*. Κοντός Græcis interdum est *comes*, interdum brevis, ita prima vocis notione, Contopaganus erit comes Paganus, Italice *il conte Pagano*: altera, *parvus Paganus*, *il piccolo Pagano*. Paganos aliquot sub hæc tempora recensent scriptores rerum Hieros. *Paganum Belvacensem*, Robertus monach. lib. VII, *Paganum de Gariande*, Albertus Aq. lib. II: cap. 27: *Et Paganum de Sorurgia*, idem lib. II, cap. 22.

(69) *Φόνον*. De hac Alexianorum clade, Albertus Aq. lib. X, cap. 41.

τοῖς γνησίοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος προσληφθεὶς καὶ καταλεγεὶς, καὶ ὁ Σχαλιάριος [31] Τοῦρκος τῶν ὀνομαστῶν πάλιν κατὰ τὴν ἕω ἡγεμόνων γεγονὼς, αὐτομολήσας τῷ βασιλεῖ καὶ τοῦ ἁγίου Βαπτίσματος τετυχηκώς.

A commissas clam circumduci jubet per occultos calles quos monstrabant indigenæ Deuriotæ præeuntes adoririque a tergo pugnantes Romanos. Successit dolus. Occupati a facie Romani certamine vehementis hostis, retro vocantur ingenti fragore: comitibus videlicet duobus impetum in Camytzæ castra facientibus. Quid faceret circumventa virtus et oppressa numero? Post multam cædem effuse fugientes suos Camytzes cernens quos nec revocare nec sistere poterat, sequi coactus est. Inter alios Romanorum plurimos qui ibi ceciderunt desiderium sui magnum reliquit Caras, ex familiari Augusti cohorte, probatus a puero juvenis, et merito fortis indolis, spectatæque per omnia virtutis, eximii ejus ordinis prærogativa semper visus dignus. Cæsus item ibi est Scaliarius Turcus, illustris olim per Orientem et late inclytus belli dux, postea salutari sibi ad imperatorem transfugio, etiam sacri baptismatis donum assecutus.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν Καμύτζην. Ὁ δέ γε Ἀλυάτης μετὰ καὶ ἑτέρων λογάδων τὴν Γλαβηνίτζαν [32] φυλάττων, πρὸς τὴν πεδιάδα κατῆλθεν, εἴτε πρὸς πόλεμον, εἴτε καὶ κατασκοπήσων τινὰ τόπου θέσιν, Θεὸς ἂν εἰδείη. Τυχαίως δ' οὖν συναντῶσι B τούτῳ παραχρῆμα κατάφρακτοι Κελτοὶ ἄνδρες γενναῖοι, καὶ τηνικαῦτα διχῇ διαιρεθέντες οἱ μὲν, πεντήκοντα δὲ τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, καταπρόσωπον αὐτοῦ σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ ἵενται, ὅλους χαλάσαντες χαλινούς· οἱ δέ γε λοιποὶ ἐξ ὀπισθίων ἀψοφητὶ τούτῳ παρείποντο· ἦν γὰρ ἑλώδης ὁ τόπος. Ὁ δὲ Ἀλυάτης τῆς τῶν ὄπισθεν μὴ αἰσθόμενος ἐλεύσεως, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἔμπροσθεν ὅλῃ γνώμῃ ἀγωνιζόμενος καὶ χειρὶ, λέληθεν ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον συνελάσας. Ἐπεισπεσόντες γὰρ τούτῳ οἱ ἐξ ὀπισθίων ἐρχόμενοι καρτερῶς κατ' αὐτοῦ ἐμάχοντο. Συναντήσας δὲ τούτῳ κόμης τις Κοντοπαγάνος καλούμενος βάλλει τοῦτον διὰ τοῦ δόρατος, καὶ παραχρῆμα ἄπνους κατὰ γῆς ἔκειτο. Πίπτουσι δὲ καὶ σὺν αὐτῷ οὐκ ὀλίγοι. Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ, τὸν Καν- C τακουζηνὸν μετεπέμψατο, ἄνδρα τοῦτον γινώσκων περὶ τὰς στρατιωτικὰς ἐγχειρήσεις ἱκανώτατον. Ἔφθασε γὰρ, ὡς ἔφην, καταλαβεῖν τὸν αὐτοκράτορα εἰς τόπον μετακληθεὶς ἀπὸ Λαοδικείας. Ἐπεὶ δ' ἀναβολὴν τὰ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον οὐκ εἶχεν, ἀξιόμαχον στρατὸν μετ' αὐτοῦ συνεκπέμπει, καὶ τῆς παρεμβολῆς ἔξεισι προεκπέμπων αὐτὸν [33] καὶ πρὸς μάχας ὀτρύνων αὐτόν. Ἐφθακὼς δὲ τὴν κλεισούραν τὴν ἐγχωρίως οὕτω καλουμένην Πέτραν, καὶ αὐτοῦ που ἐγκαρτερήσας, παλλοῖς [34] τε λογισμοῖς καὶ στρατιωτικοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐφοδιάσας αὐτὸν, καὶ τὰ λῷονα ὑποθέμενος πρὸς Γλαβηνίτζαν χρησταῖς ἐλπίσι θαρσύνας ἐκπέμπει. Ἐκεῖνος δὲ πρὸς Διάβολιν ἐπανέστρεψεν [35]. Ὁ δὲ Κανταχουζηνὸς, προσπελάσας D πολιχνίῳ τινὶ, ἐν τῷ ἀπέρχεσθαι, τῷ τοῦ Μύλου καλουμένῳ, παραχρῆμα παντοίας κατασκευάσας ἑλεπόλεις ἐπολιόρκει τὸ πολίχνιον. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἀναισχύντως τοῖς τείχεσι προσεπέλαζον. Καὶ οἱ μὲν πῦρ ἀνιέντες τὰς πύλας ἐνεπίπρων, οἱ δὲ καὶ διὰ τοῦ τείχους εἰς τὰς ἐπάλξεις θᾶττον ἀνῄεσαν. Αἰσθόμενοι δ' οἱ πέραθεν τοῦ ποταμοῦ τοῦ οὑτωσὶ καλουμένου Βούσῃ αὐλιζόμενοι Κελτοὶ, ὡς τὸ τοῦ Μύλου [36] καστέλλιον ἔθεον. Οὓς θεασάμενοι οἱ τοῦ

Hactenus Camytzæ clades quam in minori numero non dissimilis Alyattæ calamitas excepit. Is cum lecta fortium manu Glabenitzæ ad custodiam præpositus, in planitiem descenderat, pugnandi, an loci B cujuspiam explorandi animo, non facile dixerim. Forte illic habet obvios cataphractos Gallos viros fortes, qui statim et ipsi divisi bifariam parte una quinquaginta equitibus constante in nostros adversos ruunt impetu quam maximo totis habenis effusis; pars altera circumducti sine strepitu, quippe per lutosas aut etiam undantes vias loci palustris, in Romanos aversos et pugnæ jam consertæ Gallorum aliorum a fronte irruentium toto animo totoque conatu intentos, improvisa eademque vehementissima impressione a tergo impetunt. Alyatten Contopaganus quidam comes hasta confossum humo affligit exanimem; **391** cadunt et alii non pauci commilitonum ejus. Imperator his auditis haudquaquam cunctandum ratus quin si quid ad manum C haberet efficacis auxilii adversus Baimundum expediret, Cantacuzenum accersit illico vadereque contra Gallos jubet idoneis ad hoc ei assignatis copiis. Hunc strenuum in primis et ad exsecutiones bellicas peracrem evocarat ad se, uti diximus, Augustus e Laodicea: cui ille obtemperans imperio in eum ipsum in quo tunc erat imperator locum recens advenerat. Nec moram ille proficiscendi fecit. Augustus vero hunc honorem eunti habuit ut simul castris prodiens eum usque ad clisuram quam indigenæ Petram appellant comitando deduceret, multis ipsum obiter adhortans verbis, multaque de tota belli ratione utilissime præcipiens: quibus mandatis velut quodam viatico instructum denique dimittens, D postquam ei alacri et spe optima pleno precatus et ominatus est fausta omnia, Deabolim unde venerat revertit. Pergenti Cantacuzeno vicus occurrit Myli dictus. Expedit confestim murales machinas oppugnatque castrum. Instant acriter Romani. Pars injecto igne portas munitionis cremant; pars in pinnas mœnium enisi summa vi pro se quisque in arcem insiliunt. Tali articulo rerum qui trans flumen Busen stationem habebant Galli ad castellum Myli, periculo ejus procul animadverso, suppetias

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] Σχαλιάρης. [32] Γλαβυνίτζαν. [33] οἷον. [34] πολλοῖς. [35] ἀνέστρεψεν. [36] Μώλου.

cursu concito ferebant. Exploratores Cantacuzeni hominess barbari, ut dictum est, visu perculsi trepide recurrunt ad ducem suum; nec tamen ei primam rei notitiam reservant, aut sedati voce submissa quid vidissent nuntiant, ut cordatorum officium erat, sed inter ipsum cursum ut erant anheli et metu examines clamarunt adesse Gallos. Perculit imprudens vox Romanos jam victores, arcemque incensis patentem portis, transcensis invasam muris, extorsit manibus obtinentium: quisque amens terrore subito pedem refert, victoriam abdicat, equum repetit, adjumentum velocis fugæ. Collisio erat mira confusioque in sese incurrentium, et cum trepide pro se quisque festinarent, equos pro suis alienos, ut quemque cuique fors et error obtulerat, inscendentium. Nequidquam Cantacuzenus obequitans obstabat ruentibus, et manu, voce, nutu omnes admonens, reddere constantiam metu abreptis panico certabat. *Este viri*, aiebat, e poeta repetens, *et priscæ memores virtutis in armis;* sed canebat surdis, et ducis nihil non conantis industriam oblitorum officii militum perturbatio vincebat. Ille tamen ne tunc quidem desperans omnia: *Esto*, inquit, *milites eamus. Fugæ me socium habebitis. Sed cur nostras machinas hosti relinquimus? cur nostra copia Gallos armamus? Agite, brevis nec periculosa mora est. Corrumpamus igni quæ nec tuendi animus, nec efferendi facultas otiumve suppetit; neque illud jubeo exspectare vos quoad ea in cinerem abierint; flamma semel injecta, per me licet, ite, recedite; sed non temere, non turpiter, sed decore compositeque recedite.* Nimium æqua poscere visus est; agunt milites quod jubebantur, ultra etiam, ut fit, quam dux speraverat, capto semel impetu elati. Siquidem non solum suas ipsorum machinas, sed etiam hostiles **392** naves ad flumen Busen stantes incenderunt, non exiguo incommodo Gallorum, quibus haud facilis deinceps trajectus amnis ejus futurus videbatur. Ita demum Cantacuzenus rite atque ordinate cum suis e terrore paulisper receptis, lento jam et militari recedens gradu, planitiem animadvertit non longe distantem, cujus situs a dextris habens amnem Charzanem, protectus a sinistris invio spatio palustris et uliginosi loci, cum aptus esset visus muniendis castris, vallum illic fixit. Porro Galli quos infestos movisse ad liberationem Myli diximus, ubi ad ripas fluvii provecti naves suas incensas repererunt, spei impotes et frustra hiantes regredi coacti sunt. Verum Baimundi frater Gidus auditis quæ acciderant, alia via hostem petere decrevit. Lectam fortium militum, quales sub se habebat plurimos, manum improviso in Jerechuntem et Canina jubet irruere. Obsequentes illi valles in angustas penetrant, quarum erat Michaeli Cecaumeno ab imperatore custodia mandata. Et adfuit ille quidem,

A Κανταχουζηνοῦ σκοποὶ (βάρβαροι δὲ ἦσαν, ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε) ἐπανατρέχουσιν ἀσυντάκτως πρὸς αὐτὸν καὶ οὐ μυστηριωδῶς περὶ τῶν φανέντων κατήγγελλον, ἀλλὰ πόῤῥωθεν φωνοῦντες τούτων ἔφοδον [37] ἔλεγον. Ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται τὴν τῶν Κελτῶν ἔφοδον, κἂν τῶν τειχῶν ὑπερέβησαν, κἂν τὰς πύλας ἐνέπρησαν, κἂν ἐν χερσὶ τοῦτο κατέχοντες ἦσαν ἤδη, ἀλλ' ἐκδειματωθέντες ἕκαστος πρὸς τὸν ἴδιον ἔτρεχεν ἵππον. Ἔμφοβοι δὲ ὄντες καὶ συνθέντες [*Ισ.* συγχυθέντες] τὸν νοῦν ἅτερος θατέρου ἵππον ἐπέβαινεν. Πολλὰ γοῦν ὁ Κανταχουζηνὸς ἀγωνισάμενος καὶ πολλὰς ἱππασίας κατὰ τῶν ἐκδειματωθέντων ποιήσας, *Ἀνέρες ἔστε*, φωνῶν κατὰ τὸν ποιητὴν, *μνήσθητε θούριδος ἀλκῆς*, ὡς οὐκ ἔπειθεν, εὐφυῶς τούτους τῆς

B πτοίας ἀνήνεγκε, φάμενος, ὡς *Οὐ χρὴ ἑλεπόλεις καταλιπεῖν τοῖς ἐναντίοις καθ' ἡμῶν ὄργανα, ἀλλὰ πῦρ εἰς αὐτὰς ἐμβαλεῖν, κἆθ' οὕτως εὐσυντάκτως ὑποχωρεῖν.* Παραχρῆμα γοῦν μάλα προθύμως ἐπλήρουν οἱ στρατιῶται τὸ προσταττόμενον, καὶ οὐ τὰς ἑλεπόλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν Βούσην ἱστάμενα πλοῖα ἐνέπρησαν, ὡς μὴ ῥᾳδίως οἱ Κελτοὶ διαπερᾷν ἔνθεν ἔχοιεν. Αὐτὸς δὲ ἀναποδίσας μικρὸν καὶ πεδιάδι τινὶ ἐντυχὼν δεξιόθεν μὲν τὸν καλούμενον Χαρζάνην ποταμὸν ἐχούσῃ, ἐξ εὐωνύμου δὲ ἑλώδη τινὰ τόπον καὶ βαλτώδη, καὶ συγχρησάμενοι τούτοις ὡς ὀχυρώμασιν αὐτοῦ που τὸν χάρακα ἐπήξαντο. Οἱ δὲ ῥηθέντες Κελτοὶ παρὰ τῷ χείλει τοῦ ποταμοῦ γενόμενοι, τῶν πλοίων ἤδη προεμπρησθέντων, ἀστοχή-

C σαντες τῶν ἐλπίδων κεχηνότες ὑπέστρεφον. Ὁ δὲ τοῦ Βαϊμούντου ἀδελφὸς Γίδος, τὰ συμβάντα πυθόμενος παρ' αὐτῶν, ἄλλην ἐτράπετο, καὶ στρατιώτας γενναίους τῶν ὑπ' αὐτὸν διελόμενος, πρὸς Ἱεριχὼ καὶ τὰ Κάνινα ἐξέπεμψε. Καταλαβόντες οὖν τὰ ὑπὸ τοῦ Κεκαυμένου Μιχαὴλ τηρούμενα τέμπη (ἐκεῖνον γὰρ φύλακα τούτων ἐπέστησεν [38] ὁ αὐτοκράτωρ), καὶ συμμάχῳ τῷ τόπῳ χρησάμενοι καὶ θαῤῥήσαντες, τρέπουσι ξυμβαλόντες [39] κατακράτος· ἀνὴρ γὰρ Κελτὸς ἐπὰν στενωπῷ τοῖς ἐχθροῖς ἔτυχεν, ἀκάθεκτος γίνεται, ὥσπερ ἐν πεδιάδι λίαν εὐάλωτος. Θαρσήσαντες οὖν, ὡς πρὸς τὸν Κανταχουζηνὸν αὖθις ἐπανατρέχουσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸν τόπον οὗπερ ἔφθασεν ὁ Κανταχουζηνὸς ὡς εἴπομεν τὸν χάρακα

D πήξασθαι μὴ προσβοηθοῦντα τούτοις ἐγνώκεισαν, δειλιάσαντες, ἀνεβάλλοντο τὴν μάχην. Ὁ δὲ αὐτῶν αἰσθόμενος τῆς ἐφόδου, δι' ὅλης νυκτὸς ξυμπάσῃ στρατιᾷ τὴν τοῦ ποταμοῦ περαίαν κατέλαβεν. Ἡλίου δὲ ὁρίζοντος μήπω ὑπερκύψαντος αὐτός τε θωρακισάμενος καὶ ἅπαν ὁπλίσας τὸ στράτευμα τὴν μέσην τῆς παρατάξεως εἶχε χώραν προμετώπιος. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐξ εὐωνύμου, ὁ δέ γε Ἀλανὸς Ῥωσμίκης τὸ δεξιὸν διεῖπε κέρας μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ὁμοχθόνων. Τοὺς δὲ Σκύθας προέπεμψε κατὰ τῶν Κελτῶν, ἐντειλάμενος δι' ἀκροβολισμοῦ ἐπισπᾶσθαι τούτους καὶ βάλλειν μὲν συχνῶς, ὑπεκφεύγειν

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[37] ἔλευσιν. [38] ἔστησεν. [39] Deest vox ξυμβαλόντες.

δὲ αὖθις καὶ παλιμπορεύτους γίνεσθαι. Καὶ οἱ μὲν προθύμως ἀπῄεσαν, ἤνυσαν δὲ οὐδαμῶς, ἐπείπερ οἱ Κελτοὶ συνησπικότες, οὐδόλως τὴν παράταξιν ἔλυον, ἀλλὰ βραδεῖ ποδὶ συντεταγμένοι λίαν ᾔεσαν. Ὡς δὲ κατὰ τὰ προσήκοντα μετὰ τῆς μάχης ἄμφω τὰ στρατεύματα ἐληλύθεσαν, οἱ μὲν Σκύθαι οὐκ ἔτι βάλλειν οἴστοὺς ἠδύναντο, σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ τῶν Κελτῶν κατ' αὐτῶν ἐξιππασαμένων ἀλλ' ἐδίδουν εὐθὺς τοῖς Κελτοῖς τὰ μετάφρενα. Τούτοις ἐπαμείβειν οἱ Τοῦρκοι προθυμηθέντες, προσέβαλλον. Καὶ οὐδὲ τούτων λόγον ὅλως ποιησάμενοι, οἱ Κελτοὶ ἐκθυμότερον ἐμάχοντο. Ὁ δὲ Κανταχουζηνὸς ἡττωμένους ἀπάρτι τούτους ὁρῶν, τὸν ἐξουσιοκράτορα (70) Ῥωμίσκην τὸ δεξιὸν ἐπέχοντα κέρας μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν (Ἀλανοὶ δὲ ἦσαν ἄνδρες μαχιμώτατοι), τὴν μετὰ τῶν Κελτῶν μάχην ἐπέτρεψεν. Ἀλλὰ καὶ οὗτος προσβαλὼν ὀπισθόπους ἐφαίνετο, καίπερ ὡς λέων δεινὸς κατ' αὐτῶν βρυχώμενος. Ὡς δὲ καὶ τοῦτον ἡττώμενον ὁ Κανταχουζηνὸς ἐθεάσατο, ἐπιῤῥώσας ἑαυτὸν ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς κατὰ μέτωπον τῆς τῶν Κελτῶν παρατάξεως ἵεται, καὶ εἰς μέρη πολλὰ διαλύσας τὸ στράτευμα, τρέπει τοὺς Κελτοὺς κατακράτος (71), διώξας ἄχρι πολιχνίου τοῦ καλουμένου Μύλου, πολλοὺς μὲν τῆς δευτέρας τύχης καὶ τῶν μειζόνων ἀνελὼν, τινὰς δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν κομήτων ζωγρήσας, τόν τε Οὔβου [60] καὶ ἀδελφὸν Ῥιτζάρδον (72) καλούμενον, καὶ τὸν Κοντοπαγάνον, νικητὴς ὑπέστρεψεν. Ἀκριβεστέραν τοίνυν τὴν νίκην τῷ βασιλεῖ παραστῆναι βουλόμενος, πολλῶν Κελτῶν κεφαλὰς τοῖς δόρασι περιπείρας καὶ τοὺς μείζονας τῶν κατασχεθέντων Οὔβον καὶ τὸν Κοντοπαγάνον καλούμενον, παραχρῆμα ἐξέπεμψεν. Ἐνταῦθα δὲ γενομένη καὶ πρὸς λύχνων ἀφὰς τὸν [61] κάλαμον ἐπισύρουσα, μικρὸν πρὸς τὴν γραφὴν ἐπινυστάζουσα, ἐπαισθάνομαι τοῦ λόγου ἀπορέοντος [62]. Ὅπου γὰρ βαρβαρικῶν ὀνομάτων ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτεῖται χρῆσις, καὶ ἀλλεπαλλήλων ὑποθέσεων διήγησις, τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας καὶ τὸ συνεχὲς τῆς γραφῆς κατ' ἄρθρα ἔοικε διακόπτεσθαι. Καὶ οὐ νέμεσις τοῖς γε εὔνως ἐντυγχάνουσι τῇ γραφῇ.

ac se suosque Gallis opposuit; sed frustra; post acrem pugnam fusus cum suis fugatusque. Sæpe illud experientia monstravit, sustineri non posse Galli militis vim ubi hostem in arcto deprehenderit : uti vicissim in planitie et æquo campo non difficilem idem vincendi capiendique sui copiam facit. Hoc elati successu, recta jam ad Cantacuzenum movent ; ut se satis admoverunt, observato procul naturali munimento castrorum Romanorum undique protectorum, uti diximus, pugnam tum quidem distulerunt. At Cantacuzenus gnarus cujus rei venissent causa, irritos redire non est passus ; prodire munitionibus, et liberalem pugnæ copiam constituit facere. Eo animo exercitum per amnem transportat nocte tota: summo ipse mane, trajectis jam cunctis, ante solis ortum armatus armatam educit et medius obtinet aciem, in prima locatus fronte. Turci lævum, Alani duce Alano Rosmice dextrum habebant cornu. Præmissi ante omnes Scythæ, cum mandatis ut procul jaculando Gallos elicerent, si possent, non exspectato quidem ipsorum accessu cominus, sed ubi ex tuto jactis telorum imbribus lacessivissent, pedem referrent, moxque obversis iterum vultibus jaculationem inopinatam repeterent, rursus statim fugerent; sicque velitationibus et recessibus reciprocis hostium patientiam tentarent. Tentarunt enimvero et experti sunt immotam adversus hæc ludibria constantiam. Obtinebat apud Gallos pro se quisque locum, et figuram tuebatur aciei, nusquam hiante phalangis textu; sicque undique lucentibus scutis hastis horrentibus terribilis lento gradu belli moles, velut incedens civitas, nullo interrupta loco corona firmorum mœnium, promovebatur. Arctato quod inter geminas acies patebat spatio, usque ad eam viciniam ut nocere sibi mutuo jactis missilibus partes ambæ possent, deprehensi in medio Scythæ, præterquam quod deerat instabilibus conversionibus ipsorum loci capacitas idonea, etiam vehemente flagellati equitatione Gallorum, terga non jam arte, sed necessitate verterant : cum ecce succedere iis jussi procurrunt Turci, nihilo melioribus auspiciis. 393 Siquidem Gallis et hos contemptim impetu pugnæ ardenti submoventibus, Cantacuzenus vincendos mox, imo pene jam victos Turcos cernens, exusiocratorem Romiscem cornu dextri ductorem, Alanos quos regebat viros pugnacissimos cum Gallis committere præcepit. Ruit tum ille quidem in pugnam nihilo mitior, minusve asper leone sævo, tamen ad non minus feram ferocemque Gallorum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[60] Οὔβον. [61] τήν. [62] ὑπορέοντος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(70) Ἐξουσιοκράτορα. Dignitas, ut videtur, palatina, qua Alanorum fœderatorum, qui Byzantinis Augustis merebant, duces donabantur. Nam ut Acoluthi Barangorum, primicerii Bardariatorum, conostauli, vel conestabiles Francorum; sic exusiacratores Alanorum præfecti appellati sunt, quod videlicet ita indigitarentur ipsi Alaniæ principes, quos τῆς Ἀλανίας ἐξουσιάζοντας vocat Bryennius, lib. II, n. 1 Ἐξουσιάζοντα, *potestatum*, ut Itali nuncupant, interpretatur alicubi Acropolita. Alanos vero conductitios Græcis militasse testantur etiam Claudinius, *De bello Getico*, Godefridus Mon. S. Pantal. an. 1189, et Anonymus, *De expedit. Asiat. Frider I. imp.* apud Canisium pag. 71.

(71) *Τρέπει κατὰ κράτος*. Albertus Aq. lib. x, cap. 42.

(72) *Τόν τε Οὔβου καὶ ἀδελφὸν Ῥιτζάρδον*. Hugonem forte cognomento Buduellum, qui cum Richardo et cæteris fratribus, ob cæsam a se Mabiliam Rogerii de Montegomerico, comitis Belismensis, uxorem, exsul de Normannia in Apuliam fugerat. Vide Ordericum Vital. lib. v et IX, pag. 578, 584, 753.

impingens rabiem offensu velut molis solidæ repulsus, haud dubie titubare, nec jam dissimulanter retro ferri et ipse visus est. Eo spectaculo rem jam et spem universam in se redactam uno Cantacuzenus admonitus, nullam facit moram immittendi, velut e carceribus dato signo, in Gallorum adversam aciem infesti cursus. Nec fortuna defuit inc̣epto forti; perrupit enim et in partes disrupit multas illam consertissimam et adhæsione mutua impenetrabilem aciem Gallicam; planeque fusos acie hostes et fuga cladem confitentes, usque ad oppidulum Myli dictum insecutus est. Hinc revertit receptuique cecinit, captis eo die nonnullis apud Francos illustribus, e numero comitum, quos vocant. In iis erant Ubus sive Hugo, et frater hujus Richardus dictus, denique Contopaganus memoratus supra: quos simul cum laureatis rei bene gestæ nuntiis ad Augustum statim misit; adjungens una capita Gallorum plurimorum quæ de truncis abscissa jacentium cadaverum, longarumque hastarum infixa cuspidibus, sicque triumphali traducta pompa in oculis imperatoris et comitatus ejus, magnitudinem victoriæ demonstrarent. Hoc ego in scriptionis loco cum prima face stylum ducens ad lucubrum versaret commentando, sensi fateor obrepere mihi somnum tædio quodam orationis haud satis comptæ satisque cohærentis. Volebam equidem quam ornatissimum, quamque aptissime juncturis cohærentissimis continuatum historiæ quasi corpus edere, flore perpetuo vestitum decentis ipsam et doctis oculis expetitæ formæ; sed prohibet conturbatque me sæpius incidens necessitas mentionis inferendæ barbaricorum nominum, nævos ingratos aspergentium Græcæ dictioni; tum vero rerum Alexii Augusti professæ narrationem tot tamque variæ naturæ, negotia mihi sese atque argumenta ingerunt undique, ut cum in unum unius velut telæ textum non facile tanta diversitas conveniat, historiæ articuli quasi luxati, membrorumque nexus parum uspiam concinne conserti ac commissi videantur. Porro id, sive vitium sive culpa est, factura mihi meo jure videor, si bonos æquosque lectores precer ut imputent necessitati; nec fraudi velint esse meæ famæ peccatum, si quod est forte, quod vitare non potui.

Baimundus jam nobis revisendus est in arctis æstuans angustiis; quippe a mari, a terra, non circumclusum modo se, sed impetitum etiam magisque in dies ac magis oppugnandum cernens. Hic postquam in expediendo difficili consilio deliberationem aliquandiu traxit anxiam, tandem vir ingentis animi, nec lentarum patiens artium, verum periculorum ac pugnarum lacessitor tota vita promptissimus, satis magnum a reliquis avulsum suis copiis militum numerum ire jussit deprædatum vicos oppidaque quæ circa Aulonem, Jerichuntem et Canina suis forte injuriis opportuna reperirent. Sensit experrectus ad omnia Cantacuzenus quo vis hostium incumberet: istamque in partem idoneis instructum Beroitem copiis proficisci contra Gallos imperat. **394** Ivit ille felicibus auspiciis, primo congressu victor factus; succensis etiam in reditu Baimundi navibus, velut corollario victoriæ, redditus clarior. Regium plane frangique nescium Baimundi pectus erat; nihil hæc illum conturbare clades visa est. Quin imo velut neminem ex eo quem ab Italia deportaverat exercitu adhuc amisisset, præliis de integro accingit suos. Ex omni peditum equitumque multitudine pugnacissimum quemque delectum recta vadere in Cantacuzenum jubet; numerum sex millium id agmen explebat. Eratque opinio confidentissimi Barbari ne conspectui quidem tot heroum, clamorique primo parem Cantacuzenum Romanosve fore; imo universos ipsos pariter uno incursu capiendos. At Cantacuzenus, per exploratores, quos semper acres et fidos habebat in vigilia, factus mature certior de adventu hostium, nocte intempesta, cum armavit ipse se, tum arma-

Ὡς δὲ ὁ μαχιμώτατος Βαϊμοῦντος ἐν στενῷ κομιδῆ τὰ κατ' αὐτὸν ἑώρα, ἔκ τε θαλάσσης ἔκ τε ἠπείρου βαλλόμενος, ὡς καὶ τῶν χρειωδῶν αὐτῷ ἐπιλειπόντων ἤδη, πανταχόθεν ἐξαπορούμενος, ἱκανὸν ἀποδιελὼν στράτευμα, πρὸς τὰς κατὰ τὸν Αὐλῶνα καὶ τὴν Ἱεριχὼ καὶ τὰ Κάνινα διακειμένας πόλεις πέπομφεν ἁπάσας ληΐσασθαι. Ἀλλ' οὐδ' ὁ Κανταχουζηνὸς ἠμέλει, οὔτε νήδυμος ὕπνος ἔσχε τὸν ἄνδρα, κατὰ τὸν ποιητὴν, ἀλλὰ γοργῶς τὸν Βεροΐτην μετὰ ἀξιομάχου στρατιᾶς ἀντίπαλον τοῖς Κελτοῖς ἐξέπεμψεν. Ἥττῃ μὲν οὖν αὐτοὺς καταλαβὼν παραυτίκα καὶ οἷόν τι πόρισμα τὰς τοῦ Βαϊμούντου ναῦς ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι πυρπολήσας διεληλύθει. Ὡς ᾔσθετο δὲ ὁ τυραννικώτατος Βαϊμοῦντος τῆς τῶν πεμφθέντων ἥττης, ὥσπερ μηδένα τοῦ στρατεύματος ἀπολωλεκὼς, κατέπιπτεν οὐδαμῶς· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ [43] θαῤῥαλεώτερος ἐφαίνετο, καὶ ἀποδιελόμενος αὖθις πεζοὺς καὶ ἱππεῖς πρὸς μάχας ἐκθυμοτάτους εἰς χιλιάδας ἓξ ποσουμένους κατὰ τοῦ Κανταχουζηνοῦ ἐξαπέστειλεν, οἰόμενος αὐτοβοεὶ αἱρήσειν σὺν τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι, καὶ αὐτὸν τὸν Κανταχουζηνόν. Ἀλλ' ἐκεῖνος, σκοποὺς ἀεὶ τοὺς ἐφεδρεύοντας τὰ Κελτικὰ πλήθη ἔχων, μεμαθηκὼς τὴν αὐτῶν ἐπέλευσιν, νυκτὸς τὴν στρατιωτικὴν ὡπλίζετο πανοπλίαν, καὶ ὥπλιζε τοὺς στρατιώτας, σφαδάζων ἐπεισπεσεῖν αὐτοὺς κατὰ τὸ περίορθρον. Ὡς δ' οἱ Κελτοὶ, κεκοπιακότες παρὰ τῷ χείλει Βούσῃ τοῦ ποταμοῦ, ῥᾳστώνης μικρᾶς ἕνεκα κατεκλίθησαν, αὐτοῦ που καταλαμβάνει τούτους μειδιώσης ἀπάρτι τῆς ἡμέρας, καὶ παραχρῆμα ἐπιθέμενος πολλοὺς μὲν ζωγρίαν ἄγει, πλείονας δὲ κτείνει, οἱ δέ γε λοιποὶ ταῖς δίναις τοῦ ποταμοῦ παρασυρέντες ἀπεπνίγησαν, καὶ φεύγοντες λύκον

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[43] Desunt voces μᾶλλον μὲν οὖν καὶ etc. usque ad κατέπιπτε μὲν οὐδαμῶς p. 395.

περιέτυχον λέοντι. Τοὺς μὲν οὖν κόμητας ἅπαντας A πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξέπεμψε, κἀθ' οὕτως ἀνέρχεται πρὸς τὸν Τίμορον (73)· τόπος δὲ οὗτος ἑλώδης καὶ δύσβατος· κεῖθι γοῦν ἑβδόμην ἡμέραν ἐγκαρτερήσας, μετρητοὺς σκοποὺς ἐν διαφόροις ἐξέπεμπε τόποις περιαθρεῖν τὰ περὶ τὸν Βαϊμοῦντον, καὶ γλῶτταν (74) αὐτῷ ἐκεῖθεν κομίσαι ὡς τὰ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον πυθόμενος ἀκριβέστερον ἐγνωκέναι. Ἐντυγχάνουσι δὲ τυχαίως οἱ πεμφθέντες, Κελτοῖς ἑκατὸν σχεδίας εὐτρεπίζουσι, δι' ὧν τὸν ποταμὸν διανηξάμενοι τὸ πρὸς τὴν περαίαν διακείμενον πολίχνιον αἱρήσειν ἠβούλοντο. Τούτοις ἀθρόον ἐπεισπεσόντες, ἐζώγρησαν μικροῦ ἅπαντας καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ Βαϊμούντου ἐξάδελφον (75) εἰς δέκατον πόδα ἀνέλκοντα τὸ μέγεθος, εὐρὺν δὲ καθάπερ τινὰ B ἄλλον Ἡρακλῆν. Καὶ ἦν ἰδεῖν καινόν τι, τὸν μέγαν ἐκεῖνον γίγαντα καὶ τῷ ὄντι πελώριον ὑπὸ πυγμαίου κατασχεθέντα Σκυθιδίου. Παρεκελεύσατο δὲ ὁ Καντακουζηνὸς, τοὺς κατασχεθέντας ἀποστέλλων, τὸν πυγμαῖον Σκύθην δέσμιον τὸν πελώριον ἐκεῖνον εἰσάξαι τῷ αὐτοκράτορι, ἀστειζόμενος τάχα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ὡς δὲ φθάσαντας τούτους ὁ βασιλεὺς μεμαθήκει, ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ προκαθίσας θρόνου, ἐκέλευσεν εἰσάγεσθαι τοὺς δεσμώτας. Εἴσεισι δὲ καὶ ὁ Σκύθης μηδ' ἄχρι γλουτοῦ φθάνων τοῦ γιγαντιαίου ἐκείνου Κελτοῦ, δέσμιον τοῦτον ἐπαγόμενος. Εὐθὺς οὖν γέλως πάντων ὦρτο πολύς. Καὶ τοὺς μὲν λοιποὺς κόμητας φρουρὰ διεδέξατο.

tos procinctosque habuit ad pugnam suos; pro Gallorum impetu sperans ac vovens fore, ut ii Romana castra diluculo posteræ diei, qua in conspectum eorum venerant, adorirentur. Verum supersederunt illi; quippe fessi de via diem illum indulgere ad quietem sibi decreverant. Quod noster ut comperit, consilium hostium in occasionem suam, et excipiendi belli apparatum in inferendi audaciam strenue vertit. Siquidem castris eductam aciem ubi promovisset paululum, offendit ecce ad Busæ amnis ripas Gallos plerosque decumbentes; nam, ut dixi, lassitudinem itineris lecto securi somnoque reparabant. Ridere commodum dies cœperat, cum sopore implicitos expeditus in armis toto impetu Romanus impetit. Res momento conficitur. Multi vivi capti, plures occisi; reliqui fugientes (quod aiunt) lupum, leoni occurrere: hausti videlicet vorticibus fluminis, dum expedire fuga salutem quærunt. Victor captivis comitibus omnibus ad imperatorem missis, Timorum se confert (locus est palustris et difficilis aditu) ibique ad septimam consedit diem exploratorum reditum opperiens, quos multos in partes varias dimiserat, cum mandatis ut de Baimundo explorarent certa referrentque. Occurrunt his forte jussa capessentibus Galli centum pontem e ratibus subitarium imponentes amni, ut eo sic trajecto situm trans adversam ripam oppidulum expugnatum irent. Haud negligenda res visa; invehuntur in hos nostri, peneque omnes vivos capiunt. Eminebat inter eos Baimundi, patruelis vastæ ac giganteæ staturæ juvenis; quippe in decem pedum altitudinem porrectus, respondente proceritati crassitie, totaque habitudine torosæ ac succo distentæ molis, prorsus Herculem referens, si virtus animi modum corporis æquasset. Nunc mirum et ridiculum erat spectaculum videre gigantem illum monstrosa magnitudine suggestum, ab humili et cubitali correptum ac tractum Scytha. Visa res Cantacuzeno digna oculis principis. Cum ergo ad imperatorem et hos de more captivos mitteret, præcepit ductoribus eorum vægrandem ut Gallum non sine præeunte ac vinctum trahente pygmæo Scytha ei offerrent. Nuntiatur Augusto adesse ab exercitu captivos novos coram ipso sistendos; insidet ad eam **395** vocem imperiali solio et introduci homines jubet. Datur in conspectum Scytha pusio vinctum illum immanis corpulentiæ Gallum trahens, cujus ne femur quidem summo vertice æquabat; risus nimirum ortus est omnium. Dati mox custodiæ iste aliique comites sunt.

Οὔπω μικρὸν ἐπιμειδιάσαντος τοῦ αὐτοκράτορος C ἐπὶ τῷ τοῦ Καντακουζηνοῦ κατορθώματι, ἑτέρα τις ἀπόφρημος κατέλαβεν ἀγγελία, φόνον ἀμύθητον τῶν μετὰ τοῦ Καμύτζη καὶ τοῦ Καβάσιλα Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων μηνύουσα. Κατέπιπτε μὲν οὖν οὐδαμῶς ὁ αὐτοκράτωρ, καίτοι σφόδρα δηχθεὶς τὴν καρδίαν καὶ ἀνιώμενος, ἐπιστενάζων τε τοῖς πεσοῦσιν, ἔστιν οὗ καὶ δακρύων τὸν καθ' ἕκαστον· ἀλλὰ Κωνσταντῖνον τὸν Γαβρᾶν ἄνδρα ἀρηΐφιλον καὶ πῦρ κατὰ τῶν ἐναντίων [43] πνέοντα μεταπεμψάμενος, εἰς τὴν οὕτω καλουμένην Πετρούλαν ἀπέστειλε κατασκεψόμενον ὅθεν οἱ Κελτοὶ εἰς τὰ τέμπη ἐμπεσόντες τὸν

Nec longa imperatoris de rebus a Cantacuzeno prudenter, fortiter, prospereque gestis lætitia fuit. Compressit cito risus illos peracerbus nuntius infandam cædem Romanarum cohortium, quæ cum Camytze ac Cabasila fuerant, referens. Incredibiliter Augusti animum ista clades perculit. Sedit mœstus, suspiriis late sonoris cæsorum desiderium prodens; lacrymans quoque subinde ad distinctam certorum ex iis compellationem. Mox tamen solitæ constantiæ ac rerum procurandarum officio se reddens, Constantinum Gabram virum bello ardentem ac manu promptum, quique ignem in præliis spi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin

[43] Ῥωμαίων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Τίμορον.* *Φρούριον* vicinum Balagritis, nec procul a Caninis, Cantacuzeno, lib. II, cap. 32.

(74) *Γλῶτταν.* Vide Glossar. Annæum.

(75) *Βαϊμούντου ἐξάδελφον.* Illius orte cujus meminit pag. 336.

rare videbatur, ire jussit Petrulam, exploraturam A inde, qua ex parte quove aditu penetrare se in vallem cædis tantæ auctores Galli potuissent: deprehensumque callem obstrueret munireique diligenter, ne quid deinde simile contingeret. Aspernabatur eam procurationem Gabras, quippe homo sui opinione turgens, et qui alibi quam in rebus quibusque maximis adhiberi suam operam dignitate sua alienum duceret. Et quanquam ille quidem non aperte imperium detractabat, tamen eo vultu mandatum accepit, eam deinde in re capessenda cunctationem attulit, ut ex iis pro sua perspicacia quod res erat cito pervidens Augustus, statim ei substitueret ad id negotii Marianum Maurocatacalonem sororium mei Cæsaris, belli fulmen, et hanc famam multis heroicis facinoribus adeptum. B Huic sibi charo in paucis capiti mille ad hanc expeditionem assignavit milites, generosissimos omnes, et pugnandi cupidissimos, quorum plerique de comitatu ac familia Porphyrogenitæ et mei Cæsaris delecti fuerant. At ne Marianus quidem promptus ad eundum fuit. Quin etiam petito ad deliberandum spatio in proprium se tabernaculum receperat: cum ecce nocte intempesta veredarius a Lantulpho, magnæ, ut apparebat, rei nuntius. Erat tum Lantulphus in classe Romana quæ servando Italiæ freto prohibendisque ab ea parte Baimundi subsidiis Augusti jussu invigilabat, ductu et auspiciis Isaaci Contostephani maris præfecturam eo tempore gerentis, cui inter alios præstantes duces C etiam hic militiæ maritimæ peritissimus Lantulphus adesse consilio et ministerio jussus fuerat. Resignatæ ipsa hora litteræ Lantulphi graves ejus in Contostephanos Isaacium et fratrem ejus Stephanum, simul etiam in Euphorbenum querelas et negligentiæ accusationes exhibuerunt. Siquidem aiebant eos tam supine ac secure fungi commendata ipsi tanti momenti custodia, ut etiam vitandæ maris nauseæ, quietique ac remissioni captandæ delicatas interim exscensiunculas in amœnam continentem facerent. Addebat hæc quæ totidem describam verbis : **396** *Satagebas tu quidem, Auguste, ac quantum in te fuit satis provideras, ne uti mari quod Illyricum ab Italia dirimit ullum ad suum commodum Galli possent: tamen horum somnolenta socordia modo factum est, ut magna et instructissima rebus omnibus ab Italia classis ad Baimundum innoxio cursu pervenerit. Etenim cum Boreas in Illyricum a Longobardia navigantibus adversus sit, auster e contrario prosper ac bonus, Latini opportunitate captata large ac valide flantis Africi, plenis invecti velis, nec ad Dyrrhachium appellere vento permissi, ora illa perstricta obiter ad Avlonem applicantes, innumerabiles illic equestres et pedestres copias cum infinitis commeatibus omnis generis ex capacissimis et refertissimis onerariis tuto in terram exposuerunt. Unde instructissima passim fora in Gallicis jam castris et annonæ vilissimæ commodissimi mercatus celebrantur.*

A τοσοῦτον φόνον εἰργάσαντο, καὶ ἀποταφρεῦσαι τοῦ λοιποῦ τούτοις τὴν δίοδον. Δυσχεραίνοντος δὲ τοῦ Γαβρᾶ καὶ πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν οἷον ἀποκναίοντος (οἰηματίας γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ μεγάλοις ἐγχειρεῖν ἐφιέμενος πράγμασι), Μαριανὸν τὸν Μαυροκατακαλὼν παραχρῆμα τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν τοῦ ἐμοῦ Καίσαρος, ἄνδρα ἀρειμάνιον, καὶ διὰ πολλῶν ἀνδραγαθημάτων τοῦτο παραστησάμενον, φιλούμενόν τε λίαν παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, μετὰ χιλίων γενναιοτάτων ἀνδρῶν ἐκπέμπτει, οὓς καὶ πολλοὺς τῶν τῆς Πορφυρογεννήτου καὶ τῷ ἐμῷ Καίσαρι ἐξυπηρετουμένων σφαδάζοντας πρὸς μάχην συγκαταλέξας ἐξέπεμψεν. Ἐδεδίει μέντοι πρὸς τοῦτο καὶ οὗτος, ἀλλ' ὅμως σκοπήσων εἰς τὴν ἰδίαν ἀπῄει σκηνήν. Περὶ μέσας δὲ φυλακὰς τῆς νυκτὸς γράμ- B ματα τοῦ Λαντούλφου κατέλαβε ξυνόντος τῷ τότε μετὰ Ἰσαακίου τοῦ Κοντοστεφάνου θαλασσοκράτορος τυγχάνοντος, κατατρέχοντα αὐτῶν τε τῶν Κοντοστεφάνων τοῦ τε Ἰσαακίου καὶ τοῦ αὐταδέλφου αὐτοῦ Στεφάνου καὶ τοῦ Εὐφορβηνοῦ ὡς καταῤῥαθυμούντων τοῦ πορθμοῦ Λογγιβαρδίας καὶ ἐξερχομένων ἐνίοτε πρὸς τὴν ἤπειρον χάριν ῥαστώνης· προκειμένου τοῖς γράμμασιν, ὅτι *Κἂν σὺ, βασιλεῦ, τὰς προνομὰς καὶ ἐκδρομὰς τῶν Κελτῶν ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ κωλύων ἦσθα, ἀλλὰ τούτων ἀναπεπτωκότων καὶ ἐπινυσταζόντων ἔτι περὶ τὴν φυλακὴν τοῦ πορθμοῦ Λογγιβαρδίας σχολὴν ἐξ ἀνάγκης οἱ πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον διαπλωΐζόμενοι καὶ τὰ πρὸς χρείαν κομίζοντες* C *ἔχουσιν. Οἱ γὰρ ἀπὸ Λογγιβαρδίας πρὸ μικροῦ πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον τὸν ἀπόπλουν ποιησάμενοι, τὸν ἐπιπνέοντα τούτοις εὔθετον ἐπιτηρήσαντες ἄνεμον· καὶ γὰρ νότοι μὲν εὐρεῖς εὔθετοι τοῖς ἀπὸ Λογγιβαρδίας πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπλέουσιν, εἰσὶν, οἱ δέ γε Βορεῖς ἀνάπαλιν· πτερώσαντες τὰς ναῦς τοῖς λαίφεσι τὸν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν ἀπόπλουν τότε ἐθάῤῥησαν. Σφοδρῶς δὲ ὁ νότος ἐπιπνέων, προσορμίσαι μὲν εἰς τὸ Δυῤῥάχιον οὐδαμῶς παρεχώρει· παραπλεῦσαι δὲ τὴν ἠϊόνα Δυῤῥαχίου καὶ τὸν Αὐλῶνα καταλαβεῖν ἠνάγκασε· κεῖθι δὲ τὰς μυριοφόρους ὁλκάδας προσορμίσαντες, δυνάμεις τε πολλὰς ἐξ ἱππέων καὶ πεζῶν συνεπαγόμενοι, καὶ τὰ ζωαρκῆ ἅπαντα τῷ Βαϊμούντῳ προσαγηόχασι, κἀντεῦθεν πανη-* D *γύρεις πολλὰς συνεστήσαντο ὡς ἀφθονώτερον οἱ Κελτοὶ τὰ πρὸς διοίκησιν ἐμπορεύωνται.*

His legendis exarsit adversus Isaacium ira imperatoris; ita ut ei mox dictatis acerrimis litteris multa et gravia minaretur, nisi quamprimum insigni aliquo facinore culpam emendaret. Hæc illum ad vigilandum quidem intentius excitarunt: sed conatibus fortuna defuit, Gallicarum tunc facta

Ὁ δὲ βασιλεὺς θυμοῦ πλησθεὶς τὸν Ἰσαάκιον πολλὰ κατεμέμψατο, καὶ ἀπειλησάμενος εἰ μὴ διορθώσαιτο, ἀνυστάκτως ἐγρηγορέναι ἀνέπεισε. Ἐπεὶ δὲ μὴ κατὰ γνώμην τῷ Κοντοστεφάνῳ ἐπεραίνετο· καὶ γὰρ ἅπαξ καὶ δὶς ἐπιχειρήσας τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν διαπερῶντας ἀπεῖρξαι

ἡμάρτανε τοῦ σκοποῦ. Μέσον γὰρ τοῦ πορθμοῦ καταλαμβάνων ἐπεὶ τοὺς Κελτοὺς ἐξουρίας πλέοντας ἑώρα τά θ' ἱστία ἀναπετάσαντας καὶ σφοδρὸν τὸν ἀπόπλουν ποιουμένους, οὐχ οἷός τε ἦν πρὸς τοὺς Κελτοὺς ἅμα καὶ τοὺς ἀνέμους ἀπομάχεσθαι κατὰ πρῴραν τοῦ πνεύματος ἱσταμένου· οὐδὲ γὰρ τὸν Ἡρακλέα πρὸς δύο φασί· τῇ βίᾳ τοίνυν τοῦ πνεύματος παλίνορσος ἐγίνετο. Ἐπὶ τούτοις ὁ αὐτοκράτωρ διεπρίετο. Διαγνοὺς δὲ ὅτι οὐχ ὅπου προσῆκοι τὸν Ῥωμαϊκὸν στόλον ὁ Κοντστέφανος προσώρμισε, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν οἱ νότοι ἀπείργουσιν εὔθετον τοῖς Κελτοῖς μᾶλλον τὸν πλοῦν παρεχόμενοι, διαγράψας τὴν τῆς Λογγιβαρδίας ἠϊόνα καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ τοὺς παρ' ἑκάτερα διακειμένους λιμένας, ἀπέστειλε τῷ Κοντοστεφάνῳ ὑποδείξας ἐν γράμμασι, καὶ ὅποι δεῖ προσορμίσαι τὰς ναῦς, καὶ ὅθεν οὐρίου τύχῃ τοῦ πνεύματος κατὰ τῶν διαπλωϊζομένων Κελτῶν ἐξορμῶν. Ἀνέρωσέ [Ἴσ. ἀνέῤῥωσε] τε αὖθις τὸν Κοντοστέφανον καὶ ἔργου ἅψασθαι ἀνέπεισεν. Ἀνακτησάμενος οὖν ἑαυτὸν ὁ Ἰσαάκιος καὶ καταλαβὼν οὗπερ ὁ αὐτοκράτωρ αὐτῷ παρεκελεύσατο τὰς ναῦς προσώκειλε. Καὶ καιρὸν ἐπιτηρήσας ὁπηνίκα οἱ ἀπὸ Λογγιβαρδίας μετὰ πολλῆς παρασκευῆς πρὸς τὸ Ἰλλυρικὸν τὸν ἀπόπλουν ἐποιοῦντο, ἀνέμου δεξιοῦ τηνικαῦτα ἐπιπεσόντος, δέχεται τούτους τοῦ πορθμοῦ μέσον, καὶ τινὰ μὲν τῶν ληστρικῶν πλοίων πυρίκαυστα πεποίηκε· πλείω δὲ καὶ αὔτανδρα τῷ βυθῷ παρέπεμψεν. Οὔπω ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Λαντούλφου γραφέντα, καὶ αὐτοῦ δουκὸς Δυῤῥαχίου ἐγκείμενον ἔχων τὸν νοῦν, ἑτέρου λογισμοῦ γεγονὼς παραχρῆμα τὸν ἤδη ῥηθέντα Μαριανὸν τὸν Μαυροκατακαλὼν μεταπεμψάμενος ἐκεῖθεν Δοῦκα τοῦ στόλου προχειρίζεται, τὰ δὲ τῆς Πετρούλας ἑτέρῳ ἀνατίθησιν. Οὗτος οὖν ἀπελθὼν καὶ κατά τινα συντυχίαν εὐθὺς ἐντυχὼν ταῖς ἀπὸ Λογγιβαρδίας πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον διαπλωϊζομέναις ληστρικαῖς καὶ φορτηγοῖς ναυσὶ, κατέσχεν ἁπάσας πλήρεις παντοίων ἐδωδίμων. Καὶ τοῦ λοιποῦ ἄγρυπνος φύλαξ τοῦ ἀναμεταξὺ Λογγιβαρδίας καὶ Ἰλλυρικοῦ πορθμοῦ τυγχάνων, οὐ συνεχώρει τὸ παράπαν τοῖς Κελτοῖς τὸν πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἀπόπλουν.

Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ, περὶ τοὺς πρόποδας τῶν κλεισουρῶν καὶ κατὰ τὴν Δεάβολιν αὐλιζόμενος, ἀπῆγχε μὲν τοὺς προχωρῆσαι τῷ Βαϊμούντῳ ὠδίνοντας· ὡσεὶ νιφετοὺς δὲ πρὸς τοὺς τὰς κλεισούρας ἐξέπεμπεν, ἑκάστῳ ὑποτιθέμενος ὁπόσους εἰς τὴν πεδιάδα Δυῤῥαχίου ἐξαποστέλλειν κατὰ τοῦ Βαϊμούντου καὶ ὁποῖον τὸ τοῦ πολέμου σχῆμα διατυποῦν, τοὺς κατερχομένους χρὴ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰ πλεῖστά τε προτρέχειν τοῖς ἵπποις καὶ αὖθις ἀνθυποστρέφειν, καὶ οὕτω πάλιν καὶ πάλιν ποιοῦντας διὰ τῆς τοξείας μάχεσθαι· τοὺς δὲ τὰ δόρατα φέροντας ὄπισθεν αὐτῶν βραδεῖ ποδὶ στείχειν, ἵν', εἴ που γένηται τοῖς τοξόταις πλέον τοῦ δέοντος πρὸς τὰς ὄπισθεν παρασυρῆναι, δέχωνται τούτους, ἅμα δὲ καὶ τὸν εἰς χεῖρας τούτων ἴσως ἐλθόντα Κελτὸν πλήττοιεν. Ἐπιχορηγεῖ δὲ δαψιλῆ τούτοις τὰ βέλη

partium. Semel iterumque Latini postea quoque cursum rectum et incolumem ex Italia in Illyricum habuere, frustra obstare conata Romana classe. Promoverat eam quidem Isaacius in fretum medium obviam contra naviganti Gallicæ; sed cum hanc ventus a puppi secundus valide pelleret, illam idem a prora vehemens difflaret, contra ventum et hostem pugnare simul ratio non fuit, quoniam ne Hercules quidem (quod dici solet) contra duos. Itaque cedentes necessario Romani, purum iter liberumque Italicis reliquére navibus. Ringebatur iis acceptis imperator; et erratum a Contostephano intelligens in statione apta classi suæ deligenda, tabulam utriusque oræ littoralis maritimæ, Illyricianæ, inquam, et ei adversæ Longobardicæ, cum notatis utrinque regionis utriusque portubus ad eum misit: litteris admonens quibus in locis quibusve stationibus tenere ex excubiis naves Romanas oporteret, ut eæ quocunque vento navigantes ex Italia Gallicas arcere possent. Cepit Isaacius, cum his postremis monitis acquievisset, fructum docilitatis suæ. Nam observato tempore quo trajectus novæ ab Longobardio parabatur classis, locum sibi suisque ex imperatoris consilio delectum sumpsit. Inde autem procedentibus prospero ventorum flatu Gallorum navibus multis et apparatu onustis plurimo, infestus ingruens cursu in medio, piraticas eorum quasdam incendit, plures cum vectoribus depressit. Hoc quanquam ita Isaacio successerat, tamen cum accusationes in eum Lantulphi, consonis quoque ducis Dyrrhachiensis confirmatæ querelis, insiderent in Augusti animo altius, tandem is mutato repente consilio retinendi diutius in illa maris præfectura Contostephani, accersitum quem modo memoravimus **397** Marianum Maurocatalonem ducem classis creat, Petrulæ visendæ negotio alteri mandato. Marianus in provinciam cito profectus operam navavit. Etenim deprehensas in cursu piraticas onerariasque Gallicas commeatuum ingenti vi refertas cepit omnes, vigilque deinde ac certus custos Italico freto incubans omne utique Italicarum navium a Dyrrhachiensibus Baimundi castris plane deinceps commercium abrupit.

Porro imperator interim Deaboli considens in proxima vicinia claustrorum sive clisurarum, quas firmis, uti diximus, præsidiis munierat, haudquaquam ipse vacabat opere, sed præcipuum, si recte quis æstimet, ad belli summam momentum afferebat. Præterquam enim quod impediebat utique castris eo loco positis ne ullus ex infensis sibi plurimis et rebelliones parturientibus transfugere ad Baimundum, cum eoque vires ac consilia posset jungere: subsidia etiam supplementaque creberrima recentium assidue militum in horas pene singulas suggerebat suis clisuras obtinentibus, quibus illi aucti ultra custodiam commissarum arcium, etiam ad lacessendos hostes quotidianis incursibus paratam et alacrem multitudinem habebant. Addebat eam ipsam ad rem præcepta imperator salutaria,

subtiliter persequens singula: quot simul esse deberent qui ad planitiem Dyrrhachiensem prope castra Baimundi excursuri mitterentur; quo pugnæ genere uti eos oporteret; quo ordine procedere; qua forma, quove instructu in occasione pugnæ dirigere aciem foret consultius; subitis equitationibus invehi ut plurimum jubebat; tum post impressiones acres et breves, maturis retro ferri recessibus. Invehi autem non usque ad pugnam admovendam cominus, et manus conserendas; sed ad jactum duntaxat teli, unde nimbos sagittarum laxatis arcubus in hostem spargerent. Sic autem procurrentibus præsto esse a tergo volebat hastatos lento et firmo assectantes gradu, quo, si qua vis major arquitis ingrueret ab hostili equitatu, paratus illis et tutus in medium fixi et fortis agminis receptus esset. Quod si nostri equites pugnam æquam sustinerent diutius, ne tum quidem inutilem pone traherent cohortem hastas vibrantium; sed iis inter se mistis et confodientibus adversos Gallos, citius certiusque vincerent. Præterea multus in monendo erat jaculis ne parcerent; quorum etiam abundantissimam suis suggeri copiam curabat, uti gladio congredique cominus haud adeo probabat. Porro jacula ipsa dictitabat sine usu fere perdi quando in cataphractorum contectos tutissime collineantur artus: utilius incomparabiliter in equos dirigi et sine impedimento vulnerabiles et nunquam sine vectoris pernicie sternendos. Armatura hæc est Gallorum equitum. Lorica ferrea contextu quodam implexuque annulorum, ac squamis velut quibusdam invicem consertis, seseque inscendentibus corpus obiens, et illud arcte simul apteque ad facilitatem motus omnis, tunicæ instar intime applicitæ vestiens. Accedebat ad munimentum impenetrabilius obtentus scuti, non rotundi, sed figuræ ovalis oblongæ, latiori ab imo ambitu in acutius fastigium desinentis: non planæ et coæquatæ superficiei, sed spatio lente intus in longum cavo latus amplectentis a parte gemina, cujus exterior lævigata frictu et tersi nitore metalli resplendens facies, oculi ex ære prælucidi, umbone medio exstantis, vivis velut et vibrantibus fulgurans radiis percellebat intuentes contra. Jam materies non ferri cujusvis, sed chalybis quam rigidissimi **398** etiam durata tinctu et fabrorum arte ad duritiem quantamvis soliditate, latebat plane tutissimum sub his involucris corpus; et Persici licet aut Scythici teli acies, vel giganteis lacertis intorta, ubi ad istud tectorium offenderat innoxia utique et hebetata resiliens redibat ad mittentem. Quæ omnia

παρακελευόμενος μὴ φείδεσθαι τούτων ὅλως, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἵππων μᾶλλον ἢ τῶν Κελτῶν ἐπιτοξάζεσθαι, τοῦτο μὲν εἰδὼς ὅτι ὅσον ἐπὶ τοῖς θώραξι καὶ τοῖς σιδηροῖς χιτῶσι (76) δύστρωτοι ἦσαν ἢ καὶ παντάπασιν ἄτρωτοι. Βάλλειν οὖν εἰς μάτην καὶ πάντη ἀνόητον ᾤετο· ὅπλον γὰρ Κελτικὸν χιτών ἐστι σιδηροῦς κρίκος ἐπὶ κρίκῳ περιπεπλεγμένος, καὶ τὸ σιδήριον, ἀγαθοῦ σιδήρου, ὥστε καὶ βέλος ἀπώσασθαι ἱκανὸν καὶ τὸν χρῶτα φυλάξαι τοῦ στρατιώτου· προσθήκη δὲ τῆς φυλακῆς καὶ ἀσπὶς οὐ περιφερής, ἀλλὰ θυρεὸς (77) ἀπὸ πλατυτάτου ἀρξάμενος καὶ εἰς ὀξὺ καταλήγων, καὶ τἄνδον ἠρέμα ὑποκοιλαινόμενος, λεῖος δὲ καὶ στίλβων (78) κατὰ τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐπ' ὀφθαλμῷ χαλκοχύτῳ μαρμαίρων. Βέλος τοίνυν, κἂν Σκυθικὸν εἴη, κἂν Περσικὸν, κἂν ἀπὸ βραχιόνων ἀποῤῥιφείη γιγαντικῶν, ἐκεῖθεν ἀποκρουσθὲν παλινδρομήσειε πρὸς τὸν πέμψαντα. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ἔμπειρος ὤν, οἶμαι, ὁ βασιλεὺς τῶν Κελτικῶν ὅπλων καὶ τῶν ἡμετέρων τοξευμάτων, ἀφεμένους τῶν ἀνδρῶν, τοῖς ἵπποις μᾶλλον ἐπιθέσθαι παρεκελεύετο, καὶ καταπεροῦν αὐτοὺς τοῖς τοξεύμασι παρῄνει· ἅμα δὲ καὶ ἵνα τῶν ἵππων ἀποβεβηκότες εὐχείρωτοι γένοιντο· Κελτὸς γὰρ (79) ἀνὴρ ἔποχος μὲν ἀκατάσχετος καὶ κἂν τεῖχος διατιτραίνει Βαβυλώνιον, ἀποβεβηκὼς δὲ τοῦ ἵππου ἄθυρμα τοῖς ἐθέλουσι γίνεται. Γινώσκων γὰρ τὸ διάστροφον τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ, οὐκ ἤθελε τὰς κλεισούρας ὑπερβῆναι, καίτοι πολλὰ σφαδάζων δημοσίαν τὴν τοῦ Βαϊμούντου μάχην αὐτὸς ἀναδέξασθαι. Καθά γε καὶ πάλιν πολλάκις ἡμῖν δεδιήγητο· ἦν γὰρ πρὸς τὰς μάχας παντὸς ξίφους τομώτερος, ἄτρεπτος τὴν γνώμην καὶ παντάπασιν ἀκατάπληκτος, ἀλλὰ τὰ συμπεσόντα οἱ ἀπεῖργε τοῦ ἐγχειρήματος, δεινῶς αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκπιέζοντα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(76) *Χιτὼν σιδηροῦς*. Lorica annulis et maculis contexta, nostris, *Cotte de maille*.

(77) *Θυρεός*. Θυρεοὶ dicuntur σκουτάρια μεγάλα ἐπιμήκη, apud Leonem, in *Tact.* **396** cap. 5, § 3, cap. 6, § 25, 32, 37, cap. 14, § 103. Expressit Anna, lib. v, pag. 140, scuti Gallici magnitudinem, hic formam exhibet, qualem scuto Samnitum tribuit Livius, lib. IX: *Scuti summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.* Certe scuti Gallici longiorem formam fuisse auctor est Diodorus Siculus, cujusmodi fuit illius, quod Græci θυρεόν vocabant, quod Polyænus, lib. IV *Strateg.*, Gallis attribuit. Addit Anna ἀπὸ πλατυτάτου εἰς ὀξύ, ita latiore forma in acutam desinere, quod firmatur præterea ex Hygino, Fab. 277, dum ait, Cypri insulæ figuram similem esse scuto Gallico. Quippe Cyprus, ut diserte habet Constantinus Porph. lib. I *De Themat.* litteræ Δ speciem præfert; est enim triangularis figuræ, quæ fuit scutorum Gallicorum, quam repræsentant passim sigilla cerea militum, seu equitum Francicorum diplomatibus appensa. Vide Gosselinum, in *Histor. vet. Gall* cap. 48: Cluver. lib. I *Germ. Antiq.* cap. 44, et Marcum Zuerium Boxhornium in *Orig. Gallic.*

(78) *Στίλβων*. Albertus Aq. lib. II, cap. 41: *Jam dies clarissima illuxerat, sol radiis fulgebat lucidissimis, cujus splendor in clypeos aureos et vestes ferreas refulsit.* Lib. III, cap. 37: *In splendore clypeorum coloris aurei, viridis, rubei, cujusque generis* Lib. IV, cap. 6: *Horum ferreæ vestes, clypei auro et gemmis inserti, variisque coloribus depicti.* Atque inde forte colorum in insigniariis scutis origo. Vide Dissertat. I ad Joinvillam.

(79) *Κελτὸς γάρ*. Vide pag. 140.

longo usu comperta imperator obtinens animo illam suis quam retulerimus imperabat in Gallos pugnandi rationem, ut equis jaculo figendis viros omitterent; quippe facile et innoxie vincendos equorum casu. Nimirum non illam ferociam, illos ignes quos in equis alti spirant, etiam excussi retinent, si qua eos vis afflixerit. Gallus equo generoso armatus insidens flammea velocitate fulmineus vel Babylonios muros transvolet; humi depositus, quibusque obviis ludus est. Hæc igitur in hunc modum sapienter Augustus ex eo loco gubernabat. Cur non procederet ulterius et claustris superatis cautiones ipse cum Gallis pugnans has usurparet quas tradebat aliis, causa hæc fuit quam ex ipso audire memini cum diceret, perversa consilia sibi nota male feriatorum e suo ipsius comitatu non paucorum aversos a se animos habentium, effecisse ut consultum neutiquam putaret, id quod alioqui avebat unice, transitis clisuris æquo Marte totis copiis cum Baimundo experiri fortunam prælii. Et astruere, ni fallor, huic ejus dicto fidem possent quæ superius locis variis de bellica ipsius indole, de ardore rem gerentis in acie, de constantia præsentiaque mentis, ac vigilia consilii, in eventu periculove quovis, commemorata sunt a nobis. Verum, ut sæpe dictum est, hoc in quo narrando versamur tempore gestientem in discrimen pugnæ decretoriæ Augusti fortitudinem ejusdem sapientia continuit, cogitatione ac conscientia suspecti maleque fidi comitatus: quæ res, longe minus metu insidiarum, quam dolore ob ereptam occasionem probandæ virtutis, discruciabat ejus animum.

Στενοχωρούμενος οὖν ὁ Βαϊμοῦντος ἀπό τε ἠπείρου A καὶ θαλάττης· καὶ γὰρ ὁ μὲν αὐτοκράτωρ οἷον θεατὴς τῶν κατὰ τὴν πεδιάδα τοῦ Ἰλλυρικοῦ πραττομένων καθῆστο, κἂν ὅλῃ ψυχῇ καὶ γνώμῃ συμπαρῆν τοῖς μαχομένοις, καὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἱδρώτων καὶ πόνων μετεῖχεν εἰ μή που καὶ πλείω τις φαίη, ἐρεθίζων πρὸς μάχας καὶ πολέμους τοὺς κατὰ τὰς ἀκρολοφίας τῶν κλεισουρῶν κατατεθέντας ἡγεμόνας, καὶ ὑποτιθέμενος ὅπερ [44] χρὴ προσβάλλειν τοῖς Κελτοῖς. Ὁ δέ γε Μαριανὸς τοῦ ἀναμεταξὺ Λογγιβαρδίας καὶ Ἰλλυρικοῦ πορθμοῦ τὰς κελεύθους ἐπιτηρῶν ἀπεῖργε παντάπασι τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς τὴν Ἰλλυρικὴν διαπερῶντας, οὐ τριάρμενον, οὐδὲ μυριοφόρον ὁλκάδα, οὐδὲ μυοπάρωνα δίκωπον τὸ παράπαν ξυγχωρῶν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον διαπερᾷν. B Καὶ αὐτῶν γοῦν τῶν διὰ θαλάττης κομιζομένων τροφίμων ἐκλειπόντων αὐτῷ, καὶ τῶν διὰ ξηρᾶς ἐπιτιθεμένων σὺν ἐμπειρίᾳ πολλῇ τὸν πόλεμον ἑώρα προβαίνοντα. Ὁπηνίκα γὰρ τοῦ χάρακος χορταγωγίας χάριν ἐξῄει τις ἢ καὶ τινων συγκομιδῶν ἄλλων, ἢ καὶ τοὺς ἵππους εἰς ποτὸν ἐξήλαυνον, ἐπετίθεντο τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τοὺς πλείονας ἀνῄρουν, ὡς κατὰ μικρὸν τὸ αὐτοῦ δαπανᾶσθαι στράτευμα· ἀποστείλας πρὸς τὸν δοῦκα Δυρραχίου Ἀλέξιον τὰ περὶ εἰρήνης (80) ἐπερωτᾷ.

Interim vero miras in angustias arctabantur Baimundi res: cui neque a mari neque a terra quidquam jam auxilii, ac ne effugii quidem factum erat reliquum. Hinc imperator aderat, sedens ille quidem quasi spectator in media Illyrici planitie; sed in suorum undique per circuitum ex tutis arcibus assidue Gallos incursantium animis et conatibus, auctoritatis vi quadam late fusa, cunctis ex partibus rem unus gerens. Adeo nunquam remittens contentio, nunquam connivens vigilia imperatoriæ providentiæ, in mittendis, revocandis, adhortandis, admonendis ducibus, militibus, qui vertices montium, qui valles angustas, qui cætera per circuitum disposita præsidia tenebant, labores, sudores, conatus singulorum atque omnium imperatoris proprios ipsius faciebant. Nihilo segnius curabatur maritima res. Excubabat ab hac parte Mariani ducis acerrimi adversus artes pariter conatusque omnes impenetrabilis custodia; ita partes callesque freti quod Italiam et Illyricum interjacet universas obsepiens, ut non firmiori trinis instructæ velis navi Gallicæ, non onerariæ, non myoparoni remorum duum trajicere illac ad castra Baimundi ullo modo liceret. Arctari ergo in dies annona, deficiente commeatu maritimo, a terra vero jam ita undique admoveri oppugnatio dudum obsessis castris Gallicis, ut vel tantillum prodiisse vallo pabulandi causa impune non esset, Romanis tam assidue imminentibus, **399** tanta arte rationeque rem gerentibus, ut et semper ipsi subitis incursibus, tempestivis receptibus, sine suo periculo nocerent; et Gallis nullam occasionem exercendæ virtutis, nullam spem evadendæ calamitatis reliquam facerent. Qui si vel ad potum equos educere auderent castris, Romanos e præsidiis proximis haud dubie incursantes patiebantur, creberrimis equorum virorumque captivitatibus aut cædibus. Sensit Baimundus ineluctabilem vim mali, carpique sensim ac colliquescere iteratis in horas damnis exercitum videns, ad extremum eo confugit ut missis ad Alexium ducem Dyrrhachii legatis, mentionem pacis prior inferret.

Ἐπεὶ δὲ καὶ εἷς τις εὐγενὴς τῶν τοῦ Βαϊμούντου C κομήτων Γελίελμος ὁ Κλαρέλης (81) ἑώρα τὸ ἅπαν

Sub id tempus Gulielmus Clareias, prænobilis inter Gallos comites qui cum Baimundo militabant,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[44] ὅπως.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(80) *Τὰ περὶ εἰρήνης*. Ordericus, lib. II, pag. 824; Albertus Aqu. lib. X, cap. 41, 42, 43, 44.

(81) *Γελίελμος ὁ Κλαρέλας*. Agunt de hac comitum Boemundi ad Alexium defectione Albertus Aq. lib. X, cap. 43 et 44; et Ordericus loco citato. Addit Albertus Willelmum *Claret*, qui Κλαρέλας

subtiliter persequens singula : quot simul esse deberent qui ad planitiem Dyrrhachiensem prope castra Baimundi excursuri mitterentur ; quo pugnæ genere uti eos oporteret ; quo ordine procedere ; qua forma, quove instructu in occasione pugnæ dirigere aciem foret consultius ; subitis equitationibus invehi ut plurimum jubebat ; tum post impressiones acres et breves, maturis retro ferri recessibus. Invehi autem non usque ad pugnam admovendam cominus, et manus conserendas ; sed ad jactum duntaxat teli, unde nimbos sagittarum laxatis arcubus in hostem spargerent. Sic autem procurrentibus præsto esse a tergo volebat hastatos lento et firmo assectantes gradu, quo, si qua vis major arquitis ingrueret ab hostili equitatu, paratus illis et tutus in medium fixi et fortis agminis receptus esset. Quod si nostri equites pugnam æquam sustinerent diutius, ne tum quidem inutilem pone traherent cohortem hastas vibrantium ; sed iis inter se mistis et confodientibus adversos Gallos, citius certiusque vincerent. Præterea multus in monendo erat jaculis ne parcerent ; quorum etiam abundantissimam suis suggeri copiam curabat, uti gladio congredique cominus haud adeo probabat. Porro jacula ipsa dictitabat sine usu fere perdi quando in cataphractorum contectos tutissime colligeantur artus : utilius incomparabiliter in equos dirigi et sine impedimento vulnerabiles et nunquam sine vectoris pernicie sternendos. Armatura hæc est Gallorum equitum. Lorica ferrea contextu quodam implexuque annulorum, ac squamis velut quibusdam invicem consertis, seseque inscendentibus corpus obiens, et illud arcte simul apteque ad facilitatem motus omnis, tunicæ instar intime applicitæ vestiens. Accedebat ad munimentum impenetrabilius obtentus scuti, non rotundi, sed figuræ ovalis oblongæ, latiori ab imo ambitu in acutius fastigium desinentis : non planæ et coæquatæ superficiei, sed spatio lente intus in longum cavo latus amplectentis a parte gemina, cujus exterior lævigata frictu et tersi nitore metalli resplendens facies, oculi ex ære prælucidi, umbone medio exstantis, vivis velut et vibrantibus fulgurans radiis perstringebat intuentes contra. Jam materies non ferri cujusvis, sed chalybis quam rigidissimi **398** etiam durata tinctu et fabrorum arte ad duritiem quantamvis soliditate, latebat plane tutissimum sub his involucris corpus ; et Persici licet aut Scythici teli acies, vel giganteis lacertis intorta, ubi ad istud tectorium offenderat innoxia utique et hebetata resiliens redibat ad mittentem. Quæ omnia

A παρακελευόμενος μὴ φείδεσθαι τούτων ὅλως, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἵππων μᾶλλον ἢ τῶν Κελτῶν ἐπιτοξάζεσθαι, τοῦτο μὲν εἰδὼς ὅτι ὅσον ἐπὶ τοῖς θώραξι καὶ τοῖς σιδηροῖς χιτῶσι (76) δύστρωτοι ἦσαν ἢ καὶ παντάπασιν ἄτρωτοι. Βάλλειν οὖν εἰς μάτην καὶ πάντη ἀνόητον ᾤετο· ὅπλον γὰρ Κελτικὸν χιτών ἐστι σιδηροῦς κρίκος ἐπὶ κρίκῳ περιπεπλεγμένος, καὶ τὸ σιδήριον, ἀγαθοῦ σιδήρου, ὥστε καὶ βέλος ἀπώσασθαι ἱκανὸν καὶ τὸν χρῶτα φυλάξαι τοῦ στρατιώτου· προσθήκη δὲ τῆς φυλακῆς καὶ ἀσπὶς οὐ περιφερής, ἀλλὰ θυρεὸς (77) ἀπὸ πλατυτάτου ἀρξάμενος καὶ εἰς ὀξὺ καταλήγων, καὶ τἄνδον ἠρέμα ὑποκοιλαινόμενος, λεῖος δὲ καὶ στίλβων (78) κατὰ τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐπ' ὀφθαλμῷ χαλκοχύτῳ μαρμαίρων. Βέλος τοίνυν, κἂν Σκυθικὸν εἴη, B κἂν Περσικὸν, κἂν ἀπὸ βραχιόνων ἀποῤῥιφείη γιγαντικῶν, ἐκεῖθεν ἀποκρουσθὲν παλινδρομήσειε πρὸς τὸν πέμψαντα. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ἔμπειρος ὢν, οἶμαι, ὁ βασιλεὺς τῶν Κελτικῶν ὅπλων καὶ τῶν ἡμετέρων τοξευμάτων, ἀφεμένους τῶν ἀνδρῶν, τοῖς ἵπποις μᾶλλον ἐπιθέσθαι παρεκελεύετο, καὶ καταπεροῦν αὐτοὺς τοῖς τοξεύμασι παρῄνει· ἅμα δὲ καὶ ἵνα τῶν ἵππων ἀποβεβηκότες εὐχείρωτοι γένοιντο· Κελτὸς γὰρ (79) ἀνὴρ ἔποχος μὲν ἀκατάσχετος καὶ κἂν τεῖχος διατετραίνει Βαβυλώνιον, ἀποβεβηκὼς δὲ τοῦ ἵππου ἄθυρμα τοῖς ἐθέλουσι γίνεται. Γινώσκων γὰρ τὸ διάστροφον τῶν συνεφεπομένων αὐτῷ, οὐκ ἤθελε τὰς κλεισούρας ὑπερβῆναι, καίτοι πολλὰ σφαδάζων δημοσίαν τὴν τοῦ Βαϊμούντου μάχην αὐτὸς ἀναδέξασθαι. Καθά γε καὶ πάλιν πολλάκις C ἡμῖν δεδιήγητο· ἦν γὰρ πρὸς τὰς μάχας παντὸς ξίφους τομώτερος, ἄτρεπτος τὴν γνώμην καὶ παντάπασιν ἀκατάπληκτος, ἀλλὰ τὰ συμπεσόντα οἱ ἀπεῖργε τοῦ ἐγχειρήματος, δεινῶς αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκπιέζοντα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(76) *Χιτὼν σιδηροῦς*. Lorica annulis et maculis contexta, nostris, *Cotte de maille*.

(77) *Θυρεός*. Θυρεοὶ dicuntur σκουτάρια μεγάλα ἐπιμήκη, apud Leonem, in *Tact.* **396** cap. 5, § 3, cap. 6, § 25, 32, 37, cap. 14, § 103. Expressit Anna, lib. v, pag. 140, scuti Gallici magnitudinem, hic formam exhibet, qualem scuto Samnitum tribuit Livius, lib. IX : *Scuti summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.* Certe scuti Gallici longiorem formam fuisse auctor est Diodorus Siculus, cujusmodi fuit illius, quod Græci θυρεὸν vocabant, quod Polyænus, lib. IV *Strateg.*, Gallis attribuit. Addit Anna ἀπὸ πλατυτάτου εἰς ὀξύ, ita latiore forma in acutam desinere, quod firmatur præterea ex Hygino, Fab. 277, dum ait, Cypri insulæ figuram similem esse scuto Gallico. Quippe Cyprus, ut diserte habet Constantinus Porph. lib. I *De The-* D *mat.* litteræ Δ speciem præfert ; est enim triangularis figuræ, quæ fuit scutorum Gallicorum, quam repræsentant passim sigilla cerea militum, seu equitum Francicorum diplomatibus appensa. Vide Gosselinum, in *Histor. vet. Gall* cap. 48 : Cluver. lib. I *Germ. Antiq.* cap. 44, et Marcum Zuerium Boxhornium in *Orig. Gallic.*

(78) *Στίλβων*. Albertus Aq. lib. II, cap. 41 : *Jam dies clarissima illuxerat, sol radiis fulgebat lucidissimis, cujus splendor in clypeos aureos et vestes ferreas refulsit.* Lib. III, cap. 57 : *In splendore clypeorum coloris aurei, viridis, rubei, cujusque generis* Lib. IV, cap. 6 : *Horum ferreæ vestes, clypei auro et gemmis inserti, variisque coloribus depicti.* Atque inde forte colorum in insigniariis scutis origo. Vide Dissertat. I ad Joinvillam.

(79) *Κελτὸς γάρ*. Vide pag. 140.

longo usu comperta imperator obtinens animo illam suis quam retulerimus imperabat in Gallos pugnandi rationem, ut equis jaculo figendis viros omitterent; quippe facile et innoxie vincendos equorum casu. Nimirum non illam ferociam, illos ignes quos in equis alti spirant, etiam excussi retinent, si qua eos vis afflixerit. Gallus equo generoso armatus insidens flammea velocitate fulmineus vel Babylonios muros transvolet; humi depositus, quibusque obviis ludus est. Hæc igitur in hunc modum sapienter Augustus ex eo loco gubernabat. Cur non procederet ulterius et claustris superatis cautiones ipse cum Gallis pugnans has usurparet quas tradebat aliis, causa hæc fuit quam ex ipso audire memini cum diceret, perversa consilia sibi nota male feriatorum e suo ipsius comitatu non paucorum aversos a se animos habentium, effecisse ut consultum nentiquam putaret, id quod alioqui avebat unice, transitis clisuris æquo Marte totis copiis cum Baimundo experiri fortunam prælii. Et astruere, ni fallor, huic ejus dicto fidem possent quæ superius locis variis de bellica ipsius indole, de ardore rem gerentis in acie, de constantia præsentiaque mentis, ac vigilia consilii, in eventu periculove quovis, commemorata sunt a nobis. Verum, ut sæpe dictum est, hoc in quo narrando versamur tempore gestientem in discrimen pugnæ decretoriæ Augusti fortitudinem ejusdem sapientia continuit, cogitatione ac conscientia suspecti maleque fidi comitatus : quæ res, longe minus metu insidiarum, quam dolore ob ereptam occasionem probandæ virtutis, discruciabat ejus animum.

A Στενοχωρούμενος οὖν ὁ Βαϊμοῦντος ἀπό τε ἠπείρου καὶ θαλάττης· καὶ γὰρ ὁ μὲν αὐτοκράτωρ οἷον θεατὴς τῶν κατὰ τὴν πεδιάδα τοῦ Ἰλλυρικοῦ πραττομένων καθῆστο, κἀν ὅλῃ ψυχῇ καὶ γνώμῃ συμπαρῆν τοῖς μαχομένοις, καὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἱδρώτων καὶ πόνων μετεῖχεν εἰ μή που καὶ πλείω τις φαίη, ἐρεθίζων πρὸς μάχας καὶ πολέμους τοὺς κατὰ τὰς ἀκρολοφίας τῶν κλεισουρῶν κατατεθέντας ἡγεμόνας, καὶ ὑποτιθέμενος ὅπερ [44] χρὴ προσβάλλειν τοῖς Κελτοῖς. Ὁ δέ γε Μαριανὸς τοῦ ἀναμεταξὺ Λογγιβαρδίας καὶ Ἰλλυρικοῦ πορθμοῦ τὰς κελεύθους ἐπιτηρῶν ἀπεῖργε παντάπασι τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς τὸν Ἰλλυρικὸν διαπερῶντας, οὐ τριάρμενον, οὐδὲ μυριοφόρον ὁλκάδα, οὐδὲ μυοπάρωνα δίκωπον τὸ παράπαν ξυγχωρῶν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον διαπερᾷν. B Καὶ αὐτῶν γοῦν τῶν διὰ θαλάττης κομιζομένων τροφίμων ἐκλειπόντων αὐτῷ, καὶ τῶν διὰ ξηρᾶς ἐπιτιθεμένων σὺν ἐμπειρίᾳ πολλῇ τὸν πόλεμον ἑώρα προβαίνοντα. Ὁπηνίκα γὰρ τοῦ χάρακος χορταγωγίας χάριν ἐξῄει τις ἢ καί τινων συγκομιδῶν ἄλλων, ἢ καὶ τοὺς ἵππους εἰς ποτὸν ἐξήλαυνον, ἐπετίθεντο τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τοὺς πλείονας ἀνῄρουν, ὡς κατὰ μικρὸν τὸ αὐτοῦ δαπανᾶσθαι στράτευμα· ἀποστείλας πρὸς τὸν δοῦκα Δυῤῥαχίου Ἀλέξιον τὰ περὶ εἰρήνης (80) ἐπερωτᾷ.

Interim vero miras in angustias arctabantur Baimundi res : cui neque a mari neque a terra quidquam jam auxilii, ac ne effugii quidem factum erat reliquum. Hinc imperator aderat, sedens ille quidem quasi spectator in media Illyrici planitie; sed in suorum undique per circuitum ex totis arcibus assidue Gallos incursantium animis et conatibus, auctoritatis vi quadam late fusa, cunctis ex partibus rem unus gerens. Adeo nunquam remittens contentio, nunquam connivens vigilia imperatoriæ providentiæ, in mittendis, revocandis, adhortandis, admonendis ducibus, militibus, qui vertices montium, qui valles angustas, qui cætera per circuitum disposita præsidia tenebant, labores, sudores, conatus singulorum atque omnium imperatoris proprios ipsius faciebant. Nihilo segnius curabatur maritima res. Excubabat ab hac parte Mariani ducis acerrimi adversus artes pariter conatusque omnes impenetrabilis custodia; ita partes callesque freti quod Italiam et Illyricum interjacet universas obsepiens, ut non firmiori trinis instructæ velis navi Gallicæ, non onerariæ, non myoparoni remorum duum trajicere illac ad castra Baimundi ullo modo liceret. Arctari ergo in dies annona, deficiente commeatu maritimo, a terra vero jam ita undique admoveri oppugnatio dudum obsessis castris Gallicis, ut vel tantillum prodiisse vallo pabulandi causa impune non esset, Romanis tam assidue imminentibus, **399** tanta arte rationeque rem gerentibus, ut et semper ipsi subitis incursibus, tempestivis receptibus, sine suo periculo nocerent; et Gallis nullam occasionem exercendæ virtutis, nullam spem evadendæ calamitatis reliquam facerent. Qui si vel ad potum equos educere auderent castris, Romanos e præsidiis proximis haud dubie incursantes patiebantur, creberrimis equorum virorumque captivitatibus aut cædibus. Sensit Baimundus ineluctabilem vim mali, carpique sensim ac colliquescere iteratis in horas damnis exercitum videns, ad extremum eo confugit ut missis ad Alexium ducem Dyrrhachii legatis, mentionem pacis prior inferret.

C Ἐπεὶ δὲ καὶ εἷς τις εὐγενὴς τῶν τοῦ Βαϊμοῦντου κομήτων Γελίελμος ὁ Κλαρέλης (81) ἑώρα τὸ ἅπαν

Sub id tempus Gulielmus Clareias, prænobilis inter Gallos comites qui cum Baimundo militabant,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[44] ὅπως.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(80) *Τὰ περὶ εἰρήνης*. Ordericus, lib. II, pag. 824; Albertus Aqu. lib. X, cap. 41, 42, 43, 44.

(81) *Γελίελμος ὁ Κλαρέλας*. Agunt de hac comitum Boemundi ad Alexium defectione Albertus Aq. lib. X, cap. 43 et 44; et Ordericus loco citato. Addit Albertus Willelmum *Claret*, qui Κλαρέλας

A στράτευμα τῶν Κελτῶν ὑπό τε λιμοῦ καὶ νόσου (δεινὴ γάρ τις τούτους ἐπέσκηψεν ἄνωθεν) διαφθειρόμενον, τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν πραγματευόμενος μεθ' ἵππων πεντήκοντα αὐτομολεῖ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν τοιοῦτον ἀποδεξάμενος πυθόμενός τε τὰ κατὰ τὸν Βαϊμοῦντον καὶ τήν τε ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τοῦ στρατεύματος πτῶσιν βεβαιωθείς, καὶ ὡς ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐληλάκει, αὐτὸν μὲν τῷ τοῦ νωβελλισίμου τηνικαῦτα τιμᾷ ἀξιώματι, πολλαῖς δωρεαῖς καὶ χάρισιν ἀμειψάμενος. Μεμαθηκὼς δὲ διὰ τῶν τοῦ Ἀλεξίου γραμμάτων ὅτι ὁ Βαϊμοῦντος τὰ περὶ εἰρήνης πρὸς αὐτὸν διαπρεσβεύεται, κατανοῶν δὲ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἀεί τι κακὸν κατ' αὐτοῦ διανοουμένους, καὶ ὅσαι ὧραι ἐπανισταμένους ὁρῶν, καὶ βαλλόμενος μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἐγκολπίων ἢ B τῶν ὀθνείων ἐχθρῶν· ἐπεὶ ἐδόκει αὐτῷ μὴ ἐπὶ πλέον πρὸς ἑκατέρους ἀμφοτέραις χερσὶ μάχεσθαι, τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν ποιησάμενος, ὥς πού τις ἔφη, βέλτιον ἔγνωκεν εἶναι τὴν μετὰ τῶν Κελτῶν εἰρήνην ἀσπάσασθαι, καὶ μὴ τὰς τοῦ Βαϊμούντου ἀπώσασθαι αἰτήσεις, ἐπτοεῖτο δὲ ἐπὶ τὰ προσωτέρω χωρῆσαι δι' ἣν ἄνω ὁ λόγος ἐνέφηνεν αἰτίαν. Διὰ ταῦτα αὐτὸς μὲν αὐτοῦ που προσέμενεν ἀντικαθιστάμενος πρὸς ἄμφω τὰ μέρη· τῷ δὲ δουκὶ Δυῤῥαχίου τοιαῦτα πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον εἰπεῖν διὰ γραμμάτων ἐπέσκηψεν· *Οἶσθα πάντως ὁσάκις ἠπάτημαι πιστεύων τοῖς σοῖς ὅρκοις καὶ ῥήμασιν· καὶ εἰ μὴ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου θεῖος νόμος Χριστιανοῖς ἅπαντα συγχωρεῖν ἀλλήλοις παρεκελεύετο, οὐκ ἂν πρὸς* C *τοὺς σοὺς λόγους τὰ ὦτα ἀνέῳξα· βέλτιον δὲ ὅμως ἀπατᾶσθαι ἢ προσκεκρουκέναι Θεῷ καὶ θείους παραβαίνειν νόμους. Διά τοι τοῦτο οὐκ ἀποπέμπομαί σου τὴν αἴτησιν. Εἰ μὲν οὖν ἐν ἀληθείᾳ τὴν εἰρήνην καὶ αὐτὸς βούλει, μυσαχθεὶς τὸ ἄτοπον οὗπερ ἐπεχείρησας ἔργου καὶ ἀτέλεστον, καὶ οὐκ ἔτι αἵμασι Χριστιανῶν ἐκχεομένοις χαίρειν ἐθέλεις, οὐδ' ὑπὲρ τῆς* [44] *σφῶν πατρίδος, οὐδ' ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, ἀλλὰ σοῦ γε καὶ μόνου χάριν θελήματος, ἐπεὶ βραχὺ τὸ ἀναμεταξὺ ἡμῶν διάστημά ἐστιν, αὐτὸς παραγενοῦ μεθ' ὅσων ἂν βούλῃ· καὶ εἴτε εἰς τὰ σφῶν ἡμῶν θελήματα εἰς ταυτὸν συμβαῖεν ὡς ἡ σύμβασις ἕξει τῶν πραγμάτων, εἴτε καὶ μή. Καὶ οὕτως, ὡς εἴρηται, ἀβλαβὴς πρὸς ἰδίαν ἐπαναστρέψεις παρ-* D *εμβολήν.*

tum illorum quæ diximus incommodorum sensu, tum pestilentiæ divinitus immissæ per castra Gallica fœdissime grassantis periculo commotus, cum quinquaginta equitibus ad imperatorem transiit. Excepit illum pro personæ merito benevole honorificeque Augustus; et ubi ex eo de Baimundi rebus exquisivit curiosius, certiusque comperit, quam præcipiti ea loco, imo quam profligatæ jam essent ac perditæ: fame ac peste per ejus exercitum sævientibus, nulla certa aut verisimili auxilii vel levamenti spe, clarum transfugam hospitio regio dignatus, postquam multis eum beneficiis donisque cumulavit, etiam nobilissimi appellatione cohonestatum secum habuit. Interim admonetur Alexii litteris Baimundum pacem petere; ac quanquam tanto nunc meliorem esse videbat fortunam suam, tutoque se preces capitalis hostis ultima necessitate expressas posse spernere, quippe interitu ipsius ac pleno exitio partium illarum brevi, ut res erant, secuturo, facile debellaturum; tamen reputans secum nefarias insidiatorum latera semper sua obsidentium contra se voluntates, pertæsusque anxiæ custodiæ quam cum misero metu continuare dies ac noctes, cæca suspectorum familiarium perfidia ipsum coegerat, ex eo ferme tempore quo erat Constantinopoli profectus; nec committendum diutius ratus ut uno tempore inter hostes acerbos et cives perfidos deprehensus unus, in momenta omnia discrimen capitis subiret: ad extremum decrevit, necessitate quod aiunt in ambitionem versa, finem repræsentare intestini atque infandi periculi, et pace cum Gallis facienda expeditionis quæ tantum non ipsi funesta fuerat, ac ne adhuc esset, periclitabatur, faustum et gloriosum exitum non repudiare dum ultro se offert. Itaque litteris ad Alexium redditis responderi suo nomine Baimundo jubet hunc ferme in modum: *Nosti omnino quoties deceptus sim, tuis juramentis et verbis credens. Quod nisi divina Evangelii lex cuncta sibi mutuo Christianos ignoscere juberet, utique nunc non præberem faciles sermonibus tuis aures. Verum quia falli ab hominibus quam in Deum offendere, divinasque leges transgredi satius est, non rejicio petitionem tuam. Si ergo ex animo pacem cupis, et illaudabilis incepti tam successu cariturí quam causam æquam initio non habuit, tædium te verum ac non fucata tenet pœnitentia; si, inquam, serio* **400** *inducis in animum temperare in posterum a Christiano sanguine fundendo, quem hactenus tanta copia non defensioni vestræ patriæ, non studio amplificandæ vel tuendæ religionis, sed tuæ unius meræ libidini atque ambi-*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[44] Desunt voces οὐδ' ὑπὲρ τῆς—χάριν θελήματος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

Annæ, et Widonem filium sororis Boemundi, Willelmi *de Grentemaisnil* forte ex Mabilia, Boemundi sorore, filium, pecunia et blanditiis imperatoris corruptos, Boemundum ad sanciendam cum Alexio pacem fuisse cohortatos; in castra vero Alexii transiisse illos ante initum fœdus, non tradit. Willelmus *Claret* in Franciam postea reversus pactis interfuit Alfonsum Tolosanum inter et Raimundum Barcinonensem comites sancitis, an. 1125, ut est in Historia comitum Tolos. Catelli, lib. II, pag. 190. Nam Willelmus Raimundi vel Alfonsi vassallus, seu cliens erat, propter comitatum et marchionatum provinciæ, in quo situm est castrum *de Claret, infra Bailliviam Sistarici*, ut est in veteri charta an. 1310, transiit illud postmodum in familiam *de Agouto*.

tioni temere ac ludibundus impendisti, age quoniam non magno spatio distamus, ne gravare convenire huc ad me cum quot quibusve comitibus voles. Exponemus commodius inter nos coram quid velimus quisque, breviusque sic multo ac facilius coire compositio poterit. Quod si quæ res obstiterit, quominus ea concludatur, tum tu incolumis et liber in tua te castra recipies.

A Ταῦτα ἀκούσας ὁ Βαϊμοῦντος, ὁμήρους τῶν ἐπιφανῶν ᾐτήσατο δοθῆναί οἱ ἐφ' ᾧ τούτους παρὰ τῶν αὐτοῦ κομήτων ἐλευθέρους ἐν τῇ ἰδίᾳ κατέχεσθαι παρεμβολῇ, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐπαναστρέψῃ· ἄλλως γὰρ μὴ ἀποθαῤῥεῖν τὴν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἔλευσιν. Μεταπεμψάμενος τοίνυν ὁ βασιλεὺς τὸν Νεαπολίτην Μαρῖνον, καὶ τὸν ἐπ' ἀνδρίᾳ περίκλυτον Φράγγον Ῥογέρην, ἄνδρας φρενήρεις, καὶ τῶν Λατινικῶν ἐθῶν [46] ἐν πείρᾳ καθεστηκότας πολλῇ, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Εὐφορβηνὸν (γενναῖος δὲ οὗτος καὶ χεῖρα καὶ γνώμην, καὶ μηδέποτε κατά τι τῶν αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένων διημαρτηκώς), καὶ Ἀδράλεστόν τινα τῆς Κελτικῆς γνώμης [ἴσ. γλώσσης] εἰδήμονα, τούτους, ὡς εἴρηται, πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἀπέστειλεν, ἐπισκήψας B παντοίως αὐτὸν μετελθεῖν καὶ πεῖσαι αὐτόμολον ἀφικέσθαι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα· ἐφ' ᾧ ἀπαγγεῖλαι ἅπερ ἂν βούλοιτο καὶ ζητοίη ἐξ αὐτοῦ, κἂν μὲν ἀρεστὰ δόξῃ τῷ αὐτοκράτορι, ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν ἐπιτεύξεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀβλαβῆ αὖθις εἰς τὴν οἰκείαν παλινοστῆσαι παρεμβολήν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἐκείνους ὁμιλήσας ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖθεν ἀπέλυσεν. Οἱ δὲ τὴν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον φέρουσαν ὥδευον. Ὃς, τὴν τούτων πυθόμενος ἔλευσιν καὶ δεδιὼς μὴ τὴν τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ πτῶσιν κατανοήσαντες τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τούτων ἀπαγγέλοιεν, ἔποχος πόῤῥω τῆς παρεμβολῆς αὐτοῖς ἀπήντησεν. Οἱ δὲ τὰ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν ἀπεστομάτισαν, ὡς *Οὐκ ἐπιλέλησται πάντως ὁ βασιλεὺς*, φησὶν, *τῶν ὑποσχέσεων καὶ τῶν ὅρκων ὧν ἐποιήσω, οὐ* C *σὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ τότε διεληλυθότες κόμητες· καὶ ὁρᾷς πάντως ὡς οὐκ εἰς καλὸν τὰ τῆς παραβάσεως τῶν ὅρκων ἐκείνων ἀπέβη σοι*. Τούτων ὁ Βαϊμοῦντος ἀκούσας, *Ἅλις*, ἔφη, *τῶν τοιούτων λόγων. Εἰ δέ τι ἕτερον παρὰ τοῦ βασιλέως διεμηνύθη μοι, τοῦτο μαθεῖν ἐθέλω*. Καὶ οἱ πρέσβεις πρὸς αὐτόν· *Ὁ βασιλεὺς, τήν σήν τε καὶ τοῦ ὑπὸ σὲ στρατεύματος σωτηρίαν βουλόμενος, ταῦτά σοι δι' ἡμῶν ἀποφθέγγεται. Οἶσθα πάντως ὅτι πολλὰ μογήσας οὔτε τὴν [47] Δυῤῥαχίου κατασχεῖν οἷός τε γέγονας, οὔτε σαυτῷ καὶ τοῖς ὑπὸ σὲ ἀγαθόν τι προσενήνοχας. Εἰ γοῦν μὴ παντελῆ ἀπώλειαν ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ ὑπό σε λαοῦ βούλει πραγματεύσασθαι, ἴθι πρὸς βασιλείαν μου, ἀδεῶς ἀποκαλύψας ἅπαν τὸ σοὶ βου*- D *λητὸν, καὶ ἀκουσόμενος αὖθις τὰ ἡμῖν δοκοῦντα. Καὶ εἰ μὲν ἐς ταυτὸν αἱ ἀμφοτέρων γνῶμαι ξυνδράμοιεν, Θεῷ χάρις, εἰ δ' οὒ, ἀσινῆ σε αὖθις πρὸς τὴν οἰκείαν πέμψω παρεμβολήν. Ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῶν ὑπὸ σὲ πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου τάφου προσκύνησιν ἀπιέναι βουλήσονται, δισωθήσονται [48] παρ' ἐμοῦ· ὅσοι δὲ τὴν πρὸς τὴν χώραν*

His auditis Baimundus obsides petiit ex numero illustrium qui mature repræsentati darentur in custodiam comitum Gallorum, ab ipsis in suis castris asservandi, quoad in ea Baimundus ipse ex imperatoriis rediret; absque ista cautione iturum se unquam ad imperatorem pernegans. Neque id recusavit imperator. Statim enim ad se vocatos Neapolitanum Marinum et fortitudine inclytum Francum Rogerium, prudentes viros et Latinicarum consuetudinum peritissimos, præterea Constantinum Euphorbenum manu et consilio promptum hominem, pariterque industrium ac strenuum, quem Augustus a se adhibitum ad multa, semper navasse probasseque fidam ac felicem operam meminerat, postremo Adralestum quemdam linguæ Gallicæ peritum ad Baimundum misit: dato illis negotio ut si quid adhuc ille dubitaret, nihil omitterent agendo dicendoque quod utile putarent ad persuadendum ei ut ad imperatorem se utique conferret. Nam et si æque peteret futurum haud dubie sciret se voti compotem statim futurum; et si quid obstinaret quod concedere non posset imperator, tuto cum vellet libereque recessurum in castra propria. Eos ad se venire certior factus Baimundus, vereri cœpit ne ii, si reciperentur in castra Gallica, miserum eorum statum animadverterent facile, ac mox imperatori renuntiarent. Ergo illis obviam in equo prodiens, longe a castris occurrentes audivit cum hæc imperatoris, prout erant jussi, nomine dicerent: *Recordaris profecto promissionum et juramentorum illorum quibus non tu solus, sed omnes quoque qui tunc transiere comites vos obstrinxeratis nobis. Nunc vero nisi dissimulas præsentem fortunam tuam, experiris plane quam nunquam ulli recte cedat jurisjurandi contempta religio.* Sic inchoantes haud docilis auditor carminum talium mature Baimundus interpellans: *Vos vero*, inquit, *si ab imperatore aliud affertis, tempus est promere; nam horum quidem quæ exorsi estis abunde est*. Cui legati: *Hæc*, inquiunt, *imperator tibi per os nostrum loquitur. Scis plane quam nihil conatu sumptuque contra me immenso profeceris;* **401** *quippe qui ne unam quidem Dyrrhachiensem urcem totis annisus viribus opibusque tuam facere valueris, nec tibi tuorumve ulli fructum ullum laboris insani paraveris. Si jam igitur vel sero sapiens supremum exitium tui tuorumque uno salubri consilio declinare vis, accede sis ad majestatem meam quidque a me cupias exprome, auditurus a me vicissim quid mihi videatur. Ac si quidem voluntates nostræ conveniant, Deo gratiæ nulla mora pacis erit. Sin minus, at te certe securum ac tutum in*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[46] ἐθνῶν. [47] τὴν πόλιν. [48] διασωθήσεται. Lege διασωθήσονται.

castra remittam tua; tuorum vero quicunque adorandi sancti sepulcri desiderio tenebantur, eos ego cunctos illo perducendos meo sumptu meorum ductu curabo; patriam autem cogitantes viatico instructos et donis cumulatos domum dimittam. Ad ea Baimundus: *Nunc demum,* inquit, *sentio missos esse ad me ab imperatore viros idoneos ad mecum de re communi rite tractandum, mente illius referenda, meaque cognoscenda. Fidem igitur mihi plenam a vobis volo fieri, non contemptim excipiendum me quando ad Augustum veniam, verum ultra sex stadia occursuros mihi honoris causa familiares necessariosque ejus ac consanguineos intimos. Ubi autem eo pervenero ac limen Augustalis subiens attigero, imperatorem ipsum e regio solio assurrecturum mihi, sicque honorifice susceptiturum nulla habita conventionum olim inter nos transactarum ratione: nec juris id sibi sumpturum ut quoniam me illi aliquando subditum atque obnoxium professus sim, modo velit rationem exigere gestorum, examinique suo ac judicio subjicere: sed potius in omnibus me habiturum pro homine meæ plane potestatis perfecteque libero, ac jus integrum habente agendi*

A αὐτῶν ἀναχώρησιν ἕλωνται, δαψιλῶν τῶν ἐξ ἐμοῦ δωρεῶν ἀπολαύσαντες πρὸς τὰ οἴκοι ἀπολυθήσονται. Καὶ ὃς πρὸς αὐτούς· *Νῦν ἔγνων ὄντως παρὰ τοῦ βασιλέως σταλῆναι ἄνδρας ἱκανοὺς εἰπεῖν τε λόγον καὶ δέξασθαι· αἰτῶ γοῦν παρ' ὑμῶν πληροφορίαν λαβεῖν εἰς τὸ παντελὲς μὴ ἀτίμως ὑποδεχθῆναι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος· ἀλλὰ πρὸ ἓξ σταδίων τοὺς γνησιωτάτους τῶν καθ' αἷμα προσῳκειωμένων αὐτῷ τὴν ἐμὴν ποιήσασθαι προϋπάντησιν· περὶ δὲ τὴν βασιλικὴν σκηνὴν πελάσαντα ἅμα τῷ τὰς πύλας εἰσιέναι καὶ αὐτὸν τῆς βασιλικῆς ἐξαναστάντα περιωπῆς ἐντίμως με ὑποδέξασθαι, καὶ μὴ δ' ἡντιναοῦν [49] ἀναφορὰν τῶν προγεγονυιῶν συμφωνιῶν γεγονέναι μοι· ἢ ὅλως εἰς* B *κρίσιν ἀγαγέσθαι με, ἀλλ' ἐλεύθερον ἄδειαν ἐσχόντα [50] κατὰ τὸ ἐμοὶ βουλητὸν εἰπεῖν ὁπόσα καὶ βούλομαι, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸν βασιλέα τῆς ἐμῆς κρατῆσαι χειρός, καὶ πρὸς τῇ κεφαλῇ* (82) *τῆς κλίνης αὐτοῦ παραστῆσαί με, καὶ μετὰ δύο χλαμύδων* (83) *τὴν εἴσοδον ποιησάμενον μηδόλως εἰς προσκύνησιν κάμψαι γόνυ ἢ τράχηλον τῷ αὐτοκράτορι.* Τούτων ἀκούσαντες οἱ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[49] οἱαντιναοῦν. [50] ἔχοντα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(82) *Πρὸς τῇ κεφαλῇ.* Vide Notata ad Cinnami, lib. II, n. 17, et Dissertat. XXVII, ad Joinvillam.

(83) *Μετὰ δύο χλαμύδων.* Interpres ad verbum, *cum duplici chlamyde.* At chlamys hoc loco sumitur pro milite sagato. Instabat porro Boemundus, ut sibi liceret in conspectum Alexii admitti in comitatu duorum militum, seu equitum, Galli dicerent, *avec deux cottes d'armes*; qua loquendi formula utitur Froissartes, IV vol. cap. 77: *Car à la bataille de paravant, il avoit perdu trente trois cottes d'armes de son lignage;* hoc est, 33 milites, seu *chevaliers*, ex sua cognatione. Monstreletus, II vol. an. 1450: *Et furent pris plusieurs autres capitaines, et gentilshommes Anglois portans cottes d'armes.* Solis quippe militibus, vel saltem nobilibus, sagum militare deferre licebat. Unde Masuerus in Practica, tit. *De talliis*, n. 19, nobilitatis esse argumentum dixit, *si ipse nobilis, et alii prædecessores sui, consueverant portare vestes en devise*, id est, saga militaria armorum insignibus distincta, cujusmodi vulgo Franci nostri **397** loricati superinduebant. Quod vero ejusmodi sagis militaribus ab invicem discernerentur milites, et per ea innotescerent, *cognitiones*, nostris *cognoissances*, Anglis *cognizance*, vulgo saga ista appellabantur, quemadmodum Græcis δείγματα dicebantur, *signa clypeorum*. Vegetius, lib. I, cap. 18, de militibus: *Diversis coloribus diversa in scutis signa pingebant, ut ipsi nominant,* δείγματα, *sicut etiam nunc moris est fieri.* Oraculum Leonis imp. de Andronico Comneno tyranno, qui Agnetem Philippi regis Franciæ filiam uxorem duxerat:

Ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεχραμένος.

Id est, ut monemus in Notis ad Cinnamum, *qui familiæ extraneæ se commiscuit.* Matthæus Paris. an. 1250: *Cum viderent hostes Christi armis, vexillis, et cognitionibus picturatis, quas bene noverant, cum derisionibus superbire*, ubi *cognitiones picturatæ*, sunt saga ipsa armis et insignibus distincta. Willelmus Brito, lib. II *Philipp.*:

Quæque armaturæ vestis consueta supremo
Serica, cuique facit certis distinctio notis.

C Willelmus Guiart in S. Ludovico, ubi de Manfredo Siculo rege occiso:

En la chace est Mainfroi tué,
Mes onc uns hom ne pot à dire
Pour certin qui le pot ocire,
Car le jour de celes nuisances
Porta estranges connoissances.

Id est, ea die qua cæsus est, Manfredus non suum ac solitum, sed alterius sagum induerat, ne agnosceretur. Et infra, ubi de Henrico Cosentino, qui Caroli regis arma induerat in prælio, in quo Conradinus fusus est:

Et premerain pour le conduire
Est le preus Henri de Cosances,
Cel jour porta les connoissances
Du roy, parquoy plustost peri.

Nam regibus, quoties in prælia procedebant, adesse D solebant egregii et fortissimi milites, iisdem quibus ille, induti sagis, tum ut essent *ad ejus custodiam in ipso prælio specialiter deputati*, ut loquitur Rigordus an. 1215, ubi de pugna Bovinensi, tum etiam ne in regem, si ex sago et insignibus singulariter agnosceretur, tota prælii vis incumberet. Idem Guiartus de Stephano de Longo Campo, uno ex iis qui Philippum Augustum in eo prælio comitabantur:

Tost aprés, ce dist la Chronique,
Fut d'un cop, qui li fut rué,
Estienne de Longchamp tué,
Qui le jour avoit fait merveilles,
Ses armes estoient pareilles,
A celles du roy proprement.

Quæ quidem de sago militari intelligenda sunt; nam alia hujus usus in nostrate Historia prostant exempla. Vide Dissertat. I ad Joinvillam.

A ἀνωτέρω δηλωθέντες πρέσβεις, τὸ μὲν ἐξαναστῆναι τοῦ βασιλικοῦ θρόνου αὐτὸν οὐ προσεδέξαντο· ἀλλὰ καὶ ὡς περιττὴν τὴν αἴτησιν ἀπεπέμψαντο. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἀπεδοκίμασαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ κλῖναι γόνυ μήτε τράχηλον εἰς προσκύνησιν τῷ βασιλεῖ. Πρὸς δὲ τό τινας τῶν πορρωτέρω συγγενῶν αὐτοῦ μεταβῆναι διάστημα ἱκανὸν καὶ οὕτως τοῦτον προσδέξασθαι πρὸς τὸν βασιλέα εἰσελευσόμενον χάριν οἰκονομίας καὶ θεραπείας τῆς πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὸ σὺν δυσὶ χλαμύσιν εἰσελθεῖν· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ τῆς χειρὸς τούτου τὸν βασιλέα ἐφάψασθαι καὶ στῆσαι πρὸς τῷ ἄνωθεν μέρει τοῦ βασιλικοῦ σκίμποδος, οὐκ ἀπεπέμψαντο. Μετὰ τὸ ταῦτα ῥηθῆναι διέστησαν οἱ πρέσβεις ἀπελθόντες, ἔνθα ἡτοίμαστο ἡ τούτων ἀνάπαυσις, φυλαττόμενοι ὑπὸ σεργεντίων B (84) ἑκατὸν, ἵνα μὴ νυκτὸς ἐξεληλυθότες, τὰ περὶ τὸ στράτευμα κατασκοπήσαιεν, καὶ οὕτω καταφρονητικώτερον πρὸς αὐτὸν διατεθήσονται. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν, μεθ' ἱππέων τριακοσίων καὶ τῶν κομήτων πάντων κατέλαβεν οὗτοι,[81] δηλωθεῖσι ἀνδράσι τῇ προτεραίᾳ ὡμίλησε, κἀνθ' οὕτως τοὺς ἐκκρίτους ἓξ τὸν ἀριθμὸν συμπαραλαβὼν, ἄπεισι πρὸς τοὺς πρέσβεις, τοὺς ὑπολοίπους αὐτοῦ που καταλιπὼν ἀπεκδέχεσθαι αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐπανελθόντα. Περὶ γοῦν τῶν προλεχθέντων αὖθις διασκεπτομένων, ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος ἐνίστατο, κόμης τις τῶν λίαν ὑψηλῶν Οὖδος (85) τὴν κλῆσιν πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἔφη, ὡς *Οὐδεὶς ἀφ' ἡμῶν τῶν μελλόντων μετὰ τοῦ βασιλέως συνάψαι τὸν πόλεμον, οὔπω ἔπληξέ τινα διὰ δόρατος, ἔα τοίνυν τὰ πολλὰ, τὴν εἰρήνην* (86) *τῆς μάχης ἀλλάξασθαι*[82] *χρή*. Λόγων C οὖν πολλῶν ἐξ ἑκατέρων κινηθέντων, βαρέως ὁ Βαϊμοῦντος εἶχεν, ὑβριοπαθῶν εἰ μὴ πάντα γένοιντο ὁπόσα φθάσας ἐπεζήτει τοὺς πρέσβεις. Τῶν δ' ἐπί τισι συγκατατιθεμένων, ἐφ' ὧν δὲ ἀνανευόντων, πείθεται ὁ Βαϊμοῦντος, καὶ τὴν ἀνάγκην ὅ φασι φιλοτιμίαν ποιησάμενος, ὅρκον ἐξ αὐτῶν ἐζήτει ὥστε ἐντίμως ὑποδεχθῆναι, καὶ εἰ μὴ τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ ὁ αὐτοκράτωρ ἀνανεύσειεν, ἀσινὴς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐκπεμφθῆναι παρεμβολήν. Τῶν οὖν ἁγίων Εὐαγγελίων προτεθέντων, ὁμήρους ἐζήτει παραδοθῆναι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Γίδῳ καὶ φυλάττεσθαι παρ' αὐτοῦ μέχρις οὗ αὐτὸς ὑποστρέψοι. Οἱ δὲ πρέσβεις εἰς τοῦτο κατανεύσαντες, ὅρκους ἂν καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ὁμήρων ἀσφαλείας ἀντεπεζήτουν. Καταd D νενευκὼς δὲ πρὸς τοῦτο ὁ Βαϊμοῦντος καὶ ὅρκους δοὺς καὶ λαβὼν, τοὺς μὲν ὁμήρους τόν τε σεβαστὸν

A *loquendique quoa et quantum libuerit. Volo prœterea spondentis imperatorem arrepturum meam manum, et ad caput sui reclinatorii daturum mihi locum, bonique consulturum ut ego ad eum cum duabus chlamydibus ingrediens, nec genu flectam ei venerandi causa, nec collum inclinem.* Ex his legati annuerunt quædam, recusarunt cætera; nam nec assurrecturum Baimundo venienti Augustum e regali solio, spondere se unquam exceperunt posse; negaruntque se in id assensuros quod addebat, petens licere sibi, ut imperatorem accedens salutandi causa nec genu nec collum flecteret. Cætera sane recepere: nempe occursum officiosum cognatorum Augusti, et ingressum ad eum cum duplici chlamyde, tum contactum manus Baimundi ab imB peratore faciendum; postremo ut astare ipsi liceat ad superiorem partem lecti regii. His dictis utrimque discessum est, legatis eo divertentibus ubi paratum ipsis hospitium erat, apposita custodia satellitum centum, cum mandato prohibendi ne digredientes prætextu aliquo legati per eam noctem ad castra propius accederent, quo in **402** iis loco res essent speculaturi ac videlicet ubi deploratissimum eorum statum usurpassent oculis, contempturi Baimundum et acturi cum illo rigidius. Postridie Baimundus cum equitibus trecentis et comitibus universis progressus in eum locum ubi pridie cum imperatoriis legatis egerat, relicto illic comitatu cætero, jussoque sese opperiri dum rediret, electos C ex omni suorum numero sex e præcipuis secum ad legatos ducit. Ibi resumpta hesterna disceptatio est; instanteque Baimundo ut cunctæ a se propositæ conditiones acciperentur, comes quidam ex valde præstantibus, Ubus sive Hugo nomine, sic Baimundum alloquitur: *Nullus adhuc nostrum qui huc veneramus cum imperatore prœliaturi quemquam hasta percussit; omitte ista tot verba; pax prœlio mutanda est.* Multa hinc excepit alternatio altercatioque sermonum, indignante Baimundo ac contumeliæ loco ducente quod non pariter omnia quæ petierat a legatis concederentur; legatis porro ipsis in eo perseverantibus ut quædam utique negarent, indulgerent cætera. Tandem persuasus Baimundus est, et necessitate in ambitionem versa, D quod dici solet, consensit in conditiones oblatas. Juramento igitur interposito firmari sibi petiit a legatis quæ promiserant. Horum hæc erat summa:

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] οὗ τοῖς. [82] ἀντιλέξασθαι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(84) *Σεργεντίων*. Laudat hunc Annæ locum Cujacius ad l. 7, Cod. de jure fisci lib. x, ubi quos vulgo appellamus *sergeants* et *serians*, seu apparitores, a *Cæsarianis* deducit. Sed vox est pura puta Gallica, vel potius a Latio deducta, *servire*, nostris *servir*. Apparitores enim famuli sunt quodammodo judicum, cum eorum decreta exsequuntur; unde in edictis principum et regum nostrorum *servientes* dicuntur, qua appellatione indigitantur etiam bellatores pedites, et milites infimi ordinis, quod equitibus vel armigeris **368** deservirent, seu potius militarent. Sunt igitur σεργέντιοι hoc loco pedites. Sed hæc nota.

(85) *Οὖδος*. Hugo Butuellus, de quo supra.

(86) *Τὴν εἰρήνην*. Consentit Ordericus, pag. 824, dum proceres Francos ab Alexio corruptos Boemundum alloquentes inducit: *Fac igitur, quæsumus, pacem cum imperatore, antequam comprehendaris, vel morte condemneris.*

fore ut perhonorifice ipse exciperetur ab imperatore; ac si is se audito postulatis annuere suis recusaret, liberum et tutum in sua sibi castra recessum daret. In id jusjurandum a legatis datum prolatis in medium sanctis Evangeliis. Quia vero Baimundus obsides dari jubebat in manus fratris sui Gidi, custodirique ab ipso usque ad suum reditum, jusjurandum de incolumitate ipsorum a Baimundo vicissim petitum est et ab eo sine mora præstitum. Quo cavebatur ut sebastus Marinus, Adralestus, et Francus Rogerius, Gido in pignus fidei asservandi traditi, statim atque Baimundus a colloquio imperatoris, seu facta, seu infecta pace rediisset, illæsi ac securi remitterentur ad imperatorem. Cæterum antequam iter Baimundus ad Augustum una cum Euphorbeno Constantino Catacalone capesseret, cum necessarium putaret mutari auram castris, diuturna in loco uno constantia fœtentibus, eam rem arbitrio legatorum detulit, petiitque ab iis exquisita videlicet officiositate ut id probarent. Sic inæqualis et in omnem æque infinita partem natura Gallorum est, ab acerbitate interdum summa ad remississimam facilitatem momento desiliens, ita ut qui modo præfidentissimus elatissimo supercilio terram se minabatur concussurum universam, mox humilitate demississima usque ad pulverem subsidat: ubi præsertim in ingenia robusta fortisque ac fixæ sententiæ viros inciderit. Legati oblatam potestatem usurpantes præfiniunt spatium stadiorum duodecim, ultra quod transferri castra non permitterent; **403** acquiescentique Baimundo et præscriptos non excessurum limites aienti, addiderunt, se quoque, si vellet, ituros cum ipso et inspecturos locum: quo ad id etiam annuente, datis illi statim ad custodes clisurarum litteris, prohibuerunt ne qua deinceps incursione Gallos infestarent. Tunc Euphorbenus Constantinus Catacalo petita impetrataque a Baimundo venia ingrediendi Dyrrhachii ad brevem duntaxat moram, celeriter Isaacii sebastocratoris filio Alexio convento, quid ipse sociique simul missi duces cum Baimundo transegissent, exposuit, omnium adhuc penitus ignaro. Etenim propter machinam quam imponi toti per circuitum coronæ murorum urbis imperator jusserat, nemo Dyrrhachiensium despectare a longo tempore potuerat quid in Gallorum castris gereretur. Tabulæ erant summis additæ mœnium pinnis, nullo commissæ devinctæve clavorum nexu, sed pendentes in incertum et ad quemvis impulsum fluctuare aptæ; quod sic erat de industria paratum, ut si quando Latini scalis applicitis in muri crepidinem ascensum conati pertigissent, ibi pedem figere nequirent ullo certo loco: sed tremulos et lapsantes tactu primo asseres experti, utique desperato ingressu resilirent: nisi sese ipsos, una cum male fundatis quibus insistere auderent plancis, abripi pessum intra civitatem

A Μαρῖνον, καὶ τὸν καλούμενον Ἀδράλεστον, καὶ τὸν Φράγγον Ῥογέρην, παραδίδωσι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Γίδῳ, ἵν' ὁπηνίκα ἢ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰρηνικὰς σπονδὰς ποιήσειεν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀβλαβεῖς ἐκεῖθεν κατὰ τοὺς ὅρκους αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξαποστείλῃ. Μέλλων τοίνυν τῆς πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ Εὐφορβηνοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Καταχαλῶν φερούσης ἅψασθαι, ἐπεὶ δυσωδία πολλὴ διὰ τὸ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, καιρὸν ἱκανὸν τὸ ὑπ' αὐτὸν στράτευμα χρονοτριβῆσαι γέγονεν, βουλόμενος μεταθεῖναι τὸ στράτευμα, μηδὲ τοῦτο ἄνευ τῆς αὐτῶν[33] βουλῆς ἐθέλειν γενέσθαι ἔλεγεν. Τοιοῦτον γὰρ τὸ Κελτικὸν γένος ἀνώμαλον καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐν ὀξείᾳ καιροῦ ῥοπῇ μεταφερόμενον· καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα ποτὲ μὲν αὐχοῦντα τὴν γῆν κλονήσειν
B ἅπασαν, ποτὲ δὲ ὑποπεπτωκότα καὶ μέχρι κονίας αὐτῆς καταγόμενον, καὶ μᾶλλον ὁπηνίκα στεροτέροις ἐντύχοι φρονήμασιν. Οἱ δὲ πλείω τῶν δύο καὶ δέκα σταδίων οὐ συνεχώρουν μεταθεῖναι τὸ στράτευμα. Καὶ εἰ τοῦτο βούλει, πρὸς τὸν Βαϊμοῦντον ἔλεγον, συνελευσόμεθα καὶ ἡμεῖς ὀψόμενοι τὸν τόπον. Κατανεύσαντος δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ Βαϊμοῦντος, παραχρῆμα διὰ γραμμάτων τοῖς τὰς κλεισούρας φυλάττουσιν ἐδήλωσαν, ὥστε μὴ ἐκδρομὰς ποιουμένους καταβλάπτειν αὐτούς. Ὁ δὲ Εὐφορβηνὸς Κωνσταντῖνος ὁ Καταχαλὼν ᾐτεῖτο αὖθις τὸν Βαϊμοῦντον παραχωρηθῆναί οἱ τὴν εἰς τὸ Δυῤῥάχιον ἀπέλευσιν. Κατανεύσαντος δὲ τοῦ Βαϊμοῦντος, γοργῶς τὸ Δυῤῥάχιον ὁ Καταχαλὼν καταλαμβάνει,
C καὶ τὸν φυλάσσοντα τὴν πόλιν Ἀλέξιον τὸν υἱὸν Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος ἀναζητήσας, ἀπήγγειλε τὰ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος διαμηνυθέντα πρὸς αὐτόν τε καὶ τοὺς συγκατελθόντας μετ' αὐτοῦ λογάδας τῶν στρατιωτῶν. Καὶ γὰρ οὐκ ἠδύναντο τοῦ τείχους προκύπτειν διὰ τὴν γεγενημένην ἄνωθεν παρὰ τὰ κρήδεμνα τοῦ Δυῤῥαχίου μηχανὴν τοῦ αὐτοκράτορος· σανίδες γάρ τινες περὶ τὰς ἐπάλξεις τοῦ κάστρου εὐμηχάνως ἐτέθησαν, ἐπὶ τούτῳ αὐτῷ κατασκευασθεῖσαι ἀνήλωτοι, ὥστε τοὺς ἴσως ἀπὸ τῶν Λατίνων διὰ κλιμάκων ἀναῤῥιχᾶσθαι πειρωμένους, ἐπὰν τῶν ἐπάλξεων ἐπιβαῖεν, μὴ ἐστηριγμένους ἵστασθαι, ἀλλὰ σὺν αὐταῖς σανίσι διολισθαίνειν τηνικαῦτα καὶ πίπτειν ἐντὸς καθά γε εἴρηται. Τού-
D τοις οὖν ὁμιλήσας ὁ Εὐφορβηνὸς καὶ τὰ τοῦ βασιλέως μηνύματα ἀπαγγείλας καὶ θάρσους ἐμπλήσας αὐτούς, ἐρωτήσας τε τὰ περὶ τοῦ κάστρου, καὶ διαγνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς ἀρίστης τετυχηκέναι οἰκονομίας ὡς τῶν πρὸς χρείαν αὐτάρκως ἔχοντας, καὶ παρ' οὐδὲν τὰς τοῦ Βαϊμούντου λογιζομένους μηχανάς, καταλαμβάνει τὸν Βαϊμοῦντον τὴν ταφρείαν ἔνθα προεῖπε ποιησάμενον, καὶ ἑνωθεὶς αὐτῷ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα φερούσης εἴχετο· οἱ δὲ ἐπίλοιποι τῶν πρέσβεων κατὰ τὰ προϋπεσχημένα μετὰ τοῦ Γίδου κατελείφθησαν. Μανουὴλ δὲ τὸν Μοδηνὸν πιστότατόν τε καὶ εὐνούστατον τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ὑπάρχοντα προαποστέλλει πρὸς τὸν βασιλέα τὴν πρὸς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[33] αὐτοῦ.

A αὐτὴν τοῦ Βαϊμούντου ἀπαγγέλλοντα Ἐλευσιν. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τῆς βασιλικῆς ἐγεγόνει σκηνῆς παρεσκεύαστο καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ ὑπαντῆς, καθὼς οἱ πρέσβεις τούτῳ συνέθεντο. Εἰσελθόντος δὲ τούτου, ἐκτείνας τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς καὶ τῆς ἐκείνου ἀψάμενος χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσι προσαγόρευσιν ποιησάμενος, ἐγγὺς τοῦ βασιλικοῦ παρεστήσατο θρόνου.

ruina præcipiti ad certum exitium veliat. Ad Dyrrhachienses ergo Euphorbenus adiens mandata eis quæ ad ipsos habebat imperatoris exposuit; audere ipsos de cætero ac optimo animo esse jubens. Interrogavit deinde vicissim quo res eorum loco essent; et ut recte habere omnia comperit, summo consilio maximaque providentia toto obsidionis tempore administratam apud illos fuisse publicam rem, abundare adhuc ipsis ad victum ac belli usum quæ opus essent, contemnereque eosdem nunc maxime ac plane nihili ducere machinas omnes conatusque Baimundi, cum his ad Baimundum rediit qui jam commodum sua castra transtulerat eum in locum de quo fuerat prius eum inter legatosque conventum. Huic se adjungens Euphorbenus iter capessit ad imperatoris castra, tribus aliis sociis suis, prius legatis, nunc obsidibus, prout erat constitutum, in Gidi potestate relictis. Porro ipse jam pergens præmisit ad Augustum e via Manuelem Modenum hominem sibi fidissimum nuntium adventus Baimundi; qui ubi ad certum ab Augustali spatium provectus eundo est, obvios habuit juxta pacta conventa familiares imperatoris. Deinde Baimundus admittitur, Augusto extensa manu sua manum ejus prehendente, lisque eum verbis ac modo salutante quo imperatores solent mox etiam invitante ut prope imperatorium astaret solium.

B Ἦν δὲ τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ οἷος, ὡς βραχεῖ μὲν εἰπεῖν, οὐδεὶς κατ' ἐκεῖνον ὤφθη ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων γῇ, οὔτε βάρβαρος οὔτε Ἕλλην· θάμβος γὰρ ἦν ὀφθαλμῶν ὁρώμενος καὶ φημιζόμενος, ἔκπληξις καταμέρος δὲ ὑπογράψαι τὸ τοῦ βαρβάρου εἶδος. Τοιόσδε μακρὸς ἦν τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος ὥστε εἰς πῆχυν ἕνα μικροῦ τοὺς μακροτάτους ὑπερελαύνειν, τὴν γαστέρα συνεσταλμένος καὶ τοὺς [84] λαγόνας, καὶ τοὺς ὤμους εὐρύς· καὶ τὰ στέρνα πλατὺς καὶ τοὺς βραχίονας κρατερός· καὶ τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος οὔτε περιεπτισμένος [85], οὔτε περιβριθόμενος ταῖς σαρξὶν [86], ἀλλ' ὡς ἄριστα κεκραμένος, καὶ οἷον εἰπεῖν κατὰ τὸν Πολυκλείτειον κανόνα ἐνηρμοσμένος· τὰς χεῖρας ἁδρὸς καὶ τῶν ποδῶν τὰς βάσεις στεῤῥός· καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰ μετάφρενα εὐπαγής. C Ὑποκεκυφὼς δὲ μετρίως τῷ ἀκριβῶς αὐτὸν περιεργαζομένῳ ἐφαίνετο· οὐ τῶν νωτιαίων σπονδύλων τι πεπονθότων τῆς ῥάχεως, ἀλλ' οὕτω μετρίως ἐκ γενετῆς, ὡς ἔοικε, τὴν διάπλασιν ἔσχηκε. Τὸ χρῶμα καὶ τὸ ἄλλο μὲν σῶμα λευκότατον, τὸ δὲ πρόσωπον μετὰ τοῦ λευκοῦ ἐπυρσοῦτο, καὶ ἡ κόμη ὑπόξανθος, ἀλλ' οὐμενοῦν μέχρι τῶν μεταφρένων αἰωρουμένη κατὰ τοὺς ἄλλους Βαρβάρους· οὐ γὰρ ἐτριχομάνει (87) ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ κουρίας ἦν μέχρι τῶν ὤτων. Τὸ δὲ γένειον εἴτε πυρσὸν εἴτε ἄλλο τι χρῶμα εἶχεν, οὐκ ἔχω λέγειν· ὁ ξυρὸς γὰρ [87] ἐπεξῆλθεν αὐτὸ καὶ τιτάνου παντὸς ἀκριβέστερον· ἐδόκει δ' οὖν εἶναι καὶ τοῦτο πυρσόν. Τὸ βλέμμα γλαυκὸν καὶ ἅμα θυμὸν καὶ ἐμβρίθειαν ὑποσημαῖνον. Καὶ ἡ ῥὶς αὐτῷ

Is vir cui, ut multa paucis cogam, nullum ea tempestate neque Græcum neque Barbarum Romana terra parem vidit: cujus famæ ingenti, qua late procul percellebat animos, species præsentis admirabilis rapiens coram oculos exacte respondebat, **404** talis fere aspectu ac forma fuit. Longo surgebat excursu statura corporis, adeo ut procerissimos quosque uno ferme altior cubito transcenderet. Ventrem et ilia contractior, latus humeros, spatioso et coæquato pectore, lacertis torosus; tota corporis habitudine nec strigosa, nec gravata fluxu carnium, sed optimo inter obesitatem et maciem temperamento, velut Polycleti manu cujusdam ex idea præcellentissimæ artis fictus atque tornatus: majusculis et succo vivido solidis manibus; recte fundatis pedibus et robuste vestigium obtinentibus; cervicis armorumque apta compages, et tum succi plena, tum dignitatis. Trunci status, si quis attenderet curiosius, e rectissimo inclinari paulisper in pronum videbatur: non ullo vertebrarum aut spinæ dorsi vitio, sed prout apparebat, quod ab ætate tenera institutis moderantium in istum esset habitum ad specimen modestiæ formatus. Color reliquo corpore candidissimus. Facies in niveo rubebat. Capilli subflavi, eatenus promissi ut aures tegerent, non etiam more gentis humeros flagellarent, neque enim insaniebat istam insaniam comæ studentium. Barba cujus coloris esset non possum dicere, genæ quippe ac mentum ejus acie novaculæ ad cutem rasa

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] τάς. [85] περιεσφιγμένος (sic). [86] τῇ σαρκί. [87] γοῦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Ἐτριχομάνει*. Nam Normanni cæteri, ut et Franci, teste Orderico Vitali lib. VIII: *Capillos a vertice in frontem discriminabant, longos crines veluti mulieres nutriebant, et summopere curabant.* Idem an. 1092: *Eo tempore militares viri mores paternos in vestitu et capillorum tonsura dereliquerunt, quos paulo post burgenses et rustici, et pene totum vulgus imitati sunt.* Et lib. II: *In nutrimento autem comarum, mulierum sequaces æstimantur.* Gallos veteres et Francos comam nutrivisse palam D est ex Cedreno, pag. 453, et ex iis quæ notant Salmasius ad Solinum, Gosselinus in *Histor. veter. Gall.* Hotomannus et Matharellus in *Franco-Gall.* contra quam Græci, qui caput tondebant, ut est in Epist. Adriani PP. ad Carol. M. ex iis quas edidit Gretzerus. Angli etiam ea tempestate comam nutriebant, quo nomine ab Anselmo Cantuariensi archiepiscopo non semel carptos auctor est Eadmerus, lib. I, III et IV *Hist. Novor.* et ex eo Willelmus Malmesburiensis.

(98) *Πατριάρχης*. Vel inde patet ejusce pacti pleraque capita nusquam fuisse exsecutioni mandata; præsertim quod de eligendo et instituendo in urbe Antiochena patriarcha Græcanico cautum in eo legitur. Nam Bernardus. natione Gallus, qui abeunte hinc Joanne Græcorum patriarcha, ad hanc fuerat promotus dignitatem, ea potitus legitur usque ad annum 1134, qui fuit 35 promotionis ejusdem, ut ex tabulario Manoscensi discere est; unde electum fuisse colligitur an. 1099. Idipsum Manuel Alexii ex filio nepos a Renaldo Antiocheno principe, quem ille in ordinem redegerat, obtinuit: Καὶ δὴ καὶ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν κατὰ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιὸν, ut auctor est Cinnamus, lib. IV. Verum idne præstitum sit, jure controverti potest, cum constet patriarchas Antiochenos ex Romanis Latinis semper electos fuisse, Græcanicos vero ab ipsis Augustis institutos, nomine tenus dignitate potitos. Vide Notas ad Cinnamum.

(99) *Ποδανδόν*. Podandum vicinum Tarso statuit etiam Constantinus in Basilio, et a nomine fluvii, loco appellationem inditam scribit, cap. 36.

κράτους προσένειμεν, ἐκεῖθεν ἀφελομένη. Καὶ στέργω A καὶ τοῖς τε ἐκδομένοις καὶ τοῖς ἀφῃρημένοις ὡσαύτως, καὶ ἀνθέξομαι μὲν τῶν δικαίων καὶ προνομίων ὧν παρέλαβον ἀφ' ὑμῶν, οὐκ ἀντιποιήσαιμεν δὲ ὧν οὐ παρέλαβον, οὐδ' ἂν ὑπερβαίην τοὺς ὅρους ἀλλ' ἐμμενῶ τοῖς δεδωρημένοις κρατῶν αὐτὰ καὶ καρπούμενος μέχρις ἂν τῷ βίῳ περιῶ καθὰ προδεδήλωται. Μετὰ δὲ τὴν ἐμὴν τελευτὴν, ὡς καὶ τοῦτο προγέγραπται, ἀναδραμοῦνται πρὸς τὰς οἰκείας ἀρχὰς, καὶ ὅθεν εἰς ἐμὴν ἐξουσίαν ἐδόθησαν. Ἐπισκήψω γὰρ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτρόποις καὶ ἀνθρώποις κατὰ τὴν τελευταίαν μου βούλησιν ἀποδοῦναι τὰς χώρας ἁπάσας τὰς εἰρημένας τῷ σκήπτρῳ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, μηδὲν παρὰ τὴν ἀπόδοσιν περιεργαζομένοις, ἢ εἰς ἀμφισβήτησίν[83] τινα διαπίπτουσι. Καὶ ὄμνυμι καὶ τοῦτο καὶ τὴν συμφωνίαν ταύτην κατεμπεδῶ, B ὡς ἀνυπερθέτως τε καὶ ἀναμφιβόλως τὸ προσταττόμενον πράξουσι. Πλὴν καὶ τοῦτο προσκεῖσθαι ταῖς συμφωνίαις. Ὡς ἐπειδὴ ὑπὲρ τῶν ἀφῃρημένων παρὰ τοῦ κράτους ὑμῶν ἐκ τῆς Ἀντιοχικῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ δουκάτου[84] (1) τῆς πόλεως ἐγώ τε κατελιπάρησα τὸν ὑμέτερον θρόνον ποιήσασθαι ἀντισήκωσιν καὶ οἱ περεγρῖνοι προκατελιπάρησαν τὴν ὑμετέραν βασιλείαν, καὶ κατένευσε τὸ κράτος ὑμῶν ἀντισηκῶσαί μοι θέματα, καὶ χώρας τινὰς, καὶ πόλεις κατὰ τὴν Ἀνατολὴν διακειμένας, δεῖ καὶ τούτων ἐνταυθοῖ μνημονεῦσαι κατ' ὄνομα, ἵνα μήτε ἡ βασιλεία ὑμῶν ἀμφιβάλοι κατά τι, καὶ ἐγὼ ἔχω περὶ ὧν ἂν ἐπιζητοίην. Ἦσαν δὲ ταῦτα· τότε θέμα τῆς Κασιώτιδος πάσης χώρας, ἧς μητρόπολίς ἐστιν ἡ Βέροια, ὃ κατὰ τὴν τῶν Βαρ- C βάρων φωνὴν, Χάλεπ λέγεται· τὸ θέμα τῆς Λαπάρας, καὶ τὰ ὑπὸ ταύτην πάντα πολίχνια, τουτέστι τὰ Πλαστὰ, τὸ τοῦ Χωρίου κάστρον, τὰ Ῥωμαῖνα, τὸ κάστρον Ἀραμισὸς, τὸ τοῦ Ἀμηρᾶ πολίχνιον, τὸ κάστρον τοῦ Σαρβάνου, τὸ τοῦ Τελχαμψῶν φρούριον, σὺν οἷς καὶ τὰ τρία Τίλια, τότε Ἀθλαβοτίλιν, καὶ τ' ἄλλα δύο, τὸ φρούριον τὸ Σγένιν, τὸ κάστρον τὸ Καλτζιέριν, καὶ δὴ καὶ ταύτων τὰ πολίχνια, τότε Κομμερμοέρι, καὶ τὸ Καθισμάτιν λεγόμενον, καὶ τὸ Σαρσάπην, καὶ τὴν Νέκραν τὸ πολισμάτιον. Ταῦτα μὲν τὰ ἐπὶ τάδε Συρίας[85] κείμενα, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν θέματος. Τὰ ἀγχοῦ που κείμενα τῆς πόλεως Ἐδέσσης, τότε θέμα τῶν Λιμνίων, καὶ τὸ θέμα τοῦ Ἀετοῦ μεταπάσης τῆς ἑκάστου τούτων περιοχῆς. Μηδὲ ταῦτα ἀμνημόνευτα κείσθω τὰ περὶ D Ἐδέσσης, μηδὲ τὰ παρὰ τοῦ θεοφρουρήτου κράτους ὑμῶν τετυπωμένα μοι ἐτήσια τάλαντα (2). Λέγω δὴ

A cea, et quæ illi subsunt oppida. Maurus mons et ei subjecta castra omnia; planitiesque tota ipsi subjacens; exceptis iis quæ ibi possident Rupenii fratres, Leo et Theodorus Armeni, qui hominii jure majestati vestræ obnoxii sunt: una cum mox ascribendis, nempe strategato Pagræ, strategato Palatzæ, themate Zume, et quæ his castra et oppida subsunt: cum pertinente ad eorum unumquodque regione. Hæc siquidem omnia etiam in Bulla Aurea majestatis vestræ nominatim commemorata continentur, tanquam a majestate vestra concessa donataque mihi, usque ad terminum vitæ meæ: post meum obitum reditura in jus imperii novæ Romæ reginæ urbium Constantinopoleos: 413 ea lege ut custodiam fidem sincerissimam, et benevolentiam B puram erga vos semper Augustos imperatores, et erga imperium urbis Constantinopolis; thronique ac regii ejus sceptri sim servus et lizius subditus. Promitto etiam et jurans testor eum qui in Ecclesia Antiochiæ oratur et adoratur Deum, non futurum Antiochiæ patriarcham ex nostro genere, sed eum quem vestra majestas in eam dignitatem promoverit, delectum e numero alumnorum magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Hic talis ejusmodi observatione lectus ascendat thronum Antiocheni patriarchatus, et quæ summo loci ejus antistiti competunt in impositionibus manuum, in cæteris ecclesiasticis functionibus, juxta ritus ejus Ecclesiæ legitimos obeat. Erant autem olim partes quædam C ducatus Antiocheni, nunc ab eo abscissæ divulsæque voluntate majestatis vestræ, eas omnino adjungere reliquo suo imperio decernentis. Sunt vero hæ, thema Podandum dictum, et strategatum urbis Tarsi, et Adana civitas, et Mopsuestiæ et Anabaza, et, ut brevi dicam, universa regio Ciliciæ, quantam Cydnus et Ermon hinc inde terminant. Similiter et strategis Laodicea Syriæ, et ipsum strategatum Gabalorum, quod nos pronuntiatione subbarbara, Zebel appellamus. Strategata quoque Balanei et Maracei, et Antaradus cum Antarto; strategides enim et hæ ambæ. Hæc sunt quæ ex ducatu Antiochiæ divulsit majestas vestra, et suo proprio imperio contribuit. Ego vero acquiesco pariter et datis et ablatis, atque ut iis obligationibus D et officiis quæ suscipio ratione acceptorum strenue ac fideliter defungi erga majestatem vestram sum paratus: ita certus sum nec cupiditatem ad alia

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[83] ἀμφιβολίαν. [84] κράτους. [85] τῇ Συρίᾳ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) *Τοῦ Δουκάτου.* Ducatus Antiocheni; nam Antiochiæ præfectos ducum titulo insignes fuisse ostendimus, ad lib. I. Δουκάτον neutro genere non semel efferunt scriptores Græci, Porphyrogenneta, *De Adm. imper.*, cap. 50; lib. I *De Themat.*, cap. 1; Nilus Doxapatrius, τὸ Δουκάτον πάσης Λογγιβαρδίας. *Ducatum* neutro etiam genere dixit Leo Ost., lib. I, cap. 6; *comitatum*, Joannes VIII PP. in Epist.

(2) *Ἐτήσια τάλαντα.* Talenti vox varie apud ævi medii scriptores accipitur; interdum enim pro centenario, hoc est, centum libris auri signati, ut apud Theophanem, an. 9 Nicephori logoth.: Τάλαντα δὲ ἦν ιγ', γινόμεναι λίτραι χίλιαι τριακόσιαι, *Erant autem talenta tredecim, mille et trecentas libras conficientia.* Apud Annam vero pro libra usurpari, ex iis quæ mox sequuntur, satis colligitur; cum enim dixisset Boemundus ab Alexio promissa sibi annua talenta, τὰ ἐτήσια τάλαντα, subdit; Λέγω δὴ τὰς διακοσίους λίτρας τῆς Μιχαηλάτου χα-

extendere quæ a vobis non accepi: sed tenebo me A intra terminos quos mihi circumscripsit vestra concessio, terras et jura illic posita possidens fruensque, quandiu vita supererit, uti declaratum est. Post meum autem obitum, prout et hoc quoque præscriptum est, recurrent ad proprios principatus ex quibus ut mihi darentur avulsa sunt. Mandata enim suprema dabo sub finem vitæ meæ meis mini-

τὰς διακοσίους λίτρας τῆς Μιχαηλάτου (3) χαραγῆς. Προδεδώρηται γάρ μοι διὰ τοῦ εὐσεβοῦς χρυσοβούλλου Λόγου τῆς βασιλείας ὑμῶν, καὶ τὸ δουκάτον ἐξ ὁλοκλήρου μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸ πάντων φρουρίων τε καὶ χωρῶν· οὐκ εἰς ἐμὴν πρόσωπον μόνον περιϊσταμένης τῆς δουκικῆς ταύτης ἀρχῆς· ἀλλὰ γὰρ ἐφεῖται (4) μοι παραπέμπειν [86] αὐτὴν διὰ τοῦ εὐσεβοῦς Χρυσοβούλλου Λόγου, εἰς ὃν αὐτὸς ἐθέλοιμι, μέλ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[86] ἐφεῖται γάρ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

ραγῆς. Quas quidem ducentas libras infra talentorum vocabulo donat: Ὀφείλω λαμβάνειν κατ' ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν τάλαντα διακόσια, τοῦ προβεβασιλευκότος Κύρου Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα. Sic apud B Latinos scriptores non semel eadem usurpatam notione talenti vocem observare est. Tabularium monast. Bellilocensis in Lemovicibus, n. 66: *Coactus judiciali potestate secundum legem componat auri talentorum pondera centum*: quod in aliis passim chartis his concipi verbis solet, *sociante fisco auri libras centum*, etc., *argenti pondera*, etc., *coactus solvat*. Charta, an. 993, apud Duchesn., in *Hist. Luxemb.*, pag. 8 et 9: *Coactusque thesauro regis centum libras auri et mille talenta persolvat argenti*. Alia ibidem: *Coactusque ærario regis* x *auri et* c *argenti libras persolvat*. In quibus chartis, *pondus*, *libra*, et *talentum* idem sonant. Ita apud Petrum de Vineis, lib. v, epist. 108: *Ideo homines dicti communis — in* L *libris duximus condemnandos solvendis hinc ad diem 10 Martii — sub pœna duplici moderata pœna* c *talentorum*, etc. In *Speculo Saxon.*, lib. III, art. 45, § 3, art. 51, § 2, art. 64, § 2, 3; et in *Jure feudali Saxon.*, cap. 26, § 1, talentum C pro libra et *marca* promiscue sumitur, et xx solidos, quot libra et marca, appendere dicitur. Qua porro significatione accipiendum constat apud Gregorium Turonensem **401**, lib. VII *Hist.*, cap. 40, Uspergens., an. 937, in *Tradit. Fuld.*, lib. III, cap. 35; apud Cæsar. Heisterbach., lib. II *Miracl.*, cap. 7; in *Epist. Adelberti abbat. Heidenheimensis*, pag. 356 et in *Vita B. Mariani abbatis Ratispon.*, cap. 4, n. 19, apud Bollandum 9 Febr. At secus de talenti pretio scribit *Chronicon Laurisham.* pag. 84, 89 et 95, ubi talenta 14 et dimidium, marcas 15, tantum confecisse annotatur.

(3) *Μιχαηλάτου* Nummi aurei, Michaelis Ducæ imper. imagine insignes, τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ, ut infra ait: *Michaelitas* nuncupat Tyrius, lib. II, cap. 12: *Quærit quæ sit debiti summa, cui responsum est* xxx *millium Michaelitarum, quod genus aureorum tunc in publicis commerciis erat celebre, a quodam imperatore Constantinopolitano, qui eam monetam sua fecerat insignem imagine, Michaele nomine, sic nuncupatum*. Et lib. XIII, cap. 15: *Dicitur autem summa pro se pactæ pecuniæ fuisse centum mille Michaelitarum, quæ moneta in regionibus illis, in publicis commerciis, ut rerum venalium foro principatum tenebat*. *Michalati* dicuntur in diplomate Rogerii Siciliæ regis an. 1133, apud Ughellum in archiepisc. Brundusinis, n. 19, in altero Radulphi comitis Montiscabiosi et Severinæ an. 1105, apud eumdem in archiep. Acheruntin, n. 1, et Leonem Ost. in *Chron. Casin.* lib. III, cap. 57; lib. IV, cap. 17, cujus nuperus editor Angelus a Nuce, et ante eum Brolius haud bene divinarunt, dum censuere ita nuncupatos, quod D. Michaelis archangeli effigiem præferrent, eosque esse, aut sane iis persimiles, quos *angelos* appellamus. Vidi qui *Michaelatum* effictum putarent ab Octavio Strada a Rosberg, pag. 355, ubi perperam nescio cui Michaeli Palæologo ascribitur, cum esse Michaelis Ducæ videatur arguere inscriptio hisce characteribus concepta, MIXAHL. S. CONSTANT. id est, *Michael et Constantinus*, quorum in nummo conspiciuntur effigies, ita ut prior, major et altior, Michaelem, B altera brevior, Constantinum infantem et adolescentulum, quem superstes pater corona donaverat, ut Anna, lib. III, et Zonaras tradunt, repræsentent. In aversa nummi parte crux visitur gradibus insistens, cum hisce characteribus, VICTORIA AVGGGh. CONOB. Verum quominus hanc amplectar sententiam, prohibent et nummi effigies et characteres, ipsaque aversæ partis inscriptio, quæ non sunt sæculi Michaelis Ducæ. Sed potius Michaeli Theophili et Theodoræ filio ascribendum suadet nummus alter simili conspicuus inscriptione, quem in *Familiis Orientalibus* enucleamus. Profert idem Strada, pag. 330 nummum alium, in quo tres figuræ stantes, media cæteris altior, cum stemmatibus crucigeris, dextra gladio innituntur, cum hisce characteribus; .... IOANN... CONSTAN. quem quidem nummum, si tamen est genuinus, Michaeli Ducæ, cujus nomen erasum est, ascribendum censuerim; ita ut ab illo cusus sit, postquam Romano Diogene in ordinem C acto, Joannis Ducæ Cæsaris patrui opera imperii gubernacula rursum adeptus est. Ex quo forte haud ægre a Michaele Joannes obtinuerit, ut effigies sua in nummis repræsentaretur, una cum Michaelis et Constantini Porphyrogennetæ Michaelis filii figuris. Sed id meræ conjecturæ est, qua ut plurimum in hisce postremi ævi imperatorum monetis enucleandis utendum constat. Ut Michaelis Ducæ nummi *Michaelitæ* appellati sunt, ita Constantini Ducæ Michaelis parentis, *Constantinati* hac ætate nuncupabantur. Horum passim mentio habetur in veteribus Chartis, quæ exstant in Chronico monasterii Beneventani Sanctæ Sophiæ. Una Meinardi Arianensis episcopi, an. 1080: *Ad partem ejusdem monasterii pro parte mille solidos Constantinatos componere*, etc. Alia Roberti Guiscardi ducis Apuliæ, an 1075: *Aut si hoc removere non quæsierimus, octoginta solidos Constantinatos aureos bonos — ad partem ejusdem ecclesiæ* **402** *et ad ejus rectores componere obligamus*. Occurrit denique in alia Eremberti co- D mitis an. 1099, in eodem Chronico.

(4) *Ἐφεῖταί μοι παραπέμπειν*. Si in feudum, seu beneficium, ab Alexio concessus est Boemundo ducatus Antiochenus, potuit illum Boemundus ex usu in ejusmodi feudis recepto transferre, sive in hæredem, sive alium, iisdem possidendum conditionibus, quibus ipsi infeodatio facta est. Sed hæc pugnare videntur cum iis quæ paulo ante habentur, concessum Boemundo usufructuario jure, post illius obitum ad imperii jus rediturum. Id constat, in Germania præsertim, hac tempestate feudorum hanc fuisse legem, ut a principe omnino dependerent: primusque Henricus II imperator, uti scribit Gervasius Tilleberiensis in *Otiis imperialibus*, part. II: *Legem instituit apud Teutones, ut militiæ, more Gallorum et Anglorum, successionis jure devolverentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex principis gratia*.

λοντος δηλονότι κἀκείνου ὑποκύπτειν τοῖς τῆς βασιλείας ὑμῶν προστάγμασι καὶ θελήμασι, καθαπερεὶ ἀνθρώπου λιζίου τυγχάνοντος τοῦ αὐτοῦ κράτους καὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας καὶ τὰ αὐτὰ βουλομένου καὶ συμφωνοῦντος, ἅπερ κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπειδὴ καθάπαξ ἐγενόμην ὑμέτερος ἄνθρωπος καὶ τοῦ κύκλου τοῦ κράτους ὑμῶν ὀφείλω λαμβάνειν κατ' ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, τάλαντα διακόσια τοῦ προβεβασιλευκότος κυροῦ Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα διά τινος ἀποστολέως ὑμετέρου Συρίωθεν πεμπομένου μετὰ καὶ γραμμάτων ἐμῶν πρὸς ὑμᾶς, πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν, ἐφ' ᾧ ταῦτα λαβεῖν εἰς ἡμέτερον πρόσωπον. Καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ ἀειτέβαστοι βασιλεῖς, καὶ σεβαστοί τε καὶ αὔγουστοι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας, στέρξετε δήπουθεν τὰ ἐν τῷ χρυσοβούλλῳ λόγῳ τῆς εὐσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας ἐγγεγραμμένα, καὶ τὰ ὑπεσχημένα διατηρήσετε. Ἐγὼ δὲ διὰ τοῦδε τοῦ ὅρκου, τὰ πρὸς ὑμᾶς παρ ἐμοῦ συμπεφωνημένα, κατεμπεδῶ. Ὄμνυμι γὰρ εἰς τὰ πάθη τοῦ ἀπαθοῦς καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἀήττητον ἐκείνου σταυρὸν, ὃν ὑπὲρ τῆς τῶν ἁπάντων σωτηρίας ὑπέμεινε, καὶ εἰς τὰ προκείμενα παναγιώτατα Εὐαγγέλια, ἃ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐσαγήνευσαν· ταῦτα γὰρ κρατῶν ἐπόμνυμι· καὶ τὸν πολύτιμον σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ συμπαραλαμβάνω τῷ νῷ (5), καὶ τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τοὺς ἥλους καὶ τὴν λόγχην ἐκείνου τὴν διατρήσασαν τὴν δεσποτικὴν καὶ ζωοποιὸν πλευρὰν, πρὸς σὲ τὸν κράτιστον καὶ ἅγιον ὑμῶν βασιλέα κύριν Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν, καὶ τὸν συμβασιλεύσαντά σοι τριπόθητον υἱὸν κύριν Ἰωάννην τὸν Πορφυρογέννητον, ὡς πάντα τὰ συμπεφωνημένα καὶ εἰρημένα ἀπὸ τοῦ στόματός μου φυλάξω καὶ ἀπαράβατα διατηρήσω μέχρι παντός· καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ κράτους ὑμῶν καὶ νῦν φρονῶ καὶ εἰς ἔτι φρονήσω· μηδ' ἄχρι ψιλῆς ἐπινοίας κακόηθες ἢ δολερὸν πρὸς ὑμᾶς ἐνδειξόμενος. Ἀλλ' ἐμμενῶ τοῖς παρ' ἐμοῦ συμπεφωνημένοις, καὶ καθ' οἱονδήτινα τρόπον οὔτε ψευδορκήσω πρὸς ὑμᾶς, οὔτε εἰς ἀθέτησιν τῶν ὑπεσχημένων χωρήσω, οὔτε πρὸς ἀσπονδόντι ἐπινοήσομαι, οὔτε αὐτὸς ἐγὼ οὔτε οἱ σὺν ἐμοὶ

stris et subditis, per quæ declarabo velle ac jubere me, reddi ac restitui sceptro imperii Romani prædictas regiones universas; vetans eos aut dubitare in ea exsequenda restitutione, cunctarique aut cavillari quidquam, aut commutationis nomine aliud petere. Et juro illud quoque ac quam firmissima promissione sancio, quam efficacissime curaturum me, ut sine mora, sine fraude ac fuco, mandatum illi meum impleant. Cæterum et hoc addendum fuit huic conventionis concordiæque instrumento. Quandoquidem inter tractandum petii **414** supplex a throno vestro concedi mihi compensationem aliquam, pro terris illis atque urbibus quæ voluntate majestatis vestræ ex ducatu Antiocheno mihi tributo decerpebantur, et huic supplicationi meæ peregrini suam quoque similem ad eamdem majestatem vestram adjunxerunt : quibus annuens majestas vestra assignavit in compensationem mihi atque attribuit themata et regiones quasdam, atque urbes ad Orientem sitas, oportet earum hic meminisse nominatim, ut neque majestas vestra in aliquo dubitare possit, et ego adversus eos qui id in controversiam vocarent, titulum habeam cujus jure ad vindicationem niti et possessionem obtinere queam. Sunt ergo hujusmodi : Thema Casiotidis universæ regionis cujus metropolis est Berœa, quæ Barbarorum lingua Chalepa dicitur; thema Lapuræ, et quæ ipsi subjacent oppida omnia, videlicet : Plasta, Chonii castrum, Romaina, castrum Aramisus, oppidum Ameræ, castrum Sarbani, arx Telchampsorum, cum his et tria Tilia, nempe quod Athlabotilin vocatur, et alia duo, arx Sgenin, castrum Caltzierin, et scilicet iis subjecta oppida ; puta Commermoeri, et quod Cathismatin dicitur, et Sarsapen et nubecula Necra. Hactenus quæ in citeriori Syria sita sunt. Sequuntur quæ ad Mesopotamiæ themà pertinent. Videlicet quæ prope Edessam jacent, thema Limniorum et thema Aeti sive Aquilæ, cum iis omnibus quæ utrumque complectitur. Neque immemorata relinquantur quæ circa Edessam ; nec quæ ab divinitus custodita majestate vestra decreta mihi descriptaque sunt annua talenta. Ducentas

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5) *Τῷ νῷ*. Jurabat nempe Boemundus, præstito ad hæcce sacra Christi passionis λείψανα quæ tum, ut videtur innuere Anna, aberant, mente illa comprehendens tantum. Asservabantur quippe Constantinopoli crucis Dominicæ particulæ variæ, spinea corona, clavi, ac lancea qua Christi perforatum fuit latus : quod satis superque indicat, cum ait, sacramentum sese præstare manibus sacra Dei Evangelia *corporaliter*, ut aiebant, contingentibus, mente vero passionis Christi comprehendentem mysteria. At vetus scriptor in Philippo rege Franc. tom. IV *Hist. Fr.* ab Alexio ad id, et consulto, Byzantio allata scribit : *Statuta ergo die qua hæc juramento corroborarentur, imperator urbe regia egressus, venit obvius Boemundo et ducibus via dierum fere* 15. *Impositis itaque manibus ipse et* 12 *primi suæ civitatis sacris pignoribus, cruci videlicet Dominicæ, cum aliis quæ secum attulerat, astante Joanne filio ejus, juravit omnia quæ proposita sunt, absque fraude conservaturum omni quo superstes tempore foret, Boemundo illi se subdente, et fidem promittente, quandiu jurata servaret.* Nec omnino abnuit Anna, lib. XIV, pag. 419, quæ sacramentum a Boemundo præstitum ait, τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων προτεθέντων, καὶ τῆς λόγχης, etc., ut et Fulcherius, l. II, c. 37 : *Juravit Boemundo imperator super reliquias pretiosissimas*, etc. Crucem, coronam spineam, clavos, ferrum lanceæ, et alia Dominicæ passionis instrumenta ea tempestate Constantinopoli in palatio asservata testatur Willelmus Tyrius, lib. XII, c. 25 et 26, quibus tactis sacramenta præstabantur in rebus majoris ponderis ac momenti. Raimundus de Agiles : *Imperatori juravimus super Dominicam crucem et spineam coronam, et super multa alia sancta.* Vide Gretzer. tom. I *De S. Cruce*, lib. I, cap. 12; et Joannem Ferrandum, lib. II *Disquisit. reliquiariæ*, cap. 3. art. 4, quæ quidem sacrosancta λείψανα in Galliam, S. Ludovico regnante, postmodum allata constat. Vide Historiam nostram Gallobyz. lib. IV, n. 11, 12, 13.

dico libras Michaelatæ percussuræ. Prius enim mihi datus donatusque est per piam Auream Bullam a majestate vestra ducatus integer, cum omnibus ad eum pertinentibus arcibus et terris; non in meam personam tantum conventura ista ducali dignitate, sed inde propaganda in quemcunque mihi successorem elegerim, cujus electionis et propagationis faciendæ mihi potestas permissa est, per piam Auream Bullam; cum eo tamen ut ille quicunque sit successor meus eadem mecum fidelitatis atque obsequii ad majestatem vestram subjectione teneatur, tanquam verus homo lizius majestatis vestræ, ei in omnibus quæ ego promisi obsequens et consentiens, pactisque a me initis inhærens. Ex hinc vero postquam semel vester homo factus sum, et ad orbem principatus vestri pertinere cœpi, debeo accipere pensione annua e regiis thesauris talenta ducenta monetæ formam et qualitatem habentis domini Michaelis qui prius imperavit, per aliquem ex rei nauticæ præfectis vestris e Syria mittendi a me **415** cum meis litteris ad vos in urbem regiam ut ea coram a vestra persona meo nomine recipiat. Ac vos quidem semper Augusti principes Romanæ reipublicæ imperatores, dignabimini servare et cum fide implere quæcunque in Bulla Aurea piæ ac religiosæ majestatis vestræ conscripta promissaque sunt. Ego vero per hoc juramentum ea de quibus hactenus conveni vobiscum, firmo sancioque. Juro enim per passiones doloresque nunc impassibilis Salvatoris Christi, et per invictam ejus crucem quam pro salute omnium pertulit, et per ea quæ coram video sacrosanctissima Evangelia, quæ orbem universum in rete Christi concluserunt (hæc enim manu tenens juro); pretiosissimam vero Christi crucem mente simul comprehendo, et spineam coronam, et clavos et lanceam quæ perforavit ejus Dominicum ac vivificum latus: tibi potentissimo et sacro nostro imperatori Domino Alexio Comneno, et consorti ac collegæ imperii tui desideratissimo filio tuo domino Joanni Porphyrogenito, me omnia pacta promissa ore meo prolata custoditurum et inviolata servaturum in omne tempus: et in eodem hoc quem nunc habeo erga majestatem vestram sensu ac animo perseveraturum semper: neque vel primam cogitationem odii, doli, aut fraudis ullius erga vos suscepturum ostensurumve. Sed perstiturum constantissime omnibus a me promissis, nunquam quovis prætextu, quacunque ratione adversum vos pejerando, aut ad ullam revocationem per me promissorum, aut abrogationem fœderis hujus ulla excogitatione calumniæ callidæ, veniendo; neque ego ipse, neque meorum quisquam, quicunque potestatis meæ sunt et militum meorum chorum implent. Sed et adversus tuos hostes loricas induemus, et tollemus arma ac lanceas, et tuis amicis injiciemus amicas dexteras, omniaque similiter ad utilitatem honoremque Romani imperii cogitabo ac perficiam. Sic me Deus adjuvet: sic crux et divina Evangelia. »

A πάντες καὶ ὁπόσοι τῆς ἐμῆς ἐξουσίας εἰσὶ καὶ τὸν χορὸν τῶν ἐμῶν στρατιωτῶν ἀπαρτίζουσιν. Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν σῶν ἐχθρῶν θωρακιούμεθα καὶ ἀροῦμεν ὅπλα καὶ δόρατα, καὶ τοῖς σοῖς φίλοις ἐμβαλοῦμεν τὰς δεξιάς· καὶ πάντα τὰ πρὸς ὠφέλειαν καὶ τιμὴν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπινοήσω καὶ καταπράξομαι. Οὕτως ὀναίμην τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας· οὕτω τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων. »

Hæc conscripta sunt et juramenta præstita in præsentia subscriptorum testium, mense Septembri, indictionis secundæ, anno jam desinente sexies millesimo quingentesimo decimo septimo.

Porro quorum in præsentia, hæc completa sunt; quique his subscripsere testes hi sunt, Dei amantissimi episcopi.

Amalphis, Maurus. Tarenti, Renardus, et qui cum eo erant clerici. Religiosissimus præpositus sancti monasterii in Longobardia siti, sancti Andreæ, in insula Brundusii: et duo ex monachis dictæ domus. Principes peregrinorum, **416** *qui sua quidem signa ipsi figurarunt manu propria: nomina vero ipsorum manu Deo dilectissimi episcopi Amalphis, sub eorum signis subscripta sunt; qui etiam episcopus legatus a Papa ad imperatorem venerat.*

B *Ταῦτα ἐγράφη τε καὶ οἱ ὅρκοι συνετελέσθησαν παρουσίᾳ τῶν ὑπογεγραμμένων μαρτύρων, κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον* (6), *δευτέρας ἐπινεμήσεως, ἔτους ἤδη διαρυισκομένου ,ϛχιζ'.*

Οἱ μέντοι παρουσιάσαντες μάρτυρες καὶ ὑπογεγραφότες, ὧν ἐναντίον ταῦτα τετέλεστο, εἰσὶν οὗτοι, οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι.

Ὅ τε Ἀμάλφης, Μαῦρος, καὶ ὁ τοῦ Τερεντοῦ, Ῥενάρδος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κληρικοί. Ὁ εὐλαβέστατος καθηγούμενος τῆς ἐν Λογγιβαρδίᾳ σεβασμίας μονῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου τῆς ἐν τῇ νήσῳ τοῦ Βρεντησίου, καί τινες αὐτῶν δύο μοναχοί. Οἱ ἄρχοντες τῶν περεγρίνων [87]. *Ὧν τὰ μὲν σίγνα αὐτοὶ διεχάραξαν οἰκειοχείρως· τὰ δὲ τούτων ὀνόματα διὰ χειρὸς τοῦ θεοφιλεστάτου* C *ἐπισκόπου Ἀμάλφης, τοῖς σίγνοις προσπαρεγράφησαν, ὃς καὶ πρέσβυς παρὰ τοῦ πάπα* (7) *πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐληλύθει.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] πελεγρίνων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ

(6) *Κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον.* Firmata pax Alexium inter et Boemundum in urbe Diaboli, mense Septembri indict. 2, ineunte anno mundi juxta Græcos 6617, Christi 1108.

(7) *Παρὰ τοῦ Πάπα.* Paschali II, quocum ea tempestate magna erat et Henrico imperatore simultas. Vide Petrum Diac. lib. IV, cap. 48.

Οἱ ἀπὸ τῆς βασιλείου [88] *αὐλῆς· ὁ σεβαστὸς* A *Μαρῖνος* (8). *Ῥογέρης ὁ τοῦ Ταχουτέρτου* [89] (9)· *Πέτρος Ἀλιφᾶς. Γελίελμος ὁ Γανζῆ* (10). *Ῥιντζάρδος* [90] *ὁ Πριντζίττας* [91] (11). *Ἰοσφρὲ Μαλῆς* [92] (12). *Οὐμπέρτος ὁ υἱὸς τοῦ Γραούλ* (13). *Παῦλος ὁ Ῥωμαῖος. Οἱ ἐκ Δακῶν* [93] *ἥκοντες ἀποκρισιάριοι παρὰ τοῦ Κράλι* (14), *καὶ συμπενθέρου* [94] *τῆς βασιλείας. Ζουπάνος ὁ Περὴς, καὶ Σίμων, καὶ οἱ ἀποκρισιάριοι Ῥισκάρδου Σινισκάρδου* (15), *Βασίλειος νωβελίσιμος ὁ εὐνοῦχος. Καὶ Κωνσταντῖνος Νοτάριος.*

Ex aula imperatoria : Sebastus Marinus. Rogerius Tacuterti. Petrus Aliphas. Guillelmus Ganze. Rintzardus Printzitas. Iosphre Males. Umbertus filius Graulis. Paulus Romæus : qui ex Dacis venerunt apocrisiarii a Crali et Consocero regiæ majestatis, Zupanus Peres, et Simon. Et apocrisiarii Riscardi Siniscardi, Basilius nobilissimus eunuchus, et Constantinus notarius.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[88] βασιλικῆς. [89] ταχοτέρτου. [90] Ῥιτζάρδος. [91] Πριντζίτας. [92] Μαλῆ. [93] τῶν Δακῶν. [94] συμπένθεροι.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(8) *Σεβαστος ὁ Μαρῖνος.* Qui supra Μαϊστρομίλιος, et Neapolitanus appellatur.

(9) *Ῥογέρης ὁ Ταχουτέρτου.* Scribendum Ταχουπέρτου, ut sit Rogerius Dagoberti. de quo nos quædam ex Alberto Aq. ad pag. 35. *Tagobertum* enim vocat Ratbertus, lib. I, *De orig. monasterii S. Galli*, quem cæteri scriptores Dagobertum ; id etiam nominis ita scriptum in Diplomatibus Dagoberti I, regis Franc. observare est apud Coccium in Dagob. cap. 15. et Henschenium, de tribus Dagobertis, quod alias *Tagabreht*, *Tagapreht*, *Tagebret*, *Tagabrhat*, et *Tagapret*, **403** efferebant veteres Germani, ut est in catalogo propriorum nominum, quem ex codice S. Galli descripsit Goldastus.

(10) *Γανζῆ.* An Willelmus *de Gant*, seu de Ganoavo, frater Balduini *de Gant*, qui Gothofredum in expeditionem sacram pergentem comitatus est, uti scribunt Albertus Aq. lib. II, cap. 2 et 29 : et Tyrius, lib. III, cap. 5. De utroque agit Duchesnius in *Hist. Gandav.* lib. III, cap. 3. An vero Gislebertus *de Gant*, quem sub ea tempora memorat Willelmus Gemeticensis, lib. VII, cap. 38 ; nam Gallum fuisse satis constat.

(11) *Πριντζίττας.* Qui alias *principatus*. Vide not. ad pag. 388.

(12) *Ἰοσφρὲ Μαλῆς.* Forte *Joffroy de Mailli*. Tres porro nobilissimas familias hocce cognomine agnoscimus in Gallia, primam in Picardia, alteram in Burgundia, tertiam in Turonibus, vel Andibus.

(13) *Γραούλ.* Malim Ῥαοὺλ, ut sit Humfredus, Radulphi, de quo ad p. 35, filius. Porro floruit eo ævo Radulphus de Loretello, frater Guillelmi de Altavilla, qui subscripsit Diplomati Rogerii Siciliæ comitis, an. 1098, pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis apud Ughellum, cujus filius Raimundus vivebat an. 1118, uterque ex eadem familia et stirpe qua cæteri Loretelli comites, de quibus supra egimus. Rodulphi meminit Malaterra, lib. IV, cap. 10, 11. sed malim *comitem* istam *Raulem* hic intelligi, a quo *comites de Molisio* originem duxere. Meminit enim Petrus Diaconus, lib. IV *Chronic. Casin.* cap. 25, sub an. 1103 : *Ugonis comites de Molisio, filii comitis Raulis.*

(14) *Κράλι.* De voce Κράλης consulendi Sigismundus Herbersteinius in Comment. Rer. Moscovit. pag. 11, et Leunclavius, in *Pand. Turc.* n. 54. Aderant in comitatu et castris Alexii, cum pax ea inita est, legati regis Hungariæ, qui συμπένθερος imperatoris dicitur, quia paulo ante Hungariæ regis filiam in uxorem duxerat Joannes Comnenus, Alexii filius primogenitus, uti narrant Zonaras Cinnamus. Imperabat autem Hungariæ eo anno 1108 rex Calamanus, seu Calomanus, unde sequeretur Joannis uxorem, filiam fuisse Calamani, qui regnum adiit an. 1095, obiitque an. 1114. At cum Calamanus Busillam Rogerii Siciliæ comitis filiam an. tantum 1097 uxorem duxerit, ut auctor est Malaterra, lib. IV, cap. 25. Joannes vero ante an. 1105 nuptias B inierit, *sequenti filium procreaverit, non potuit Joannis uxor ex Calamani conjugio prodiisse, quæ eo, quo primum enixa est partum, anno, vix decennium attigerat. Chronicon Weingartense, cap. 10, sororem ejusdem Calamani, Joannis uxorem facit. Sed potior videtur eorum sententia qui filiam fuisse Ladislai regis asserunt, in quibus sunt Cinnamus, lib. I ; Thwroczius parte 2, cap. 63 ; Bonfinius, decade 2, lib. IV ; et ex iis Pistorius, qui Pyriscam nuncupatam scribunt. Cinnamus vero Irenes nomen tribuit. Sic nempe solebant Græci barbara, vel quæ suo ægre poterant efferre idiomate Augustarum nomina aliis mutare. Fuit autem Ladislaus Belæ regis, cognomento *Benin*, filius, Geizæ regis frater, Calamani et Almi regum patruus, excessitque e vivis an. 1095, ut est in Chronico Hildeshemensi, et apud Thwroczium : ex quibus perspicuum fit perperam ab Anna regi Hungariæ, qui tum regnabat, συμπεντέρου Βασιλέως titulum tribui.

C (15) *Ῥισκάρδου Σινισκάρδου.* De Riscardo, aut Ricardo, cujus legati huic interfuere fœderi, sæpius animo revolventi, nihil sani fere primum subiit quod augurari liceret. Nullus siquidem hac tempestate princeps ista nomenclatura mihi occurrebat, qui ejusmodi et tantæ fuerit dignitatis, ut legatos et apocrisiarios ad imperatorem mittere potuerit : si tamen Ricardus II cognomento Junior, Capuæ princeps, et Aversæ comes excipiatur, qui eo ævo, perinde ac cæteri Normannici principes, supremo jure in ista Italiæ **404** parte imperitabat. Verum ne protinus conjecturam hanc, seu sententiam amplecterer, non pauca videbantur remorari. Primo enim jure potest in dubium revocari, idemne sit Ῥισκάρδος ac Ῥικάρδος, seu *Ricardus* ; cum id nominis Annæ efferatur per Ῥιντζάρδος, verbi gratia in Ricardo principatus comite, qui huic perinde fœderi subscripsit, et in Ricardo Hugonis fratre, pag. 493. Deinde quid sibi vellet Siniscardi cognomen, quod D a nemine, ut opinor, scriptore Ricardo Capuano principi attributum constat, haud plane percipiebam. *Juniorem* appellatum testatur Willelmus Gemeticensis, lib. VII, cap. 43. *Secundum* non semel indigitat Petrus Diaconus, ipseque Ricardus in Diplomate, quod descripsit Ughellus in episcopis Puteolan. ita se inscribit : *Nos secundus Ricardus Capuanus princeps, proles bonæ memoriæ D. Jordani magnifici principis.* Sed error irrepsit in annum, qui perperam fuisse 1135 adnotatur. At Siniscardi appellatio Ricardo Capuano attributa non legitur. Non minimum præterea scrupulum movebat Ricardi obitus, quem in mensem Januarium anni 1106, quidam ex scriptoribus conjiciunt, proindéque multo ante hoc pactum fœdus. Denique cum Basilios, Constantinos, nobilissimos, eunuchos, et notarios hic commemoret Anna, nemo erit qui prima fronte istiusmodi nomina et dignitates Græcum principem sapere non statim profiteatur. Hæc etsi haud levioris viderentur momenti, ne Ricardum Capuanum

Hoc igitur juramentum scripto mandatum imperator a Baimundo accepit. Dedit autem ei vicissim memoratam superius Bullam Auream subsignatam

Τὸν μὲν οὖν ἔγγραφον ὅρκον τοῦτον, ὁ αὐτοκράτωρ παρὰ τοῦ Βαϊμούντου ἔλαβεν. Ἀντιδέδωκε δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν εἰρημένον ἄνωθεν Χρυσόβουλλον

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

principem intellexisse Annam existimarem, ab hac tamen sententia non omnino demovebant præallata. Nam ut priorem solvam nodum, constat Ῥιτζάρδος et Ῥιχάρδος idem esse; quippe Ricardus principatus comes priore, hic, altera appellatione donatur ab Anna, pag. 388, quæ prima Gallicum *Richard*, altera Italicum *Ricardo* extulit. Jam vero quod Ῥισκάρδου scribitur, proclivis librariorum lapsus ex unius additione elementi conjici potest, ut et in voce Σινισκάρδου; nam legendum Σινισκάρδος censebam, ut Siniscardus ille nobilis Italus, quo cognomine occurrit alter in Historia nostra Gallo-Byzantina, lib. VIII, n. 23, primus fuerit ex Ricardi legatis. De anno demum quo excessit Ricardus haud bene constat. Serius enim quam an. 1106, mortuum par est credere, cum an. tantum 1108, sub mensem Junium, Robertus, fratre demum improle exstincto, universam illius ditionem occuparit, et suo juri addixerit, ut est in *Chronico Ceccanensi*. Quo quidem anno, quo fœdus istud Alexium inter et Boemundum initum est, potuerunt Ricardi, recens demortui, legati adhuc apud Alexium morari. Jam vero quod spectat ad Græcanicas appellationes et dignitates Ricardi legatis attributas, nemo nescit non Apuliam modo et Calabriam, haud multo ante Alexii tempora, Græcis paruisse, sed et a Longobardis et Normannis posthæc expugnatas servasse in plerisque Græcum idioma, in dignitatibus præsertim et Palatinis officiis, quod longe postea sub Germanicis et Andegavensibus principibus obtinuit, ut in logothetis, stratigotis, catapanis, protonotariis, sebastis, spathariis, nobilissimis, protonobilissimis, dishypatis, et aliis ejusmodi dignitatibus, ut videre est apud Ughellum, tom. VII *Italiæ sacræ*, pag. 411, 412, 539, 977, 1071, etc. Denique de eunuchis ita Melchior Incoferus in Dissertatione de eunuchismo ad Allatium: *Ethnicum fuit juventutem evirare, fluxit hæc secta ab Assyriis ad Persas, a Persis ad Græcos, ab his demum ad Latinos, hodieque late in Europa viget: tametsi apud septemtrionales haud dum obtinuerit, turpe existimantes nisi bruta castrare.* Hæc etsi primo intuitu haud improbabilis videretur sententia, non omnino tamen arridebat, cum Siniscardi cognomen unico contextu, nullaque prævia virgula, Ricardo tribuatur apud Annam, ita ut unus idemque fuerit Ricardus et Siniscardus. **405** Cum igitur anceps animi, dubiusque hærerem, commode occurrit *Ricardus senescallus*, qui eo ævo floruit, maximæque fuit auctoritatis inter Normannicos Apuliæ principes, quos proxima attingebat affinitate, adeo ut inter siniscardum et senescallum, vel senescalcum, nullum esse discrimen existimari posse confidam. Fuit porro Ricardus iste Drogonis comitis filius, proindeque Guiscardi ducis Apuliæ, et Rogerii Siciliæ comitis ex fratre nepos. Drogo vero Ricardi pater ducatum Apuliæ obtinuerat post excessum Guillelmi Ferrebrachii fratris primogeniti, ut est apud Guillelm. Ap. l. II, p. 11, 13; Malaterram, lib. I, cap. 12, 13; Ordericum, lib. III, pag. 472; Leonem Ost. lib. II, cap. 68, 73, 81; lib. III, cap. 15; et Guillelmum Gemeticens. lib. II, cap. 30. Unde in Charta an. 1055, pro monasterio Venusino S. Trinitatis: *Dux et magister Italiæ, comesque Normannorum totius Apuliæ atque Calabriæ* inscribitur; in subscriptione vero *vir imperialis* nuncupatur, propter supremam dominationis, qua pollebat, auctoritatem. Occurrit igitur primo Ricardus senescallus in Tabulis an. 1100, indict. 10, apud Ughellum, in Anglonensibus episc. in quibus *Albenda* illius uxor, et *Robertus* filius subscribunt. Prostat apud eumdem Ughellum in episcopis Neocastr. Diploma ipsius Ricardi, in quo *comitis Drogonis filium, atque Roberti Guiscardi Calabriæ et Apuliæ et Siciliæ ducis, atque filii ejus Rogerii et ipsius hæredis dapiferum* sese inscribit, et Guiscardum ducem et Rogerium comitem patruos vocat. Ex quibus patet unde senescalli ei dignitas, quæ suprema semper fuit apud reges et principes, accesserit, nempe ex concessione Roberti patrui. In alio Diplomate an. 1108, indict. 7, apud Ughellum, in archiepiscopis Barensibus, *Ricardus senescalcus filius bonæ memoriæ domini Drogonis magnifici comitis* dicitur, in quo etiam mentio fit *Altrudæ* uxoris, et *dominæ Roccæ* sororis Ricardi, et domini Alexandri strenui militis filii ejusdem Roccæ. Nec scio an *Altruda* eadem sit cum *Albenda*, quæ Ricardi uxor fuisse dicitur in Charta laudata an. 1100. Idem in alia Guillelmi ducis Apuliæ, Rogerii ducis filii, an. 1113, pro Ecclesia Cusentina, apud eumdem Ughellum, ita subscribit: *Ego Richardus senescalcus me subscripsi.* Jam vero cum magnæ adeo fuerit dignitatis Ricardus, seu forte ob eas quas possidebat ex paterna hæreditate civitates, quemadmodum cæteri Normannici proceres, seu ob natalium splendorem, ut qui supremi Normannorum ducis filius, et Boemundi ipsius, Rogeriique ducis patruelis esset, nihil sane videtur obstare, quominus legatos suos ad Alexium mittere potuerit, eaque tempestate simultatem cum ipso Boemundo exercere, adeo ut Alexii partes amplexatus fuerit iis in bellis Dalmaticis; præsertim cum Rogerii ducis Apuliæ vassalus et cliens esset, quocum et Boemundo ob paternam hæreditatem non minima intercedebat controversia, uti narrant Malaterra, Willelmus Apul. Malmesburiensis, Vitalis, et alii. Quod vero spectat ad nomina appellativa Græco more efformata, nemo ignorat in ea Italiæ parte, quam Magnam Græciam vocabant, non modo ista, sed etiam hac ipsa qua vivimus ætate, linguam Græcam ut plurimum viguisse, etiamque hodie vigere; ita ut pleraque ducum Apuliæ, comitum et regum Siciliæ Diplomata eo idiomate conscripta in ecclesiarum et monasteriorum tabulariis passim reperiantur. Denique conjecturam nostram non minimum firmant, tum Ῥισκάρδου nomen, quo Ricardi, vel Richardi appellatio exprimitur, tum illud Σινισκάρδου, quo senescalli, vel senescalci, (varie enim ea vox in laudatis Chartis scripta reperitur) dignitas; quin et forte codex Annæus Σινισκάλδου, aut Σινισκάλλου prætulit. Sed omnem scrupulum, aut dubitationem adimit ipsum de quo egimus Diploma ipsius Ricardi an. 1108, **406** indict. 1, mense April. quod subscribitur a *Basilio imperiali protonobilissimo*, qui ille idem est qui hoc ipsomet anno fœderi, quod Alexium inter et Boemundum mense Septembri, indict. 2, ineunte initum est, interfuit, tanquam legatus Ricardi. Nec est quod quis opponat Græca nomina et dignitates Græcanicas, quibus apud Annam donantur Ricardi legati, cum ea tempestate et Neapolitani duces, et aliquot alii Apuliæ proceres imperatorem Constantinopolitanum ut dominum agnoscerent, prætereaque Augusti Byzantini in ejusmodi honorariis appellationibus concedendis haud parci fuerint, præsertim erga Italos, in quibus sibi conciliandis, et in suas partes alliciendis operam suam semper collocarunt, cum recuperandæ Italiæ spem nunquam abjecerint. Memoratur denique Ricardus ille senescallus in Diplomate an. 1125, apud Ughellum, tom. VII, pag. 116, et alio an. 1135, tom. IX, pag. 205.

λόγον, ἐνσημασμένον [93] διὰ κιναβάρεως ὡς ἔθος διὰ βασιλικῆς δεξιᾶς.

A rubramento, ut mos est, propria imperatoris ipsius dextera.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[93] ἐνσεσημασμένον.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER XIV.

417 ARGUMENTUM.

Baïmundi mors. Philocalis victoriæ de Turcis. Irritæ belli minæ Tancredo intentatæ. Latinæ classis recessus irritus. Michaelis rebellio, statim oppressa. Gabras Sultani Saïsani copias cædit. Pax cum Sultano. Alexii morbus et ejus causæ. Ejus victoriæ de Turcis reportatæ. Triumphans in urbem reditus. Expeditio in Comanos. Ejus occasione commorans Philippopoli Alexius conversioni hæreticorum incumbit cum successu.

PERIOCHE.

Baimundus pacem jurejurando firmat. Hyberna suis commmoda paciscitur. Sebasti dignitate ac pecunia donatur. Baïmundi mors. Philocoles ad restaurandas Asiæ civitates missus, Atramytiùm restituit. Vincit Turcos, et horum ultionem meditantem Asanem exercitu spoliat, timore simulato. Ex tribus copiarum Asanis partibus, duas internecione **418** *delet. Imperator bellum in Tancredum cogitat. Graves ejus de illo querelæ. Legatio ad res repetendas. Tancredi superbissimum responsum. Tentantur adversus eum animi Gallorum; frustra. Manuelis Butumitæ ad Balduinum legatio, irrita. Cum Plectrane Sangelis filio quid Manuel transegerit. Pecuniæ imperatoris Tripoli relictæ. Ægre inde recipiuntur. Balduinus et Galli Tyrum obsidentes, duplici potiti muro culpa sua repelluntur a tertio, et perturbatissime cum rege ipso fugiunt in arcem Ace dolo Saracenorum machinis Gallicis subito incensis. Butumitis mendacium ad Balduinum tractationi ceptæ noxium. Balduinus pecunias postulat. Legati re infecta redeunt. Pars pecuniæ apud Tripolim relictæ Bertrani filio relicta. Augustus in Chersoneso. Ejus paratus contra hostes. Recessus classis Latinæ. Michaelis Amastrini rebellio statim oppressa. Clementia imperatoris in eum. De cætera benignitate Alexii. Saïsanes sultan cæsis suis a Gabra copiis pacem facit cum imperatore Romanæ rei utilem. Expeditio Alexii in Turcos. Ejusdem podagra et ejus causæ. Labor ejus in audientia Gallis danda. Alexii in morbo religiosa verba. Suspicio veneni. Augustus in Turcos movet. Prusa, Apollonia, Cyzicus a Turcis captæ. Camytzes vincitur et capitur ab iisdem. Alexius Turcos acie pulsos arundineto flammis injectis elicit et cædit aut capit omnes. Ampelas et Tzipureles Romani duces cæsi. Turci fugantur iterum. Camytzis e Turcorum vinculis fuga. Ejus adventus Constantinopolim. Alexii amor in suos milites. Alexii laudes magnis et longis emptæ laboribus. Virtus ejus in adversis. Excusatio Annæ. De fide hujus historiæ. De laboribus Annæ. Quo tempore hæc scripserit, quove otio, quibusque præsidiis ac testibus, quantoque omnium examine. Ordo vitæ domesticæ Alexii. Remissiones ejus. Expeditio in Comanos, et ejus occasione mora Philippopoli. Hujus urbis origines; conditor; magnificentia; nomen prius; descriptio. Multi in ea hæretici. Pauliciani qui, unde, a quo, quam ob causam ex Asia in Thraciam translati. Digressio de Porphyrio et Platanico dogmate de monarchia. Hæreticos ad resipiscendum adhortatur Alexius; in id assidua contentione incumbit. Zelus ejus et studium religionis. Comani Danubium transeunt. Occurrit contra imperator. Ejus illi metu retrocedunt. Romani longe ultra Istrum eos insecuti redeunt. Resumitur disputatio cum hæreticis. Multa illorum millia Ecclesiæ conciliata. Liberalitas Alexii in conversos. Alexiopolis sive Neocastrum nova urbs condita. Cusinus, Pholus, et Culeon hæreticorum antesignani ontumacissime Augusto meliora suadenti obsistunt. Ex his tandem Culeon mutatur in melius. Alii duo perpetuo carceri addicti.*

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΔ'.

—

419 His ita ex imperatoris sententia conclusis, A descriptum superius a nobis instrumentum concordiæ firmavit Baimundus præsens jurejurando religiosissimo; nam et prolatum sacrum Evangeliorum codicem, et lanceam qua Salvatoris nostri latus impii punxerunt, Deum suæ fidei ac voluntatis testem invocans, tetigit. Sub hæc redire se in patriam dixit cupere; præcessurumque mox illuc, relictis in arbitrio ac potestate imperatoris copiis suis omnibus, quibus volebat petebatque in terris Romanæ ditionis hiberna præberi commoda, et necessariarum ad victum usumque rerum liberali suppeditatione copiosa; tum transacta hieme, ubi ex belli laboribus sese recreassent, liberam potestatem fieri quo vellent abeundi. Talia petenti Augustus Baimundo statim omnia concessit; ipsique B privatim præter sebasti dignitatem pecunias quoque multas in sua castra revertenti cumulavit. Prosecutus euntem est Constantinus Euphorbenus cognomento Catacalo, partim prohibiturus ne qua illi per viam a cohortibus nostris in varia præsidia dispersis vis injuriave inferretur; partim, idque potissimum, ut exercitus Gallici, recessuro brevi Baimundo imperatoris providentiæ, ut dictum est, commendati curam præsens gereret: qua salubribus ipsi et tutis castris designandis, qua æquis eorum postulatis audiendis exsequendisque, prout posset. Sic reversus ad suos Baimundus ubi exercitum iis tradidit, quos imperator ad idipsum miserat, monere conscensa Longobardiam tenuit; et C sexto hinc mense moriens commune debitum sol-

Τῶν οὖν δεδογμένων τῷ αὐτοκράτορι πέρας ἐσχηκότων τὴν ἐκτεθεῖσαν ἀνωτέρω ἔγγραφον συμφωνίαν ἔνορκος ὁ Βαϊμοῦντος βεβαιωσάμενος, τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων προτεθέντων, καὶ τῆς λόγχης δι' ἧς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πλευρὰν οἱ ἄνομοι ἐξεκέντησαν, τὴν πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἐπάνοδον ᾐτεῖτο ἀναθέμενος πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν τῇ ἐξουσίᾳ καὶ γνώμῃ τοῦ αὐτοκράτορος· ἀξιῶν ἅμα ἐντὸς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας παραχειμάσαι τούτους τῶν χρειωδῶν δαψιλῶς ἐπιχορηγουμένων αὐτοῖς· ἐπὰν δὲ ὁ χειμὼν παρέλθοι, καὶ τῶν πολλῶν κόπων ἑαυτοὺς ἀνακτήσαιντο, ὅπου βουλητὸν αὐτοῖς συγχωρηθῆναι ἀπελεύσεσθαι. Ταῦτα αἰτησάμενος, καὶ τὸν αὐτοκράτορα συγκατατιθέμενον ταῖς τούτων αἰτήσεσιν εἶχεν εὐθύς. Τιμηθεὶς οὖν τηνικαῦτα τῷ B τῶν σεβαστῶν ἀξιώματι καὶ χρήματα λαβὼν ἱκανὰ (16), πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπανέτρεχε στράτευμα. Συναπῄει δὲ τούτῳ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Εὐφορβηνὸς ὁ τὴν προσηγορίαν Καταχαλὼν, ὡς μή τι κατὰ τὴν ὁδὸν δεινὸν παρά τινων στρατιωτῶν τῶν ἡμετέρων ταγμάτων αὐτῷ συμβαίη, ἀλλὰ μᾶλλον πρόνοιαν τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ ποιήσαιτο, ἔν τε προσήκοντι τόπῳ καὶ ἀκινδύνῳ στρατοπεδεύοντος καὶ ἐν δεχομένας τὰς αἰτήσεις παρέχοι αὐτοῖς [**]. Καταλαβὼν οὖν τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν καὶ παραδοὺς τὸ στράτευμα τοῖς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἀπεσταλμένοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, εἰς μονῆρες εἰσελθὼν τὴν Λογγιβαρδίαν κατέλαβεν. Οὐ πλείω δὲ τῶν ἓξ μηνῶν (17) ἐπιβιοὺς τὸ κοινὸν ἀπεδεδώκει χρέος. Ὁ δὲ αὐτο- C κράτωρ τῆς τῶν Κελτῶν ἔτι φροντίδος εἴχετο, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς εὖ διαθέμενος (18) τῆς πρὸς τὸ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[**] αὐτῷ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(16) *Χρήματα λαβὼν ἱκανά*. Albert. Aq. lib. x, cap. 44, de Boemundo: *Et sic imperatori in magnitudine et pondere ineffabili auri et argenti et ostri pretiosi reconciliatus est.*

(17) *Ἓξ μηνῶν*. Boemundus, icto fœdere cum Alexio, in Apuliam reversus, dimissaque peregrinorum turba, quæ ex voto tenebatur iter Hierosolymitanum adimplere, ipse domi familiaribus adhuc curis detentus remansit. Æstate vero sequente, præparatis jam ex parte ad iter necessariis, et congregato navigio, dum ad iter accingeretur, copiis undecunque convocatis, valida correptus ægritudine, in fata concessit. Hæc Tyrius, lib. II, cap. 6, D qui Annæ concinit, tradenti, sexto post solutam Dyrrachii obsidionem mense excessisse Boemundum, proindeque anno 1119; nam pax icta cum Alexio mense Septembri an. 1108. At Albertus Aq. lib. II, cap. 48, mortuum scribit Boemundum apud Barim civitatem, et ad B. Nicolai ædem sepultum, *eo tempore quo Henricus V rex, imperator IV Romæ plurimos sibi resistentes hostili impetu in ore gladii crudeliter edomuit.* Qua tempestate Rogerium Apuliæ ducem et Boemundum fratres defunctos auctor est etiam Petrus Diaconus, lib. IV, cap. 42, Henrici vero expeditionem Italicam ad an. 1110 et 1111 referunt scriptores. Certe Boemundi mortem sub an. 1110 ponit Matthæus Paris; in indictionem 4, an. 1111, rejiciunt *Chronicon Ceccanense*, *Chronic. Malleacense*, et Ordericus Vitalis, lib. II, pag. 824. Sed errat Ordericus, cum Antiochiæ obiisse scribit. Nec dissentit Falco Beneventanus, qui exstinctum tradit mense Februario an. Chr. 1110, indict. 4, quæ cadit in annum sequentem. Unde, ut recte observat Camillus Peregrinus, Falconi mensis Februarius anni 1110 est ultimus ejusdem anni, cum solemne sit eidem scriptori annos Christi a mense Martio auspicari. Anonymus denique Barensis ad mensem Martium an. 1111 Boemundi obitum refert, cui astipulantur Emortualia monasterii Casinensis, a Caracciolo edita. Guibertus, lib. VII, cap. 34, et Willelmus Malmesbur. lib. IV *Hist. Angl.* pag. 151, veneno occubuisse narrant. Denique Canusiæ in Apulia, in ecclesia S. Sabini sepultum asserunt alii, ad cujus sepulcrum leguntur etiamnum inscriptiones, seu epitaphia aliquot, quæ exstant apud Baronium, an. 1111.

(18) *Διαθέμενος*. Sequitur in editione Hœschel.: Καὶ ἀπὸ Διαβόλεως ἀναστὰς (ἐκεῖ γὰρ ἐσκήνου, ὅτε τὰς μετὰ τοῦ Βαϊμούνδου συμφωνίας πεποίητο) τῆς πρὸς τὸ Βυζάντιον, etc.

Βυζάντιον φερούσης ἥψατο. Ἐπανελθὼν δὲ οὐ πρὸς ἀνέσεις καὶ ἀναπαύλας ἀνέκλινεν ὅλως, ἀλλὰ λογιζόμενος αὖθις ὅπως τὰ κατὰ τὴν παραλίαν τῆς Σμύρνης καὶ μέχρι αὐτῆς Ἀτταλείας οἱ Βάρβαροι τελείως ἠρείπωσαν ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ τὰς πόλεις αὖθις εἰς τὴν προτέραν ἐπαναγάγοι κατάστασιν καὶ τὸν πρώην ἀποδοίη κόσμον, καὶ τοὺς ἁπανταχῇ σκεδασθέντας ἐποίκους αὐταῖς ἐπανασώσοιτο. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῆς τοῦ Ἀττάλου ἀμεριμνίαν εἶχεν, ἀλλὰ πολλὴν ἐποιεῖτο τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα. Ὁ Φιλοκάλης οὖν Εὐμάθιος (ἀνὴρ δὲ οὗτος ἐπιβολώτατος, καὶ τῶν ἐπιφανῶν οὐ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ φρονήσει τῶν πολλῶν διαφέρων, ἐλευθέριος καὶ γνώμην καὶ χεῖρα, πιστὸς μὲν πρὸς Θεὸν καὶ τοὺς φίλους, πρὸς δὲ τοὺς δεσπότας εὔνους εἴπερ τις ἄλλος· τῆς μέντοι στρατιωτικῆς παιδείας πάνυ ἀμύητος· οὔτε γὰρ τόξον καὶ νευρὰν ἐπὶ μαζὸν ἕλκειν ᾔδει, οὔτε θυρεῷ σκέπεσθαι· τἄλλα δὲ δεινότατος, λόγους [97] τε ἐφιστᾷν, καὶ διὰ παντοίων μηχανημάτων τοὺς πολεμίους ἡττᾷν.) Οὗτος προσελθὼν τῷ αὐτοκράτορι, τὴν τῆς Ἀτταλείας [98] φρουρὰν ἐπιμελῶς ᾐτεῖτο [99]. Γινώσκων οὖν τὸ ποικίλον τῶν αὐτοῦ νοημάτων τε καὶ ἐγχειρήσεων ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ τὴν συμπαρομαρτοῦσαν αὐτῷ εὐτυχίαν ἥτις ποτέ ἐστί τε καὶ λέγεται· οὐδὲ γὰρ οἱᾳδήτινι ἐπιβαλὼν ποτε πράξει διημάρτηκε τοῦ σκοποῦ· πείθεται διὰ ταῦτα· καὶ δυνάμεις ἀποχρώσας αὐτῷ δίδωσι, πολλὰ ὑποθέμενος καὶ ἐντειλάμενος ἐν πᾶσι νουνεχῶς τὰς ἐπιχειρήσεις ποιεῖσθαι. Ὁ δὲ καταλαβὼν τὴν Ἄβυδον αὐτίκα τὸν ἀναμεταξὺ διαπλωϊσάμενος πορθμὸν, καταλαμβάνει τὸ Ἀτραμύττιον. Πόλις δὲ πρώην μὲν ἦν πολυανθρωποτάτη, ὁπηνίκα ὁ Τζαχᾶς τὸ [1] κατὰ τὴν Σμύρνην ἐληΐζετο καὶ αὐτὴν παντελῶς ἐρειπώσας ἠφάνισεν. Τὸν γοῦν παντελῆ ἀφανισμὸν τῆς τοιαύτης θεασάμενος πόλεως, ὡς δοκεῖν μηδὲ ἄνθρωπον κατοικῆσαί ποτε ἐν αὐτῇ, παραχρῆμα ἀνῳκοδόμησέ τε καὶ εἰς τὸ πρότερον ἀποκατέστησε σχῆμα τούς τε ἐποίκους ἁπανταχόθεν ἀνεκαλέσατο, ὁπόσοι τέως τῶν αὐτοχθόνων ἐσώζοντο, καὶ ἐξ ἀλλοδαπῶν πολλοὺς μεταπεμψάμενος ἐνῴκισέ τε καὶ τὸν πρότερον ἀπεδεδώκει κόσμον. Πυθόμενος δὲ περὶ τῶν Τούρκων καὶ μεμαθηκὼς κατὰ τὴν Λάμπην τούτους τῷ τότε ἐνδιατρίβειν, ἀπόμοιραν τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων ἀποδιελόμενος, ἐξέπεμψε κατ' αὐτῶν. Οἳ καὶ καταλαβόντες [2] αὐτοὺς καὶ πόλεμον καρτερὸν μετ' αὐτῶν συνάψαντες [3], τὴν νικῶσαν εἶχον παραυτίκα. Ἀπηνῶς δὲ τοῖς Τούρκοις τοσοῦτον [4] ἐχρήσαντο, ὡς καὶ τὰ νεογνὰ τούτων εἰς λέβητας ἐμβαλεῖν καχλάζοντας, πολλοὺς δὲ καὶ ἔκτειναν, καὶ ζωγρείαν ἄγοντες πρὸς τὸν Εὐμάθιον χαίροντες ἐπανῄεσαν. Οἱ δέ γε καταλειφθέντες Τοῦρκοι μελενδυτήσαντες καὶ τὰς [5] σφῶν ἐξ αὐτῶν ἀμφίων παριστάναι τοῖς ὁμοφύλοις βουλόμενοι, ἅπασαν τὴν ὑπὸ τῶν Τούρκων κατεχομένην διῄεσαν χώραν, γοερὸν ἀνοιμώ-

A vit. Post ejus discessum detinuit et exercuit aliquandiu Augustum cura Gallorum; tandem, quæ ipsos spectabant recte constitutis ac compositis omnibus, iter capessivit Byzantium versus. Domum redux, non ille in otium remissionesque declinavit; sed animo reputans miserrime vastatam aut potius desolatam funditus a Barbaris oram Asiæ littoralem universam quanta patet ab Smyrna usque ad Attaliam, exprobrabile sibi statuebat fore, nisi florentes olim civitates illas, restituendis ædificiis ac cætero ornatu, civibus quoque ipsarum qui dispersi omnem in partem reperiri possent, in eas reducendis repararet. Atque illi versanti curam istam et ipsam urbem Attali majori etiam quam cæteras sollicitudine amplectenti, sistit se commo-
B dum Philocales Eumathius promptissimi vir animi, et velocibus magnarum rerum aggressionibus micare habilis. Erat hic ex illustribus; non genere solum, sed etiam prudentia plerisque præstans, liber atque alacer consilio juxta manuque, 420 Deo fidelis et amicis; dominis vero benevolus si quisquam alius. Militarium exercitationum rudis, non arcus nervum ad mammam attrahere, non clypeum apte obtendere sciebat; cæterum animi versutia disciplinæ defectum supplens, magnum sui dabat in bellis usum, cum eo nemo cautius insidias locaret, nemo machinas, nemo astus artesque operti martis designaret adhiberetque solertius: quibus plerumque rebus fortissimos vicerat. Supplex is
C imperatori accidit, etiam atque etiam rogans sibi ut urbis Attaliæ præsidium præfecturamque committeret. Imperator, qui mentem hominis ad omnium temporum occasiones paratam, et quidvis tum designare cogitando, tum invadere audendo facilem noverat, felicitatem etiam (qualis ea quævecumque est) perpetuam ceptis ejus adfuisse comitem meminerat, quippe quem ferebant nihil unquam aggressum quod non confecisset, annuit sane petenti, et multa monens mandansque, super omnia ut nihil nisi certæ rationis tuto consilio susciperet, idoneis instructum copiis dimittit quo cupiebat. Is perventus Abydum trajecto freto intermedio Atramytium se contulit. Populosissima hæc olim civitas, quo tempore Tzachas Smyrnæ imperitans cunctam late
D oram impune vastabat, ab eo desolata miserrime penitusque excisa fuerat. Percussit aspectu primo Philocalis animum misericordia urbis ex florentissima fortuna eo redacta, ut soli jam incultissimi squalens horror, neminem illis unquam habitasse hominem suadere videretur. Muros igitur domosque reficere aggressus, brevi prioris formæ quandam speciem restituit; deinde urbi reparatæ frequentandæ cives ejus atque indigenas quotquot vel rure circum abditos vel peregre extorres sua in hunc diem fortuna servasset, convocavit undecun-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[97] λόχους. [98] Ἀττάλου. [99] ᾔτει. [1] τά. [2] αἳ καὶ καταλαβοῦσαι. [3] συνάψασαι. [4] Deest vox τοσοῦτον. [5] τά.

que plurimos; supplevit numerum coloniis; accersendaque aliunde juventute et celebritatem et ornatum pristinum Atramytio reposuit. Accepto autem indicio de Turcis esse illos circa Lampen, lectum agmen ex suis segregatum copiis contra ipsos misit. Profecti nostri acri cum Turcis certamine commisso, plane ipsos, idque impetu primo, superant: tam crudeliter usi victoria ut Turcorum parvulos in lebetes per lusum et lasciviam cachinnantes injicerent. Cæsis plurimis, captivos quoque ducentes multos, læti ad Eumathium victores redeunt. At Turci superstites, quo luctum ac cladem suam vestium quoque tristitia testarentur, pullis atrati palliis circumibant urbes regionesque omnes Turcici nominis, querule ac lamentabiliter narrantes quæ sibi acerba contigissent. Movebat cum vox miserabilis tum species lugubris supplicum; itaque passim ad misericordiam suorum, ad iram et conatum reponendæ hostibus cladis concitabantur haud dubie Barbari, Eumathio interim Philadelphiæ (eo se transtulerat) ob felicitatem successus tanti gaudente in sinu.

A ζοντες καὶ τὰ σφίσιν αὐτοῖς ξυμπεσόντα δεινὰ διηγούμενοι, κἀκ τῶν ἀμφίων ἅπαντας εἰς οἶκτον παρακινοῦντες καὶ πρὸς ἄμυναν ἐρεθίζοντες. Ὁ δὲ Εὐμάθιος τὴν Φιλαδέλφειαν καταλαβὼν, ἔχαιρεν ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ τοῦ ἐγχειρήματος.

Cæterum archisatrapa quidam, Asan 421 nomine Cappadociam obtinens et indigenis velut mancipiis superbe avareque abuti solitus, audito quid contigisset Turcis de quibus diximus, extemplo quas in manu habebat copiis contractis, aliisque aliunde additis usque ad numerum quatuor et viginti millium militum, cum iis infestus vadit adversus Eumathium, acrem hominem ac vigilem, idoque nec falli aut deprehendi facilem. Is Philadelphiæ considens habebat ubique exploratores multos bene auritos beneque oculatos in speculis, quorum utcunque fidelium ac probatorum attentionem subinde insuper inspectoribus mittendis acuebat in sollicitudinem quam maximam, ita ut noctes totas in vigilia traducerent, atque in suspecta pariter et tuta loca parem acrimoniam curæ inconniventis intenderent. Horum qui forte primus contra venientem conspicatus procul est exercitum Turcicum curriculo accedens Eumathio quid instaret nuntiat. Ille animi vir præsentissimi deliberationisque velocis, quique longarum consultationum ratiocinia uno sani consilii momento corriperet, ut statim sensit neutiquam adesse idoneo copias numero quas comparare Turcicis patenti acie prudenter posset, claudi Philadelphiæ, ubi erat cum suis ipse, portas omnes jubet. Edicit deinde: Nemo murum ascendat, nemo clamet, nemo tibia citharave sonum edat, qui exaudiri possit ab hostibus; omnes ejusmodi justitium silentiumque teneant quo persuaderi circumeuntibus auscultaturis queat plane desertam et a nemine cultam viventium hanc videri civitatem. Admovit inde Asan se Philadelphiæ, ac cum urbem corona suorum cinctam curiose toto triduo lustrasset; solitudinem, inquam, mœnium, obstructarum a parte interiori portarum speciem cæteramque infirmitatis ac timoris confessionem usurpasset oculis, facile in

B Ἀρχισατράπης δέ τις Ἄσαν τὴν κλῆσιν, ὁ τὴν Καππαδοκίαν κατέχων, τοῖς αὐτόχθοσι καθαπερεὶ ἀργυρωνήτοις χρώμενος μεμαθηκὼς τὰ τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι Τούρκοις ξυμπεσόντα, τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀναλαβόμενος, καὶ ἑτέρωθεν πολλοὺς μεταπεμψάμενος ἐς εἴκοσι πρὸς ταῖς τέσσαρσι χιλιάδας παραστῆναι τὸ ὑπ' αὐτὸν [6] στράτευμα κατ' αὐτοῦ ἔξεισι. Δεινὸς δὲ ὢν ἀνὴρ ὁ Εὐμάθιος, ὡς εἴρηται, οὐκ ἀμελῶς τὴν Φιλαδέλφειαν ᾤκει, οὐδ' ἀναπεπτώκει εἴσω τῶν ταύτης τειχῶν γεγονὼς, ἀλλὰ σκοπούς τε ἁπανταχῇ ἔπεμπε. Καὶ ἵνα μὴ ἀμελοῖεν αὐτοὶ προσέπεμπεν ἄλλους, καὶ πρὸς ἐγρηγόρησιν ἀνηρέθιζεν, ὥστε παννύχους ἐγρηγορέναι, καὶ τὰς ἀμφόδους καὶ τὰς πεδιάδας περιαθρεῖν. Τούτων οὖν C τις πόῤῥωθεν τὸ Τουρκικὸν θεασάμενος στράτευμα, δρομαῖος αὐτῷ προσελθὼν ἀπαγγέλλει. Ὁ δὲ φρενήρης ὢν καὶ ὀξὺς τὸ δέον συνιδεῖν καὶ ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ πέρας τοῖς λογισμοῖς διδόναι, ἐπεὶ μὴ ἀποχρώσας πρὸς τοσαύτας ἔχειν ἐγνώκει δυνάμεις παραχρῆμα ἁπάσας τὰς πύλας ταυτησὶ τῆς πόλεως ἀσφαλισθῆναι ἐκέλευσε [7], καὶ μηδένα τὸ παράπαν εἰς τὸ τεῖχος συγχωρεῖσθαι ἀνιέναι, μήτε μὴν κραυγάζειν ὅλως, μήτε αὐλοὺς ἢ κιθάρας ἠχεῖν, καὶ ἁπλῶς ἐν τοιούτῳ σχήματι τὴν πόλιν κατεστήσατο ὥστε πάντη ἀοίκητον δοκεῖν τοῖς διερχομένοις. Ὁ δὲ Ἀσὰν (19), καταλαβὼν τὴν Φιλαδέλφειαν καὶ τῷ οἰκείῳ περιζώσας τὰ τείχη στρατεύματι, ἐπὶ τρισὶ παρέμεινεν ἡμέραις. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἄνωθεν προκύπτων ἐφαίνετο, αἱ δὲ πύλαι τῶν ἐντὸς εἶχον D ἀσφάλειαν, ἑλεπόλεις δὲ οὐ παρῆσαν αὐτῷ οὐδὲ πετροβόλα ὄργανα [8], νομίσας ὀλίγον εἶναι τὸ τοῦ Εὐμαθίου στράτευμα καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἀποθαῤῥεῖν τὴν ἐξέλευσιν καὶ πολλὴν ἀσθένειαν καταψηφισάμενος τῶν ἐντὸς, ἄλλην ἀτραπὸν ἐτράπετο, καταπεφρονηκὼς αὐτοῦ παντάπασι. Δέκα γοῦν χιλιάδας τοῦ ἰδίου στρατεύματος διελὼν, κατὰ τοῦ Κερβιανοῦ [9] (20) ἐξαπέστειλεν, ἑτέρας δὲ ὡς πρὸς Σμύρνην

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[6] αὐτοῦ. [7] ἐκέλευε. [8] Desunt voces ἑλεπόλεις δὲ οὐ παρῆσαν αὐτῷ οὐδὲ πετροβόλα ὄργανα. [9] Κελβιανοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(19) Ἀσάν. 407 Cujus meminit pag. 318. Vide notas.

(20) Κερβιανοῦ. Regio, ut videtur, Thracensi Themati (in quo erat Smyrna, ut est apud Porphyrogennetam) vicina, *Celbianum* dicta Paulo Diac. lib. XXII *Hist. Misc.* Nicetæ in Isaac. lib. I n. 4, et Acropolitæ, pag. 398, edit. Genev. Vide Leuncl. n. 59.

καὶ [10] τὸν Νύμφαιον (21), τὰς δέ γε ἐπιλοίπους πρὸς τὰ Χλιαρὰ (22) καὶ τὴν Πέργαμον· ἅπαντας δὲ εἰς προνομὰς ἀποστείλας, συνείπετο καὶ αὐτὸς τοῖς πρὸς . . . . . . ἀπερχομένοις. Ὁ μέντοι Φιλοκάλης, διεγνοὺς τὸ τοῦ Ἄσαν ἐπιχείρημα, ἁπάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις κατὰ τῶν Τούρκων ἀπέστειλεν. Οἱ καὶ διώκοντες τοὺς πρὸς τὸ Κερβιανὸν [11] ἀπελθόντας, ἀμερμερίμνως καταλαμβάνουσι, καὶ ἐπεισπεσόντες τούτοις αὐγαζούσης ἡμέρας ἀφειδῶς κατέσφαττον· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν κατεχομένους δορυαλώτους ἐῤῥύσαντο ἅπαντας, κἄπειτα τοὺς πρὸς τὴν Σμύρνην καὶ τὸν [12] Νύμφαιον ἀπερχομένους Τούρκους ἐδίωξαν. Διεκδραμόντες δὲ καί τινες ἀπό τε τοῦ ἔμπροσθεν μέρους καὶ ἐξ ἑκατέρων κεράτων τὸν κατ' αὐτῶν συγκροτήσαντες πόλεμον καταχράτος B ἐνίκησαν, καὶ πολλοὺς μὲν κτείνουσι, πολλοὺς δὲ καὶ ζωγρείαν ἄγουσιν. Οἱ δέ γε καταλειφθέντες ὀλίγοι πάνυ φεύγοντες ταῖς δίναις τοῦ Μαιάνδρου ἐμπεσόντες εὐθὺς ἀπεπνίγησαν. Ποταμὸς δὲ οὗτος περὶ Φρυγίαν, σκολιώτατος ποταμῶν ἁπάντων καὶ καμπὰς συνεχεῖς ποιούμενος. Θαρσήσαντες [13] δὲ καὶ ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ νίκῃ τοὺς ἐπιλοίπους ἐδίωκον. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐγίνετο πλέον τῶν Τούρκων φθασάντων πορῤωτέρω γενέσθαι τούτων. Εἶθ' οὕτως ἐπανῆλθον πρὸς Φιλαδέλφειαν. Ὁ δέ γε Εὐμάθιος τούτους θεασάμενος καὶ μεμαθηκὼς ὡς ἐκθύμως ἠγωνίσαντο σπεύδοντες μηδένα τῶν χειρῶν αὐτῶν ἐκφυγεῖν, δαψιλῶς αὐτοὺς φιλοτιμησάμενος, μεγάλας καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὑπισχνεῖτο τὰς χάριτας.

A eam sententiam venit, ut paucos esse intus cum Eumathio milites crederet. Itaque si balistas ac machinas reliquamque obsidionalem suppellectilem haberet, tentaturus haud dubie oppugnationem ex templo videbatur. Nunc eo destitutus apparatu contemptis hostibus, quod eis numerum et animos ad eruptionem deesse credebat, decem suorum millia ab reliquo exercitu disjuncta misit contra Cerbianum; agmen aliud Smyrnam versus ac Nymphæum jubet separatum tendere; tertium denique ex reliquiis universis constans in Pergamum ac Cliara immisit, mandatis ad omnes editis ut prædis ac latrociniis agerent ferrentque late cuncta. Ipse harum partium unam pone assectabatur eam quæ..... versus intendebat iter. Nihil, horum B Philocalen latuit. Ergo haud dubiæ occasionem victoriæ oblatam divisione Turcorum interpretans, suas omnes quotquot habebat irruere in illos copias jubet. Eunt nostri; forteque in eos improvisi incidunt qui Cerbianum petebant. 422 Mora nulla; pugnæ, aut cædis potius, diluculo initium fit; internecione conciduntur Barbari. Nostri, recuperatis liberatisque captivis omnibus, quos istud Turcorum agmen obiter ceperat, ad insequendum aliud quod Smyrnam ac Nymphæum cogitasse diximus, vim atque impetum vertunt. Turci reliquiæ prioris cladis ad hanc secundam aciem calamitatis suæ nuntii communisque indices periculi se applicuerant. Horum igitur qua indicio admoniti, qua supplemento aucti, vertunt facies, opponuntque nostris adversa pectora; quadratoque atque in cornua descripto agmine copiam aperti prælii audent facere; concurritur acriter, nostris egregie vincentibus. Cadunt Turcorum multi, nec pauciores vivi capti servitum abducuntur; reliqui perpauci cæca et præcipiti in Mæandri vortices illati fuga, iis absorpti male periere. Alluit hic amnis Phrygiam, fluviorum obliquissimus omnium et assiduis sese flexionibus contorquens. Porro nostri, ex hac secunda victoria majoribus conceptis animis, ad tertiam quoque quæ restabat sola Turcorum manum deprehendendam cogitationes et cursum intenderunt. Frustra id tamen, quod Turci nimio jam intervallo præcesserant. Rediere igitur Philadelphiam quos victores atque incolumes lætus gratulansque Eumathius amplectens fortitudine ipsorum egregia, qua erant totis viribus annisi ne quem sibi elabi hostium sinerent, magnopere collaudata, donis eos pro copia præsenti amplis muneratus est: uberiores etiam gratias tantorum meritorum, suam et Augusti fidem addicens, promisit in posterum.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Βαϊμούντου τελευτήν, ἐπειδὴ ὁ C Ταγγρὲ τῆς Ἀντιοχείας περιεδράξατο, καὶ ὡς διαφέρουσαν αὐτῷ ἐλογίζετο παντάπασι τὴν αὐτοκράτορα ταύτης ἀλλοτριῶν, ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα κατανοῶν καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ πόλει παρασπονδουμένους [14] ὅρκους τῶν Βαρβάρων τουτωνὶ Φράγγων. Καὶ ὅτ' αὐτὸς πολλὰ μὲν ἀνηλώκει χρήματα, πολλὰ δ' ἐπεπόνθει δεινά, τά τε μυριοπληθῆ ἐκεῖνα στρατεύματα ἐκ τῆς Ἑσπέρας εἰς τὴν Ἀσίαν διαβιβάζων· καίτοι δυστραχηλοτάτοις αὐτοῖς ἐντυγχάνων ἀεὶ καὶ καταπίκροις ἀνδράσι. Πολλὰ δὲ στρατεύματα Ῥωμαϊκὰ τούτοις συνεκπέμπων κατὰ τῶν Τούρκων

Baimundo vero, uti diximus, defuncto, cum Tancredus possessioni Antiochiæ incubare pergeret, teneretque eam mordicus, ac plane imputaret ut propriam jure quam optimo, res enimvero imperatori visa est ejusmodi, quam nec tolerare, nec dissimulare posset amplius. Præterquam quod enim jurisjurandi religio et illa Deo teste a tot illis Francis ducibus jurata fides vindicando utique ludibrio violabatur; erat etiam iniquissimum interverti sibi fructum tot laborum totque sumptuum; nec quod innumerabiles tot illos exercitus infinitis incommodis impensis maximis ex Occidente in

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[10] τό. [11] Κελβιανόν. [12] τό. [13] Θαῤῥήσαντες. [14] σπενδομένους.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(21) *Νύμφαιον*. Lydiæ urbs Nicephoro Gregoræ, lib. III et VI. Acropolitæ, Ducæ, cap. 21. Waddingo, an. 1255, n. 13. Vide Leuncl. n. 153.

(22) *Χλιαρά*. Urbs nota Nicetæ in Man. Acropolitæ, Ducæ, etc.

Asiam deportaverit, quod superbæ gentis, quod protervæ multitudinis fastus, minas, insolentiam patientia pertulerit, nihil sibi esse repositum mercedis loco, nihil ne solatii quidem causa ac nomine concedi. Atqui præterea deducendos Gallos per terras hostiles a suis ipse sumptu maximo conscriptis, armatis, longo tempore ad id unum auctoratis, exercitibus curaverat. Suos enim fere semper milites et duces Latinis in Asiam euntibus viæ comites bellique socios adjunxerat; primum Christiana charitate, quo religionis communione unius sibi devinctam gentem ab insidiis et vi communium hostium defenderet; deinde ut, mistorum sibi Romanorum, non modo auxilio validiores, sed etiam consilio atque instigatione paratiores essent Franci ad civitates Saracenorum, partim evertendas delendasque funditus, si penitus in ipsis infidelium terris essent sitæ, partim,
423 si finitimæ Romanis et opportunæ forent, imperio veteri laxatis ejus finibus reddendas. Sibine igitur ac Romanæ se imperante rei tantam illam pecuniam, illos thesauros, atque acervos auri ex sanguine ac visceribus civium expressos, periisse prorsus oportere? ac quod suis, alienis, ducibus, militibus, dona, honoraria, stipendia toties tanto tempore numeraverit, nullum beneficentissimæ operæ ab ingrato genere, nullum profusissimæ impensæ ab avarissimis hominibus pretium exstare? Itane vero nostris Galli viris, nostris pecuniis, nostro sanguine ac sudore sibi solis vicerint: belli que fructus uni cunctos in solidum habeant, quæ nostra in gerendo sustinendoque periculorum ac laborum pars virilis fuit? ubi jus fasque et societatis fides? ubi aræ illæ fœderaque? ac polluenda perjurio religio mendacium promissorum? Hæc apud animum suum Augustus magnis irarum curarumque æstibus versabat. Quibus a ferendæ diutius injuriæ patientia deductus cito legationem ad Tancredum expedit Antiochiæ imperitantem, qua graviter eum æquitatis læsæ spretæque juramentorum sanctitatis accusabat. Addebat increpans, ecquando a perjurio ab ingratissima in Romanos voluntate ad frugem, ad fidem, ad beneficiorum sensum sese recipere induceret in animum? Sibi quidem grave nimium et ultra quam dissimulari queat amplius intolerabile videri, pro innumerabilibus pecuniis, pro florentissimis copiis quas sociata militia cum Gallis bellis per Syriam atque apud ipsam Antiochiam bellandis expenderit, ne unam quidem datam esse captæ regionis partem cujus accessione ad Romanos fines (quod unum illis sumptibus, illis conatibus petierat) imperii essent limites prolati. Cuncta in solius jactationem Tancredi profecerint; fulgeat unus abundetque damnis alienis, et magnis nostris empto jacturis, parato sudoribus ad suas delicias, ad nostri contemptum ac contumeliam regno fruatur. Talia perorantibus legatis furiosus ille ac fanaticus barbarus, qui ne summis quidem auribus pati vim ac morsum posset liberæ veritatis, intumuit videlicet in

A δυοῖν ἕνεκα· τοῦτο μὲν ἵνα μὴ Τουρκικῆς μαχαίρας παρανάλωμα γένοιντο· ἐκήδετο γὰρ αὐτῶν ὡς Χριστιανῶν· τοῦτο δ' ὅπως καὶ ἀφ' ἡμῶν συγκροτούμενοι τὰς πόλεις τῶν Ἰσμαηλιτῶν ὀλοθρεύοιεν, τὰς δὲ καὶ ὑποσπόνδους τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων διδόναι, κἀκ τούτου τὰ σχοινίσματα τῶν Ῥωμαίων πλατύνοιντο. Ἀπήντησε δὲ οὐδὲν ὄφελος ἀπὸ τῶν τοσούτων καμάτων καὶ πόνων καὶ δωρεῶν τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ, ἀλλὰ τῆς τε Ἀντιόχου πόλεως ἀπρὶξ εἴχοντο, τῶν τι ἄλλων πολισμάτων ἡμῖν οὐ μετεδίδοσαν. Φέρειν οὐκ εἶχεν οὐδόλως ἠνείχετο μὴ οὐχὶ ἀντιδράσαι τὰ χείρω, καὶ τῆς τοιαύτης ἀπανθρωπίας αὐτοὺς ἀμύνασθαι. Τὸ γὰρ ἐκείνου μὲν εἶναι τὰς ἀμυθήτους δωρεὰς
B ἐκείνας καὶ τοῦ χρυσοῦ τὰς [15] θημῶνας, καὶ τὴν ἀνυπέρβλητον ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδα, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ συνεργῶν αὐτοῦ πεμφθέντων στρατευμάτων τὰ πλήθη, τὴν δὲ βασιλείαν Ῥωμαίων μηδὲν ἐντεῦθεν ἀπόνασθαι, τοὺς δὲ Φράγγους λογίζεσθαι τὸ ἐκνίκημα ἴδιον, τὰς πρὸς αὐτῶν συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους ἀθητήσαντας [16], καὶ παρ' οὐδὲν λογισαμένους, διεσπάραττεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως ἐνέγκοι τὴν ὕβριν. Ἔνθεν τοι καὶ διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν Ἀντιοχείας ἄρχοντα Ταγγρὲ, διεγκαλῶν αὐτῷ τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο μέχρι τέλους καταφρονούμενος, ἀλλὰ μετελεύσεται τοῦτον καὶ τῆς εἰς Ῥωμαίους ἀχαριστίας· δεινὸν γὰρ ἂν εἴη καὶ πέρα δεινῶν, εἰ χρημάτων μὲν ἀναλώκει καὶ
C πλείω παντὸς ἀριθμοῦ, δυνάμεις δὲ συνεξαπέστειλε τὰς περιφανεστέρας τῶν Ῥωμαϊκῶν συνταγμάτων ἕνεκα Συρίας ἁπάσης καὶ τῆς, Ἀντιοχείας αὐτῆς, σπεύδων ὅλῃ χειρὶ καὶ γνώμῃ τὰ ὅρια πλατύναι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, ὁ δὲ Ταγγρὲ κατατρυφώη τῶν ἐκείνου καὶ χρημάτων καὶ πόνων. Ταῦτα διαπρεσβευσαμένου τοῦ αὐτοκράτορος ὁ ἐμμανὴς ἐκεῖνος καὶ θεοπλὴξ βάρβαρος, οὐδ' ἄκροις ὠσὶν ἀνασχόμενος τῆς τε ἀληθείας τῶν λόγων καὶ τῆς παρρησίας τῶν πρέσβεων, εὐθὺς τὰ τοῦ γένους ἐποίει· καὶ ὑπ' ἀλαζονείας ὀγκούμενος ὑπεράνω τῶν ἄστρων θήσειν τὸν θρόνον ἠλαζονεύετο, καὶ τοῦ δόρατος τῇ ἀκμῇ διατιτραίνειν ἠπείλει τὰ τείχη τὰ Βαβυλώνια. Ἔλεγέ τε διαῤῥήδην καὶ ἐξετραγῴδει τὴν δύναμιν ὡς ἀπτόητός ἐστι καὶ ἀκατάσχετος τὴν ὁρμήν. Καὶ
D οὐδ' ἂν εἴ τι ἂν γένοιτο μεθήσειν τὴν Ἀντιόχειαν διισχυρίζετο, κἂν ἐμπύρους φέροιεν χεῖρας οἱ μέλλοντες πρὸς αὐτὸν ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν Ἀσσύριον, καὶ ὥσπερ τινὰ γίγαντα μέγαν καὶ ἀνυπόστατον, καὶ ἄχθος ἀρούρης ἑστῶτα τῇ γῇ, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ξύμπαντας μύρμηκας ἐλογίζετο καὶ τῶν ζώων τὰ ἀσθενέστατα.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[15] τούς. [16] ἀθετήσαντας.

familiarem istius generis insolentiam, seseque super astra thronum positurum suum, atque hastæ suæ cuspide muros perfossurum Babylonios, minacissima impotentia jactavit. Narrabat grandia de ineluctabili sua vi, de opibus armorumque ac rerum apparatu cæterarum, quibus et ad invadendum cum spe certa victoriæ, quid quemve vellet, et ad refutandum quamlibet acrem cujusvis aggressoris impetum, esset instructissimus. Negabat dejici se ulla ratione posse de Antiochiæ possessione, provocansque ad experientiam, addebat, neque si mitterentur contra se milites igneis præditi manibus, quidquam profecturos tamen; obstiturum quippe nihilominus se; ac facile difflaturum irritam vim. Sese namque esse magnam mentem, magnum Assyrium, gigantem immanem immensæ molis, invictæ virtutis, cui sustinendo vix terra par sit. Romanos omnes dum **424** ex alto despicit vix formicarum aut animalculorum id genus imbecillis motiunculis turmatim bullientium apud se instar habere.

A Ἐκεῖθεν [17] δὲ τῶν πρέσβεων ἐπανελθόντων καὶ τὴν τοῦ Κελτοῦ ἀπόνοιαν διηγησαμένων, πλήρης ὁ βασιλεὺς ἐγεγόνει θυμοῦ, καὶ οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἤθελε παραχρῆμα τὴν Ἀντιόχου ἀναζητεῖν. Συναγαγὼν οὖν τοὺς ἐλλογιμωτάτους τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου καὶ ἅπαντας τοὺς τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐξ ἁπάντων ᾐτεῖτο βουλήν. Ἅπαντες δὲ τηνικαῦτα ἀνένευον πρὸς τὴν κατὰ τοῦ Ταγγρὲ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπέλευσιν [18], δέον λέγοντες πρότερον τοὺς ἄλλους ὑποποιήσασθαι κόμητας τοὺς κατὰ τὰς περικειμένας τῇ Ἀντιόχου πόλει ἐξουσιάζοντας, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν ῥῆγα Ἱεροσολύμων Βαλδουῖνον καὶ τὰς τούτων γνώμας πειρᾶσαι, εἰ συνεπαρῆξαι ἀπελθόντι βούλοιτο αὐτῷ κατὰ τῆς Ἀντιοχείας. Καὶ εἰ μὲν γνοίη τούτους κατὰ τοῦ Ταγγρὲ ἔχοντας, τότε B ἀποθαρρῆσαι τὴν κατ' αὐτοῦ ἔλευσιν· εἰ δὲ μή, ἄλλως μετελθεῖν τὰ κατὰ τὴν Ἀντιόχου. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, τὴν βουλὴν ταύτην ἐπαινέσας, καὶ αὐτίκα μεταπεμψάμενος Μανουὴλ τὸν Βουτουμίτην, καί τινα ἕτερον τῆς Λατινικῆς εἰδήμονα διαλέκτου πρὸς τοὺς κόμητας καὶ τὸν ῥῆγα Ἱεροσολύμων ἐξέπεμψεν (23), πολλὰ τούτοις ὑποθέμενος περὶ ὧν αὐτοῖς τε χρὴ ὁμιλῆσαι, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ ῥηγὶ Ἱεροσολύμων Βαλδουίνῳ. Ἐπεὶ δὲ καὶ χρεία χρημάτων ἀποστολῆς πρὸς αὐτοὺς ἀπαραίτητος ἦν διὰ τὸ τῶν Λατίνων ἐρασιχρήματον, προστάγματα πρὸς τὸν τηνικαῦτα δοῦκα Κύπρου (24) Εὐμάθιον τὸν Φιλοκάλην ἐνεχείρισε τῷ Βουτουμίτῃ διαλαμβάνοντα ὅπως καὶ πλεῖα δοίη τούτοις ὁπόσων ἐν χρείᾳ γένοιντο. Ἅμα C δὲ παρεκελεύετο τούτῳ καὶ χρήματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ καὶ ἀπὸ πάσης ἰδέας καὶ εἰκονίσματος παντοδαπῶν ποιοτήτων εἰς τὰς πρὸς τοὺς κόμητας δόσεις. Ἐπέσκηψε δὲ τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι, καὶ μᾶλλον Μανουὴλ τῷ Βουτουμίτῃ, ὡς ἂν τὰ μὲν χρήματα ἀναλαβόμενοι ἀπὸ τοῦ Φιλοκάλου, εἰς Τρίπολιν προσορμίσωσι τὰς ἰδίας ναῦς, καὶ θεασάμενοι Πελκτράνον [19] (25) κόμητα τὸν υἱὸν τοῦ Ἰσαγγέλη περὶ

Talibus legatorum reditu auditis imperator, exarsit, ut par erat, in iram vehementem; nec jam teneri poterat amplius quin expeditionem confestim Antiochenam indiceret. Convocatos ergo præcipuos e militari ordine, senatoresque universos, ea de re quid sentirent jussit promere. Concors omnium fuit sententia non videri recte facturum imperatorem, si contra Tancredum statim duceret. Tentandos prius et nostris, si qua possit, præoccupandos partibus Gallos comites ac regulos qui circumjacentes Antiochiæ civitates varias varii obtinent. Ipsius quin etiam regis Hierosolymorum experiundum Balduini animum: ecquid induci pacto ullo queat ad prosequendum auxilio Romanum, dum is Antiochiam bello repetet. Si omnes annuant et contra Tancredum conspirent, eat tum sane, ac negotium spe optima capessat; sin id deerit, videri Antiochenam controversiam alia ratione transigendam. Acquievit his consiliis Augustus; accersitumque Manuelem Butumiten, et quemdam alium linguæ Latinicæ peritum, ad comites atque ad regem Hierosolymorum misit; accuratis ambos prius instructos mandatis monitisque, quibus distinctissime tradiderat, quid quave ratione cum unoquoque comitum, quid cum rege ipso Balduino agere ipsos oporteret. Ad hæc, quoniam intelligebat cum avara gente nihil sine pecunia posse confici, litteras in manus Butumitæ dedit ad Eumathium Philocalen Cypro tum præfectum, quibus illi mandabat, ut non tantum naves, quotquot esset opus, legatis daret, sed pecuniam ipsis quam plurimam omnis metalli, generis, qualitatis, formæ undecumque congestam suppeditaret in largitiones Augusti nomine Gallis comitibus faciendas. Iisdem insuper legatis ac potissimum Manueli Butumitæ commendavit nominatim, ut cum istis pecuniis ac navibus a Philocale acceptis ad Tripolim primum

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] ἐκεῖσε. [18] ἐπέλευσιν. [19] Πεκτρανόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(23) *Ἐξέπεμψεν*. Meminit istius legationis Albertus Aq. lib. XII, cap. 7, 8.

(24) *Δοῦκα Κύπρου*. Quem circa ea tempora, aut sane statim post Tancredi mortem, factione suorum interemptum tradit Ordericus, lib. II.

(25) *Πελκτράνον*. Bertranum seu Bertrandum, comitem Tripolitanum, Raimundi Sanctægidiani comitis filium nothum, uti habent Guibertus et Will. D Malmesburiensis, qui paulo ante Tripolim adjuvantibus Genuensibus et Balduino rege expugnarat; et priusquam in Palæstinam perveniret, Alexio Constantinopoli fidei sacramentum præstiterat, uti habent Albertus Aqu. lib. II, cap. 3, 4 et seq.; Fulcherius, lib. II, cap. 38; Tyrius, lib. II, cap. 3 et seq. *Hist. Hieros.* an. 1108. et Willel. Malmesburiensis, lib. IV.

appellerent, visendi causa Pelctrani comitis, filii Saugelis illius de quo multa nobis superius fuit mentio. Huic refricarent memoriam egregiæ fidei illius quam usque ad mortem pater ejus Sangeles erga imperatorem coluisset. Sic ipsi regias ab Augusto epistolas redderent: adderentque ipsius Augusti nomine, « exspectari magnopere ab eo ut famam patris, ejus vestigiis et exemplis assectandis adæquare studeat : neve illo minor inferiorque haberi in fidei ad nos officio colendæ constantiaque patiatur. Adesse tempus quo usurpare palam laudem istam queat. **425** Decrevisse enim imperatorem aliquando ulcisci intolerabiles injurias, quas nimis jamdudum a Tancredo, Dei pariter hominumque contemptore, ac jam nec datæ obligatæque officium fidei, nec temere appellati solemni jurejurando vindictam horribilem numinis, quidquam omnino curante, perpessus fuerat. Ad eam rem Augustum non solum a Pelctrano petere ne perjurum et rebellem auxilio juvet :| sed etiam sperare daturum operam, quantum erit in se situm, ut et alii comites in societate et obsequio permaneant, nec curare Tancredum aut ejus rebus ac rationibus immiscere suas velint. » Perveniunt in Cyprum legati cum his mandatis; sumptis illinc pecuniis, et navibus quotquot voluerunt, recta versus Tripolim navigant. Appulsis in ejus civitatis portum navibus, expositi ipsi Pelctranum, aut potius, Bertranum conveniunt, eique coram exponunt quæ habebant in mandatis ab imperatore. Hominem reperiunt ad omnem Augusti nutum atque imperium paratum; mortem quin etiam in ejus obsequio, si ita sit opus, certum oppetere; affirmantem insuper sese statim atque imperatorem audierit Antiochiam versus promovisse haud dubie ad ipsum venerandi causa profecturum. Ex his non temere arbitrati fidissimum hunc firmissimumque imperatoris esse amicum, ex ejus consensu ac consilio ipsius pecunias quas afferebant plurimas custodiendas in arce Tripolis deponunt. Id ita ipsis ut facerent pro cætera sua providentia mandaverat Augustus. Verebatur enim, ne si, quod vix caveri poterat quin accideret, suboleret comitibus Gallis pecunia quam legati ferrent, ea ipsis erepta sese ac Tancredum armarent, vacuos eos irrisos-

A οὗ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐμνήσθη, ἀναμιμνήσκουσι τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πίστεως ἣν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐτήρησεν· ἅμα δὲ καὶ τὰς βασιλικὰς ἐγχειρίσωσιν [20] αὐτῷ γραφὰς καὶ ἐξείποιεν πρὸς αὐτὸν ὡς « Οὐ χρή σε δεύτερον τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀφθῆναι, ἀλλ' ὁμοίαν καὶ αὐτὸν τὴν πρὸς ἡμᾶς διατηρῆσαι πίστιν. Ἐμὲ δὲ ἴσθι καταλαμβάνειν ἤδη τὴν Ἀντιόχειαν, ἑαυτὸν ἐκδικήσοντα εἰς τὸν μήτε εἰς Θεὸν μήτε εἰς ἐμὲ τοὺς φρικτοὺς ἐκείνους τηρήσαντα ὅρκους. Σὺ δὲ πρὸς τῷ μηδαμῶς αὐτῷ ἐπαρῆξαι σπεῦσον καὶ τοὺς κόμητας πρὸς τὴν ἡμετέραν πίστιν ἐφελκύσασθαι ὡς μὴ διὰ οἱουδήτινος τρόπου ἀντιλήψεσθαι τοῦ Ταγγρέ. Καταλαμβάνουσι τοιγαροῦν τὴν Κύπρον, καὶ ἀναλαβόμενοι ἐκεῖσε τὰ χρήματα καὶ ὁπόσας ἤθελον νῆας, εὐθὺ Τριπόλεως πλέουσι. Προσορμίσαντες δὲ εἰς τὸν αὐτῆς λιμένα B τὰς ναῦς καὶ τῶν νηῶν ἐπιβεβηκότες ἐντυγχάνουσι τῷ Πλεκτράνῳ [21] καὶ ἀπεστομάτισαν ὁπόσα πρὸς τοῦ βασιλέως παρηγγέλθησαν. Ὡς δὲ τοῦτον ἐπιρρεπῆ τε καὶ ἕτοιμον πρὸς πᾶν θέλημα τοῦ αὐτοκράτορος ἑώρων, καὶ θάνατον ὑπὲρ αὐτοῦ προθύμως ἑλέσθαι εἰ καὶ τούτου δεήσει ἐπαγγελλόμενον ναὶ μὴν καὶ εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ ἐληλυθέναι ἐπειδὰν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀντιόχου [22] ἀφίκηται, μετὰ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἅπερ ἐπεφέροντο χρήματα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν (26) Τριπόλεως ἐναπέθεντο, κατὰ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος ὑποθήκας. Ἐδεδίει γὰρ μὴ ἐπιφερομένους αὐτοὺς τὰ χρήματα οἱ κόμητες διαγνόντες, αὐτὰ μὲν ἀναλάβωνται, τοὺς δὲ κενοὺς ἀποπέμψαιεν, τοῖς δὲ χρήμασιν ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τοῦ Ταγγρὲ χρήσαιντο. C Δέον οὖν ἐλογίσαντο κενοὺς ἀπελθόντας πρότερον τὴν αὐτῶν ἐκπειρᾶσαι γνώμην, ἀπαγγείλαντας ἅμα καὶ ὅσα παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐμηνύθη αὐτοῖς, καὶ τὴν τῶν χρημάτων δόσιν ὑποσχέσθαι, καὶ ὅρκον ἐξ αὐτῶν ἀπαιτῆσαι, εἴ που τέως τοῖς τοῦ αὐτοκράτορος θελήμασιν ὑπεῖξαι βούλοιντο, καὶ εἶθ' οὕτω τὰ χρήματα αὐτοῖς ἐγχειρίσαι. Οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Βουτουμίτην, ταῦτα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Τριπόλεως ἐναπέθεντο καθάπερ εἴρηται· ὁ δὲ Βαλδουῖνος μεμαθηκὼς περὶ τῆς τουτωνὶ τῶν πρέσβεων εἰς Τρίπολιν ἀφίξεως· τηνικαῦτα Σιμοῦντον (27), τὸν ἴδιον ἐξάδελφον, ἐφέσει χρημάτων προαρπάζων τὴν τούτων ἔλευσιν πέπομφε μετακαλούμενος αὐτούς. Οἱ δὲ τὰ D χρήματα αὐτοῦ που καταλιπόντες μετὰ τῆς τοῦ Πλεκτράνου γνώμης, εἵποντο τῷ ἀποσταλέντι ἐξ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[20] ἐγχειρίζουσιν. [21] Πελκτράνῳ. [22] Ἀντιοχε[illegible]ς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(26) *Ἐπισκοπήν*. Ἐπισκοπὴ non est arx, sed palatium episcopale; ἐπισκοπεῖον Theophani an. 8, Constantii; *episcopium* Leoni Ost. lib. II, cap. 29, 51; lib. III, cap. 22; Orderico, lib. v, pag. 551, et aliis, *domus Ecclesiæ*, Cypriano et Messiano in Vita S. Hilarii, et Gregorio Turon. lib. I *Hist.* cap. 39; lib. II, cap. 18; *domus ecclesiastica*, eidem Gregorio, lib. I *De mirac.* cap. 32, de glor. confess. cap. 28, 80; *domus episcopi*, D. Augustino, *De vita cleric.* serm. 2. Erant autem ut plurimum episcopia juxta cathedrales ecclesias; Concil. Carthag. IV, can. 14 : *Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat.* Est etiam ἐπισκοπὴ, *episcopatus*, in Cod. canon. Afric. can. 124.

(27) *Σιμοῦντον*. Fuit is Simon, quem Anna Balduini regis ἐξάδελφον fuisse ait, idem qui *filius ducis* Tyrio nuncupatur, lib. II, cap. 12, quique in comitatu Balduini erat hac ipsa tempestate, anno scilicet 1111. Ideo vero ducis filius dicitur, quod (si bene auguror) filius esset Henrici Limburgensis ducis inferioris Lotharingiæ, qui Juntham Friderici comitis Luxemburgensis filiam, Balduini consobri-

Ἱεροσολύμων Σιμούντῳ καὶ καταλαμβάνουσι τὸν Βαλδουΐνον πολιορκοῦντα τὴν Τύρον. Ὁ δὲ ἄσμενος αὐτοὺς ὑποδεξάμενος (28) καὶ παντοίας φιλοφροσύνης ἀξιώσας, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἀπόκρεω τοῦτον κατέλαβον, κατεῖχεν αὐτοὺς δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς πολιορκῶν τὴν Τύρον (29), ὡς εἴρηται.

A que dimitterent. Quare statuit satius esse tentamenta prima conventionis cum gente astuta et ad spem lucri aspera, fieri a vacuis tractatoribus quorum verba solum audire, non etiam spolia concupiscere aut deprædari Galli possent. Spes tantum illorum suspendi ac proritari jussit liberali ostentatione præmiorum ingentium, si jurare ac præstare fidum obsequium utilemque operam Augusto vellent; sed repræsentandorum tunc tantum, cum ea ipsi officiis exhibitis aut promissæ in futurum fidei pignoribus idoneis offerendis meruissent. Quam ea prudenter sic disposuerit Augustus res ipsa declaravit. Percussit Balduinum procul fama legatorum ab imperatore adventantium cum immensa vi pecuniæ: et videlicet movit homini salivam afflatus lucri odor. Igitur extemplo mittit eis obviam usque Tripolim (nam eo pervenisse jam audierat) Simonem patruelem suum, qui eos ad se prolixe invitatos etiam officiose deduceret. Usi sunt humanitate Gallica libenter nostri, et pecuniis, ut dictum est, in arce Tripolitana sub Bertrani fidem in id ipsum ac curam spondentis, custodia depositis, cum Simone Hierosolymis misso proficiscuntur ad Balduinum quem obsidentem 426 Tyrum offenderunt. Excepit ille hospites humanissime ac cum circa carnisprivium venissent tota eos apud se quadragesima in castris apud Tyrum suis tenuit, nulla non honoris ipsos ac benevolentiæ significatione deliniens. De Tyro et hac ejus oppugnatione Gallica dicere hic obiter locus admonet.

Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀῤῥαγέσι B τείχεσι καὶ δὴ καὶ τρισὶ προτειχίσμασι κύκλῳ ταύτην περιλαμβάνουσιν. Ὁ γὰρ ἐξώτατος κύκλος περιεῖχε τὸν δεύτερον, οὗτος δὲ τὸν ἐνδοτάτω [33], καὶ τρίτον, καὶ ἦσαν καθάπερ τινὲς κύκλοι ἀλλήλους περιλαμβάνοντες καὶ περιζωννύντες τὴν πόλιν. Ἀλλ' ὅ γε Βαλδουΐνος ἔγνω πρότερον τὰ προτειχίσματα ταῦτα καταβαλεῖν, εἶθ' οὕτως τὴν πόλιν ἑλεῖν, οἷα γάρ τινα θωράκια τῆς Τύρου προβεβλημένα, τὴν πολιορκίαν ἀπεῖργον. Ὁ δὲ διά τινων μηχανημάτων πορθητικῶν τήν τε πρώτην καὶ δευτέραν ζώνην καθεῖλε· καὶ τῆς τρίτης ἀπεπειρᾶτο, καὶ δὴ τὰς ἐπάλξεις αὐτῆς καθελεῖν εἰς τὸ ἐφεξῆς ἐῤῥαθύμηκεν· εἷλε γὰρ ἂν καὶ ταύτην εἴπερ ἐπέσπευσεν, ἀλλὰ διά τινων κλιμάκων οἰόμενος μετὰ ταῦτα ἐπιβῆναι τῆς πόλεως, καὶ ὡς ἤδη ταύτην ἔχων εἰς χεῖρας C πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐνέπεσεν ὅπερ τοῖς Σαρακηνοῖς σωτηρίαν προὐξένησε [34]. Καὶ ὁ μὲν τῆς νίκης

Erat ea civitas cum aliis protecta soliditatis invictæ mœnibus, tum circumductu munita murorum trium sese includentium, ita ut maximus ambitus contractiorem secundum, hic brevissimum atque intimum amplecteretur tertium: omnes simul velut loricæ adversus externam vim objectæ firmissimæ oppugnationem frustrarentur. Prævaluit tamen impetus Gallicus; et machinis quibusdam muralibus Balduinus usus primum alterumque circuitum plane diruit. Ad tertium promota vis pinnas jam ejus et superiora corruperat, cum ecce intervenit fatalis ceptis ingentibus ex successuum felicitate secura negligentia, qua in transversum actus pene victor, cum instare perculsis, et concussis ac nutantibus toto pondere incumbere par foret, satis habuit parare scalas quibus ad imminutam muri altitudinem miles pertingeret: cum subruere funditus convulsam mo-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[33] ἐνδότατον. [34] προσεξένησε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

nam, uxorem duxerat. Constat enim ex Sigeberto, an. 1107, plures liberos procreasse Henricum, tametsi unicum Waleranum nominent scriptores. Totam hanc cognationem exhibebit subjectum stemma.

Eustachius comes Boloniæ.
- Eustachius II comes Bononiæ.
  - Gotofredus dux Lotharingiæ.
  - Balduinus I, rex Hieros.
  - Eustachius comes Bononiæ.
- Lambertus.
- Gotofredus episcopus Parisiensis.
- Gerberga uxor Frederici comitis Luxemburg., ducis Lotharingiæ.
  - Juntha uxor Henrici ducis Limburgensis et Lotharingiæ.
    - Waleranus dux Limburgensis.
    - Simon ducis filius nuncupatus.

Floruit etiam eo ipsomet ævo Simon alter, filius D Theoderici ducis Lotharingiæ superioris, filii Geraldi Alsatii, ex Gertrude filia Roberti Flandrensis; 408 qui quidem Simon patri an. 1115, mortuo successit, ita ut *ducis filius* dici potuerit an. 1111, quo nondum ducatum adeptus erat, Vide Galbertum in Vita S. Caroli comit. Flandrens. cap. 15, n. 109, et Vignerium in *Originibus Alsat.* pag. 112 et seq.

(28) *Ὑποδεξάμενος*. Albertus Aq. lib. XII, cap. 7.

(29) *Τύρον*. De obsessa Tyro, an. 1111, machinis nostrorum incensis, et hostium arte conflagratis, de soluta denique obsidione, multis agunt Albertus Aq. lib. XII, cap. 1 etc., Fulcherius, lib. II, cap. 41; et Tyrius, lib. II, cap. 17. Vide etiam *Chron. Orientale*.

A tem et complanare ruinis aditum undecunque facilem prævalentibus et paratis oporteret. Itaque huic scalarum fiduciæ indormientibus Gallis et velut certa atque in manibus posita victoria contentionem oppugnandi remittentibus, Saraceni oblata sibi præter spem occasione salutis adeo strenue, adeo feliciter sunt usi, ut qui arce obsessa jamjamque potituri videbantur, submoverentur ab spe ista longius; qui vero haud dubie circumventi præda victori hosti certa et parata servabantur, mirabiliter e laqueis evolarent quibus plane constricti præpeditique teneri putabantur. Res in hunc modum contigit. Observata Saraceni remissione Balduini quo eum supiniorem etiam facerent, tractationem cum eo pacis instituunt missis legatis; nihil aliud men- B daci postulatione gratiæ nisi spatium ultioni apparandæ furari cupientes. Male quippe feriantibus circum Gallis et simulatæ compositionis leges otiose disceptantibus dolos intus Barbari machinabantur, quorum ubi per securitatem Gallicam in rem conferendorum se tempus nactos aptum arbitrati sunt, una repente nocte multas amphoras fictiles liquente plenas pice in machinas imminentes urbi jaciunt, quibus amphoris jactu ipso, quod necesse erat, atque allisu dissilientibus in testas, ligna machinarum scilicet abunde perungebantur liquore pingui. Jam materiæ sic ad incendium paratæ faces ardentes e propinquo jaculati admovent plurimas; tum alendæ conceptæ flammæ alias rur- C sus amphoras naphthæ intus magnam vim ferentes similiter ingerunt. His ita 427 per noctem dispositis, ecce oriente die ignis simul ingens cooritur flammis e testudinibus ligneis in luculentarum undique turrium admotam nubibus altitudinem surgentibus, donec operibus plane assumptis in cineres subsederunt. Ea digna Gallis, ubi minime oportuit dormitantibus, securitatis suæ merces constitit: adeo dissolutis ac male vigilibus ut cogitationis eos atque apparatus istius hostilis, flamma illis late collucens et sublime undantes fumi vortices primum indicium dederint. Capti porro a Tyriis Galli quidam milites circa machinas sunt, omnino sex numero quibus ad se D perductis præsidii præfectus cædi cervices imperat, capitaque ipsorum ballistis in castra Balduini jaculatus est. Accessit is terror ad cumulum perturbationis, perculsis jam ignis subiti spectaculo; ergo his visis capitibus velut larvarum spectris efferati equos pro se quisque trepide inscendunt, frustra

A τυγχάνων ἐγγύθεν ἐξεκρούσθη παραπολύ· αὐτοὶ δὲ ἀρκύων ἐντὸς τυγχάνοντες τῶν βρόχων ἀφείλοντο. Ὁ γὰρ μεταξὺ τῆς ἀμελείας τοῦ Βαλδουίνου χρόνος αὐτοῖς εἰς ἐπιμέλειαν γέγονεν ἀναπνεύσασι. Πανουργεύονται δέ τι καὶ τοιοῦτον. Τῷ μὲν δοκεῖν πρὸς εἰρηνικὰς σπονδὰς ἀφορῶσι καὶ διαπέμπονται πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρήνην, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἐν ᾧ τὰ τῆς εἰρήνης ἐπραγματεύοντο εἰς ἄμυναν ηὐτρεπίζοντο· ἐκεῖνον μὲν μετέωρον ταῖς ἐλπίσι ποιοῦντες, αὐτοὶ δὲ μηχανάς τινας συῤῥάπτοντες κατ' αὐτοῦ. Ἑωρακότες γὰρ ἀσχολίαν πολλὴν τοῦ πολέμου καὶ ἀναπεπτωκότας τοὺς ἔξωθεν στρατιώτας, ἐν νυκτὶ μιᾷ πολλοὺς ἀμφορεῖς ὀστρακίνους ἐμπλήσαντες ὑγρᾶς πίσσης ῥίπτουσι κατὰ τῶν ἐφισταμένων τῇ πόλει μηχανημάτων, ὧν ἐξ ἀνάγκης καταθραυσθέντων B περιεχέχυτο τοιοῦτον ὑγρὸν τοῖς ξύλοις, οἷς ἐπεῤῥίπτουν δᾷδας ἡμμένας. Εἶτ' αὖθις ἑτέρους ἀμφορεῖς, φέροντας ἔνδον πολλὴν τὴν νάφθαν, ἣ ἐπιδραξαμένη τοῦ πυρὸς, εὐθύς τε εἰς ἀέριον μετέβαλε φλόγα, καὶ τὰς μηχανὰς αὐτῶν ἀπετέφρωσεν. Ἅμα τε γὰρ ἡμέρα διέλαμπε, καὶ τὸ πῦρ συνεξέλαμπεν ἀπὸ τῶν ξυλίνων χελωνῶν εἰς αἰθέρα πυργούμενον. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸν Βαλδουῖνον τὰ τῆς ῥαθυμίας εἶχον ἐπίχειρα οἷς ἠμέλουν μεταμελούμενοι· ὁ γὰρ καπνὸς αὐτοὺς καὶ τὸ πῦρ, τὸ γεγονὸς ἀνεδίδασκεν. Ἑάλωσαν δὲ καί τινες τῶν περὶ τὰς χελώνας ὄντων ἓξ στρατιῶται τὸν ἀριθμὸν, οὓς ὁ Τύριος ἐκεῖνος θεασάμενος ἀρχηγὸς καὶ τὰς κεφαλὰς C ἀποκόψας, διὰ πετροβόλων ὀργάνων τῷ στρατεύματι τοῦ Βαλδουίνου ἀπεσφενδόνησε. Ταῦτα θεασάμενοι τὸ στράτευμα πᾶν καὶ τὸ πῦρ καὶ τὰς κεφαλὰς, μετ' ἐκπλήξεως ἔφευγον τοῖς ἵπποις ἐποχηθέντες, ὥσπερ ὑπὸ τῶν κεφαλῶν ἐκείνων ἐκδειματούμενοι, καίτοι τοῦ Βαλδουίνου πανταχόθεν ἐξιππαζομένου καὶ ἀνακαλουμένου τοὺς φεύγοντας καὶ παντοίως παραθαῤῥύνοντος. Ἀλλὰ γὰρ ᾖδε παρὰ κωφοῖς. Ἐκεῖνοι γὰρ καθάπαξ ἐκδεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς φυγὴν, ἀκατασχέτως εἴχοντο τοῦ δρόμου, καὶ πτηνοῦ παντὸς ἐφαίνοντο ταχινώτεροι. Καὶ τέλος τοῦ δρόμου τούτοις τὸ φρούριον Ἄκε (30) ἐγχωρίως καλούμενον· ἐκεῖνο γὰρ ἐγεγόνει τοῖς δειλοῖς ἐκείνοις δρομεῦσι χρησφύγετον. Ἀπειπάμενος δ' οὖν καὶ ὁ Βαλδουῖ- D νος καὶ τοῖς ὅλοις ἐξαπορήσας, καὶ ἄκων τοῖς φεύγουσιν εἵπετο καὶ πρὸς τὴν εἰρημένην πόλιν καὶ οὗτος ἀπεδραπέτευσεν. Ὁ δέ γε Βουτουμίτης, εἰσελθὼν εἰς τὰς Κυπρίους τριήρεις, δυοκαίδεκα δὲ ἦσαν αἱ πᾶσαι, καὶ παραπλέων τὰς ἀκτὰς τῆς πρὸς τὸ Ἄκε φερούσης, κεῖθι τὸν Βαλδουῖνον καταλαμβάνει, καὶ ἅπαντα τηνικαῦτα ἀπήγγειλεν,

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(30) Ἄκε. Quæ veteribus Ἄκη, ut auctor est Strabo, deinde *Acon* et *Ptolemais* dicta. Fulcherius, lib. I, cap. 17: *Post has transierunt Ptolemaidem, prius Acon dictam, quam quidem erranter solebant Accaron legere, quod nos etiam faciebamus, cum primitus terram Palæstinorum intravimus. Sed Accaron urbs est Philistæa, inter Azotum et Lamniam, Ascalonem. Acon vero, id est Ptolemaida, ab Austro habet Carmeli montem.* Sane *Accaron* et *Acra* dicitur Alberto Aq. lib. V, cap. 41; lib. IX, cap. 30; *Achon*, Tyrio, lib. X, cap. 26, ubi de ejus conditore nonnulla commemorat: *Acca*, Alderisio, V part. clim. 3; Ἄκη Ptolemæo, ut observavit Scaliger, Suidæ et Nicetæ in Isaacio, lib. III, n. 8. Porro Balduinum, soluta Tyri obsidione, Aconem se recepisse tradunt etiam Albertus Aqu. lib. XII, cap. 7; et Fulcherius lib. II, cap. 44.

ὁπόσα ὁ αὐτοκράτωρ πρὸς αὐτὸν παραγγεῖλαι παρεκελεύσατο· προσεπιβαλὼν δὲ τοῖς λόγοις καὶ τὸν βασιλέα μέχρι Σελευκείας ἐφθακέναι ἔλεγε. Τὸ δὲ ἄρα ἀληθὲς μὲν οὐκ ἦν, ἀλλά τις οἰκονομία, ἵν' οὕτω καταπλήξῃ τὸν βάρβαρον, καὶ ταχὺ ἀπολύσῃ ἐκεῖθεν [25] αὐτόν. Ἀλλὰ τὸ δρᾶμα τὸν Βαλδουῖνον οὐκ ἔλαθε, καὶ πολλὰ τοῦτον ὡς ψευσάμενον κατεμέμψατο. Προέφθη γὰρ παρά του τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα μεμαθηκέναι, ὡς εἰς τὸν μακρὸν ἐξεληλύθει αἰγιαλὸν, ὡς τὰς ληϊζομένας παρὰ τὴν θάλασσαν κατέσχε ληστρικὰς ναῦς, ὡς νοσήσας ἐκεῖθεν [26] ὑπεχώρησε, καθά γε δὴ σαφέστερον ὁ λόγος κατωτέρω δηλώσει. Ταῦτα ὁ Βαλδουῖνος τῷ Βουτουμίτῃ ἀντειρηκὼς καὶ ὡς ψευσάμενον ὑπὸ μέμψιν ἀγαγὼν, ἔφη· *Μετ' ἐμοῦ χρὴ μέχρι τοῦ Ἁγίου Τάφου* [27] *ἐληλυθέναι, κἀκεῖθεν τὰ ἡμῖν συνδόξαντα μετὰ πρέσβεων ἐμῶν δηλωθήσεται τῷ αὐτοκράτορι.* Ἅμα γοῦν [28] τῷ τὴν ἁγίαν πόλιν (31) καταλαβεῖν, ἐπεζήτει ἐξ αὐτῶν, τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντα οἱ [29] χρήματα. Ὁ δὲ Βουτουμίτης· Εἴπερ βοηθήσειν κατὰ τοῦ Ταγγρὲ τῷ αὐτοκράτορι αὐτοὶ ἐπαγγέλλεσθε τὸν ὅρκον, ὃν ἐν τῷ διέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατε, φυλάττοντες, καὶ τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀποσταλέντα τηνικαῦτα λήψεσθε χρήματα. Ὁ δὲ τὰ μὲν χρήματα λαβεῖν ἤθελε, βοηθεῖν δὲ μὴ τῷ βασιλεῖ, προθυμούμενος, ἀλλὰ τῷ Ταγγρὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ χρήματα ἠνιᾶτο. Τοιοῦτον γὰρ τὸ βάρβαρον ἅπαν ἦθος· πρὸς μὲν τὰς δωρεὰς κέχηνε καὶ τὰ χρήματα, πράττειν δὲ ὑπὲρ ὧν τὰ χρήματα δίδοται ἥκιστα βούλεται. Γραφὰς οὖν ψιλὰς ἐγχειρίσας αὐτῷ ἀπέλυσεν (32). Ἐντετυχηκότες δὲ οἱ πρέσβεις καὶ τῷ κόμητι Ἰατζουλίνῳ (33) κατὰ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμέραν εἰς προσκύνησιν τοῦ Ἁγίου Τάφου ἐληλυθότι, καὶ αὐτῷ τὰ εἰκότα ὁμιλήσαντες, ἐπεὶ σύμφωνον τῷ Βαλδουίνῳ καὶ αὐτὸν ἑώρων, ἄπρακτοι ἐκεῖθεν ὑποχωρήσαντες καὶ μὴ ἐν τοῖς ζῶσι τῷ Πλεκτράνῳ (34) ἐντυχόντες, ἐπεζήτουν τὰ κατατεθέντα παρ' αὐτῶν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν χρήματα. Ὁ δὲ υἱὸς (35) ἐκείνου καὶ ὁ Τριπόλεως ἐπίσκοπος ἀνεβάλλοντο τέως τὴν τῶν χρημάτων παροχήν. Οἱ δὲ μετὰ ἀπειλῆς αὐτοῖς ἔλεγον, Εἰ μὴ τὰ χρήματα ἡμῖν ἀποδοίητε, οὐκ ἐστὲ ἀληθεῖς δοῦλοι τοῦ βασιλέως, οὔτε τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν φαίνεσθε ἔχοντες, καθὼς ὅτε Ἰελκτράνος [30] καὶ ὁ τούτου πατὴρ Ἰσαγγέλης. Λοιπὸν οὐδὲ τὴν ἀπὸ Κύπρου δαψιλῆ τῶν χρειωδῶν ἀρδείαν τοῦ λοιποῦ ἕξετε, οὔτε μὴν ἐπαρήγοντα ὑμῖν

omnibus locis obequitante Balduino cunctosque passim voce, nutu, modis omnibus admonente officii, fugæque flagitium increpante. Surdis ea canebantur nihilo segnius præcipiti semper impetu, imo quadam volucri rapiditate, quo incumbere cœperant, prorsum ruentibus. Meta cursus trepidi arx fuit *Ace* vulgo dicta, in quam recepti fugaces sese primum e terrore collegerunt. Expertus omnia Balduinus tandem melioris inops consilii cogitur velut torrente abreptus sequi quos sistere nequibat, et in eamdem civitatem istam quam diximus post suos et ipse confugere. In eo tumultu Butumites ingressus triremes Cyprias (duodecim omnino e Cypro secum duxerat) cum iis navigavit oram legens ejus viæ quæ ab Tyro versus Ace ducit; quo appulsus Balduinum ibi convenit omniaque, otiosum nactus, quæ habebat ab imperatore in mandatis ei coram exposuit; addens etiam imperatorem ad expeditionem Antiochenam egressum jam Seleuciam pervenisse. Verum istud quidem non erat. Cæterum eam famam negotio profuturam Butumites autumans, id conturbandi (sic enim putabat fore) Balduini causa, impetrandique ab eo ut se longæ jam apud ipsum moræ tædio languentem cito dimitteret, comminisci voluit: quam prudenter ipse viderit; non certe feliciter. Etenim Balduinus recens edoctus a quodam fuerat exacte quid rerum et ubi terrarum imperator ageret. Profectum nempe in longum littus, piraticam in eo mari facientes naves prædatorias cohibuisse, indeque morbo coactum recessisse, ut postea dicemus. Veris ergo præoccupatus Balduinus nuntiis, commenta Butumite facile coarguit, iratusque in fraude deprehenso: *Volo*, inquit, *te venire mecum usque ad Sanctum Sepulcrum. Eo cum pervenero, missis illinc* **428** *ad imperatorem legatis meis, quid visum nobis fuerit exponam.* Fecit ut dixerat. Simul enim sanctam urbem tenuit, legatos accersit nostros et quas afferrent ab imperatore sibi pecunias reddi petiit. Hic Butumites prius oportere dixit ut, juxta pacta conventa jurejurando firmata, fidem imperatori præstarent, ut cum eo expeditionem Antiochenam mox suscepturo adversus Tancredum conspirarent serio: tum sane ipsos missas pecunias merito sumpturos. At Balduinus æquum putabat imperatoris quidem pecunias se capere, Tancredi vero partes sequi, ferebatque permoleste ac quasi accepta

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[25] ἐκεῖσε. [26] ἐκεῖσε. [27] στεφάνου. [28] γάρ. [29] αὐτῷ. [30] Πλεκτράνος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(31) *Ἁγίαν πόλιν.* Albertus loco laudato.

(32) *Ἀπέλυσεν.* Albertus loco citato: *Legati vero regis Græcorum benigne commendati, donisque magnificis ampliati, Constantinopolim remissi sunt.*

(33) *Ἰατζουλίνῳ.* Joscelino *de Courtenay*, qui citra Euphratem sua habebat præsidia, inquit Tyrius, lib. II, cap. 8, et postmodum Gervasio de Basilica, seu *de Bazoches*, in principatum Tabariæ, seu Tiberiadis, demum Balduino Regitestensi, regi Hierosolymitano effecto, in comitatum Edessenum successit. Vide *Familias* nostras *Hierosol.*

(34) *Πλεκτράνῳ.* Excessit igitur e vivis Bertrandus comes Tripolitanus eo anno, quo soluta Tyri obsidio, 1112.

(35) *Ὁ δὲ υἱός.* Pontius comes Tripolitanus, Bertrandi ex nepte Mathildis comitissæ, ut est apud Malmesburiensem, seu ut Ordericus, ex Aleide filia Odonis I, Burgundiæ ducis filius. Vide *Familias Hierosol.*

injuria querebatur quod extemplo non numerarentur nummi. Naturarum hæc gentiumque est Barbararum indoles : quæstui semper donisque ac pretio inhiant : ea vero præstare ob quæ promissæ pecuniæ fuerant minime volunt. Ad extremum ut impetrare Balduinus aliud non potuit, imperatori legatos qui ab ipso venerant cum litteris perfunctorie scriptis remittit. Nostri vero præterea Hierosolymis imperatoris verbis ac nomine egerunt cum comite Iatzulino, qui ad diem Resurrectionis Domini adorandi causa in Sanctum Sepulcrum venerat : verum ut et hunc quoque Balduino per omnia concordem experti sunt, tandem, nulla earum re perfecta quarum causa iter susceperant, inde recessere : Bertranoque non jam in vivis reperto, quas in episcopali apud Tripolim palatio pecunias, uti diximus, deposuerant, reci-

τὸν δοῦκα Κύπρου, κἀντεῦθεν λιμοῦ παρανάλωμα γενήσεσθε, Ὡς δὲ πάντα κάλων κινοῦντες, πῇ μὲν διὰ μειλιχίων λόγων, πῇ δὲ δι' ἀπειλῶν πειρώμενοι τὰ χρήματα ἀναλαβέσθαι οὐκ ἔπειθον, δεῖν ἐλογίσαντο τὸν υἱὸν τοῦ Πελκτράνου [31] εἰς σώαν πίστιν (36) ὁρκίσαι τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ οὕτω τὴν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀποσταλεῖσαν μόνην ἐπιδοῦναι [32] αὐτῷ δωρεὰν ἀπό τε χαράγματος χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ πέπλων παντοίων. Ὁ δὲ, λαβὼν ταῦτα, εἰς σώαν πίστιν ὀμώμοκε τοῦ αὐτοκράτορος. Τὰ δέ γε λοιπὰ χρήματα ἀποκομίσαντες πρὸς τὸν Εὐμάθιον δι' αὐτῶν ἐξωνήσαντο ἵππους τῶν εὐγενῶν [33], ἀπό τε Δαμασκοῦ καὶ Ἐδέσσης καὶ αὐτῆς Ἀραβίας (37), ἐκεῖθεν δὲ τό τε Συριακὸν πέλαγος καὶ τὸν Παμφύλιον παραμείψαντες κόλπον τὸν πλοῦν παρῃτήσαντο, καὶ τὴν ἤπειρον ἀσφαλεστέραν τῆς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[31] Πλεκτράνου. [32] ἀποδοῦναι. [33] εὐσθενῶν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(36) Εἰς σώαν πίστιν. *Annales Franc.* an. 788 : *Et cœperunt fideliores Baiwariorum dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet*, id est, quod fidem, quam Carolo professus erat, integram non servaret, seu, ut habet *Chronicon Reicherspergense*, quod *fidem promissam violasset*. Id porro a Pontio expetitum, ut quam Bertrannus parens Alexio fidem præstiterat, salvam et illæsam servaret. Ita fidei salvæ, *fides mentita* opponitur ; nam *fidem mentiri*, vel etiam *mentiri* simpliciter dicebantur, *qui post præstitum sacramentum* in dominum insurgebant, ut est in epist. Ludov. I, tom. III *Hist. Franc.* pag. 891.

(37) Καὶ αὐτῆς Ἀραβίας. Equos Arabicos commendant Nicetas in Joan. in Man. lib. I, n. 1 ; lib. III, n. 3, lib. VI, n. 4 ; in Isaacio, lib. VI, n. 6, in Alexio, lib. I, n. 2 ; Zonaras in Romano Diogene, Ducas, cap. 16, 29 et 33. Theodorus Prodrom. carm. εἰς πρόνοιαν, et εἰς Βαρέα, Joannes Leo in *Descr. Afric.* lib. IX. Poeta Vernac. *Le Roman de Garin* :

Hue s'en retorna sur le roux Arabi.

Et alibi :

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

Equos Arabicos φάρας et φαρίους vulgo appellant scriptores, a voce *faras*, quæ Arabibus *equum generosum* sonat. Achmes, cap. 233, Ἵππος ὁ φάρας ὁ εὐγενής. 409 Ita rursum cap. 152 et 159, φάρας Ἀραβικός : apud Nicetam in Isaac. lib. I ; Leo imper. in *Tacticis*, cap. 18 § 137, ait Saracenorum equos φαρίους appellari. *Equos farios* non semel commendat Raimundus de Agiles, et Saracenis fuisse proprios auctor est : *Assumptis omnibus pecuniis suis Cæsaream et Camelam adibant, ut ibi equos farios mercarentur.* Infra : *Cœperunt ostendere illi de parte comitis equos farios, et divitias suas.* Eadem pag. *Qui cum accepisset a comite Raimundo* 5000 *solid. et duos equos farios optimos*, etc. Non desunt qui Arabes vocem hanc accepisse a Græcis censent, quibus φορὰς est equa. Gloss. Gr. Lat. φορὰς, ἡ θήλεια ἵππος, *equa*. Verum putant alii ita nostros appellasse equos integros, *admissarios*, quos Germani *Waran*, ut auctor est Goldastus, nuncupant, Hispani, Occitani, et provinciales *Guaragnone*, qui iidem sunt quos lex Salica, tit. 4, § 2 et 4, *Waranjones* vocat, voce forte ab Arabica *faras* deducta. Denique non multum abludit vox Cambrobritannica *farch*, equus, unde *cadfarch*, equus bellicus, ut est apud Marcum Zuerium Buxhernium in *Originibus Gallicis*. Hinc a Francis nostris *equos ferrandos*, Arabicos nuncupatos fuisse, voce efficta a *faras*, probabile est. Lambertus Ardensis : *Optimum equum ferrandum liberaliter obtulit ; cheval ferrant*, in Testamento Balduini comitis Guinensis, an. 1244, apud Duchesnium. *Le Roman de Garin* :

Emmi la place li ont ferrant forsmis.

Idem :

Prenés vos garde de moi et de ma gent,
Ne tendés mie as cheuaus, as ferrans,
A belle robe, a or, ne a argent.

Eidem poetæ dicuntur interdum isti equi *auferrans* :

Mult par fu liés, auand vint a l'auferrand.

Alio loco :

En destre menent les auferrans de pris.

Rursum :

Et enseller maint auferrant coursier.

Hinc denique equos omnes, etiam indigenas, qui Arabicorum colorem haberent, *ferrandos* vocarunt nostri. Rigordus an. 1215, de Ferrando Flandrensi comite in prælio Bovinensi capto, et Lutetiam adducto : *Nec verecundabantur illudere ei rustici, vetulæ, et pueri, nacta occasione ab æquivocatione nominis, quia nomen ejus tam equo, quam homini æquivocum erat : et casu mirabili duo equi ejus coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipsum in lectica vehebant.* Albericus : *Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Fernandi trahentes, essent coloris ferrandini.* Willelmus Guiart :

Ferrant portent dui auferrant,
Qui tous deus sont de poil ferrant.

Infra :

Li auferrant de fer ferré,
Emportent ferrant enferré.

Cujusmodi autem fuerit color ille equorum Arabicorum, qui *Ferrandinus* dicitur Alberico, docet Historia Francorum ms. ex bibl. Memmiana in Philipp. Aug. *Nul ne porroit dire, ne deviser la grant joie que ceus de Paris firent au roy Phelippe leur seigneur, après cele victoire, lequel emmenoit ferrant aueuques lui en une litiere, que portoient deus cheuaus pommelés. Si crioit le peuple, quand ferrant passoit, par maniere de gaber et moquer, que deus ferrans portoient ferrant, mais ferrant estoit enferrez.* Vide Julium Scaligerum, exercit. 206, in Cardanum, et Menagium *De ling. Franc.*

θαλάσσης ἡγησάμενοι, πρὸς τὴν Χεῤῥόνησον ἀφορῶσι τὸν αὐτοκράτορα ἔχουσαν, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον διαβεβηκότες τὸν βασιλέα καταλαμβάνουσιν.

A pere volebant. Sed Bertrani filius et Tripolitanus episcopus depositum repræsentare cunctabantur: instantibus contra nostris, et denuntiantibus, nisi pecunias restituerent, officio defuturos jurati Augusto obsequii; et pudendam infidelitatis in se maculam suscepturos, si ab avi Sangelis et Bertrani patris exemplis tam recenti memoria in laude omnium vigentibus, tam fœde se degenerem illius nepos, hujus filius probaret, vituperatione usque ad consultorum curatorumve ipsius dedecus processura. Imo præterquam inhonestam, etiam rem sibi noxiam facturos ipsos. Cum enim, qua in vicinia Cypri erant, carere istius insulæ commercio subsidiisque sine sua pernicie non possent, certum haberent fore, nisi actutum pecunias redderent, ut nulla deinceps ab Cypro insula copia annonæ, nullis ducis ejus auxiliis juvarentur; unde ipsos necesse esset fame perire. Duræ ad hæc omnia Gallorum erant aures. Igitur nostri, ubi moto, quod aiunt, fune omni, blanditiisque non minus frustra quam minas experti, persuadere nequivere Bertrani filio curatoribusve aut consiliariis ipsius, ut repræsentare rem creditam vellent, tandem eo descenderunt, ut partem depositæ pecuniæ magnam Bertrano ab imperatore destinatam sibi utique servaret Bertrani filius, modo eam, præstando solemni fidelitatis juramento, promereri ab imperatore gratiam occuparet. Sic prolatum imperialis gazæ depositum est; ex eo segregata tum moneta signata ex auro atque argento, tum vela vestesque pretiosæ omnis generis, quas Bertrano proprie Augusti designatione constabat attributas. Eæ **429** illius filio relictæ; verum hic eodem tempore legitima rite formula solemne fidelitatis juramentum in Augusti nomen dedit. Cæteras opes apud Tripolim depositas tollentes legati et ad Eumathium in Cyprum deferentes, equos iis generosos ab Damasco et Edessa ipsaque Arabia mercati sunt. Hinc Syriacum pelagus et Pamphylium sinum emensi, navigatione ulteriori ut suspecta declinata, tutiori terrestri itinere in Chersonesum tendunt, ubi didicerant Imperatorem esse, ac Hellesponto transito ipsum adeunt.

Ἐπεὶ γὰρ ἀλλεπάλληλοι τούτῳ αἱ φροντίδες νιφετοῦ δίκην ἐπήρχοντο, ἀπὸ μὲν τῆς θαλάσσης διὰ στόλου εὐτρεπιζομένων των ἡγεμόνων Πίσσης τε καὶ Γενούας καὶ Λογγιβαρδίας τὰ παρὰ θάλατταν ἅπαντα [34] δηώσασθαι, κἀκ τῆς ἠπείρου αὖθις ἐξ Ἑώας τοῦ Ἀμηρσαΐσᾶν καταλαμβάνοντος ἤδη κατὰ τῆς Φιλαδελφείας καὶ τῶν παραλίων μερῶν, δεῖν καὶ αὐτὸς ἐξεληλυθέναι τῆς βασιλευούσης ἔγνω· κἀκεῖθεν παραγενέσθαι οὐ δυνατὸν καὶ κατ' ἄμφω τὰ μέρη μάχεσθαι. Καταλαμβάνει τοίνην [35] τὴν Χεῤῥόνησον. Εἶτα ἁπανταχόθεν μετακαλεσάμενος τὰς δυνάμεις, ἀπό τε ξηρᾶς καὶ θαλάττης, καὶ ἀποδιελὼν ἱκανὸν στράτευμα διὰ τοῦ Σκαμάνδρου μέχρις Ἀτραμήτου καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Θρᾳκησίου (38) κατατίθησιν. Εἶχε μὲν οὖν τηνικαῦτα στρατηγὸν ἡ Φιλαδέλφεια Κωνσταντῖνον τὸν Γαβρᾶν καὶ λαὸν ἀποχρῶντα πρὸς τὴν ταύτης φρουράν· τὸν δὲ μιξοβάρβαρον Μοναστρᾶν, οὗπερ ἐν πολλοῖς ὁ λόγος ἐμέμνητο, ἡ Πέργαμος καὶ τὰ Χλιαρὰ [36], καὶ τὰ τούτοις παρακείμενα πολίχνια, καὶ αἱ παρὰ θάλατταν ἕτεραι πόλεις, ἄλλους πείρᾳ στρατηγικῇ καὶ τόλμῃ διαφέροντας. Πολλὴν δὲ τὴν πρὸς αὐτοὺς παραγγελίαν ὁ αὐτοκράτωρ ἐποιήσατο ἐγρηγορέναι διαπαντὸς, καὶ σκοποὺς πανταχόθεν ἐκπέμπειν τοὺς τὰς τῶν Βαρβάρων ἐπιτηροῦντας διεκδρομὰς καὶ ἀπαγγέλλοντας αὐτοῖς καθ' ὥραν. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀσφαλισάμενος πρὸς τοὺς θαλαττίους ἐπεῖδε πολέμους τοῖς ναυτικοῖς ἐντειλάμενος, τοὺς μὲν τοῖς λιμέσι Μαδύτου (39) καὶ Κοίλων προσορμίσαι, καὶ τὸν

B Causa prodeundi Augusto ex urbe regia fuerat periculum undique ingens Romanæ rei. Siquidem certis ab Occidente nuntiis ferebatur Pisanos ac Genuenses cæterosque principes Italiæ summa ope classes parare validas quibus regiones omnes limitis occidui maritimas piraticis incursionibus et exscensionibus in tutum subitis vastaturi mox essent. Constabat aliunde bellum ab Oriente instare barbaricum formidolosum atque atrox; duce amere Saine in expeditionem jam progresso, ac recta movente Philadelphiam versus et totam illam mari vicinam regionem. Hac quadam quasi nive aut grandine crebrarum pariter et vehementium curarum, excussus utique Imperator quiete domus Augustæ, eo accurrendum putavit, unde adversus utramque vim unus C occurreret quam fieri posset optime. Ei rei delecta Chersonesus in quam simul se contulit, simul eodem ex locis omnibus terrestres juxta navalesque copias coegit. Ex iis delectu segregatum idoneum exercitum per Scamandrum usque Atramettum ipsumque Thracesium progredi jussit, illicque subsistere. Habuit tum Philadelphia præfectum Constantinum Gabram, numerumque abundantem multitudinis ad tutelam sui. Hybrida Monastras, de quo nos multa superius, Pergamum obtinebat et Chliera. Aliæ his adjacentes arces, urbesque ad mare sitæ tractus illius reliquiæ aliis præstantibus rei bellicæ peritia et fortitudine ducibus suberant.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[34] παραθαλάσσ.α πάντα. [35] τοίνυν. [36] Χλιερά.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(38) *Θρακησίου.* **410** Thracesii Thematis, quod Lydiam, Cariam, Ioniam, et aliquot alias provincias complectebatur. Constantin. de Themat. lib. I, et in Basilio, cap. 15 et 16.

(39) *Μαδύτου.* Oppidum in Chersoneso Thraciæ, hodie *Maitos*, teste Leunclavio, n. 24. Nec procul aberant τὰ Κοῖλα, portus memoratus Nicetæ in Man. lib. V, cap. 4.

A ἀναμεταξὺ πορθμὸν ἀνυστάκτως φυλάττειν, ἐκδρομάς τινας ποιουμένους διὰ δρομάδων κούφων νηῶν, καὶ τὰς τῆς θαλάττης κελεύθους ἀνυστάκτως ἐπιτηρεῖν, τὸν Φραγγικὸν ἀπεκδεχομένους στόλον· τοὺς [37] δὲ τὰς νήσους παραπλέοντας φρουρεῖν, μηδὲ τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον παριδόντας, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀποχρῶσαν ποιεῖσθαι φυλακήν. Ἐπεὶ δὲ βραδύνειν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν ἐβούλετο ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ σχεδιάσας οἰκήματά τινα αὐτοῦ που τὴν παραχειμασίαν ἐποιεῖτο. Ὡς δὲ ὁ ἀπὸ Λογγιβαρδίας εὐτρεπισθεὶς στόλος καὶ τῶν λοιπῶν μερῶν, λύσας τὰ πρυμνήσια τὸν ἀπόπλουν ἐπεποίηντο, ἀποδιελόμενος ὁ τούτων ἀρχηγὸς πέντε διήρεις ἀπέστειλεν ἐφ᾽ ᾧ κατασχεῖν τινας καὶ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως καταμαθεῖν [38]. Ὡς δὲ τὴν Ἄβυδον κατέλαβον ἤδη, μίαν B τούτων πρὸς τὸν πέμψαντα συνέβη ἐπανιέναι τῶν λοιπῶν κατασχεθεισῶν σὺν αὐτοῖς ἐρέταις, δι᾽ ἧς οἱ ἀρχηγοὶ τῶν ἤδη ῥηθέντων στόλων τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα μεμαθηκότες, καὶ ὅτι τά τε κατὰ τὴν θάλατταν καὶ τὴν ἤπειρον ἀκριβῶς ἐξασφαλισάμενος, κατὰ τὴν Χεῤῥόνησον τὴν παραχειμασίαν ποιεῖται· ἐφ᾽ ᾧ πάντας παραθαῤῥύνειν, ἐπεὶ πρὸς τὰ τοῦ αὐτοκράτορος μηχανήματα οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀπομάχεσθαι, τοὺς οἴακας μεταχειρισάμενοι, ἄλλην ἐτράποντο. Εἷς δέ τις Κελτὸς τῶν ἀμφὶ τοὺς ἀρχηγοὺς τὴν ἰδίαν ἀφελόμενος νῆαν [39] μονήρη ὠκυτάτην οὖσαν πρὸς τὸν Βαλδουῖνον ἀπῄει, καὶ τὴν Τύρον πολιορκοῦντα τοῦτον εὑρὼν ἅπαντα καθὼς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα διηγήσατο, μετὰ C γνώμης, οἶμαι, τῶν ἀρχηγῶν ἐκείνων ἀπελθὼν [40] καὶ ὅπως τὰς κατασκόπους δρομάδας ναῦς ὁ Ῥωμαϊκὸς φθάσας κατέσχε στόλος, καθά γε [41] καὶ εἴρηται. Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦτο ἀνερυθριάστως ἀνωμολόγει [42], ὅτιπερ οἱ ἡγεμόνες τοῦ Κελτικοῦ στόλου οὕτω παρασκευασάμενον τὸν αὐτοκράτορα κατ᾽ αὐτῶν ἐγνωκότες ὑπέστρεψαν, βέλτιον εἶναι νομίσαντες ἀπράκτους ὑποστρέψαι, ἢ μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου μαχομένους ἡττηθῆναι. Ὁ μὲν οὖν Κελτὸς ἐκεῖνος ταῦτα πρὸς τὸν Βαλδουῖνον ἐξεῖπεν, ὑπότρομος ὢν καὶ τὸν Ῥωμαϊκὸν ἔτι δεδιὼς στόλον. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν θάλατταν συμπεσόντα τοῖς Κελτοῖς.

Quos assiduis nuntiis in omnium horarum vigiliam experrectos habebat imperator; subinde repetitis mandatis excitans, ad speculatores fidos et acres quoquoversum continue mittendos, quos nullus hostium motus progressusve posset fallere, qui statim comperta nuntiarent. Sic procuratis rebus Asiæ, ad maritima bella pcovidentiam vertit, edito ad omnes nauticos mandato, ut Madyti et Coelarum portus occuparent, fretumque interpositum inconniventi custodia servarent, percursantesque celocibus ista maria, micanti assidue strenuitate imminerent in omnem motum atque accessum classis Francicæ: et cum effecissent speculandi vigilantia ne improvisi fortitudine consequerentur, ne
430 noxii hostes accederent; tam continente quam insulis ab eorum impetu atque injuria tutandis. Obirent igitur tractus illos marium littorumque ostentando circumferendoque passim, admovendo etiam, quocumque opus esset, præsidio atque auxilio, ne Peloponneso quidem neglecta; nam et hanc imputari a navarchis Romanis in partem provinciæ mandatæ, idoneamque ei tuendæ custodiam impendi nominatim imperator caverat. Quoniam autem in iis partibus diutius morari constituerat, excitari Augustus jussit apto ad id delecto loco subitarias domunculas, tectis extemporaneis opertas, sub quibus hiemem transegit. Ut autem e Longobardia cæterisque locis ac partibus parata Latina classis solvit in nos infesta, primum illud omnium ejus ductor putavit faciendum ut missis quinque biremibus et quam proxime admovere se jussis Romanis terris ac portubus, captivos ad se duci juberet e Græcis aliquos, quorum indicio, quid imperator rerum gereret, ubi locorum, quo statu esset, edoceretur. Abydum jam pene pervenerant exploratoriæ naves quando incurrentibus nostris contigit e quinque unicam duntaxat ad eum qui miserat recurrere reliquis captis et detentis cum remigio ac vectoribus omnibus. Didicerunt hujus reditu biremis duces Latinarum classium munitos ab imperatore copiis egregiis portus omnes; terras etiam ac continentem firmis præsidiis in tuto positas. Ipsum quo cunctis ex opportuno loco prospiceret, cunctis animos adderet ad Cherrhonesum hibernis ædificatis hiemare cum exercitu. His Galli auditis, satis sibi conscii haudquaquam ipsis adesse vires tantas quantæ ad perrumpendas tot istas ab imperatore objectas præsidiorum fortium et cautissimorum consiliorum præmunitiones ac velut invictas moles, versis repente clavis alio cursum intenderunt. Tunc Gallorum unus quidam ex iis qui tum forte circa duces fuere quando hæc ad ipsos de imperatore delata sunt, navem propriam monerem velocissimam momento conscensam raptimque a classe divisum in cursum expedit, et quam celerrime Balduinum adit tunc oppugnantem Tyrum. Eique exponit, jussu opinor Latinorum ducum, quo loco apud ipsos, quo apud imperatorem res essent: ut dromades ipsorum exploratoriæ a Romanis captæ; ut acribus excubiis invictis præsidiis præmunitissima apud hostes sint omnia. Denique illud libere ac pudore superato fatebatur: nequaquam ausos esse duces Francos imperatorem sic paratum aggredi; consultiusque judicasse redire salvos re infecta quam temere attentato adversus instructissimam Romanam classem prælio vinci haud dubie. Huic formidini orationis congruus erat aspectus atque habitus talia referentis Balduino Galli, trementis interim totis artubus, et Romanam de qua dicebat classem pavere adhuc præferentis.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[37] πρός. [38] μαθεῖν. [39] νῆα. [40] ἐπελθών. [41] καθώσπερ. [42] ὡμολόγει.

Ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν ἤπειρον ζάλης ἄνευ παρῆσαν οὐδὲ φροντίδων ἄτερ καθεστήκασι τῷ αὐτοκράτορι. Μιχαὴλ γάρ τις ἐξ Ἀμάστριδος τὴν Ἀκρουνὸν φρουρῶν ἀποστασίαν μελετήσας κατέσχεν αὐτὴν καὶ τὰ παρακείμενα ταύτῃ [63] δεινῶς ἐληΐζετο. Τοῦτο μεμαθηκὼς ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως κατ' αὐτοῦ τὸν τοῦ Δεκανοῦ ἐξέπεμψε Γεωργιον. Ὃς καὶ πολιορκήσας ἐπὶ τρισὶ μησὶ, ταυτηνὶ μὲν τὴν πόλιν κατέσχε, τὸν δὲ ἀποστάτην ἐκεῖνον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ταχέως ἐξέπεμψεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὴν μὲν τοῦ κάστρου φρουρὰν ἑτέρῳ ἀνέθετο, αὐτῷ δὲ τὰς ὀφρῦς ἐπιτοξεύσας καὶ πολλὰς [64] ἀπειλήσας καὶ θάνατον αὐτοῦ τῷ φαινομένῳ καταψηφισάμενος, εἰς φόβον μέγαν ἐνῆκε τὸν ἄνθρωπον. Ταχὺ δὲ τὸ δέος ἔλυσε τοῦ στρατιώτου. Οὔπω γὰρ ὁ ἥλιος τοῦ ὁρίζοντος κατέδυ, καὶ ὁ δεσμώτης ἐλεύθερος ἵστατο, καὶ ὁ θανάτου καταψηφισθεὶς μυρίων ἐτετυχήκει δωρεῶν.

Τοιοῦτος ὁ ἐμὸς πατὴρ βασιλεὺς ἐν πᾶσιν ἐφαίνετο, κἂν πολλῆς ἐς ὕστερον τῆς ἐξ ἁπάντων ἀγνωμοσύνης ἀπήλαυσε [65], καθάπερ ποτὲ καὶ ὁ πρῶτος [66] εὐεργέτης ὁ Κύριος, μάννα βρέχων ἐν ἐρήμῳ, σιτίζων ἐν ὄρεσι, καὶ ἐν θαλάττῃ ἀβρόχους διαβιβάζων, καὶ ὕστερον ἀθετούμενος καὶ ὑβριζόμενος καὶ τυπτόμενος καὶ τέλος σταυρὸν παρὰ τῶν ἀνόμων κατακρινόμενος. Ἀλλ' ἐνταῦθα γενομένης προεκπηδᾷ μου τοῦ λόγου τὸ δάκρυον καὶ σφύζω περὶ τούτων ἐρεῖν, καὶ ποιήσασθαι τῶν ἀγνωμόνων κατάλογον, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἐπέχω καὶ τὴν καρδίαν σφαδάζουσαν. Καὶ τοῦτο δὴ πρὸς ἐμαυτὴν ἐπιλέγω συνεχῶς τὸ τοῦ ποιητοῦ·

A Hunc successum Galli expedionis suæ navalis habuere. Turbulentior et pacatu difficilior a terra tempestas imperatori negotium facessivit, vix curis procuratum multis denique **431** Michael ex Amastri quidam Acruni custodiæ præfectus arcem illam, subito expromens diu cogitatam defectionem, vi tyrannica palam rebellis obtinuit; indeque in adjacentia excursans, omnia late avaris et cruentis infesta latrociniis habebat. Re Augustus comperta mittit contra Georgium Decani cum copiis quæ sufficerent ad domandum perfidum. Admotis iis obsessus Acruni Michael post trimestrem oppugnationem una cum arce sua captus, statim missus ad imperatorem est. Is, designato mox alio qui castri præfecturam istius meliori fide gereret, hominem B terrere constituit. Iræ larvam imponit vultui, frontem asperat minis, et ex arcuatis alte superciliis ardentes intuitus in miserum ejaculans facile ipsi fidem fecit nihil nisi quam erat meritus exspectandam necem. Hunc metum vanum quasi condiendæ ad suaviorem sensum quam indulgere parabat reo gratiæ præmisit clementia incredibilis Augusti. Perditus et opinione ac conscentiæ confessione propriæ mox ducendus miles, quo die convictus palam rebellionis nefariæ ante imperatorem steterat, ejus diei sole nondum condito liberatur et vinculis et cura; ac pro timore certæ mortis donorum honorumque innumerabilium larga cumulatorum læsi principis manu præsenti usu sensuque perfun-C ditur. Talis erat natura mei patris. Hæc illum in omni occasione sui semper similis per totam vitam comitata humanitas est. Male illa quidem agnita repensaque sæpius, et ex semente optima duris plerisque commendata mentibus, nihil nisi odiorum ingratissimorum spinosissimam referre solita messem; tamen hanc ut in malis consolationem habens, quod qui uteretur tali fortuna, conditionis per eam fieret ejus similis qua primus ipse ac supremus bonorum auctor omnium sua hominibus benefacta collocavit. Nimirum ille quibus manna in deserto pluit; quos pavit in montibus, quos siccos per mare transportavit; ab iis abdicatus, illusus, pulsatus, denique iis accusantibus et urgentibus crucis supplicio addictus ab impiis est. Erumpunt hæc mihi meditanti loquentique lacrymæ ex oculis, exsilitque animus impetu subito ad edendum prodendumque ad justissimam ignominiam catalogum ingratorum erga patrem meum; sed linguam iramque in id pronas ruentesque vi cohibeo, illud mihi continuo poetæ occinens:

Τέτλαθι, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Fer, mea mens, fer et hoc: alia improbiora tulisti.

Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν ἀγνώμονα στρατιώτην ἐκεῖνον. Τῶν δέ γε ἀπὸ τοῦ Χοροσᾶν παρὰ τοῦ Σαϊσᾶν σουλτάνου πεμφθέντων, οἱ μὲν διὰ τῶν μερῶν τῆς Σινάου κατήρχοντο, οἱ δὲ διὰ τῆς ἰδίως καλουμένης Ἀσίας ᾔεσαν. Ὅπερ μεμαθηκὼς ὁ Γαβρᾶς Κωνσταντῖνος, τηνικαῦτα τὴν Φιλαδέλφειαν φρουρῶν, καὶ ἀναλαβόμενος τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις καὶ καταλαβὼν τούτους εἰς τὸ Κερβιανὸν [67], αὐτὸς πρῶτος ἁπάντων κατ' αὐτῶν λύσας τὸν χαλινὸν, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὸ τοῦτο παρακελευσάμενος, ἡττᾷ τοὺς Βαρβάρους. Ὁ δὲ τούτους ἐκπέμψας σουλτάνος, τὴν ἧτταν τῶν τοσούτων μεμαθηκὼς, ἀποστείλας [68] πρὸς τὸν αὐτοκράτορα τὰ περὶ

Verum hæc abunde in ingratum illum militem; D belli paulo superius memorati barbarici, quis successus fuerit, nunc reddendum. Earum quas missas e Corosane a Saisane sultano diximus copiarum quædam per Sinai partes iter habebant; aliæ in eam continentis Orientalis regionem quæ commune cæteris Asiæ nomen proprie tamen sibi vindicat, profectæ sunt. Nihil eorum latuit præfectum ea tempestate Philadelphiæ Gabram Constantinum. Itaque is, assumptis quas habebat sub se copiis, occurrens Barbaris ad Cerbianum, in eos incitato equo laxatis habenis primus ipse infestus invehitur, prosequentibus uti jusserat suis universis.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[63] Deest vox ταύτῃ. [64] πολλά. [65] ἐπέτυχε. [66] πάντων. [67] Κελβιανόν. [68] καὶ ἀποστείλας.

Felicitas audaciæ respondit. Victi sunt Barbari, et cladis inopinatissimæ **432** nuntio, qua tam multi suorum a tam paucis nostrorum fusi fugatique fuerant, perculsus sultanus, missis ad imperatorem legatis de pace cum eo cepit agere. Fatebantur legati diu esse cum dominus ipsorum cuperet pacem Musulmanos inter et Romanos videre constitutam. Vere ita erat. Nam is princeps longo jam ex tempore continenter auditis successibus Alexii Augusti, ut prudenter se, ut fortiter contra hostes omnis generis gesserit: ut angustiis, ut periculis ex maximis virtute se ac consilio explicuerat, præstanti sensim præoccupatus opinione viri ac veneratione quadam erat. Cui cum ad cumulum accessit recens experientia offensionis ipsum ad limen factæ, ex qua, uti ex fimbria vestem aiunt, et ex ungue leonem, ita bellum hoc totum quale demum futurum quave fortuna sit gerendum, intelligere liceret, mora jam nulla esse potuit quin ad consilia pacis cum imperatore componendæ mentem sultanus et cogitationem appelleret. Cum igitur advenissent e Perside legati, resedit imperator sublimi solio. Prætoriani omnes omnis linguæ ac generis ordine quisque suo circum dispositi terribilem in speciem; nec deerant quorum formidolosior aspectus erat securibus in humero positis armati Barbari perpetuam in seriem loco suo digesti. Per horum ora armaque minaciter renidentia longa via deducuntur legati Persæ ad imperiale solium. Inde Augustus eos quæ res ac tempus poscebat de sultano percontatus, auditisque vicissim quæ ipsi afferrent, significavit placere sibi quoque pacem Persas inter et Romanos æquam et firmam fieri. Perrexit exquirere deinde quid sultanus posceret. Recitantur a legatis postulata ejus. In iis esse aliqua statim Augustus vidit Romanæ rei parum commoda. Eo igitur eloquentiam, qua valebat plurimum, convertit suam, ut pertinaciam in iis obtinendis capitibus invictam adimeret. Multa in eam rem excusavit, multa monuit, multis commemoratis varie, atque ad rem suam apte accommodatis arte ingenioque plurimis evicti, tandem ut pro ea quam habebant, res ex præsenti notitia moderandi, potestate, conditionibus istis imperio noxiis non hærerent mordicus; sed iis relaxandis in sententiam imperatoris se duci paterentur. Hoc expresso consensu dimissi Persæ in ample ipsis et commode paratum tabernaculum deducti sunt; mandante ipsis in digressu Augusto, ut ibi per otium de dictis ultro citroque sermone primo isto etiam atque etiam cogitarent: pollicens fore, si quidem in sententia perstarent, et in iis quæ sibi jam æqua videri declarassent, toto sibi animo totaque sententia perseverandum ducerent: crastina ipsa statim die pacem cujus tractandæ causa venerant momento absolvendam firmandamque. Mirifice ipsis quæ dicebat imperator placere videbantur omnia. Nec nox consilium mutavit. Postridie, in primis volentibus atque annitentibus legatis, conventum in certas leges tractatioque concordiæ felici exitu conclusa. Ejusmodi pacis ejus leges erant, ut satis appareret nequaquam ea tempore

τῆς εἰρήνης διαπρεσβεύεται, ὁμολογῶν ἅμα ἐκ πολλοῦ τὴν ἀναμεταξὺ τῶν Μουσουλμάνων (40) καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνην ἐπιποθεῖν θεάσασθαι. Ἐκ μακροῦ γὰρ τὰς τοῦ αὐτοκράτορος κατὰ πάντων ἀριστείας μανθάνων, καὶ ἀπόπειραν αὐτοῦ οἷον ποιησάμενος, κἀκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα, καὶ ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα ἐγνωκὼς, καὶ μὴ βουλόμενος πρὸς εἰρηνικὰς ἀπενενεύκει σπονδάς. Τῶν ἐκ Περσίδος τοίνυν καταλαβόντων πρέσβεων, ὁ βασιλεὺς φοβερὸς προὐκάθητο· καὶ οἱ ἐπὶ τῆς τάξεως τοὺς στρατιώτας ἐκ πάσης γλώττης συνειλεγμένους, καὶ τοὺς πελεκυφόρους Βαρβάρους ἐν τάξει καταστησάμενοι, τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ παρεστήσαντο βήματος. Ὁ δὲ, περὶ τοῦ σουλτάνου τούτους τὰ εἰκότα ἐπερωτήσας [49] καὶ ἀκούσας τὰ δι' αὐτῶν μηνυόμενα, ὡμολόγει μὲν τὴν μετὰ πάντων εἰρήνην ἀσπάζεσθαί τε καὶ θέλειν· πυθόμενος δὲ περὶ τῶν τῷ σουλτάνῳ δοκούντων, ἐπεὶ μὴ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν αἰτούμενα τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ συνοίσοντα διέγνω, πολλὴν τοῖς αὐτοῦ λόγοις πειθὼ περιστείλας εὐστοχώτατά τε πρὸς αὐτοὺς ἀπολογησάμενος, διὰ πολλῶν ῥημάτων πείθει τοῖς αὐτοῦ συγκατανεῦσαι θελήμασιν. Εἶτα πρὸς τὴν παρασκευασθεῖσαν αὐτοῖς σκηνὴν ἀπέλυσεν, ἐντειλάμενος σκοπῆσαι τὰ ῥηθέντα, καὶ εἰ μὲν ὅλῃ ψυχῇ πρὸς ταῦτα κατανεύσαιεν, ἐς νέωτα τὴν μεταξὺ συμφωνίαν πέρας λαβεῖν. Ἐπεὶ δὲ προθύμως τὰ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐφαίνοντο δεχόμενοι, τῇ μετ' [50] αὐτὴν, πέρας ἡ συμφωνία λαμβάνει. Οὐ πρὸς ἑαυτὸν δὲ ἀπένευε μόνον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων. Κηδόμενος γὰρ τῶν κοσμικῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἑαυτοῦ, πᾶν τὸ οἰκονομούμενον πρὸς τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων ἀπονεύειν καὶ ἀναφέρεσθαι παντοίως διῳκονόμει, ἵνα καὶ μετ' αὐτὸν καὶ εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον τὰ συμπεφωνημένα [51] διήκῃ, κἂν ἀπετύγχανε τοῦ σκοποῦ [52]· τὰ γὰρ μετ' αὐτὸν ἄλλως ἔσχε, καὶ εἰς σύγχυσιν ἀφεώρα τὰ πράγματα. Κατεστορεύετο μὲν γὰρ τῷ τέως τὰ ἐνοχλοῦντα καὶ εἰς εἰρήνην ἀπεῖδε βαθεῖαν· καὶ ἀπὸ μέχρι πέρατος αἰῶνος εἰρήνην ἤγομεν. Ἀλλὰ γὰρ συγκατέδυ τῷ βασιλεῖ πάντα τὰ λῷονα, καὶ κενόσπουδος αὐτῷ ἡ σπουδὴ μετὰ τὴν αὐτοῦ παρέλευσιν γέγονε ἀβελτηρίᾳ τῶν διαδεξαμένων τὰ σκῆπτρα [53].

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[49] ἐπερωτήσας. [50] διά. [51] συμφωνούμενα. [52] καὶ τῶν αὐτοῦ βουλευμάτων ἠστόνει. [53] καὶ ὅλω. ἀσυντελὴς μετὰ ταῦτα γέγονε, τῶν πραγμάτων ἄλλως πως διακυβευθέντων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(40) *Μουσουλμάνων*. Vim vocis prodit Leunclavius in *Pand.* n. 22 et 59

tali sanclenda, se suave privatim Augustum attendisse, verum, ut solebat semper, rei communi[s] utilitatem et sceptri Romani majestatem spectasse unam; magna profecto nostra et in tempus omne propaganda posterum felicitate, **433** si durasset tam salutaris ista concordia. Nam intervenit fatalis vis, et hoc exemplo rebus humanis, longe aliam, culpa succedentium, orbis Romanæ reipublicæ conversionem cepit. Aliis consiliis, alii successus; et perturbatissima secuta tempora in locum venerunt pacis hujus fundatissimæ, quæ ut priores nostras universas miserias absolverat, ita non dubiam posteritati, modo retineri potuisset, tranquillitatem in tempus omne promittebat consequens. Superis aliter visum; adempta cum Alexio pariter spes salusque publica; conatumque hunc ejus beandæ posteritatis, confusis, hoc sublato, rebus, fecit irritum eorum imprudentia, qui habenas imperii relictas ab eo, peritia deinde non pari tractarunt.

Οἱ δὲ τοῦ Φραγγικοῦ στόλου ἡγεμόνες διὰ τῶν A περισωθέντων ἀπὸ τῶν πέντε δρομάδων νηῶν τὰ περὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, ὡς εἴρηται, βεβαιωθέντες, καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς τὸν στόλον εὐτρεπίσας τὴν αὐτῶν ἔφοδον περὶ τὴν Χεῤῥόνησον περιμένων ἐνδιατρίβει, τοῦ προτέρου σκοποῦ ἀπέστησαν, μηδόλως τοῖς μέρεσι Ῥωμανίας πλησιάσαι θελήσαντες. Παραχειμάσας οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Καλλιούπολιν μετὰ τῆς βασιλίδος· συνείπετο γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν τῶν ποδῶν ὀδύνην, ὡς πολλάκις ἱστόρηται [54], καὶ τὸν καιρὸν καθ' ὃν ὁ τῶν Λατίνων εἴωθεν παραπλεῖν στόλος παραφυλαξάμενος εἰς τὴν βασιλεύουσαν ὑπέστρεψεν. Οὐ πολὺς παρίππευκε χρόνος καὶ Τούρκων ἔφοδος καταγγέλλεται ἐξ ἁπασῶν τῶν τῆς Ἀνατολῆς χωρῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χορασᾶν ὡς εἰς πεντήκοντα B χιλιάδας συμποσουμένων· οὐδὲ γὰρ [55] πρὸς βραχὺ ῥᾳστώνης μετειλήχει τὸν ἅπαντα τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ χρόνον, ἄλλων καὶ ἄλλων ἐπιφυομένων πολεμίων [56] διηνεκῶς. Μετακαλεῖται τοίνυν ἁπανταχόθεν τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν, καὶ τοῦ καιροῦ στοχασάμενος, καθ' ὃν καιρὸν (41) σύνηθες τοῖς Βαρβάροις τὰς κατὰ τῶν Χριστιανῶν [57] ἐκδρομὰς ποιεῖσθαι, τὸν ἀναμεταξὺ Βυζαντίου καὶ Δαμάλεως διαπερᾷ πορθμόν. Καὶ οὐδὲ ἡ ἐπελθοῦσα τούτῳ τῶν ποδῶν περιωδυνία ἀπεῖρξε τοῦ ἔργου, ἥτις οὔτε τινὶ τῶν προγόνων ξυμβέβηκε πώποτε, ἵνα τις ἐκ σπερματικῶν λόγων καὶ εἰς αὐτὸν κατιοῦσαν νομίσοι τὴν νόσον, οὔτε ἐκ διαίτης ἁβρᾶς, ὁποῖα τοῖς διαῤῥέουσι τὸν βίον καὶ φιληδόνοις συμβαίνειν εἴωθεν, ἀλλ' ὅπως αὐτῷ ἡ διάθεσις τῶν ποδῶν ἐπηρέαζεν, C ἐγὼ διηγήσομαι. Ἐσφαίριζέ ποτε γυμναζόμενος συσφαιρίζοντα καὶ τὸν Τατίκιον ἔχων, περὶ οὗ πολλάκις διείλεγμαι. Ὃς καὶ ὑπὸ [58] τοῦ ἵππου παρασυρεὶς, ἐμπίπτει τῷ βασιλεῖ, κἀντεῦθεν ἀλγήσας τὴν κεφαλίδα τοῦ γόνυος [59], καὶ αὐτὸν ὅλον τὸν πόδα διὰ τὸ ἀκροβαρὲς τῆς καταφορᾶς, οὐκ ἐνεδείξατο μὲν ἀλγῆσαι φερεπονώτατος ὤν· ὅμως μέντοι μικρᾶς τινος τυχεῖν ἐπιμελείας, καὶ κατ' ὀλίγον ἐς τὸ ἀνώδυνον ἐλθεῖν τῶν συνήθων διατριβῶν εἴχετο. Αὕτη μὲν οὖν πρώτη αἰτία τῆς τῶν ποδῶν ἀλγηδόνος τοῦ βασιλέως· αἱ γὰρ ὀδύναι τῶν τόπων, εἰς ἑαυτὰς τὰ ῥεύματα ἐφειλκύσαντο. Δευτέρα (42) καὶ

Ad classem redeamus Francicam, cujus moderatores ubi certo compertum est cogitationem abjecisse tentandæ cominus Romaniæ: quod eos a tali consilio deterruisset indicium eorum qui e speculatione illa prima de qua diximus, quinque dromadum, captis reliquis pauci vix salvi redierant; retulerantque firmam et numerosam esse Romanam classem; Augustum vero intrepido animo bene paratum adversus quamcunque vim, hostem apud Cherrhonesum opperiri; ut, inquam, Augusto satis constitit Gallos hisce nuntiis perculsos alio spes curasque vertere, neque ab iis, nunc quidem, periculum instare, tum sane ipse maturum credidit in commodiorem hibernis locum demigrare. Ad id delecta Calliopolis, quo ut se contulit, præsto habuit Augustam matrem meam: cui castra sequendi, degendique peregre, causa erat prima et necessaria, de qua sæpe diximus, ministerium viro adhibendum in gravi pedum morbo quo is laborabat. Calliopoli Augustus velut in excubiis quibusdam fuit toto eo tempore quo commeare per illa maria classes Latinæ solent; eo demum transacto jam securus in urbem regiam se recipit. Non diu ibi quieverat cum trepidis excitatur nuntiis ingentis irruptionis Turcorum ex cunctis Orientis regionibus et ex ipso Corosane ad quinquaginta millia congregatorum. Nimirum fatale meo patri fuit ut ne ad momentum quidem toto principatus sui tempore, cura et labore vacuus posset vivere. Adeo alii continuo ex aliis succrescebant hostes; alia ex aliis bella surgebant. Novo periculo novis consiliis occurritur. Convocat imperator ad seque cogit undique militiam Romanam universam; et assecutus conjectura tempus, quo tempore pro more ipsorum pridem observato incursaturi Christianorum terras isti Barbari videbantur, præoccupare illud expeditione maturanda, et prodire illis obviam statuit. Fretum ergo quod Damalim et Byzantium interjacet, transit: nec forte per eos dies ingravescens eum retardavit pedum dolor. Affligi Alexium isto morbo tam pertinaciter videri mirum poterat. Nam neque repetenti domesticam ejus memoriam quisquam occurreret

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[54] ἱστόρητο. [55] Deest vocula γάρ. [56] πολέμων. [57] Desunt voces κατὰ τῶν Χριστιανῶν. [58] παρά. [59] γένυος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(41) *Καθ' ὃν καιρόν*. Vide notas ad Villhard. n. 80.

(42) *Δευτέρα*. His duabus, Ποδαλγίας, seu Podagræ Alexii parentis causis, tertiam addere poterat Anna, quam Nicephorus Callist. lib. XVIII, cap. 40, refert, Constantinopolim nempe incolentes has

inter ejus proavos aut tota serie majorum malo simili affectus, ut familiaris hæc infirmitas et seminali vi quadam quasi per traducem propagata existimari posset. Neque rursus ille unquam molli ac voluptariæ **434** se vitæ dedidit, ut luxuriæ atque intemperantiæ causa hujus incommodi verisimiliter assignaretur. Ego vero, prout comperi, veram morbi hujus originem proferam. Domitabat equum aliquando flectebatque in orbem ac per omnes artis gyros et modulos scite frenis adductis circumagebat, socio exercitationis ludicræ Taticio, eo ipso de quo nobis crebra in superioribus mentio fuit. Is tum Taticius equi forte ferocis vehementi abreptus impetu in Augustum toto sui pondere transversus impingitur; unde illi nodus alterius genuum gravi pulsu contusus et ipse doluit, et societate partium continuitateque nervorum acrem usque in pedem totum propagavit dolorem; quem tamen, ut erat militari patientia adversus molestiarum sensum egregie munitus, in præsens fere dissimulavit ac vix tantisper moratus, quoad levi adhibito perfunctoriæ curationis delinimento, sopiri paululum dolor visus est, consuetis occupationibus et exercitationibus se statim reddidit. Hæc illi prima labes istius mali fuit quod devexiorem ejus infestam habuit ætatem. Etenim dolores partium in eas affluxum attrahunt humorum. Altera hujus incommodi eadem quæ aliorum ingentium causa imperatori fuit manifestior, atque adeo cunctis notissima, transitus Gallicorum exercituum innumerabilium et eorum uno simul tempore undecunque confluentium ubi circumfusa atque infusa regiæ infinita multitudo. Quot inde, quam turbulentarum ac vehementium egerint, tulerint Augusti animum curarum fluctus, quis satis dixerit? Videbat homo et eximie perspicax et impense studiosus publicæ rei, circumventum se suosque. Compleri ac comprehendi late omnia affluxu nulla ope prohibendo armatorum hominum, multitudine siderum, quod aiunt, et arenæ superante numerum: quorum et cupiditates infrenes privatorum, et male dissimulata ducum ambitio, consiliis trans obtentum religionis pellucentibus, invasionem Romani imperii somniantium, nihil mitius quam perniciem rei Romanæ supremam denuntiabant. Qua vi autem, quave providentia tali periculo occurreret? armaret, educeret contra militiam nempe Romanam? primum tantam, quæ si tota conveniret, ne unam quidem aliquam de plurimis Gallicarum copiarum partibus æquare numero posset; deinde tam varie

A ἐνεργεστέρα. δὲ καὶ τῆς ὅλης ὀδύνης μήτηρ. τοιαύτη τίς ἦν τίς οὐκ εἶδε. Τὰ ἄπειρα τῶν Κελτῶν ἐκεῖνα πλήθη τῶν τὴν βασιλίδα πόλιν κατειληφότων, ὁπότε τῆς ἑαυτῶν ἁπανταχόθεν ἀπαναστάντες πρὸς ἡμᾶς ὥρμησαν. Τότε γὰρ οὗτος εἰς πελάγος ἀχανὲς φροντίδων ἐμπεπτωκὼς καὶ ἐκ πολλῶν συνιδεῖν αὐτοὺς τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ὀνειρώττοντας, ὑπὲρ τὴν ἄμμον δὲ καὶ τὰ ἄστρα τὴν αὐτῶν πληθὺν ὁρῶν, τὰς δὲ Ῥωμαϊκὰς ἁπάσας δυνάμεις, οὐδὲ πολλοστημόριον τούτων ἐξισουμένας, εἰ καὶ εἰς ἓν συναφθεῖεν, πολλῷ γε μᾶλλον διεσπαρμένων τῶν πλειόνων ὄντων, καὶ τῶν μὲν τὰ παρὰ τὴν Σερβίαν τέμπη καὶ Δαλματίαν ἐπιτηρούντων, τῶν δὲ τὰ περὶ τὸν Ἴστρον ὡς τὰς τῶν Κομάνων καὶ Δακῶν ἐφόδους φυλαττομένων, πολλῶν δὲ καὶ τὴν τοῦ Δυρραχίου φρου-
B ρὰν ἐμπιστευομένων ὡς μὴ ὑπὸ Κελτῶν καὶ αὖθις ἁλῴη. Ταῦτα συνορῶν ὁ αὐτοκράτωρ ὅλως [60] γίνεται τῶν Κελτῶν, τ' ἄλλα πάντα ἐν δευτέρῳ θέμενος, καὶ τὸ μὲν πέριξ ὑποκινούμενον βαρβαρικὸν καὶ μήπω ἐς φῶς ἐκρήξαν τὴν ἔχθραν, ἀξιώμασιν ἀνεῖργε καὶ δωρεαῖς, τῶν Κελτῶν δὲ τὴν ἔφεσιν παντοίαις μεθοδείαις ἀναστέλλων, καὶ τῶν οἴκοι τὴν στάσιν οὐχ ἧττον ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον ὑφορώμενος παντοίως φυλάττεσθαι ἔσπευδεν ἐντέχνως τούτων ἀπείργων τὰ βουλεύματα. Ἀλλὰ τίς τῶν ἐπεισπεσόντων αὐτῷ κακῶν τὸν κυκεῶνα ἀπαγγεῖλαι δυνήσεται; Παντοῖος οὖν πρὸς πάντας γινόμενος καὶ συμμετασχηματιζόμενος ὡς ἐνὸν τοῖς πράγμασι πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἐνίστατο, καθάπερ τις δόκιμος ἰατρῶν τῷ τῆς
C τέχνης κανόνι χρώμενος· ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ τοίνυν ἅμα ἡμέρᾳ καὶ εὐθὺς ἡλίου τὸν ἀνατολικὸν ἀναθορόντος ὁρίζοντα καθῆστο θρόνου, κελεύων τοὺς Κελτοὺς ἅπαντας ἀκωλύτως εἰσιέναι καθ' ἡμέραν ἑκάστην [61], ἅμα μὲν τὰς ἑαυτῶν αἰτήσεις ἀπαγγέλλειν τούτους ἐθέλων, ἅμα δὲ καὶ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ὑπάγεσθαι διὰ παντοίων λόγων αὐτοὺς μηχανώμενος. Οἱ δὲ Κελτοὶ κόμητες φύσει μὲν τὸ ἀναίσχυντον καὶ ἰταμὸν ἔχοντες, φύσει δὲ τὸ ἐρασιχρήματον, καὶ πρὸς πᾶν τὸ αὐτοῖς βουλητὸν ἀκρατὲς καὶ πολυῤῥῆμον ὑπὲρ πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κεκτημένοι, οὐ σὺν εὐταξίᾳ τὴν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἴσοδον ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὁπόσους ἂν ἕκαστος τῶν κομήτων ἐβούλετο, συμπαραλαμβάνων εἰσῄει, καὶ τούτου ἐχομένως [62], ἕτερος, ἐφεξῆς δὲ ἐκείνου
D ἄλλος [63]· εἰσερχόμενοι δὲ οὐ πρὸς ὕδωρ καθάπερ ποτὲ τοῖς ῥήτορσιν ἐφεῖτο τὴν ὁμιλίαν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ὁπόσον ἕκαστος καὶ ὁ τυχὼν ἠβούλετο προσομιλεῖν τῷ αὐτοκράτορι χρόνον, τοσούτου καὶ ἐτύγχανεν. Οἱ δὲ τοιοῦτοι ὄντες τὸν τρόπον καὶ τὴν γλῶσσαν ἀσύμμετροι (43), καὶ μήτε τὸν αὐτοκρά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[60] δῖος. [61] ἐκείνην. [62] ἐρχομένου. [63] ἕτερος.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

maxime vexari solitos: Ἧς δὲ τῆς νόσου εὐθυνία καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διαπαντός. Quod de Alexandria et Caria Cœlius Aurelianus Siccìensis, lib. v *Tardar. passionum* cap. 2; de Atheniensi vero tractu, scripsit Lucretius, lib. VII:

Attide tentantur gressus, oculique in Achæis Finibus.

(43) *Τὴν γλῶσσαν ἀσύμμετροι.* Anna, lib. X, pag. 294, τριβομένου δὲ τοῦ καιροῦ διὰ τὸ φύσει λάλον τε καὶ μακρηγορώτατον τῶν Λατίνων. Mathæus Westmon. an. 1239, Francos, ut *impetuosos*

τορα αἰδούμενοι, μήτε τὸν καιρὸν παραῤῥέοντα εὐλαβούμενοι, μήτε τὴν τῶν ὁρώντων νέμεσιν ὑφορώμενοι, οὐ τοῖς ὄπισθεν ἐρχομένοις, ἕκαστος τόπον ὁμιλίας παρεῖχεν, ἀλλ' ἀνέτως τὰς ὁμιλίας καὶ τὰς αἰτήσεις ἐποιοῦντο.

A tamque dissite sparsam, tam necessariis officiis procul distentam, ut nec cito sine miraculo, nec unquam sine periculo, aut potius exitio præsenti, unum in locum cogi posse videretur. Nimirum alii Romanorum militum per Serviam perque Dalmatiam angustos meatus vallium, claustra imperii, præsidiis obtinebant; alii circa Istrum Comanis ac Dacis irruptiones assidue meditantibus objecti stabant; alios eosque plurimos Dyrrhachii custodia periclitantis iterum a Gallis defixos isti limiti in excubiis utilissimis habebat. Hæc cernens, hæc reputans, quid aliud imperator ageret, quam quod urgebat maxime in eo procurando totus esset, posteriora interim duceret cætera? Parturiebant cæcas fraudes rapinasque ac bella solita clanculum parabant finitimi circum Barbari, nihil omnium Augusto nesciente. Verum quia Gallico discrimini totam impendere providentiam decreverat, donis et dignitatibus Barbarorum duces **435** occupavit, redemitque illo pretio securitatem ab eo genere periculi. Totum deinde animum omnesque ad viam Gallorum cohibendam, continendasque ab injuria cupiditates vertit. Quanquam et subinde respectare illum alio suorum insidiæ conjurantium et operta defectiones molientium scelera cogebant. Neque hæc facilior, si verum fatemur, vel ob explorationis difficultatem, vel ob anxietatem diffidentiæ cautio erat. Tamen ille paratus atque semper occurrens ad varia velut multiplex, ad omnia unus sufficiebat: cæterum quot ærumnis quantisque laboribus ista indefessæ vigiliæ custodia, ista sese ad omnium occasionum usus varie torquentis atque fingentis habilitas prudentiæ, illi constiterit quis queat dicere? Gallos proprie quod attinet (nam his, ut dixi, potissimum invigilandum statuebat, et more periti medici, cum nullam negligeret mali partem, tamen ei quæ periculosius urgeret, curationem adhibendam censebat attentiorem), Gallos, inquam, quod attinet, totos illis audiendis alloquendisque impendebat dies. Vidisses primo solis exortu insidentem solio Augustum, libera per suos facta Gallis promiscue omnibus ad se adeundi potestate; nam et quid cogitarent quidve cuperent cognoscere protinus ex ipsis auditu præsenti, sagacitate suspicionis etiam ultra dicta usque ad sensus exploratura intimos, sibi ad gubernationem rerum tali tempore, vel in primis utile putabat, et partes persuadendi eis quæ oportebat, eosdemque revocandi a noxiis rei Romanæ consiliis, sibi arbitrabatur usurpandas; vel fiducia suæ præstantis in dicendo facultatis, ac peritiæ tractandorum animorum; vel quod minus aliis suppeterent, quibus ad eam rem fidei, artis, auctoritatis, satis inesse videretur. Utebantur porro data copia minime verecundi maximeque verbosi Galli comites; et cum quot cuique assectis libebat ore illo suo duro et fronte sublimi ad imperatorem accedentes ejus aures obtundebant inexplebili loquacitate, cui materiam præbebat nunquam defecturam cum familiaris ac pene naturalis isti generi pecuniarum fames; tum acres et irrevocabiles in id omne quod concupierint impetus, qua dote velut sibi propria Gallorum gens supra omnes cæteras excellit. Hoc modo qui prior erat ingressus tumultuario et sine reverentia, ubi otiosissime quæcunque in buccam venerant effutierat, aderat alter qui sine intervallo succederet; et hunc excipiebat tertius quartus ac plures. Deinceps, qui nullo interspirandi spatio imperatori dato, pergebant miserum obruere quadam eluvie infiniti non minus quam incompositi sermonis. Neque enim, quod rhetoribus præscribebatur olim, ad aquam ac clepsydram dicendi tempus metiebantur, sed quivis inter eos etiam de vulgo fas sibi esse putabat quandiu cumque vellet cum imperatore colloqui. Quod quidem ita usurpabant homines qui nec agendi, nec loquendi modum nossent, ut nullo respectu præsentis majestatis, nullo elapsæ horæ, aut tædii circumstantium vultu et aspectu declarati, ratione habita, usque hærerent instando ac petitionibus iterandis; nec consideratione, sed satietate, locum aliis cederent.

Τὸ λάλον δε τούτων καὶ θηρευτικὸν καὶ σμικρολόγον τῶν λέξεων ἅπαντες μὲν ἴσασιν ὁπόσοις ἠθῶν ἀνθρώπων μέλει καταστοχάζεσθαι. Τοὺς δὲ τότε παρόντας ἀκριβέστερον ἡ πεῖρα δεδίδαχε. Καὶ γὰρ ἐπὰν ἑσπέρα καταλάβοι, ἄσιτος δι' ὅλης ἡμέρας

B Mores naturasque varias gentium conjecturis venari ac colligere quidam solent; de hac Gallica, qui Constantinopoli tum fuere, omnes satis experientia compertum habent **436** esse illam tum profluentissimam verborum; tum astuta camdem

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

et magniloquos perstringit. Britonum Armoricanorum garrulitatem sugillat Glaber Rad. lib. II, cap. 3; Normannorum Matthæus Paris, an. 1197, et Willelmus Brito, lib. V *Philipp.* Provinciales etiam hoc nomine carpit Guibertus, lib. II, cap. 18, ubi de Caimundo Santægidiano: *Erat autem præfatis nostris principibus ætate maturior, et exercitus, nisi quantum ad garrulos hominum provincialium mores spectat, nulli inferior.* Horum mores graphice etiam descripsit et expressit Gervasius Tilberiensis, *Otiorum imper.* lib. II. *Est enim gens quam provincialem appellamus, consilio perspicax, promissis fallax, opere cum vult efficax, sine armorum pondere bellicosa, pro sua paupertate in cibando larga, in nocendo insidiosa, inter probra taciturna, cum locus aut tempus suppetit malefacta memorat, bello navali circumspecta et victoriosa, caloris patiens ac frigoris, famis, ac saturitatis, gens in substantia tenuis, quia vult, et abundantia pacis affluens quando vult. Si Dominum continuum haberet quem timeret, nulla gens citius frangeretur ad bonum, nec ulla, quia non est a quo revocetur ad malum.*

minutiisque consectandis acri, loquacitate ac lingua præditam. Hac odiositate putidæ prolixitatis sine tædii significatione perpetienda, cætera que vehementia et ineptiis cupidorum inciviliumque congressuum indefessa patientia exhauriendis, perseverabat Augustus præbere os placidum per dies integros a prima luce ad vesperam impransus impastusque in sella regia perdurans; tum sane ad tempestivam dudum cœnam, diætam respectabat. Ac ne sic quidem in noctem eam defungebatur diurna molestia. Pulsabant, instabant Galli; vel qui nondum auditi fuerant, vel illi ipsi quibus paulo ante horas totas dederat, novis votis calidi, novis petitionibus instructi quas sustinere in diem posterum nequirent, nocturnam admissionem flagitantes. Audiebantur ad faces. Jurgia hic rursus incompositæque voces atque interpellationum inurbanarum odiosissima confusio finem habens nullum, vultu semper eodem, et statu constanti, tolerabantur ab Augusto: tanta quidem animi præsentia ut multis uno tempore tumultuario multa quærentibus, prompte unus ad omnia sedateque responderet. Enimvero qui ex aula familiaque Augusta imperatori dum hæc gererentur apparebant, ferre interdum non poterant hominum procaciam et contemptum præsentis majestatis: sed parantes intervenire admonereque oblitos officii compescebat imperator, veritus irritabilia ingenia Francorum, cum quibus si suorum iræ quantumvis justæ conflictarentur, periculum esset ne scintilla ex collisu, e scintilla incendium exsisteret funestum Romanæ rei. Itaque non alio quam suæ mansuetudinis ac patientiæ satellitio dignitatem in his turbis tuens imperator propriam, mirum prorsus dabat specimen invictæ constantiæ; plane ut ductum malleo ferreum signum, aut ære fusa statua, in statu ac sede pernox

A μεμενηκὼς ἐξανίστατο τοῦ θρόνου πρὸς τὸν βασιλικὸν κοιτων[illegible]ον ἀπονεύων. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως τῆς τῶν Κελτῶν ἠλευθεροῦτο ὀχλήσεως· ἄλλου γὰρ ἄλλον προφθάνοντος, οὐ τῶν ἀπολειφθέντων μόνον τῆς ἡμερινῆς ὁμιλίας, ἀλλὰ κἀκείνων αὖθις ἐπανιόντων, καὶ ἄλλας καὶ ἄλλας αἰτίας λόγων προβαλλομένων, ἐκεῖνος ἵστατο ἀκλινὴς τῆς τοσαύτης γλωσσαλγίας ἀνεχόμενος, περιστοιχούμενος ὑπὸ τῶν Κελτῶν. Καὶ ἦν ἰδεῖν καὶ πρὸς τὰς ἁπάντων ὑποφορὰς ἑτοίμως τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα τὰς ἀνθυποφορὰς ποιούμενον· πέρας δὲ τῆς ἀκαίρου τούτων γλωσσαλγίας οὐκ ἦν. Ὁπηνίκα δέ τις ἀνακόψαι τῶν μεσαζόντων (44) τούτους ἐπεχείρει, παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνεκόπτετο. Τὸ γὰρ τῶν Φράγγων [64] φύσει ὀργίλον (45) γινώσκων ἐδεδίει μὴ ἐκ μικρᾶς προφάσεως B μέγας πυρσὸς σκανδάλου ἀναφθῇ, κἀκ τούτου μεγάλη ἔσεῖται βλάβη τῇ [65] Ῥωμαίων ἀρχῇ. Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς παραδοξότατον τὸ φαινόμενον· ὥσπερ γὰρ σφυρήλατος ἀνδριὰς ἢ ἀπό τινος χαλκοῦ τυχὸν ἢ ψυχρηλάτου σιδήρου κατεσκευασμένος, οὕτω παννύχιος ἵστατο ἐξ ἑσπέρας πολλάκις μὲν μέχρι νυκτός, πολλάκις δὲ καὶ τρίτης ἀλεκτοροφωνίας, ἔστι δ' ὅτε σχεδὸν [66] καὶ περὶ τὰς σαφεστάτας ἡλίου αὐγάς· πάντες δὲ κεκμηκότες πολλάκις μεθιστάμενοι ἀνέπαυον ἑαυτοὺς καὶ αὖθις εἰσῄεσαν δυσχεραίνοντες. Κἀντεῦθεν οὐδεὶς ἠδύνατο τῶν συνόντων αὐτῷ πρὸς τὴν τοσαύτην ἀμετακλινῆ στάσιν, ἀλλὰ μετώκλαζον ἅπαντες, ἄλλοτε ἄλλος, καὶ ὁ μὲν ἐφηδράζετο, ὁ δὲ ἐπλαγίαζε τὴν κεφαλὴν ἐρεισάμενος, ὁ δ' εἰς τοῖχον ὑπερεῖδεν ἑαυτόν· μόνος C πρὸς τὸν τοσοῦτον πόνον ἀμειλίκτως εἶχεν ὁ βασιλεύς. Καὶ τίς γὰρ τῆς ἐκείνου φερεπονίας λόγος ἐφίκοιτο! μυριάνδρου γὰρ οὔσης τῆς διαλέξεως, πολλὰ μὲν ἕκαστος ἐλάλει, καὶ ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, καθ' Ὅμηρον (46). Ἄλλος μεταστὰς παρεδίδου ἑτέρῳ τὴν λαλιάν, κἀκεῖνος εἰς ἄλλον μετέπεμπεν,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[64] τούτων. [65] τῇ τῶν. [66] τυχόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(44) *Τῶν μεσαζόντων*. Dicuntur μεσάζοντες, qui rebus gerendis in palatio præsunt, seu quibus veluti sequestris principes res suas peragunt, *ministri aulæ*, Mamertino in Paneg. *Rerum ministri* Manilio, lib. v, nuncupati. Nicetas in Man. lib. I, n. 3: Ἐφρόντιζε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς τὰ τῶν δημοσίων πράγματα καταστῆσαι μεσάζοντας. Et infra: Μελεδωνὸν δὲ μεσάζοντα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων. Cantacuzenus, lib. III, cap. 15: Τὴν μὲν τοῦ μεσάζειν ὑπηρεσίαν ἐνεχειρίσθη. Unde frequentes adesse palatio ex officii debito necesse habebant. Idem Cantacuzenus, lib. IV, cap. 39: Παρόντος δὲ καὶ Κυδώνη, ὃς ἔνδον βασιλείων διέτριβεν ἀεί, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν, ἣν πολλὴν παρὰ βασιλέως ἐκαρποῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς πράγμασι μεσάζων, ἀνάγκην εἶχεν ἀεὶ συνεῖναι βασιλεῖ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, etc. Ejusmodi Μεσαζόντων meminit etiam Pachymeres, lib. v, cap. 6. Summus vero rerum minister Μέγας Μεσάζων dicebatur, cujus proinde dignitas in palatio summa, cui Ducas cap. 21, 22 et 28, vesiriorum Turcicorum dignitatem æquiparat. *Mediatores* dicuntur sancto Cyp[illegible], seu auctori *De cardinalibus operibus Christi*, in Prologo: *Unde hæc sitis divitiarum miseris pectoribus* D *assidet, et ambitionis salsugo bibulum animum occupat, ut per fas et nefas ad loca superiora, etiam de latebris eremi, nonnulli se ingerant: et de omni gradu ubi aliquis aditus patet anheli prodeant, discurrant ad judices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliares, et modis omnibus elaborent, ut sedeant cum principibus.* Μεσῖται, Pachymeri, lib. VI, cap. 26; **411** lib. IX, cap. 8, iidem qui *Mediatores* hoc loco. Vide eumdem lib. IV, cap. 3.

(45) *Φράγγων ὀργίλον*. Nicetas in Andronico, lib. I *De Latinis*, seu Normanno-Siculis: Μόνῳ οἱ τοῦ γένους τούτου τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι οἴδασι, καὶ οἷς οὕτως ἐπιτάσσει ὀργίλως ὑπενδιδόναι πεφύκασι. Tudebodus, lib. I: *Franci pleni erant invidia et tumida superbia.* Tyrius, lib. XVI, cap. 23: *Francorum fastus non ferens.* Ordericus, lib. IX: *Superbi Francigenæ*; Abbo, lib. II *De obsid. Paris.*

Quippe supercilium, veneris quoque fœda voluptas,
Ac vestis pretiosæ elatio te tibi tollunt.

Matthæus Westmon. an. 1272: *Galli igitur, qui nunquam indignatione et jactantia caruerunt, quorum superbia ad exterminium perveniet*, etc.

(46) *Iliad.* B, vers. 212.

εἶτ' αὖθις οὗτος εἰς ἕτερον. Καὶ ἦν μὲν ἐν διαλείμμασι τούτοις ἡ στάσις. Ὁ δὲ τὴν στάσιν εἶχεν ἀπέραντον μέχρι πρώτης ἢ δευτέρας ἀλεκτοροφωνίας. Μικρὸν δ' ἀναπαυόμενος ἡλίου πάλιν ἀνίσχοντος ἐπὶ τοῦ θρόνου καθῆστο, καὶ πάλιν ἕτεροι πόνοι καὶ ἀγῶνες διπλοῖ τοὺς νυκτερινοὺς ἐκείνους διαδεχόμενοι. Ἐκ ταύτης τοιγαροῦν τῆς αἰτίας ἡ ὀδύνη τῶν ποδῶν ἐνσκήπτει τοῦ αὐτοκράτορος. Ἔκτοτε δὲ μέχρι τέλους ἐκ διαστημάτων τινῶν χρονικῶν ἐπῄει τὸ ῥεῦμα ὀδύνην ἐπάγον ἔφυδρον. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἐγκαρτερῶν ἦν, ὡς μηδέποτε γογγυστικὸν εἰπεῖν ῥῆμα, ἀλλὰ τὸ ἀξίως πάσχων· *Εὐλόγως μοι ταῦτα γίνεται διὰ τὴν τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν πληθύν*. Εἰ καί που δὲ τῶν χειλέων αὐτοῦ ῥῆμα μικροψυχίας ἐκδεδραμήκει, εὐθὺς τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ κατὰ τοῦ παλαμναίου ἐχρῆτο δαίμονος, *Φεῦγε*, λέγων, *ἐξ ἐμοῦ, πονηρέ· οὐαί σοι καὶ τοῖς κατὰ τῶν Χριστιανῶν μηχανήμασιν!* Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς τῶν ποδῶν ἀλγηδόνος ἱκανῶς ἡμῖν εἰρήσθω τὰ νῦν. Εἰ δέ τις τῇ νόσῳ ταύτῃ συνήρατο, κἀκ τοῦ κερασθέντος τούτῳ μεστοῦ πικρίας κρατῆρος, καθὼς ἐν ὀλίγοις ἐνσημανούμεθ, ἵνα μὴ λέγω τὸ πᾶν, καὶ τὰς ἀλγηδόνας συνηύξανε, κἂν ἡ βασιλὶς μέλιτι τὸν κρατῆρα περιχρίουσα τὰ πολλὰ διολισθαίνειν τῶν κακῶν ἐμηχανᾶτο, φύλαξ ἀνύστακτος τοῦ αὐτοκράτορος οὖσα, προσεῤῥίφθω καὶ οὗτος τῷ λόγῳ, καὶ ἔστω τρίτη τις αἰτία τῆς νόσου τοῦ βασιλέως, οὐ προκαταρκτικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ συνεκτικωτάτη κατὰ τοὺς παῖδας τῶν ἰατρῶν· οὐ γὰρ καθάπαξ προσκεκρουκὼς ἐκεῖνος ἀπῆν, ἀλλὰ συμπαρῆν καὶ συμπαρωμάρτει, ὡς ἐν τοῖς ἀγγείοις οἱ πονηρότατοι τῶν χυμῶν· μᾶλλον δὲ εἴ τις εἰς τὴν ἐκείνου φύσιν ἀπεῖδεν, οὐ μόνον αἰτία νοσήματος ἦν, ἀλλὰ καὶ ἄντικρυς νόσημα καὶ βαρύτατον σύμπτωμα.

durans, a vespera sæpius ad noctem mediam, sæpe ad tertium gallicinium, interdum usque ad albescens a sole redeunte cœlum disceptationibus immodicis aures, animum, vocem præbebat ad omnes undas subinde succedentium unus objectu semper solido sufficiens. Unus plane; nam aulicorum prætorianorumve prorsus erat nemo qui standi continuatione non fatisceret. Plerique igitur subinde dilabentes furtim alicubi procumbebant, quieturi paululum, mox sese loco perinviti quidem, ac non nisi officio cogente, redituri. Qui vero ministerii necessitate ac verecundia retenti perstabant, ii alterum in pedem alternatione subinde mutata innitebantur; quidam sessitabant uspiam; alii caput certe lassitudine et somni tentatione inflexum, cubito rei solidæ innixo sustinebant; postremo non deerant qui apprimentes se parieti sessionis quemdam usum mole corporis in fulcrum exonerata furarentur; vegeto interim ad omnia et velut recente semper Augusto apparente, cujus ideo firmitatem pectoris et tolerantiæ robur incredibilis quæ satis prædicare queat oratio? Tumultu vario fervebant late cuncta; turba bulliebat circum ingens; multa simul omnes garriebant pro se quisque, atque ut Homerus habet, mistim fracto velut graculorum murmure *sine fine modove fremebant*. Singulos fabulando jurgandoque lassos ideoque recedentes, excipiebant recentes alii, et ipsi longo colloquio verbis exhaustis novos nec minus linguosos successores 437 habituri. Vices ergo ipsis et spatia cessandi erant; Augusto interspirandi mora nulla; in vestigio ei perstandum a prima face ad primum alterumve galli cantum. Tunc gustato somno modico, sole rursus oriente se reddebat throno et in orbem hesternæ contentionis redibat, eadem ille quidem vi animi; sed firmitas corporis continuata diurnæ nocturnæque molestiæ injuria languescens, efficiebat ut duplo fere gravior ad sensum experientiæ labor videretur is qui tot jam exantlatis superveniret. Hæc maxime causa intendit confirmavitque imperatori dolorem pedum, qui deinceps non destitit ad finem usque certis intervallis acrem ipsi ex humoris affluxu dolorem incutere, cujus ille sensum egregia semper patientia dissimulabat, nunquam auditus conqueri, aut verbum vel unum mittere quo divinum Numen incusare videretur. Illa vero subinde iterantem exaudires: *Dignus sum qui hæc patiar; merito mihi talia contingunt ob multitudinem peccatorum meorum*. Quod si quæ aliquando per vehementiam doloris vox labiis effugeret imbecillitatem quamdam indicans et abjectionem animi ferendo imparis, statim signo crucis adversus exsecrabilem utebatur dæmonem, *Fuge*, inquiens, *a me scelerate; væ tibi et tuis contra Christianos machinationibus*. Hactenus de dolore pedum qui imperatorem extremis annis exercuit, dictum a nobis satis esto. Utrum autem ad istius causam, morbi symbolam malignæ virtutis aliquam quoque contulerit plenus ille amaritudinis crater ei mistus? Equidem subaudivisse quædam fateor paucis et quasi furtim ac timide suggesta; sed quæ nec ipsa ut omnia memorando adjungere opus est; cui enim id foret usui, nisi ad refricandum mentione ipsa et augendum acerbissimum dolorem? Quanquam Augusta quidem non deerat, craterem melle circumlinens, atque efficiens, ut isto quasi lapsantia lubrico mala pleraque ex insidiis immissa, prius irrita corruerent, quam quod petebant attigissent caput: sicque non exiguum ferens fructum acris illius inconniventisque custodiæ qua in Augusti salutem assidue vigil excubabat. Tamen quoniam vitandis incommodis una plurimis continuo undique ingruentibus vix unquam par est ulla humana providentia, tertiam quoque istam adjiciamus sane causam morbi sontici quo est Augustus infestatus, causam non extrinsecus appulsam longeque venientem, sed penitus insitam profundeque conceptam visceribus ac medullis intimis: quæ duo genera causarum distinguere in scrutandis originibus morborum consuevere medicorum pueri. Dudum, inquam, ab Augusto aberat ille qui olim in eum im-

pingens primam dolori pedum occasionem dederat ut diximus; verum eum quocunque sequebantur venis intestinisque clausi maligni succi, non tam fortasse natura ac tempore quam maleficio aut potius veneficio corrupti in tam pestilentem qualitatem, ut si quis totam ægri hujus habitudinem pernosceret penitius, non jam istos humores morbi causam tantum, sed morbum ipsos plane præsentissimum gravissimumque diceret.

Verum nunc quidem admorsa lingua, viæ regiæ A marginibus continere orationem expedit, alioqui gestientem excurrere in campos adversus insidiatores sceleratissimos; at cedamus in præsens sane tempori; et vera de his rebus memorandi
438 libertatem in suam occasionem reservemus. Reducamus autem narrationem e diverticulo in quod prima causa morbi pedum, et imperatoris in Gallis audiendis laboriosa perseverantia, eam averterat, ad cæteram historiæ seriem persequendam. Ultra Damalim stationem habente imperatore (illo enim trajecisse ipsum docuit proxima nostra ante digressionem oratio) confluebant ad eum in horas accersitæ undique copiæ crebræ nivis ritu; fervebat fretum assiduo trajectu commeantium ad Augustum partim exspectantem quoad con- B venienti spatium sui milites haberent: partim experientem ecquid posset ibi subsistens, quiete modica delinire dolorem pedum, et illo remittente paululum, expeditionem alacrior prosequi. Inter hæc commisso forte plenilunio cum id nocte quadam conspicatus imperator esset, clare dixit, præsente Augusta et ad delinimentum doloris pedum sedulo ut solebat satagente: *Si quidem excurrere ad prædas Turci decrevere, utique hoc tempus habent ei consilio aptissimum. Quare angor equidem quod occasionem omiserim præoccupandæ illorum irruptionis.* Vespere sic locutus imperator est. Diei posteræ diluculo ingressus cubiculum principum eunuchus cui erat ejus cura demandata, irruptio- C nem Turcorum in Nicææ viciniam nuntiavit ostenditque scriptum Eustachii Camytzæ quid Turci agerent, quot quove statu essent exponens. Ad eam imperator nuntium moras abrumpit omnes, dolorisque oblitus ac morbi, curru statim conscenso, cujus habenas manu ipse dextera moderabatur, iter capessit Nicæam versus. Feruntur eodem magno pro se quisque studio milites, sumptis raptim hastis utrimque dispositi turmatim, quidam procurrentes, assectantes retro cæteri, mira omnes alacritate quam præsens conspectus et generosa fiducia ducentis contra Barbaros Augusti cunctis inspirabat. Turbabat paulisper id gaudium com-

A 'Αλλ' ἐπέχειν τὸν λόγον ἀνάγκη τὴν γλῶτταν ἐνδακόντας καὶ μὴ παραθέειν τῆς λεωφόρου, κἂν ὅτι μάλιστα προθυμότατος ᾖ κατὰ τῶν κακουργοτάτων ἐφάλλεσθαι· εἰς καιρὸν γὰρ τὸν προσήκοντα τὰ περὶ τούτου ταμιευέσθω μοι. Ὁ δὲ λόγος ἐχέσθω τῆς τῶν Κελτῶν διηγήσεως. Αὐλίζεται μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ κατὰ τὴν πέραθεν Δάμαλιν· ἐκεῖσε γὰρ τοῦτον ὁ λόγος διαπεραιωσάμενον καταλέλοιπε· καὶ συνέῤῥεον αὐτίκα ἅπαντες νιφετοῦ δίκην, διαπερῶντες πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ που προσμένοντα, τὸ μὲν τὴν ἁπάντων ἔλευσιν ἀπεκδεχόμενον, τὸ δὲ καὶ τὴν σφοδρὰν ἐκείνην ὀδύνην ῥαΐσαι ἐλπίζοντα. Πλησιφαῆ δὲ τὴν σελήνην ἤδη θεασάμενος, ἐπεὶ συμπαρῆν καὶ ἡ Αὐγοῦστα τῆς τῶν ποδῶν ὀδύνης ἐπιμελουμένη καὶ κουφίζουσα τούτου τὰς ἀλγηδόνας διὰ παντοίας B ἐπιμελείας· ὡς, *Εἴ ποτε*, εἶπεν ὁ βασιλεύς, *εἰς προνομὴν οἱ Τοῦρκοι ὁρμῆσαι ἐβούλοντο, ὁ καιρὸς ἤδη ἐπιτήδειος πάρεστι, καὶ ἄχθομαι ἤδη τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀπολωλεκώς.* Ἑσπέρας μὲν ἔφη τοῦτο, κατὰ δὲ τὸ περίορθρον εἰσελθὼν ὁ περὶ τὸν κοιτῶνα τῶν βασιλέων ἐνασχολούμενος ἐκτομίας, τὴν τῶν Τούρκων ἐς Νίκαιαν κατήγγειλεν ἔφοδον, καὶ τοῦ τηνικαῦτα ταύτην φρουροῦντος Εὐσταθίου τοῦ Καμύτζη γραφὴν ὑπεδείκνυ τὰ κατ' αὐτοὺς διαλαμβάνουσαν. Ὁ γοῦν αὐτοκράτωρ μηδὲ μικρὸν ἀναμείνας μηδὲ μελλήσας ὅλως, ἀλλ' οἷον τῆς συνεχούσης αὐτὸν ὀδύνης ἐπιλαθόμενος, δι' ἁρμαμάξης τῆς πρὸς Νίκαιαν φερούσης ἥψατο τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον [67] (47) κατέχων. Οἱ δὲ στρατιῶται τηνικαῦτα C τὰ δόρατα τούτων ἀναλαβόμενοι κατ' ἴλας στοιχηδὸν ἐφ' ἑκάτερα ἵεντο· καὶ οἱ μὲν παρέθεον τούτῳ, οἱ δὲ προέπεμπον, οἱ δὲ συνείποντο, συγχαίροντες μὲν αὐτῷ κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐξορμήσαντι, ἀνιώμενοι δὲ διὰ τὴν ἀπείργουσαν αὐτὸν ἱππάζεσθαι ὀδύνην. Ὁ δὲ πρὸς θάρσος ὤτρυνεν ἅπαντα. νεύμασί τε καὶ λόγοις ἡδὺ προσμειδιῶν αὐτοῖς καὶ προσφθεγγόμενος. Δι' ἡμερῶν τε [68] τριῶν κατέλαβε τόπον τινὰ Αἰγύλλους [69] (48) καλούμενον, ἐξ οὗ πρὸς τὴν Κιβωτὸν διαπλωΐσασθαι ἔμελλεν. Ἐπειγόμενον δὲ τοῦτον τὴν διαπεραίωσιν ὁρῶσα ἡ Αὐγοῦστα, συνταξαμένη τούτῳ, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πορεύετο. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος τὴν Κιβωτὸν καταλαβόντος, προσέρχεταί τις αὐτῷ λέγων·

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[67] λύγον. [68] δέ. [69] Αἰγιαλούς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(47) *Λόγον*. Locus, ni fallor, luxatus. Quid enim est Alexium Nicæam contra Turcos profectum esse, et cum iis bellum initurum τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον κατέχοντα. Nam quod volt eruditus interpres Alexium currus, quo vehebatur, habenas dextra moderatum, nec est simile vero, neque ex Annæ verbis elici potest. An igitur reponenda ea verba, quæ habet lib. VII, pag. 196: Τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ τῆς τοῦ Λόγου Μητρὸς τὸ ὠμόφορον σημαίαν aut εἰκόνα, D κατέχων; ut sensus sit, Alexium in expeditionem illam profectum, dextra tenentem Deiparæ humerale, vel imaginem; quo casu, ὠμόφορον Deiparæ in priore contra Scythas prælio deperditum haud fuerit. Sed an probabilis sit conjectura, aliis dijudicandum relinquo.

(48) *Αἰγύλλους*. Locus in Bithyniæ ora, qui Αἴγυλος Zonaræ in Michaele Theophili f. pag. 131, et Scylitzæ, pag. 552.

ἐκκρίτους σατράπας τεσσαράκοντα χιλιάδων διαιρεθῆναι, καὶ τοὺς μὲν ἐς προνομὴν τῆς Νικαίας καὶ τῶν παρακειμένων αὐτῇ χωρῶν κατελθεῖν. Τὸν δὲ Μονόλυκον καὶ τὸν . . . . τὰ περὶ τὴν θάλατταν δῃώσασθαι, οἵτινες τά τε παρακείμενα τῇ περὶ τὴν Νίκαιαν λίμνῃ, καὶ τὴν Προῦσαν [70] δῃώσαντες, ὡς δὲ καὶ τὴν Ἀπολλωνιάδα, αὐτοῦ που περὶ ταύτην ηὐλίσαντο, κἀκεῖσε τὴν λείαν πᾶσαν ἀφελόμενοι, ὁμοῦ πρὸς τὰ πρόσω ἐχώρησαν· τότε Λοπάδιον καὶ πάντα τὰ ξυμπαρακείμενα ληϊσάμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτήν, φησί, τὴν Κύζικον καταλαβόντες ἐξ ἐφόδου ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς θαλάσσης κατέσχον, τοῦ ταύτην φρουροῦντος μηδ' ὁπωσοῦν ἀντισχόντος, ἀλλ' ἀγεννῶς ἐκεῖθεν ὑποχωρήσαντος· εἶτα τόν τε Κοντογμὴν καὶ Ἀμὴρ [71] Μουχούμετ, τῶν ἐκκρίτων ἀρχισατράπας διὰ τῶν Λεντιανῶν πρὸς τὸ Ποιμανηνὸν ἀπιέναι, ἐφελκομένους λείαν πολλὴν καὶ ἄνδρας πλείστους δορυθηράτους καὶ γύναια καὶ παῖδας ὅσους ἀφῆκεν ὁ σίδηρος· τὸν δέ γε Μονόλυκον ποταμόν τινα διαπεράσαντα Βαρηνὸν ἐγχωρίως καλούμενον, ῥέοντα μὲν ἀπό τινος ὄρους Ἴδιβος [72] καλουμένου, ἀφ' οὗ πολλοὶ καὶ ἄλλοι ἀποῤῥυΐσκονται ποταμοί, Σκάμανδρός τε καὶ Ἀγγιλοκωμίτης [73] καὶ Ἔμπηλος, πρός τε τὸ Πάρεον ἀπονενευκέναι, καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου Ἄβυδον καὶ δι' Ἀτραμύτου καὶ τῶν Χλιαρῶν διεληλυθότα μετὰ πάσης αἰχμαλωσίας ἀναιμάκτως καὶ ἄνευ μάχης τινός. Πρὸς ταύτην τὴν ἀγγελίαν ὁ αὐτοκράτωρ τὸν Καμύτζην, δοῦκα τηνικαῦτα χρηματίζοντα [74], διὰ γραμμάτων παρεκελεύσατο παρέπεσθαί τε τοῖς Βαρβάροις μετὰ πεντακοσίων στρατιωτῶν καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς διὰ γραμμάτων δηλοῦν, φείδεσθαί τε τῆς μετ' αὐτῶν συμπλοκῆς. Ὁ δὲ ἐξελθὼν τῆς Νικαίας καταλαμβάνει τόν τε Κοντογμὴν καὶ τὸν Ἀμὴρ Μουχούμετ καὶ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ καλούμενα Ἄορατα, καὶ ὥσπερ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος παραγγελίας ἐπιλαθόμενος, παραχρῆμα τούτοις προσβάλλει. Οἱ δὲ, τὸν αὐτοκράτορα προσδόκιμον ἔχοντες, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἐπεισπεσόντα νομίσαντες, πτοηθέντες, τὰ νῶτα διδόασι. Σκύθην δέ τινα τηνικαῦτα κατασχόντες καὶ παρὰ τούτου πυθόμενοι, ἐπεὶ τὸν Καμύτζην ἐγνώκεισαν εἶναι τὰς ἀκρολοφίας, διῄεσαν, καὶ θαῤῥύνοντες ἑαυτοὺς διά τε τυμπάνων καὶ ἀλαλαγμῶν ἀνεκαλοῦντο τοὺς ἁπανταχῇ σκεδασθέντας τῶν ὁμοφύλων. Οἱ δὲ ἀνακλητικὸν τουτὶ τὸ σύνθημα γινώσκοντες πάντες συνέῤῥεον. Ἐπανελθόντες οὖν κατὰ τὴν πεδιάδα τὴν διακειμένην ἐγγὺς κάτωθεν τῶν καλουμένων Ἀοράτων, αὖθις ἠθροίσθησαν. Ὁ δέ γε Καμύτζης (49), τὴν λείαν πᾶσαν ἀφελόμενος ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἤθελε μέχρι τοῦ Ποιμανηνοῦ καταλαβεῖν ὡς εὖ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τούτῳ διαθέσθαι· πολίχνιον δὲ τοῦτο ἐρυμνότατον· ἀλλὰ περὶ τὰ Ἄορατα ἐμβραδύνων, ἔλαθε καθ' ἑαυτοῦ βουλευσάμενος. Οἱ Βάρβαροι γὰρ ἐν τῷ

miseratio doloris quo principem ab equitando prohiberi sentiebant. Emendabat tamen incommodum mœroremque in spem optimam mutabat renidens omnes in partes imperatoris facies, quemque nutu, aspectu, arrisu blando fortique ad strenue rem gerendam beneque sperandum excitans, additis in idipsum vocibus plenissimis alacritatis, quibus dum compellantur modo cuncti, modo singuli, gliscebat per universorum animos mirus ardor fiducia conjunctus, ac studium, laborem itineris periculique formidinem dulcedine sui fallens. Sic triduo perventum ad locum quemdam Ægyllos dictum, unde Cibotum versus trajecturus imperator erat. Ibi eum trajectionem urgere istam Augusta videns, venia impetrata recedendi vale ipsi dixit, et in urbem regiam iter intendit. Imperatori Cibotum appulso nuntiavit accedens quidam, præcipuos satrapas Turcorum, qui simul omnes sub signis haberent quadraginta militum
439 millia, distribuisse inter se tum copias, tum belli gerendi partes, hunc ferme in modum. Negotium quibusdam datum infestandæ Nicææ, adjacentiumque ipsi regionum atque urbium populandarum. Monolyco etc..... attributa ad prædandum esse mari vicina loca. Hos magno successu rem gessisse. Vastatis enim omnibus circa lacum Nicæensem, Prusa etiam nec non Apolloniade expilatis ac direptis congregasse illic copias unum in locum castris positis, prædaque omni comportata. Tum communi consilio atque impetu progressos ulterius Lopadium et finitima huic loca cuncta latrociniis et genus omne maleficiis vexasse, ipsa, quin etiam, Cyzico primo incursu capta cum in eam a parte quæ mare spectat impetum fecissent, præfecto urbis nusquam ad prohibendum occurrente, sed ignava et turpi fuga elapso. Deinde Contogmen et Amerem Muchumetem qui supra præcipuos satraparum eminebant dignitate ac potentia, per Lentianos Pœmanenum abiisse, trahentes præ fam multam, virosque captivos plurimos, cum mulieribus et pueris quotquot reliquos gladius fecisset. Monolycum vero transgresso quodam fluvio (quem Barenum accolæ appellant, fluentem ex monte quodam Ibibe vocato, ex quo eodem multi etiam alii amnes profluunt, inter quos Scamander[1], Angelocomites et Empelus) ad Pareum declinasse, et Abydum ad Hellespontum sitam prætergressum, per Atramytum quoque et Chliera cum tota captivorum multitudine tutum et pacatum sine sanguine, sine pugna iter habuisse. Imperator hoc indicio accepto litteras dat ad Camytzem tunc ducem Nicææ, quibus ei mandabat, ut Barbaros pone sequeretur cum militibus quingentis, et quæ de ipsis haberet comperta confestim indicaret sibi per

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] Πρῶσαν. [71] τὸν Ἀμήρ, [72] Ἴδιδος. [73] Ἀγγελοκωμίτης. [74] Νικαίας χρηματίζοντα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(49) *Καμύτζης*. De hac Eustathii Camytzæ clade agit Zonaras.

litteras; vitaret autem congressum cum Turcis, et paucitati suorum pugna declinanda parceret. Ad hoc imperium egressus ille Nicæa, Contogmen, Ameren Muchumeten reliquosque satrapas deprehendit in loco quem vocant *Aorata*, quasi dicas *invisa*, nec se tenuit, cito videlicet oblitus mandatorum Augusti, quin confligeret illico. Turci, qui jam jamque adfuturum imperatorem ante crediderant, ubi vividum eumdemque improvisum Camytzis impetum sensere, facile persuasi rem sibi esse cum imperatore totoque exercitu, terga territi verterunt. Sed capto tunc Scytha quodam e nostris, ubi ex eo percontati a Camytze uno se loco pulsos didicerunt, e monte in quem pavefacti confugerant resumptis animis descendunt, et magno tympanorum ac vociferationum sonitu revocatis e fuga undique suis popularibus (qui pro peritia linguæ ac morum gentis facile statim agnoverunt esse illas voces ac signa revocantium dispersos ad spem meliorem **440** rebus salvis) ubi omnes confluxerunt in unum rursus, reversi sunt simul in planitiem ei loco proxime subjectam quem *Aorata* diximus vocatum. At Camytzes, qui primo illo successu prædam Barbaris eripuisset universam, non curavit (quod et facile poterat, et prudenter debebat) eam ad Pœmanenum vicinam arcem munitissimam tutissime illic futuram transferre; sed circum Aorata moras trahens, sibi perniciem quæsivit. Congregati quippe iterum resumpta fiducia Barbari totis animis imminebant in occasionem ulciscendi Camytzæ. Cum ergo cognovissent morari adhuc eum circa Aorata occupatum dividendæ reddendæve prædæ, captivorum quoque discernendis differentiis, ac causis, armatis confestim et per turmas eductis ordinibus acie instructa in nostros irruunt primo diluculo. Maxima pars agminis Camytzæ ad primum sensum tantæ ingruentis multitudinis barbaricæ spem salutis in matura fuga posuit. Ipse dux cum Scythis et Gallis, Romanisque iis omnibus quos paulo generosiores militaris officii cogitatio a consciscendo fugæ flagitio tenuerat, fortissime pugnans, ubi suis circum plerisque omnibus occisis, deprehensum se cum paucis in medio vidit, tamen obfirmavit animum in consilio quærendæ, spe vincendi extorta, honestæ certe in armis necis, quando lethali ei vulnere percussus quo vehebatur equus, repente concidit. Prope aderat patruelis Camytzæ Catarodon nomine. Is proprio statim equo desiliens eum Camytzæ tradit. Verum homo vastus et gravi corpore, cum equum facile conscendere non posset, paululum retrocedens ad quamdam quercum humeris applicitis stringit acinacem saluteque desperata, Barbaros quotquot accedere cominus auderent, in capite, in cervice in manibus vastis haud unquam cessans ictibus petebat. Hunc tam fortiter rem gerentem et multis circa cæsis, multis vulneratis, in nova adhuc pericula intrepide durantem conspicati longo jam tempore Barbari, admiratione non dubia concepta tantæ virtutis tantæque constantiæ, servare tam fortem virum omnino decreverunt. Ex his archisatrapa Muchumetus olim ipsum noscens, noscendumque illi tunc exhibens, cessare ac facessere jubet omnes qui contra eum pugnabant. Ipse autem equo desiliens cum iis quos forte secum habuit, propius accedit, amiceque virum his fere verbis alloquitur: *Ne saluti mortem, quæso te, præferas; sed da mihi manum, et salvus esto.* Ad ea Camytzes se a tam multis unum circumventum videns, nec jam vires sentiens **441** impressioni variæ tot simul oppugnantium sustinendæ pares: manum Machumeti dat: qui ei in equum imposito vinciri pedes jussit ne posset elabi.

A ἀκινδύνῳ γεγονότες οὐκ ἐπελάθοντο τοῦ Καμύτζη, ἀλλ' ἐνήδρευον τοῦτον διαπαντός. Καὶ μεμαθηκότες ἔτι αὐτὸν εἰς τὰ Ἀόρατα ἐνδιατρίβοντα καὶ τὰ παρὰ τὴν λείαν ἅπασαν καὶ τοὺς δορυαλώτους διατιθέμενον, παραχρῆμα τὰς ὑπ' αὐτοὺς δυνάμεις κατ' ἴλας καταστησάμενοι περὶ δείλην ἑῴαν εἰσπίπτουσιν αὐτῷ. Τὸ μὲν οὖν πλεῖον τοῦ στρατεύματος τοῦ Καμύτζη τοσαύτην πληθὺν Βαρβάρων ἐπεισπεσοῦσαν αὐτοῖς ἑωρακότες φυγὴν τὴν ἑαυτῶν πραγματεύεσθαι ἐδόκουν σωτηρίαν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν Κελτῶν καὶ ὁπόσοι τῶν Ῥωμαίων εὐψυχότεροι ἦσαν, ἐκθύμως ἐμάχετο [75]. Καὶ τηνικαῦτα οἱ τούτων πλείους πίπτουσιν. Ὁ δέ γε Καμύτζης, μετ' ὀλίγων καταλειφθεὶς, ἔτι ἀντείχετο τῆς μάχης. Καιρίαν δὲ ὁ ἵππος ἐν ᾧ ἐπωχεῖτο πληγεὶς, B κατὰ γῆς ἔρριπτο. Ὁ δέ γε τούτου ἀδελφιδοῦς Καταρόδων οὕτω καλούμενος, ἀποβὰς τοῦ ἰδίου ἵππου, τοῦτον αὐτῷ δίδωσι. Βαρὺς δὲ ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ μέγας, ῥᾳδίως τοῦ ἵππου ἐπιβῆναι οὐκ εἶχε· ἔνθεν τοι καὶ μικρὸν ἀναποδίσας ἐπί τινα δρῦν ἑαυτὸν προσερείσας καὶ τὸν ἀκινάκην σπασάμενος, τάς τε σωζούσας ἀπολωλεκὼς ἐλπίδας, ὁπόσοι τούτῳ τῶν Βαρβάρων συμπλακῆναι κατετόλμων, κατά γε κόρυθος καὶ ὤμων καὶ αὐτῶν δὴ τῶν χειρῶν παίων οὐκ ἐνεδίδου. Ἐπὶ πολὺ γοῦν τοῦτον ἀνέχοντα ὁρῶντες οἱ Βάρβαροι καὶ πολλοὺς κτείνοντα, πολλοὺς δὲ καὶ τιτρώσκοντα, ὑπεραγάμενοι τὴν τοῦ ἀνδρὸς τόλμαν, καὶ τὸ σταθηρὸν αὐτοῦ θαυμάσαντες, τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ διὰ ταῦτα πραγματεύσασθαι ἐβουλήθησαν. C Ὁ δὲ ἀρχισατράπης Μουχούμετ τὴν κλῆσιν, τοῦτον καὶ πάλαι γινώσκων, καὶ τηνικαῦτα ἀναγνωρίσας, ἀνακόπτει μὲν τῆς ὁρμῆς τοὺς αὐτῷ συμπλεκομένους, ἀποβὰς δὲ τοῦ ἵππου μεθ' ὧν ἔτυχε προσελθὼν, ἔφη· *Μὴ πρόκρινε τῆς σῆς σωτηρίας τὸν θάνατον, ἀλλὰ δίδου μοι χεῖρα καὶ σῴζου.* Ὁ δὲ ὑπὸ τοσούτων περιστοιχούμενον ἑαυτὸν ὁρῶν καὶ μὴ πρὸς τοσούτους ἀντέχειν ἔτι δυνάμενον, δίδωσι χεῖρας τῷ Μαχούμετ [76]. Καὶ ὃς ἔφιππον τοῦτον ἐπιβιβάσας τοὺς αὐτοῦ πόδας δεσμεῖ, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἀποδρᾶναι δύνασθαι.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[75] ἐμάχοντο.

A Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῷ Εὐσταθίῳ συμπεσόντα. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ, στοχασάμενος τῆς ἀτραποῦ δι' ἧς διιέναι ἔμελλον, ἄλλην τραπόμενος, διά τε τῆς Νικαίας διελθὼν καὶ τῶν Μελαγίνων [77] (50), καὶ τῶν οὕτω καλουμένων Βασιλικῶν (ταῦτα δὲ τέμπη εἰσὶ καὶ δύσβατοι ἀτραποὶ, περὶ τὰς ἀκρολοφίας τοῦ Ὀλύμπου διακείμενα), κατέρχεται εἰς τὰ Ἀληθινὰ, κἀκεῖσε καταλαμβάνει τὴν Ἄκροκον, ἐπειγόμενος προκαταλαβεῖν ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν τοὺς Τούρκους καὶ οὕτω καρτερῶς μετ' αὐτῶν συνάψαι τὸν πόλεμον. Οἱ δὲ, μηδὲ μνείαν ὅλως Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος εἰς νοῦν λαβόντες, τὸν κατὰ τὴν τέμπειαν διακείμενον καλαμῶνα καταλαβόντες ἐκεῖ που περιχυθέντες ἐξέκειντο. Ἐπεὶ δὲ ἀπηγγέλη τῷ αὐτοκράτορι ἀπερχομένῳ κατ' αὐτῶν τὴν πεδιάδα τῆς **B** τεμπείας τοὺς Βαρβάρους καταλαβεῖν ἀπὸ διαστήματος ἱκανοῦ, τὸ στράτευμα εἰς πολέμου τόπον καταστήσας καὶ παραταξάμενος, ἔμπροσθεν μὲν Κωνσταντῖνον τὸν Γαβρᾶν καὶ τὸν Μοναστρᾶν ἔταξεν, ἐφ' ἑκάτερα δὲ ἰλαδὸν καταστήσας τὸ στράτευμα, τὴν οὐραγίαν τῷ Τζιπουρέλῃ καὶ τῷ Ἀμπελᾷ πολλὴν τὴν τοῦ πολέμου πεῖραν ἐκ μακροῦ ἐσχηκόσι δέδωκε· τὸ δὲ μέσον τῆς παρατάξεως αὐτὸς διέπων ὅλας συνετάραττε φάλαγγας, καὶ οὕτως ὥσπερ κεραυνὸς τοῖς Τούρκοις ἐμπεσὼν, καρτερὸν τὸν μετ' αὐτῶν συνῆψε πόλεμον. Πολλοὶ μὲν οὖν τηνικαῦτα κτείνονται τῶν Βαρβάρων, ἀγχεμάχου τῆς μάχης γεγονυίας· πολλοὶ δὲ καὶ δορυθήρατοι ἄγονται. Οἱ δὲ τῷ καλαμῶνι προσπεφευγότες **C** τέως ἐσώζοντο. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, λαμπρὰν τὴν κατ' αὐτῶν νίκην ἀράμενος, πρὸς τὸν καλαμῶνα ἐπιστραφεὶς, ἔσπευδε κἀκεῖθεν τούτους ἀπελάσαι. Οἱ δὲ στρατιῶται διὰ τὸ βαλτῶδες καὶ πυκνὸν τοῦ καλαμῶνος μὴ δυνάμενοι εἰσιέναι ἐν ἀμηχανίᾳ ἦσαν. Καὶ ὃς, περιζώσας τὸν καλαμῶνα διὰ τῶν στρατιωτῶν, πῦρ ἐκ μέρους τοῦ καλαμῶνος ἀφεῖναι ἐπέταξε. Τούτου δὲ γενομένου, ἡ φλὸξ εἰς ὕψος ἦρτο μέγα. Οἱ δὲ ἐντὸς φεύγοντες τὸ πῦρ, εἰς τὰς τῶν στρατιωτῶν ἐνέπιπτον χεῖρας· καὶ τούτων δὲ, οἱ μὲν παρανάλωμα ξίφους ἐγίνοντο, οἱ δὲ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἤγοντο.

Hactenus de casu Eustathii. At imperator provisum conjectura callem quo progressuri erant Barbari, declinans alio, vitavit; et per Nicæam transiens, perque Melagina, et per eum locum cui Basilica nomen est (valles hæ sunt angustæ ostiaque ac difficillimi atque impeditissimi meatus circum Olympi juga siti) descendit in locum Alethina vocatum, indeque Acroeum se confert, festinans præoccupare ne priores eo pervenirent Turci primi agminis, quibuscum ibi, antequam cæteri adessent, committere prælium decreverat. Horum et Romani plane omnis quem contemnebant, nec ubi aut quid agerit, omnino sibi curandum cogitandumve censebant, securi Turci quos diximus, arundinetum ad istam vallem positum occupant, in idque circumfusi procumbunt passim. Ibi esse illos, secureque agere nuntiatum imperatori est contra ipsos venienti per planitiem vallis, sed adhuc intervallo idoneo distanti. Hic ille aciem struit in hunc modum. Primo agmini fronte adversa hostibus objecto duos præfecit Constantinum Gabram et Monastram. Ex utroque latere turmatim reliquum exercitum disposuit. Postremum agmen Tzipureli et Ampelæ viris longo usu experientissimis rei bellicæ, regendum commendavit; mediam ipse sibi sumpsit moderandam aciem, ac phalangas aspectu ingressuque primo conturbans totas fulminis more modoque in Turcos irruit, acreque cum iis prælium conserit. Admovetur ad manus pugna. Multi cadunt Barbarorum; multi capiuntur. Alii sese in arundineæ silvæ profundum penitus abdentes præsenti tum quidem sibi periculo defuncti videbantur. Verum imperator omnibus qui in campo puro steterant egregie devictis, animum adjecit ad eos quoque qui sub obtentu arundinum mussabant, extrahendis inde. Cæterum Romani cum irrumpere in saltum cannis consitum tentarent uliginosa mollitie palustris loci, vestigium alto luto penitus sorbentis deterrebantur. Pendebant dubitatione cuncti, quam præsenti consilio Augustus expedivit. Jubet corona undique armatorum circumcingi arundinetum; tum in id una dumtaxat ex parte ignes injici; ardentibus repente densa copia cannis exsurgit alte flamma, cujus vim Turci metuentes e periculosis latebris in manus nostrorum obsidentium fugientes inciderunt omnes. Horum pars gladio absumpti, pars ad imperatorem vivi ducti sunt.

D Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τοὺς ἀπὸ τοῦ Καρμὲ κατελθόντας Βαρβάρους. Ὁ δὲ Ἀμὴρ Μουχούμετ, μεμαθηκὼς τὴν συμφορὰν τὴν περὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Καρμὲ Μουσουλμάνους, κατόπιν εὐθὺς ἐλαύνει τοῦ βασιλέως ἑνωθεὶς μετὰ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Τουρκομάνων καὶ τῶν λοιπῶν. Ὥστε

Hactenus de re gesta adversus eos Barbaros qui a Carme descenderant. **442** De qua ut primum factus est certior Amer Machumet, repente tot Musulmanorum ulcisci cladem cupiens, infestus in imperatorem movit, junctis etiam sibi Turcomanis qui per Asiam degebant, aliisque. Itaque tunc con-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[76] Μαλαγίνων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(50) *Μελαγγίνων*. Oppidum ad Olympum montem (qui Mysiæ cognominatur a Ptolemæo, et Constantino, lib. I *De themat.*) olim Μελάγγεια, ævo recentiori Μάλαγνα nuncupatum, ut est apud Zonaram in Michaele, seu Μαλάγινα, ut est in VII synodo œcumenica, pag. 475, edit. 1618. Occurrit prior appellatio apud Theophanem, an. 1 Nicephori general. Nicetam in Man. lib. I, n. 2; lib. III, n. 3; n. 2; Alexio lib. I, et Pachymerem, lib. II, cap. 8; posterior apud Annam, lib. XV: Landulfum Sagac. lib. XXIII et XXIV, apud quem male editum *Malagma*, pro *Malagna*. Montem fuisse opinatur vir magnus, at Nicetas diserte oppidum vocat.

tigit in medio positum Augustum instare simul hosti, simul a tergo habere hostem alterum sibi vicissim instantem. Nam quos ducebat Machumetes Barbari, vestigia imperatoris indagatione acri cupidi premebant : interim dum Augustus ipse utrinque conclusus, eos qui a Carme venerant ante se positos insequebatur. Sed bene habet quod mature altera ex parte gloriosum sibi exitum vincendo rupit deprehensa virtus : securusque jam Romanus ancipitis mali, quas ad conficiendum hostem alterum vires modo erat feliciter expertus, eas integras et fiducia læti successus auctas in reliquam belli partem spe optima vertebat. Urget nihilominus Machumetes cœptum, et quo ruebat impetu cito in postremum imperatoris agmen incidit, eique primum se admovit ejus parti cui Ampelas præerat. Is vicinia imperatoris fretus, alioqui natura projectus ad audendum, ne tantillum quidem sumere sibi spatii sustinuit quo se colligeret suosque compararet ad hostilem impressionem excipiendam fortiter, sed præceps repente in Machumetem procurrit. Sequebatur et Tzipureles. Jamque ambos suus cursus ad ruinas vici veteris provexerat solos, militibus ipsorum nondum eo progressis, sed retro adhuc intervallo idoneo viam legentibus, cum ecce fit eis Machumetes obvius. Vir is erat animi præsentis ; vidit statim occasionem suam, et equum Ampelæ jaculo transfigens cum eo equitem humo affligit, adhuc quidem innoxium. Sed circumfusi jam pediti Turci magno numero mox interfecerunt. Irruit in eos audacia ingenti fortissime Tzipureles. Cujus equum ita multis illi undique telis hærentibus confixerunt, ut alatus videretur. Sic et hunc ephippiis excussum gladio statim confecere. Interea qui postremum agmen Romani exercitus (hoc agmen in id officii descriptum et loco ultimo pone collocatum est, ut vasorum bajulos, si qui lentiores sint, aut lassi subsistant, tueantur; neque ipsis solum, sed jumentis etiam et sarcinis præsidio sint : et si qua se ostentet a tergo manus hostilis, irruere contra sint parati), hoc, inquam, postremum exercitus tum Romani qui complebant agmen, ubi tandem gradu militari post duces juveniliter prægressos procedentes, Turcos obvios viderunt, facile ipsos fundunt fugantque in eos invecti totis viribus. Erat tunc in istis Turcorum castris captivus et vinctus is de quo supra diximus Camytzes. Is perturbationem Turcici exercitus fracti conflictu primo conspicatus inter illos reciprocos fugientium sequentiumque æstus ac fluctus stabili vir animo, quam dudum opperiebatur occasionem in tempore arripuit captivitatis fuga finiendæ. Commodum viam ingresso Gallus occurrens quidam cataphractus, equum dedit : quo ille conscenso ad imperatorem cito perlatus est, castris positis morantem in planitie prope vallem arctam **443** Philadelphiam inter et Acrocum sitam, latissime patente : adeo ut multis una simul capiendis exercitibus sufficiat. Incredibile est quan-

ξυνέβαινε τὸν αὐτὸν διώκειν τε καὶ διώκεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Μαχούμετ Βάρβαροι, τὸν αὐτοκράτορα ἰχνηλατοῦντες, ἐδίωκον· ὁ δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Καρμὲ μεταπορευόμενος ἦν, ὥστε μέσον ἀμφοῖν ἐναπείληπτο. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔφθασε νενικηκὼς, οἱ δὲ διώκοντες ἔξω κακῶν εἱστήκεισαν ἔτι. Ἐπεὶ δ' ἀθρόον τῇ οὐραγίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος προσέπεσεν ὁ Μαχούμετ, πρώτως περιτυγχάνει τῷ Ἀμπελᾷ. Ὁ δὲ, ἐν αἰσθήσει τοῦ αὐτοκράτορος ὢν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιπλέον θαρσήσας, καὶ ἄλλως θρασὺς ὢν ὁ ἀνὴρ, μηδὲ πρὸς μικρὸν περικαρτερήσας[78] ὥστε σὺν εὐταξίᾳ τὴν μετὰ τῶν Τούρκων προσβολὴν δέξασθαι, κατὰ τοῦ Μαχούμετ ἵεται. Παρείπετο δὲ καὶ ὁ Τζιπουρέλης, περὶ παλαιοχώριον δέ τι γενομένῳ, μήπω τῶν ὑπ' αὐτὸν[79] στρατιωτῶν ἐφθακότων, καταλαμβάνει τούτους ὁ Μουχούμετ, σταθηρότατος ὤν· τὸν ἵππον δὲ τοῦ Ἀμπελᾶ, οὐ τὸν ἱππότην, διὰ βέλους πλήξας κατὰ γῆς ἔρριψεν. Ὃν θεασάμενοι οἱ Τοῦρκοι πεζῷ περιτυχόντες, κτείνουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὸν Τζιπουρέλην ἀναισχύντως κατ' αὐτῶν ἱέμενον ὁρῶντες, τὸν ἵππον ἐν ᾧ ἐπωχεῖτο, πτερώσαντες οἷον τοῖς βέλεσιν, ἔξεδρον αὐτὸν ἐποίησαν, καὶ διὰ μαχαίρας παραχρῆμα ἀνεῖλον. Οἱ δὲ τὴν οὐραγίαν τηροῦντες στρατιῶται ὥστε τοὺς κεκοπιακότας τῶν τὰς σκευὰς τηρούντων στρατιωτῶν καὶ τοὺς ἵππους φρουρεῖν καὶ τοὺς κατ' αὐτῶν ἱεμένους ἀπελαύνειν ὡς δύναμις, καταλαβόντας θεασάμενοι τοὺς Τούρκους κατ' αὐτῶν ἵενται καὶ τρέπουσιν αὐτοὺς κατακράτος. Ἐπεὶ δὲ ὁ Καμύτζης μετὰ τῶν Τούρκων τηνικαῦτα δέσμιος, παρῆν τὴν γενομένην σύγχυσιν ἐν τῇ συμβολῇ τῆς μάχης θεασάμενος, καὶ τοὺς μὲν φεύγοντας, τοὺς δὲ διώκοντας ὁρῶν, σταθηρὸς ὢν δρασμὸν μελετήσας τῆς ὁδοῦ εἴχετο. Περιτυχὼν δὲ αὐτῷ κατάφρακτός τις Κελτὸς, τὸν ἵππον δίδωσι, καὶ καταλαμβάνει τὸν αὐτοκράτορα περὶ τὴν πεδιάδα τῆς τεμπείας αὐλιζόμενον μεταξὺ Φιλαδελφείας καὶ Ἀκροκοῦ διακειμένην, οὐχ ἑνὶ, ἀλλὰ πολλοῖς ἀποχρῶσαν στρατεύμασιν. Τὸν δὲ[80] Καμύτζην θεασάμενος μεγάλως αὐτὸν ἀποδεξάμενος καὶ σῶστρα τῷ ῥυσαμένῳ τοῦτον Θεῷ θύσας, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐκπέμπει, Εἰπὲ, λέγων, ὅσα πέπονθας καὶ ὅσα ἑώρακας, καὶ τὴν ἡμῶν σὺν Θεῷ τοῖς ἡμετέροις κατάγγειλε[81] ζωήν. Μεμαθηκὼς καὶ τὴν σφαγὴν τοῦ Ἀμπελᾶ καὶ τοῦ Τζιπουρέλη, καὶ λίαν ἐπὶ τῇ τούτων σφαγῇ περιαλγήσας ὁ αὐτοκράτωρ τὴν ψυχὴν, ἔφη· *Δύο δόντες ἕνα ἐλάβομεν*. Ἔθος γὰρ αὐτῷ, ὁπηνίκα νικήσειέ τινα πόλεμον, ἀνερευνᾷν εἴ τις ἑάλω τῶν στρατιωτῶν, εἴ τις ἔργον ἐγεγόνει πολεμίας χειρός· καὶ κἂν ὅλας ἐτρέψατο φάλαγγας, καὶ νίκην τὴν κατ' αὐτῶν ἤρατο, ξυμβέβηκε ἕνα που τυχὸν καὶ τῶν ἐσχάτων στρατιωτῶν ἀπολέσθαι, τὸ τῆς νίκης εἰς οὐδὲν ἐλογίζετο πρᾶγμα, καὶ Καδμείαν ὡς ἀληθῶς νίκην τὴν νίκην ἐκείνην ἡγεῖτο, καὶ ἀντὶ κέρδους ζημίαν.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[78] περιμείνας τοὺς μετ' αὐτόν. Sed περιμείνας sciptum altera manu. [79] αὐτούς. [80] ὁ δὲ τόν. [81] κατάγγειλον

Cum imperatori gaudium Camytzæ conspectus attulerit; excepit gratulatione ingenti, ac pari significatione charitatis reditum non minus opportunum quam insperatum viri tantæ famæ ac fidei, sibi peculiariter chari; moxque persolutis Deo, quæ pro salute liberati mirabiliter amicissimi capitis hostiæ gratiæque debebantur, eumdem curriculo festinare in urbem jubet, nuntium illic futurum eorum quæ vidisset, quæque passus esset. Nostris quoque, ait, referes valere nos et vivere. Cæterum hanc Camytzæ redditi lætitiam statim absorbuit mœror ingens, quo penitus affectus est imperatoris animus ad tristem nuntium eodem tempore perlatum de cæde miserrima Tzipurelis et Ampelæ. Nec consolatio valebat dicentium acerba lætis compensari, quos contra sic excipiebat Augustus, luctu se involvens suo : *Unum recipimus, duos amisimus; abundant gemendi causæ; et altero tanto excedi nostrum gaudium a dolore nostro æquum est.* Erat imperator Alexius natura supra quam credi potest molli ad sensum jacturæ militum suorum. Ita ut si bello forte aliquo præclara victoria confecto, recensendis ut solebat catalogis suorum comperisset, vel captum vel cæsum militum aliquem, etiam si totos numerosissimos exercitus hostiles splendidissime prælio vertisset, gaudere in sinu nequibat, hac intercedente molestia; cum quantumvis amplum tropæi vel gloriosissimi decus nimio emptum arbitraretur, si modo in id unius etiam gregarii caput aut cruor foret militis impensus, adeo quidem ut totam ejusmodi victoriam faceret nihili, Cadmeamque reputaret, ac magis noxiam quam utilem.

Αὐτὸς δὲ ἡγεμόνας τινὰς μετὰ τῶν ὑπὸ αὐτὸν στρατιωτῶν ἐς φυλακὴν καταστήσας τῆς χώρας Γεώργιον τὸν Λεβούνην καὶ ἑτέρους, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν νικητὴς ἐπανήει. Ὁ μὲν οὖν Καμύτζης, καταλαβὼν τὸ Δάμαλιν καὶ ἐν ἀμφιρύκῳ εἰσελθὼν περὶ μέσην φυλακὴν τῆς νυκτὸς, ἐπεὶ τὴν βασιλίδα εἰς τὰ ὑπερκείμενα τῶν ἀνακτόρων ἐγίνωσκεν οὖσαν· κεῖθι καταλαβὼν πατάσσει τὴν περὶ τὸν αἰγιαλὸν πύλην (51). Τῶν δὲ ἐρομένων τίς ἂν εἴη, τὴν ἰδίαν οὐκ ἤθελεν ἀποκαλύπτειν κλῆσιν, ἀλλὰ τὰς πύλας ᾐτεῖτο ἀπογυμνωσθῆναί οἱ. Μόγις οὖν τοὔνομα ἀνακαλύψας παραχωρεῖται τῆς εἰσόδου. Ἡ δὲ Αὐγούστα, περιχαρὴς γεγονυῖα, ἐδέξατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοιτῶνος θύρας, Ἀριστήριον (52) τοῦτο πάλαι ὀνομαζόμενον. Θεασαμένη δὲ τοῦτον Τουρκικῶς ἐσταλμένον, καὶ θατέρων τῶν ποδῶν χωλεύοντα, διὰ τὸ πληγῆναι ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης, περὶ τοῦ αὐτοκράτορος πρώτως ἐρομένη, καθεσθῆναι ἐπέταξεν εἶτα περὶ πάντων πυθομένη, καὶ τὴν καινὴν ἐκείνην ἐξ ἀπροσδοκήτου νίκην μεμαθηκυῖα τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ τὸν δορυάλωτον ἐλεύθερον ὁρῶσα, οὐκ εἶχεν ἐφ' ἡδονῆς ὅ τι καὶ γένοιτο. Ἐπέτρεψε δὲ τοῦτον διαναπαύσασθαι μέχρις ἡμέρας, κἄπειτα ἐξελθόντα τὰ συμβεβηκότα διακηρυκεύειν ἅπασιν. Καὶ ὁ μὲν, πρωΐθεν ἐξαναστὰς

Cæterum his rebus ibi gestis, præfectisque custodiæ regionis ejus Georgio Lebune, ac ducibus aliis, quibus quas secum habebat copias reliquit, ipse in urbem regiam victor revertitur. Eo præcesserat præmissus uti diximus Camytzes; qui ad Bosphorum nave conscensa circa mediam noctis custodiam ad superius palatium ubi diversari Augustam didicerat, appulsus, portam littori vicinam pulsat. Custodibus vero intus percontantibus quis esset, edere nomen suum initio nolebat, sed pandi sibi confestim jubebat ostia. Verum cum in eo perseverarent janitores ut ille quiqui esset tali tempore admitti flagitans pro patefactione januæ nominis editionem pacisceretur, tandem professus se Camytzen introductus illico est, atque ab Augusta præsagio jam tum quodam animi gaudium anticipante nuntii felicis exceptus est extra cubiculi januam in loco qui veteri nomine Aristerium vocatur. Ibi prima perculit oculos admiratio ex specie insolente, quod Turcico vestitu homo Romanus uteretur, et Camytzes quem omnes norant recte solitum incedere, utroque nunc pede claudicaret, ex vulneribus videlicet in prælio acceptis. Nulla tamen de re prius quam de imperatore imperatrix percontata, considere deinde hominem voluit : illoque mox cuncta referente, ad

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(51) *Πύλην*. Portam Magni palatii, de qua Tyrius, lib. xx. cap. 25.

(52) *Ἀριστήριον*. Recte conjectat doctus interpres ἀριστήριον esse eam Magni Palatii exedram, in qua epulabatur imperator, quam in celsiore palatii parte exstitisse innuit, Bucoleontis appellatione donata, uti observatum supra. *Pransorium* dicunt Latini, si Joanni de Janua fides : *Pransorium, domus, vel locus ubi prandetur.* Ita δειπνιστήριον, *cænaculum* vertit vetus Glossarium. In *Originibus CP.* a Combefisio editis : Ἀπετμήθη εἰς ἓν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ φόρου, ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ πρῶτα ὑπῆρχεν, *quo loco prius prandia erant*, id est, locus in quo publicæ, plebi præbebantur epulæ. Nec, opinor, alii fuit usui locus in circo Πρανδιάρα dictus in *Chron. Alexandrino*, an. 12 Arcad., quod ibi nempe publica agerentur convivia et *prandia*. *Delphicum*, hanc palatii exedram, proprio et genuino vocabulo, nuncupabant Græci, a voce *delphica*, quæ abacum, seu mensam significat, in qua reponebantur vasa et pocula, de qua Cujacius, lib. 10 *Observat.* cap. 13; et Turnebus, lib. xxvii *Adversar.* cap. 15. Id diserte docemur a Procopio, lib. i *De bello Vandal.* Τότε δὲ Βελισάριος, ἐπεὶ ὁ καιρὸς εἰς τοῦτο ἧγεν, ἄριστον σφίσιν ἐκέλευε γενέσθαι, οὗ δὴ Γελίμερ τοὺς τῶν Βανδήλων ἡγουμένους ἑστιᾷν εἰώθει. Δέλφικα τὸν τόπον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, οὐ τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ, ἀλλὰ κατὰ τὸ παλαιὸν ἑλληνίζοντες· ἐν Παλατίῳ γὰρ ἐπὶ Ῥώμης ἔνθα ξυνέβαινε στιβάδας τῶν Βασιλέων εἶναι, τρίπους ἐκ παλαιοῦ εἱστήκει, ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι **412** ἐτέθεντο. Δέλφικα δὲ τὸν τρίποδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ ἐν Δελφοῖς ἐγένετο. Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ ὅπη βασιλέως εἶναι στιβάδα ξυμβαίνει, Δέλφικα καλοῦσι τοῦτο τὸ οἴκημα. Hinc lumen accipit Victor Tunnensis in Chron. : *Vitalianus Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Justiniani patricii factione dicitur interfectus fuisse.*

A mentionem mirabilis illius atque insperatæ Augusti victoriæ, et liberationis inopinatissimæ ducis strenui, quem ex misere captivo mire jam liberum coram se intuebatur, tantis perfusa lætitiis est, ut nec **444** dissimulare gestiens gaudium, nec signis id testari celebrareque satis ullis posset. Jussit porro quiescere Camytzen usque ad lucem : tunc autem prodire et vulgare in omnes passim quæ ferebat. Fecit ille ut mandatum erat, et exsurgens luce prima, equoque inscenso, eo qui forte primus præsto properanti fuit, usque ad forum Constantini progressus palam est, illis ipsis insignis vestibus quibuscum mirabiliter e vinculis servitutis Turcicæ liber evaserat. Movit insuetus cultus noti hominis totam passim civitatem in curam studiumque cognoscendi, quid hoc rei esset quidve sibi vellet aut B afferret novi homo civis natalibus, insignibus Barbarus, sese de industria ostentans, quem adesse recentem ab exercitu atque ab Augusto erat verisimile ; de quibus cum dudum nihil esset auditum magnum erat publice desiderium in urbe, quo salus imperatoris resque summa loco esset. Brevi ergo congregata circum se undique concione magna perpetuo crescente occurrentium equitum mistim peditumque, alta exorsus Camytzes voce, belli casus universos fortunamque Romani exercitus, consiliaque Augusti ac prudentissimam rei contra Barbaros gerendæ rationem, postremo ejusdem splendidam victoriam qua cumulatissime Turcos esset ultus, exposuit; adjecit post omnia suam ipsius fugam e Barbarorum vinculis inopinatissimam. Dedit ad ea voces indices gaudii ingentis multitudo tota; mistusque acclamationum et plausuum sonus in cœlum usque sublatus est, nec in foro gratulatio constitit. Dicitur illinc in vicos urbis domosque fama permeat, sermones una in re omnium linguasque occupans; in celebrandis prædicandisque heroicis facinoribus Alexii Augusti. Non immerenti obveniebat tantus honor. Sane enim si quis reputet quanta tum incubuerit in Romanam rem inclementia fortunæ; quanti ei funestorum casuum infestorumque discriminum vehementissimi contra fluctus incurrerint; quæ denique circa ipsum remque publicam toto principatus ejus tempore continuo undique affluxerit eluvies malorum : næ is facile statuet, nequaquam usitatas esse debuisse viri virtutes; non, inquam, prudentem illum; acrem ac strenuum vulgari modo duntaxat fuisse, verum summa excelluisse laudum istarum præstantia, sic enim erat opus ut tantam vim ingruentium periculorum vel consilio declinaret, vel animo perrumperet, cum præsertim ejus virtus proficere adversis videretur, exsistereque semper fortior ex omni fortunæ lucta, usque in fiduciam ejus jam ultro lacessendæ.

καὶ ἐπιϐὰς ἵππου τινὸς μετα τῶν ἐσθήτων ἐκείνων μεθ' ὧν ἀφῖκτο τῆς αἰχμαλωσίας παραδόξως ἐλευθερωθεὶς, ἐπὶ τὸν Κωνσταντίνιον φόρον ἐλήλυθε. Καὶ πᾶσα ἡ πόλις εὐθὺς ἐπ' αὐτῷ ἐκεκίνητο, ὁμοῦ τε καὶ τὰ κατ' αὐτὸν μαθεῖν ἐπειγομένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα πλέον ποθοῦσα. Αὐτὸς δὲ περιστοιχησάντων αὐτῷ ἱππέων πολλῶν καὶ πεζῶν τά τε κατὰ τὸν πόλεμον λαμπρῷ τῷ στόματι διηγήσατο, καὶ ὅσα τότε ξυνέκυρσε [82] κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος, καὶ δὴ καὶ ὁπόσα ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν Βαρϐάρων ἐμηχανήσατο, καὶ ὅπως ἤρατο νίκην λαμπρὰν πολλαπλασίαν τὴν ἐκδίκησιν ποιησάμενος, καὶ τέλος ἐπέθηκε τὴν παράδοξον ἑαυτοῦ τῶν Βαρϐάρων φυγήν. Οἷς ἐπεφήμησεν ὅλον τὸ πλῆθος, καὶ μέχρις αἰθέρος ὁ κρότος τῆς εὐφημίας ἀνεληλύθει. Ταῦτα μὲν οὕτως ἐτετέλεστο· καὶ ἡ Κωνσταντίνου ἐνεπέπληστο τῶν τοῦ βασιλέως κατορθωμάτων. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ὅσον μὲν ἀπὸ τῆς τύχης δυσχερέσι πράγμασιν ὡμιλήκει καὶ ἀντίξως ἔχουσι πρός τε αὐτὸν καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα, καὶ ὅλως δυστυχημάτων πλήθει περιεῤῥεῖτο· ἀλλ' ἥ γε ἀρετὴ τούτου καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ δραστήριον ἀντέϐαινε καὶ φιλονείκως εἶχε πρὸς ἅπαν δυστύχημα.

Equidem memoriam annalium animo replicans, C vere dictura mihi videor, neminem eorum qui ante Alexium habenas imperii tractarunt Romanorum principum, tot tamque variis unum fuisse incommodorum generibus exercitum, sive perplexitates negotiorum inextricabiles reputes, sive hominum quibuscum illi res fuit, civium, externorum, domi, militiæque feros mores consideres acerbasque naturas. Atque hujus ego infaustæ sortis et quasi fati mei patris, non utique periodis astrorum, et vi arcana natalium siderum connexæ necessitati causas ascripserim : sed vel Dei sapienti providentiæ, **445** laborare Romanam rem, quod sic oporteret, juste permittenti, vel imprudenti negligentiæ præcedentium principum, quorum continuata longo D tempore incuria, sensim et quasi guttatim collige-

Οὐδενὶ γὰρ τῶν ἀνέκαθεν βασιλέων καὶ εἰς τὴν τήμερον ὄντων πραγμάτων ἐπιπλοκὴ καὶ μοχθηρία [83] παντοδαπῶν ἀνθρώπων καὶ οἴκοι καὶ θύραθεν [84] προσεπέλασεν ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος εὕρομεν. Εἴτε γὰρ ἔδει πονήρως διατεθῆναι τὰ τῶν Ῥωμαίων Θεοῦ παραχωροῦντος (οὐδὲν γὰρ ἂν ἀπὸ τῆς ἀστρῴας περιφορᾶς ἐξαπτοίμην ποτὲ τὰ ἡμέτερα), εἴτε ἀπὸ τῆς τῶν προϐεϐασιλευκότων ἀϐουλίας εἰς τόδε καταστάσεως τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς δυναστείας ἔστη, ὄχλος [85] πραγμάτων καὶ πολυκύμαντος τάραχος ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς βασιλείας τοὐμοῦ πατρὸς συνελήλυθεν. Ἅμα γὰρ κατὰ ταὐτὸν καὶ Σκύθης ἀπὸ Βοῤῥᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἑσπέρας Κελτὸς, καὶ ἐξ ἀνατολῶν Ἰσμαὴλ ἐτετάρακτο, χωρὶς τῶν ἀπὸ θαλάσσης κινδύνων, ἄνευ τῶν θαλασσοκρατούντων Βαρϐάρων, ἄνευ τῶν πειρατικῶν ἀναρίθμων

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[82] συνέκρουσε. [83] ἐπιπλοκὴν καὶ μοχθηρίαν. [84] Desunt voces καὶ οἶκοι καὶ θύραθεν. [85] ὄχλος πολύς.

νεῶν, ἃς ἡ τῶν Σαρακηνῶν ἐτεκτόνευσε μῆνις, ἃς A ἡ τῶν Οὐετόνων συνεπλέξατο πλεονεξία, καὶ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δύσνοια· καὶ γὰρ ἐποφθαλμῶσι πάντες αὐτῇ. Φύσει γὰρ οὖσα δεσπότις τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἡ βασιλεία Ῥωμαίων ἐχθρωδῶς διακείμενον ἔχει τὸ δοῦλον, καὶ ἐπειδὰν ἐπιδράξαιτο καιροῦ, φέρεται ἄλλος ἄλλοθεν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἕκαστος. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρότερον καὶ τὰ τῆς πρὸ ἡμῶν βασιλείας ἐλαφρότατα ἦν καὶ κουφότερα· ἐπὶ δὲ τοὐμοῦ πατρὸς ἅμα τε ἐπιβεβήκει τοῦ βασιλικοῦ ἅρματος, καὶ εὐθὺς ἐπισυνέῤῥευσεν ἁπανταχόθεν ἅπαντα τὰ δεινά. Καὶ ὁ Κελτὸς ἐκεκίνητο, καὶ ἐδείκνυ τοῦ δόρατος τὴν ἀκμήν· καὶ ὁ Ἰσμαὴλ τόξον ἐνέτεινε, καὶ τὸ Νομαδικὸν ἅπαν ἔθνος καὶ Σκυθικὸν ὅλαις ἁμάξαις παμμυρίαις ἐπέβρισεν. Ἀλλ' ἴσως B τις, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος καὶ ἐντυγχάνων τῷ συγγράμματι, δεδεκασμένην εἴποι τῇ φύσει τὴν γλῶσσαν. Ἐγὼ δὲ οὐ μὰ τοὺς τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων εὐδαιμονίας κινδύνους, οὐ μὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἀθλήματα καὶ τὰς συμφορὰς, ἃς ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἐπεπόνθει, οὐχ ἔγωγε χαριζομένη τῷ ἐμῷ πατρὶ τὰ τοιαῦτα καὶ λέγω καὶ γράφω. Ἤ γε [86] καὶ ὅπη τὸν πατέρα σφαλλόμενον ἴδοιμι, ἄντικρυς καὶ παραβαίνω τὸν νόμον τὸν φυσικὸν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐξέχομαι, φίλον μὲν καὶ τοῦτον ἡγουμένη, φιλτέραν δὲ τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα. Ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὥς πού τις ἔφη φιλόσοφος, κράτιστον προτιμᾷν τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἐπακολουθοῦσα, καὶ μήτε προστιθεμένη παρ' ἐμαυτῆς μήτε ὑφαιροῦσα, τὰ ξυμπεσόντα καὶ C λέγω καὶ γράφω. Καὶ ἐγγύθεν ὁ ἔλεγχος· οὐ γὰρ εἰς μυριοστὸν ἔτος ἀνάγω τὸ σύγγραμμα. Ἀλλ' εἰσὶν οἵτινες εἰς τὴν τήμερον περιόντες καὶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἐγνωκότες, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἀφηγούμενοι, ἀφ' ὧν καὶ οὐκ ὀλίγα τῆς ἱστορίας ἐνταυθοῖ συνηράνιστο, ἄλλων ἄλλο τι διηγουμένων καὶ μεμνημένων ὧν ἕκαστος ἔτυχε, καὶ πάντων ὁμοφωνούντων· τὰ μὲν γὰρ πλείω καὶ ἡμεῖς συνῆμεν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ συνειπόμεθα. Οὐ γὰρ ἦν τὸ ἡμέτερον τοιοῦτον οἷον οἰκουρικὸν καὶ ὑπὸ σκιὰν καὶ τρυφὴν στρεφόμενον· ἀλλ' ἐμὲ γὰρ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων (ὄμνυμι τὸν ἐμαυτῆς Θεὸν καὶ τὴν ἐκείνου Μητέρα,) πόνοι καὶ θλίψεις παρέλαβον καὶ συμφοραὶ συνεχεῖς, αἱ μὲν ἔξωθεν, αἱ δὲ οἴκοθεν. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος D ὁποδαπῶς εἶχον οὐκ ἂν εἴποιμι, λεγέτωσαν δὲ ταῦτα οἱ περὶ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ καταλεγέτωσαν· τὰ δὲ ἔξωθεν καὶ ὅσα μοι συνεπεπτώκει οὔπω τὸν ὄγδοον ὑπερελασάσῃ χρόνον, καὶ ὅσους ἐχθροὺς ἡ τῶν ἀνθρώπων μοι κακία παρεβλάστησε, τῆς Ἰσοκράτους Σειρῆνος δεῖται, τῆς Πινδαρικῆς μεγαλοφωνίας, τοῦ Πολέμωνος ῥοίζου, τῆς Ὁμηρικῆς Καλλιόπης, τῆς Σαπφικῆς λύρας, ἢ τινος ἄλλης παρὰ ταύτας δυνάμεως. Οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν δεινῶν οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον, οὐκ ἐγγύθεν, οὐ ποῤῥωτέρω, ὃ μὴ εὐθὺς ἐπέβρισε καθ' ἡμῶν· καὶ δῆτα καὶ ὑπερέσχε σαφῶς τὸ κλυδώνιον· καὶ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν, καὶ

rit hanc vim inexhaustam multiplicium malorum quæ deinde in tempora mei patris redundavit; quando velut conspirantes, a septentrione Scytha, ab occasu Gallus, ab ortu Ismael in Romanum imperium coorti sunt, ut maritima interim pericula sileam; illas, inquam, mari prævalentium Barbarorum piraticas innumerabiles naves quas partim vetus Saracenorum in nos odium et furens ira fabricata est, partim Vetonum avaritia, nec satis unquam dissimulata in Romanum imperium invidia construxit. Quoniam enim Romana res inveterato juris usu dominium in gentes late reliquas obtinet, natura fit ut eam illæ omnes obliquis liment oculis; et communi more ac conditione servientium dominantibus semper infensorum, tacitis, si aliud nequeunt, aversentur odiis, si aliqua spes affulserit, si locus injuriæ patuerit, facultatem in occasione nocendi cupide in rem conferant; et qua latrociniis maritimis qua terrestribus incursionibus in ejus pro se quæque grassentur exitium. Scio periculis istiusmodi exercitos fuisse principatus etiam eorum qui ante patrem meum rei Romanæ clavum tenuerunt. Verum levissima in comparatione nostrorum fuisse illa, et longe tolerabiliora certum est. Simul autem meus parens curru regio conscenso habenas cœpit imperii flectere, irruunt ecce ac velut dato signo irrumpunt undique bella, tumultus, mala omne genus. Etenim et Gallus motus hastæ cuspidem ostendit; et Ismael arcum intendit, et nomadica universa Scytharum gens, sua in nos illa plaustra omnia innumerabilia devolvit. Præoccupanda mihi hoc loco est suspicio lectoris opinaturi forte dum hæc leget ad gratiam scribere me, et linguam filiæ tam ampla de patre memorantis, nihil nisi naturali servire charitati sine respectu veritatis. Non ita est; non, per illas ipsas ærumnas periculorum quas pro felicitate Romanæ reipublicæ pacisci nunquam recusavit Augustus meus parens; non, per ejusdem tot illa certamina, illas calamitates, quas pro Christianis subiit atque perpessus est; non, inquam, non hæc ego gratificans meo patri loquor aut scribo. Quin potius sicubi hallucinatum errasse patrem video, non dissimulo, non parco; nec migrare naturæ legem dubito, dum partes impleo officii suscepti. Veritati nimirum uni hæreo, unam miror sequorque, tota ex una ea pendeo. Amicus utique est pater, at amicior veritas; nam in conflictu affectuum, quantæcunque necessitudini comparanda veniat, fas semper æquumque est prævalere præferrique veritatem, ut recte aliquis philosophus docuit. Hac ego norma scriptionem rego, rerum vestigia gestarum in narrando sequens: nihil ingenio meopte fingens, nihil odio studiove addens aut subtrahens. Quæ vere contigere, non quæ fingi potuere commode mei duco muneris loqui et scribere; ab hac fide si deficio, **446** in

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[86] εἰ δέ.

promptu, in vicino est unde possim rea fraudis peragi. Non enim in decies millesimum abhinc annum scriptionis retro hujus argumentum refero; habito in memoria præsenti; res narro sub oculis gestas testium adhuc superstitum. Vivunt hodieque qui meum viderunt, cognorunt, penitus perspexerunt patrem; qui res ejus et meminerunt et loquuntur adhuc. Horum ego vererer conscientiam si fallerem; nunc metus nullus est ne reprehensores eos mea sentiat narratio quos auctores in non paucis ac fundos habere gloriatur. Cernere videlicet per me omnia et cognoscere non potui; quare defectus observationis oculatæ supplendus in quibusdam fuit auditione alieni testimonii, in quo et delectum et judicium adhibui, ut eos potissimum quaque de re audiendos ducerem, qui et alioqui graves et rei eidem dum gereretur præsentes adfuissent; et multorum talium exceptas affirmationes compararem ipsa invicem, collatisque ac coagmentatis in unum quæ a singulis acceperam, hoc pro constanti haberem quod consensu omnium firmabatur. Hæc de fide rerum quas Historia hæc mea, me absente, gestas memorat. Eæ porro non adeo multæ sunt. Fui enim cum patre meo perdiu; matrem quoque, quo se illa cunque ferret, assectari solita, ærumnosarum etiam illarum atque castrensium individua peregrinationum comes. Etenim non uti fere usu venit cæteris summi loci ac generis puellis, ita mihi quoque in umbra atque in deliciis nutriri contigit, sub operto aprici laris. Sed me ab ipsis incunabulis (testem dicti appello Deum meum, ipsiusque Matrem) labores, incommoda, ærumnæ aliæ ex aliis excepere, partim extrinsecus appulsæ, partim ex domesticis ortæ principiis. Nam corpore ut valuerim, quamque multis ac gravibus jam tum exercita sim morbis equidem ipsa non referam; memorent eos et enumerent ii qui nobis ex officio in regio gynæceo ministrarunt. His igitur omissis, ne externa quidem ego illa potis sum exsequi; vel quæ adversa inciderint in me nondum supra octavum evectam ætatis annum; vel quos ac quantos hominum malitia in me inimicos concitaverit. Opus ad id quidem fuerit Sirene Isocratis, magniloquentia Pindari, torrente Polemonis in dicendo fluxu, denique Homerica munditie ac nitore dictionis, aut alia quapiam ad istas accedente facultate. Nulla enim species mali est, parvi, majoris, longinqui, proprioris quod me subito incidens non oppresserit improviso pondere. Ac videlicet (fatendum est enim) tempestas prævalet; et navem et artem gubernantis alte obruit unda exsuperans; nec finis aut quies ulla. Idem nunc quoque perseverat qui tum fuit vitæ tenor et miseriæ. Urget usque ad extremum fortuna quod cœpit: et me nunc cum maxime hæc ipsa meditantem calamitatum mare quoddam exæstuans aliis super alios effervescentibus incursat fluctibus.

A μέχρις οὗ τὸ σύγγραμμα τουτὶ γράφω ἡ τῶν συμφορῶν ἐμπορεύεταί μοι θάλασσα, καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις καταλαμβάνει τὰ κύματα.

Sed torrente velut quodam cladium mearum longe abreptam de instituto cursu orationis quasi navem nunc demum sentio. Non frustra id in mentem venerit; retorquebo impetum, dirigam remigium in adversas undas, corripiam tranando medium spatium, redditaque loco unde huc sublapsus sine sensu stylus effluxerat, resumam in manus quod tractare argumentum cœperam; eadamque quibus auctoribus didicerim quæ huic Historiæ mandavi. Quædam igitur eorum, ut dicebam, ex mea ipsius hausi memoria, præsentibus a me olim
447 usurpata sensibus. Bellis vero ac præliis quia non interfui, quæ per ea contigerunt referentes varie varios audivi expeditionum patris mei comites, participesque periculorum; taliumque ope velut quorumdam portitorum per interjacentium aquarum spatia reciprocis trajectibus litorum commercia committentium, bellici casus atque successus cæteraque gesta peregre in meam domi degentis no-

B Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον εἰς τὰς ἐμαυτῆς συμφορὰς παρασυραμένη. Νῦν οὖν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσα, ἐπαναγήξομαι καθάπερ ἀνάῤῥουν ποιησαμένη καὶ πρὸς τὰς πρώτας λαβὰς ἐπανέλθοιμι. Τὰ μὲν οὖν, ὡς εἶπον, παρ' ἐμαυτῆς ἔχω, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ξυστρατευσαμένων τῷ αὐτοκράτορι ποικίλως περὶ τούτων μανθάνουσα, καὶ διά τινων πορθμέων εἰς ἡμᾶς διαβιβαζόντων τὰ τοῖς πολέμοις ξυμβεβηκότα. Μάλιστα δὲ καὶ αὐτοπροσώπως περὶ τούτων διηγουμένων πολλάκις ἤκουον τοῦ τε αὐτοκράτορος καὶ Γεωργίου τοῦ Παλαιολόγου. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πολλὰ τούτων συνελεξάμην καὶ κράτιστα ἐπὶ τοῦ μετὰ τὸν ἐμὸν πατέρα τρίτου (53) τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντος, ὅτε καὶ πᾶσα κολακεία καὶ ψεῦδος τῷ πάππῳ αὐτῷ συναπέῤῥευσε [87] πάντων τὸν ἐφιστάμενον μὲν θρόνον κολακευόντων, πρὸς δὲ
C τὸν ἀπεῤῥυηκότα μηδέν τι μὲν θωπείας ἐνδεικνυμένων, γυμνὰ δὲ τὰ πράγματα διηγουμένων, καὶ αὐτὰ λεγόντων ὥσπερ ἐσχήκασιν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, τὰς ἐμαυτῆς συμφορὰς ἀποδυρομένη κατὰ τόδε καιροῦ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[87] συνεπέῤῥευσε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(53) *Τρίτου.* Inde patet Annam ad Manuelis Augusti tempora, viro superstitem, exacto ad minimum ætatis sexagesimo, vitam produxisse, quod etiam ex Niceta docemur: quando vero e vivis excesserit, incertum. Illius sepulcrum in Patriarchio exstare scribit Martinus Crusius, in Not. ad *Hist. politic.*: *Annæ*, inquit, *sepulcrum adhuc exstat in templo Patriarchatus a D. Gerlachio visum. Est id lapideum, non insistens quatuor basibus, sed integro lapide a terra surgens altius quam mensa, ad parietem templi, sicut alicujus Germani principis sepulcrum, incisam habet aquilam.* At unde habuit Gerlachius Annæ nostræ esse tumulum? potuit enim esse alterius Annæ; nam nisi aliunde constet, ex iis probari vix potest.

τρεῖς βασιλεῖς θρηνοῦσα, τὸν πατέρα καὶ αὐτοκράτορα καὶ τὴν ἐμὴν δεσπότιν καὶ μητέρα καὶ βασιλίδα, καὶ τὸν ἐμὸν, οἴμοι! σύζυγον Καίσαρα, ἐγγωνιάζω τὰ πολλὰ, καὶ βιβλίοις καὶ Θεῷ προσανάκειμαι, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀφανεστέροις ἐξέσται τῶν ἀνθρώπων παρ' ἡμᾶς φοιτᾷν, μὴ ὅτι γε δι' ὧν μανθάνειν εἴχομεν, ἅπερ παρ' ἄλλων διακηκοότες ἐτύγχανον, καὶ τοῖς τοῦ πατρὸς οἰκειοτάτοις. Εἰς τριακοστὸν γὰρ τοῦτο ἔτος, μὰ τὰς τῶν μακαριωτάτων αὐτοκρατόρων ψυχὰς, οὐκ ἐθεασάμην, οὐκ εἶδον, οὐχ ὡμιλήκειν ἀνθρώπῳ πατρῴῳ, τοῦτο μὲν τῶν πολλῶν ἀπεῤῥυηκότων, τοῦτο δὲ τῶν πολλῶν ἀπειργομένων τῷ φόβῳ· καὶ [88] τούτοις γὰρ ἡμᾶς κατεδίκασαν οἱ κρατοῦντες τοῖς ἀτοπήμασι, μηδὲ θεατοὺς εἶναι, ἀλλ' ἐστυγημένους τοῖς πλείοσιν.

tiam commeabant. Maxime autem, ac per se curam, quæ viderant gesserantque, ac quorum pars magna fuerant, sæpius audivi memorantes, imperatorem ipsum et Georgium Palæologum. Porro quæ aliis e testibus comperi eorum pleraque ac præcipua quæque collegi imperante illo qui tertius a meo patre Romanam rem gubernavit : quo videlicet tempore omnis adulatio et libido adulterandæ veritatis in gratiam principis dudum mortui plane jam defluxerat : intentisque ut fit oculis spebusque cunctorum in nepotem regio tum insistentem solio, nullus in ullius animo supererat metus aut respectus anxius avi pridem exstincti, sed nuda tantum ac simplex nulliusque suspecta fuci recordatio; narratioque ex ea fluens auctoritatis plena, res uti se habuerant prisca fide repræsentans. Abundabam ego autem otio ad hanc interrogationem seniorum militum quam curiosissime factitandam. Quoniam in domesticum me secessum luctus multiplex abdiderat plenam cladis et calamitatum; et cum alia mala, tum trium longe carissimorum capitum jacturam acerbissimam assidua lamentatione prosequentem; patris nempe imperatoris, matris quoque Augustæ, postremo charissimi, heu mihi! conjugis Cæsaris. Triplex me hic luctus arcet publico, damnat tenebris, sui solatia quærere in libris et in consuetudine cum Deo jubet. Obsequor, lateo, mœstam et solitariam in angulis studio litterarum et religionis vitam impendo, tam severa colloquiorum fuga, ut nemini plane, ne obscuræ quidem sortis, ac sectæ latebras professæ, ingressum ad me homini permittam : nisi si qui sunt a quibus me sperem audire possem aliquid de rebus quas meditor Alexii Augusti, quod ab idoneis ipsi auctoribus acceperint. Ac ne cui genus horum testium suspectum forte sit, sancte profiteor : nullum a me admissum inter illos e numero domesticorum famulorum, clientum aut alio nomine studiosorum patris mei. Juro enim per beatissimorum imperatorum animas neminem a me unum ejus generis totis hisce jam annis triginta visum, conspectum, ad colloquium adhibitum : vel quod plerique horum morte, peregrinatione, aut simili casu quopiam variæ fortunæ longe hinc dilapsi abreptive sunt; vel quod eorum multos a me adeunda in deteriori mea sorte metus quidam deterreat : quod qui, ut sunt vices rerum humanarum nobis, hodie submotis plurimum possunt, tam absurdis nos judiciis notarunt, ut pauci visendos aut alloquio dignandos; plerique publicis aversandos odiis existiment.

Ἃ δὲ συνειλόχειν τῆς ἱστορίας, ἴστω Θεὸς, ἴστω ἡ ὑπερκόσμιος Μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἐμὴ Δεσπότις ἀπό τινων συνελεξάμην ξυγγραμμάτων ἀχρείων καὶ ἀσπουδῶν παντάπασι, καὶ γερόντων ἀνθρώπων στρατευσαμένων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν οὑμὸς πατὴρ των σκήπτρων Ῥωμαίων ἐπείληπτο, χρησαμένων δὲ συμφοραῖς καὶ μετασχηματισθέντων ἀπὸ τῆς κοσμικῆς τύρβης (54) εἰς τὴν τῶν μοναχῶν γαληνιαίαν κατάστασιν. Τὰ γὰρ εἰς χεῖρας ἐμὰς ἐμπεσόντα συγγράμματα ἁπλᾶ μὲν ἦσαν τὴν φράσιν καὶ ἀπερίεργα καὶ τῆς ἀληθείας ἐχόμενα καὶ οὐδέν τι κομψὸν ἐπιδεδειγμένα, οὐδὲ ῥητορικὸν ὄγκον ἐπισυρόμενα, τὰ δὲ παρὰ τῶν γεραιτέρων ἐκδιηγούμενα· τῆς αὐτῆς ἦσαν καὶ λέξεως καὶ διανοίας τῶν συγγραμμάτων ἐχόμενα, καὶ ἐτεκμηράμην ἐξ αὐτῶν τὴν τῆς ἱστορίας ἀλήθειαν, συμβάλλουσα καὶ παρεξετάζουσα τὰ παρ' ἐμαυτῆς ἱστορούμενα πρὸς τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα καὶ τὰ παρ' ἐκείνων πρὸς τὰ παρ' ἐμαυτῆς, ἅπερ αὐτὴ ἐξ αὐτοῦ τε τοὐμοῦ πατρὸς καὶ τῶν πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς

Hactenus de illorum fide quorum auditis ego relationibus ad hujus compositionem Historiæ profeci. Quia vero nonnulla etiam de argumento eodem scripta monumenta in meas manus pervenerunt, quibus me adjutam in hoc opere fateor, quorumque ideo præstare fidem meum est, Deum testor conscium; testor item mundo superiorem Dei ejusdem Matrem ac meam Dominam, fuisse illos Commentarios egregie insignitos notis omnibus **448** incorruptæ veritatis : quippe incompta simplicitate rudes, suspicionemque artis ac fuci situ quodam prisco refutantes. Prorsus ejusmodi qui exacte congruerent moribus auctorum, a consuetudine adulandi et usu sectaque ambitionis aulicæ remotissimis. Scripserant eos videlicet viri natu grandes, ætate ac religione maturi, qui patris olim mei secuti militiam, deinde ob casus adversos vitæ pertæsi, in monasticæ quietis portum e sæculi fluctibus se receperant. Cujus sacri otii cum partem decrevissent conferre aliquam ad mandanda ea litteris quæ memoria sug-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[88] φόβῳ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων παλίῤῥοιαν· καί.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(54) *Κοσμικῆς τύρβης*. Sæcularis turbæ. Lexicon Græc. ms. ex bibl. Reg., cod. 930 : Τύρβη, ἀπόλαυσις, ἢ θόρυβος, τάραξις. Hesychius : Ὑανία, τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία.

gerebat temporis decursi, dicendi genus adhibuerunt facilitatis simplicissimæ, quod pompa liberum choragioque nudum omni, rhetoricum illum fastum ac tumorem sub jugum mitteret inornatissimæ brevitatis; squaloreque isto ipso ac severis rugis plenam auctoritatem præ se ferret fidei quantævis; atque has ego tamen, utcunque tantum sinceritatis instar specie prima monstrantes narrationes, vocare ad examen non omisi: verum ea quæ a religiosis viris scripta legebam, cum iis accurate conferens quæ a senioribus viva voce tradita præsens audiveram, indagabam omnibus vestigiis indubitatissimam veritatem. Vix alia in meam referenda Historiam censens quam quæ concordibus utriusque generis suffragiis ad summæ auctoritatis constantissimam firmitatem niterentur. Ac tanta erat censuræ severitas istius, ut ne mihi quidem ipsi nimis crederem: sed ea quæ per me ipsa compereram, quæ, inquam, meis ego auribus e patris ipsius mei, et tum patruorum tum avunculorum meorum, sæpius a me auditis relationibus cognoveram, studiose compararem cum iis quæ dixi scriptis dictisque seniorum, quorum etiam ipsorum vicissim fidem ad meæ tam incorruptis e fontibus haustæ notitiæ certitudinem explorabam; atque ita demum inspectis, perpensis, subductis omnibus, probatissima punctis omnium quæque seligebam ex quibus historicæ veritatis corpus universum texendo concinnarem.

A ἐμοὶ θείων ἠχηκόειν πολλάκις, ἀφ' ὧν ἁπάντων τὸ τῆς ἀληθείας ἅπαν σῶμα συνεξυφαίνεται.

At resumamus id unde digressa jam pridem peregrinatur oratio. Pendebant in foro Constantini cives magno circum undique hiantes numero e Camytzis ore narrantis suam e Barbarorum castris fugam, cæterosque suos, nostrorum, hostiumque casus, et eventa nobis prospera, prudentissimaque consilia imperatoris in Ismaelitas magnis eorum sancita cladibus. Triumphare ad ea gaudio Constantinopolitani concordibusque ferre in cœlum vocibus ac laudibus Augusti divinam mentem, artem bellandi mirabilem, felicitatem maximam. Hinc in omnem effusi significationem popularis lætitiæ, deducunt assectatione festiva Camytzen domum; paucisque post diebus venientem imperatorem gratulantes orantesque lætissimis vocibus excepere; illum victorem ineluctabilem, illum erectorem tropæorum invictum, illum C adversus offensiones bellorum, virtute, consilio, felicitate sua tutissimum, ducem, principem, Augustum, imperatorem acclamantes. Ipse per eam pompam ingressus palatium, votis illis et gratiis pro salute, pro incolumi reditu, pro re bene gesta, Deo ac Dei Matri per solemnia sacrificia rite persolutis ac redditis, consuetæ vitæ et familiarium occupationum curarumque tenorem resumpsit. Solitus **449** nimirum erat quod a debellatis externis hostibus, a tyrannorum rebellionibus domitis et intestinis seditionibus oppressis reliquum habebat otium, universum impendere juri dicundo, inspiciundis legibus, componendis judiciis, causis cognoscendis. Unus videlicet æque artibus et moribus instructus D ad usum utriusque temporis; pacis, inquam, ac belli procurator idem optimus. Acer eximere orphanum calumniæ, jus viduæ tueri; adversus omnem iniquitatem torvo semper aspectu et implacabiliter minaci. Exiguam his intermiscebat curam corporis, venationibus et id genus remissionibus

B 'Αλλ' ὅπερ ἄνωθεν εἶπον περὶ τῆς τοῦ Καμύτζη τῶν Βαρβάρων ἀποφυγῆς, καὶ τῆς παρ' ἐκείνου πρὸς τοὺς πολίτας δημηγορίας, ὁ λόγος ἐχέσθω. Ὁ μὲν γὰρ διηγήσατο τὰ συμπεπτωκότα, καθάπερ εἴπομεν, καὶ ὅσα ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐτεχνάσατο. Οἱ δὲ τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορες, μία φωνὴ καὶ χεῖλος ἓν γεγονότες, ἀνευφήμουν, ὕμνουν τὸν αὐτοκράτορα, ἐξεθείαζον, ἐμακάριζον τῆς στρατηγίας, οὐκ εἶχον ὅπως τὴν ἐπ' αὐτῷ ἡδονὴν κατασχεῖν. Ἀλλὰ τὸν μὲν Καμύτζην σὺν εὐθυμίᾳ παραπέμψαντες οἴκαδε μεθ' ἡμέρας τινὰς, δέχονται καὶ τὸν αὐτοκράτορα νικητὴν, τροπαιοῦχον, ἀνίκητον στρατηγὸν, ἀήττητον βασιλέα, σεβαστὸν αὐτοκράτορα. Καὶ οἱ μὲν οὕτως· ὁ δὲ, εἰσεληλυθὼς τὰ βασίλεια, καὶ σῶστρα θύσας Θεῷ καὶ τῇ Θεομήτορι (55), τῶν συνήθων C εἴχετο τρόπων· τοὺς γὰρ ἔξωθεν πολέμους καταστησάμενος, καὶ τὰς τῶν τυράννων στάσεις ἀποκρουσάμενος, εἰς δικαστήρια καὶ νόμους ἀπέβλεπεν. Ἦν γὰρ παρ' ἑκάτερον καιρὸν καὶ εἰρήνης καὶ μάχης ἄριστος οἰκονόμος. Ἔκρινε γὰρ ὀρφανὸν καὶ ἐδικαίου χήραν, καὶ κατὰ πάσης ἀδικίας δριμύτατον ἔβλεπεν, ὀλίγα τὸ σῶμα διαναπαύων ἐν κυνηγεσίοις τε καὶ ἀνέσεσι. Καὶ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων ἐφιλοσόφει καὶ τοῦτο χαλιναγωγεῖν τὸ σῶμα καὶ εὐαγωγότερον ἑαυτῷ καθιστᾷν. Ἐξεδίδου μὲν γὰρ αὐτὸ τοῖς πόνοις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· πάλιν [89] δὲ ἐπανεκαλεῖτο τῶν πόνων, καὶ ἡ ἄνεσις τούτῳ δεύτερος πόνος, βιβλίων ἀνάγνωσις καὶ ἐξέτασις, καὶ ἡ τοῦ, *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς*, παραγγέλματος ἐπιμέλεια. D Τὰ δ' αὖ κυνηγέσια καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ σφαιρίζειν παιδιὰ δευτέρου λόγου καὶ τρίτου προσῆν τῷ ἐμῷ πατρὶ ἕως ἔτι νεώτερος ἦν· καὶ οὔπω τὸ θηρίον ἡ τῶν ποδῶν διάθεσις αὐτῷ ἐπισυνεπλάκη, καθάπερ ὄφις τις σκολιὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ τῆς κατάρας, δάκνων αὐτοῦ τὴν πτέρναν. Ἐξότου δὲ τὰ τοῦ νοσήματος ὑπήρξατο καὶ εἰς ἀκμὴν ἧκε,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[89] Deest vox πάλιν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(55) *Τῇ Θεομήτορι*. Deiparæ forte Hodegetriæ, cui non modo supplicabant imperatores in expeditionem profecturi, ut est apud Zonaram et Scylitzem in Michaele Theophili f., sed et post adeptam victoriam, resque rite et bello confectas, gratias referebant, ut est apud Cantacuzenum, lib. III, cap. 50 et 59; Gregorium, lib. IV, etc. Neque enim bene conjectarunt viri docti de hac appellatione, in Notis ad Vitam S. Basilii Junioris, n. 40. Vide *Historiam* nostram *Gallo-Byzant.* lib. II, n. 5.

τότε δὴ καὶ γυμνασίοις ἑαυτὸν ἐπεδίδου, καὶ τοῖς A ἱππάσμασι καὶ ταῖς ἄλλαις παιδιαῖς, παράγγελμα τοῦτο λαβὼν ἐξ ἰατρικῆς ἐπιστήμης, ἵνα ταῖς συνεχέσιν ἱππασίαις διαφοροῖτό τι τῆς καταῤῥεούσης ὕλης, καὶ τοῦ ἐπιβρίθοντος βάρους κουφίζοιτο. Τοῦτο γὰρ τὸ πάθος ὁ ἐμὸς πατὴρ, καθάπερ εἰρήκειν ἄνωθεν, οὐκ ἐξ ἑτέρας αἰτίας ἔξωθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πόνων καὶ καμάτων ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων δόξης ἐσπάσατο.

sese oblectans ac reficiens interdum. Studiosus unus præter cæteros corporis domitandi, subigendique velut freno quodam philosophiæ ad quemvis usum officii varii per occasiones incertas vitæ multiplicis occursuri. Pleramque ille quidem sui temporis viriumque partem impendebat laboribus; receptui tamen rursus cum erat necesse non immemor canere, sese otio refovebat tempestivo; at negotioso eodem utilique: nam remissio ei fatigato laboribus, labor erat secundus; nempe lectio librorum, studiumque et accurata exquisitio doctrinæ, illiusque a Christo impositi observatio præcepti, *Scrutamini scripturas* [1]. Tertio deinde loco succedebat venatio, pila, vel domitatio equorum. Hic orbis occupationum erat mei patris, a juventute institutus prima; hic ordo pulcherrimus impermista distinctione recurrens ab occupatione præcipua ad has alteram et tertiam in subsecivorum temporum quasi loca vacua descriptas; pulchris, et apto contextu mire temperatis vicibus utilitatis multiformis. Sic vixit, quoad pedum morbus, velut obliquus serpens, crura ei nexu vario impedita comprehendit, juxta illud in maledictione serpentis scriptum, mordens calcaneum ejus. Cum enim corripere illum cœpit, atque invalescere inclementius vis sæva istius mali, coactus est præceptis medicorum, et ipsa ratione scientiæ ejus, non ignota sibi, effundere sese indulgentius in remissiones et exercitationes corporis, equitationes, excursiones ludicras, si forte jactationibus istis posset residentem humorem, doloris causam, resolvere ac digerere. Quia enim, ut dixi superius, contentione improba sine modo continuata laborum pro Romani nominis gloria susceptorum eam pater meus sibi ægritudinem accersiverat, causam habebat sperandi fore ut ea levaretur, si contrariam institueret vitæ rationem, remissionesque impensius sectaretur.

Οὔπω ἐνιαυτὸς εἷς παρεληλύθει, καὶ λογοποιουμένων [90] ἀκηκοὼς αὖθις περὶ τῶν Κομάνων διὰ τοῦ B Ἴστρου διαπεραίωσιν, ὀγδόης ἤδη ἐπινεμήσεως (56) ἐφισταμένης, ἀρχομένου φθινοπώρου, κατὰ μῆνα Νοέμβριον, ἔξεισι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ τὰς δυνάμεις ἁπάσας (*a*) μεταπεμψάμενος κατατίθησι τούτους εἴς τε Φιλιππούπολιν καὶ εἰς τὸν λεγόμενον Περιτζὸν καὶ Τριάδιτζαν, καὶ εἰς τὸ θέμα τοῦ Νήσου [91], μέχρι καὶ τῆς παρίστρας Βουρανιτζόβης (57), ἐπισκήψας πολλήν τε περὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν ἐνδείκνυσθαι ἐπιμέλειαν, ὥστε πίονας γεγονότας ἐν καιρῷ μάχης δύνασθαι φέρειν τοὺς ἐπιβάτας. Αὐτὸς δὲ, κατὰ τὴν Φιλιππούπολιν (58) ἐνδιατρίβων. Πόλις δὲ αὕτη περὶ τὴν τῆς Θρᾴκης μεσόγειαν. Εὖρος τῇ πόλει παραῤῥεῖ πρὸς βοῤῥᾶν ἄνεμον πνέοντα. Ῥεῖ μὲν γὰρ οὗτος ἀπὸ τῶν περάτων αὐτῶν τῆς Ῥοδόπης, C καὶ πολλὰς ποιούμενος ἕλικας καὶ καμπὰς, παραμείβει τε τὴν Ἀδριανοῦ, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐς ταυτὸ ποταμῶν συνεμβεβληκότων, καὶ περὶ τὴν Αἶνον πόλιν ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλασσαν. Φίλιππον δὲ ὅταν εἴπω, οὐ τὸν Μακεδόνα λέγω τὸν τοῦ Ἀμύντου (νεωτέρα γὰρ ἡ πόλις τοῦ Φιλίπποο τούτου),

Nondum annus in hac ei quiete sese unus evolverat: cum ecce illum excitat fama rursus percrebescens novæ irruptionis Comanorum sub initium autumni, instante aut ineunte indictione octava Istrum trajicere parantium. Parat contra expeditionem illico Augustus, et mense Novembri proficiscitur ex urbe regia, accersitasque undecunque copias Romanas universas certis in stationibus per illum limitem disponit, alias Philippopoli collocans, alias Peritzum et Triadizam (loca sic dicta) obtinere jubens; aliis Thema quod Nesi dicitur custodiendum attribuens usque ad Buranitzobam contiguam Istro urbem ac regionem. Militibus sic in loca commoda distributis edixit universis imperator curam equorum gererent, darentque operam, 450 ut ii pingues et robusti satis essent, ad ferendos die pugnæ decretorio dominos armatos. Ipse Augustus commorandi sedem sibi Philippopolim delegit. Est ea civitas in mediterraneis Thraciæ. Hebrus eam flumen alluit a septentrione fluens. Is amnis ortus ab extremis Rhodopes finibus, ubi multis sese flexibus sinuosis obliquavit, obit Adriani urbem,

[1] Joan. v, 39.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[90] λογοποιουμένην. [91] Νίσου.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(56) Ὀγδόης ἐπινεμήσεως. Alexius bellum in C Comanos parans, ex urbe proficiscitur mense Novemb. indict. 8, quæ cadit in an. Chr. 1114.

(57) *Βουρανιτζόβης*. Malim Βρανιζόβης, de qua urbe ad Istrum sita non semel agunt Cinnamus et Nicetas.

(58) *Φιλιππούπολις*. Eadem habent Cedrenus, Zonaras, et Joel in Philippo. Sed hallucinatur Anna, dum scribit Philippopolim Κρηνίδας olim vocatam; id enim convenit Philippis, Thraciæ perinde oppido, cui id nominis inditum a fontibus qui circa collem, cui inædificatum est, scaturiunt, uti diserte tradunt Appianus, lib. iv *De bello civili*; Diodorus Sicul. et Plethon. Vide Not. ad Villhard. n. 238.

(*a*) Hic deficit codex Florentianus.

multorumque obiter accessu auctus fluviorum sese illi miscentium mari se miscet ad urbem Ænum. Ne quis porro mentione Philippi urbis admonitus Philippum cogitet illum Amyntæ filium; eumve conditorem hujus suspicetur civitatis. Longe est illa recentior quam ut ejus origines pertinere ad regni Macedonum tempora queant. Philippus ejus auctor Romanus ille imperator fuit gigantea proceritate corporis et robore respondente magnitudini membrorum cui par sustinendo nihil esset. Quæ hodie Philippopolis ab hoc Philippo dicta civitas est, ante illum nihil erat nisi oppidum parvum Crenides nominatum a plerisque; a quibusdam Trimons sive Trimontium. Verum urbem prius modicam maximus ille Philippus structis circum opere magnifico mœnibus, circisque maximis et aliis id genus miris ædificiis decoratam, in eam magnitudinem evexit quæ facile urbis in Thracia primariæ dignitatem tueretur: cujus quidem magnitudinis fortuna bellorum ac temporum non parum imminutæ vestigia mihi observare præsenti contigit; cum incidisset causa ob quam cum imperatore peregrinari me quoque in urbem istam oportuit. Claudit ea montem intra se triplici vertice surgentem, cujus illa trifida summitas magno et alto undique muro cingitur. Inde clementi sensim sese clivo exporrigens reliqua civitas, ubi situm leniter pendentem in æquam jam planitiem deposuit, coercetur omni ex parte obvallante fossa, ipsis Hebri præfluentis admota ripis; specie ac descriptione plane Augusta, quandiu quidem perstitit primus urbi splendor, prout conjicere ex eo licet, quod quamquam superioribus temporibus a Tauris Scythisque, qui eam ceperunt, deformata plurimum est, illæ ipsæ tamen superstites reliquiæ magnum hodieque instar præferunt peramplæ olim et perquam ornatæ civitatis.

A ἀλλὰ τὸν Ῥωμαῖον Φίλιππον, ὃς ὑπερωμίας γέγονεν ἀνὴρ, καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ σῶμα ἀνυπόστατος. Πολίχνιον δὲ ἦν τὰ πρῶτα καὶ πρὸ Φιλίππου, Κρηνίδες ὀνομαζόμενον, παρ' ἐνίων δὲ Τριμοῦς. Ἀλλ' ὅ τε μέγιστος ἐκεῖνος Φίλιππος, εἰς μέγεθος τὴν πόλιν ἐξάρας, καὶ περικυκλώσας ταύτην τείχεσι, περιβόητον τῶν ἐν Θρᾴκῃ πεποίηκε πόλεων, ἱππικά τε καταστησάμενος ἐν αὐτῷ μέγιστα καὶ ἄλλα [91] κατασκευάσματα θαύματος ἄξια, ὧν ἴχνη κατέλαβον καὶ αὐτὴ μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιδεδημηκυῖα τὴν πόλιν κατὰ χρείαν τινά. Ἡ δὲ πόλις τρίλοφός ἐστιν ἐκείνου λόφου περιζωννυμένου τείχει μεγάλῳ καὶ ὑψηλῷ· ὅπου δὲ πρὸς πεδιάδας ὑποκύπτει καὶ ὁμαλότητας, τάφρος αὐτὴν περιθέει παρ' Εὔρῳ κειμένη. Καὶ ἦν ὡς ἔοικέ ποτε πόλις ἡ πόλις B αὕτη μεγάλη τε καὶ καλή. Ἀφ' οὗ δὲ Ταῦροι καὶ Σκύθαι τὴν πόλιν ἐν τοῖς ἀνέκαθεν χρόνοις ἠνδραποδίσαντο, εἰς τόδε τοῦ σχήματος ἡ πόλις κατέστη, ἐν ᾧ ἡμεῖς κατειληφότες αὐτὴν ἐπὶ τῶν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς σκήπτρων τὴν πόλιν μεγαλόπολιν ὡς ὄντως ἐτεκμηράμεθα.

Cæterum cum aliis ea infelix cladibus ac malis, tum adventu in ipsam confluxuque impiorum fuit. Nam ibi et Armenii sedes habuerunt, et qui dicuntur Bogomili (de quibus eorumque hæresi postea suo tempore dicemus) et Pauliciani omnium absurdissime de Deo sentientes. Pars hi quædam sunt sectæ Manichaicæ a Paulo et Joanne denominata: qui viri duo cum præ cæteris Manetis impii discipulis, teterrimi dogmatis merum venenum nullo mistum emollitionis temperamento ex fæce ipsa pestiferi fontis hausissent, et nomen et errorem in hos suos sequaces ac posteros propagaverant. Equidem, nisi me Historiæ pertexendæ quam institui, cura revocaret, efferri forsitan me sinerem impetu animi excurrere subinde gestientis in **451** refutationem exsecrabilium istorum dogmatum. Quanquam et aliæ mihi quoque sunt ejus meditationis omittendæ causæ. Prima quod summo apud omnes in contemptu est, risuque vulgo ac sibilis exploditur Manichæorum hæresis. Altera quod eam oppugnantium

C Ἐδυστύχει δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἀσεβῶν ἐπιδημία πολλῶν· Ἀρμένιοί τε γὰρ διενείμαντο τὴν πόλιν ταύτην, καὶ οἱ λεγόμενοι Βωγόμιλοι, περὶ ὧν ὕστερον καὶ αὐτῶν καὶ τῆς τούτων αἱρέσεως ἐροῦμεν κατὰ καιρὸν, καὶ δὴ καὶ οἱ δυσθεώτατοι Παυλικιάνοι, τῆς Μανιχαϊκῆς ἀποσπάδαι τυγχάνοντες, ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου (59), ὡς καὶ τοὔνομα λέγει, γεγενημένοι, οἳ τῆς ἀσεβείας τοῦ Μάνεντος ἐπισπασάμενοι ἄκρατον, τοῖς ἀπ' ἐκείνων μεταδεδώκασιν. Ἠβουλόμην οὖν τὸ δόγμα τῶν Μανιχαίων ἐπιδραμεῖν καὶ συνεσπειραμένως ἀναπτύξαι, προσέτι σπουδάσαι τε τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἀθεωτάτων δογμάτων τούτων· ἀλλ' ἅμα μὲν εἰδυῖα ὅτι πᾶσίν ἐστι καταγέλαστος ἡ τῶν Μανιχαίων αἵρεσις, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἱστορίαν ἐπισπεύδουσα, παρίημι τοὺς κατὰ τούτων [92] D ἐλέγχους. Καὶ ἄλλως δὲ οὐ τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν οἶδα τὸν καθ' ἡμῶν λελυττηκότα Πορφύριον ἐν πλείοσι κεφαλαίοις εἰς ἀτοπίαν πολλὴν συνωθήσαντα τὸ τῶν Μανιχαίων φλύαρον δόγμα, ἐπιστημονικώτατα περὶ τῶν δύο

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[91] ἄλλ' ἄττα. [92] τόν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(59) *Ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου.* De Paulicianorum origine et auctore similia narrant Balsamon ad canon. 19 synodi Nicænæ, et Cedrenus, pag. 432. Porro Anna Paulicianos appellatos velle videtur, vocabulo ex Paulo et Joanne confecto, quasi Παῦλοι καὶ Ἰάννοι. Sic etiam Zonaras in Michaele: Κατὰ τὴν Ἑῴαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολὺ, οἳ καὶ ἀγροικότερον παρὰ τοῦ δημώδους ὄχλου καλοῦνται, ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου τῆς κλήσεως συγκειμένοις αὐτοῖς. Hos ætas inferior *Publicanos* nominavit,, interdum *Populicanos*, ut Villharduinus, n. 208, qui illos pariter Philippopolitanum tractum incoluisse scribit. De hisce Hæreticis pluribus egimus ad hunc scriptorem.

ἀρχῶν ἐπισκεψάμενον. Εἰ καὶ ἡ μοναρχία τούτῳ εἰς τὴν Πλατωνικὴν ἑνάδα ἢ καὶ τὸ Ἓν τοὺς ἀναγινώσκοντας ἀναγκάζει συνάγειν· ἡμεῖς γὰρ μοναρχίαν τιμῶμεν· οὐχὶ ἓν πρόσωπον περιγράφει. Οὐδὲ τὸ Ἓν τὸ Πλάτωνος [94] προσηκάμεθα. Τουτὶ τὸ παρ' Ἕλλησιν ἄῤῥητον, καὶ περὶ Χαλδαίους ἀπόῤῥητον· ἐξαρτῶσι γὰρ αὐτοῦ πολλὰς καὶ ἄλλας ἀρχὰς ἐγκοσμίως τε καὶ ὑπερκοσμίως.

A falsique plane ac delirii convincentium scriptorum affluit copia; quippe cum non eam solum religionis cultores nostræ viri doctissimi victricibus disputationibus proscripserint: sed homo quoque rabie in nos instinctus implacabili Porphyrius, ejus in plerisque capitibus absurditatem insanissimam coarguerit, dum principiorum dualitatem invictis plane argumentis confutat: ultra gyros ille quidem in hoc ipso evectus, quod ita ex Platonicæ scholæ placitis naturæ divinæ unitatem astruit, ut personarum Trinitati nullum relinquat locum: cum nos contendamus istis rationibus sane validis effici nihil aliud quam necessario admittendam unicam naturam sive essentiam principem; minime tamen continuo personæ unius quasi ambitu circumscribendam. Sed et alia dogma istud de monarchia Platonicum, arcanis Græcorum et Chaldæorum litteris ac mysteriis traditum, errorum admistio infamat. Eatenus videlicet rectum id est duntaxat quatenus unitatem principii supremi fateri cogit. At quæ deinde ex primo quasi expansæ producuntur fabulosæ series aliorum ex aliis aptorum, ex seque invicem pendentium principiorum, intra mundum et supra mundum infinitos mutuo implexos causarum ordines contexentium, nihil aliud profecto quam nugæ sunt.

Ἀλλὰ τούτους δὴ τοὺς ἀπὸ Μάνεντος, καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου, τῶν τῆς Καλλινίκης ἀγριωτέρους ὄντας τὰς γνώμας καὶ ὠμοὺς καὶ μέχρις αἵματος διακινδυνεύοντας, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἐκεῖνος θαυμάσιος Ἰωάννης ὁ Τζυμισκῆς (60) πολέμῳ νικήσας ἐξανδραποδισάμενος ἐκ τῆς Ἀσίας, ἐκεῖθεν ἀπὸ τῶν Χαλύβων καὶ τῶν Ἀρμενιακῶν τόπων, εἰς τὴν Θρᾴκην μετήνεγκε, καὶ τὰ περὶ τὴν Φιλιππούπολιν αὐλίζεσθαι κατηνάγκασεν· ἅμα μὲν τῶν ἐκρυμνοτάτων [95] πυλῶν καὶ φρουρίων ἃ κατεῖχον τυραννιῶντες ἀπαγαγεῖν, ἅμα δὲ καὶ φύλακας ἐπιστήσας ἀσφαλεστάτους τῶν Σκυθικῶν ἐκείνων διεκδρομῶν, ἃς ὑποσύχνως ὑπὸ Βαρβάρων τἀπὶ Θρᾴκης ἐπεπόνθει χωρία· ὑπερβαίνοντες γὰρ τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου τὰς ὑπὸ τούτων [96] πεδιάδας κατέτρεχον. Ὁ δ' Αἶμος οὗτος ὄρος ἐστὶ μακρότατον κατὰ γραμμὴν παράλληλον τῇ Ῥοδόπῃ κείμενον. Ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου Πόντου τὸ ὄρος καὶ μικρὸν παραμείβων τοὺς καταράκτας, μέχρις αὐτῶν Ἰλλυρικῶν διήκει. Οἶμαι δ' ὅτι καὶ διακοπτόμενον τῷ Ἀδριαντικῷ πελάγει, πάλιν εἰς ἀντιπέραν ἤπειρον ἀναλαμβάνει, καὶ μέχρις αὐτῶν Ἑρκυνίων δρυμῶν ἀποτελευτᾷ, ἑκατέρωθεν δὲ τῶν καταῤῥύων τ' αὐτοῦ πολλὰ καὶ πλουσιώτατα ἔθνη νέμεται. Δακῶν μὲν ὄντων βορειοτέρων, καὶ τῶν Θρᾳκῶν, νοτιωτέρων δὲ Θρᾳκῶν τε αὐτῶν καὶ Μακεδόνων. Τοῦτον τὸν Αἷμον διαπερῶντες οἱ Νομάδες Σκύθαι κατὰ τοὺς ἀνέκαθεν χρόνους πρινὴ τοῦ Ἀλεξίου τὸ δόρυ καὶ οἱ πολλοὶ ἀγῶνες εἰς πανωλεθρίαν κατήνεγκαν, πανστρατιᾷ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐκάκουν, καὶ μάλιστα τὰς ἐγγυτέρους πόλεις, ὧν προὐκάθητο ἡ πάλαι πολυθρύλλητος Φιλιππούπολις. Ὁ δὲ Τζιμισκῆς Ἰωάννης τοὺς ἐκ [97] Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως ἀντιμάχους ἡμῖν ποιησάμενος συμμάχους, κατά γε τὰ ὅπλα, ἀξιομάχους δυνάμεις τοῖς νομάσι τούτοις

B Verum ad Paulicianos veniendum est. Hi ergo sectatores Manetis, sed a Paulo et Joanne Callinices filiis (*a*) ad peculiarem quemdam magisque contumacem instituti furorem: homines alioqui feri et sanguinarii qui suum aliorumve cruorem fundere nihil pensi admodum haberent: nec isto aut alio quovis metu ab ullo audaciæ genere revocarentur, eo periculosiores quo pericula spernebant omnia: bello tamen domiti ac plane subjugati cum fuissent ab illo inclyto Joanne Tzimisca, ex Asia captivi ab eodem ducti sunt, et ab illis Chalybum quas prius obtinebant sedibus, locisque Armeniacis in Thraciam transtulit, ac circa Philippopolim domicilia figere coegit, duabus de causis. Primum ut quæ prius insidebant claustra imperii, arces natura C munitissimas et manu; ne obtinerent amplius, earumve fiducia ad rebelliones cogitandas animarentur. Deinde ut genus hominum ferreum cuivis labori ac periculo par adversus feros maxime ac vehementes Scytharum subinde Thraciam infestantium incursus objiceretur, securitate imperii non exigua, quod jam limes ille vexatissimus pares aggressoribus defensores nactus, deinceps adversus omne periculum abunde firmatus videretur. Miserum sane antea in modum in perpetuis metu aut malo Thraciæ urbes ac populi conflictari erant soliti; cum Barbari angustas Hæmi valles subinde transgredientes in uberrimas ejus provinciæ planities ingenti numero effusi, crudelissime omnia vastarent. Est hic Hæmus mons longissimus cui ad D parallelam lineam objacet Rhodope. Incipit ab Euxino Ponto. Hinc ubi cataractas proxime præteriit flexu vasto usque in ipsum Illyricum excurrit. Quin etiam **452** videtur, velut interpellatus paululum incursu maris Adriatici, aut potius sub ejus

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[94] τὸ τοῦ Πλάτωνος. [95] ἐρρηνοτάτων. [96] τοῦτον. [97] ἐκ τῆς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(60) Ὁ *Τζυμισκῆς*. Zonaras et Glycas in Alexio.

(*a*) Vide Cedrenum pag. 452 ed. Reg

fluctibus clam continuatus, emergere inde iterum A in adversam continentem, atque in Hercyniam usque ad silvam, jugorum perpetua serie porrecta, vix tandem ibi desinere. Porro utrinque circa fluenta hujus amnis multæ eædemque opulentissimæ gentes habitant. Daci a septemtrione, item et Thraces: a meridie vero Thraces iidem necnon Macedones. Hunc Hæmum transgredientes nomades Scythæ superioribus temporibus, quando eos nondum Alexii hasta per multa pericula certaminaque in supremam tandem perniciem internecionemque compulerat, vastis et innumerabilibus totius populosissimæ conjuratæ gentis in Romanam terram exercitibus effusis, tum alias imperii affligebant partes, tum viciuas præsertim illius limitis urbes, B quarum princeps ac velut metropolis habebatur famosissima illa quondam Philippopolis. Quod cum animadverteret Tzimisces Joannes Manichæorum in Asia victor, ut hominibus nihilominus feris quam Scythæ ipsi erant, ex infestis hostibus in socios fidos commutandis, perutiliter periculum in auxilium verteret; decrevit societatem armorum duntaxat cum iis inire qui pravæ doctrinæ atque perfidiæ obstinatione dissidentes, translati in Thraciam et Philippopolim a sedibus patriis, pro muro deinceps ac præsidio toti ei provinciæ fuerunt: haud dubie postea respirare visæ a continuis ferme illis quibus antea conculcari erat solita excursionibus Barbarorum. Verum ut fere fit cito ad ingenium patriæ consuetudinis Coloni transportati rediere. Contumacis naturæ homines et animo indocili parendi; feroces ad hæc et prævalentes viribus, audacia quoque abundante sensim in indigenas cives Philippopolis Christianos non ita multos (maxima pars Manichæi erant) grassari tyrannide cœperunt, diripereque atque opprimere, parum aut nihil curando quæ subinde ab imperatore mandata ferebantur, continendi sese in officio, et ab injuria cessandi. Tali usurpatione regni cujusdam, impune florens secta, numero etiam per illas regiones celebrabatur: adeo ut hæretica late omnia circa Philippopolim essent, augescentibus videlicet velut in solo uberi primis illis olim deportatis ex Asia seminibus. Affluxit ad eluviem fœdiorem et aliud peramari laticis quasi flumen, Armeniorum secta; necnon aliud præterea ex lutulentissimis Jacobi fontibus, ita ut esset hic quædam confluentia malorum, et inquinatissimarum sordium prono undique fluxu corrivatarum fœtidissima in imo commistio; hæresum colluvione diversarum, dogmatibus dissonis, contumacia concordi, unam in communem velut cloacam restagnante rebellis impietatis.

A Σκύθαις ἀντίστησε [98], καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν πλειόνων καταδρομῶν ἀνέπνευσε τὰ τῶν πόλεων. Οἱ μέντοι Μανιχαῖοι φύσει ὄντες ἐλεύθεροι καὶ ἀνυπότακτοι, τὸ εἰωθὸς ἐποίουν, καὶ εἰς τὴν φύσιν ἀνέκαμπτον. Πᾶσα γὰρ ἡ Φιλιππούπολις πλὴν ὀλίγων ὄντων Μανιχαίων [99], τῶν τε αὐτόθι Χριστιανῶν ἐτυράννουν, καὶ τὰ τούτων διήρπαζον μικρὰ φροντίζοντες ἢ οὐδὲν τῶν ἀποστελλομένων παρὰ βασιλέως. Ηὔξανε τοίνυν καὶ τὰ κύκλῳ Φιλιππουπόλεως πάντα, ἦσαν αἱρετικοί. Συνεισέβαλε δὲ καὶ τούτοις ἕτερος ποταμὸς ὁ τῶν Ἀρμενίων (61) ἁλμυρὸς, καὶ ἄλλος ἀπὸ τῶν θολερωτάτων πηγῶν Ἰακώβου. Καὶ ἦν ὡς οὕτω γε φάναι, κακῶν ἁπάντων μισγάγκεια [1]· καὶ τὰ μὲν δόγματα διεφώνουν, συνεφώ- B νουν δὲ ταῖς ἀποστασίαις, οἱ ἄλλοι τοῖς Μανιχαίοις.

Contra hanc mistam aciem fanaticæ perfidiæ, C non corporeæ solum militiæ peritus, spirituales, quibus etiam pollebat, bellandi artes meus pater omnis generis bellorum idoneus imperator explicans, quosdam in deditionem sine vi compulit, quosdam pugna subjugavit: quo in opere vere magno et in primis apostolico, multa tulit fecitque annixus robore toto, vir nimirum patiens idem ac fortis a quo nullum profecto quantumvis variæ, modo veræ laudis genus abfuit. **453** Quodnam enim tandem commendandi ejus argumentum requirat quispiam? Num ad bellicos labores segnis, ad pericula præliorum timidus, ad militiæ partes artesque incuriosus aut imparatus? At quis eo bellicosior qui Orientem unus Occidentemque facinoribus heroicis et militarium omnium D laudum certissimis implevit documentis? Desideretur in eo forsitan animi cultura studiumque doctri-

C Ἀλλ' ὅ γε πατὴρ ἐμὸς καὶ αὐτοκράτωρ, καὶ πρὸς τούτους τὴν στρατιωτικὴν αὐτοῦ πολυπειρίαν ἀντιτάξας, τοὺς μὲν ἀμαχὶ συνειλήφει, τοὺς δὲ καὶ μετὰ μάχης ἠνδραποδίσατο· οἷον δ' αὐτὸ δ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ πρᾶγμα ὄντως καὶ ἀποστολικώτατον. Τί γὰρ ἄν τις τοῦτον οὐκ ἐπαινέσειε; Πότερον ὅτι περὶ τὰς στρατηγίας ἀμελῶς εἶχε; Καὶ μὴν Ἀνατολὴν καὶ Δύσιν ἐπλήρωσε τῶν στρατηγημάτων. Ἀλλ' ὅτι τοὺς λόγους περὶ φαῦλον ἐτίθει; Καὶ μὴν ὡς οὐδεὶς ἄλλος περὶ τὴν θείαν Γραφὴν ἐσπουδάκει, ὡς καὶ τὴν γλῶτταν διαθῆξαι πρὸς τὰς τῶν αἱρετικῶν συμπλοκὰς, καὶ μόνος οὗτος ὅπλα καὶ λόγους ἀνέμιξε· καὶ τοῖς μὲν ὅπλοις τοὺς Βαρβάρους ἐνίκα, τοῖς δὲ λόγοις ἐχειροῦτο τοὺς ἀντιθέους, ὥσπερ δὲ τότε καὶ κατὰ Μανιχαίων ἐξώπλιστο, ἀποστολικὴν D ἀντὶ στρατηγικῆς ἀναδεξάμενος ἀγωνίαν. Καὶ ἔγωγε τοῦτον τρισκαιδέκατον ἂν ἀπόστολον ὀνομάσαιμι. Καίτοι τινὲς Κωνσταντίνῳ τῷ μεγάλῳ τοῦτο τὸ

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[98] ἀντέστησε. [99] ὄντες Μανιχαῖοι. [1] μισγάγγεια.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(61) Ἀρμενίων. De Armeniis Thraciam incolentibus agit Gotofredus Monachus S. Pantal. an. 1189. De Jacobitis multa habent Jacobus de Vitriaco, Miræus in *Notit. orb. Christ.* Quaresmius, et alii passim.

κλέος προσάπτουσιν, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἢ σὺν τῷ Κωνσταντίνῳ (62) τῷ αὐτοκράτορι τετάχθαι τοῦτον, ἢ εἴ τις φιλονεικείη ἔστω μετά γε Κωνσταντῖνον ἀπόστολος, ἅμα καὶ βασιλεὺς ὁ Ἀλέξιος. Ὡς γὰρ ἔφημεν ἄνωθεν εἰρηκότες κατὰ τὴν Φιλίππου γενόμενος διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας τῶν Κομάνων, μήπω καταλαβόντων, ὁδοῦ πάρεργον μεῖζον τοῦ ἔργου ἐποιεῖτο τοὺς Μανιχαίους τῆς ἁλμυρᾶς μετάγων θρησκείας, καὶ τοῦ γλυκέος ἐμφορῶν δόγματος. Ἀπὸ πρωΐας οὖν μέχρι δείλης ἑῴας ἢ καὶ ἑσπέρας ἔστιν οὗ καὶ δευτέρας ἢ καὶ τρίτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς μεταπεμπόμενος τούτους, τὴν ὀρθότομον ἐδίδασκε πίστιν, ἐξελέγχων τὸ διεστραμμένον τῆς αὐτῶν αἱρέσεως. Συμπαρῆσαν δὲ τούτῳ Εὐστράτιος (63), ὅτε τῆς Νικαίας πρόεδρος ἀνὴρ τά τε θεῖα σοφὸς καὶ τὰ θύραθεν, αὐχῶν ἐπὶ ταῖς διαλέξεσι B μᾶλλον ἢ οἱ περὶ τὴν Στοὰν καὶ Ἀκαδημίαν ἐνδιατρίβοντες, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῆς Φιλιππουπόλεως τῷ ἀρχιερατικῷ ἐγκαθιδρυμένος θρόνῳ. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ πρὸ πάντων τὸν ἐμὸν Καίσαρα Νικηφόρον ὁ αὐτοκράτωρ συναιρόμενον εἶχε, στομώσας τοῦτον τῇ τῶν θείων Βιβλίων μελέτῃ. Πολλοὶ μὲν οὖν τηνικαῦτα τῶν Μανιχαίων, μηδὲ διστάζοντες ὅλως προσῄεσαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐξομολογούμενοι τὰς σφῶν ἁμαρτίας καὶ τοῦ θείου φωτίσματος ἐπιτυγχάνοντες· πολλοὺς δὲ ἰδεῖν ² τηνικαῦτα ὑπὲρ τοὺς Μακκαβαίους ἐκείνους τῆς ἰδίας ἀντεχομένους θρησκείας, χρήσεις τε καὶ μαρτυρίας τῶν θείων προφέροντας Γραφῶν, ἐντεῦθεν ἰσχυροποιεῖν οἰομένους τὸ σφῶν αὐτῶν κατάπτυστον δόγμα. Ἀλλὰ τῇ συνεχεῖ τοῦ αὐτο- C κράτορος ὁμιλίᾳ κἀν ταῖς συχναῖς παραινέσεσι καὶ τούτων οἱ πλείους πειθόμενοι τοῦ θείου μετέσχον βαπτίσματος· καὶ γὰρ ἐξ ἀνατολῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐς βαθυτάτην νύκτα πολλάκις τὰ τῆς διαλέξεως παρετείνετο, καὶ τῆς τοιαύτης ὁμιλίας μὴ ἀφιστάμενος, ἄσιτος τὰ πολλὰ διετέλει, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ θέρους ἐν ὑπαίθρῳ σκηνῇ διακαρτερῶν.

A narum? Atqui non facile reperias qui eo diligentius in sacrorum Librorum meditatione versatus sit. Effecta id docent et fides experientiæ non dubia: lingua videlicet illis exacuta divinis sensibus prælia cum hæreticis acria lacessens, victor rediit non minus e concertationibus verborum quam e conflictibus armorum: utriusque istius militiæ militiæ supra imitationem mirus, qui potuerit idem et Barbaros debellare vi ac ferro, et rebellium Deo mentium pervicaciam disputando frangere. Id ei cum alias, tum hoc in quo describendo versor usuvenit tempore, quando zelum suum adversus Manichæorum errores impios armavit, et pro militari, quam susceperat apostolicam revera expeditionem religiosis certaminibus gessit. Quare hunc ego meo B jure tertium decimum nominaverim apostolum. Etsi enim istud decus Constantino Magno aliqui vindicant, nunquam pervincent tamen, non ad consortium laudis ejus admittendum quoque jure quam optime videri Augustum Alexium, aut si tempori et præjudicato sensui concedendum est aliquid: certe illud nemo eripuerit, quin altero saltem post Constantinum meriti loco appellationem et dignitatem apostoli participet hic noster. Enimvero quem non hoc fateri coget memoria quam deinceps retexam gestarum tunc ab eo Philippopoli rerum? Pervenit eo, ut dixi, fama excitus minantium irruptionem Comanorum. Cum autem nondum illi limitem intrassent, ne sibi periret C illud otium, opus ex occasione moliri cœpit eo ipso utilius et majus quod ex professo agebat, et cujus præcipue causa venerat: deducere nimirum Manichæos aggressus est a corruptis et amaris quibus se ingurgitare consueverant pravæ doctrinæ lacubus; quo eos ad puros et suaves catholicæ doctrinæ fontes salubriter sitiendos jucundeque hauriendos converteret. In eo erat, id agebat totos dies. Vidisses a primo diluculo ad pomeridianam horam, aut etiam ad vesperam, interdum ad secundam et ter-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(62) *Κωνσταντίνῳ*. Constantinum ἰσαποστόλου nomine donatum a Græcis testantur Menæa, Euchologium Græc. pag. 374, ipseque Eusebius, lib. IV *De Vita Constant.* cap. 71; *apostoli* denique, præter Annam, Joan. Damascenus in Synodica 413 ad Theophilum imp. et Cinnamus, lib. I, quibus dicitur, ὁ ἐν βασιλεῦσιν Ἀπόστολος. Neque soli Constantino ἰσαποστόλου titulum concessit Ecclesia Græcanica, sed et Helenæ matri, divæ Theclæ, divo Albercio episcopo Hierapolitano, Mariæ Magdalenæ, et aliquot aliis, ut constat ex eorum Menæis. Sic appellatum a nostris *parem apostolis* divum Martinum narrat præter Odonem Cluniacensem, et Petrum Damianum, Belethus, lib. *De divin. offic.*, cap. 163 et ex eo Durantus, in *Ration.*, l. VII, cap. 27, quo spectat illud Sulpitii Severi in illius Vita, lib. II: *Est enim ille, ubi est, consertus apostolis ac prophetis, et quod pace sanctorum omnium dixerim, in illo justo grege nulli secundus.* Sic regi Recaredo in concilio Toletano acclamatum legimus: *Ipse mereatur veraciter apostolicum nomen, qui apostolicum implevit officium.* Petrus Blesensis, epistola 46, de S. Thoma archiepisc. Cantuariensi: *Non laboro martyrem apostolo comparare, cum apostolus sit major martyre. Sed gloriosum est nos habere martyrem, qui apostoli nomen habeat, et apostolum miraculis aut imitetur, aut vincat.* Licet vero ab Ecclesia Græcanica relatus sit in divorum numerum Constantinus, et a Græcis velut ἰσαπόστολος D colatur, secus tamen in Ecclesia Latina observatur. Berengosius abbas, lib. III *De invent. et laude sanctæ crucis*, cap. 2, ubi de B. Helena: *Unde cum virtus sanctitatis ejus sit tanta, ut meri o inter alios sanctos et ipsa numeretur sancta, mirum non est, quod sicut catalogus sanctorum solet ubique testari, festivitas ejus a nobis annua semper debet revolutione celebrari. Sed quoniam in eodem catalogo filii ejus nulla est mentio, sed magis memoria illius omnibus modis inibi obteratur silentio, ideo ut in regione vivorum, et ipse complaceat Deo, necesse est ut oratio fiat ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum enim præsentis Ecclesiæ domicilio, festivæ solemnitatis officium matri potius debeatur, quam filio; ideo in Agendis mortuorum providendum est cunctis, ut memoriam filii studeant habere cum defunctis.*

(63) *Εὐστράτιος*. De quo et ejus scriptis consulendus omnino Leo Allatius, lib. II *De Eccles. Occident. et Orient. perpet. consens.*, cap. 10, n. 11.

tiam noctis custodiam continuo vacantem uni rei: audientem nimirum patientissime, ac vicissim alloquentem quos subinde accersebat erroribus implicitos. Ibi eos docebat fidem rectam, ibi pravitatem hæreseos ipsorum invictis argumentis confutabat convincebatque ineluctabiliter. Aderant vel testes vel adjutores præclari operis Eustratius, et Nicææ antistes, vir et sacris et externis cumulatus litteris, præstanti vero potissimum pollens colloquiorum ac congressuum conserendorum facultate, adeo quidem ut in ista disceptandi coram dexteritate vivida, copiaque disputandi, eos etiam antecelleret qui in Zenonis porticu, aut Academi spatiis hoc unum tota vita meditantur. Nec ipse videlicet deerat Philippopolitanus archiepiscopus. Sed ante omnes et præ omnibus unum imperator sibi ad hanc pugnam commilitonem auxiliarem adjunxerat Nicephorum meum Cæsarem: **454** quem jusserat in divinis libris bene jam antea versatum, colligere ad præsentem usum habereque in promptu atque in tempore suggerere testimonia sacrorum oraculorum quæ aperte revincendis Philippopolitanorum erroribus apta essent. Fructus exstitit operæ magnus: plurimis Manichæorum pertinacia et dubitatio omnis exempta est. Ibant persuasi exuto errore ad sacerdotes, et ab iis peccata ultro ipsi sua fatentes damnantesque divini baptismi fiebant participes. Multos tamen videre erat eodem tempore perversa constantia veram illam et sanctam Machabæorum æmulantes, imo superantes. Etenim ut illi pro sacra divinaque religione, ita hi pro suo nefario errore propugnabant, perstantes in eo, proferentes quin etiam auctoritates et sententias librorum divinorum quibus suum disputabile firmari dogma credebant. Verum et horum plerisque istâm ad extremum contumaciam quotidianæ allocutiones imperatoris et illa miseros admonendi adhortandique perseverantissima dignatio eripuit, ut jam et credere, et sacro baptismate initiari convicti vellent, atque ultro poscerent; quorum salus abunde magna tot laborum merces Augusto videbatur; tantique illi erat ærumnosissimorum congressuum exorbere longa tædia, solis ab exortu primo ad profundissimam sæpius noctem durantium, a quibus ne memoria quidem eum aut necessitas curandi avellere corporis poterat, totos plerumque impastum dies in illis fastidiosissimis jurgiis perseverantem, idque per æstum sub sole ardenti, nam ista colloquia in subdivali tabernaculo fiebant.

Dum hæc maxime geruntur et verborum hoc prælium atque rationum cum Manichæis initum in flagrantissima commissione est, quidam ecce curriculo ab Istro veniens trajecisse nuntiat Comanos. Rumpit ad eam vocem imperator moras omnes, et Danubium versus extemplo movet, assumptis raptim quos forte circa se habuit militibus. Cum his summa celeritate usus, pervenit ille quidem cito Bidynen, cæterum illic ut speraverat non reperit Barbaros. Nimirum hi accepta fama strenue contra ipsos vadentis Augusti trajecto iterum amne retrocesserant. Hic imperator segregatam ex omnibus copiis lectam fortium manum ire post fugaces jubet. Transeunt Istrum illi et tribus diebus totidemque noctibus summa vi hostes insecuti tandem eos vident quemdam ultra Danubium fluentem ratibus quas ferebant secum trajecisse fluvium; quæ res eos redire ad imperatorem irritos spei compulit. Is etsi moleste tulit, non fuisse deprehensos a suis exercitibus fugientes Barbaros, tamen in victoriæ parte numeravit fugam illam ipsam hostium sola procul fama repulsorum, accedente præsertim ad lucri cumulum ea expeditione facti traductione tot hominum a nefaria Manichæorum hæresi ad rectam nostram et sanam fidem. Bis igitur victor et tropæo duplici erecto, altero vi armorum adversus Barbaros, altero contentione disputationis religiosissimæ adversus **455** hæreticos, Philippopolim revertitur ibique, modica quiete capta, applicuit

Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, καὶ ἡ λογικὴ ἐκείνη μετὰ τῶν Μανιχαίων συνεκροτεῖτο ἅμιλλα, φθάσας τις ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὴν τῶν Κομάνων ἀπήγγελλε διαπεραίωσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ μελλήσας ὅλως πρὸς τὸν Δάνουβιν ἤλαυνε, τοῖς περιτυχοῦσι στρατιώταις συγχρησάμενος, καὶ τὴν Βιδύνην (64) καταλαβὼν καὶ τοὺς Βαρβάρους μὴ εὑρηκώς· προέφθασαν γὰρ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλευσιν μεμαθηκότες εἰς τοὐπίσω διαπεράσαι· παραχρῆμα στρατιώτας γενναίους ἀποδιελόμενος τὴν τῶν Βαρβάρων ἐπιδίωξιν ἐπέτρεψεν. Οἱ δὲ κατόπιν τούτων παραχρῆμα ἤλαυνον τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες καὶ ἐπὶ τρισὶ διώκοντες νυχθημέροις. Ἐπεὶ τοὺς Κομάνους ἐθεάσαντο, δι' ὧν ἐπεφέροντο σχεδιῶν, τὸν ἐκεῖσε τοῦ Δανούβεως ῥέοντα ποταμὸν διαπεράσαντες, ἄπρακτοι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐπανέστρεψαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἠνιάθη μὲν ὅτι μὴ κατελήφθησαν παρὰ τῶν στρατευμάτων οἱ Βάρβαροι, ὅμως μέντοι καὶ τοῦτο μέρος νίκης ἡγήσατο, ὅτι ἐξ ἀκοῆς καὶ μόνης τοὺς Βαρβάρους ἀπῶσε, καὶ ὅτι πολλοὺς τῶν ἀπὸ τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως εἰς τὴν ἡμετέραν μετήνεγκε πίστιν, διπλοῦν στησάμενος τρόπαιον, καὶ κατὰ Βαρβάρων ἀπὸ τῶν ὅπλων, καὶ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀπὸ τῶν εὐσεβεστάτων λόγων. Ὑποστρέψας τοίνυν καὶ αὖθις εἰς Φιλιππούπολιν, καὶ μικρὸν διαναπαύσας ἑαυτὸν, πάλιν ἀγώνων εἴχετο. Τὸν γάρ τοι Κουλέοντα καὶ τὸν Κούσινον, καὶ τὸν ἐπὶ τούτοις Φῶλον, ἄνδρας προστάτας τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τοὺς ἄλλους Μανιχαίους,

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] ἦν ἰδεῖν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(64) *Βιδύνην*. Bidynæ mentio est apud Zonaram et Scylitzem in Bulgaroctono, et Suidam.

A δεινοὺς δὲ ἐνστῆναι τῇ ἑαυτῶν κακοδοξίᾳ, καὶ πρὸς τὸ πεισθῆναι λόγοις ἀδαμαντίνους, σπαράξαι δὲ θεῖον λόγιον, καὶ κακοσχόλως αὐτῷ ἐκλαβεῖν εἰς ὑπερβολὴν εὐμηχάνους. Τούτους μεταπεμπόμενος καθ' ἡμέραν ἑκάστην πρὸς αὐτοὺς τὸν λογικὸν συνεκράτει [a] πόλεμον, καὶ ἦν ἰδεῖν ἀγῶνα διπλοῦν· τοῦ μὲν βασιλέως ὅπως σωθεῖεν, καὶ σφόδρα ὑπεραγωνιζόμενον, τῶν δ' ὅπως νικήσειαν λεγομένην Καδμείαν διαφιλονεικούντων. Ἐστᾶσι μὲν γὰρ καὶ οἱ τρεῖς θήξαντες ἀλλήλους καθάπερ συῶν ὀδόντες, καὶ τοὺς λόγους τοῦ αὐτοκράτορος ἐν νῷ ἔχοντες διατέμνειν. Καὶ εἴ τις τὸν Κούσινον ἐξέφευγεν ἔνστασις, ταύτης ὁ Κουλέων ἀντελαμβάνετο, καὶ ἀμηχανοῦντος Κουλέοντος, ὁ Φῶλος αὖθις ἀντεξανίστατο, ἢ καὶ πρὸς τὰς βασιλικὰς προτάσεις καὶ B ὑποφορὰς, ἄλλῳ σὺν ἐπ' ἄλλῳ [b] ἠγείρετο, καθάπερ μέγιστα κύματα ἐπὶ μεγάλοις καταλαμβάνοντα κύμασιν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὰς πάσας τούτων διαλύων ὡς ἱστὸν ἀράχνης ἐνστάσεις, ἐπέῤῥαπτε μὲν εὐθὺς τῶν ἀκαθάρτων τὰ στόματα. Ὡς δὲ πέπεικεν οὐδαμῶς, τέλος ἀπειρηκὼς πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν τούτων ἠλιθιότητα προπέμπει τούτους εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν, ἑστίαν ἀποκληρωσάμενος αὐτοῖς τὰς περὶ τὸ μέγα παλάτιον περιδρόμους στοὰς (65).

A rursus animum ad Manichæos repetita concertatione ab errore deducendos. Facile principes sectæ totius erant Culeon, Cusinus, et Pholus, non solum pertinacissima ingenia conceptæ istius pravitatis, verum etiam auctoritate atque artibus instructa omnibus ejus persuadendæ propagandæque. Itaque in iis præcipuum momentum, in his haud dubie ad successum negotii totius spei cardo vertebatur. At iidem viri præ cæteris, ut diximus, affixi præjudicatis opinionibus, surdi ad monita, ad persuasiones adamantini, quin etiam in ultro lacessenda lacerandaque doctrina sana, cavillis. malitiosis et astutis argutisque sophismatis calumniosissime verbosi, sperari vix sinebant quod optandum erat. B Aggressus nihilominus homines Augustus est, et cum iis quotidie ad se vocatis concertationem suscepit acrem et diu ancipitem obnixis utrimque studiis contendentium: cum imperator quidem nihil sibi faceret reliqui ad omnem curam summumque conatum persuadendi perditis ut salvi esse vellent, illi contra stolidis renisibus indomita obstinatione in furioso sese consilio respuendæ salutis obfirmantes totis incumbebant viribus ad funestam sibi vereque Cadmeam victoriam reportandam. Ferox per se quisque additamentum audaciæ ex consortio mutuo sumebant. Res ab iis communiter ut a conspirantibus conjuratisque gerebatur; nec retundere contenti salubres imperatoris ictus, etiam usque in fiduciam ultro incessendi tollebant animos religionis juxta majestatisque contemptores. Nullus jam principis respectus. Irritata usque in rabiem contumacia reverentiam vicerat. Palam in os procaciter interpellabatur Augustus loquens, ab inhumanis non minus quam impiis, qui velut in arcto a venatoribus forte deprehensi spumantes apri dentes acuebant mutuo et in omnes inferendi morsus occasiones inhiabant. Ubi dixerat Cusinus quod furor suggesserat ad convellendam disputationem Augusti, quod ille omiserat supplebat Culeo: hoc quoque ipso exhausto, Pholus, quasi utrique succenturiatus, recens pugnam capessebat: ita aut adversus imperatoris ratiocinationes certas et petitiones ineluctabiles alii super alios sese invicem inscendentes resilientis pertinaciæ fluctus exæstuarent. Ac facile Augustus quidem quidquid illi obtenderent difflabat everrebatque ceu futiles aranearum telas, sicque obstruebat ora impura. Cæterum ubi loquacitatem fuci jam omnis impotem in silentium compulerat, tota restabat in duris animis pervicacia, dedoceri utique renuens errores etiam convictos. Hic pertæsus stoliditatis hominum Augustus deduci eos præ se jubet in urbem regiam, assignata ipsis habitatione in porticibus quæ circa magnum palatium sunt.

C Οὐ μὴν ἄθυρος παντάπασιν ἦν εἰ καὶ τούτους τοὺς ἀρχαίους λόγους τῷ τέως οὐκ ἐθήρασεν, ἀλλ' ἡμέρας ἑκάστης προσῆγε Θεῷ, ὅπου μὲν ἑκατὸν, ὅπου δὲ καὶ πλείους τῶν ἑκατόν· ὡς συμποσοῦσθαι τούς τε προτεθηραμένους καὶ τοὺς νῦν ὑπὸ τῆς τούτου γλώττης ἑαλωκότας, εἰς μυρίας καὶ χιλιάδας ἀνδρῶν πολυαριθμήτων. Καὶ τί γὰρ δεῖ λέγειν καὶ διατρίβειν περὶ ὧν ἡ σύμπασα οἰκουμένη ἐπίσταται, καὶ μάρτυρές εἰσι καὶ Ἀνατολὴ καὶ Δύσις; Πόλεις γὰρ ὅλας καὶ χώρας ταῖς παντοδαπαῖς αἱρέσεσι κεκρατημένας πολυτρόπως εἰς τὴν ἡμετέραν ὀρθόδοξον μετήνεγκε πίστιν. Τοὺς μὲν τὰ πρῶτα

Sic in præsens finita vel potius intermissa cum his tribus tractatio est: in quibus utcunque perdidisse hactenus verba et operam Augustus visus est, non tamen irritus illi labor omnis spiritalis hujus ac religiosæ venationis periit. Singulis etenim diebus reconciliabat Deo hæreticos interdum centum, nonnunquam plures; adeo ut, si quis unam in summam conferat tam eos qui priori Augusti commoratione voce ipsius ac lingua persuasi resipuerunt, quam quos in reditu resumptæ disputationes ejusdem **456** deduxerunt ab errore, facile in multa millia ac myriadas excrescat numerus. Cujus affir-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] συνεκρότει. [b] ἄλλο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(65) *Περιδρόμους στοάς*. Porticus palatium ambientes, in quibus excubabant prætoriani milites, ad regiæ et imperatoris ipsius custodiam delecti, quas eleganti carmine descripsit Corippus, lib. III *De laudibus Justini*. Has inter erant porticus Scho- D lariorum, quarum meminit *Chronicon Alexandrinum*, an. Justin. 5; *excubita* in universum dictæ omnes Zonaræ, Scylitzæ et Codino, in *Orig. CP.*; *excubitoria*, auctori de exsilio S. Martini PP. Vide p. 494.

mallenis fides astruenda mihi operosius non est, cum minime abhorreat a cætera fama rerum patris mei : de quo invaluit per orbem universum constans et celebris opinio experimentis certissimis publicæ conscientiæ infixa, fuisse illum longe studiosissimum hæreseon exstirpandarum; nullique labori, sumptui, contentioni solitum parcere quoties vel occasio vel spes offerretur revocandorum in Ecclesiam errantium. Id adeo consonis præconiis Oriens atque Occidens attestantur. Nulla enim in utravis harum imperii parte civitas, nulla regio hæreticis habitata cultoribus est, ad quam ille zizaniis hisce purgandam non omnes artes intenderit, non totis viribus incubuerit. Specimen tum zeli hujus ac diligentiæ, tum fructus ac successus utriusque hæc de qua sermo nunc est Manichæorum conversio luculentum esse potest. Res enimvero splendida et gratulationis quantævis : quam etiam liberalitatis egregiæ cumulavit gloria. Etenim qui præcipuum dignitatis obtinebant locum inter hos abjuratores sectæ Manichaicæ eos Augustus magnis erogationibus et pensionum annuarum censibus muneratus est primis Romanæ militiæ honoribus ornatos : humiliores vero atque adeo infimæ sortis qui erant, puta rusticanorum curruum aurigas, vitam circum aratra et boves aut plaustra miseram trahere solitos magnum, ipsos quoque sed suæ fortunæ accommodatum mutatæ in melius sententiæ referre fructum voluit, convocatos quippe una cum parvulis et mulieribus in civitatem omnes ascripsit novam a se exædificatam in eorum gratiam prope Philippopolim ultra Hebrum fluvium, in quam et ipsos induxit, Alexiopolim nominans, aut etiam, alio nomine (quod usu vulgari magis invaluit) Neocastrum. His porro aliisque illis et agros et vineas et domos possessionemque immobilem large divisit cumulata etiam ad liberalitatem cura providentissima firmandorum munerum, et cautionibus juris ac legitimis formulis muniendorum, quo ea propria et perpetua contraque omnes calumnias certa semper possessoribus forent : non autem Adonidis hortorum similia florentium hodie, cras elanguescentium. Expedita igitur rite Bulla Aurea donationes illis suas æterna firmitate asseruit : non horum personis vel præsenti ætate munificentiæ fructum affigens aut vim definiens, sed in filios etiam ipsorum nepotesque ac posteros propagandam extendens : substitutis quoque, si liberi desint, mulieribus in jus succedendi ad bona quæ ista liberalitate principis, viri olim ipsarum acquisivissent. Ita ille cavit, non minus in extendendis quam in primo largiendis beneficiis liberalis.

φέροντας μεγάλων ἠξίου προνοιῶν, καὶ τῶν στρατιωτῶν ταῖς λογάσι κατέλεγε, τοὺς δὲ χυδαιοτέρους συναθροίσας ἅπαντας καὶ ὅσοις καπανοῖς ἦσαν, καὶ περὶ ἄροτρα καὶ βόας ἠσχόληντο, πάντας συναγαγὼν ἅμα καὶ τέκνοις καὶ γυναιξὶν, καὶ πόλιν τούτοις δειμάμενος ἄγχου που Φιλιππουπόλεως καὶ πέραν Εὔρου τοῦ ποταμοῦ, ἐκεῖσε τούτους μετῴκισεν, Ἀλεξιούπολιν τὴν πόλιν κατονομάσας, ἢ καὶ Νεόκαστρον, ὃ καὶ μᾶλλον ἐπεκράτησεν, ἀποδασάμενος καὶ τούτοις κἀκείνοις ἀρούρας τε καὶ οἰνόπεδα καὶ οἰκίας καὶ κτῆσιν ἀκίνητον. Οὐ μὴν ἀφῆκεν αὐτοῖς ἀνίσχυρα τὰ τῶν δόσεων, οὐδ' ὥσπερ Ἀδώνιδος κήπους σήμερον ἀνθοῦντας καὶ αὔριον καταῤῥέοντας, ἀλλὰ καὶ Χρυσοβούλλῳ [5] λόγοις τὰς πρὸς τούτους ἐνεπέδωσε δωρεὰς, καὶ οὐκ εἰς τούτους μόνους περιισταμένας τὰς χάριτας ἔστησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐξ αὐτῶν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων διαδοσίμους πεποίηκε. Καὶ τούτων διαῤῥυέντων αἱ γυναῖκες αὖθις τῶν δεδωρημένων ἀντέχονται. Οὕτως ἐκεῖνος ἐξήπλου τὰς χάριτας.

Verum hæc jam satis, quanquam omisi plurima. Verendum enim video ne assentationis suspicionem historia sustineat, tantas Alexii laudes complexa, non sine conjectura fidei sublestæ, et orationis gratiæ plusculum quam jura veritatis ferant ob domesticas causas indulgentis. Atqui horum quæ retuli multi hodieque vivunt testes idonei; qui narrant, qui affirmant mecum eadem; qui scriptionem hanc meam omni mendacis adulationis invidia liberant. In hunc modum bene illic constitutis imperator rebus omnibus, in regiam urbem remigravit. Ibi certamina iterum priora contra Culeontem illum et Cusinum, quos diximus, instaurantur; et quotidianis perseverantissimisque **457** imperatoris celebrantur contentionibus. Merces harum constitit Culeontis salus. Is prudentior credo intelligentiorque quam socii, sermonibus veritatis, quos pro naturali acumine majori, abundantiore insuper Dei juvantis illustratus lumine percipere valebat clarius, duci se quo

Ταῦτα μὲν οὕτω λελέχθω· τὰ γὰρ πλείω παρέθη. Καὶ μή τις ἐπιμεμφέσθω τὴν ἱστορίαν, ὡς δῆθεν δωροδουκοῦσαν [6] τὴν συγγραφήν· τῶν γὰρ νῦν ὄντων μάρτυρές εἰσι πολλοὶ τῶν ἀφηγουμένων, καὶ οὐκ ἂν ψευδογορίαις [7] ἁλοίημεν. Καὶ ὁ μὲν αὐτοκράτωρ πάνθ' ὡς ἐχρῆν πεποιηκὼς, ἀπάρας ἐκεῖθεν εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν μετεσχηνώσκει [8]. Καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ ἀγῶνες καὶ διατάξεις πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Κουλέοντά τε καὶ Κουσίνον ἐγίνοντο τῷ αὐτοκράτορι συνεχεῖς. Ἀλλὰ τὸν μὲν Κουλέοντα εἷλεν ὡς συνετώτερον, οἶμαι, καὶ δυνάμενον παρακολουθῆσαι λόγοις ἀληθείας, καὶ τῆς ἡμετέρας μάνδρας πεποίηκε πρόβατον ἡμερώτατον. Ὁ δέ γε Κούσινος καὶ ὁ Φῶλος ἐξαγριαίνοντες, καὶ βαλλόμενοι μὲν καθάπερ σίδηρος ταῖς συχναῖς τοῦ αὐτοκράτορος ὁμιλίαις, ὅμως μέν τοι σιδήρεοι μένοντες ἐξετρέποντό τε καὶ οὐκ εὐαγώγως εἶχον αὐτῷ. Καὶ διὰ τοῦτο ὡς πάντων Μανιχαίων βλασφημοτάτους καὶ καθαρῶς εἰς λαμπρὰν μελαγχολίαν ἐλαύνοντας, εἰς

Variæ lectiones ex cod Coislin.

[5] χρυσοβούλλοις. [6] δωροδοκοῦσαν. [7] ψευδηγορίαις. [8] μετεσκηνώκει.

τὴν οὑτωσὶ λεγομένην Ἐλεφαντίνην (66) φρουρὰν ἐμβαλὼν, καὶ τὰ πρὸς χρείαν ἅπαντα δαψιλῶς χορηγῶν, μόναις ταῖς ἑαυτῶν κακοπραγίαις ἀφῆκεν ἀποθανεῖν.

A vocabatur sinens, Ecclesiæ ovili redditus est; in eoque velut agnus mansuetissimus peratitit. At Cusinus Pholusque efferabantur eisdem rebus quas ad eos cicurandos demulcendosque imperatoris admovebat humanitas. Quin etiam allocutionibus ejus assiduis adeo non flectebantur ut etiam ferri et incudis ritu creberrime iteratis tanto magis indurarentur ictibus, ferreaque semper in contumacia obstipi, eam vultu ac supercilio cæteraque inhumanitate consuetudinis barbaræ plane indomitam intractabilemque proderent. Hic enimvero desperatæ malitiæ capita non amplius sedulitate inutili curanda imperator censuit, sed justa potestate coercenda. Ergo Manichæorum duos omnium maxime blasphemos, quos furoris abundantia exisse pene de potestate mentis et æstu bilis splendidæ ac melancholiæ insanire satis constabat, in custodiam elephantinam, sive eburneam dictam jussit conjici, ibique, abunde suppeditatis quæ ad victum cæterumque usum necessarium spectabant in peccatis ambos propriis, sibi nocentes unis, immorituros relinqui.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(66) *Ἐλεφαντίνην*. Carceris Palatini nomen Scylitzæ in Monomacho notum: Τὸν μὲν Κεγένην ἄγει πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ ἐν προσχήματι τάχα θεραπείας καὶ ἰατρείας ἐν τῇ Ἐλεφαντίνῃ καθείργνυσιν. Et Cinnamo, lib. VI, n. 14. Εἰς τὴν ἐν Παλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθεὶς, ἣν Ἐλεφαντίνην ἔθος καλεῖν ἐστιν. Vide Not. ad pag. 494.

ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΚΟΜΝΗΝΗΣ

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

ANNÆ COMNENÆ

ALEXIADIS LIBER XV.

458 ARGUMENTUM.

Alexius postrema sua in Turcos bellum moventes expeditione sæpius eos vincit, ope præsentis artis novæ quam excogitavit aciei contra eos instruendæ, pacemque petere coactos, amicos facit. Hæresim Bogomilorum indagat, profert, exstinguit. Coryphæo ejus combusto; aliis perpetuo carceri mandatis. Alexii ejusdem morbus et mors.

PERIOCHE.

Solymas sultanus expeditionem in Asiam parat. Imperator de ejus consilio certior factus, præoccupare illum bello studet. Morbo pedum tardatur. Sultanus impune Asiam vastat. Imperatorem irrident Turci et scenis traducunt. Convalescens ille in Turcos movet. Qui eum terrere multitudinis specie conantur. Frustra. Fugere coguntur. Crudelitas eorum. Victi Turci. Mora trimestris Augusti apud Lopadium. Causa moræ duplex. Incursio Turcorum Augustum non turbat. Is eos occursu terret **459** *et avertit. Vincunt eosdem Strabobasileus et Stypeota. Iterum se Turcis Augustus admovet, et Leonem Niceritam in eos mittit. Cur in sultanum recta Imperator non duxerit. Nicomediam se confert: quo consilio. Equorum cura præscripta ad usum prælii. Augustæ adventus Nicomediam. Murmur aulæ in imperatorem, ab eo contemptum. Sapiens ejus fiducia. De consilii usu in rebus bellicis digressio. Alexius dolo et virtute perinde valuit. Anna contestatur fidem suam in laude patris. Imperator tyrones exercet. Omnibus præscribit cautam rationem belli gerendi. Excogitat novam formam aciei ad usum peculiarem belli Turcici. De aciei forma, armisque Turcorum. Turci Cedream deserunt: ad Polybotum conciduntur a Camytze. Augustus in dubio consulit oraculum: et responsum accipit. Bardas Turcos vincit. Sed castra ejus eodem tempore ab aliis hostibus diripiuntur. Quos ille insequitur. Atrox et diuturna pugna. Augustus suppetias suis procedit. Ordo exercitus Romani. Nicephori audax et felix impetus. Oppida Iconio vicina Romani vastant. Receptus imperatoris cautus acie semper instructa. Monolycus Romanos aggreditur. Oratio imperatoris efficax ad firmandos suos. Pugnant simul et ambulant Romani aciei forma nunquam interrupta. Dissensio inter duces Turcorum. Altera eorum in Romanos irruptio. Andronici fratris Annæ virtus, et luctus ejusdem Annæ ob mortem fratris*

immaturam. Nicephorus Bryennius Cæsar Turcos fundit, sultano vix evadente. Nocturnam oppugnationem innoxie Romani arte summa virtuteque sustinent, Turci pacem petunt. Sultanum Augustum supplex convenit. Leges pacis dictæ Turcis, et ab his acceptæ. Sultano Saisani dona largitur Augustus et insidias a fratre sibi compertas indicat. Saisanis fiducia nimia. Somnium præsagum; circumventio; dolosum consilium Pucheæ. Aperta ejusdem proditio. Saisan comprehensus excæcatur primum; deinde strangulatur. Acies perpetua figuram in incessu servans. Cura ægrorum et morientium in exercitu iter agente inter hostes. Eleemosyna mensæ tempore. Plausum et triumphum Alexius vitat. Cura ejus in captivos. Orphanotrophium ejusdem; quo loco situm. Ejus descriptio. Opes, ministri, divisio, numerus hominum, præses, militum curatio, ornatus templi, cantores, cantatrices, diaconissæ, monachi ex Iberia; ludus litterarius varios in ordines digestus. Variæ linguæ in eo traditæ. De schedis et schedographia judicium Annæ. Bogomilorum hæresis exoritur; ex duabus veteribus conflata. Simulatio sequacium ejus. Quibus larvam Alexius cura et arte detrahit. Basilius hæresiarcha duodecim sibi adsciscit, et plurimum nocet. Comprehenditur Basilius; arte pellicitur ad fatendum; coarguitur; in contumacia perstat; sperans angelorum opem lapidatur a malo dæmone. Fœda dogmata Bogomilorum. Liber contra eos scriptus, cui titulus: Panoplia Dogmatica. Augustus veros a falsis Christianis miro artificio discernit. Prudentia ejus, clementia et zelus ad salutem procurandam Bogomilis. Basilius impœnitens viricomburio absumitur. Alexii Augusti morbus supremus et mors. Annæ ob illam lamentatio. Finis.

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΕ΄.

460 Perfuncto imperatori his quæ retulimus A circa Philippopolim et Manichæos facinoribus et rebus; alia in ulteriori continente rursus miscebatur exhaurienda potio malorum. Nempe denuo Solymas sultan deprædari gestiebat Asiam: et quo id impune facere posset, ac prohibere ulciscive conaturum Augustum justo exercitu sistere, copias e Corosane ac Chalepo convocabat. Mature indicium istius consilii atque apparatus delatum imperatori per quemdam est. Eo ille accepto statim decrevit præoccupare cogitationes Barbari, et ultro illato bello, atque expeditione Iconium usque promota (ibi enim sultanicium Clitziathlanis erat, parte ea imperii totius ei attributa, cujus metropolis Iconium B habebatur) conturbare inopinata irruptione rationes

Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν Φιλιππούπολιν καὶ τοὺς Μανιχαίους ἔργα τοῦ αὐτοκράτορος· ἄλλος δ' ἐκεῖθεν αὖθις βάρβαρος ἐξαρτύεται κατ' αὐτοῦ κυκεών. Ἐβούλετο γὰρ ὁ Σολυμᾶς (67) σουλτὰν τὴν Ἀσίαν αὖθις δῃώσασθαι, κἀκ τοῦ Χορασὰ καὶ τοῦ Χάλεπ δυνάμεις μετεκαλεῖτο, εἴπου γενναίως παρὰ τὸν αὐτοκράτορα ἀντικαταστῆναι σχοίη. Ἐπεὶ δ' αὐτῷ τὸ πᾶν τῆς τοῦ Σολυμᾶ Σουλτὰν βουλῆς πρός τινος διεμηνύθη, ἐσκόπει καὶ αὐτὸν μέχρι τοῦ Ἰκονίου στρατεῦσαι, καὶ καρτερώτατον τὸν μετ' αὐτοῦ συναῤῥάξαι πόλεμον· κεῖθι γὰρ τὸ σουλτανικὸν (68) τῷ Κλιτζιαθλᾶν ἀπομεμέριστο. Δυνάμεις τοίνυν ἐξ ἀλλοδαπῶν καὶ μισθοφορικὸν μετακαλεῖται [a] πολὺ, καὶ τὸ ἴδιον στράτευμα πανταχόθεν μετεπέμπετο. Κατ' ἀλλήλων οὖν ἀμφοτέρων τῶν στρα-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[a] μετεκαλεῖτο.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(67) *Σολυμᾶς*. Solymannus Junior, qui Nicæa a nostris privatus fuerat.

(68) *Σουλτανικόν*. Iconium Lycaoniæ, seu Cappadociæ urbs, Cliziasthlanis sultani regia et sedes. Hinc patet Cliziasthlanem Solymanni senioris filium, Solymanni Junioris fratrem, Iconio præsertim imperasse, et Cappadociæ. Idemne vero cum Cliziasthlane, qui hoc libro memoratur, addubitari potest; nam cum Anna hunc adhuc adolescentem repræsentet, alterum **414** a priori dici debere contenderim, qui statim post Solymanni parentis cædem Nicææ imperium tenuit. Proinde eo anno quo C bellum, quod hocce libro recensetur, gestum est, biennio scilicet ante Alexii obitum adolescentiæ annos excesserat, jamque erat ætate provectior. Præterea filium Cliziasthlanis Senioris fuisse suadent patrium nomen, et continuatum Iconiense imperium. Denique posteriorem hunc Cliziasthlanem eumdem fuisse, qui lib. XIV, pag. 429 et 431, et hoc libro, *Saisan* et *Amer Saisan* nuncupatur, diserte indicat Anna pag. 478. Quem enim Cliziasthlanem supra appellavit, ubi de inito cum Alexio conflictu, mox ejusdem cum Alexio fœdera, et ut a Mazuto fratre circumventus, imperio et vita privatus fuerit, enarrans, Cliziasthlanem *Saisan* cognominatum his verbis indicat: Τὸν Σουλτάνον Σαΐσαν τὴν κλῆσιν, non quod ejus esset nomen, sed ex sultanica dignitate ita indigitaretur; *sa* enim lingua Persica regem sonat, ut auctor est Tyrius, lib. III, cap. 1, qui eo donatum cognomine Solymannum ipsum perinde scribit, quod nempe sultanico titulo gauderet, qui apud Achamedem Guerapsi filium in *Hist. Tamerlani*, libro præsertim II, primoribus toparchis attribuitur. De vocabuli vi, multa Reineccius in *Stemm. Pers.* Sultan., in *Appendice ad Aithonum*, Seldenus, *De titulis honorariis*, seu *Titles of Honour*, part. I, cap. 6, § 5, 6, 7; et Henricus Valesius, ad lib. IX Marcellini, initio. Σαανιτὰν nescio quem Persarum, seu Turcorum regem habet Achmes Ὀνειροκριτ. cap. 2. Sasanem Persicorum regum auctorem memorat *Chronicon Orientale*, in Commodo imp.

τηγῶν τὴν μελέτην ποιουμένων, ἐν τῷ μεταξὺ τὸ σύνηθες ἄλγημα τῶν ποδῶν συνέβη τῷ αὐτοκράτορι, καὶ δυνάμεις ἁπανταχόθεν μὲν συνέῤῥεον, ἀλλὰ κατὰ στράγγα, καὶ οὐκ ἀθρόον, διὰ τὸ πόῤῥω που τὰς σφῶν εἶναι πατρίδας. Ἡ δέ γε ὀδύνη ἀπεῖργε τοῦτον, οὐ τοῦ προκειμένου μόνου ἅψασθαι σκοποῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βαδίζειν ἁπλῶς, καὶ κλινήρης ὢν ἤχθετο, οὐ τοσοῦτον διὰ τὴν τῶν ποδῶν περιωδυνίαν, ὁπόσον διὰ τὴν ἀναβολὴν τοῦ κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔργου. Οὐκ ἐλάνθανε ταῦτα τὸν βάρβαρον Κλιτζιασθλᾶν. Ἔνθεν τοι καὶ ἀμεριμνήσας τὸ παρὸν τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἐληΐζετο, ἑπτάκις κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐκδρομὰς ποιησάμενος· καὶ γὰρ οὐδέ ποτε ἐπὶ τοσοῦτον τὸ ἄλγος ἐκεῖνο τὸν αὐτοκράτορα κατέσχεν. Ἐκ διαστημάτων γὰρ μακρῶν προτοῦ, ἐπερχομένη τούτῳ ἡ νόσος οὐ περιοδικῶς τὸ τηνικάδε ἀπήντησεν, ἀλλὰ συνεχὴς ἦν, καὶ ἐπαλλήλους τοὺς παροξυσμοὺς ἐδίδου. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ πάθος πρόσχημα ἐδόκει τοῖς περὶ τὸν Κλιτζιασθλᾶν νοσήματος οὐ μέντοι νόσημα, ἀλλ' ὄκνος καὶ ῥᾳθυμία ἔξωθεν περιβεβλημένη τὴν ποδαλγίαν, κἀντεῦθεν πολλὰ πολλάκις ἀπέσκωπτον, κἀν ταῖς μέθαις κἀν τοῖς πότοις καθάπερ αὐτοφυεῖς ῥήτορες, ἠθοποιίας τῆς τῶν ποδῶν ὀδύνης τοῦ αὐτοκράτορος οἱ Βάρβαροι ἐποιοῦντο. Καὶ κωμῳδίας ἐγίνετο πρόφασις ἡ τῶν ποδῶν ἀλγηδών· πρόσωπα γὰρ ἰατρῶν τε καὶ τῶν περὶ τὸν αὐτοκράτορα διαπονουμένων ὑποκρίνοιτο, καὶ αὐτὸν δῆτα τὸν βασιλέα εἰς τὸ μέσον παράγοντες καὶ ἀναθέμενοι ἐπὶ κλίνης προσπαίζειν ᾤοντο, καὶ ἐπὶ ταύταις ταῖς παιδιαῖς γέλως τοῖς Βαρβάροις ἐπῆρτο πολύς. Οὐ μὴν ἐλάνθανε ταῦτα τὸν αὐτοκράτορα, κἀντεῦθεν ἠρεθίζετο πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν μάχην μᾶλλον παμφλάζοντα τοῦ θυμοῦ. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ κουφισθεὶς τῆς ὀδύνης, τῆς προκειμένης ὁδοιπορίας εἴχετο· τήν τε Δάμαλιν διαπεράσας, καὶ τὸν ἀναμεταξὺ Κιβωτῷ αἰγιαλῷ διαπλωϊσάμενος πορθμὸν, καὶ τὴν Κιβωτὸν καταλαβὼν, ἐκεῖθεν εἰς τὸ Λοπάδιον ἄπεισι, τὴν τῶν ταγμάτων ἐκδεχόμενος ἄφιξιν, καὶ ὁπόσον μισθοφορικὸν μετεπέμπετο. Ἐπὰν δὲ συνεληλύθεισαν ἅπαντες, ἀπάρας ἐκεῖθεν σὺν ὅλαις δυνάμεσι, τὸ τοῦ κυροῦ Γεωργίου καταλαμβάνει φρούριον ἀγχοῦ τῆς τῇ Νικαίᾳ παρακειμένῃ λίμνῃ διακείμενον· κακεῖθα [10] εἰς Νίκαιαν. Εἶτα διὰ τριῶν ἡμερῶν αὖθις ὑποστρέφει ἔνθεν τῆς γε τοῦ Λοπαδίου γεφύρας, καὶ στρατοπεδεύει κατὰ τὴν βρύσιν τοῦ καρυκέως καλουμένην, οὕτω δόξαν αὐτῷ, ἵνα τὸ μὲν στράτευμα πρότερον διὰ τῆς γεφύρας διαβιβάσας, ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ τὰς σκηνὰς πήξηται, καθ' οὕτως καὶ αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ διὰ τῆς αὐτῆς γεφύρας διελθὼν μετὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος τὴν βασιλικὴν καταθείη σκηνήν. Οἱ δὲ μηχανικώτατοι Τοῦρκοι, τὰ κατὰ τὴν περὶ τοὺς πρόποδας τῶν Λεντιανῶν, καὶ τῆς οὕτω καλουμένης Κοτοιραικίας διακειμένην πεδιάδα ληϊζόμενοι, ἐπεὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος κατ' αὐτῶν μεμαθήκεισαν ἔφοδον, ἐκδειματωθέντες παραυτίκα, πυρσοὺς παμπόλλους ἀνῆψαν, ἐντεῦθεν φαντασίαν τοῖς ὁρῶσι στρατιᾶς πολλῆς παρέχοντες

A nondum satis paratæ ac confirmatæ perfidiæ. Ab hoc decreto totus vertitur ad copias cogendas quæ bello maximo summa vi gerendo sufficerent. Missis igitur ad gentes vicinas hominibus idoneis, partim corrogat auxilia sociorum, partim mercede conductam militiam advocat plurimam, simul proprium exercitum undecunque ad se colligit. Ducibus ambarum partium sic adversus sese invicem utrinque parantibus, revisit imperatorem familiaris pedum dolor: cum quo dum ille conflictatur, confluebant sensim et quasi guttatim jussæ convenire copiæ: nec moras castigare lenti negotii aut omnino urgere propositum morbo implicitus difficili, ac quod plantis insistere atque ingredi nequiret, lecto necessario affixus satis imperator poterat. Ægritudo
B porro decumbentem illum animi molestior quam corporis angebat. Homini enim studiosissimo reipublicæ toleratu facilior longe videbatur pedum dolor quantusvis, quam dilatio expeditionis necessariæ in Barbaros bono publico susceptæ. Nihil horum latuit Clitziasthlanem Turcorum principem; itaque is ab imperatore interim securus, effusissime totam latrociniis infestabat Asiam, septem per id tempus diversis in Christianos incursionibus grassatus. Tempus ejus furori dabat longius morbus imperatoris, quo ille tunc atrocius pertinaciusque quam usquam alias tentatus est. Cum enim ex intervallis antea duntaxat redire languor consuevisset, tunc sine intermissione ulla continuo illum affige-
C bat sensu doloris, augescentis quidem certis accessibus; nunquam tamen ita remittentis ut liberum molestia, vel rebus idoneum gerendis relinqueret Augustum. Interea præter licentiam prædandi etiam cavillandi ansam mora tanta Clitziasthlani dabat. Hæc erat passim ipsi ejusque aulicis materia sermonum, prætendere imperatorem vero timori famam mendacem morbi, quem ideo simularet ut socordiæ atque ignaviæ infamiam lucrifaceret; atque in eam sententiam multa salse inter patinas calicesque
461 jocabantur, faceti homines videlicet, ac velut extemporanei rhetores exquisitis figuris podagram imperatoris celebrabant. Quin etiam scenis eam dabant argumentum fabulæ. Producebantur persona-
D ti medici, longæque ipsorum consultationes de imperatoris morbo, tum administrorum familiarium obsequia ad theatrum sub larva ludebantur; nec deerat ipse simulatus imperator cum lecto illatus in medium et risu procacissimo traductus otiantium Barbarorum. Referebantur ad Alexium hæc ipsa, exsuscitabantque gravem ipsius iram et cupiditatem vehementem ulciscendæ quam primum acri pugna contumeliæ. Rediit aliquando valetudo melior expetita tandiu, aut certe ita se relaxavit dolor, ut proposito itineri mandare se Augustus posset. Trajecto igitur Bosphoro ac sinu quod illinc Cibotum recta pergenti transmittendum occurrit, transfretato; castrisque obiter in ipso illo littore

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[10] κἀκεῖθεν.

Ciboto dicto positis, ultra pergens Lopadium contendit lento gradu : dare siquidem oportebat spatium conveniendi sui militiæ undique ad ipsum confluenti, tam Romanæ, quam ex sociis gentibus mercede conductæ; hanc enim et ipsam universam ad sese festinare jusserat. Congregatis tandem omnibus, Lopadio movet cum toto exercitu, et ad domni Georgii arcem pervenit, prope lacum Nicææ situm. Hinc Nicæam intrat, moxque inde retrocedens itinere tridui castra communivit citra pontem Lopadii, ad fontem vulgo dictum Condimentarii, quibus in castris priorem partem excercitus ponte transmissam apte ac tuto collocavit. Ipse regressus per pontem eumdem ad partem alteram cum reliquis omnibus consedit copiis, præcipuum haud dubie militiæ robur habens secum. Interim callidissimi Turci, qui tunc planitiem ad radices montium Lentianorum et circa locum Cotæraciam vocatum late patentem deprædabantur, ubi de infesto imperatoris in ipsos adventu certiores facti sunt, non parvo metu concepto, pyras excitarunt longe plures quam pro numero modoque castrorum, ut ita procul intuentibus multitudinis ingentis terrificam offerrent speciem. Spectaculum erat luculentum focorum innumerabilium late cœlum incendentium; nec deerant parum expertorum e nostris plures qui terriculo inani commoverentur. Non sane in his Augustus qui primo diluculo ad prædictam planitiem, illi jam pontem transgresso citimam, cum copiis contendit, majorem in modum cupiens Turcos eo in loco deprehendere. Verum illi qui, accensis multis ignibus, nihil nisi falso ludibrio morari hostes, et fugæ spatium arte furari voluerant, strenue consilio suo usi, spem imperatoris tunc quidem frustrati sunt. Reperta duntaxat recentia crudelitatis barbaricæ vestigia; spirantes adhuc, sed confecti vulneribus Romanorum isthic plurimi visebantur, **462** occisorum quoque paulo ante cadavera occursabant passim : quibus rebus clemens Augusti animus dolore pungebatur tanto, quantum ex cætera viri consuetudine atque innatæ misericordiæ visceribus quisque prudens æstimator intelliget. Ac gestiebat quidem animus fugitivis latronibus supplicium admovere persequendo : sed celeritatem qua ea res egebat universi tota simul moles exercitus non caperet. Ne igitur non aliqua saltem prædæ pars insequentum studium comprehensa solaretur, illic quidem ipse cum exercitu vallum circa Pœmanenum figit : cæterum delectam ex copiis omnibus virorum fortium leviter armatorum alacrem manum properare post Barbaros jubet, præceptis instructam accuratis de optima ratione aggrediendi vincendique deprehensos hostes perfidos. Eos nostri assequuntur ad quemdam locum indigenarum lingua vocatum Cellia, præda onustos universa quam corraserant, et captivorum quos ex omni quam vastaverant regione vinctos quam plurimos trahebant, ductu et custodia impeditos; nulla irruendi mora, flammeo impetu in ipsos involant; plurimos occidunt, quosdam vivos capiunt, præda omni recepta splendidæ compotes victoriæ ad imperatorem redeunt. Excepit eos ille ut tali tempore sic meritos oportebat; ac jam inde firmata spe, plenam haud dubie victoriam internecione Barbarorum integra cogitans, Lopadium revertitur, ibique tres totos quievit

A τάχα. Καὶ οἱ μὲν πυρσοὶ τὸν ἀέρα ἐξέκαιον καὶ πολλοὺς τῶν ἀπείρων ἐξεδειμάτουν· τὸν δὲ αὐτοκράτορα ἐθρόει τούτων οὐδέν. Κἀκεῖνοι μὲν τὴν λείαν πᾶσαν καὶ τοὺς δορυαλώτους ἀναλαβόμενοι ᾤχοντο. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ περίορθρον, πρὸς τὴν ἤδη ἐκεῖσε πεδιάδα ἠπείγετο, σπεύδων αὐτοῦ που τούτους καταλήψεσθαι· ἀλλ' ἀστοχήσας τῆς ἄγρας, καὶ πολλοὺς μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων ἔτι ἐμπνέοντας εὑρηκὼς, πολλοῖς δὲ καὶ νεκρῶν σώμασιν ἐντετυχηκὼς, ἤχθετο ὡς εἰκὸς, καὶ ἤθελε μὲν διώκειν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἀπολέσῃ θήραμα, μὴ δυνατοῦ ὄντος τοῦ παντὸς στρατεύματος, τοὺς φεύγοντας ὀξέως καταλαβεῖν, χάρακα μὲν αὐτοῦ που περὶ τὸ Ποιμανηνὸν πήγνυται, καὶ παραχρῆμα ἀπολεξάμενος γενναίους ψιλοὺς στρατιώτας, τὴν ἐπιδίωξιν τῶν Βαρβάρων ἐπιτρέπει, B παραγγείλας ὅπως χρὴ ἐπιπορεύσασθαι τοὺς ἀλάστορας. Οἱ δὲ τούτους ἐφθακότες εἴς τινα τόπον Κελλία ἐγχωρίως ὀνομαζόμενον μετὰ τῆς λείας πάσης καὶ τῶν δορυαλώτων, ὡς πῦρ κατ' αὐτῶν ἵενται· καὶ αὐτίκα πλείστους μὲν μαχαίρας ἔργον ἐποιήσαντο, ἐνίους δὲ ζωγρήσαντες, καὶ τὴν λείαν πᾶσαν ἐκεῖθεν ἀναλαβόμενοι μετὰ νίκης λαμπρᾶς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐπανῆλθον. Τούτους ἀποδεξάμενος καὶ τὴν παντελῆ τῶν πολεμίων φθορὰν ἐγνωκὼς πρὸς τὸ Λοπάδιον ἐπανέρχεται· κεῖθι δὲ παραγενόμενος καὶ μῆνας τρεῖς ὅλους ἐγκαρτερήσας, τὸ μέν τοι δι' ἀνυδρίαν τῶν δι' ὧν ἔμελλε διελθεῖν μερῶν (θέρους γὰρ ὥρα παρῆν, καὶ ἡ ἀλέα ἀφόρητος)· τὸ δὲ καὶ τὸ μήπω φθάσαν τοῦ μισθοφορικοῦ στρατεύματος ἀπεκδεχόμενος, ἐπὰν δὲ ἅπαντες ἀθροισθεῖεν ἐκεῖ, ἐξαναστὰς, C ἅπαν τὸ ὁπλιτικὸν τηνικαῦτα κατὰ τὰς ἀκρολοφίας τοῦ Ὀλύμπου καταθέμενος, καὶ τῶν οὕτω καλουμένων Μαλάγνων αὐτὸν τὸν ἀέρα (69) κατέλαβε.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(69) Ἀέρα. Sunt qui putant aerem hoc loco nihil aliud esse quam aeris aut cœli temperiem; ut sensus sit, Alexium, qui plurimum iter per arida loca, fragrantissima æstate, confecerat, æstu remisso, ad Malagnorum oppidum, se contulisse, ubi aer hauriebatur purior et temperatior. Galli dicerent, *Alexis vint prendre l'air des Malagnes*, Plutarchus σπᾶν τὸν ἀέρα scripsit, haurire, vel carpere aerem; Cælius Aurelianus Sicciensis, l. IV D *De tardis Passionibus*, cap. 1, *in aerem meliorem transire*. Verum quin hanc protinus amplectar sententiam, vetant quæ mox sequuntur, Alexium simul aerem attigit (τὸν ἀέρα καταλαβεῖν) regia monere missa, imperatricem accersivisse. Vide an ad Annæ mentem faciat locus Procopii, lib. II *De ædif. Justin.*, cap. 1, ubi urbis Daras muros a Justiniano instauratos describit.

mensces occasionis momentum exspectans. Causa cunctandi erat duplex. Prior ariditas locorum per quæ ad Turcos moturo necessarium iter erat: res semper incommoda, maxime autem flagrantissima æstate, quæ tunc tempestas exurebat cœlum intolerabili vapore solis ardentissimi. Altera quod nondum omnes copiæ mercede conductæ convenissent, quarum partes aliæ subinde post alias toto illo exspectatæ spatio congregabantur, Ut primum se remisit æstus, et totus adfuit exercitus, imperator gravem armaturam universam Olympi occupare juga atque insidere jussit. Ipse Malagnorum extremam ipsam oram tenuit.

Τῆς δὲ βασιλίδος κατὰ τὴν Πρίγκιπον (70) αὐλιζομένης, ἵν' ἔχοι ῥᾷον ἐκεῖθεν τὰ περὶ τοῦ αὐτοκράτορος μανθάνειν περὶ τὸ Λοπάδιον ἐπανελθόντος, ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ τὸν ἀέρα καταλαβεῖν, διὰ τοῦ βασιλικοῦ μονήρους μεταπέμπεται τὴν Αὐγοῦσταν τὸ μέν τι, καὶ τὸ ἄλγος ὑφορώμενος ἀεὶ τῶν ποδῶν, τὸ δέ τι καὶ τοὺς συμπαρομαρτοῦντας αὐτῷ τῶν ἐγκολπίων ἐχθρῶν δεδιώς, διὰ τὴν ἄκραν αὐτῆς περὶ αὐτὸν ἐπιμέλειαν, καὶ τὸ ἀγρυπνικώτατον ὄμμα. Οὔπω τρίτη παρῆλθεν ἡμέρα, καὶ ὁ παρὰ τὸν βασιλικὸν κοιτωνίσκον ἀσχολούμενος κατὰ τὸ περίορθρον ἐλθὼν ἀγχοῦ τοῦ βασιλικοῦ σκίμποδος εἱστήκει. Ἡ δὲ βασίλισσα διυπνισθεῖσα, καὶ τοῦτον θεασαμένη, Τούρκων ἡμῖν ἔφοδον ἀπαγγέλλειν ἔφη. Τοῦ δὲ περὶ τὸ οὕτω καλούμενον τοῦ Γεωργίου φρούριον ἐφθακέναι λέγοντος, κατεσίγασε τοῦτον ἡ βασιλὶς τῇ χειρὶ, ἵνα μὴ τὸν αὐτοκράτορα διυπνίσῃ. Ὁ δὲ ἐν αἰσθήσει τῶν λεγομένων γεγονὼς ἐπὶ ταὐτῷ σχήματι καὶ γνώμης τέως ἦν. Ἀνίσχοντος δὲ τοῦ ἡλίου πρὸς τὰς συνήθεις ἐργασίας ἐτράπετο ὅλος τῆς τούτου προμηθείας γεγονώς. Οὔπω τρίτη παρῆλθεν ὥρα καὶ ἕτερος ἐκεῖθεν καταλαβὼν ἐγγίζειν ἤδη τοὺς Βαρβάρους ἔλεγεν. Ἡ δὲ αὐτοκρατόρισσα ἔτι συμπαρῆν τῷ αὐτοκράτορι, δειλιῶσα μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐξεχομένη δὲ ὅμως τῆς ἐκείνου γνώμης. Ἐπὰν δὲ πρὸς ἄριστον οἱ βασιλεῖς ἐπείγοντο, ἕτερος ἡμαγμένος καταλαβὼν, προσουδίσας τοῖς ποσὶ τοῦ αὐτοκράτορος, ἑαυτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν κίνδυνον ἵστασθαι ἐπώμνυτο τῶν Βαρβάρων ἤδη καταλαμβανόντων [11]. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ εὐθὺς τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπάνοδον τὴν αὐτοκρατόρισσαν ἐπέτρεψεν. Ἡ δὲ πτοηθεῖσα, ἐν μυχοῖς καρδίας ὅμως εἶχε τὸν φόβον, καὶ οὔτε λόγοις οὔτε σχήμασι τοῦτον ἐνέφαινεν. Ἀνδρεία γὰρ καὶ στάσιμος οὖσα τὴν φρένα καθάπερ ἡ παρὰ Σολομῶντος ἐν *Παροιμίαις* ὑμνουμένη ἐκείνη γυνὴ, οὐ γυναικῶδές τι ἐνεδείξατο καὶ ἀθαρσὲς ἦθος, οἷα τὰ πολλὰ τὰς γυναῖκας ὁρῶμεν πασχούσας ἐπειδὰν τι φοβερὸν ἀκούσωσι. Καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα κατηγορεῖ τῆς ψυχῆς τὴν δειλίαν, καὶ συχνάκις ἀνακωκύουσι γοερὸν ὥσπερ ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐταῖς τῶν δεινῶν ἐφεστηκότων. Ἀλλ' ἥγε βασιλὶς ἐκείνη, κἂν ἐδεδοίκει, περὶ τῷ αὐτοκράτορι ἐδεδοίκει, μή τι πάθῃ ἄτοπον, δευτέρως δὲ περὶ ἑαυτῆς ἐπεφόβητο. Οὐ τοίνυν ἐκείνη κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀνάξιόν τι τῆς ἑαυτοῦ γενναιότητος ἐπεπόνθει, ἀλλ' ἐχωρίζετο μὲν τοῦ

A Diversabatur per id tempus imperatrix in loco qui Principus dicitur, opportuno ad accipiendos subinde nuntios a Lopadio, ubi multo, ut diximus, tempore, postquam eo rediit, imperator est moratus. Simul ergo se ad istud quod dixi promontorii caput oramque ultimam mari admotam transtulit Augustus, expedita inde illico monere regia imperatricem in arce commodum maritima, quam modo nominavimus degentem ad se invitavit duplici de causa: primum ut ingruente pedum morbo cujus accessum suspectabat solitis ejus fomentis et curatione fida levaretur; deinde ut ejusdem acri excubante vigilantia inimicorum ipsi perniciem molientium quales circa se versari assidue aliquos alia licet omnia simulantes B non ignorabat, insidiosos impetus prævertere ac vim declinare posset. Nondum triduo una fuerant, cum ecce cubiculi regii præfectus diluculo ingressus prope lectum Augustorum stetit. Conspicata hominem vigil tum Augusta, Nempe, inquit, Turcorum incursum nobis **463** nuntias. Ad hæc ille pervenisse jam eos affirmavit ad arcem quæ a Georgio nomen habet. Talia dicentem Augusta manus signo tacere jussit, ne imperatorem excitaret. Audiverat ille tamen quæ dicta fuerant, verum quoniam parata provisaque habebat omnia, nihil illo nuntio turbatus pro sua solita constantia in quiete ac somni simulatione perstitit. Sole demum oriente consuetis occupationibus ubi perfunctus est C tranquillissime more quotidiano, ad procurationem attentiorem instantis belli totum convertit animum Hora nondum abhinc tertia fluxerat cum alius accurrens nuntius appropinquare Barbaros retulit. Erat adhuc cum imperatore imperatrix, pavens quidem (quod in muliere tali tempore nemo reprehendet aut mirabitur), cæterum æmulatione generosa virtutis Augusti, metum vi mentis opprimens. Ponebatur Augustis mensa pransuris, quando alius ecce alto anhelitu sudore madens ad Augusti pedes solo caput allidit, juratusque affirmat jamjamque imminere periculum, esse enim in proximo Barbaros. Hic imperator confestim expediri Augustæ reditum Byzantium versus jubet. Quid illa tum haberet animi, facile sibi quisque potest subjicere. D Tamen omnem tumultum agitatæ mentis ita cordis

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] ἐπικαταλαμβανόντων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(70) *Κατὰ τὴν Πρίγκιπον*. Sic vocatur insula Byzantio et Chalcedoni vicina, quam pluribus describit Gyllius, lib. III *de Bosp. Thrac.*, cap. 15. In ea insula monasteria aliquot exstructa tradunt Cedrenus, Zonaras, Anastasius, Paulus Diac., lib. XXIII; Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patris Constantinopolitani, et alii.

penitus abditum penetralibus continuit, nulla ut usque in vocem, gestum nutumve ullum trepidationis indicia prodierint; quin potius vultu fronteque ac statu corporis firmitudinem virilem erectæ mentis et veram imitationem illius laudatæ a Salomone fortis mulieris exhibuit: non decolorari pallore facies, non horrere artus; fletus, ejulatus nullus; nihil præferre denique muliebre, aut cujusquam simile illorum quæ multa imbecilli emotique animi edere in consternatione, ad magni metum instantis mali mulieres cernimus. Ille ipse adeo, cujus erat in cordis penetralibus sibi conscia, latens metus, et rationem habuit et ordinem. Timebat imperatori, primum ne qua eum, nihil periculorum recusantem, Martis dubii fortuna inclementior affligeret; timebat sibi deinde, mala providens quæ, si quid humanitus viro contigisset, subeunda monstrabantur. Timore tamen utroque virtuti tum exsuperanti concedente, vale Augusto dixit, plane sui compos, nec indignum vel tali articulo passa quidquam generositate propria. Mox viam capessens, quam invita recederet ab imperatore subinde respectans declarabat. Pergebat tamen semetipsa obfirmans, judicio non amori minus quam timori moderante. Hinc simul ad mare descendit, propriam Augustarum monerem ingressa, oram Bithynorum legit: dehinc tempestate deprehensa, Helenopoli navem appulit, ibique mansit.

αὐτοκράτορος ἄκουσα, καὶ πυκνὰ περιστρεφομένη πρὸς ἐκεῖνον καὶ θαμὰ προσβλέπουσα· ὅμως μέντοι συντείνασα ἑαυτὴν καὶ οἷον τονώσασα, μόγις ἀπηλλάγη τοῦ βασιλέως, κἀκεῖθεν καταβᾶσα πρὸς θάλασσαν, κἄπειτα εἰς τὸ ταῖς βασιλίσιν ἀποτεταγμένον μονῆρες εἰσεληλυθυῖα, τὴν ἠϊόνα τῆς Βιθυνῶν παραπλέουσα, θαλαττίου κλύδωνος αὐτὴν κατασχόντος, ταῖς ἀκταῖς τῆς Ἑλενουπόλεως τὴν ναῦν προσορμίσασα, κεῖθι τέως αὐλίζεται.

Sed de Augusta hactenus. Imperator vero cum cognatis et militaribus viris primariis qui cum ipso erant, statim in armis **464** stetit, et equis omnes conscensis, Nicæam versus inibant viam. Id ubi cognoverunt Barbari, Alano quodam quem ceperant imperatoris contra venientis instructum impetumque ipsis nuntiante, non sustinuerunt vel famam ejus primam, sed iisdem quibus veniebant semitis, versis impigre vestigiis fugæ se mandarunt. Ac Strabobasileus et Michael Stypeota (Stypeotam hic quis audiens ne illum hybridam cogitet; nam is hujus emptitium mancipium cum fuisset, imperatori deinde dono datus, prioris domini vocabulo ad gratiæ memoriam insignitus est), Stypeota, inquam, e numero magnatum, viri ambo fortissimi, et olim fama virtutis celebres, cum forte tum in jugis Germiorum morarentur, calles angustos et devios transitus servantes, ut, si qua possent, velut feras cassibus, sic Barbaros insidiis comprehenderent: simul hunc eorum reditum cognovere, in subjectos campos desilientes, acie ibi cum ipsis prælium conserunt, eosdemque egregie vincunt. Interim imperator itinere incepto pergens, ad sæpius nominatam Georgii arcem pervenit; hinc ultra in quoddam oppidum (Sagudaos indigenæ vocant) progressus ne ibi quidem Turcos reperit. Cæterum mox accepto nuntio splendidæ victoriæ a viris fortissimis quos modo nominavi, Stypeota et Strabobasile, relatæ, vallo ibidem extra id quod dixi castellulum fixo, castrisque metatis, cum exsultante milite lætus ipse ac gratulans fructum successus auspicatissimi gustavit, meritam ejus facinoris auctoribus non parce laudem impertiens, palamque profitens: sic ab illis a principio ad exitum rem administratam patratamque, ut cum neque consilio prudentia, neque aggressioni fortitudo, nec prælio virtus,

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Αὐγοῦσταν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ μετὰ τῶν συνόντων στρατιωτῶν τε καὶ συγγενῶν εὐθὺς ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἦν, καὶ δὴ ἐποχηθέντες ἅπαντες, τὴν πρὸς Νίκαιαν ὥδευον. Οἱ δὲ Βάρβαροι Ἀλανόν τινα κατασχόντες καὶ τὴν τοῦ βασιλέως κατ' αὐτῶν ἔφοδον δι' αὐτοῦ μεμαθηκότες, δι' ὧν ἦλθον ἀτραπῶν, διὰ τούτων ἐπανῄεσαν φεύγοντες. Ὁ δέ γε Στραβοβασίλειος καὶ Μιχαὴλ ὁ Στυπειώτης (Στυπειώτην δὲ ἀκούων τις μὴ τὸν μιξοβάρβαρον νοείτω· ἀργυρώνητος γὰρ τούτου ἐκεῖνος δοῦλος γεγονώς, ἐς ὕστερον τῷ βασιλεῖ ὡς δῶρόν τι πρὸς αὐτὸν προσενήνεκται· ἀλλά τινα τῶν τῆς μείζονος τύχης), ἄνδρες οὗτοι μαχιμώτατοι, καὶ τῶν πάλαι ὑμνουμένων, οὗτοι κατὰ τὰς ἀκρολοφίας τῶν Γερμίων ἐνδιατρίβοντες, καὶ τὰς ἀμφόδους παρασκοποῦντες, εἴπου ταῖς ἄρκυσιν αὐτῶν, καθάπερ τις θῆρα οἱ Βάρβαροι περιπεσόντες ἁλῷεν ὡς τὴν τούτων ἔλευσιν μεμαθήκεισαν, παρὰ τὰς πεδιάδας τὰς οὕτω καλουμένας . . . . ἀνελθόντες καὶ ἀναδεξάμενοι τὸν μετ' αὐτῶν πόλεμον, μάχην συνεστήσαντο καρτερὰν ἡττήσαντες τούτους κατακράτος. Καταλαβὼν δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὸ πολλάκις εἰρημένον φρούριον Γεωργίου, κἀκεῖθεν αὖθις κωμόπολίν τινα Σαγουδάους ἐγχωρίως καλουμένην καὶ τοῖς Τούρκοις μὲν μὴ ἐντυχών, μεμαθηκὼς δὲ τὰ συμβάντα τούτοις παρὰ τῶν ἤδη ῥηθέντων γενναίων ἀνδρῶν, τοῦ τε Στυπειώτου, καὶ [11] Στραβοβασίλει φημὶ, καὶ ἀποδεξάμενος τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀρχῆς τόλμαν καὶ νίκην τῶν Ῥωμαίων, τηνικαῦτα ὁ αὐτοῦ που ἔξωθεν τουτουῒ τοῦ Καστελλίου τὸν χάρακα πήγνυται. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν ὡς παρὰ τὴν Ἑλενούπολιν κατελθὼν, τῇ βασιλίδι ἐντετυχήκει ἔτι αὐλιζομένῃ διὰ τὸ τῆς θαλάττης ἄπλετον. Διηγησάμενος οὖν τὰ συμβάντα τοῖς Τούρκοις, καὶ ὡς νίκης ἐπιθυμοῦντες συμφορᾷ προσεπέλασεν, καὶ κρατεῖν φανταζόμενοι μᾶλλον κεκράτηνται, καὶ τ' ἀναντία τῶν προσδοκηθέντων ἐφεύροσαν, καὶ τῆς

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[11] καὶ τοῦ.

πολλῆς ἀθυμίας ἀνακτησάμενος αὐτήν, ἄπεισιν ὡς πρὸς Νίκαιαν.

nec conatui felicitas defuerit, non magis ad privatum ipsorum præconium, quam ad publicum gaudium quidquam sit desideratum. Movet illinc postridie versus Helenopolim, ubi Augustam commodum offendit, dum mare detumesceret ibi adhuc exspectantem. Ei non parum anxiæ pro periculo in quo virum atque exercitum reliquerat, mœror videlicet abstersus omnis est, cum nuntius per se lætissimus victæ feritatis Turcicæ, ab uno idoneo maxime omnium ad consolandam ægram auctore deferretur. Narravit coram ipsi nimirum Augustus quid Turcis evenisset illis, contra se nudiustertius tanta fiducia pergentibus : ut tum fœdissime sint prolapsi, cum confidentissime assurgerent, et pro victoria quam sibi vanissimis despondissent spebus, improvisam cladem invenissent. Ab his statim inde Nicæam se confert. Ibi factus certior de altera incursione Turcorum Lopadium proficiscitur.

Ἐκεῖσε δὲ ἔφοδον ἑτέρων μεμαθηκὼς Τούρκων, ἔρχεται πρὸς τὸ Λοπάδιον ἐν ᾧ μικρὸν χρονοτριβήσας καὶ μεμαθηκὼς τὴν Νίκαιαν καταλαμβάνειν πολὺ Τουρκικὸν στράτευμα, τὰς δυνάμεις ἀναλαβόμενος, ἀπονεύει πρὸς Κίον, καὶ δι' ὅλης τῆς αὐτῆς νυκτὸς μεμαθηκὼς αὐτοὺς τῇ Νικαίᾳ προσπελάζειν ἤδη, ἀπάρας ἐκεῖθεν ἔρχεται διὰ τῆς Νικαίας πρὸς Μίσκουραν. Καὶ αὐτοῦ που βεβαιωθεὶς ὡς τὸ μὲν πᾶν στράτευμα τῶν Τούρκων οὔπω κατέλαβεν, ὀλίγοι δέ τινες περὶ τοῦ Μονολύκου ἀποσταλέντες, κατὰ τὸ Δολύλον ἐνδιατρίβουσι, καὶ τὰ τῆς Νικαίας μέρη, ἐφ' ᾧ τὴν αὐτοῦ περισκοπεῖν ἔλευσιν, καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ τῷ Μονολύκῳ διδόναι συνεχεῖς εἰδήσεις. Λέοντα μὲν τὸν Νικερίτην μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνάμεων εἰς τὸ Λοπάδιον πέπομφεν, ἐγρηγορέναι τε διαπαντὸς παρακελευσάμενος καὶ τὰς ἀμφόδους ἐπιτηρεῖν, καὶ ἅττα δὴ περὶ τῶν Τούρκων γνοίη, ταῦτα διὰ γραφῶν δηλοῦν αὐτῷ. Τὸ δὲ ἐπίλοιπον στράτευμα ἐν ἐπικαίροις καταθέμενος τόποις διέγνω βέλτιον εἶναι, μηκέτι κατὰ τοῦ σουλτάνου χωρεῖν, στοχαζόμενος τοὺς σωθέντας Βαρβάρους τὴν κατ' αὐτῶν ὁρμὴν διακηρυκεύσασθαι τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἅπασι Τούρκοις, ὡς ἐν διαφόροις ἐντετυχηκότες τοῖς Ῥωμαίοις προσέβαλον ὡς καρτερῶς ἀντέστησαν, ὡς ἡττηθέντες, οἱ μὲν ἑάλωσαν, οἱ δὲ ἀνῃρέθησαν, ὀλίγοι δὲ καὶ τραυματισθέντες, ἀπώλοντο· κἀκ τούτου διαγνόντες τὴν αὐτοῦ ἐπέλευσιν οἱ Βάρβαροι πόῤῥωτέρω καὶ αὐτοῦ Ἰκονίου γενήσονται καὶ κενόσπουδος αὐτῷ ἡ σπουδὴ γένηται. Διὰ ταῦτα στρέψας τοὺς χαλινοὺς διὰ τῆς Βιθυνῶν τὴν Νικομήδειαν κατέλαβεν, ἵν' ἐντεῦθεν ἀπελπίσαντες τὴν κατ' αὐτῶν ἔφοδον, ἐπανέλθοιεν ἕκαστος οὗπερ τὴν οἴκησιν πρότερον ἐπεποίητο· ἐπὰν δὲ ἀποθαῤῥήσαντες αὖθις εἰς προνομὴν σχεδασθεῖεν ὡς ἔθος τοῖς Τούρκοις, καὶ αὐτὸς ὁ σουλτάνος τοῦ προτέρου ἅψηται ἔργου, τηνικαῦτα καὶ αὐτὸς τῶν στρατιωτῶν μικρὸν ἀναπαυσαμένων, καὶ τῶν ἵππων καὶ ὑποζυγίων πιόνων ἐντεῦθεν γεγονότων, μετ' οὐ πολὺ σφοδρότερον τοῦ κατ' αὐτῶν ἅψηται πολέμου, καὶ τῆς μάχης καρτερῶς ἀνθέξεται. Διὰ ταῦτα τὴν Νικομήδειαν ἀναζητήσας, ὡς εἴρηται, καὶ καταλαβὼν τοὺς συνεφεπομένους αὐτῷ ἅπαντας τῶν στρατιωτῶν εἰς τὰς ἐγγύθι κωμοπόλεις κατέθετο, ὡς οἵτε ἵπποι καὶ τὰ ὑποζύγια τροφὴν ἀποχρῶσαν ἔχοιεν (τῆς Βιθυνῶν γῆς πολὺν τὸν χόρτον ἀναδιδούσης) καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ στρατιῶται ῥᾳδίως ἀπό τε τῆς Βυζαντίδος καὶ τῶν πέριξ διὰ τοῦ παρακειμένου κόλπου ἀποχρῶντα τὰ πρὸς χρείαν κομίζοιντο, ἐπισκήψας αὐτοῖς ὅλη

Non diu illic fuerat, cum admonetur Turcicum exercitum permagnum admovere se Nicææ. Hoc audito, cum copiis ad Cium tendit. Per noctem qua ibi fuit, multi subinde affluunt nuntii, qui docecant appropinquare Nicææ Turcos, atque adeo jam adfuturos videri. Sine mora imperator hæc audiens 465 per ipsam Nicæam usque ad Miscuram progreditur, ubi certiora de hostibus cognoscit; hæc nempe, nondum advenisse totum exercitum Turcorum, sed paucos tantum eorum præmissos a Monolyco morari circa Dolylum et partes Nicææ animo speculandi adventum imperatoris, mittendique illinc ad Monolycum quotidiana de illo indicia. His Augustus compertis Leonem Niceritam cum ea copiarum parte quæ ipsi suberat, Lopadium mittit, cum mandatis accuratis vigilandi acriter, custodiendique itinera, et quæ interim de Turcis explorasset missis ad se confestim indicandi litteris. Reliquum exercitum in loca commoda distribuit, sic secum statuens, nentiquam e re videri recta in sultanum ducere, frustra enim id se facturum : siquidem erat verisimile fusos paulo ante Turcos a Romanis ducibus cladis suæ famam late per Asiam sparsisse, variisque varios in locis esse testatos occurrisse Romanos ipsis, commissa gravi pugna, victos esse Turcos, quosdam captos, alios occisos, vulneratos etiam aliquos deinde periisse. Quibus rebus vulgatis, dubium non videbatur quin Barbari consilium retrocedendi caperent atque interius in loca tuta ditionis ipsorum usque ad ipsum Iconium copias reducerent, sicque frustrato insequentium studio ac spe inanem Romanis atque irritam contentionis inutilis et irridendæ lassitudinem relinquerent. Ea propter retroversis Augustus habenis per Bithynos Nicomediam se contulit; quo nimirum tali ejus regressu nuntiato Turcis, illi sic levati metu irruptionis quam a Romanis timuerant, auderent explicare ac promovere copias liberius, reverterenturque in loca prius ab ipsis occupata, unde versi pro suo more iterum in prædas, quarum primi successus sultanum quoque ipsum elicerent ad prius intermissum opus resumendum, luculentam cladem ex improviso aliquam dispersi, vagique accipere a nostris possent, jam refectis et pinguibus : quippe qui beneficio modo indultæ cessationis, et sua et equorum egregie corpora curassent, sicque ad prælium alacrius, et cum spe victoriæ certiore capessendum venirent paratiores. Eo consilio Nicomediam imperator pe-

tiit cum exercitu cætero universo quem in vicinos dispersit ei civitati pagos, ubi et equi et jumenta cætera copiosum abunde pabulum haberent a regione Bithyniæ multi fœni feraci; milites vero ipsi tum a Byzantio, tum a locis adjacentibus commercio maritimi sinus, ad quem est Nicomedia sita, benignam et parabilem rerum ad victum usumque commodarum copiam nanciscerentur. Porro, his eo dimissis, mandabat imperator nominatim equorum, et aliarum ad vecturam utilium animantium, curam gererent non perfunctoriam, **466** ne illos venatione, neu ludicris, ut fit, equestribus, fatigatum irent, aliorum temporum istas remissiones esse, nunc unum id spectarent, ut quam pinguissimæ ac valentissimæ bestiæ, quarum esset ad pugnas usus maximus, ad occasionem mox adfuturam servarentur, equitatu in primis egere bellum Turcicum. Sic ipsa loca poscere, sic gentis morem equorum conatu ac sudore multo emendam victoriam belli ejus, ne gravarentur in tam optatæ rei pretium vel curam ipsi aliquam, vel voluptatum jacturam impendere. Talibus ad consilii sui successum sapienter præscriptis magnam curam adhibuit, quo vias ac calles omnes undique, fidis impositis custodibus, obseptas spebus omnibus ac furtis hostium quam certissime haberet. Quoniam autem multorum sibi dierum moram videbat necessariam Nicomediæ fore, eo propter memoratas sæpius a nobis causas Augustam evocavit, secum illic futuram, quoad ipse admonitus incursionibus Turcorum movere in illos, juxta ea quæ decreverat, tempestivum duceret. Nicomediam appulsa imperatrix, gravem ibi offendit dolendi causam. Murmurabat comitatus passim totus adversus imperatorem, eumque passim ut degenerem ignavumque traducebat. Enimvero non ferendum flagitium aiebant, tanto ac tam minaci apparatu tot curis et sumptibus instructo, nulla re gesta memorabili ex media victoriæ occasione mollissime retrocessisse in urbem amœnissimam, et æstiva delicata sub Nicomediæ tectis et hortorum umbris imperatorem cum exercitu agere Romanum; sane interim dum campi victores et late securi Barbari Christianum liberrime limitem incursent. Ea non in angulis jam solum, sed in plateis quoque passim atque angiportubus, prope jam palam, ferebantur, pertimescente haud parum Augusta. Cæterum imperator ingenti animi fiducia plane omnia contemnere decreverat; neque imperitorum obtrectationes hominum, plusquam puerorum nænias in præsentia curandas sibi constituerat, ex illa in qua certus stabat cœlestis arce sapientiæ liquido prospiciens, forte ut censores isti ipsi viso postmodum felicissimo vituperati a se consilii successu, suæ ultro ipsorum imprudentiæ damnationem cum eximia solertiæ constantiæque Augusti admiratione conjungerent. Unus illum in hoc toto incommodo pungebat Augustæ quem diximus metus ac mœror. Ergo ad eam consolandam versus, juratus affirmabat, illud ipsum quod in contumeliam ignari rerum traherent, tanto clarioris mox victoriæ causam certam fore.

γνώμῃ πολλὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἵππων καὶ ἀχθοφόρων κτηνῶν ποιεῖσθαι, καὶ μηδ' εἰς θήραν, μηδ' ἱππηλάσιον τὸ παράπαν ἐξιέναι, ἵνα καιροῦ καλοῦντος πίονες ὄντες τοὺς ἐπιβάτας εὐχερῶς φέροιεν, καὶ πρὸς τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἱππασίας χρήσιμοι αὐτοῖς εἶεν. Ταῦτα τοιγαροῦν οἰκονομήσας ἐκείνοις, οἷα σκοπὸς καθῆστο πόῤῥωθεν, φύλακας διὰ πάσης ἀτραποῦ ἐπιστήσας, μέλλων δὲ αὐτοῦ που ἡμέρας ἱκανὰς αὐλίζεσθαι μεταπέμπεται τὴν Αὐγοῦσταν δι' ἃς πολλάκις αἰτίας εἰρήκειμεν, ἐφ' ᾧ συνεῖναι τούτῳ μέχρις ἂν τὰς τῶν Βαρβάρων ἐφόδους ἐνωτισθεὶς, ἐκεῖθεν ἀπάραι βουληθείη. Ἡ δὲ θᾶττον τὴν Νικομήδειαν καταλαμβάνει, ὁρῶσα δέ τινας τῶν ἐναντίων ἐπιγαννυμένους [οἷον ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς ἠπρακτήκει καὶ πανταχοῦ διαλοιδορουμένους τῷ βασιλεῖ καὶ ὑποψιθυρίζοντας ὡς ἄρα κατὰ τῶν Βαρβάρων τοσοῦτον παρασκευασάμενος, καὶ πολλὰς συνειλοχὼς δυνάμεις καὶ μηδὲν μέγα ἠνυκὼς ἀπέκλινε πρὸς τὴν Νικομήδειαν· καὶ τοῦτο οὐκ ἐν γωνίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πλατείαις καὶ ἀμφόδοις καὶ τριόδοις ἀναισχυντώτερον λέγοντας, ἠνιᾶτο καὶ ἤσχαλλεν. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὸ πέρας τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ὁρμῆς αἴσιον ἔσεσθαι στοχαζόμενος, δεινὸς ὢν περὶ τὰ τοιαῦτα παρ' οὐδὲν μὲν τὰς διατριβὰς ἐκείνων καὶ νεμέσεις ἐτίθετο, ὡς παιδαρίων ἀθυρμάτων πάμπαν τῶν τοιούτων καταφρονῶν, καὶ τοῦ νηπιώδους αὐτῶν καταγελῶν φρονήματος, τὴν δέ γε Αὐγοῦσταν κρείττοσιν ἀνεκτᾶτο λογισμοῖς, αὐτὸ τοῦτ' ἔσεσθαι μείζονος νίκης αἴτιον ἐπομνύμενος, ὅπερ ἐκεῖνοι διασύρουσιν.

Hanc ego quidem veram arbitror virtutem, si recte quis et scite sibi consilio victoriam paret. Nam sane impetus ferox effervescentis animi, et robuste in opus erumpens valida contentio nervorum, si expers consilii judiciique ruat, vituperatur a sapientibus: utpote quæ stolidæ ac vesanæ confidentiæ labem potius quam cordatæ moderatæque fortitudinis laudem ferat. Differunt enim ista; et inter præfidentem audaciam ac vere fortem periculi contemptum hoc fere prudentes discrimen adnotant, quod fortitudo vera modum audendi potentiæ finibus determinat, nec armis et impetu ad ea nititur quæ ultra vires sunt: cum vero elati æstu quodam etiam illa invadimus quæ consequi ac pervin-

Ἐγὼ μὲν οὖν ἀνδρείαν οἶμαι ὅταν τις σὺν εὐβουλίᾳ τῆς νίκης κρατήσειε, τὸ γὰρ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς καὶ δραστήριον ἄνευ τοῦ φρονεῖν κατηγορούμενον γίνεται καὶ θράσος ἐστὶν ἀντὶ θάρσους, θαῤῥοῦμεν γὰρ τοῖς ὅπλοις καθ' ὧν δυνάμεθα, θρασυνόμεθα δὲ καὶ καθ' ὧν οὐ δυνάμεθα, ὥσθ' ὁπόταν κίνδυνος ἡμῖν ἐπικρέμαται, ἀποκαταπρόσωπον προσβαλεῖν, τότε τρόπον ἕτερον τὸν πόλεμον μεταχειριζόμεθα, καὶ ἀμαχεὶ τῶν ἐχθρῶν κρατεῖν ἐπειγόμεθα. Καὶ πρώτη ἐστὶν ἀρετῶν ἡ στρατηγῶν σοφία κτᾶσθαι νίκην ἀκίνδυνον. *Τέχνῃ δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο*, φησὶν Ὅμηρος· τὸ γὰρ μετὰ κινδύνου νικᾷν καὶ ἡ Καδμόθεν παροιμία διαφαυλίζει. Ἐμοὶ δὲ ἄριστον νενόμισται, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μηχα-

νᾶσθαί τι πανοῦργον καὶ στρατηγικὸν, ὁπηνίκα μὴ ἀπόχρη τὸ στράτευμα πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Καθὼς ἔστιν ἐκ τῆς ἱστορίας ἀναλέγεσθαι τῷ βουλομένῳ, ὡς οὐκ ἄρα μονότροπος ἡ νίκη, οὐδὲ μονοειδὴς, ἀλλὰ διαφόροις κόποις πάλαι μέχρι τῆς δεῦρο κατορθουμένη, ὥστε τὴν μὲν νίκην μίαν εἶναι, τοὺς δὲ τρόπους δι' ὧν αὕτη τοῖς στρατηγοῖς περιγίνεται διαφόρους τε καὶ ποικίλους τὴν φύσιν. Τινὲς γὰρ τῶν πάλαι ὑμνουμένων στρατηγῶν αὐτῇ ἰσχύϊ τῷδε τρόπῳ τοὺς ἐναντίους νικήσαντες φαίνονται. Ἄλλῳ δὲ ἄλλοι πολλάκις χρησάμενοι, τὴν νικῶσαν εἶχον. Ὁ δέ γε ἐμὸς πατὴρ καὶ βασιλεὺς ὅπου μὲν ἀλκῇ τῶν ἐναντίων ἐκράτει, ὅπου δὲ καὶ περινοίᾳ τινὶ χρησάμενος. Ἔστι δ' οὗ κἀν ταῖς μάχαις αὐταῖς ὀξύ τι στοχασάμενος καὶ τολμήσας τὴν νικῶσαν εἶχεν εὐθύς. Ὅπου μὲν καὶ στρατηγικῷ μηχανήματι συγχρησάμενος, ὅπου δὲ καὶ διὰ χειρῶν μαχόμενος, πολλὰ πολλάκις ἐξ ἀπροσδοκήτων ἐστήσατο τρόπαια. Ἦν μὲν γὰρ ἤπερ ἄλλος τις καὶ φιλοκίνδυνος ὁ ἀνήρ. Καὶ συνεχεῖς ἦν ὁρᾷν αὐτῷ τοὺς κινδύνους ἐγειρομένους, ἀλλὰ ποτὲ μὲν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς τούτους παραπεδύετο, καὶ ὁμόσε τοῖς Βαρβάροις ἐχώρει, ποτὲ δὲ καὶ ἐσχηματίζετο ὑποκατακλίνεσθαι, καὶ τὸν ὀῤῥωδοῦντα ὑπεκρίνετο ὡς καιρὸς ἐδίδου καὶ τὰ πράγματα ὑπηγόρευε. Καὶ ἵνα συνελοῦσα τὸ πᾶν εἴποιμι, καὶ φεύγων ἐκράτει, καὶ διώκων ἐνίκα, καὶ ἵστατο καταπίπτων, καὶ καταβάλλων ὄρθιος ἦν, κατὰ τὴν τῶν τριβόλων θέσιν. Καὶ ταῦτα γὰρ ὅπως ἂν ῥίψειας ὀρθά σοι ἐστήξεται. Πάλιν δ' ἐνταῦθα γενομένη παραιτοῦμαι τὴν μέμψιν, ὅτιπερ ταυτολογοῦσα καταλαμβάνομαι. Ἀλλὰ πολλάκις ἀπελογησάμην ὅτι οὐχ ἡ τοῦ πατρὸς εὔνοια τοὺς λόγους τούτου παρέχεται, ἀλλ' ἡ τῶν πραγμάτων φύσις. Τί γὰρ κωλύει πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς καὶ φιλοπάτορα εἶναι κατὰ ταὐτόν τινα καὶ φιλαλήθη. Ἐγὼ μὲν γὰρ τ' ἀληθῆ προειλόμην ξυγγράφειν, καὶ περὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, εἰ δὲ [13] ξυμβέβηκεν εἶναι καὶ πατέρα τοῦ ξυγγραφέως [14], τὸ μὲν τοῦ πατρὸς ὄνομα προσεῤῥίφθω ἐνταῦθα καὶ κείσθω ἐκ τοῦ παρέλκοντος, τῇ δὲ φύσει τῆς ἀληθείας ἀνακείσθω τὸ σύγγραμμα. Ἐν ἄλλοις μὲν γὰρ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἐνεδειξάμην εὔνοιαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυσμενῶν κατ' ἐμαυτῆς ἠκόνησα δόρατα καὶ ξίφη παρέθηξα. Καὶ ἴσασιν ὁπόσοι τὰ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἠγνόησαν πράγματα. Οὐ μὴν ἐν τῷ τῆς ἱστορίας χρήματι καταπροδοίην ἂν τὴν ἀλήθειαν. Ἄλλος μὲν γὰρ καιρός ἐστιν εὐνοίας πατρικῆς καθ' ὃν ἡμεῖς ἠνδρισάμεθα, ἕτερος δὲ καιρὸς ἀληθείας ὃν τινα παραπεπτωκότα οὐκ ἂν παρὰ φαῦλον θείην. Εἰδ' ὅπερ εἶπον καὶ φιλοπάτορας ἡμᾶς συναποδείκνυσιν ὁ καιρὸς οὗτος, οὐ παρὰ τοῦ τὰ τῆς ἀληθείας ἐπηλυγάσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων μεμψίμοιρον.

cere nequaquam posse nos sumus nobis conscii, tum certe non virtute agimur laudabili, sed impotenti temeritate rapimur. In eo ego priori vere fortium numero illum quoque reposuerim qui, oblato periculo, non in illud quidem fronte adversa vehemens incurrit, cæterum tanta 467 dexteritate belli clavum, ita scite rem gubernat administratque totam, ut nihilominus hostes superet subjiciatque sibi sine strepitu ac vi, quam si virtutem in acie summam cum pari felicitate jungens, suorum hostiumque cruore multo victoris nomen ac decus emisset. Imo id aio, si comparentur ista inter se, præstantiorem videri sapientiam, ducis incruente ac tuto, sineque alea vincentis, quam tumultuosos alterius conatus per cædes, vulnera, periculaque rei summæ denique in victoriæ decus enitentis. Nimirum ut Homerus ait : *Auriga aurigæ solum præcellit ob artem*. Enimvero periclitando superare quam expetibile non sit, in ore vulgi quoque a Cadmo ducta parœmia posuit. Itaque meo jure mihi videor in eo positura summum apicem laudis imperatoriæ, si quis utramque rem misceat in tempore, et cum pugna commissa strenue manum conserat; tum idem simul etiam ingenio vigente astutum aliquid excogitet quo forte prævalentes opibus et numero adversariorum res, quominus tamen infirmiores nostras obterant, consilio atque arte reprimantur. Esto enim ubi libratis utrimque pari numero atque apparatu contendentium viribus illiberale cuipiam forte videatur furtis et insidiis ad virtutis præmium grassari; fortunæ certe iniquitatem pauciores objectantis pluribus subsidio emendare prudentiæ, quis invideat? quis non prædicandum putet? Quod si quis historiarum exempla colligat, sic reperiet : unum ambitæ omnibus victoriæ decus ac fructum, non una peti via, nec ratione obtineri eadem semper. Exstant monumenta quibus multi memorantur veterum militari olim laude successibusque bellicis percelebrium. Horum artes rei ejusdem assequendæ diversissimæ plurimæque referuntur, dum alii vi aperta, stratagemate alii debellant. Pater meus quæ varii varia tentarunt unus fere omnia expertus est. Fuit cum æquo Marte collatis viribus superior exsisteret impetu ac vi : fuit item cum ingenium ad robur adjungeret; flagranteque prælio ac pendente victoriæ fortuna, repente astutum excogitaret quo velut momento degravaret æquatam hactenus lancem et periculum in successum verteret. Itaque tropæorum ejus partem prudentia et consilium erexit, partem manus et contentio militarisque conatus statuit : quarum specierum cum altera quæ idoneo instructu apparatuque præmunita virium animorumque exsuperantia prævalet, laudem summam habeat; altera etiam inopinatis conversionibus admirationem in se hominum merito convertit. Verum utri palma detur parum ad patris mei famam interest genere, uti dixi, pariter in utroque præcellentis. Quis illo alius periculorum appetentior? Quam ille autem periculis vacuam vitæ partem habuit, qui natus eo fato videretur, ut in eum nullo non loco, nullo non tempore, ingentium undique malorum metus ac minaces velut fluctus

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

[13] εἰ δὲ τὸν αὐτόν. [14] ξυγγράφειν.

insurgerent? Per has ille procellas dignitate semper incolumi varie defungens transiit. Interdum videlicet nudo capite, quod aiunt, explicatis aciebus contra Barbaros summam rerum aleæ prælii commisit. Alias declinabundus affectabat arte specimen timentis vitantisque congressum, quasi suis parum viribus fideret. **468** Sic enim rerum et temporum conditio poscebat, ut ex simulatione metus salutis publicæ gloriæque majoris occasio nasceretur; quæ spes ipsum raro destituit. Ut enim multa paucis breviter colligam, et fugiens ille superavit, et persequens vicit, et prolabens perstitit, et dejiciens erectus mansit; plane ut murices tricuspides tali aptos figura, ut quamlibet eos in faciem projicias semper recti stent. Rursum hic vereor quam deprecata sæpe sum lectoris offensionem domesticæ me indulgere gloriæ quæsturi. At, ut sæpe dixi, non mihi patris amor potius quam rerum fides ipsarum naturaque propositæ materiæ hanc orationem suggerit. Quæ porro invidia est, ubi per veritatem liceat, uno me facto eodem duplex officium exsolvere, ac patris simul amantem, simul veri studiosam esse ac videri? Optimo ego animo veram historiam componere sum aggressa. Delegi ad id vitam resque gestas viri boni. Si quo casu contigerit ut idem qui scriptionis argumentum est pater quoque sit scribentis, peto ni fallor jure meo ut ponatur extra causam patris nomen, neve naturæ conjunctio in mendacii præjudicium aut elevationem fidei trahatur. Aliis ego sane officiis ac rebus pietatis erga patrem debitum explevi, adeo ut ista etiam charitate inimicorum in me iras, imo hastas et mucrones acuerim, cujus rei testes apello eos omnes qui res meas non nesciunt. In hoc quidem labore ac scriptione hujus operis uni mihi propositum est litare veritati. Suus nempe unicuique officio locus, sua hora est. Fuit sane, fuit aliud amoris in patrem mei declarandi tempus, florens nimirum ætas nostra, quæ illo regnante maturuit; alia nunc tempestas vertitur, alia præsto est occasio, cujus momentum breve ac lubricum mihi effluere non patiar demerendæ in scribendo veritatis : qua in re si quod virtutis præconium paternæ rerum gestarum exactam referens memoriam mea necessario historia faciat, ejus ego gratiam charitati adjudicatam uni vindico uni ascribi volo veritati. Cujus etiam ipsius numen conscium et vim perspicacem ultro advoco, mihique propitiam fore spero adversus obtrectationes querulas hominum prave ac maligne suspicacium; qui, si nostræ fidei controversiam exceptione pietatis moverint, confectam sibi rem putant, et abunde persuasum omnibus fieri non posse, quin quæ de patre narrat filia, si ea speciosa et commendabilia sint, falsa confictaque fuerint ad obscurandam obliterandamque veritatem.

Sed ad institutam narrationem aliquando recurrat oratio necesse est. Quandiu fixum illic, ubi reum reliquimus, tabernaculum imperator habuit, totum otium studiumque uni fere impendit rei, exercitui supplendo augendoque novis assidue delectibus : tum præcipue tyronibus istis ipsis exercendis erudiendisque per se coram ad omnes rei militaris usus, ut tendere arcum, ut hastam quatere, ut equum scite inscendere regereque oporteret, ut manipulatim coire in singulares globos quibus una significatione, si esset opus, junctis momento exsisteret illa forma formidabilis excogitatæ ab ipso primum institutæque aciei. Ad hanc fingebat ipse juvenes sedulitate laboriosissima equitans interdum una cum ipsis, et docendis admonendisque rudibus, cursans passim ultro citroque atque obiens phalangas. Sole porro jam a majoribus absistente circulis, et autumnali jam æquinoctio transgresso, ad australes inclinante orbes, idonea expeditioni tempestas adesse visa. **469** Ergo vetus exsequens propositum omnes secum copias recta Iconium versus rapit. Nicæam simul attigit, expeditos milites peritis commendatos ducibus procurrere in Turcos prædarique passim, et divisos, manus ostentare multis locis uno tempore plures jubet; illud etiam atque etiam interminatione omni vetat, ne, vel si Deo manifeste adjuvante vincerent, hostesque funderent, excursionem tamen facere auderent longiorem : sed fortuna contenti mature ac quam or-

A Ὁ μέν τοι λόγος ἀνατρεχέτω αὖθις πρὸς τὸ προκείμενον. Ἄλλο δ' οὐδὲν ὁ αὐτοκράτωρ ἔργον εἶχεν ἐφ' ὅσον ἐκεῖ που τὴν αὐλαίαν ἐπήγνυτο, ἢ νεολέκτους τῷ παντὶ συγκαταλέγειν στρατεύματι, ἐπιμελῶς τε ἐκπαιδεύειν ὅπως χρὴ τόξον τείνειν καὶ δόρυ κραδαίνειν, ἵππον τε ἐλαύνειν, καὶ μερικὰς ποιεῖσθαι συντάξεις· τὸ καινὸν ἐκεῖνο σχῆμα τῆς παρατάξεως, ὅπερ αὐτὸς ἐξεῦρεν ἀναδιδάσκων τοὺς στρατιώτας. Ἔστιν οὗ καὶ αὐτὸς συνιππαζόμενος τούτοις, καὶ παραθέων τὰς φάλαγγας, καὶ τὸ δέον ἅπαν ὑποτιθέμενος. Τοῦ ἡλίου δὲ τῶν μειζόνων ἀφισταμένου κύκλων, καὶ παραμείψαντος μὲν τὴν φθινοπωρικὴν [15] ἰσημερίαν, ἐπικύπτοντος δὲ ἤδη πρὸς τοὺς νοτιωτέρους κύκλους, ἐπεὶ οὑτοσὶ εὔθετος ὁ καιρὸς ταῖς ἐκστρατείαις ἐδόκει, σὺν ὅλαις δυνάμεσι κατευθὺ Ἰκονίου ἤλαυνε,
B καθ' ὃν ἀρχῆθεν προέθετο λογισμὸν, καὶ τηνικαῦτα τὴν Νίκαιαν καταλαβὼν εὐζώνους στρατιώτας μετ' ἐμπείρων ἡγεμόνων ἀποδιελόμενος τοῦ λοιποῦ στρατεύματος εἰς προνομὴν κατὰ τῶν Τούρκων προεκδραμεῖν τούτους παρεκελεύσατο, διεσπαρμένως τὰς ἐκδρομὰς ποιουμένους. Ἀλλὰ μηδὲ εἰ τὴν νίκην Θεόθεν λάβοιεν καὶ κατατροπώσαιντο τοὺς ἐχθροὺς ἐς μακρὰν ἀποτελεῖν τὴν καταδρομὴν, ἀρχουμένους δὲ τῇ δεδομένῃ μετ' εὐταξίας πάλιν τὴν ὑποστροφὴν παρηγγύα ποιεῖν. Καταλαβόντες οὖν ἅμα τῷ αὐτοκράτορι τόπον τινὰ διακείμενον, ἐγχωρίως οὑτωσὶ Γαῖτα προσαγορευόμενον, ἐκεῖνοι μὲν εὐθὺς ἀπῄεσαν, ὁ
C δὲ ἀπάρας ἐκεῖθεν σὺν ὅλαις δυνάμεσι τὴν κατὰ τὴν Πιθικᾶν [16] διακειμένην καταλαμβάνει γέφυραν. Εἶτα

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[15] φθινοπωρινήν. [16] Πιθηκᾶν.

ἐν τρισὶν ἡμέραις διὰ τοῦ Ἀρμενοκάστρου καὶ τῶν A οὕτω καλουμένων Λευκῶν, τὰς τοῦ Δορυλαίου καταλαμβάνει πεδιάδας. Ἀποχρώσας δὲ ταύτας πρὸς παρατάξεις κατανοήσας, καὶ θέλων ἅπαντας θεάσασθαι, καὶ τὴν ὁπλιτικὴν παντὸς ἐγνωκέναι δύναμιν, ἣν πάλιν ὤδινε πολεμικὴν σύνταξιν καὶ ἐν διφθέραις πολλάκις συνεγράψατο σχηματίζων τὰς παρατάξεις (ἦν γὰρ οὐδὲ τῆς Αἰλιανοῦ τακτικῆς ἀδαής) ταύτην κατὰ τὸν παρεστηκότα τότε καιρὸν ἐν ἀληθείᾳ συντάξας, κατὰ τὸ πεδίον ἐκεῖνο ἐστρατοπέδευσεν. Εἰδὼς γὰρ οὗτος ἐξ ἐμπειρίας πάνυ πολλῆς ὅτι ἡ Τουρκικὴ παράταξις οὐ κατὰ τὰς τῶν ἄλλων ἐθνῶν παρατάξεις συνέστηκεν, οὐδ' ὡς Ὅμηρός φησιν·

dinatissime se reciperent. Pervenerat exercitus simul universus, imperatore ipso ductante, in locum adjacentem Nicææ, cui nomen Gaita indigenæ dederunt. Hinc dimissi quos diximus prædatores. Ipse, digressis illis, cum cætero exercitu pontem ad Pithicam situm Augustus occupavit. Deinde tribus diebus per Armenocastrum et Leucas (locum ita dictum) Dorylæi planitiem attigit. Nactus hic patentes æqua superficie campos, et late purum explicandæ quam parturiebat animo novæ aciei spatium, instruere illic totum sub signis exercitum, et suas in armis universas simul videre copias voluit, eamque ad rem castra ibidem est metatus. Nondum in rem contulerat quæ animo dudum et descriptione comprehensa, circumferebat in membranis accurate designatis, non modo ex præscripto artis veteris et illorum quorum rudis non erat ab Æliano tractatæ tactices præceptorum, sed ex iis potissimum quæ vetus ipse, ac jam tot bellis exercitatus imperator, longa observatione variæ sibi experientiæ subnotaverat. Sæpius animadverterat nequaquam uti eadem Turcos cum cæteris gentibus acierum ad pugnas instruendarum ratione; neque enim apud illos, ut Homerus habet :

Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. B

Scutum hæret scuto, galeæ galea, atque viro vir.

Ἀλλὰ καὶ τὸ δεξιὸν κέρας τοῖς Τούρκοις καὶ τὸ εὐώνυμον καὶ τὸ μέτωπον ἀπ' ἀλλήλων διέσπασται, καὶ ἑστήκασιν οἷον ἀπεῤῥωγυῖαι ἀπ' ἀλλήλων αἱ φάλαγγες, καὶ ὅταν τις ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἢ τὸ εὐώνυμον κέρας ὁρμήσειεν, ἐφάλλεται αὐτῷ καὶ τὸ μέτωπον, καὶ τὸ μετ' ἐκεῖνο μέρος τῆς ὅλης παρατάξεως, καὶ καθάπερ τινὲς λαίλαπες τὸ ὑποκείμενον συνετάραξαν· τὰ δὲ πολεμικὰ τούτοις ὄργανα οὐ πάνυ δόρασι χρῶνται, καθάπερ οἱ λεγόμενοι Κελτοὶ, ἀλλὰ πανταχόθεν κυκλοῦντες τὸν ἐχθρὸν τόξοις βάλλουσιν (71)· καί ἐστιν ἡ ἄμυνα τούτων πόῤῥωθεν, ὁπόταν διώκῃ, ἁλίσκει τῷ τόξῳ, καὶ διωκόμενος κρατεῖ τοῖς βέλεσι, καὶ βάλλει βέλος, καὶ τὸ βέλος πετώμενον ἢ τὸν ἵππον, ἢ τὸν ἱππότην ἔπληξεν· ἀπὸ δὲ βαρυτάτης C χειρὸς ἀφεθὲν, δι' ὅλου τοῦ σώματος παρελήλυθεν, οὕτως εἰσὶ τοξικώτατοι. Πρὸς γοῦν τοῦτο ὁ πολυπειρότατος ἐκεῖνος βασιλεὺς ἐνιδὼν τὰς παρατάξεις αὐτὰ ἐπεποίητο, καὶ συνίστα τὰς φάλαγγας οὕτως, ὡς τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν τοξεύειν, ὅθεν αἱ ἀσπίδες προὐβέβληντο, τοὺς δὲ ἡμετέρους ἐκ τῶν ἀριστερῶν βάλλειν, ὅθεν τὰ ἀσκέπαστα ἦν τοῦ σώματος. Καὶ αὐτὸς μὲν, τὴν τοιαύτην κατανοήσας παράταξιν ὡς ἄμαχός ἐστιν, ἐθαύμασε τῆς δυνάμεως ὥσπερ τινὰ Θεοῦ σύνταξιν ἄντικρυς καὶ ἀγγέλων παρεμβολὴν τὴν τοιαύτην ἡγεῖτο παράταξιν· ἅπαντες δὲ καὶ ἐθαύμαζον καὶ ἐγεγήθεισαν, τεθαῤῥηκότες ἐπὶ τῷ τοῦ αὐτοκράτορος σκέμματι. Ἐκεῖνος δὲ, ἅμα καὶ τὰς δυνάμεις κατανοῶν καὶ τὰς πεδιάδας δι' ὧν διιέναι ἔμελλε φανταζόμενος, καὶ τὸ τῆς παρατάξεως D στεῤῥὸν καὶ ἀδιάσπαστον λογιζόμενος, χρηστὰς ἐλπίδας ἐντεῦθεν ἐλάμβανε, καὶ εἰς ἔργον ταύτας Θεῷ προβῆναι ἐπηύχετο. Οὕτω γοῦν παραταξάμενος τὴν Σαντάβαριν κατέλαβε . . . . τοὺς ἡγεμόνας ἅπαντας τῆς τοιαύτης . . . . διελὼν, τὸν μὲν Καμύτζην κατὰ τοῦ πολυ . . . . . τῆς κέδρου ἐξέπεμψε· πολίχνιον δὲ τοῦτο . . ἐρυμνότατον παρά

Sed dextrum Turcis cornu a sinistro disjungitur, et ab utroque divulsa interposito spatio seorsim stat acies media postremumque post eam in subsidia submotum agmen. Cum vero in prœliis hostilis manus in aliquam separatim istarum partium invehitur : tum sane certamine conserto intentos hostes operi alia periculo vacans adoritur pars, vehementissima incidens vi, quoad procellæ instar contra oppositos disjecerit. Arma porro usitata Turcis hæc sunt fere : non multum utuntur hastis, contra quam Galli solent quibus in usu frequentissimo telum istud est. Hi vero potissimum student circumvenire adversarios clausosque omni ex parte laxatis arcu fodere sagittis. Ergo fere pugnant eminus, ita ut et quem Turcus insequitur arcu capiat, et quem insequentem fugit jaculo plerumque respectans figat. Hunc porro exercitationis in his longæ fructum habent, ut ineluctabili plane vi telum intorqueant, et eo maxime modo dum fugiunt **470** vincant. Facile id et frequenter fit ut manu emissum ab his jaculum sive equum sive equitem attigerit toto transadactum corpore utrinque ictu pervio transverberet. Adversus ea prudentissimus imperator tali aciem artificio descripsit, ut dextris quidem Turcorum arcu peritissime utentibus clypeorum nostri obtentum obverterent : porro eodem tempore diversi alii lævam in Turcorum partem arcus intendentium, ac propterea scutorum impedimento nudam, creberrima procul jaculatione inveherentur. Hanc ingenii designatione prius informatam industriam ubi usu quoque comprobari, et per simulacra pugnæ quæ istis in campis agitavit, minime dubiam maximeque efficacem expertus est, gaudebat enimvero sibique gratulabatur, tanquam legionibus angelicis divino quodam instructu ad certam utique victoriam procedentibus præesset.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(71) *Τόξοις βάλλουσιν.* Leo in *Tact.*, cap. 18, § 50 et 52.

Nec minus interim fiduciæ lætitiæque innascebatur animis omnium nostrorum, solers inventum imperatoris mirantium pariter et prædicantium. Habita ergo imperator idem diligenti ratione tum numeri ac generis suarum copiarum, tum viæ quæ porro spergenti lata ostendebatur et æquabilis per pura et aperta spatia camporum, magnam in spem venit (quam Deus ut præsenti numine ratam faceret, orabat), magnam, inquam, animo fiduciam concepit, fore ut suus exercitus tali aciei forma constanter etiam iter agendo servata, in hostes promovens, insignis mox victoriæ compos fieret. Hoc igitur instructu Santabarin pervenit. Ibi disjungere copias visum, rerum simul plurium causa gerendarum. Manum ergo unam Camytzæ ductandam tradit, cui mandavit ut Polybotum peteret et non longe inde dissitam urbem parvam at munitissimam a cedro habentem nomen, cui Satrapa quidam Pucheas appellatus præerat. Stypeotæ, alia manu commissa præcipit ut adversus eos qui apud Amorium stationem habere dicebantur Barbaros vaderet. Cognitum et proditum hoc consilium est a Scythis duobus in Romano tum exercitu merentibus, qui ad Pucheam transfugio delati, Camytzæ mox futuram in eum incursionem ipsi denuntiant, simul subsequentis cum toto exercitu imperatoris adventum. Formidinem is nuntius Pucheæ tantam attulit, ut media ipsa nocte trepide inde cum suis fugerit. Diluculo eodem Camytzes adveniens nec Pucheam nec ullum omnino Turcum reperit. Molestissime hunc casum Camytzes tulit; ita ut nihilo fere minus offensus quam ubi exspectatissima venatoribus cupidis præda elabitur, non sustinuerit vel momentum residere illic ad colligenda spolia ingentis pretii, quibus totum Cedreæ oppidum plane confertum reperit. Statim ergo versis habenis versus Polybotum cucurrit; ibi deprehensos in Turcos irruit magno impetu, cædem eorum innumerabilem facit, prædam omnem captivosque recipit, sicque re **471** prospere gesta, in iisdem illis subsistit partibus, adventum in eas imperatoris exspectans. Non minori fere successu Stypeotes appulsus Pœmanenum rebus ex imperatoris voto gestis, ad eum se retulit. Ille Camytzem sequens sub occasum solis Cedream pervenerat. Illic eum conveniunt milites quidam indicantes innumerabilem Barbarorum multitudinem versari in oppidis non longe distantibus quæ illius olim decantatissimi Burtzæ fuerant. Non temere auditum. Statim imperator in occasiones paratus omnes Burtzæ istius ejusdem nepotem Bardam vocatum, una cum Georgio Le-

A τινος σατράπου . . . . κατεχόμενον· τῷ δέ γε Στυπειώτῃ . . . . . . ἐν τῷ Ἀμορίῳ Βαρβάρων ἀπελθεῖν . . . . θόμενοι δὲ τῆς βουλῆς δύο τινὲς Σκύθαι αὐτόμολοι προσεληλυθότες τῷ Πουχέᾳ τὴν τοῦ Καμύτζη διεμήνυον ἔφοδον, ἅμα δὲ καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλευσιν. Ὁ δὲ, φόβῳ τηνικαῦτα πολλῷ συσχεθεὶς, περὶ μέσας φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐκεῖθεν ἐξελθὼν μετὰ τῶν ὁμοφύλων ᾤχετο. Αὐγαζούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας καταλαβὼν ὁ Καμύτζης, τὸν μὲν Πουχέαν οὐχ εὗρεν, ἀλλ' οὐδέ τινα τὸ παράπαν Τούρκων· πλῆρες δὲ λαφύρων τὸ πολίχνιον, τὴν Κεδρέαν φημὶ, εὑρηκὼς, πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπένευσεν, ἀλλ' ἠνιᾶτο, καθάπερ οἱ θηραταὶ τὴν εὐχερῆν ἄγραν ἀπολωλεκότες. Καὶ μὴ ἀνασχόμενος, εὐθὺς τὰς ἡνίας στρέψας κατὰ B τοῦ Πολυβοτοῦ ἄπεισι· καὶ ἀθρόον τούτοις ἐπεισπεσὼν, κτείνει μὲν Βαρβάρους ὑπὲρ ἀριθμὸν, ἅπασαν δὲ τὴν λείαν καὶ τοὺς δοριαλώτους ἀναλαβόμενος, περὶ τὰ κεῖθι μέρη αὐλίζεται τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἀπεκδεχόμενος ἔλευσιν. Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ Στυπειώτης τὸ Ποιμανηνὸν καταλαβὼν δράσας, πρὸς τὸν βασιλέα ἐπανέστρεψε. Καταλαμβάνει δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὴν Κέδρην περὶ ἡλίου δυσμὰς, καὶ προσεληλυθότες παραχρῆμα αὐτῷ στρατιῶταί τινες ἔφασαν πληθὺν ἀμέτρητον εἶναι Βαρβάρων εἰς τὰ τοῦ πάλαι ᾀδομένου Βούρτζη (72) πολίχνια ἀγχοῦ που διακείμενα. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ αὐτίκα τε ἠκηκόει τοῦ λόγου, καὶ πρὸς ἔργον ἡτοίμαστο. Καὶ παραυτίκα τὸν ἐκείνου τοῦ Βούρτζη ἀπόγονον Βάρδαν τὴν κλῆσιν μετὰ Γεωργίου τοῦ Λεβούνη καὶ Σκύ- C θην [17] . . . . . . καλούμενον μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς εἰς ἀξιόμαχον παραστήσας δύναμιν κατ' ἐκείνων ἐξέπεμψεν, ἐπισκήψας, ἐπὰν ἐκεῖσε παραγένωνται, προνομεῖς ἀποστεῖλαι κατὰ τῶν παρακειμένων κωμοπόλεων, καὶ ἁπάσας δῃώσασθαι, καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς αὐτόχθονας ἐκεῖσε μετοικίσαντας κομίσαι οἱ. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν εὐθὺς τῆς προκειμένης ὁδοῦ εἴχοντο. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ, ἐχόμενος τοῦ προτέρου σκοποῦ, τὸ Πολυβοτὸν καταλαβεῖν, ἠπείγετο καὶ μέχρις Ἰκονίου ἀποδραμεῖν. Ταῦτα διαλογιζόμενος καὶ ἔργου ἀπάρτι ἅπτεσθαι μέλλων ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Σολυμᾶν σουλτάνον τὴν αὐτοῦ ἔφοδον μεμαθηκότας ἐβεβαιοῦτο, ἐμπρῆσαί τε τὰς ἀρούρας τῆς Ἀσίας D ἁπάσης καὶ τὰς πεδιάδας, ὡς μήτε τοῖς ἀνθρώποις μήτε τοῖς ἵπποις τροφὴν τὸ παράπαν παρεῖναι· ἀπὸ δὲ τῶν ἀνωτέρων μερῶν ἄλλη Βαρβάρων ἔφοδος διεκηρυκεύετο, καὶ ἡ φήμη αὕτη ὑπόπτερος ἅπασαν διέτρεχε τὴν Ἀσίαν· τὸ μὲν ἐδεδίει μὴ ἐν τῷ πρὸς Ἰκόνιον ἀπέρχεσθαι ἅπαν τὸ στράτευμα λιμοῦ παρανάλωμα διὰ τὴν σπάνιν τῶν χορτασμά-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[17] Σκύθην Πιτικὰν σκυθικῶς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(72) *Βουρτζῇ* Bardas iste, cognomento Burtzes, quem oppidis aliquot imperasse Anna scribit, filius fuit (nisi idem ille sit) Burtzæ, quem lib. III, τοπάρχην Καππαδοκίας καὶ Χώματος fuisse ait; genusque ducebat a decantatissimo illo Michaele patricio, qui imperante Nicephoro Phoca Antiochiam expugnavit, et altero Michaele prioris filio, magistro, et Antiochiæ duce a Basilio Porphyrogenito creato : de quibus Zonaras et Scylitzes.

των γένηται, τὸ δὲ καὶ τοὺς ἐλπιζομένους ἐκεῖ Βαρβάρους ὑφορώμενος ἤχθετο. Βουλὴν οὖν βουλεύεται συνετήν τε καὶ τολμηράν· Θεὸν ἐπερωτῆσαι εἰ χρὴ τῆς πρὸς τὸ Ἰκόνιον ἔχεσθαι, ἢ κατὰ τῶν περὶ τὸ Φιλομήλιν ἐξορμῆσαι Βαρβάρων. Ἐν δυσὶ γοῦν χαρτίοις περὶ τούτων ἐπερωτήσας καὶ ἄνωθεν τῆς ἱερᾶς καταθέμενος ταύτης τραπέζης παννύχιον τὸν ὕμνον καὶ ἐκτενεῖς τῷ Θεῷ προσέφερε τὰς ἐντεύξεις. Κατὰ δὲ τὸ περίορθρον εἰσελθὼν ὁ ἱερεὺς καὶ θάτερον τῶν τεθέντων χαρτίον [18] ἀναλαβόμενος καὶ παῤῥησίᾳ λύσας ἁπάντων, ὑπανεγίνωσκε τῷ αὐτοκράτορι τῆς πρὸς τὸ Φιλομήλιν ἀνθέξεσθαι ὁδοῦ παρακελευόμενον.

A hunc ac Scytha quodam ad se advocat. His assignat idoneum copiarum numerum, et ut in eos recta tendant imperat; eo ut pervenerint prædatoribus immissis vicos undique simul omnes vastari jubet; indigenas ipsos ad se deduci. Dum imperata isti faciunt, imperator ipse priori hærens proposito Polyboti adeundi; atque inde Iconium usque procurrendi, duobus in ipso procinctu itineris istius conturbatur nuntiis. Affirmabat unus Solymam sultanum accepta certis auctoribus imperatoris contra ipsum expeditione incendisse passim segetes planeque vastasse regiones universæ Asiæ, præsertim equitabiles et itineri Romani exercitus opportunas, ita ut jam in eis nihil supersit prorsus quod hominibus aut jumentis cibi loco possit esse. Addebat alius ingentem esse famam, tota pervagantem Asia, recentis ejusdemque numerosissimi exercitus Barbarorum ex superioribus partibus contra venientis. His ita compertis rebus, verebatur Augustus primum quidem, ne si obfirmaret animo promotionem exercitus usque ad Iconium cladem a fame atque inopia pabuli viris equisque miserrimam accerseret. Rursus denuntiata multitudine Barbarorum adventantium commovebatur, merito metuens ne suos pauciores ac fessos tot illis obterendos recentibus imprudentissime objiceret. In talibus angustiis consilium capit prudens illud quidem sed audax tamen. Dei sententiam exquirere decernit, consulendoque oraculo exquirere, ecquid recta Iconium, uti ceperat, pergere præstaret, an vero suaderet potius venientibus a Philomeli Barbaris contra occurrere? Id exsequitur hunc in modum. Chartas parat duas in quibus de utroque deliberationis capite seorsim percontatur. Ambas sub vesperam excelso loco supra sacram mensam collocat; totam hinc noctem assiduis Dei laudibus et religione perpetua traducit, Deum intente, quo indigebat, poscens. Diluculo ingressus antistes alteram depositarum, quæ primum accidit obvia, chartarum arripit, explicat palam et attentis omnibus clara voce legit. Ea imperatori suadebat iter Philomelia versus.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα. Ὁ δέ γε Βάρδας Βούρτζης ἐν τῷ ἔχεσθαι τῆς ἤδη ῥηθείσης ὁδοῦ στράτευμα πολὺ θεασάμενος ἑνωθῆναι μετὰ τοῦ Μονολύκου διὰ τῆς γεφύρας τοῦ Ζόμπη ἐπειγόμενον, παρευθὺ ὁπλισάμενος συμμίγνυται τούτοις περὶ τὴν τοῦ Ἀμορίου πεδιάδα, καὶ νικᾷ κατακράτος. Ἕτεροι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνατολικοῦ μέρους Τοῦρκοι κατερχόμενοι καὶ ὡς πρὸς τὸν Μονόλυκον σπεύδοντες, παρατυχόντες τῇ τοῦ Βούρτζη παρεμβολῇ, ἐκείνου μήπω φθάσαντος, ἀφαιροῦνται τὰ παρατυχόντα ὑποζύγια τὰς [19] παρασκευὰς τῶν στρατιωτῶν. Ὁ δὲ Βούρτζης ἐκεῖθεν νικητὴς ὑποστρέφων καὶ πολλὴν συνεπιφερόμενος λείαν συνηντηκώς τινι τῶν ἐκεῖ ἐρχομένων καὶ μεμαθηκὼς ὅπως οἱ Τοῦρκοι ἅπαντα τὰ ἐν τῇ παρεμβολῇ αὐτοῦ καὶ τὴν λείαν πᾶσαν ἀναλαβόμενοι ᾤχοντο, διεσκοπεῖτο τί ἂν χρὴ ποιεῖν. Ὀξέως δὲ τὸν δρόμον τῶν Βαρβάρων ποιουμένων, ἤθελε μὲν καὶ αὐτὸς ὄπισθεν διώκειν τούτων, οὐκ ἠδύνατο δὲ κεκμηκότων τῶν ἵππων. Καὶ διὰ τοῦτ' ἀπειπὼν τὴν ἐπιδίωξιν, ὡς μὴ χεῖρόν τι συμβαίη, βραδεῖ ποδὶ σὺν εὐταξίᾳ στείχων κατὰ τὸ περίορθρον τὰ ἤδη ῥηθέντα τοῦ Βούρτζη καταλαμβάνει πολίχνια καὶ ἐξοικίζει ἅπαντα. Κἀκεῖθεν τούς τε δορυαλώτους ἀναλαμβάνων, καὶ ὁπόση τις ἦν περιουσία τοῖς Βαρβάροις ἐπαγόμενος, καὶ μικρὸν ἐν ἐπικαίρῳ τόπῳ ἑαυτόν τε καὶ πάντας κεκοπιακότας ἀνακτησάμενος, ἀνίσχοντος ἡλίου τῆς ὡς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα φερούσης εἴχετο. Ἐν τῷ

B Hic relinquendus paulisper 472 imperator, dum quæ interim Bardæ contigere reddimus. Bardas Burtzes, dum via, uti diximus, præscripta graditur, videt copiosum exercitum Turcorum per pontem Zompi se Monolyco conjungere festinantium. Strenue correptis armis irruit in ipsos, manumque in planitie Amorii fortiter conserit, planeque vincit universos. At interim alii ab orientali parte Turci ad Monolycum properantes per Burtzæ castra nondum ipso reduce transeunt; quæque ibi jumenta reperere militumque sarcinas deprædati obiter prætererunt. Redibat victor Burtzes agmine prædæ ingentis onere impedimentisque tardato, cum ecce ab occurrente quodam fit certior direpta per suam absentiam fuisse castra, Barbarosque facinoris C auctores abiisse cum præda. Deliberabat hic Bardas quid opus facto esset. Audiebat Barbaros celeritate magna iter facere; instituit et ipse non segniore ipsos impetu insequi; at cito expertus est id fieri non posse, siquidem cursu et pugna fessi Romanorum equi continuationem contentionis non ferebant. Ergo ne quid pejus fieret, moderari gressum coactus, lento duntaxat passu, sed instructu militari ac præmunito assectabatur præcurrentes Turcos. Hoc modo pergens sub diluculum pervenit in prius memorata Burtzæ oppida, quæ civibus atque incolis cuncta exhausit, captivos quoque ibi repertos D recepit; et proviso illic a Barbaris commeatu plu-

Du Cangii notæ.

[18] χαρτίων. [19] καὶ τάς.

-rimo ad sui suorumque refectionem modica in loco apto mora sese opportune recreantium, est usus. Inde oriente sole capessit eam quæ ad imperatorem ducebat viam. Euuti alia occurrit Turcorum manus; nulla mora est, miscetur acre prælium duratque periculum obnixis partibus utrinque. Barbari ubi fortiter aliquandiu vim sustinuere, integris adhuc rebus alloquuntur Bardam, sua sibi modo spolia redderet quæ ipsis eripuisset; iis acceptis abituros eos innoxie in domos suas, nec Romanis damni aut molestiæ quidquam illaturos. Non annuit ad ea Burtze; quin potius acriter uti cœperat prælio institit. Quoniam vero pugnantes milites ab hesterna die aquam non gustaverant, ubi ad ripas pervenere fluminis cujusdam, ita laboris remissionisque vices inter se partiti sunt, ut alii quidem fortiter sustinerent pugnam, interim dum æstum alii flumine levabant, hi vicissim mox in locum certantium recreati succederent. Sicque deinceps mutatis partibus prælium alacritate semper recenti continuarent. Perstabant tamen obnixi contra et audacia et numero pollentes Barbari; quod Burtzes animadvertens haud satis expediebat quid consilii caperet. Tandem placuit non e vulgo **473** militum deligere nuntium qui hæc ad imperatorem perferret, sed insigniorum e numero quempiam. Mittit igitur memoratum jam a nobis Georgium Lebunem, qui, cum semitas viasque omnes Turcis insessas cerneret, audaci cœpto, sed felici, per medios hostes ad Augustum pervenit. Is statim factus certior quo res loco apud Burtzen essent, quantumque nostri multitudine hostium premerentur, egerentque auxiliaribus multis manibus et copiis, armat se ipse sine mora, jubetque armari milites: ac itinere in hostem mox pronuntiato aciem quam ordinatissime instructam promovet. Ductabat primum cornu princeps Michael; dextrum, Bryennius; lævum, Gabras; postremum agmen, Cecaumenus. Hos sic venientes Turci procul conspicati contra se ad excipiendos comparant. Nicephorus erat imperatricis ex fratre nepos, adolescens Martem spirans. Is conspectu primo tenere se non potuit quin acie procurrens cum paris ferociæ juvenibus quibusdam in Turcos irrueret, et ipsos contra invehentes. Conflictus fit vehemens; vulnus primo Nicephorus accipit in genu : sed id statim ipse large ulciscitur, hastæ ictu valido feriens pectus ejus qui se læserat; quem et equo excussum humo mutum afflixit. Ea reperculsi qui pone veniebant Barbari, terga statim dant Romanis. At imperator recepto heroici facinoris auctore juvene, majorem

A μεταξὺ δὲ ἑτέρα τις περιτυχοῦσα τῷ [20] Τουρκικὴ δύναμις, παραχρῆμα ξυμμίγνυται τούτοις καὶ πόλεμος ἐντεῦθεν ἀναῤῥιπίζεται μέγας. Ἐφ' ἱκανὸν δὲ τὴν μάχην ἀναδεξάμενοι τοὺς δορυαλώτους ᾐτοῦντο καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀφαιρεθέντα λάφυρα διαβεβαιούμενοι ὡς, εἰ τῶν ἐπιζητουμένων τύχοιεν, οὐκ ἔτι προσβαλεῖν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχειρήσουσιν, ἀλλ' οἴκαδε ἀπελεύσονται. Ὁ δὲ Βούρτζης οὐδαμῶς τῷ τῶν Βαρβάρων θελήματι συνετίθεντο[21]· ἀλλὰ καρτερῶς τῆς μάχης ἀντείχετο γενναίως ἀγωνιζόμενος. Ἐπεὶ δὲ τῇ προτεραίᾳ ὕδατος τὸ παράπαν οὐκ ἀπεγεύσαντο μαχόμενοι ἐπὰν ὄχθους ποταμοῦ τινος κατέλαβον, κατέψυχον τὸ καῦμα τοῦ δίψους, καὶ αὖθις ἀμοιβαδὸν τῆς μάχης ἀντείχοντο· τῶν δὲ αὖθις τοῦ πολέμου ἀντιμαχομένων, οἱ προκεκμηκότες διὰ B τοῦ ὕδατος ἑαυτοὺς διανέπαυον. Τοσαύτην δὲ τῶν Βαρβάρων τόλμαν ὁ Βούρτζης ὁρῶν καὶ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος ἀποκναίων, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν. Καὶ οὐ τὸν κοινῶν τινα στρατιωτῶν πρὸς τὸν βασιλέα τὴν περὶ τούτων ἀγγελίαν κομίσοντα πέπομφεν, ἀλλὰ τὸν ἤδη ῥηθέντα Γεώργιον τὸν Λεβούνην. Ὁ δὲ, μὴ ἔχων ἄλλην ἀτραπὸν ἐν ᾗ οὐ πλῆθος Τούρκων παρῆν, ῥιψοκινδύνως ἐς μέσον τούτων ἑαυτὸν ὤσας, διεληλύθει καὶ μέχρι βασιλέως διεσέσωστο. Ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸν Βούρτζην μεμαθηκὼς, παρά τε Τούρκων πλήθους ἀκριβέστερον διαγνοὺς, καὶ ὡς χρεία τῷ Βούρτζῃ πολλῶν καὶ χειρῶν καὶ δυνάμεων, αὐτὸς μὲν τηνικαῦτα ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἦν, καὶ τὸ στράτευμα ἐξώπλιζε· καὶ οὕτω κατὰ φάλαγγας καταστήσας τὸ C ὁπλιτικὸν, κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐπορεύετο σὺν εὐταξίᾳ πολλῇ. Εἶχε δὲ τὸ μὲν ἔμπροσθεν κέρας ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ (73), τὸ δεξιὸν ὁ Βρυέννιος, τὸ ἀριστερὸν ὁ Γαβρᾶς, καὶ τὴν οὐραγίαν ὁ Κεκαυμένος. Ὡς δὲ πόῤῥωθεν οἱ Τοῦρκοι τούτους ἐδέχοντο, Νικηφόρος ὁ τῆς βασιλίδος ἀδελφιδοῦς, νέος ὢν καὶ πρὸς μάχας σφαδάζων, αὐτός τε προεκδεδραμήκει τῆς παρατάξεως, καί τινας σὺν αὐτῷ ἐφελκυσάμενος Ἄρεος ὑπασπιστὰς, καὶ συμπλακεὶς τοῖς κατ' αὐτοῦ πρότερον ἐφωρμηκόσι, πλήττεται μὲν τηνικαῦτα κατὰ τοῦ γόνυος, πλήττει δὲ τὸν παίσαντα κατὰ τὸ στέρνον διὰ τοῦ δόρατος. Ὁ δὲ, παραχρῆμα τοῦ ἵππου κατενεχθεὶς, ἄφωνος ἔκειτο. Τοῦτον οἱ ὄπισθεν Βάρβαροι θεασάμενοι, τὰ μετάφρενα τοῖς Ῥωμαίοις παραυτίκα διδόασιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, D ἀριστέα τὸν νεανίαν ἀπολαβὼν, ἥσθη τε [22] παραυτίκα καὶ μεγάλως τοῦτον ἐπαινέσας πρὸς τὸ Φιλομήλιον (74) ἤλαυνε· καὶ περὶ τὴν λίμνην τῶν Τεσσαράκοντα Μαρτύρων ἐφθακὼς τῇ μετ' αὐτὴν τὰ καλούμενα Μεσόνακτα [23] (75) κατέλαβεν. Ἐκεῖθεν δ' ἀπάρας τὸ Φιλομήλιν ἐξ ἐφόδου κατέσχεν. Εἶτα

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[20] τούτῳ. [21] συνετίθετο. [22] τό. [23] Μεσάνακτα.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(73) *Ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ.* Michael Basilius.

(74) *Τὸ Φιλομήλιν.* Philomelis, Philomelium, et Φιλομίλιον, uti effertur a Cinnamo, una eademque urbs. Zonaras de hac Alexii expeditione : Ἔξεισι αὖθις κατὰ τῶν Βαρβάρων τούτων ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ ἄπεισιν εἰς τὸ Φιλομήλιον. Εὗρε δὲ τὸ ἄστυ τοῦτο κενὸν ὁπλιτῶν, etc.

(75) *Μεσόνακτα.* Oppidum olim Dipotamus dictum, quod in Phrygia statuitur a Scylitze, p. 688.

ὑποστρέψας· διαφόρους τοῦ στρατεύματος ἀποδιελόμενος παντὸς μεθ' ἡγεμόνων γενναίων κατὰ πασῶν τῶν Ἰκονίῳ παρακειμένων κωμοπόλεων ἐξαπέστειλεν, ἐφ' ᾧ δῃώσασθαί τε καὶ τοὺς δορυαλώτους τῆς ἐκείνων ἀφαρπάσαι χειρός. Οἱ δὲ ὡς θῆρές τινες διασπαρέντες ἁπανταχοῦ ἀγεληδὸν πρὸς τὸν βασιλέα τοὺς δορυαλώτους τῶν Βαρβάρων κομίζοντες ἐπανῄεσαν μετὰ τῶν σκευῶν αὐτῶν τούτους ἐξανδραποδισάμενοι πάντας. Συνείποντο δὲ τοῖς αὐθαιρέτως καὶ οἱ αὐτόχθονες τῶν τοιούτων χωρῶν Ῥωμαῖοι φεύγοντες τὰς τῶν Βαρβάρων χεῖρας, γυναῖκές τε ὁμοῦ μετὰ τῶν νεογνῶν καὶ ἄνδρες αὐτοὶ καὶ παῖδες καθάπερ εἴς τι κρησφύγετον ἐς τὸν αὐτοκράτορα προσπεφευγότες. Ὁ δὲ, τὴν καινὴν ἐκείνην αὖθις παράταξιν διατυπωσάμενος καὶ μέσον τοὺς δορυαλώτους ἅπαντας γυναιξὶ καὶ παιδίοις εἰσελάσας, τὴν αὐτὴν ἀτραπὸν διῄει δι' ἧς διεληλύθει ὁδοῦ· καὶ ἐφ' οἷς ἂν προσεπέλασε τόποις μετ' ἀσφαλείας ἁπάσης ἐπορεύετο. Καὶ εἶπες ἂν ἰδὼν, πόλιν τινὰ ἔμψυχον πεπυργωμένην πορεύεσθαι κατὰ τὴν εἰρημένην ἐκείνην κινουμένην σύνταξιν. Ὡς δὲ προσωτέρω προῄει, Βάρβαροι μέν τινες οὐκ ἐφαίνοντο, παρείπετο δὲ ὁ Μονόλυκος ἐφ' ἑκάτερα ἐν λόχοις τῷ στρατεύματι μετὰ ἀποχρώσης δυνάμεως. Ἐπὰν δὲ διὰ τῆς ἀναμεταξὺ πεδιάδος τοῦ τε Πολυβότου καὶ τῆς ἤδη ῥηθείσης ἐκείνης λίμνης διῄει, ἀπόμοιρά τις τοῦ βαρβαρικοῦ τάγματος αὐτόσκευοι πάντες καὶ ψιλοὶ τολμητίαι ἑκατέρωθεν λοχήσαντος τοῦ στρατοπέδου, ἀθρόον ἀπὸ τῶν μετεώρων αὐτοῖς ἀνεφάνησαν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τὴν καινὴν ἐκείνην παράταξιν ὁ ἀρχισατράπης Μονόλυκος θεασάμενος, γέρων τε ὢν καὶ πολλῶν ἐν πείρᾳ πολέμων τε καὶ ταγμάτων, ἐξεπλάγη τεθαυμακὼς τὴν καινὴν ἐκείνην διασκευὴν τοῦ συντάγματος, καὶ τὸν ξυνταγματάρχην ἐπεζήτει ἐγνωκέναι· τὸν αὐτοκράτορα Ἀλέξιον ἐστοχάζετο, καὶ οὐχ ἕτερον ἡγεμόνα τῶν ταγμάτων εἶναι καὶ τῆς καινῆς ἐκείνης παρατάξεως. Καὶ ἤθελε μὲν προσβαλεῖν, οὐκ εἶχε δὲ, ἀλλ' ὅμως ἐνυάλιον [84] ἀλαλάξαι ἐκέλευσε. Πολλοῦ δὲ στρατεύματος φαντασίαν τοῖς Ῥωμαίοις παρασχεῖν μηχανώμενος, μὴ συνασπίζειν, ἀλλὰ διῃρημένως καὶ ἀτάκτως, καθάπερ ἄνωθεν τὴν παράταξιν αὐτῶν διεγράψαμεν, θέειν ἐπέτρεψεν, ἵν' ἐντεῦθεν, τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς θέας καὶ τοῖς τῶν ἵππων δρόμοις κατάκροτον αὐτοῖς πεποιηκότες τὴν ἀκοὴν, τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις καταπλήξαιεν. Ὁ δέ γε αὐτοκράτωρ, καθαπερεὶ πύργος προὔχων τῆς παρατάξεως προϊὼν, ἢ στῦλος πυρὸς, ἢ θεία τις καὶ οὐρανία ὄψις, τὰς φάλαγγας αὐτῶν ἀνεῤῥώννυε, καὶ ἐπὶ ταὐτοῦ βαδίζειν σχήματος ἐκέλευσε καὶ θαῤῥεῖν παρεκελεύετο· καὶ προσετίθει μὴ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ἀποβλέπων τὸν τοσοῦτον ἀναδέξασθαι μόχθον, ἀλλὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων εὐκλείας καὶ δόξης, καὶ πρὸς τούτοις ἑτοιμότατον εἶναι ὑπὲρ ἁπάντων ἀποθανεῖν. Ἅπαντες οὖν τεθαῤῥηκότες, ἕκαστος τὸν ἴδιον ἐφύλαττε τόπον,

in modum gaudens ac gratulans, laudesque ipsi meritas cumulans, iter capessivit versus Philomelium. Eo itinere pervenit ad lacum Quadraginta Martyrum cui vicino in loco Mesonacta nominato, obi er consedit. Hinc movens Philomelin cepit incursu primo. Inde dispertitum exercitum in manus plures, præpositis cuique generosis ducibus, in vicos omnes atque oppida Iconio per circuitum vicina, vadere infestos uno simul omnes tempore imperat, deprædarique ac vastare omnia, captivosque præsertim Barbarorum infidelium extorquere manibus. Illi leonum ritu atque impetu, per turmas manipulosque quoquoversum sparsi, ad imperatorem cito redeunt, non captivis modo nostris recuperatis, sed præda spoliisque insuper onusti; et Barbarorum plane quotquot invenerant ingentem multitudinem trahentes. Sequebantur ipsos Romani quoque locorum indigenæ istorum vel inquilini, qui pertæsi servitutis barbaricæ, ipsi cum filiis adultis, tractis una secum mulieribus ac parvulis ad imperatorem passim veluti ad asylum confugiebant tutissimum. Ille acie instructa, nova illa forma, de qua diximus superius, captivisque omnibus, itemque mulieribus ac parvulis, in eam mediam inclusis, regredi per eamdem viam qua venerat instituit. Tutum erat hoc modo **474** iter per quæcunque demum loca etiam si vicinæ uspiam præterirentur arces hostium, validis ipsorum præsidiis insessæ. Contra omnes enim tales casus atque incursus abunde præmunita ibat civitas velut quædam Romanorum ambulans, vivis undique protecta muris et turribus; formam munitionum ac velut situm in omni loco eumdem obtinens. Diu sic progredientibus nulla in conspectum venit Barbarorum manus. Circuibat tamen utrinque latera nostrorum clam assectans Monolycus cum copiis idoneis, quas subinde in insidias abdebat. Ubi vero Romanus exercitus mediam obtinuit planitiem eam quæ hinc quidem modo nominato lacu, illinc Polyboto clauditur, pars quædam exercitus Turcici, expediti quidem et leviter armati, cæterum, ut apparebat, audaces et fortes juvenes, ex insidiis utrinque consurgentes, ostentare se a loco superiori et impressionem minari vehementem cœpere. Cum his archisatrapa Monolycus vir maturæ jam ætatis et longa experientia bellorum militaris artis peritissimus, visa procul descriptione aciei nostræ, haud dissimulanter obstupuit, miratusque novam rem, non diu secum reputans, quærendum censuit, inventi peregregii auctorem; ingenium videlicet imperatoris Alexii facile agnoscens, atque illum ipsum adesse in exercitu præsentem ductareque suos per se coram ex hoc ipso intelligens. Non deerat archisatrapæ congrediendi animus; at facultas parum respondebat. Signum tamen pugnæ dari classico imperat; ac quo multitudinis opinione vero

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] τὸ ἐνυάλιον.

majoris Romanos si posset conturbaret, non una phalange conserta, sed juxta ea quæ paulo superius de forma Turcicarum acierum dicebamus, distinctæ, dispersaque sine ordine agmina suorum cursare quam tumultuosissime in nostros jubet. Sperabat nimirum simul inopinata derepente specie incurrentium equorum, simul vario et late sonante tanti motus strepitu trepidationem incussum iri forte aliquam exercitui Romano. Verum contra imperator obstabat velut turris alte exstans quædam, aut columna ignis, cœlestisve alia quæpiam istiusmodi species, toto late agmini conspicua nostrorum, cunctas visu phalangas corroborans, locumque obtinere ac servata eadem semper, eaque figura, ultra vadere fortiterque audere præsens auctor jubens, necnon ad tacitam aspectus admonitionem hanc quoque vocalem addens, qua vere commemorabat; haudquaquam sese salutis suæ causa privatæ, tanti laboris expeditionem suscepisse, sed gloriam ac splendorem spectasse Romani nominis; vitæ autem ac securitatis propriæ non ita esse cupidum ut non esset paratissimus ad caput devovendum suum mortemque oppetendam pro salute publica. Ea magnos omnibus oratio animos addidit. Ergo præsenti fortitudine obtinere locum pro se quisque lentoque ac constanti gressu vadere,
475 ut ne moveri quidem viderentur intuentibus ex intervallo Barbaris, quorum inter vanos strepitus ac minas frustra hinc atque inde lacessentium toto die per summam fiduciam paremque contemptum plane imperterrita progressa est, nullaque sui parte mota Romanorum acies. Quare suorum conatuum experti vanitatem Turci, ubi se in juga montium trepido cursu receperunt irriti pluribus passim excitatis ignibus, nocte tota luporum instar ulularunt: interdum etiam convicia in Romanos jactantes procul. Erant enim inter eos quidam misti generis Græci periti sermonis. Redeunte luce perstans in consilio Monolycus eadem quæ pridie imperabat Turcis ut facerent.

A πάνυ τὴν πορείαν ἀνειμένως ποιούμενοι, τοσοῦτον, ὡς μηδὲ κινεῖν δοκεῖσθαι τοῖς Βαρβάροις. Δι' ὅλης οὖν τῆς ἡμέρας προσβάλλοντες τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι καὶ μηδὲν ἠνυκότες, μήθ' ὅλως, μήτε ἐκ μέρους διασπάσαι τὸ Ῥωμαϊκὸν σύνταγμα δυνηθέντες, αὖθις πρὸς τὰς ἀκρολοφίας ἀνέτρεχον ἄπρακτοι, καὶ πυρσοὺς τηνικαῦτα πλείονας ἀνάψαντες δι' ὅλης νυκτὸς ὠρύοντο καθάπερ λύκοι· ἔστι δ' οὗ καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέσκωπτον· ἦσαν γὰρ καί τινες ἐν αὐτοῖς μιξοβάρβαροι ἑλληνίζοντες. Αὐγαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας τὰ αὐτὰ μηχανώμενος ὁ Μονόλυκος τοῖς Τούρκοις ἐπέταττε ποιεῖν.

Hac vice rerum pervenit in castra Turcica ipse sultanus Clitziasthlan qui ordinatissimam compositionem Romani exercitus quam subjectam oculis habebat accurate contemplatus, non dissimulavit quidem admirationem suam; idem tamen pro ferocia ætatis (erat enim juvenis) non abstinuit quin culparet increparetque ultro Monolycum, tanquam familiari senibus segnitie in rei gerendæ articulo cunctatum. Ergo cum instantius ex eo quæreret, quamobrem prælium cum Romanis oblata occasione distulisset, audivit hæc a sene: *Nimirum ego senio debilis et defectus animis admovere ad manus pugnam cum imperatore cunctatus hactenus sum; tibi si est fiducia, experire age, per me licet; res et successus docebit ipse utrius consilium salubrius fuerit.* Statim sultanus, his auditis, in eos qui postremum conflabant agmen invectus ipse est; aliis satrapis æquam cum imperatoris fronte adversa pugnam demandavit; alios præterea seposuit qui alterum Romanæ aciei latus impressione acri per idem tempus lacesserent. Dum hæc fierent Nicephorus Bryennius Cæsar qui dextrum cornu tum regebat, sensu accepto periculi ac certaminis eorum qui postremum tuebantur agmen, vehementi trahebatur impetu fortis animi ad locum tantisper deserendum, ut suis a tergo laborantibus adesset; veritus tamen ne quid quod experientem dedeceret ducem cupide ac juveniliter commisisse videretur, cohibuit ferocius licet effervescentem in Barbaros animum, et ordine optimo servata figura universæ aciei, loco sibi de-

A ἀνθρώπων λελωβημένων ἐνδιαιτήματα. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν τούτους κατ' ἄνδρα ἕκαστον ἐπερχόμενον, ὅπου μὲν τυφλούς, ὅπου δὲ καὶ χωλούς, ὅπου δέ τι καὶ ἄλλο κακὸν ἔχοντας· τὴν στοὰν Σολομῶντος ἂν εἶπες ἰδὼν μεστὴν ἀνθρώπων πεπηρωμένων τὰ μέλη καὶ ὅλα τὰ σώματα. Ὁ δὲ κύκλος διπλοῦς τε καὶ δίδυμος. Οἱ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μετέωροι κατοικοῦσι τῶν πεπηρωμένων τούτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, οἱ δὲ κάτω καὶ πρόσγειοι παρασύρονται. Τὸ δὲ τοῦ κύκλου μέγεθος, εἴ τις ἐθέλει τούτους ἰδεῖν, ἀρξάμενος πρωΐθεν εἰς ἑσπέραν ἂν τὸν κύκλον συνετέλεσε. Τοιαύτη μὲν ἡ πόλις, τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ τῆς πόλεως ταύτης οἰκήτορες, οὔτε γήπεδα ἔχοντες, οὔτε ἀμπελῶνας, οὔτε τι ἄλλο τοιοῦτον περὶ ὃ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἠσχολῆσθαι καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ B ἕκαστος ἢ ἑκάστη τὴν μὲν δημιουργηθεῖσαν αὐτοῖς οἰκίαν οἰκεῖ· αὐτόματα δὲ τὰ πρὸς τροφήν τε καὶ σκέπην παρὰ τῆς βασιλικῆς χειρὸς αὐτοῖς ἐπορίζετο· καὶ γὰρ τὸ παραδοξότατον οἱ ἀκτήμονες ὥσπερ τινὲς δεσπόται κτήματα ἔχοντες καὶ προσόδους παντοδαπάς, φροντιστὰς ἔχουσι, καὶ τοῦ βίου αὐτῶν ἐπιμελητάς, αὐτόν τε τὸν αὐτοκράτορα καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν αὐτοκράτορα σπουδεργούς. Ὅπου γὰρ δήποτε γῆς κτῆμα ἦν ἐν καλῷ κείμενον, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν εὐπρόσοδον, τοῖς ἀδελφοῖς τούτοις φέρων ἐνείματο. Ἀφ' ὧν οἶνός τε αὐτοῖς κατὰ ποταμοὺς ἐπιῤῥεῖ καὶ ἄρτος καὶ ὅσα ἐπὶ τοῖς ἄρτοις σιτοῦνται ἄνθρωποι. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ὑπὲρ ἀριθμόν, καὶ τάχα τολμῶ καὶ λέγω, εἴποι τις ἄν, πρὸς τὸ τοῦ C ἐμοῦ Σωτῆρος θαῦμα τῶν ἑπτακισχιλίων φημὶ καὶ πεντακισχιλίων ἀναφέρεσθαι τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἔργον. Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐκ πέντε ἄρτων ἐκορέσθησαν χιλιάδες, καθὸ καὶ ὁ Θεὸς ὁ θαυματουργῶν, ἐνταῦθα δὲ τὰ μὲν τῆς φιλανθρωπίας τῆς θείας ἐξέχεται ἐντολῆς· τὸ δ' ἄλλο, ἐκεῖσε μὲν θαῦμα, ὧδε δὲ χορηγία βασιλικὴ τὸ αὔταρκες τοῖς ἀδελφοῖς πορίζουσα. Εἶδον ἐγὼ καὶ γραῦν γυναῖκα ὑπὸ νεάνιδος ὑπηρετουμένην, καὶ ἄνδρα τυφλὸν ὑπὸ βλέποντος ἀνθρώπου χειραγωγούμενον, καὶ ἄποδα πόδας ἔχοντα οὐ τοὺς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ ἄχειρα ὑπ' ἀνδρῶν ἑτέρων χειραγωγούμενον, καὶ βρέφη τιθηνούμενα παρ' ἀλλοτρίων μητέρων, καὶ παραλύτους ὑπ' ἄλλων ἀνθρώπων δουλευομένους, εὐρώστων. Καὶ ὅλως διπλοῦν ἦν τὸ πλῆθος τῶν τρεφομένων, D τῶν μὲν εἰς δουλευομένους ἀριθμουμένων, τῶν δὲ εἰς δουλεύοντας. Τῷ μὲν αὐτοκράτορι οὐκ ἐξῆν τῷ παραλύτῳ εἰπεῖν· *Ἔγειρε καὶ περιπάτει*· οὐδὲ τῷ τυφλῷ κελεῦσαι τὸ βλέπειν, οὐδὲ τῷ μὴ ἔχοντι πόδας ἐπιτρέπειν περιπατεῖν· ταῦτα ἦν τοῦ Μονογενοῦς καὶ δι' ἡμᾶς γεγονότος ἀνθρώπου καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνταυθοῖ πολιτευσαμένου. Ἃ δὲ προσῆν, ἐκεῖνα ποιεῖ· ὑπηρέται ἑκάστῳ διδόναι πεπηρωμένῳ, καὶ τὴν αὐτὴν πρόνοιαν τιθέναι τῷ λελωβημένῳ, τῷ ὑγιαίνοντι. Ὥστε εἴ τις βούλοιτο τὴν νέαν πόλιν καταμαθεῖν ἣν ἐκ βάθρων ὁ ἐμὸς πατὴρ ἀνεδείματο, τετραπλῆν ἂν ἴδοι τὴν πόλιν καὶ πολλαπλῆν τῶν κάτω τῶν ἄνω, τῶν ἀμφοτέροις τούτοις ἐξυπηρετουμένων.

quemque privatim attinebat, esset persimilis, tamen erat mirabile abundare omnes idoneis omnibus ad usum rebus. Augusto nimirum liberali manu suggerente ipsis quæcunque ad habitationem et ectum, ad victum vestitumque opus erant. Quæ ipsis omnia cum sine pretio ac cura sponte ac gratis provenirent, inopinatum cernebatur quiddam; homines omnium pauperrimos latifundia, vectigales terras, ac proventus omnis generis habere; quin etiam curatoribus atque administris rerum et opportunitatum suarum uti plurimis iisque illustribus, ipso videlicet imperatore principibusque aulæ ac cognatis comitibusque illius: qui quidem summa fide ac efficaci studio rationes istorum pauperum curantes sicuti terrarum prædium optimo situm loco uberrimi proventus animadverterent, agebant statim ut id isti sodalitati attribueretur. Quibus deinde velut ex perennibus fontibus in horum quotidianos usus convictorum et vina largis fluminibus affluerent et panis ac quæcunque ad panem victus humanus consuevit addere provenirent, benigna nec deficere metuente copia. Atqui erant qui isthinc pascebantur plures quam quis autumet. Ita ut (modo tamen id mihi per Dominum Jesum liceat) audeam cum Salvatoris miraculo, septem hominum et iterum quinque millia pascentis hanc imperatoris providentiam et liberalitatem aliquo modo conferre. Interest tamen quod illic quinque aut septem panibus, totidem hominum millia saturata sunt. Deus nempe Deus erat qui nimirum ibi omnipotentiæ suæ edebat specimen. Hic nihil nisi conatus humanitatis fuit, præceptum a Deo impositum hominibus, ut mutuo in quo quisque potest alii alios juvent, implere satagentis. **484** Ergo illic quidem mirabilis effectus omnipotentis dexteræ: hic largitio imperatoria sodalibus tam multis unius vastæ domus contubernio devinctis cuncta quæ erant ad usum necessaria præbebat. Juvabat me videre illic anum ab adolescente curari femina; cæcum virum a vidente manu duci; claudos aut mutilatos pedibus, pedes habere non suos, sed aliena benignitate commodatos; propriis carentes, amicorum vicariis uti manibus; orbos infantes matrum alienarum uberibus lactari; denique homines paralyticos et resolutis nervis, debiles aliorum valentium ministeriis supplere defectum inertium membrorum. Itaque in universum duplici genere multitudo imperatoris impensis isto in loco nutrita constabat: alii siquidem erant quibus ministrabatur; alii qui ministrabant. Porro Augustus non eam habebat vim qua posset effectu sequente, dicere paralytico *Surge et ambula*, aut cæco præcipere ut videat, aut carenti pedibus subito jussu gressum indulgere. Propria illa potestas fuit Unigeniti qui humanitate propter nos assumpta, vitam hic inter homines humano modo ac captu superiorem duxit. Quæ autem imperator potuit, nimirum unicuique mutilato ac membrorum usu capto proprium addicere famulum ad curationem et obsequium, et tam ægrotis, quam sanis ægrotos curantibus, providere pariter de victu stabili, ea sane perprolixe fecit. Cæterum si quis distinctiorem habere notitiam urbis istius velit a patre meo a fundamentis ædificatæ, is sciat quadrifariam divisam illam, nisi etiam plurifariam, fuisse. Conflabant eam nimirum qui in superioribus tabulatis et inferioribus conclavibus ægroti decumbebant desidebantve: tum qui tam superioribus hisce quam aliis inferius degentibus curatores famulique ministrabant.

A Ἀλλὰ τίς ἐξαριθμῆσαι δυνήσαιτο τοὺς καθ' ἡμέραν ἐσθίοντας, ἢ τὴν καθ' ἑκάστην δαπάνην, καὶ τὴν γινομένην εἰς ἕκαστον πρόνοιαν; Εἰς ἐκεῖνον γὰρ ἀναφέρω καὶ τὰ μετ' ἐκεῖνον· ἐκεῖνος γὰρ ἀφωρίσατο τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης αὐτῆς προνοίας· ἐκεῖνος δὲ τὴν δυνατὴν ῥαστώνην αὐτοῖς περιποιήσατο [35]. Προκάθηται γὰρ ἀνήρ τις τῶν ἐνδοξοτάτων φροντιστὴς τῆς μυριάνδρου ταυτησὶ πόλεως. Ὀρφανοτροφεῖον δὲ ταύτῃ τοὔνομα. Ὀρφανοτροφεῖον (85) δὲ προσαγορεύεται, ὅτι ἡ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς καὶ ἀποστρατεύτους φιλανθρωπία τοῦ αὐτοκράτορος, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἐπεκράτησε τῆς ἀπὸ τῶν ὀρφανῶν προμηθείας· σέκρετα (86) γὰρ ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ λογοπραγίαι τῶν προνουμένων [36] καὶ τὰ τῶν πενήτων κτήματα καὶ χρυσόβουλλοι λόγοι ἐπιβραβεύοντες τοῖς τρεφομένοις τὸ ἀναφαίρετον. Τῷ δὲ ναῷ τοῦ μεγαλοκήρυκος Παύλου κλῆρος μέγας κατείλεκτο καὶ πολὺς, καὶ φώτων δαψίλεια, καὶ παραγενόμενος B

At quis enumerare ad exactum queat quot illic quotidie ora pascerentur, quantum in id sumptuum profligaretur, quam benefica quamque sedula singulus ibi quisque providentia curaretur, quanta hodieque largitate cuique victus et cætera necessaria præbeantur. Nam et ea ipsa quæ post patrem meum, ab ipso instituta, durant, illi meo jure vindico, ut ad laudem ipsius merito referenda. Ille enim maritimos illos terrestresque, unde ista durant, reditus attribuit; ille vel domus inquilinis istius, vel urbis civibus, hæc otia, hanc copiosam requiem et vitam securam, liberalissimis suis fundorum optimorum et æternorum censuum assignationibus quam fieri potuit firmissimis confecit. Præsidet isti toti decem fere civium millia numeranti civitati vir ex illustrissimis quidam cum plena moderandi cuncta dispensandique potestate. Orphanotrophium commune nomen est universæ istius

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[35] περιεποιήσατο, [36] προνοουμένων.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(85) *Ὀρφανοτροφεῖον*. Definitur Orphanotrophium a Juliano antecessore, Constitut. 7: *Locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri pascuntur*. Vide leg. 32 cod. de episc. et Cler.

(86) *Σέκρετα*. Secretum hoc loco interpretor forum judiciale, in quo de rebus et prædiis ad Orphanotrophium spectantibus lites agitabantur, quod videtur indicare vox λογοπραγίας, quæ proxime sequitur. Vide notata ad pag. 70.

familiæ ingentis aut urbis potius, quanquam in ea sane non soli orphani aluntur, sed militibus quoque aut emeritis ætate, aut morbo, mutilatione, vulnere debilibus receptum isthuc commodum aperuit pa-

A εἰς τουτονὶ τὸν νεὼν, ἴδοις ἂν χοροὺς ἑκατέρωθεν ἀντάδοντας. Κατέταξε γὰρ τῷ τῶν Ἀποστόλων νεῷ (87), ᾄδοντας· καὶ ᾀδούσας κατὰ τὸν Σολομῶντα· ἐπιμελὲς γὰρ καὶ τὸ τῶν διακονισσῶν (88) πεποίη-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(87) *Τῷ τῶν Ἀποστόλων νεῷ*. Petri et Pauli Ecclesiæ, quæ D. Pauli paulo ante dicitur.

(88) *Διακονισσῶν*. Diaconissarum nomen jam inde a Christianæ religionis incunabulis auditum testantur abunde D. Paulus, epist. ad Rom. cap. XVI, ubi Phœben διάκονον τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας commendat; et B. Ignatius, qui Epist. ad Antiochenses, τὰς διακόνους salutat. Sed et meminit Theodoritus, lib. XIII, cap. 14, mulieris pietate insignis, τοῦ τῆς διακονίας ἠξιωμένης χαρίσματος, et alterius sacro isto fungentis munere Sozomenus, lib. IV, cap. 24. Dionysiam S. Euthy- B mii matrem ab Otreio Melitenensi episcopo ordinatam fuisse diaconissam auctor est Cyrillus in ejusdem Euthymii Vita, cap. I, n. 5. Aliarum mentio est apud Crispinum in Vita S. Parthenii episc. Lampsac., cap. 2, n. 17; Marcum in Vita S. Porphyrii episc. Gazensis, cap. 12, n. 102. *Ministras* a primis Christianis vocitatas auctor est etiam Plinius, lib. X, epist. 97, quod scilicet, ut diaconi episcopis et presbyteris aderant, quo iis divina exsequentibus officia navarent operam, ita illæ in sacris ministeriis ea obibant munia, quæ diaconi ipsi salvo pudore, vel etiam absque offensionis nota peragere non poterant, in officiis præsertim, quæ mulieres spectabant; verbi gratia, si ad balnea procedere, si corpora nudari qualibet ex causa necesse esset, ut est in *Constit. Apostol.* lib. III, cap. 15, et apud Epiphanium, hæres. 79, vel si divino instruendæ verbo erant, vel docendæ rusticæ et imperitæ mulieres, quo tempore baptizandæ sunt, qualiter et baptizatori responderent, et accepto baptismate deinceps C viverent, ut est in Canon. Arabicis concilii Nicæni, can. 74, et in synodo Carthag. IV, can, 12. Unde **417** et a D. Hieronymo dicuntur *in suo sexu ministrasse* diaconissæ *in baptismo et ministerio verbi*; quod et docent præterea Novella Justiniani VI, cap. 6, et Joannes Moschus, in *Prato spirit.* cap. 3, ubi innuit mulieres ipsas, cum ad sacrum baptismum accederent, nudas prorsus fuisse; quod præterea testatur D. Chrysostomus in Epistola ad Innocentium PP., quæ in Vita ipsius a Palladio conscripta legitur; firmaturque id ex concilio Constantinopolitano sub Menna, Act. 5, pag. 571 edit. 1618, in quo objectum Petro Alexandrino, quod cum Maria quadam nuda in baptisterium, priusquam illa baptizaretur, ingressus esset, nullique alii introeundi facultatem concessisset. Unde proclivis est conjecturant viri a diaconis in eum finem denudabantur, ut auctor est Dionysius Areopagita, et Gregorius Nazianzenus, orat. 40, de baptismo; D ita mulieribus, quæ seorsim a viris baptizabantur (quod indicat Ordo Romanus, et Augustinus, lib. XXII *De civit. Dei*, cap. 8,) diaconissas in earum denudatione ministrasse. Habita tamen iis in cæremoniis pudoris ratio est; nam ut auctor est Clemens, lib. III, cap. 16, virum ad baptismum venientem excipiebat diaconus, mulierem diaconissa: cui propterea istius partis baptisterii; in qua baptizarentur mulieres, claves commissæ erant, ut est apud eumdem scriptorem, lib. VIII, cap. 28, atque inde diaconæ dicuntur a D. Ignatio, epist. 9: Τῶν ἁγίων πυλῶν φρουροί. Itaque cum baptizabantur mulieres, diaconus eis frontem oleo sancto tantum ungebat, postmodum cæteras unctiones peragebat: Οὐ γὰρ ἀνάγκη γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρὸς κατοπτεύεσθαι, ut ait idem Clemens. Proinde probabile est, etsi nudæ ad baptisterium procederent, operta tamen habuisse nudata corpora linteo aliquo, quod a solis diaconissis auferretur, cum id res postulabat, aliæque unctiones exsequendæ erant, cum solam frontem ungeret diaconus. Atque de hisce ministeriis intelligendus videretur Atto episcopus Vercellensis, epist. 8, dum ait diaconas *ministrandi vel baptizandi officium sumpsisse*; non quod revera id munii unquam obierint, sed quod in administratione istius sacramenti feminis collati ministraverint. Cum igitur præcipuus is fuisset veterum Christianorum scopus ut paganorum præsertim cæterorumque vitarent scandala, in muliebribus officiis adhibendas censuerunt mulieres, viduas virtutibus probatas, ætate maturas et provectas, quæ sexagesimum ætatis excessissent annum, juxta præceptum Apostoli, I ad Timoth. cap. V. Quod et sancitum postea a Theodosio auctor est Theophanes, et a Valentiniano, lex 27 Cod. Theod. de Episc. et cler. Hinc ab ætate provectiore, πρεσβύτιδες dictæ in concilio Laodic. can. 1; προκαθήμεναι, *seniores*, Isidoro Mercatori, πρεσβύτιδες ἱεροπρεπεῖς; S. Antiocho hom. 21, et γυναῖκες πρεσβύτιδες, καὶ θεόπνευστοι μητέρες, Palladio, in Præfat. ad *Hist. Lausiacam*, quod in Ecclesia cæteris mulieribus præirent, in consessibus primum obtinerent locum, atque adeo τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς, seu cœtum muliebrem regerent, ut est apud Balsamonem, lib. V *Juris Græco-Romani*. Postmodum indultum est, ut quæ annum quinquagesimum attigerant, ad diaconissarum ordinem admitti possent, Novella Justiniani VI, vel saltem quadragesimum, Nov. CXXIII, cap. 13, et concil. Chalced. œcum. can. 15; quo præterea cavetur. diaconissas post χειροτονίαν non posse ad nuptias transire; ubi χειροτονίας vox non pro ordinatione, seu consecratione sumitur, sed pro benedictione. Duplex quippe fuit χειροθεσία, εὐλογίας videlicet, et καθιερώσεως, ut ait Tarasius, patr. CP. act. 1 concilii Nicæni II, pag. 486, utraque manuum impositione facta; sed posterior fuit ordinationis et consecrationis, quæ ad episcopos et presbyteros spectabat, altera vero benedictionis, quomodo baptizatis manus imponebatur, ut auctor est Hieronymus contra Lucifer. vel pœnitentibus **418** et lapsis. Concilium Arausicanum I, can. 26: *Diaconissæ omnimodo non ordinandæ: si quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur, capita submittant.* Concilium Epaonense, can. 21: *Viduarum consecrationem, quas diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, solum eis pœnitentiæ benedictionem imponendo*, id est quomodo pœnitentibus manus imponi solet. Proinde verbum *consecrationis* ita accipiendum constat apud Fortunatum, in Vita sanctæ Radegundis, cap. 22, dum narrat, ut hæc pia Francorum regina *B. Medardum Noviomensem episcopum supplicaverit instanter, ut ipsam mutata veste Domino consecraret.* Cum enim abnueret sanctus Medardus, *intrans illa in sacrarium monachica veste induitur, procedit ad altare, beatum Medardum his verbis alloquitur, dicens: Si me consecrare distuleris, et plus hominem, quam Deum timueris, de manu tua a pastore ovis anima requiretur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita, consecravit diaconam*, id est, manus impositione. At e contra benedictio pro ordinatione sumitur in concilio Aurelianensi II, can. 17: *Feminæ quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, a communione pellantur.* Et can. 18: *Placuit etiam ut nulli postmodum feminæ diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.* Damnatos olim Cataphryges, quod mulieres posse

κὰν ἔργον· πολλὴν δὲ φροντίδα καὶ τῶν ἐπιξενουμένων Ἰβηρίδων (89) μοναχῶν ἐπεποίητο, θύραν

A tereque in tempus omne voluit humanissima benignitas Alexii Augusti : tamen vel a parte, ut fit, in

Caroli Dufresnii Du Cangii notæ.

diaconas ordinari profiterentur, auctor est D. Ambrosius, in cap. III Epist. I ad Timoth. quam hæresim Acephalis tribuunt Marianus Scotus et Sigebertus. Epiphanius, Salaminæ Cypri episcopus, Epist. ad Joann. episc. Hierosol. qua varia sibi objecta diluit : *Nunquam autem ego ordinavi diaconissas, et ad alienas misi provincias, neque feci quidquam ut Ecclesiam scinderem.* Proinde non alia notione vocem χειροτονεῖν usurpatam constat a Theophane, dum ait Chrysaphium suasisse Eudociæ Augustæ, ut a Marciano conjuge obtineret ἐπιστρέψαι τῷ Πατριάρχῃ χειροτονῆσαι αὐτὴν διάκονον, ut quæ virgo adhuc esset ; sic etiam in concilio Wormatiensi, canon. 45, *manus impositio* in diaconissis accipi debet. Atque inde diaconissas, licet in B Ecclesia qualemcunque ordinem confecerint, ut ait Epiphanius, laicis accenset concilium Nicænum, can. 19. Incertum porro quam manus impositionem intellexerit Bernaldus Constantiensis presbyter de Reconciliat. lapsorum, ubi de diaconissis agit : *Item in eodem concilio* (Nicæno) *quod diaconissæ manus impositionem habere negantur, non nisi de Paulianistarum diaconissis intelligere, ex diversis translationibus edocemur : nam diaconissæ Catholicorum manus impositionem habent, juxta Chalcedonense concilium.* Neque diversæ sunt a diaconissis, quæ vulgo *Viduæ* in Ecclesiæ Latinæ conciliis dicuntur, *quæ* scilicet *servandæ viduitatis professionem coram episcopo in secretario emittebant, imposita ab eo veste viduali*, ut est in Arausicano I, can. 27, univiræ scilicet ; Clemens, lib. VI, cap. 17 : διακόνισσα δὲ γενέσθω παρθένος ἁγνὴ, εἰ δὲ μήγε κἂν χήρα μονόγαμος πιστὴ καὶ τιμία. Ita etiam Epiphanius, cap. ult. Panarii. Prudentius, lib. *Περὶ Στεφ.* in sancto Laurentio :

C

Cernis sacratas virgines,
Mireris intactas anus,
Primique post damnum thori,
Ignis secundi nescias.

Concilium Toletanum IV, can. 56 : *Duo sunt genera viduarum, sæculares et sanctimoniales. Sæculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ, jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu, in conspectu sacerdotis vel Ecclesiæ, apparuerunt.* Mutationem vestium observant etiam Parisiense V, can. 13 ; Turonense II, can. 20 ; Toletanum X, can. 4 ; et Forojul. can. 11, ut et Epistola Clodovæi ad episcopos. A professione devotionis, *devotæ* appellantur in eadem Clodovæi Epistola, et *professæ* in concilio Arelatensi II, can. 46 ; quod vero consecrarentur ab episcopis, *consecratæ* in concilio Remensi, D can. 23 ; quod denique iis impertiretur benedictio, *benedictæ* in concilio Turonensi II, can. 20. At qualis fuerit viduarum *consecratio* et *benedictio*, video controverti. Certe iis in cæremoniis varius fuit in Ecclesia usus. Nam viduas emissa viduitatis **419** professione ad nuptias transire vetat Symmachus PP. Epist. decretali ad Cæsar. Arelat. cap. 5, et concilium Forojul. can. 11, quod de diaconissis statuit, Chalcedonense et Toletanum IV, can. 56, et additio 3 Ludov. cap. 47. Proinde si ab ea professione recederent, ut et earum raptores, excommunicatione damnant Arausicanum I, can. 27 ; idem Symmachus, cap. 4 ; concilium Aurelian. II, can. 46 ; Aurelianense III, can. 16 ; Remense, can. 25 ; Parisiense III, can. 5 ; Toletanum X, can. 4 ; Tullense II, can. 2, etc. At earum consecrationem vetat Epaonense, can. 21, cujus decreti hæc in Turonensi II, can. 20, redditur ratio, quia *nunquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis* ; ubi *benedictio*, pro manus impositione, seu ordinatione sumitur, diversa a pœnitentiæ benedictione. Imo non velandas ab episcopo statuit Gelasius PP. epist. 9 : *Cum*, inquit, *nec auctoritas divina, nec canonum forma id præscribant.* Id postea firmavit Zacharias PP. epist. ad Pipinum, cap. 6, qua decrevit viduas *sub nulla benedictione velandas*, ita ut *si propria voluntate professam conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intersit, quali Deum debeant satisfactione placare.* Nam, ut ait concilium Turon. II, can. 20, etsi *solum propositum illis sufficere debet, absque dolo in eo perseverare procurare debent.* Verum hæc sunt postmodum immutata, siquidem *sacro semel velamine suscepto consecratas viduas*, ab emissa professione recedere prohibitas, evincit concilium Wormatiense sub Adriano II PP. can. 20, 21. Viduæ itaque et diaconissæ in Ecclesia certum ordinem confecere, uti sanctimoniales et monachæ, a quibus differebant ; neque enim recte *diaconissæ* nomine abbatissam appellavit Abælardus, serm. in Natal. S. Steph. et pag. 143, nisi forte quia diaconissæ muliebri cœtui præerant, ut Πρεσβύτιδες (etsi, ut verum non diffitear, hoc nomine indigitari videntur præfectæ monasteriis puellaribus in Vita sanctæ Eupraxiæ virg. n. 7 et 10). Unde in septem ordinibus, quibus constitit Litania Septiformis, sub Gregorio M. PP. tertius fuit *omnium abbatissarum cum congregationibus suis* ; sextus *universarum viduarum*, ut auctor est Paulus Warnefridus, lib. III *De gestis Langob.* cap. 25. Quæ vero hic viduæ dicuntur, *diaconissæ* appellantur apud Anastasium in Leone III PP. : *Universus populus Romanus cum sanctimonialibus et diaconissis, ac nobilissimis matronis, — cum bandis et signis, et canticis spiritualibus eum susceperunt.* Neque aliter intelligi debent in Bulla Greg. VII PP. apud Ughellum, in archiepiscopis Bonon. n. 52 : *Abbates, monachos, presbyteros, diaconos, clericos litteratos et illitteratos, servos et ancillas Dei, atque diaconissas, famulos utriusque sexus*, etc. Ita hoc Annæ loco distinguuntur diaconissæ a sanctimonialibus, et recte. Monachæ quippe sacris monasteriorum officiis addictæ erant ; diaconissarum autem munus erat, ad mulieres pauperes, aut in ergastulis detentas, vel ægritudine afflictas accedere, et alia pietatis officia peragere. Unde *matriculariæ* appellabantur, ut auctor est Isidorus Mercator ad can. 11 concilii Laodiceni : *Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ, seniores, et matriculariæ nominantur, in Ecclesia constitui non debere.* Matriculariorum enim munia circa pauperes exstitisse notum est. Quamobrem jure Atto Vercellensis, loco supra laudato, diaconas alias prorsus fuisse ab abbatissis contendit. Quo vero pacto, quove ritu ordinarentur diaconissæ apud Græcos, pluribus exsequitur Euchologium Goari, ut et Matthæus Blastares. Quomodo autem apud Latinos viduæ, quæ castitatem profitebantur, consecrarentur, narrat Ordo Rom., in quo præterea adnotatur *presbyteris licere viduas velare, solis episcopis virgines*, et hoc ante Evangelium. Porro videntur eædem fuisse cum diaconissis, mulieres, quas *canonicas* vocat idem Ordo Rom. qui eas distinguit a sanctimonialibus : **420** *Inter virginem et feminam, inter canonicam et sanctimonialem*, etc. Harum mentio est apud sanctum Antiochum, hom. 18, ubi ait monachos non debere cum mulieribus conversari : Ὁμοίως δὲ κανονικαῖς ἀνάρμοστόν ἐστι συνδιάζῆν μετὰ

(89) *Ἰβηρίδων*. Monacharum, quæ ex Iberia Constantinopolim migraverant.

totius nomenclationem appellatione prævalente, vel senibus quoque ac languidis egentibus orphanorum verbo designatis, obtinuit Orphanotrophii vocabulum, ad denotandum in vulgus hoc collegium ingens, utentium liberalitate Alexii pauperum. Quorum ad perpetuitatem censuum ac possessionum erecta sunt tabularia, institutique cœtus lectorum hominum fundos et mercedes annuas ex immobilibus egenorum bonis attenta providentia curantium reditus exigentium, recipientium, dispensantium, rationes exigentium ac vicissim reddentium. **485** Prout ea omnia Bullis Aureis ad æternam erant sancita firmitatem, ut quæ alendis erant orphanis tributa nulla unquam calumnia, nullo possent interverti casu. Templo etiam magni prædicatoris Pauli (quod templum orphanotrophio inclusum diximus) clerus ascriptus magnus et multus, nu-

A ἐκ θύρας ἀμείβουσῶν τὸ πρότερον ἐπὰν εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἐπιδημήσαιεν. Ἀλλὰ καὶ ταύταις ἡ κηδεμονία τοὐμοῦ πατρὸς ἀνεδείματο φροντιστήριον μέγιστον, τάς τε τροφὰς καὶ τὰς προσηκούσας ἐσθῆτας διοικονομησαμένου. Ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ Μακεδὼν αὐχείτω μὲν ἐπὶ τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ τῇ κατὰ Μήδους Βουκεφάλῃ, ἐπὶ τῇ κατ' Αἰθιόπην Λυσιμαχίᾳ· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος οὑτοσὶ ἐπὶ ταῖς ἀνεγερθείσαις παρ' αὐτοῦ πόλεσιν ἐναβρύνοιτο ἃς πανταχοῦ ἴσμεν ἀνοικοδομηθείσας αὐτῷ, ὅσον ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει μεγαλαυχεῖ. Ἀλλ' ταῦτα μὲν τὰ τεμένη καὶ ἱερὰ φροντιστήρια εἰσιόντι σοι κατὰ λαιὰν ἀπαντήσειε, κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν τοῦ μεγάλου τεμένους, παιδευ-
B τήριον (90) ἕστηκε τῶν γραμματικῶν παισὶν ὀρφανοῖς ἐκ παντοδαποῦ γένους συνειλεγμένοις, ἐν ᾧ παιδευτής τις προκάθηται καὶ παῖδες περὶ αὐτὸν

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

μετὰ ἀνδρῶν, πρὸς τὸ μηδένα σκανδαλίζεσθαι. Sic autem appellabantur *viduæ*, seu *canonissæ*, quod essent ἐν τῷ κανόνι, et ἐκ τοῦ κανόνος, ut loquuntur concilium Antiochenum, can. 2, 6, 11; Chalcedonense, can. 2; et synodus Trullana, can. 6; seu quod *sub canone ecclesiastico jacerent*, vel *essent constitutæ*, ut est in concil. Tolet. III, can. 5 et 6; et Forojuliensi, an. 791, can. 1, id est, quod certum et quemdam in Ecclesia ordinem conficerent, et regulis Ecclesiæ voti emissi religione astringerentur. Nam et inde primitus quos hodie canonicos dicimus, ea de causa sic nuncupatos par est credere, quod scilicet sub canone ecclesiastico constituti essent, et ecclesiasticis muniis inservirent. Balsamon, lib. V *Juris Græco-Rom.* pag. 381, ait diaconissarum ordinem canonibus olim cognitum, sedem
C habuisse in bemate: sua vero ætate, etsi ἐκκλησιάζουσαι, id est, in ecclesia Constantinopolitana locum et stationem haberent, non tamen in bemate sedisse. Discimus ex Novella III Justiniani, et alia Heraclii imp. quæ exstat lib. II *Juris Græco-Rom.*, definitum fuisse numerum diaconissarum in Majore ecclesia Constantinopolitana ad quadraginta, uti presbyterorum ad 80, diaconorum ad 150, subdiaconorum ad 70, etc., quibus singulis ordinibus assignatæ erant in eadem ecclesia στάσεις, seu stationes; ita enim vocantur loca ecclesiæ iis ascripta, in eadem Heraclii Novella, in qua etiam clericorum Blachernianæ ecclesiæ numerus definitur, atque adeo diaconissarum ad sex. At quo in loco ædis Sophianæ, aut alterius, fuerit diaconissarum statio, non est promptum asserere. Certe constat in omnibus ecclesiis seorsim stetisse mulieres a viris. In Sophiana duplices erant porticus, quarum inferior viris, superior mulieribus desti-
D natæ erant. Procopius, *De ædif. Justin.*: Στοαὶ δὲ εἰσὶν ἑκατέρωθι δύο. — Ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ πεποιημέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται. Atque inde superior porticus γυναικωνῖτις eidem scriptori dicitur: Τίς δ' ἂν τῶν ὑπερῴων τῆς γυναικωνίτιδος ἑρμηνεὺς γένοιτο; quæ quidem porticus superiores κατηχούμενα etiam appellabantur. Leo Nov. LXXIII: Ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ πολὺς ἄνθρωπος Κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω. Ita etiam ὑπερῷα τοῦ μεγάλου ναοῦ dixit Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patr. CP. γυναικωνίτιδος vero Sophianæ non semel meminit auctor descriptionis illius ædis, qui δεύτερα Κατηχούμενα superiores, ut πρῶτα Κατηχούμενα inferiores porticus interdum vocat. Porro γυναικωνῖτις, *pars mulierum*, et *pars feminarum*, apud sanctum Augustinum, lib. XXII *De civit. Dei*, cap. 8, et in Ordine Romano, ut altera *pars virorum* dicitur Anastasio Bibl. in Vitis PP. pag. 72, 118, 132, et in eodem Ordine Romano. Sed de hoc antiquo more, quo feminæ a viris separatæ orabant in templis, consulendi Clemens, *Constit.* lib. II, cap. 61: Gregor. Nazianz. in *Somn. de Anastasia*; Ambros. *Ad Virg. laps.*; Cogitosus, in Vita S. Birgittæ, sub finem; Allatius, *De recentiorum Græcorum templis*; Goarus ad Euchology., et alii. Jam vero an una cum cæteris mulieribus constiterint diaconissæ, id non videtur verosimile, cum presbyteris, diaconis, diaconissis, subdiaconis, lectoribus, certas quibusque assignatas στάσεις, seu sedes in ecclesia Sophiana satis innuat Heraclius. Proinde diaconissarum sedes illa
C forte fuerit, quam *matroneum* vocant scriptores eccl. Anastasius in Symm. PP. pag. 32: *Apud B. apostolum Paulum — cameram fecit, et matroneum.* Idem in Gregorio IV, pag. 166: *Matroneum presbyterio* adjunctum fuisse innuit: *Presbyterium amplum operosi operis funditus construxit, cui ex septentrionali plaga lapidibus circumseptum matroneum apposuit.* **421** Non desunt tamen qui *matroneum* illud esse, quod eidem scriptori *pars mulierum* dicitur, ubi scilicet mulieres consistebant, dum sacra perageretur liturgia; nam et in balneis, partem in qua lavabant mulieres, Ματρωνίκιον appellatam fuisse auctor est Cedrenus: cui quidem sententiæ favet Ordo Romanus, qui partem mulierum *partem matronarum* vocat: *Similiter transiens pontifex in partem matronarum, explet omnia ut supra.* Ex quibus videri potest idem fuisse *matroneum* cum *parte matronarum*. Sed et *pars mulierum* haud procul a presbyterio exstitit. Narrat quippe idem Anastasius, pag. 154, 155, Paschalem PP. cum videret
D *ecclesiam sanctæ et intemeratæ Virginis Mariæ ad præsepe, quondam tali more constructam, ut post sedem pontificis mulieres ad sacra missarum solemnia stantes, prope assistere juxta pontificem viderentur: ita ut si quid colloqui pontifex cum assistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione, nequaquam ei sine illarum interventione liceret, largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, concerneret, dato operis studio, cœpisse indesinenter agere sedem inferius positam sursum ponere, ut eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset.* Quo loco mulieres istæ, quæ haud procul a sede pontificis stationem suam habebant in ecclesia, videntur fuisse diaconissæ; nam cæteræ in Narthece stabant, aut in ea parte quæ *mulierum* dicebatur.

(90) *Παιδευτηρίων*. Scholarum grammaticalium Orphanotrophii meminit Pachymeres, lib. IV, c. 14.

ἐστᾶσιν, οἱ μὲν περὶ ἐρωτήσεις ἐπτοημένοι γραμματικάς, οἱ δὲ ξυγγραφεῖς τῶν λεγομένων σχεδῶν (91). Καὶ ἔστιν ἰδεῖν καὶ Λατῖνον ἐνταῦθα παιδοτριβούμενον, καὶ Σκύθην Ἑλληνίζοντα, καὶ Ῥωμαῖον τὰ τῶν Ἑλλήνων συγγράμματα μεταχειριζόμενον, καὶ τὸν ἀγράμματον Ἕλληνα ὀρθῶς Ἑλληνίζοντα.

A merosissimumque insignium virorum ritu legitimo Deo ministrantium collegium: addita insuper larga copia funalium lampadumque ad sacra lumina. Itaque ingrediens forte hoc templum videres cum religiosa voluptate comparatos hinc atque inde commissosque choros alternis cantantium ac respondentium. Nam huic quoque, uti et Apostolorum sacræ ædi cantorum et cantatricum (quemadmodum olim Hierosolymitano templo Salomon) cœtus perpetuos addixerat, magna adhibita providentia ne diaconissis ad suum ibi ministerium fungendum deesset unquam aliquid: neve istuc admissi ex Iberia monachi qui peregre antea Constantinopolim ingressi precariam ostiatim emendicantes et instabilem ducebant vitam, nulla parte necessariæ copiæ deficerentur. His enim quoque in hac velut nova urbe patris mei peramplas magnificis sumptibus ædes exstruxit, in quibus consuetas ipsis sacræ doctrinæ commentationes et religionis officia rite obire ac meditari otiose possent: large præbitis ex ærario publico quæ ad victum ipsis vestitumque convenientem opus erant. Jactet se quantum libuerit Alexander ille magnus ob Alexandriam in Ægypto, Bucephalum in Media, Lysimachiam in Æthiopia conditas a se urbes; imperator quidem Alexius nunquam adeo sibi placebit in tot illis, quas fere ubique terrarum ab eo structas scimus, civitatibus; ut non de hac potissimum a se fundata, instructa ornataque glorietur. Porro templum hoc et monasterium ingredienti tibi ad lævam occurrent; ad dexteram magni templi domus visitur institutioni dicata puerorum, ludusque litterarius orphanis ex omni genere maximo numero collectis frequens, impositis grammaticis præfectoque classibus suo singulis magistro, sub unius communi cura moderatoris summi qui cunctis stans medius invigilat. Ordines circum descripti discentium sunt. Hi quidem elementaribus illis primis interrogatiunculis mentem ac memoriam rudes acuunt. Alii nonnullo jam videlicet usu nixi scriptitandis exercentur schedis (sic enim appellant): videre hic est Latini generis puerum non minus recte quam apud suos linguæ propriæ præceptis fingi, et Scytham non infeliciter loquendo scribendoque Græca conari, et Romanum ad Græcorum linguam disciplinasque institui; et eum qui ortu duntaxat ac sorte nascendi Græcus, acquisito usu litterarum perceptisque doctrinis, istius nominis decus tueri.

Τοιαῦτα δὲ περὶ τὴν λογικὴν παίδευσιν τὰ τοῦ Ἀλεξίου σπουδάσματα. Τοῦ δὲ σχέδους ἡ τέχνη, εὕρημα τῶν νεωτέρων ἐστὶ καὶ τῆς ἐφ' ἡμῶν γε-ν-ἄς. Παρίημι δὲ στυλιανούς τινας καὶ τοὺς λεγομένους Λογγιβάρδους καὶ ὅσους ἐπὶ συναγωγὴν ἐτεχνάσαντο παντοδαπῶν ὀνομάτων, καὶ τοὺς Ἀττικοὺς καὶ γεγονότας τοῦ ἱεροῦ καταλόγου τῆς Μεγάλης παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας, ὧν παρίημι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ νῦν οὐδὲν ἐν δευτέρῳ λόγῳ τὰ περὶ τούτων τῶν μετεώρων καὶ ποιητῶν καὶ αὐτῶν συγγραφέων, καὶ τῆς ἀπὸ τούτων ἐμπειρίας· πεττεία δὲ τὸ σπούδασμα, καὶ ἄλλα τὰ ἔργα ἀθέμιτα. Ταῦτα δὲ λέγω, ἀχθομένη διὰ τὴν παντελῆ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως ἀμέλειαν· τοῦτο γάρ μου τὴν ψυχὴν ἀναφλέγει, ὅτι πολὺ περὶ ταῦτα ἐνδιατέτριφα· κἂν ἐπειδὰν ἀπήλλαγμαι τῆς παιδαριώ-

B Hi fructus, hæc specimina exstant studii ingentis quo Alexius ad progressum rei litterariæ, rectamque in disciplinis liberalibus et disserendi arte, institutionem juventutis ferebatur. Jam quod Schedarum paulo ante mentionem feci, ars ea est a recentioribus atque adeo ætatis hujus nostræ magistris inventa. Prætereo vero stylianos quosdam, et qui Longibardi vocantur, ac alios quicunque arte ac methodo vocabularia collecta digessere omnis generis nominum, et Atticos, et eos qui ex sacro catalogo Magnæ apud nos Ecclesiæ 486
fuerunt, quorum edere hic nomina non tanti, nunc quidem, arbitror. Cæterum ejusmodi novitiis inventis factum video ut sublimium illorum veterum scriptorum, poetarum, ipsorumque historicorum opera, ne secundis quidem hodiernæ juven-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(91) *Σχεδῶν*. Schedographiam intelligit, seu eam grammaticæ partem *qua docentur adolescentes scripta intelligere, aut probare*, ut est apud Martianum Capellam, lib. III. Ea enim vis est vocis σχέδος apud Basilium, libro *Περὶ γυμνασίας γραμματικῆς*, ubi de vocabulo σχεδογραφεῖν. Πόθεν γίνεται; ἐκ τοῦ σχέδους, καὶ τοῦ γράφω. Τὸ δὲ σχέδος, παρὰ τὸ χέω, ει χέδος σχέδος, οἱονεὶ τὸ διαχέων καὶ διαχορίζον τὰς λέξεις ἀπ' ἀλλήλων. Ἢ παρὰ τὸ σκεδάζω, σκεδάσω. Σκεδαζόμεναι γὰρ αἱ λέξεις, καὶ οἱονεὶ μεριζόμεναι, εἰς γνῶσιν παραλαμβάνονται. Ἢ παρὰ τὸ σχῶ, τὸ κρατῶ, σχέδος τὸ τῶν πολλῶν συνεκτικόν. Glossar. Gr. Lat. σχεδιάζειν interdum ἀντὶ τοῦ χειρονομεῖν interdum ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγοντος, *ex tempore dicere*, interpretatur, ut σχέδιον *ex tempore dictum*. Ita apud Hesychium, σχεδιάζειν est ἐκ παρατυχόντος ἐν ἑτοίμῳ C λέγειν. Quod porro Græci σχεδογραφεῖν, Latini *edere partes* dicunt. Gotefridus Viterb., part. XVI *Panth.*:

Nunc quoque grammaticæ summus Donatus in arte,
Hieronymus cum discipulo docet edere partes.

Schedographiam recentiorum inventum esse ait Anna, præcipuosque in ea magistros nominat nescio quos Stylianos et Longobardos, seu Italos, quos Glaber Radulphus, lib. II, cap. 12; et Paulus Warnefridus, lib. VI *De gestis Langob.*, cap. 7, grammaticæ præ cæteris impensius operam dedisse testantur. Ad quam grammaticæ partem referri debent Manuelis Moschopuli liber *Περὶ σχεδῶν*, et ejusdem Basilii *Exercitatio grammatica*. Ejusmodi sunt Prisciani partitiones duodeciiu primorum versuum Æneidos.

tutis curis ac lectione vel perfunctoria dignentur, eorum meditatio omnis ac imitatio negligatur funditus. Ita ut litteratorum hujus ævi tota demum industria in genere ludi quodam et contesserata certo artificio commissione verborum ac nominum exprimatur; exercitationes vero cæteræ tanto utiliores, ita spernant traducantque quasi nefas sit in iis operam ponere. Hæc ego indignans memoro, nec enim sine stomacho recordari possum ingentis qui hodie occupavit animos, neglectus artium optimarum, quas orbe certo consertas commendare juvenum studiis ætas olim melior assueverat. Non ignara hæc damno, experta enim sum hodiernas istorum artes in lisque detenta multo tempore: id quod mihi jacturam reputanti urit hodieque animum dolore magno quod tantum ætatis atque otii nugis hisce perdiderim. Sed vanitas hujus studii nondum tunc mihi suboluerat. Verum ubi aliquando ex istorum schola atque ex hac plane puerili occupatione in liberius emergens studium, transferre me ad rhetoricam cœpi philosophiamque attigi, atque inter has artes doctrinasque meditandas, ad lectionem poetarum, scriptitationesque meo marte ipsorum imitatione tentardas, avide rui; sicque linguæ velut tubera et orationis quasi verrucas asperasque exstantias usu quodam trituque levigavi, sensi denique ac statui suggerente adjutanteque rhetorica quam irridendum esset atque inane totum istud artificium schedographiæ perplexitate implicatissima contextum. Sed hæc obiter ex occasione dicta sunto hactenus.

A δους τούτων σχολῆς καὶ εἰς ῥητορικὴν παρήγγειλα, καὶ φιλοσοφίας ἡψάμην, καὶ μεταξὺ τῶν ἐπιστημῶν πρὸς ποιητάς τε καὶ ξυγγραφὰς ἦξα καὶ τῆς γλώττης τοὺς ὄχθους ἐκεῖθεν ἐξωμαλισάμην, εἶτα ῥητορικῆς ἐπαρηγούσης ἐμοὶ, κατέγνων τῆς τοῦ πολυπλόκου τῆς σχεδογραφίας πλοκῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μέντοι προσιστορείσθω εἰ καὶ μὴ ἐκ τοῦ παρέργου, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ λόγου ἀκόλουθον.

Post hæc, circiter annum imperii Alexii..... nubes hæreticorum ingens sese extulit. Genus ferebant novum pravi dogmatis Ecclesiæ prius inauditi, quod erat ex duorum singillatim pessimorum et maxime detestabilium olim notorum commistione conflatum; nimirum ex Manichæorum, quos etiam Paulicianos vocamus, hæresi; et ex abominando Massalianorum delirio coalitis in unum atque concretis, nefarium, de quo modo agimus, Massalianorum natum est dogma. Quod verisimile quidem est, jam ante patris mei tempora quasi sub cinere mussasse. Squalorem enim religiosæ austeritatis ac pœnitentiæ genus in primis istud affectat: in eaque simulationis vafritie palmam obtinet. Itaque non facile videas aliquem ex comatis istis more sæculari ad Bogomilorum sectam adhærescere: mantelo ac cucullo longe sese libentius hæc pestis abscondit. Fereque e tristium genere naso tenus opertorum, demisso capite incedentium, ac inter eundum nescio quæ vota precesve arcano sub lin-

B Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ ἔτους διιππεύοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ μέγιστον ἐπεγείρεται νέφος αἱρετικῶν, καὶ τὸ τῆς αἱρέσεως εἶδος καινὸν, μήπω πρότερον ἐγνωσμένον τῇ Ἐκκλησίᾳ· δύο γὰρ δόγματα συνελθέτην κάκιστα καὶ φαυλότατα ἐγνωσμένα τοῖς πάλαι χρόνοις, Μανιχαίων τε ὡς ἄν τις εἴποι δυσσέβεια, ἣν καὶ Παυλικιάνων αἵρεσιν εἴποιμεν, καὶ Μασσαλιανῶν βδελυρία. Τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τῶν Βογομίλων (92) δόγμα, ἐκ Μασσαλιανῶν καὶ Μανιχαίων συγκείμενον, καὶ, ὡς ἔοικεν, ἦν μὲν κἀν τοῖς πρὸ τοὐμοῦ πατρὸς χρόνοις, ἐλάνθανε δὲ, δεινότατον (93) γὰρ τὸ Βογομίλων γένος ἀρετὴν ὑποκρίνασθαι, καὶ τρίχα μὲν κοσμ:κὴν οὐκ ἂν ἴδοις Βογομιλίζουσαν, κέκρυπται δὲ τὸ κακὸν ὑπὸ τὸν μανδύαν (94) καὶ τὸ κουκούλιον· καὶ ἐσκυθρώπακεν ὁ Βογόμιλος, καὶ
C μέχρι ῥινὸς σκέπεται καὶ κεκυφὼς βαδίζει καὶ ὑποψιθυρίζει τὸ στόμα, τἄνδοθι δὲ λύκος ἐστὶν ἀκάθεκτος. Καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος τοιοῦτον ὂν δυσφορώτατον ὥσπερ ὄφιν ἐμφωλεύοντα τῇ χειᾷ ἐπῳδῶν ἴυγξιν ἀποῤῥήτοις ὁ ἐμὸς πατὴρ εἰς φῶς ἐξεχαλέσατο

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(92) *Βογομίλων*. Rem etiam narrat Zonaras. Bogomilorum porro hæresis conflata erat potissimum ex pravis Manichæorum et Massalianorum dogmatibus, ut est etiam apud Harmenopulum libro *De sectis*, ubi utriusque hæresis Massalianorum scilicet et Bogomilorum opiniones recenset. Massalianorum, qui sub Valente primum exorti sunt, dogmata enarrant præterea sanctus Joannes Damascenus, in opusculo quod de ea hæresi edidit. et Nicetas, lib. II *Thesaur. orthod. fid.* Bogomilorum vero Euthymius Zigabenus in *Panopl.*, part. II, tit. 23. Dicitur autem Bogomilus Mysorum idiomate, *qui Dei misericordiam implorat*, ut auctor est idem Harmenopulus, unde εὐχίτας, **422** ἐνθουσιαστὰς, et Ὀμφαλοψύχους hæreticos istos Græci appellarunt. Vide Cedrenum, an. 20 Constantini M. et 1 Valentis; Gregoram, lib. II; Balsamonem, in *Nomocan.* Phot.; Psellum, *De Operat. dæmon.* Cantacuzenum, lib. II, cap. 39, etc.

(93) *Δεινότατον*. Id jam olim Paulicianis hæreticis, Manichæorum et Bogomilorum asseclis, objectum. Willel. Neubrig., lib. II, cap. 13: *Egrediuntur de caveis suis vulpes nequissimæ, et prætenta specie pietatis seducendo simplices, vineam Domini Sabaoth tanto gravius, quanto liberius demoliuntur.* Epistola Lud. VII Franc. reg. quæ exstat tom. I *Rerum Germ.* Freheri, de iisdem: *Et per quasdam observantias quas habent, meliores apparent quam sint.* Fridericus II, constitut. 2, in hæreticos: *Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eousque mansuetudinem prætendentes ovium, quousque ovile possint subintrare.—Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, et sub mellis dulcedine virus evomere, ut vitæ cibum*
D *se simulent ministrare, a cauda feriunt, et mortis poculum, velut quoddam dirissimum venenum, miscent.* Petrus Blesensis, epist. 113: *Surrexerunt temporibus vestris falsorum dogmatum prædicatores, doctores mendacii, hostes veritatis, et fidei subversores. Blandi et simplices sunt ut agni, sed ut vulpes astuti sunt, et rapaces ut lupi. Isti sunt hæretici qui in vestimentis ovium veniunt.*

(94) *Μανδύαν*. Gloss. Basilic. μανδύας, ἱμάτιον. Xiphilinus in Tiberio, φαιὰν μανδύην ἐπενέδυ. Anna, pag. 494. Vide Salmasium, ad *Hist. August.*

καὶ ἐξήνεγκεν. Ἀπάρτι γὰρ τὸ πολὺ τῆς τῶν A ἑσπερίων καὶ ἑῴων ἀποθέμενος φροντίδος, πρὸς τὸ πνευματικώτερον ἑαυτὸν ἐπέτεινεν. Ἐν πᾶσι γὰρ τῶν ἁπάντων ἐκράτει· ἐν λόγοις διδακτικοῖς τοὺς περὶ λόγον ἐσπουδακότας ἐνίκα· ἐν μάχαις δὲ καὶ στρατηγίαις τῶν ἐν ὅπλοις θαυμαζομένων ὑπερεῖχεν. Ὡς δὲ ἡ τῶν Βογομίλων ἁπανταχοῦ ἤδη διέσπαρτο φήμη. Βασίλειος γάρ τις μοναχὸς ὠδύνων [37], δώδεκα μὲν ἔχων μαθητάς, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμαζε, συνεφελκόμενος δὲ καὶ μαθητρίας τινὰ γύναια κακοήθη καὶ παμπόνηρα, ἐφήπλωσε τὴν κακίαν ἁπανταχοῦ. Καὶ πολλὰς ψυχὰς δίκην πυρὸς ἐπενείματο τὸ κακὸν, οὐκ ἠνείχετο ἡ τοῦ βασιλέως ψυχή· τῷ τοι καὶ διερευνᾷ τὰ περὶ τῆς αἱρέσεως, καί τινες τῶν Βογομίλων εἰς τὰ ἀνάκτορα ἤγοντο. B Ἅπαντες δὲ Βασίλειόν τινα κατήγγελλον διδάσκαλον καὶ κορυφαῖον πρωτοστάτην τῆς Βογομιλικῆς αἱρέσεως. Ἐκ τούτων δὲ Διβλάτιός τις κατασχεθεὶς, ἐπεὶ ἐρωτώμενος ἀνομολογεῖν οὐκ ἠβούλετο, αἰκίαις παραδοθεὶς, τηνικαῦτα τὸν λεγόμενον Βασίλειον ἀνωμολόγει, καὶ οὓς ἐκεῖνος προὐχειρίσατο ἀποστόλους.

A gua murmure susurrantium, homo Bogomilus est, sub ista mihi specie lupinam intus obtegens rabiem. Hanc sectam tenebris illis ipsis et dissimulatione, cujus obtentu latens impune grassabatur, eo nocentiorem minusque tolerabilem pater velut incantator sapiens serpentem astutam, ex cavo ac specu tuta carminibus velut quibusdam elicuit in lucemque protulit. Nempe cum tot rebus ac tantis gestis urgente morbo ac senio paululum se relaxasset a curis reipublicæ, **487** pleraque orientalium et occiduorum tractuum administratione fidis commendata, ipse homo actuosæ indolis, qui mutare occupationem non omittere posset, ad res spirituales et religionis curam intendit. Atque ut erat in omnibus quæ ageret excellens, supra omnes qui id B ipsum unice meditarentur; pariterque in docendi facultate, ac disputandi tum subtilitate tum ubertate magistros exercitatissimos; pariter duces optimos ac probatissimos rei militaris arte omni, præliandique vel virtute vel industria post se relinqueret; etiam in horum Bogomilorum conjuratione contra Ecclesiam nefaria indaganda, proferenda, exstinguenda, operam supra omnes navavit ac commendavit suam. Res in hunc modum se habuit. Multus affluebat sermo undique de Bogomilis, eorumque nova secta, et profectibus. Ea fama invaluerat ex eo quod Basilius quidam monachus impietatem istam ipse animo conceptam, quo proferret circum latissime, duodecim sibi discipulos adjunxerat, quos et apostolos nominarat : trahens cum ipsis et discipulas, mulierculas pravorum morum ac plane perditæ nequitiæ; horum dimissione quoquoversum impietatem incredibiliter propagavit suam, flammam quocumque ac pestem animabus miseris, ignea circum velocitate, ferens. His imperator acceptis non tenuit se, pro eo quo interius ejus animus ardebat zelo sincero Dei gloriæ, quominus omnibus vestigiis sectæ cubilia clam nascentis indagaret. Duci ad se in palatium curavit quosdam e Bogomilis. Omnium erat consentiens responsio præsidere toti hæresi Basilium istum plane coryphæum sectæ totius ac longe principem, doctoremque summum. Quo distinctior haberetur rei cognitio totius, Diblatius e Bogomilis captus quidam est, ac quoniam sponte fateri recusabat, quæstioni subjectus quoad declararet quis et ubi esset iste Basilius, quique ordinati ab eo ferebantur apostoli.

Τοίνυν τὴν τούτου ἀναζήτησιν πολλοὺς ὁ αὐτο- C κράτωρ ἀνέθετο· καὶ δῆτα ἀναφαίνεται τοῦ Σαταναὴλ ἀρχισατράπης Βασίλειος, τὸ ἔνδυμα μοναχὸς, κατεσκληκὼς τὸ πρόσωπον, τὴν ὑπήνην ψιλὸς, εὐμήκης τὴν ἡλικίαν, πολυτροπώτατος μεταχειρίσασθαι τὴν ἀσέβειαν. Καὶ αὐτίκα ὁ αὐτοκράτωρ, τὸ ἐνδομυχοῦν ἐθέλων παρασύραι ταῖς πειθανάγκαις, μετακαλεῖται τὸν ἄνδρα μεθ' οἵου προσχήματος· καὶ γὰρ καὶ θώκων ὑποξανέστη [38] αὐτῷ, καὶ καθέδρας μετέδωκε, καὶ τραπέζης τῆς αὐτῆς, καὶ ὅλην τὴν ὁρμιὰν τῆς ἄγρας αὐτῷ κατεχάλασε, καὶ τὸ ἄγκιστρον περιπείρας παντοδαποῖς δελέεσσι [39] τῷ παμφάγῳ τούτῳ κήτει παρέσχεν ἐμφαγεῖν, καὶ ὅλον τὸ φάρμακον τῷ μοναχῷ τούτῳ καὶ πολλαχῷ τὴν κακίαν φέρων ἐνέχει διὰ παντοίων ὑποκρινόμενος μαθητὴς αὐτῷ ἐθέλειν γενέσθαι· οὐκ αὐτὸς τάχα D μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς Ἰσαάκιος ὁ σεβαστοκράτωρ· καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα ὡς ἐκ θείας ὀμφῆς λογίζεσθαι καὶ ὑπείκειν τούτῳ ἐν πᾶσιν, εἰ μόνον τὴν τῆς ψυχῆς αὐτῷ σωτηρίαν πραγματεύσοιτο ὁ κάκιστος Βασίλειος. *Καὶ ἐγὼ μὲν*,

C Compertis rite omnibus dimissi ab imperatore quoquoversum plurimi sunt, qui latentes investigarent erroris auctores ac caperent. Horum cura comprehensus tandem est Satanaelis archisatrapa Basilius, veste monachus, exterminata facie, barba rara, homo in strigosa macie prælongus, at mille instructus artibus ad fucum faciendum, sectamque impuram, quam profitebatur, commendandam. Ex hoc imperator eblandiri arcanum coitionis clanculariæ cum constituisset, opportunum non putavit odium et acerbitatem primo aspectu præferre. Quin potius liberali fronte demulcet accersitum hominem, officiisque invitat ultro : assurgens venienti, assidereque sibi jubens, tum etiam mensæ secum regiæ communi accubitu dignatus. Sic li- D neam intendit totam piscator scitus, et hamum irritante varii generis præfixum esca, voraci huic objecit ceto; ac quo illecebris omnibus pharmacum ita condiret, ut id solitarius iste plurifarius, versutus hic inquam et emunctæ malitiæ monachus exsorbere induceret in animum, sese ipsi discipulum

Caroli Dufresnii Du Cangii notæ.

[37] πολυτροπώτατος μεταχειρίσασθαι τὴν Βογομίλων ἀσέβειαν. [38] ὑπεξανέστη. [39] δελέασι.

esse velle simulat, nec solum; Isaacium quippe fratrem Sebastocratorem simili novæ doctrinæ cognoscendæ teneri cupiditate. Addebat ambos mira docilitate præparatos ad accipienda quæ dicere vellet omnia, plane velut ex tripode voce oraculi proferrentur; obtemperaturos mox in cunctis, ac quæcunque mandaret executuros, modo ipsis animæ videlicet salutem Basilius conficeret. Sic enim dissimulationi indulgebat, ut quem pessimum
488 non dubitabat, ab eo salutem animæ sperare præ se ferret. *Equidem*, inquiebat, *Pater reverendissime* (hoc melle appellationis honorificæ circumliniebat calicem quo aptum veternoso hæretico curando vomitorium pharmacum propinabatur), *miror te impense ac veneror, virtute tua captus; cupioque majorem in modum doceri abs tua reverentia elementa illa quæ quibusdam tradis arcana doctrinæ non vulgaris; quibus hæc nostra quotidiana vana esse doces et nullius frugis.* Ad hæc ille primum circumagere se cautis versutiis, involvereque diligentius aliena illa quam obtendebat pelle, ut asellus de fabula, qui leoninam induerat. Verum ubi resiliit ac recusavit aliquandiu, ad extremum intendente artes Augusto laudesque ingeminante, emollitus adulatione paulatim est; annuitque tandem convictum oblatum imperatoris ad occasionem commodiorem arcanorum sermonum. Serviebat egregie fabulæ sebastocrator Isaacius imperatori fratri arte simulandi studii tuendarumque quas susceperant partium haud multum cedens. Quid multa sublinitur os seni. Profert is tanquam ad fidos, et penitus evomit nefaria illa et æterno vere digna silentio dogmata. Quæsitus ad id palatii locus erat a conspectu strepituque amotus urbis, qualia mulierum habitationi ædium membra solent attribui. Præterea quasi ad tutiores latebras oppansum erat velum ac peristromatum scena quædam. Intra erant Augustus et ejus frater una cum abominando hæresiarcha, qui tali loco ad tam fidas, ut rebatur, aures nihil omnium quæ intus animo hauserat venenorum eructare dubitabat. Subsederat occulto in loco tapete tectus scriba qui stylo celeri quæcunque loquebatur impurus nebulo mandabat libro. Jactabat se magnifice delirus magister auditoribus tantis, præsertim Augusto scite sustinente discipuli personam, attentioneque ac cætero habitu inhiantis docilitatis gustum novæ doctrinæ approbationemque simulante. Librarius excipiebat cuncta quæ dicebantur. Dicebantur autem fanda infandaque. Nam ille fanaticus fiducia latebrarum, et quod amicos, ut putabat, et dociles habebat auditores, nulli quamvis scelestæ, quamvis exsecrabili blasphemiæ parcebat. Siquidem et divinam Christi naturam creditam a nobis traducebat impius; et humanitatem ipsam incarnati Verbi, nihil verum exstitisse, sed merum duntaxat spectrum fantastici corporis garriebat vesanus nebulo. Quid etiam templa, heu mihi sacra templa, fana dæmonum profanus appellabat. Et quod legitimis cæremoniis rite consecrari ac fieri apud nos solent corpus et sanguis ejus qui primus Pontifex idem fuit et victima, aspernabatur consuetudinem religiosam et reprobabilem revocandamque censebat.

Quid vero postea? Cum hæc maximo deblaterarét impurus nebulo, abjicit simulationem assumptæ personæ Augustus in tempore, velum reducit, pandi fores jubet. Convocatus adest subito cœtus universus conscriptorum Patrum, coeunt seque admovent prætoriani, militarisque omnis ordo; senatus ipse totus ecclesiasticus præsto est. Præsidebat tum in regiæ civitatis throno beatissimus patriarcha grammaticus dominus Nicolaus. Recitata coram sunt impia et exsecrabilia dogmata; negandi

φησὶν, ὦ *πάτερ τιμιώτατε* (περιέχριε γὰρ τοῖς γλυκέσι τούτοις ὁ βασιλεὺς τὴν κύλικα ὡς ἐξεμέσαι τὴν δαιμονιῶντα τὴν μελαγχολίαν αὐτοῦ), *ἄγαμαί σε τῆς ἀρετῆς ἕνεκα. Ἀξιῶ σε δὲ καταμαθεῖν εἶνα τὰ παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος εἰσηγούμενα, ὡς τά γε τῶν ἡμετέρων, μόνον φαῦλα καὶ οὐδεμίαν ἀρετὴν φέροντα.* Ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἐσχηματίζετο, καὶ τὴν λεοντῆν ὁ κατ' ἀλήθειαν ὄνος ἐκεῖνος ἐφεῖλκεν εἰς ἑαυτὸν πανταχόθεν, καὶ ἀπεπήδα πρὸς τὰ λεγόμενα. Πλὴν ἐχαυνώθη τοῖς ἐπαίνοις· καὶ γὰρ καὶ ὁμοδίαιτον ἐποίησε τοῦτον. Συμπαρῆν δ' ἄρα τούτῳ ἐν πᾶσι καὶ συνεδραματούργει καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος (95) καὶ σεβαστοκράτωρ. Ὁ δὲ τὰ τῆς αἱρέσεως δόγματα ἀπήμεσε, καὶ ὁ τρόπος ὁποῖος· παραπέτασμα γὰρ μεταξὺ τήν τε γυναικωνῖτιν ἀπετείχιζε καὶ τοὺς βασιλεῖς μετὰ τοῦ βδελυροῦ τούτου πάνθ' ὅπως εἶχεν ἐν τῇ ψυχῇ ἐξερευγομένου καὶ ἀναφανδὸν λέγοντος. Ὁ δὲ γραμματεὺς ἀπεγράφετο ἔνδοθεν τοῦ πετάσματος τὰ λεγόμενα, καὶ ὁ μὲν λῆρος ἐκεῖνος διδάσκαλος τῷ δοκεῖν ἐγίνετο· ἐσχηματίζετο δὲ τὴν μαθητείαν ὁ βασιλεύς· ἀπεγράφετο δὲ τὰ τῆς διδασκαλίας ὁ ὑπογραμματεύς. Πάντα δὲ ῥητά τε καὶ ἄῤῥητα ἐπισυνῆρεν ὁ θεοπληγὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ οὐδενὸς ἐφείσατο θεομισοῦς δόγματος, ἀλλὰ καὶ τὴν θεολογίαν ἡμῖν παρεβλέψατο, καὶ τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν ἐφάντασε, καὶ τοὺς ναοὺς, οἴμοι! τοὺς ἱεροὺς ναοὺς δαιμόνων ὠνόμαζε, καὶ τὸ τελούμενον παρ' ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ πρώτου καὶ ἀρχιερέως καὶ θύματος παρὰ φαῦλον ἔθετο καὶ ἐλογίσατο.

Ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἀποῤῥίπτει τὴν σκηνὴν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀναπετάννυσι τοῦτο καὶ τὸ συγκλητικὸν ἅπαν συνήθροιστο, καὶ τὸ στρατιωτικὸν συνείλεκτο σύνταγμα. Καὶ ἡ γερουσία τῆς Ἐκκλησίας συνῆν· προὐκάθητο δ' ἄρα τὸ τηνικαῦτα τοῦ τῆς βασιλίδος πόλεως θρόνου ὁ ἐν πατριάρχαις μακαριώτατος ὁ γραμματικὸς ὁ κῦρος Νικόλαος. Καὶ ἀνεγινώσκετο τὰ θεοστυγῆ δόγματα, καὶ ὁ ἔλεγχος ἀδιάβλητος. Καὶ οὐδὲ ὁ τῆς ἐναντίας μοίρας ἔξαρνος ἦν, ἀλλ' αὐτίκα καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς ἐναντιολο-

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(95) *Ἐξάδελφον.* Supra, ἀδελφὸν, rectius.

γίας ἐχώρει, καὶ πρὸς πῦρ καὶ μάστιγας καὶ μυρίους θανάτους ἀντιπαρατάξασθαι ὑπισχνεῖτο. Πεπιστεύκασι γὰρ οἱ πλανώμενοι οὗτοι Βογόμιλοι πᾶσαν απόνως ὑπενεγκεῖν τιμωρίαν, ἀγγέλων δῆθεν ἐξαρπαζόντων αὐτῆς τῆς πυρκαϊᾶς. Πολλῶν δὲ πάντων αὐτῶν καὶ τὴν ἀσέβειαν ὀνειδιζόντων, καὶ ὅσοι τῆς αὐτοῦ ἀπωλείας αὐτῷ κεκοινωνήκασιν, ὁ αὐτὸς ἦν Βασίλειος ἀμετακλινὴς Βογόμιλος γενναιότατος. Καίτοι πυρκαϊᾶς ἀπειλουμένης καὶ ἄλλων κακώσεων, ἀπρὶξ τοῦ δαίμονος εἴχετο, καὶ τὸν αὐτοῦ Σαταναὴλ ἠγκαλίζετο. Ἔμφρουρος δὲ πολλάκις γενόμενος, καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως πεμπόμενος καὶ πολλάκις παρακαλούμενος τὴν ἀσέβειαν ἐξομόσασθαι, ὡσαύτως εἶχε πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως παρακλήσεις.

criminis facultas nulla; cum abundarent ad convictionem evidentissima testimonia. **489** Ergo adversarius fatendi necessitatem in impudentiam vertens, quod infitiari non poterat ultro affirmare perfricta fronte, ac contumaci ore multis verbis adstruere instituit : addens sese ad propugnationem sui dogmatis ignem, flagella, mortesque innumeras paratissimum subire. Causa erat provocationis audacis insanus error sectæ communis universæ Bogomilorum. Hi enim inter nugas cæteras illud persuasione pertinaci arripuerant, sese tormentis quibuscumque quæ ipsis forte admoverentur, innoxie ac sine sensu defuncturos, angelis videlicet præsto futuris qui eos vel e rogis ardentibus maturo accursu seduli proriperent. Hic jam non orthodoxi solum omnes, verum illi etiam plerique qui nefario huic hæresiarchæ sese ad suam perniciem dementandos aliquando permiserant, certatim increpare delirum caput, probraque congerere. Illo contra in obstinatione desperatissima plane Bogomilicæ contumaciæ sese obdurante magis ac magis, animosque illos stolidos ac minarum malorumque contemptum ostentare pergente confidentissimum. Ita ut frustra jam ipsi supplicium incendii, pœnæque id genus acerbissimæ intentarentur; etenim ille, malo cui se addixerat adhærens mordicus genio, pestemque exosculans propriam, sui se infelix a complexu Satanaelis avelli non patiebatur. Sæpius in custodiam datus est; sæpius accersitus inde ab imperatore, frustra suadentem et provocantem audivit illum, ut sibi consuleret revocareque impium dogma, et redire ad frugem fidemque vellet. Surdo canebatur et tot ictus in incude perdebantur multo durissima.

Ἀλλὰ τὸ περὶ τοῦτον γεγονὸς πέρας, μὴ παραδράμωμεν· πρινὴ γὰρ τούτῳ ἐπιβλέψαι τὸν βασιλέα δριμύτερον μετὰ τὴν τῆς ἀσεβείας ἐξαγόρευσιν, ἀπῄειμεν τῷ τέως εἰς οἰκίσκον τινὰ κείμενον ἀγχοῦ που τῶν βασιλικῶν οἰκημάτων ἄρτι πρώτως δι' αὐτὸν κατασκευασθέντα. Ἑσπέρα δὲ ἦν, καὶ οἱ ἀστέρες οἱ ἄνω αἰθρίας οὔσης ἀπήστραπτον, καὶ ἡ σελήνη μετὰ σύνοδον τὴν ἑσπέραν ἐκείνην ἐπύρσευε. Τοῦ δὲ μοναχοῦ τὴν κέλλαν εἰσδύντος περὶ μέσας νύκτας αὐτομάτως λίθοι χαλαζηδὸν κατὰ τῆς κέλλης ἐβάλλοντο, χειρὸς μὲν μηδεμιᾶς ῥιπτούσης τοὺς λίθους, μηδέ τινος καταλιθοῦντος ἀνθρώπου τὸν δαιμονιώδη τοῦτον ἀββᾶν. Μήνιμα δ' ἦν, ὡς ἔοικε, τῶν ἀμφὶ τὸν Σαταναὴλ δαιμόνων ἐξωργισμένων ἐν δεινῷ ποιουμένων ὅτι δὴ τὰ πρὸς τὸν βασιλέα ἐξωρχήσατο, καὶ διωγμὸν κατὰ τῆς πλάνης λαμπρὸν ἐπήγαγε. Καὶ ταῦτα μὲν Παρασκευϊώτης καλούμενος ἀφωρισθεὶς [40] φύλαξ εἶναι τοῦ δαιμονιώδους ἐκείνου γέροντος ὡς μὴ ἄδειαν ἔχειν προσομιλεῖν τινι, καὶ τῆς αὐτοῦ λύμης μεταδιδόναι τὰ φρικωδέστατα, ἐπώμνυτο ἰδεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι μὲν τοὺς τῶν βαλλομένων λίθους καὶ κατὰ γῆς καὶ κατὰ κεράμων κρότον, ἰδεῖν δὲ συνεχεῖς καὶ ἀλλεπαλλήλους τοὺς λίθους, μηδένα δὲ μηδαμοῦ τὸν βάλλοντα τούτους θεάσασθαι. Συνεπελάμβανε γὰρ τῇ τῶν λίθων φορᾷ καὶ σεισμός τις ἀθρόος καὶ τὸ ἐπίπεδον ἐκεκλόνητο, καὶ τὰ περὶ τὸν ὄροφον ἐτετρύγεσαν. Ὁ μέντοι Παρασκευϊώτης, πρὶν μὲν ὑπονοῆσαι τὸ ἔργον δαιμόνιον, ἐθάῤῥει, ὡς ἐκεῖνος ἔφασκεν· ὁρῶν δὲ ὅτι οἱ μὲν λίθοι ἄνωθεν, οἷον εἰπεῖν, ἐξωμβρίζοντο, καὶ τὸ γερόντιον ἐκεῖνο τὸ αἱρεσιαρχικὸν ἐνεδεδύκει τε καὶ

Interim quod in hoc homine prodigium contigit non prætereamus. Ante enim quam larvam deposuisset imperator; ac, quod deinde post penitus expressam hæresiarchæ pravi sui dogmatis confessionem fecit, impium ut erat meritus, minacibus oculis et severo vultu esset contuitus, sed durante adhuc illo quem superius retulimus congressu, cum jam proferre quædam ex arcanis suis sensibus cepisset Basilius, nondum tamen elidisset omnia, contigit ut recipiente se illo sub vesperam in domunculam ipsi paratam, ac in ejus usum primo structam, prope regias ædes serena nocte, renidentibus puro cœlo stellis, statim ad ejus in eam cellam ingressum circa noctem mediam auditus fragor ingens lapidationis densæ grandinis ritu. Volabant passim jacta saxa in cellam, nulla jaciente manu; nec quoquam quantumvis circumspiceret, animadvertere valente auctorem facti. Nimirum homo quidem nemo furiatum istum infestabat abbatem : sed ipse cum suis dæmonibus Satanael irati homini quod is mysteriis sectæ apud imperatorem effutiendis, gravem in nascentem hæresim persecutionem concitasset, has ab eo pœnas repetebant. Hujus rei auctorem habeo Parasceviotam, sic vocatum hominem. Commissa huic fuerat interim custodia fanatici senis, datumque negotium ut caveret, ne qui cum eo per id tempus agere ac pestem nefariæ ipsius doctrinæ congressu sermoneque ipsius haurire possent. Is dum ea cura fungeretur oculis suis atque auribus se usurpasse quæ retulimus etiam juratus affir-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[40] ἀφορισθείς.

mavit, audivisse, inquam', fragorem vidisseque grandinem ruentium lapidum in cellæ tectum ac tegulas atque in solum circumpositum', collisionem ac conflictum offensu resultantium et imbre assiduo pluentium clare notasse; nemine uspiam animadverso, cui tot saxorum tam constans vehemensque jactatio posset tribui. **490** Quanquam et aliunde satis apparebat esse hic majus quiddam humana vi; etenim quo tempore desæviebat grando lapidea', terræ quoque a fundo motus exstitit vehemens, soloque circum tremore non dubio subsultante, concussi fastigiorum apices stridorem late dedere. Ea initio cum fierent, narrabat Parasceviota constitisse se intrepidum aliquandiu', nullam vim diabolicam adhuc suspectantem. Ut autem attentius, animadvertens vim ingentem et successionem continuam pluentium superne lapidum in eam cellulam in qua unus ille senex hæresiarcha delitescebat conclusus, denique perspexit a malis profecto geniis esse istum impetum, tum sane terrore tanto consternatum sese, ut quo se verteret quidve consilii aut præsidii quæreret non haberet.

Hactenus de prodigio lapidationis nocturnæ. Me vero hic interdum capiebat impetus totam Bogomilorum hæresim explicare hoc loco fusius complectique narrando partes ejus omnes. Sed me pudor retardat, ut pulchra etiam alicubi excipit Sappho. Nempe historici personam ego quidem et officium sustineo : tamen eadem mulier sum, nec ea de vulgo, sed princeps inter Porphyrogenitos et Alexii Augusti prima proles. Porro quæ de ista colluvie sectæ nequissime feruntur fama et sermone plurimorum, ejusmodi sunt, quæ sileri a fœmina, regii præsertim generis, quam commemorari honestius haud paulo sit. Itaque in hoc conflictu duplicis officii vincat sane historici religionem muliebris et principalis verecundia : absintque cum bona venia lectoris ab hac scriptione mea, spurca et dictu fœda dogmata et facinora Bogomilorum. Quæ si cui nosse tanti est, consulere is poterit librum qui inscribitur Dogmatica Panoplia jussu mei patris scriptum atque editum. Auctor ejus est monachus Zygadenus nomine, notus dominæ meæ aviæ maternæ, et omnibus Deo sacris hominibus sacerdotibus ac pontificibus familiaris. Hunc summum grammaticum, eumdemque rhetorem non inexercitatum : theologiæ vero et catholici dogmatis præ omnibus scientissimum, Augustus pater meus ad se accersitum jussit, digerere ordine in opus unum cunctas hæreses; et unicuique relatæ singillatim opponere refutationes sanctorum Patrum. Post omnes denique subjungere ultimam hanc Bogomilorum hæresim, ejusque dogmata prout ea impius ille Basilius exposuerat. Ex hoc Alexii mandato exstitit opus ingens plures in libros tributum, cui hodieque universo adhæret nomenclatio ab imperatore primum excogitata atque indita illa quam diximus Panopliæ dogmaticæ. Sed ad reliquam excisionem Basilii nefariæque ipsius sectæ narratio reducenda est.

ἐναποκέκλειστο, εἰς δαίμονας τὸ ἔργον ἀνενεγκὼν οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ γένοιτο.

Τὰ μὲν οὖν τοῦ τέρατος τούτου ταύτῃ ἐχέθω [41].

Ἠβουλόμην δὲ καὶ πᾶσαν τὴν τῶν Βογομίλων διηγήσασθαι αἵρεσιν, ἀλλά με κωλύει καὶ αἰδὼς, ὥς πού φησιν ἡ καλὴ Σαπφὼ, ὅτι συγγραφεὺς ἔγωγε γυνὴ καὶ τῆς πορφύρας τὸ τιμιώτατον, καὶ τῶν Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα· τά τε εἰς ἀκοὴν πολλῶν ἐρχόμενα σιγῆς ἄξια βούλομαι μὲν γράφειν, ἵνα τὸ πλῆρες τῆς τῶν Βογομίλων παραστήσω αἱρέσεως· ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν γλῶτταν μολύνω τὴν ἐμαυτῆς, παρίημι ταῦτα. Παραπέμπω δὲ τοὺς βουλομένους τὴν ὅλην αἵρεσιν τῶν Βογομίλων διαγνῶναι, εἰς τὸ οὕτω καλούμενον βιβλίον, Δογματικὴν Πανοπλίαν, ἐξ ἐπιταγῆς τοὐμοῦ πατρὸς συντεθεῖσαν. Καὶ γὰρ μοναχόν τινα Ζυγαδηνὸν (96) καλούμενον, γνωστὸν μὲν τῇ δεσποίνῃ καὶ πρὸς μητρὸς ἐμῇ μάμμῃ, καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, γραμματικῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλακότα καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελέτητον ὄντα, καὶ τὸ δόγμα ὡς οὐκ ἄλλος τις ἐπιστάμενον, τοῦτον ὁ αὐτοκράτωρ μεταπεμψάμενος ἐπέταξεν ἁπάσας τὰς αἱρέσεις ἐκθέσθαι ἑκάστην ἰδίᾳ, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων ἀνατροπὰς ἐγγράψασθαι, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν Βογομίλων τὴν αἵρεσιν, καθὼς ὁ ἀσεβὴς ἐκεῖνος Βασίλειος ὑφηγήσατο. Ταύτην τὴν βίβλον Δογματικὴν Πανοπλίαν ὁ αὐτοκράτωρ ὠνόμασε· μέχρι τοῦ νῦν οὕτω προσαγορεύεται τὰ βιβλία. Ὁ δὲ λόγος αὖθις πρὸς τὴν τοῦ Βασιλείου καθαίρεσιν ἀνατρεχέτω· ὁ γὰρ αὐτοκράτωρ τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς μαθητὰς καὶ συμμύστας τοῦ Βασιλείου μεταπεμψάμενος, καὶ μάλιστα τοὺς δώδεκα λεγομένους μαθητὰς, ἀπεπειρᾶτο καὶ τούτων τῆς γνώμης, καὶ ἦσαν ἄντικρυς μαθηταὶ Βασιλείου· καὶ γὰρ ἐνεβόθυνε τὸ κακὸν, καὶ εἰς οἰκίας μεγίστας καὶ πολλοῦ πλήθους ἥψατο τὸ δεινόν. Καθάπαξ οὖν κατεψηφίσατο πυρκαϊὰν τῶν ἀλλοτρίων τοῦ τε κορυφαίου καὶ τοῦ χοροῦ· ἀθροιζομένων γὰρ τῶν φωραθέντων Βογομίλων, καὶ τῶν μὲν τῆς σφῶν ἀντιποιουμένων αἱρέσεως, τῶν δ' ἀπαρνουμένων παντάπασι καὶ πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας ἰσχυρῶς ἀνθισταμένων καὶ τὴν Βογομιλικὴν διαπτυόντων αἵρεσιν· ἐπεὶ ἑτοίμως ὁ αὐτοκράτωρ τούτοις πιστεύειν οὐκ εἶχεν, ἵνα μή τις πολλάκις Χριστιανὸς τοῖς Βογομί-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[41] ἐχέτω.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(96) *Ζυγαβηνόν*. De Euthymio Zigabeno Panopliæ scriptore, consulendi Leo Allatius, lib. II *De Eccl. Occid. et Orient. cons.*, cap. 10; Baron. Bellarm. Simlerus, etc.

λοις ὡς Βογόμιλος ἀναμίγνυται, ἢ Βογόμιλον ὡς Χριστιανὸς διαδράσῃ, καινόν τινα τρόπον ἐπινοεῖται, δι' οὗ οἱ ὄντως Χριστιανοὶ ἀποφανθήσονται.

A Ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ τοίνυν τῇ μετ' αὐτὴν καθῆστο θρόνου· πολλοὶ δὲ τηνικαῦτα παρῆσαν τῆς τε συγκλήτου καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου, καὶ τῶν Ναζιραίων (97) αὐτῶν ὁπόσοι λόγου μετεῖχον λογάδες. Πάντων δὲ τῶν τὴν Βογομιλικὴν ἐγκαλουμένων αἵρεσιν ἐς τὸ μέσον ὁμοῦ παραχθέντων, ὁ αὐτοκράτωρ αὖθις ἐπερωτᾶσθαι ἕκαστον ἐκέλευσεν. Ὡς δὲ οἱ μὲν ὡμολόγουν Βογόμιλοι εἶναι καὶ τῆς σφῶν ἰσχυρῶς ἀντεποιοῦντο αἱρέσεως, οἱ δὲ παντάπασιν ἀνένευον Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες, καὶ παρ' ἄλλων ἐλεγχόμενοι οὐδαμῶς κατετίθεντο, ἐπιτοξεύσας αὐτοῖς τὰς ὀφρῦς, ἔφη· *Χρὴ τὴν σήμερον δύο καμίνους ἀναφθῆναι, θατέρᾳ δὲ τούτων σταυρὸν ἐμπαγῆναι αὐτῇ γῇ, εἶτα αἵρεσιν δοθῆναι πᾶσιν, ἵν' ὁποῖοι τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει ἐπαποθανεῖν τὴν σήμερον βούλοιντο, ἀποκριθέντες τῶν* B *ἄλλων τῇ τοῦ σταυροῦ καμίνῳ προσχωρήσωσιν. Οἱ δὲ τῆς Βογομιλικῆς αἱρέσεως ἀντεχόμενοι, προσθατέρων* [42] *ἐμβληθήσονται· βέλτιον γὰρ Χριστιανοὺς αὐτοὺς ὄντας ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντας ὡς Βογομίλους διώκεσθαι, καὶ τὰς τῶν πολλῶν τύπτειν συνειδήσεις. Ἄπιτε γοῦν καὶ ὑμεῖς* [43], *καὶ ὑμεῖς ὅπῃ βουλητὸν ἕκαστος χωρείτω.*

Operam dedit imperator efficacem jubendo urgendoque ut sparsi ubique terrarum discipuli ac symmystæ Basilii, orgiorum ipsius ac tenebrosæ doctrinæ participes et conscii, præsertim vero illi eorum proceres quos duodecim discipulos appellabant, undique omnibus indagati vestigiis in urbem ducerentur. Hos coram aggressus ad resipiscentiam hortati, obstinatissimos expertus est, plane non approbatores solum errorum Basilii, sed etiam imitatores pertinaciæ. **491** Cæterum deprehensa ingens mali vis; quippe in numerum longe maximum multitudo errantium excreverat. Impune nimirum diu et inobservate grassata latens pestis viscera ipsa magnarum domuum pervaserat, turbamque omnis generis incredibilem comprehenderat blanda contagione quadam illecebrosæ novitatis. Hinc aucta sollicitudo Augusto ne non satis posset Ecclesiam semel purgare lue tam late pertinente: neve dissimulatione et hypocrisi corrupti pro sanis fallerent, labemque tolerati propagare pergerent. Ad istam anxietatem expediendam animo ejus intento, succurrit factu optimum videri ad retegendum cujusque animum, si palam decretum promulgaretur, quo quicumque delati Bogomilicæ perfidiæ fuerant flammis pariter cives exterique addicebantur, una cum hæresiarcha ipso, ejusque collegio discipulorum duodecim. Evenit id quod providerat Augustus. Prolata in publicam notitiam ejusmodi sententia, magno comprehensis metu omnibus quorum erat de hæresi Bogomilica delatum nomen multæ statim exstiterunt excusationes deprecantium criminationem falsam, et se puros putosque catholicos calumniosissime insimulari hæreseos palam magno questu contestabantur: cum interim desperati alii ac perditi, ultro sese Bogomilos faterentur, talesque ad extremum perseveraturos spiritum dicerent. Hi quidem certi nimirum hæretici erant, quorum furor, tanta contumacia, tali tempore se proderet. (Quanquam et in isto ipso globo voces has veluti concordi desperatione jactantium latere aliquos meliora sapientes incredibile non erat.) At enim exploratum perinde non erat, num eorum omnes aut plerique qui se Bogomilos negabant vera loquerentur; an potius impunitatem et nocendi occasionem utili sibi, reipublicæ damnoso mendacio redimerent. Igitur imperator certo ad hanc discretionem faciendam consilio parato palam consedit in imperiali solio, assidentibus tum e senatorio tum ex ecclesiastico circum ordine plurimis, Nazaræorum quoque seu monachorum ipsorum doctissimis quibusque ad hoc judicium allectis. Ante hunc consessum productis omnibus qui Bogomilicæ insimulati hæresis fuerant, interrogari denuo unumquemque imperator jussit, Bogomilusve an Catholicus esset? Ut autem ad hæc quidam se Bogomilos profitebantur, fixamque et ad ultimum irrevocabilem ad sectam impiam adhæsionem præferebant; alii pernegabant enimvero tales esse se, Christianosque veros ac probos affirmabant; objectis in contrarium testibus magno in os convicio refutandis, imperator ex composito assumpta irati larva, postquam in omnes pariter ex intentis superciliis minaces flammantium oculorum intuitus ejaculatus est, edicit in hunc modum: *Volo jubeoque hac ipsa die pyras succendi geminas. Harum alteri superpositam eminere crucem humo penitus infixam ima sui*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[42] πρὸς θατέρον. [43] καὶ ἡμεῖς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(97) *Ναζιραίων*. Qui et Ναζηραῖοι, quo vocabulo dicuntur Græcis scriptoribus vitæ religiosæ sectatores et monachi, quod instar Nazaræorum apud Hebræos, de quorum secta et instituto agitur Numeror. cap. 6, strictiorem vitam amplecterentur. Suidas: Ναζηραῖος, ὁ Θεῷ κεχωρισμένος καὶ ἀφιερωμένος ὁ μοναχός. Eadem prope habet Hesychius. Gregorius Nazianz. orat. habita in concilio Constantinopolitano: Χαίρετε Ναζηραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, etc. C Nicephorus Constantinopolitanus: Ἔτι δὲ πνέων κατὰ τῆς ἀσεβείας τὸ ἱερὸν τῶν Ναζηραίων σχῆμα καθύβριζεν. Utuntur Ignatius diaconus in Vita sancti Nicephori patricii Constantinopolitani, n. 21; Joannes Phocas, cap. 11; Laonicus, lib. I; Cantacuzenus, lib. II, cap. 16 et 29 et alii.

parte. Inde optionem do delatis omnibus, ut qui eorum quidem in fide ac religione Christiana mori hodie decreverint, ad eam accedant fornacem quæ crucis alte signum præfert; qui vero Bogomilicam mordicus perfidiam retinent, alteri se busto admoveant, in quod mox conjicientur. Quicunque porro se falso et calumniose accusatos aiunt, sic habeant esse ipsis quoque melius arcana conscientia subnixis, in orthodoxæ confessione fidei mortem oppetere præsentem, quam suspectos cum offensione aliorum, cum propria infamia vitam trahere. Euge igitur, ite agite, vos, vosque, qui crimen, inquam, deprecamini, quique agnoscitis, utram quisque in partem malueritis discedite.

Sic in speciem definito judicio cœtum dimittit A imperator. Ducuntur exhinc Bogomili. Fit undique ingens concursus 492 vulgi ad spectaculum supplicii celebris. Addicti, lictoribus et servis publicis traditi ducuntur. Fornaces hinc inde distabant, succensæ, juxta sacrum vatem [1], septuplum ad locum qui Tzycanisterum vocatur. Exsuperabat usque ad cœlum flammis undantibus flagrans ignium vis. Rogus alter exstabat cruce insignis. Reis, uti pariter arsuris omnibus, fiebat libera potestas eligendi utro loco uri mallent. Hic spebus destituti humanis, saluteque pro se quisque conclamata, arcanum ductum sequebantur conscientiæ simulatione ac fuco procul. Ergo quotquot orthodoxam fidem religiosis obtinebant animis, fornacem spectabant eam quæ crucem habebat: magnum, ut in malis, solatium rati, B si vita succumbente calumniæ, fama certe emicaret integra, quanquam non tam plerosque decus posthumum existimationis superstitis, quam sperata in crucis complexu morientibus martyrii velut quædam laurea, movebat. Porro alii profligatæ contumaciæ capita in pyram cruce carentem cæci vesano impetu, veri scilicet Bogomili ruere. Quo articulo rerum, miseris utrimque in pereundi procinctu positis, liberi audiebantur gemitus spectantium non dubie incessentium Augustum (cujus arcanam nondum artem intellexerant) quod Christianos homines abunde ut tales cognitos, falso ac maligne delatos impietatis, temere, levis indicii calumnia flammis addiceret. At Augustus secreta lictoribus mandata dederat incendio probibendi eos qui sponte ad ro- C gum cruce insignem vaderent. Iis autem sepositis quos vere Christianos esse constabat, restabant certa nota deprehensi puri jam ac puti Bogomili. Quos tamen nec ipsos absumere igni tum adhuc voluit, dans spatium resipiscentiæ, si cui forte ipsorum melior oboriri mens mora et admonitione posset. Ubi ergo falso insimulatos hæreseos Christianos sinceros multis verbis collaudatos honestissime dimisit, compertos Bogomilos varias in custodias distribuit, sejungens ab aliis duodecim illos quos diximus apostolos impii Basilii. Hos porro aliosque subinde accersens et nulla non die in eam curam incumbens, tum ipse per se alloquebatur multa disputans, quamobrem oporteret eos a nefaria hæresi desciscere; tum aliis adhibitis ex sacro Ecclesiæ ordine viris doctrina et dicendi facultate præstantibus, constantissime perseverabat erudire adhortarique ad fidem rectam, quam misere dedidicerant, resumendam, damnandamque ac respuendam impuram sectam Bogomilicam.

A Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς Βογομίλους ἀποφηνάμενος ὁ βασιλεὺς ἐν σχήματι ἀπέλυσεν. Εὐθὺς οὖν παραλαβόντες τούτους ἀπῄεσαν, καὶ πλῆθος παρειστήκει πολὺ συῤῥεόντων ἑκασταχοῦ. Κάμινοι δὲ τηνικαῦτα ἑπταπλασίως κατὰ τὸν μελῳδὸν (98) ἀνήπτοντο, εἰς τὸ οὑτωσί πως καλούμενον Τζυκανιστήριον ** (99). Τὸ πῦρ εἰς οὐρανοὺς ἀνῄει· ὁ σταυρὸς ἐπὶ θάτερα ἵστατο. Αἵρεσις τοῖς ἐνόχοις ἐδίδοτο ὅπῃ ποτ' ἂν βουλητὸν ἑκάστῳ χωρεῖν ὡς καυθησομένων ἁπάντων. Εἶτα τὸ ἄφυκτον ὁρῶντες τοῦ πράγματος, ὁπόσοι μὲν ἐν αὐτοῖς ὀρθόδοξοι ἦσαν τῇ τοῦ σταυροῦ προσεχώρουν καμίνῳ ὡς ὄντως μαρτυρήσοντες, οἱ δέ γε ἀθεώτατοι τῆς μυσαρᾶς ἀντεχόμενοι αἱρέσεως πρὸς θατέραν ἀπένευσαν. Καὶ ἀπάρτι τούτων ἐν τοῖς καμίνοις ὁμοῦ ἐῤῥίφθαι μελλόντων, οἱ μὲν παρεστῶτες B ἅπαντες ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἤλγουν ὡς καυθησομένων ἤδη, καὶ τοῦ βασιλέως πολλὰ κατεστύγναζον, ἀγνοοῦντες τὸ οἰκονομούμενον, ἀλλὰ βασιλική τις πρόσταξις προκαταλαβοῦσα, τοὺς δημίους ἐκείνους ἀπεῖρξε τοῦ ἐγχειρήματος, καὶ οὕτω βεβαίαν τὴν τῶν Βογομίλων ὄντως ὁ αὐτοκράτωρ ἐσχηκὼς κατάληψιν, τοὺς συκοφαντουμένους Χριστιανοὺς πολλὰ παραινέσας, ἀπέλυσεν, ἐκείνους δὲ πάλιν εἱρκταῖς εἶχε διαιρήσας τοὺς ἀποστόλους τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλείου διακρίνας τῶν ἄλλων. Εἶτα καθεκάστην πεμπόμενος, τοὺς μὲν δι' ἑαυτοῦ ἐδίδασκεν πολλὰ παραινῶν τῆς μυσαρᾶς ἀποσχέσθαι θρησκείας, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους λογάδας τινὰς τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἐκκλησίας συντάγματος ἐπέσκηψε καθεκάστην παραγινομένους, ἀναδιδάσκειν αὐτοὺς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ παραινεῖν ἀπο- C σχέσθαι τῆς Βογομιλικῆς αἱρέσεως.

[1] Dan. III, 19. *Quod* μελῳδὸν *tamen vocat, videtur potius Davidem innuere; apud quem tamen vix invenitur locus qui huc quadret. Nam ille psal.* XI, 7, *non satis convenit.*

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

** Τζυκανιστήριν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(98) *Κατὰ τὸν Μελῳδόν*. Cosmam forte, Majumensem episcopum, divi Joannis Damasceni præceptorem, Μελῳδὸν vulgo a Græcis vocitatum, quod præcipuus habitus sit inter melodos et hymnographos Græcos. Vide Allat. *De lib. Eccle. Græcor.*, dissert. 1, et Combefisium ad Vitam sancti Theodori Grapti. Cosmæ festum agunt Græci 14 Novembris.

(99) *Τζυκανιστήριον*. De Tzicanisterio dictum pluribus ad Joinvillam, dissert. 8.

Καί τινες μὲν τούτων μετέβαλον ἐπὶ τὸ βέλτιον, A
καὶ τῆς φρουρᾶς ἀπελύθησαν, οἱ δὲ, τῇ σφῶν ἐναπέθανον αἱρέσει ἐν εἱρκταῖς κατεχόμενοι, τροφῆς μέντοι καὶ ἀμφίων δαψιλῆ τὴν χορηγίαν ἔχοντες. Τὸν μέντοι Βασίλειον ὡς ὄντως αἱρεσιάρχην καὶ ἀμεταμέλητον παντάπασιν ἅπαντες τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ τῶν Ναζιραίων λογάδες, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τότε πατριάρχης Νικόλαος πυρὸς ἄξιον ἔκριναν· οἷς καὶ ὁ αὐτοκράτωρ σύμψηφος ἦν, πολλὰ πολλάκις προσομιλήσας αὐτῷ καὶ ἄνδρα σκαιὸν διαγνοὺς καὶ τῆς αἱρέσεως μὴ ἀφιστάμενον. Ἔνθεν τοι καὶ πυρκαϊὰν μεγίστην κατὰ τὸν Ἱππόδρομον ἀνάψας, βόθρος τε ὠρόρυκτο μέγιστος, καὶ ξύλων πλῆθος, πάντα δένδρα ὑψίκομα καὶ συντεθέντα, ὄρος ἐδείκνυ τὴν σύνθεσιν. Εἶτα τῆς πυρᾶς B
ἀναφθείσης ἠρέμα μὲν τὸ πλῆθος πολὺ, κατά τε τὸ ἐπίπεδον τοῦ ἱππικοῦ καὶ κατὰ τοὺς βαθμοὺς συνέῤῥει, καραδοκοῦντες πάντες τὸ γενησόμενον. Ἐκ θατέρου σταυρὸς ἐπήγνυτο, καὶ αἵρεσις ἐδίδοτο τῷ ἀσεβεῖ εἴπου τὸ πῦρ πτοηθεὶς καὶ μεταβαλὼν τὴν γνώμην ἐπὶ τὸν σταυρὸν χωρήσειε, τῆς καμίνου τηνικαῦτα ἐλεύθερος γένηται. Παρῆν δὲ καὶ τὸ τῶν αἱρετικῶν πλῆθος ὁρῶν τὸν κορυφαῖον Βασίλειον. Ὁ δὲ πρὸς ἅπασαν τιμωρίαν καὶ ἀπειλὴν καταφρονητικὸς κατεφαίνετο, καὶ ποῤῥωτέρω μὲν ὤν, τῆς πυρκαϊᾶς κατεγέλα καὶ ἐτερατεύετο λέγων ἁρπάσειν αὐτὸν ἐκ μέσου πυρὸς ἀγγέλους τινάς· καὶ ὑπέψαλλε τὸ Δαυϊτικὸν ἐκεῖνο, τὸ, *Πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ, πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις*. Ἀλλ' ἐπειδὰν τὸ πλῆθος διανιστᾶν ἐδίδου μετὰ παῤῥησίας C
αὐτῷ κατιδεῖν τὸ φρικῶδες ἐκεῖνο θέαμα τῆς πυρκαϊᾶς. Καὶ γὰρ ἐκ πολλοῦ διαστήματος (ᾐσθάνετο τοῦ πυρὸς καὶ ἐπαιρομένην τὴν φλόγα ἑώρα καὶ βροντῶσαν οἷον καὶ ἀποσπάδας ἀφιεῖσαν πυρὸς εἰς ὕψος μετεωριζομένης τῆς μέσον τοῦ ἱππικοῦ ἱσταμένης πυραμίδος (1) λιθίνης), ἐνταῦθα ὁ θρασὺς

Non vana hæc sedulitas in quosdam fuit. Aperuere nonnulli ad lucem oblatam oculos, translatique ad meliorem mentem et Ecclesiæ redditi, dimissi sunt liberi. Alios in sua obstinatos hæresi mors oppressit in carcere naturali vice quemque conveniens; nam alioqui nihil eorum quæ ad vitam sustentandam pertinent in victu ac vestitu, non unicuique liberaliter imperatoris sumptu ac cura suggerebatur. Basilium sectæ principem quod attinet, obduratissimum et desperatæ pœnitentiæ caput animadvertentes sacri præsules ac clerici, præcipuque Nazaræorum, ipso sententiæ auctore, qui tunc erat, patriarcha Nicolao, igne dignum censuerunt: quibus accedens tandem imperator, post multa in illo convincendo commonendoque verba perdita, ubi lævum nebulonis ingenium et obstinationem in hæresi plane immobilem perspexit, parari rogum jussit in quo exemplum palam de perfidiæ auctore sumeretur. **493** Lectus ad eam rem locus est in Hippodromo. Excavata illic ingens fovea oppletur totis arboribus congestis, cæsæ silvæ cumulo etiam exsuperante in altam et late conspicuam struem. Admovetur ignis; gignitur flamma primula, cum mora sensim gliscens et grassans in densam congeriem. Hoc intervallo cum solum atque æquor Hippodromi tum ipsa circum sedilia gradusque confluente sensim ad spectaculum turba constipabantur. Intentis ad rei successum cunctis figitur crux ad latus alterum, optioque datur impio, utrum malit, resipiscere an mori? fore enim, si vel in conspectu ac præsenti terrore crepitantium flammarum, inducat in animum revocare errorem damnareque hactenus defensam hæresim; idque ipsum cruce adeunda adorandaque significet, ut a juste in eum decreta incendii pœna liberetur. Aderat hæreticorum multitudo coryphæum suum Basi-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[48] οὐδοπωσοῦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(1) *Πυραμίδος*. Seu obelisci, qui etiamnum stat in medio Hippodromo. Obeliscos nempe medio in circo poni solitos in metæ formam docet vetus epigr. de circo, quod lucem accipit ex iis quæ a Cedreno notantur in Vita Romuli:

Namque his Euripus, quasi magnum intervenit æquor,
Et medius circi summa obeliscus adit.

Obeliscum in circo Constantinopolitano quis posuerit, habent inscriptiones Græca et Latina, quæ leguntur in stylobatæ lateribus, ex quibus positum colligitur a Theodosio M. annum indicat Marcellinus Comes, indict. 6, Valentiniano A. et Neoterio coss.; unde falli constat Codinum in *Orig.*, qui Theodosio Juniori tribuit. Græcam inscriptionem profert *Anthologia Gr.*, lib. IV, cap. 16; utramque, Græcam et Latinam Gruterus, p. 186, 6, 7. Easdem etiam habet Gyllius, in Constantinopolitano lib. II, cap. 6; sed non adeo ad metri normam descriptas; quanquam ut illas sic exaratas credam, uti exhibentur **423** a Gyllio, facit quod scribit Franciscus Philelphus, lib. VI epistolarum. *Legi*, inquit, *ad Hippodromum Constantinopolis in marmoreis quibusdam lapidibus, sub pulcherrimo illo obelisco versus quosdam ad partem anteriorem obelisci Latinos, ad posteriorem Græcos, et utrosque heroicos, et item utrosque admodum ineptos.* Latinos præterea descripsit Bondelmontius in *Descript. Constantinop.* Fuit vero ille, quo curante intra 32 dies erectus fuit obeliscus, Proculus præfectus urbi, qui in D
inscriptionibus, metri causa, per syncopen *Proclus* appellatur, et eo quo positus est anno, et superiore, hunc obiit magistratum, ut innuit lib. V. Cod. Theod. de agentibus in rebus, et lib. III de tutore et curatore cod. eod. tit. Habuit olim obeliscus superimpositam pilam æneam, quæ terræ motu Michaele Theodoræ f. imperante, statim post celebratam VIII synodum decidit, ut auctor est Nicetas Paphlago in Vita sancti Ignatii patriarchæ Constantinopolitani. Obeliscum porro pyramidis appellatione donavit Anna, quia ut pyramides, ita et obelisci forma erant quadrata, gracilescentes paullsper, et in angustum verticem producti, secundum Ammianum, lib. XV. Obelisci vero Constantinopolitani latera ima lata sunt 6 pedes, ut tradit Gyllius loco citato, ubi accuratam ejus descriptionem dedit. Habent etiam de hocce obelisco nonnulla ex Græcorum narrationibus Augerius Busbequius, in *Itin. Const.*, et Thevetus, lib. XIX Cosmogr., cap. 3.

lium intuens. Ducitur ille minas dudum omnes solitus confidentissime contemnere. Nec remisit ferociam in primo ipso flammæ conspectu. Quin rogum jam flagrantem procul intuens renidebat securo risu et insana quædam vaticinans ominabatur, adfuturos nempe præsto quosdam angelos, qui ex igne medio ipsum eriperent. Itaque submurmurabat secum Davidicum illud: *Ad te autem non appropinquabit: verumtamen oculis tuis considerabis* [1]. Verum ut discedens spatiumque dans eunti quæ in medio conglobata turba prospectum rogi totum eripuerat. (Viderat enim hactenus longe procedens Basilius summum tantum pyræ ardentis verticem fumum scintillis mistum emicantibus alte vibrantis prope medium circum, ubi pyramis exstare incipit lapidea); ubi jam, inquam, propinquiore ac pleniore fornacis inflammatissimæ conspectu afflatus miser est, tum sane ille audax consternari, horrere ignem, avertere oculos sæpius, manus complodere, femur tundere, signaque id genus cætera edere non dubia perturbationis summæ. Tamen vel sic intueri licuit quam penitus coalita inhæreret impio, planeque indomabilis malitia. Cum omnem in partem se verteret, aversatus fanatice sacram et salutarem crucem est: adeo cor adamantinum ferreamque animam nec ipsa tam prope admota tam vehemens flammæ vis mollivit. Nec cessabat imperator, missitandis tali periculi articulo salubribus admonitionibus ad perditum, experiri remedia extrema et supremas spes tentare. Frustra omnia contra pertinaciam durissimam; nam sive objectu discriminis extremi furor hominem corripuit maximus; sive inter diversa posito sua ipsa perturbatio mentis anxiæ arbitrium eligendi præpedivit; sive (quod videtur verisimilius) qui ejus mentem occupabat malus dæmon densissimas ei quasdam tenebras offudit, constitit ad minas metumque omnem obstipus bruta stupiditate, nihilque consilii expediens Basilius hic, sordidum caput ac desputabile; nunc quidem inhiabundus pyram versus insani more: nunc ad astantes pari vultus fœde hiantis deformitate se obvertens; palamque **494** omnibus stultitiæ certa suæ documenta exhibens. Cui neque animus ad accedendum rogum, nec fixum retrocedendi consilium esset: sed quasi utrimque tractus, libratis procedendi et retrocedendi impulsibus, stolide stupidus in medio hærebat, in vestigio quod forte primum impresserat defixus. Cum autem multa nuntiorum imperatoris surdo canentium verba perderentur; celebrique tum maxime per concionis ora circumstantis mentione præstigiarum hujus senis, minarumque sæpe ex eo auditarum, quibus spondebat: sese geniorum ope sibi faventium quibuslibet e malis evolaturum incolumem: veriti quibus supplicium damnati demanda-

A ἐκεῖνος ἀποδειλιᾷν πρὸς τὸ πῦρ καὶ θορυβεῖσθαι ἐδόκει. Ἔστρεφε γὰρ τὰς ὄψεις πολλάκις καὶ ἐκρότει τὰς χεῖρας καὶ ἐπάτασσε τὸν μηρὸν, οἷον τοῖς ὅλοις ἐξαπορούμενος. Ὅμως καὶ οὕτως ἔχων καὶ ἀπὸ μόνης τῆς θέας ὡς ἀδαμάντινος ἦν· οὔτε γὰρ τὸ πῦρ κατεμάλαξε τὴν σιδηρᾶν αὐτοῦ ψυχὴν, οὔτε αἱ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν διαπόμπιμοι διαμηνύσεις κατέθελξαν· ἀλλ' εἴτε ἀπόνοια μεγίστη τοῦτον κατείληφε διὰ τὴν παρεστῶσαν ἀνάγκην καὶ συμφοράν· καὶ ἀπόρως οὕτως εἶχε τῆς γνώμης, καὶ διάκρισιν οὐδεπωσοῦν [45] ἐλάμβανε τοῦ συμφέροντος· εἴτε καὶ ὁ κατασχὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διάβολος, ὅπερ καὶ μᾶλλον δοκεῖ, σκότος αὐτοῦ βαθύτατον κατεσκέδασεν. Εἱστήκει πρὸς πᾶσαν ἀπειλὴν καὶ πρὸς πάντα φόβον ἀμηχανῶν ὁ κατάπτυστος ἐκεῖνος B Βασίλειος, καὶ νῦν μὲν πρὸς τὴν πυρκαϊὰν ἐκεχήνει, νῦν δὲ πρὸς τοὺς παρεστῶτας, καὶ πᾶσιν ὡς ἀληθῶς κατεφαίνετο μεμηνώς· καὶ μήτε πρὸς τὴν πυρκαϊὰν ἐφορμῶν, μήτ' ὀπισθόπους ὅλως γινόμενος, ἀλλ' ἐπεπήγει καὶ ἀκίνητος ἦν ἐφ' οὗ που καὶ τὰ πρῶτα κατελάβετο. Πολλῶν δὲ λόγων ῥεόντων καὶ τῶν τερατολογιῶν αὐτοῦ διὰ πάσης γλώττης φερομένων, δείσαντες οἱ δήμιοι μήπως ἄρα οἱ ἀμφὶ τὸν Βασίλειον δαίμονες ἄτοπόν τι τερατουργήσειαν, παραχωροῦντος Θεοῦ, καὶ ἀλώβητος ἐκ μέσου τοῦ τοσούτου πυρὸς ὀφθείη ὁ κάκιστος, πρός τινα τόπον δημοσιώτατον ἀφιγμένος, *καὶ γένηται ἡ ἐσχάτη πλάνη χεῖρον* [46] *τῆς πρώτης*, δοκιμασίαν τινὰ ἔδοξαν ποιήσασθαι· τερατευομένου γὰρ C ἐκείνου καὶ αὐχοῦντος ὡς ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἀλώβητος ὀφθήσεται. Ἀναλαβόμενοι τὸν μανδύαν αὐτοῦ ἔφασαν, ὡς Ἴδωμεν εἰ μὴ τῶν σῶν ἀμφίων ἅψεται τὸ πῦρ, καὶ παραχρῆμα εἰς μέσον ἔῤῥιψαν τῆς καμίνου. Ὁ μὲν οὖν Βασίλειος ἐπὶ τοσοῦτον ἐγάννυτο ὑπὸ τοῦ ἐξαπατῶντος αὐτὸν δαίμονος, λέγων ὡς· *Ὁρᾶτε τὸν μανδύαν εἰς ἀέρα ἀνιπτάμενον.* Οἱ δὲ ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα κατανοήσαντες, ἄραντες ὦσαν αὐτὸν αὐτοῖς ἱματίοις καὶ ὑποδήμασιν εἰς τὸ μέσον τῆς καμίνου· καὶ τοσοῦτον ὥσπερ κατ' αὐτοῦ θυμουμένη ἡ φλὸξ διεβοσκήθη τὸν ἀσεβῆ ὥστε μηδὲ κνίσσαν τινὰ γενέσθαι, μηδὲ καπνοῦ τινος καινοτομίαν ἑτέραν, ἀλλ' ἢ μόνον λεπτήν τινα γραμμὴν καπνώδη φανῆναι κατὰ τὸ μέσον τῆς φλογός· καὶ γὰρ καὶ τὰ στοιχεῖα κατὰ τῶν ἀσεβῶν D ἐπαίρεται. Φείδεται ὥς γε τ' ἀληθὲς εἰπεῖν τῶν θεοφιλῶν ὥσπερ ποτὲ ὑπεχώρει καὶ ὑπείκαθε τοῖς θεοφιλέσιν ἐκείνοις νεανίαις ἐν Βαβυλῶνι, καὶ περιέστεφεν αὐτοὺς τὸ πῦρ καθάπερ τις χρυσοειδὴς θάλαμος. Ἐνταῦθα δὲ τὸν ἀλάστορα τοῦτον Βασίλειον οὔπω ἀκριβῶς οἱ τοῦτον μετεωρίσαντες εἶχον, καὶ ἡ φλὸξ ἐδόκει προεκτρέχειν ἐφ' ᾧ τὸν δυσσεβῆ ἐξαρπάσαι. Τὸν δ' ὑπόλοιπον ἀριθμὸν, ὅσοι τῆς ἀπωλείας ἦσαν τοῦ Βασιλείου σφαδάζοντος τοῦ παρεστηκότος λαοῦ καὶ βιαζομένου ἐπιῤῥίψειν καὶ αὐτοὺς τῷ πυρὶ, ὁ αὐτοκράτωρ οὐ συνεχώρησεν. Ἐγκλεισθῆ-

[1] Psal. xxx, 7, 8.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[46] χείρων.

ναι (2) κελεύσας ἐν τοῖς [47] τῶν μεγίστων ἀνακτόρων στοαῖς καὶ τοῖς παραδρομοῖς, καὶ τούτου γεγονότος διελύθη τὸ θέατρον, καὶ μετὰ ταῦτα διαδέχεται τοὺς ἀθέους τις ἄλλη ἀσφαλεστάτη φρουρὰ, εἰς τὴν [48] ἐμβληθέντες καὶ πολύν τινα χρόνον διατετριφότες τῇ ἀσεβείᾳ αὐτῶν ἐναπέθανον.

A tum erat, ne quis revera malorum dæmonum conatus, in gratiam hominis non temere suspecti de magia, repente exsisteret, permittente Deo, quo nefarius seductor pœnæ substractus servaretur, ac per medias tot flammas illæsus atque integer erumperet, in locum aliquem publicum, ubi ostentans sese, atque apud plebeculam jactans, imperitos dementaret eo amplius, *et esset novissimus error pejor priore* [1]; experimentum magicæ istius facultatis decreverunt capere. Jactante siquidem præstigiatore vano ac magnifice gloriante, sese ex hoc ipso tanto igne emersurum incolumem, ac sine noxa conspiciendum palam; ministri arreptum ejus mantelum in flammas jaciunt, Experiamur, aientes, utrum in tuas vestes vim ignis ullam habeat. Tantum porro fuit in deliro cilicernio vecordiæ; aut potius tam versutis miserum fraudibus malus dæmon, deceptor astutissimus, perverterat, ut contra quam omnes coram viderant, ipse unus illusus acclamaret: *Ecquid*, inquiens, *videtis mantelum evolare inviolatum in aera?* Illi ex hoc specimine de cætera insania et inanitate minarum nebulonis, idonea capta conjectura, prehensum valide cum interioribus vestibus et calceis præcipitem in rogum protrudunt medium. At illi adeo flamma non pepercit, ut velut ei potissimum irata, totum statim absumpserit impium, ne nidore quidem aut fumo crassiore misso, præter tenuem lineam gracilis vaporis. Suapte videlicet quadam sponte in impios armare se elementa gaudent: quemadmodum e contrario eadem a viris sanctis vim noxiam temperant. Prout olim demonstratum apud illam Babylonicam fornacem in tribus notis illi Dei amantibus juvenibus, quos circum amplexus aurea velut fornice coronavit ignis, in quodam quasi thalamo compositos, muris flammarum idoneo spatio locum dantium hinc inde structo. Hic vero projectum in flammam scelestum hunc exsecratumque Basilium qui intentissime spectarunt, retulere vix sublatum a lictoribus statim momento prævoratum; flammis ultricibus ad maturandam perniciem impii sic meriti procurrere vivo et irato quodam impetu quodammodo visis. Tum vero circumstans populus simile supplicium optare, magnisque vocibus ac motibus incendium poscere, iis qui astabant non parvo numero Basilii sectatoribus dementiæ; admovebant quin etiam infestas manus, et medios in flammam projecturi corripiebant, nisi vetaret imperator qui claudi omnes illos jussit in porticibus et Xystis palatii maximi. Sic dimisso theatro provisa brevi parataque est alia tutissima custodia in quam **495** athei Bogomili translati ac longissimo tempore detenti sunt, quoad qui salvi esse pertinacissime noluere, in sua ipsorum impietate illic sunt mortui.

Τοῦτο μὲν οὖν ὕστατον ἔργον καὶ ἆθλον τῶν μακρῶν ἐκείνων πόνων καὶ κατορθωμάτων τοῦ αὐτοκράτορος καὶ καινοπραγία τις καὶ τόλμη παράδοξος· καὶ οἶμαι ὁ τότε παρὼν ἢ καὶ συνὼν ἐκείνῳ θαυμάζει μέχρι τοῦ νῦν καὶ οὐχ ὕπαρ τὰ τότε γεγενημένα θεάσασθαι δοκεῖ, ἀλλ' ὄνειρός τις αὐτῷ καὶ φαντασία φαίνεται. Καὶ γὰρ ἐξ ὅτου τῶν ὁρίων τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἐξ αὐτῆς τοῦ Διογένους

B Ultimum hoc opus imperatoris fuit; quo in opere cum audendi fiduciæ nequaquam usitatæ ingens et supra modum mirabilis successus responderit, credo equidem, uti contigisse verisimile est iis qui præsentes adfuerunt, ut oculis vix suis crederent, ita laboraturam in tantis rebus dum narrabuntur credendis posterorum fidem. Nam si quis anteriorum memoriam temporum replicet, sic reperiet,

[1] Matth. xxvii, 64.

Variæ lectionės ex cod. Coislin.

[47] ταις. [48] ἦν.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(2) Ἐγκλεισθῆναι. Jubet Alexius Basilii sectatores in porticibus palatium ambientibus, de quibus ad pag. 455 includi; erant enim in hisce porticibus carceres in quibus detinebantur rei. Nicetas Paphlago: Ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον περάσαντες συνδέσμιον ἐγκλείουσιν. Octava synodus, act. 10: Καὶ ἔμφρουροι ἐν τοῖς Νουμέροις γεγόναμεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. Sunt vero *numera*, seu potius *numeri*, porticus, in quibus excubabant prætoriani milites, ut indicat Codinus, *De orig. CP.* a voce Latina *numerus*, quæ cohortem, legionem, aut militares copias significat. *Numeros militares*, dixit Tyrius, lib. ii, cap. 20, ut cæteros omittam, quos laudant Cujacius ad lib. iii cod. de his qui non impl. stip. lib. x. Lipsius, *De milit. Rom.* lib. iv, cap 2; Dempster. ad Coripp. et Meurs. in Gloss. Carceres istos intelligit auctor *De exsilio S. Martini PP. Et auferentes eum de lembo,* D *posuerunt eum in gestatorio duxeruntque in custodiam excubitorii, quæ cognominatur Prandearia, et fecit eum inclusum sub multa custodia, præcipiens excubiti custodibus: ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem excubitu.* Hinc docemur quid sit Πρανδιάρα, in *Chronico Alexand.* an. Arcadii 12, quo ait conflagrasse porticus Hippodromi, et Prandeariam, et adjacentes porticus. Elephantinem, carcerem ita dictum in Palatio pariter statuit Anna, pag. 457. Prætorii carceres habet Leo Grammaticus, pag. 467; Zeuxippi, Pachymeres, lib. vi, cap. 33; palatii Eleutherii dicti, Theodorus Studita, in Vita S. Theophan. confess. n. 23. Igitur cum palatii custodia penes Papiam esset, ejus etiam erat carcerum palatinorum, et qui in eis detinebantur reorum cura. Sed de hac dignitate agimus ad Cinnamum.

ex quo ipsis auspiciis imperii Diogenis superiores imperatori Romano non feliciter ipsos aggresso Barbari fuere, nunquam ad patris mei tempora, cessasse a vexandis Christianis barbaricas manus, sed gladios semper atque hastas ex illo tempore in Christianos exacutas, bella vero, ac pugnas cædesque frequentatas. Unde fiebat ut civitates diruerentur, regiones vastarentur, Romanorum tota ditio Christiano passim cruore pollueretur. Civibus ejus atque alumnis partim telorum eminus, partim hastarum cominus confossione miserabiliter cadentibus; partim a patriis avulsis sedibus, et in Persidem procul ac Turcorum remotissimas civitates captivis abductis. Tanta passim consternatione universorum, ut palam ubique curreretur in antra, lucos, et montes locaque similia spem latebrarum ostendentia, tantumque non diceretur *montibus, Cadite super nos, et collibus Operite nos* [a]. Ea vulgo perturbatio infelices comprehenderat, qui quotidianis expositi Barbarorum incursionibus, horrebant in momenta singula, ne, quod aliis evenire quotidie cernebant, captivi ducerentur in Persidem et ipsi; aut cum utique capti eo traherentur, votis miseris fatigabant cœlum ob mala quæ tolerabant. Quod si quos fortuna quædam servituti Turcorum ac crudelitati subtraheret, tamen illis peribat vitæ ac libertatis fructus, luctu et desiderio consenescentibus in Romana terra: filiam illo quidem servitum abductam lamentante altis suspiriis; hoc fratrem, alio patruelem, aut fratris filium, morte abreptos præmatura gementibus. Nec moderatior virorum quoque passim comploratio cernebatur quam qualis esse mulierum in funeribus solet calidas assidue stillantium lacrymas. Porro per omnes vitæ conditiones ac fortunæ gradus calamitas ista grassabatur; nemine sortis cujuscunque, fletuum et gemituum horum immuni. Cum interim qui Romanum sceptrum imperatores moderabantur usque ad patrem meum (exceptis sane perpaucis, Tzimisce nimirum, et Basilio) fere abstinerent rebus Asiaticis; ac ne summis quidem pedibus attingere fœtam bellis et periculorum plenam provinciam auderent. Verum quid ego in his tandiu? Sentio enim declinasse me velut in diverticulum e via regia, et a proposito deflectere. Nimirum quæ fecit fortiter ac sapienter meus pater, quæque ærumnose idem perpessus, generose pertulit, ex æquo ad farraginem hujus operis pertinent: cujus suscipiendi non id solum, ne quis erret, consilium fuit, ut res gestas pugnataque bella exponerem narrando, memoriæque **496** commendarem: verum illud quoque in partem pensi destinatione mea prima imputatum est a me, ut dolores casusque tum privatim meos, tum domesticos ac meorum, patris præsertim, lamentarer; solatiumque istud indulgerem interim cordi meo, mœrore quo tabescit intus, per querelas et suspiria foras effundendo. Malorum porro quæ harum mihi lacrymarum causa sunt, familiam videlicet ducit mors parentis mei; quæ mundi et rerum humanarum eadem fuit interitus. Hæc modo narrandam se mihi deplorandamque offert. Imo deplorandam unice; narrandi enim omnem impetum eripit illa vox quam ab illo ipso patre meo audire olim memini, cum sæpius imperatricem matrem meam doctos et disertos viros ad scribendas res ipsius bellaque ac victorias celebrandas provocantem, reprehenderet, aptiorem elegiarum et flebilium questuum, quam historiæ aut panegyrici materiam res suas dictitans; adeo multa, varia eadem et gravia, vitam ejus universam mala infestaverant.

A ἀναῤῥήσεως οἱ Βάρβαροι ἐπέβησαν οὐκ εὐτυχῶς ἐκ πρώτης, ὅ φασι, βαλβῖδος κατ' αὐτῶν ἐξορμήσαντες, οὐ μέχρι τῆς τοὐμοῦ πατρὸς αὐτοκρατορίας ἡ βαρβαρικὴ χεὶρ συνέσταλται, ἀλλὰ καὶ ξίφη καὶ δόρατα κατὰ Χριστιανῶν ἐξεθήγετο, καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ σφαγαὶ, ἠφανίζοντο μὲν πόλεις, ἐληΐζοντο δὲ χῶραι, καὶ πᾶσα ἡ Ῥωμαίων γῆ Χριστιανῶν αἵμασιν ἐμιαίνετο. Οἱ μὲν γὰρ βέλεσί τε καὶ δόρασιν οἰκτρῶς ἔπιπτον, οἱ δὲ τῶν σφετέρων ἀπελαυνόμενοι δορυάλωτοι πρὸς τὰς πόλεις Περσίδος ἀπήγοντο· καὶ δρόμος ἅπαντας εἶχεν ἐπὶ τὰ ἄντρα καὶ τὰ ἄλση καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς ἀπὸ τῶν εἰσπιπτόντων δεινῶν κρύπτεσθαι ἐπειγομένους. Ἐν τούτοις οἱ μὲν ἐποτνιῶντο ἐφ' οἷς ἔπασχον πρὸς Περσίδα ἀπαγόμενοι, οἱ δ' ἔτι περιόντες εἴ πού B τινες τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ὁρίοις ἐναπέμειναν βύθιον στένοντες. Ὁ μὲν υἱὸν, ὁ δὲ θυγατέρα ἐθρήνει, ὁ δὲ ἀδελφὸν, ὁ δὲ ἀδελφιδοῦν ἀπεκλαίετο πρὸ καιροῦ θνήσκοντα, καὶ οἷα γυναῖκες θερμὸν κατέσταζον δάκρυον. Καὶ οὐκ ἦν τότε οὐδεμία τις σχέσις ἄδακρυς οὐδ' ἀστέναχτος. Βασιλεὺς δὲ πλὴν ὀλίγων, λέγω δὲ Τζιμισκῆν [**] τε καὶ Βασίλειον τὸν βασιλέα ἐκ τότε καὶ μέχρι τοὐμοῦ πατρὸς, οὐδεὶς ἄκροις ποσὶ τῆς Ἀσιάτιδος ἐφάψασθαι τὸ παράπαν τετόλμηκεν. Ἵνα τί δὲ περὶ τούτων; αἰσθάνομαι γὰρ ἐμαυτῆς οἷον τῆς λεωφόρου ἐκτρεπομένης, διττὸν μοι τὸν ἀγῶνα τοῦ λόγου τῆς προκειμένης ὑπαγορευούσης ὑποθέσεως ἱστορεῖν ἅμα καὶ τραγῳδεῖν τὰ συμπεσόντα τῷ αὐτοκράτορι· ἱστορεῖν μὲν τοὺς C ἀγῶνας, εἰς μονῳδίαν δὲ ἄγειν ὁπόσα τὴν καρδίαν διεμασσήσατο, μεθ' ὧν τάττοιμι ἂν καὶ τὸν ἐκείνου θάνατον καὶ πάσης τῆς ἐπιγείου λήξεως ὄλεθρον. Ἀλλὰ γὰρ ἀναμέμνημαι καὶ λόγων τινῶν πατρικῶν τῆς μὲν ἱστορίας ἀπαγόντων, εἰς δὲ τοὺς θρήνους καὶ τὰς ὀλοφύρσεις παρακαλούντων. Ἤκουον γὰρ καὶ τούτου πολλάκις. Ἤκουον τὴν μητέρα καὶ βασιλίδα ἀνακόπτοντος ἐπιτάττουσαν τοῖς σοφοῖς διὰ τῆς ἱστορίας τοῖς ἐσύστερον παραπέμψαι τοὺς ἐκείνου πόνους καὶ τὰ πολλὰ ἆθλα ἐκεῖνα καὶ τὰ σκάμματα, μονῳδεῖν δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ κλαίειν τὰ συμπεσόντα οἱ δεινά.

[a] Osee x, 8; Luc. xxiii, 30.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[**] Τζιμισχήν.

A Οὔπω γὰρ ἔτος ἓν πρὸς τῷ ἡμίσει διελήλυθεν, ἐξ οὗπερ τῆς ἐκστρατείας ἐπανελήλυθεν ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ νόσος ἄλλη δεινή τις ἐπισκήψασα βρόχον ἐπήνεγκεν τούτῳ θανάσιμον· εἰ δὲ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν τὴν τοῦ παντὸς καταστροφὴν καὶ φθοράν. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἐκβιάζει μέγεθος, φιλοπάτωρ τε ἅμα καὶ φιλομήτωρ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων γεγενημένη, θεσμοὺς ἱστορίας ὑπερεκπίπτειν ἔρχομαι διηγησομένη, ὅπερ οὐ πάνυ τι βούλομαι, τὴν τοῦ αὐτοκράτορος τελευτήν· ἱπποδρομίας γὰρ γενομένης ἐξ αἰτίας ἀνέμου τηνικαῦτα πνεύσαντος σφοδροῦ, ἀναῤῥοιβδῆσαν οἷον τὸ ῥεῦμα καὶ τῶν ἄκρων ὑποχωρῆσαν, θάτερον τῶν ὤμων κατειλήφει. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἰατρῶν οὐδὲ συνῄεσαν ὅλως τὴν ἐπερχομένην ἡμῖν ἀπειλὴν ἐντεῦθεν· ὁ δέ γε Καλ- B λικλῆς (3) Νικόλαος, οὑτωσὶ γὰρ προσηγορεύετο, μάντις ἦν ἡμῖν τῶν ἀπευκταίων κακῶν, καὶ πτοεῖσθαι ἔλεγε μὴ τῶν ἄκρων ὑποχωρῆσαν, καὶ ἄλλην διαπορευόμενον ἀβοήθητον τὸν κίνδυνον τῷ κάμνοντι ἀπεργάσοιτο· κἂν πιστεύειν οὐκ ἔχομεν, ὅτι μηδ' ἠβουλόμεθα. Οὐδεὶς μὲν οὖν τηνικαῦτα πλὴν τοῦ Καλλικλέος διά τινων καθάρσιον κένωσιν προετεθύμητο· οὐδὲ γὰρ εἴωθε τὸ σῶμα τοῦτο λαμβάνειν καθάρσιον, ἀλλὰ τὰς παντάπασιν ἀγύμναστος ἦν πρὸς τὰς φαρμακοποσίας ᾧπερ οἱ πλείους καὶ μᾶλλον ὁ Παντέχνης Μιχαὴλ (4) συγχρώμενος, παντελῶς ἀπεῖργε τὴν κάθαρσιν. Ὁ δέ γε Καλλικλῆς τοῦ μέλλοντος στοχασάμενος, ἐπιφωνηματικῶς αὐτοῖς ἔλεγεν ὡς νῦν μὲν τῶν ἄκρων ἡ ὕλη ἀφεμένη, πρὸς τὸν ὦμον ἐνέσκηψε καὶ τὸν τράχηλον. Εἰσαῦθις δὲ, μὴ διὰ καθαρσίων κενωθεῖσα C εἴς τι τῶν πρωτουργῶν μορίων, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν καρδίαν ἐπιῤῥεύσασα, ἀνίατον τὴν βλάβην ἀπεργάσεται. Παρῆν γὰρ καὶ αὐτὴ ἐξ ἐπιταγῆς τῆς ἐμῆς δεσποίνης, ἐφ' ᾧ τοῖς τῶν ἰατρῶν λόγοις διαιτῆσαι,

A Nondum sesquiannus fluxerat ex quo ab illa modo descripta expeditione redierat Alexius Augustus, cum in eum subito ingruens morbus alius gravissimus, lethalem collo ejus innexuit laqueum; ac, si verum oportet dicere, orbi exitium et perniciem universo attulit. Dicam enim, dicam quod refugit animus, et oratio mea velut superincumbentem universi præcedentis operis sibi molem non sustinens, deorsum se propelli patietur in eum narrationis locum, quam temporis potius et ordinis, quam aut publici aut privati ratio a me poscebat officii. Itaque simul Historiæ quam explicare scribendo professa sum; simul pietatis quam a cunis et crepundiis, utriusque parentis amore ac veneratione significanda, exercui, leges et præscripta transgredienda mihi B video. Historiæ quidem, quod morbum mei patris articulosque omnes ac differentias supremi ejus temporis domestica diligentia persecutura sum; qualia fere securius breviusque publicis intenti consiliis atque actis historici transmittunt; pietatis vero, quod ea vix permittere filiæ posse videatur, ut vigente memoria luctuosissimæ cladis, qua quod habuit in vita charissimum perdidit, scribere ac commentari, omninoque aliud quam flere queat. Verum hos omnes eluctata obices eo ecce delabor, quamtumvis invita, scireque lectorem jubeo, ægrotare supremum cœpisse meum patrem ludis equestribus in circo, ubi vehementiori tum spirante afflatus vento est. Cujus malignum frigus non eam C quam vulgo solet, tum quidem vim habuit, eliquandi nimirum e cerebro humoris, in partesque ultimas articulorum, quo dudum erat proclivis lapsus, immittendi; quin retraxit potius ac revulsit fluens rheuma, extremisque revocatum ab artuum

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(3) *Καλλικλῆς*. Is est Nicolans Callicles archiater, cujus poesim et iambos plurimi facit Georgius Corinthi episcopus, lib. *De construct. orat.* ad quem etiam exstant epistolæ Theophylacti Bulg. archiepiscopi 38, 39, 56, 57. Illius sunt epigrammata aliquot jam olim ab Hieronymo Gontio edita, quorum duo, quia ad Historiam Annæ nostræ, Eudociæ sororis et Irenes pertinent, hisce Commentariis adtexere erit operæ pretium. Primum spectat ἐγκόλπιον, sacris vivificæ crucis reliquiis adornatum, quod Anna ab Eudocia sorore, quæ D in monasterium secesserat divulsa a marito, dono acceperat. Alterum spectat. Irenes ipsius Augustæ Annæ matris, vel etiam Joannis Comneni imp. uxoris aliud ἐγκόλπιον. En utrumque.

424 *Τοῦ Καλλικλέους στίχοι εἰς τὸν καλὸν σταυρὸν τὸν κοσμηθέντα παρὰ τῆς Πορφυρογεννήτου κυρᾶς Ἄννης.*

Ἐκ τοῦ ξύλου τρυγῶ σε τὴν ζωὴν, Λόγε,
Καὶ Εὔα τρυγᾷ τὴν φθορὰν ἀπὸ ξύλου,
Καὶ προσκυνοῦσα σῶν παθῶν τὴν εἰκόνα,
Εἰς ἀπαθῶν αἰτῶ σε λιμένα φθάσαι,
Σὺν συζύγῳ τε καὶ τέκνοις τηρουμένη,
Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα πορφύρας κλάδου.

Calliclis versus in eximiam crucem adornatam a domina Porphyrogenita Anna.

Proles parenti æquæva quam moriens mihi
Vitam dedisti, carpere e ligno datur,
Licet Era mortem nescia hinc olim hauserit,
Diræque cladis triste simulacrum colens,
Beatitatis tangere hic portum ardeo,
Me liberosque et conjugem in tuto locans,
Hanc flos nitentis purpuræ et sceptri decus,
Eudocia olim et arborem et fructum dedit.

Εἰς τὸ καλὸν ξύλον τὸ κοσμηθὲν ὑπὸ τῆς δεσποίνης.

Οὐ ταῦτα δρυμὸς, οὐδὲ κρανίου τόπος,
Ἐν οἷς ἐπάγη τοῦτο τὸ ξύλον πάλαι,
Ἀλλ' ἐστὶ λιθόστρωτος ἢ χρυσοῦς τόπος.
Ἀνθεῖ δὲ λευκὸν ἄνθος ἐκ τῶν μαργάρων,
Τούτοις φυτεύσει σὲ ξύλον ζωηφόρον,
Δοκῶν ὁ λαμπτὴρ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη,
Καρπὸν γλυκὺν τρυγῶσα τὴν σωτηρίαν.

In lignum crucis ab imperatrice ornatum.

Non ille lucus sanguinis Christi notis,
Vel mons cruentus hic ubi quondam stetit
Ferale lignum, lapide sed Pario locus.
Auroque stratus, candidum vibrans jubar,
Baccis decorus, et Rubri spoliis maris,
Hæc te inter (arbos perditis vitam ferens,
Solem et lacessens lumine) Irene inseret,
Ex te salutis aureos fructus legens.

(4) *Παντέχνης Μιχαήλ*. Quem non semel idem Theophylactus innuit suum jam olim fuisse discipulum, et cui gratulatur quod in imperatoris medicum allectus sit, epist. 44, 47, 73, 74 et 97. Nicetam præterea nescio quem Alexii medicum nominat, epist. 55.

partibus, humerum in alterum copiose corrivavit, A ibique detinuit. Multi statim acciti medicorum, nihil inde sinistrum ominati sunt. Unus Nicolaus Callicles, vates heu nimis verax : male se vereri dixit ne a consueto in partes externas fluxu deductus humor, atque in interiora retrocedens, funestum aliquod, et remedio nullo procurabile, in vitalia penitus ipsa malum importaret. Nos, quod aversabamur credere non proni, Calliclem sic disserentem neglex mus; nec, quod jubebat ille actutum fieri cum interminatione periculi gravis, exhaurire sentinam ægri corporis propinatis statim purgantibus pharmacis curavimus. Abhorrebat ab ejusmodi potionibus majorem in modum meus pater, planeque hactenus expertem miseriarum talium vitam duxerat. **497** Favebant ad hæc ejus fastidio ac consuetudini medici complures, principesque inter omnes Pantechnes Michael, qui tum aliarum pene omnium, tum ejus quam præcipue factitabat artis medicinæ consultissimus habitus. etiam peculiarem notitiam habitudinis ac corporis Alexii longo usu et observatione hausisse poterat, multo cum eo tempore versatus. Is ergo cum et sua, et aliorum sententia plurium, purgatione prorsus interdiceret, quem tum contra cunctos unus nitens Callicles moveret? Nihilo ille tamen insistebat minus, ex certa, ut, eventa monstrarunt, futuri providentia, graviter admonens, claraque voce denuntians ac contestans fore, ut si noxium humorem ab articulis extremis, quo ferri consueverat, ad humerum atque ad collum impune retrahi, liberumque fluxum habere sinerent, is per haustum pharmacorum purgantium non exhaustus, in aliquam primigeniarum partium, atque adeo in cor ipsum, cum irreparabili pernicie redundaret. Hæc sic ab eo disputata ego ipsa recolo; interfui enim, domina matre mea sic jubente, atque adeo præfui consultationi tum isti medicorum. Ac memini me cum et Calliclem et cæteros pro se quemque disserentes audivissem, persuasione privata in partes et sententiam Calliclis abreptam. Prævaluit tamen suffragiorum in contrarium numerus, et plurium calculis superatus est Callicles felici ad breve spatium vincentium eventu. Siquidem rheuma consueto dierum orbe Augusti corpore potitum, remittere cœpit malignam vim; pauloque post, sensim malo senescente, pristino fere est æger vigori redditus.

καὶ ἤκουον τῶν λεγομένων, καὶ τοῖς τοῦ Καλλικλέους κἀγὼ συνετιθέμην λόγοις. Τῶν πλειόνων δ' ὅμως ἡ ψῆφος ἐκράτει. Ἀλλὰ τότε δὴ τότε τὸ μὲν ῥεῦμα τοῦ βασιλικοῦ σώματος τὰς συνήθεις ἐπικρατῆσαν ἡμέρας, ἀπεμαραίνετο, καὶ πρὸς ὑγείαν ὁ κάμνων ἐπανῄει.

Nondum inde sex menses fluxerant, cum alia ecce B sontica et periculosa imperatori valetudo incidit, ex mœrore ac sollicitudine nimiis ob quotidianas curas et concursum variorum et gravium simul ingruentium negotiorum. De hoc morbo referam quid ipsa ex ægri ore ipsius sæpius apud meam matrem de eo confidentissime querentis coram acceperim. Hæc ejus ferme oratio erat : *Quid esse dicam causæ quod mihi jam difficilis respiratio est. Cupido sæpe me incessit respirandi liberius, hauriendique copiosum acrem, quem laboranti affundam et oppresso cordi; at ecce intercedens nescio quæ vis conatum intercipit, medioque in impetu frustra hians, vix iterata sæpius contentione vel semel ducere spiritum queo satis largum, ut non multis partibus deficiat ab ea copia quam anhelans requireret obrutum cor :* C *cui velut quamdam incumbere molem lapideam gravissimam sentio; et ex hujus impressione ponderis ceptum suspirium abrumpi; nec, omnia circumspectans licet, omnemque in partem versans animum, comminisci queo, unde quave ex causa id mihi acciderit incommodum. Est et aliud ejus generis, quod tibi pro nostra fiducia, caput charissimum, una particeps casuum sensuumque omnium meorum, aperiam in præsens. Oscitandi plerumque libido malas mihi disjungit. Cæterum attractus hianti ore spiritus nescio quo intercurrente prohibetur obice, ne intus penetret; id quod mihi multo maximam creat molestiam. Quid tandem hoc sit, age edissere, si nosti.* His Augusta verbis non solum edocebatur de morbo D languentis Augusti, verum illud ipsum **498** quasi auditu in se quoque propagatum, sentire malum

Οὕτω μῆνες παρῆλθον ἕξ, καὶ ὀλέθριον νόσημα ἐκ τῆς πολλῆς τάχα ἀθυμίας τῶν καθ' ἑκάστην προσπιπτόντων αὐτῷ καὶ τῆς συνόδου τῶν κοινῶν φροντίδων ξυμβέβηκε. Καὶ ἤκουον αὐτοῦ θαμὰ πρὸς τὴν βασιλίδα διηγουμένου καὶ οἷον ἐπεγκαλοῦντος αὐτῇ τὸ νόσημα· *Τί ποτ' ἄρα τὸ συμβαῖνόν μοι περὶ τὴν ἀναπνοὴν πάθος; Βούλομαι γὰρ ἀναπνεῦσαι βαθὺ καὶ ἀθρόον, καὶ οἷον κουφισθῆναι τῆς ἐγκειμένης ἀνίας ἐν τῇ καρδίᾳ. Τοῦτο δὲ πολλάκις ἐπιχειρῶν οὐδὲ ἅπαξ δύναμαι πολλοστημόριον ἀναπέμψαι τοῦ ἐπιθλίβοντος βάρους, τὸ δ' ἐπίλοιπον καθάπερ τις λίθος ἐπίκειταί μου τῇ καρδίᾳ βαρύτατος, ἀνακοπῆς ἐν τῷ μεταξὺ γενομένης τοῦ στεναγμοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν συνιδεῖν οὐκ ἂν ἔχοιμι, οὐδ' ὁπόθεν τὸ τοιοῦτον πάθος ἐγγίνεταί μοι. Καὶ ἄλλο δέ τι προσαναγγέλλω, φιλτάτη ψυχὴ κοινωνὲ τῶν ἐμῶν παθῶν καὶ βουλευμάτων, χάσμα πολλάκις ἐπέρχεταί μοι, καὶ διακοπτόμενον ἐν τῷ μεταξὺ τὸ εἰσπνεόμενον πνεῦμα μεγίστην μοι τὴν ἀνίαν ἐπάγει. Τί ποτε ἄλλο τὸ καταλαβόν με τοῦτο δεινόν, εἰ οἶδας, φράζε.* Ἡ δέ γε βασιλίς, ταῦτα ἀκούουσα καὶ ἅπερ ἐκεῖνος πάσχει παρ' ἐκείνου μανθάνουσα, ἐδόκει μὲν εἶναι αὐτῆς τὰ πάθη, καὶ ὥσπερ ἀνακοπτομένη καὶ αὐτὴ τοῦ ἄσθματος, οὕτω διέκειτο πρὸς τοὺς λόγους τοῦ αὐτοκράτορος. Συχνῶς δὲ τοὺς ἐπιστήμονας μεταπεμπομένη τῶν ἰατρῶν, τὸ τοῦ νοσήματος εἶδος πολυπραγμονεῖν ἠναγκάζετο, καὶ τῶν αἰτίων τὰ προσεχῆ καὶ τὰ πόρρω ἐζήτει μαθεῖν. Οἱ δέ, τὴν χεῖρα ταῖς ἀρτηρίαις ἐπιβάλλοντες, ἔμφασιν παντοίου εἴδους ἀνωμαλίας [80] κατὰ πᾶσαν τῆς ἀρτηρίας

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[80] ἀνωμαλίας.

κίνησιν εὑρίσκειν ἀνωμολόγουν, τὸ δ' αἴτιον συνιδεῖν οὐκ εἶχον ὅπῃ μηδὲ τὴν τοῦ βασιλέως δίαιταν ἠπίσταντο, ἀλλὰ πάνυ σωφρονεστάτην καὶ λιτὴν καὶ ὅλως γυμνικήν τε καὶ στρατιωτικὴν, ἀπαγορεύσαντα τῶν ἀπὸ τῆς περιττῆς διαίτης ὑλῶν, εἰς αἰτίαν ἄλλην τὰ τῆς στενοχωρίας ἀνέφερον· καὶ προκαταρκτικὸν αἴτιον ταυτησὶ τῆς νόσου οὐδὲν ἄλλο ἔλεγον, ἢ τὴν τῶν φροντίδων πολλὴν συντονίαν, καὶ τὸ συνεχὲς καὶ πυκνὸν τῶν θλίψεων, θερμαινομένης ἐκεῖθεν αὐτῷ τῆς καρδίας καὶ τὸ περιττὸν ἅπαν ἑλκούσης ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. Ἐντεῦθεν ἡ δεινὴ νόσος ἐπελθοῦσα τῷ αὐτοκράτορι, ἀνακωχὴν ὅλως οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλ' ὡς ἀγχόνη συνέπνιγε. Τοσοῦτον δὲ καθεκάστην ηὔξανε τὸ τῆς νόσου, ὡς μηκέτι ἐκ διαστημάτων, ἀλλὰ συνεχῶς καὶ ἀδιαστάτως ἐπέρχεσθαι, ὡς μηδὲ περὶ θατέραν δύνασθαι κατακλιθῆναι τὸν αὐτοκράτορα πλευρὰν, μηδὲ πρὸς ἰσχύος ἔχειν ἀβίαστον τὸ παράπαν εἰσπνεῦσαι τὸν ἀέρα. Ἅπας οὖν τηνικαῦτα μετεκαλεῖτο ἰατρὸς, καὶ ἡ τοῦ αὐτοκράτορος νόσος, ὑπόθεσις αυτοῖς προὔκειτο. Ἐμερίζοντο δὲ ταῖς γνώμαις καὶ κατετέμνοντο, καὶ ἄλλος ἄλλο τι διεγίνωσκε, καὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν ἐπειρᾶτο προσάγειν τὴν θεραπείαν. Ὅπως δ' ἂν εἶχεν ἢ οὕτως ἢ οὕτως, δύσκολον εἶχε τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα· οὐδὲ γὰρ ἂν ἀκαρῆ χρόνον ἐλεύθερον εἰσπνεῦσαι δεδύνητο. Ὄρθιος γὰρ ἠναγκάζετο διόλου ἀνακαθήμενος ἀναπνεῖν. Εἰ δέ που καὶ ὕπτιος κέοιτο, ἢ κατὰ θατέραν πλευρὰν, φεῦ τότε τοῦ βρόχου· οὐδὲ γὰρ ἐνῆν συρμάδα μικρὰν τοῦ ἔξωθεν ἀέρος εἰσρυῆναί τε καὶ ἀποῤῥυῆναι κατά γε τὴν ἀναπνοὴν καὶ εἰσπνοήν. Ἀλλὰ καὶ ὁπηνίκα ἐλεήσας τις τοῦτον ὕπνος ἐπέλθῃ, καὶ τότε τῆς πνιγμονῆς ἐπεδίδου. Ὥστε κατὰ πάντα καιρὸν καὶ ἐγρηγορότος αὐτοῦ καὶ ὑπνώττοντος, ἡ συμφορὰ τῆς ἀγχόνης ἐπετίθετο. Ἐπεὶ δὲ καθάρσιον οὐκ ἐδίδοτο, πρὸς φλεβοτομίαν ἀπέβλεψαν, καὶ τὴν μὲν διὰ τοῦ ἀγκῶνος ἀπέταμον, οὐ μὴν τῆς φλεβοτομίας ἀπώνατο, ἀλλ' ὡσαύτως καὶ πάλιν εἶχε, καὶ δύσπνους ἦν ὅλος καὶ ἐκινδύνευε διόλου στενὸν ἀναπνέων ταῖς χερσὶν ἡμῶν ἐναπερυγεῖν τὴν ψυχήν.

A ipsa videbatur: arcana vi amoris intimi, cujus est suorum affectuum ægritudines participare condolendo, ita ut qua difficultate anhelitus laborare charissimum conjugem ipso exponente di liceret, ipsa continuo vexari sibi videretur, certe angeretur nihilo levius quam si revera istud experiretur incommodum. Ergo accersitos subinde medicos lacessebat assidue, curiosissime percontans ecquid de causis vel proximis vel remotis hujus ægritudinis suspicari divinando ac verisimiliter affirmare possent. Illi, tali imperio provocati, cogitationem intendere, reputare, circumspicere omnia; verum ubi satis manu arterias exploraverant, nihil fere pronuntiabant aliud nisi magnum indicium intemperiei omnis generis maximæ, perturbato ubique inæqua- B lique arteriæ pulsu, edi; cjus rei quæ sit causa, nec signis tunc exstantibus intelligi, nec se divinare satis posse, quibus parum esset compertum quod genus victus, quamve rationem curandi corporis adhibere imperator quotidiano dudum usu consuesset. Respondebatur frugalissimum eum, cibique hominem parcissimi, plane tenuem ac facile parabilem, qualis esse athletarum solet ac militum, victum usurpasse, superfluas exquisitorum succorum ac ferculorum delicias semper aversatum. Quo illi audito ubi erant fassi, non igitur videri arctatæ respirationis vitium intemperantiæ imputandum, eo fere conveniebant, ut causam externam hujus mali non aliam dicerent, quam nimiam con- C tentionem curarum, assiduumque appulsum acrium sollicitudinum, in serie tam continua rerum adversarum, quibus excalfactum cor, quidquid erat reliquo in toto corpore redundans, omne ad sui refrigerium rapaciter trahebat. Hinc dirus hic et remissionis expers imperatoris morbus, laquei modo fauces urgens, strangulansque hominem assidue. Crescebat porro malum ingens a principio, quotidianis augmentis, iisque tantis, ut non jam ex intervallis, sed continue, simulque vehementer, Augustus urgeretur: neque aut in alterutrum cubare latus, aut omnino sine vi molesta laboriosoque conatu, ducere aerem spirando posset. Expromebant pro se quisque industriam acciti undique medici omnes, utpote quibus caput ac salus principis, argumentum commentandi nobile disserendique, propositum esset. Horum, ut fit, alius aliud sapiebat; tum ut quisque statuerat de morbi natura et causis, congruentem suo sensui, abhorrentem a judiciis, aliorum curationem præscribebat. Omnia experiebamur; verum, ut maneret dubium quis eorum omnium ratione uteretur optima: illud constabat certe, nihilo melius imperatorem se habere; quippe cui nec ad breve momentum facultas esset respirandi libera. Rectus quin etiam stare perpetuo, aut supinus alte residere cogebatur. Quod si aut jacere pronus, aut in latus alterum recumbere tentaret, stringebat, heu! sæva suffocatio, et arctatam guttur adurgens malus morbi laqueus adeo premebat, ut ne minimum quidem auræ haustum, vel exterius affluentis introrsum trahere, vel intus conceptæ foras exspirando pellere, per consuetas et necessarias reciprocandi spiritus vices ullo jam modo miser posset. Si quis vero illum D quasi miserans sero ac raro somnus invaderet, ne tum quidem inducias tormenti breves angina crudelis dabat: æternumque, perinde dormitanti ac vigili, erat istud incommodum 499 gravissimum respirationis interceptæ. Hic medici quod purgare corpus medicatis potionibus omiserant, missionem sanguinis decernunt. Tunditur ad interiorem flexum cubiti vena; nec ea re levamenti quidquam expertus æger est. Eodemque loco semper, hoc est pessimo, salus imperatoris, lethale momentis omnibus anhelantis, erat; nobis qui adstabamus tractabamusque, ne inter nostras manus exspiraret, haud sine causa metuentibus. Propinata tum forte languenti antidotus ex pipere salutarem cito effectum habere visa est. Nos triumphare gaudio statim, omnibusque

lætitiis incedere, gratulationem spargere, vota jam persolvere in templis, cura heu præmatura fallacique. Tertio hinc quartove die urgent denuo exanimantque Augustum præfocationes solitæ, angustiæque miseræ oppressi pulmonis. Imo ægroti statum puto deteriorem factum potione ista, quæ ubi movere magis quam pellere humores noxios potuit, eos in cavitates arteriarum, plus ibi multo nocituros, contrusit. Sane apparuit auctam inde mali vim. Jam enim nulla prorsus ei erat recumbendi ratio, aut forma, situsve corporis tolerabilis; et immodicis assidue crementis morbus intendebatur. Totæ abibant insomnes noctes. Alimenti prorsus nihil reive alterius ad salutem utilis sumebat, aut sumere valebat, languidus. Inter hæc ego sæpius aut potius continuo spectabam matrem excubantem, perpetuis, quam longæ sunt, noctibus, nulla intercapedine quietis, ad ægri caput, retro spondam illius in quo is languebat lecti, satagentem sublevantemque manibus, et commeatum, qua sedulitate poterat, eluctanti difficiles angustias anhelitui procurantem. Fluebant largissimi ex oculis amnes lacrymarum; nec luctus minuebat ministrandi diligentiam; neque hanc diuturnitas longi morbi, laborisque improbi nunquam per tot continuatas diebus noctes, intermissa contentio frangebat. Illa sui, illa omnium oblita, instare unice ministerio suscepto, navare operam perpetuo recentem: versare, reversare, fingere sæpius, mox refingere culcitas stragulaque aliam atque aliam in formam, quæ aliquod saltem momentum afferre Augusto quietis posset. Quid non ad solatium, ad obsequium excogitare illa? quid non agere? quantum ingenium amoris, quantam ejusdem strenuitatem probare? Ne a nobis quidem, aut omnino a domesticorum quoquam cessabatur uspiam; nempe non id tempus cessandi erat, nec ulla tum quies aut remissio non intempestiva fuisset familiæ, cujus pater idemque princeps reipublicæ in summis angoribus ægerrimo anhelitu animam trahebat. Animadversum a tentantibus omnia tandem est, nonnullum laxamentum aut solatium mali ægro afferre motum corporis. Ergo Augusta curat statim, ut additis ad caput pedesque imperatorii lectuli prominentibus contis, viri robusti suppositis humeris eum assidue circumagerent: succenturiatis invicem plurimis, qui alii aliis, recentes fessis continue succedentes, unum istud leve delinimentum miserrimi angoris
500 Augusto nulla portantium lassitudine interruptum adhiberent. Hoc modo a Magno Palatio ad Mangana delatus imperator est. Verum ne illic quidem meliori erat loco valetudo ejus. Indomita morbi vis irrevocabiliter quod cœperat urgebat. Hoc cernens et secum reputans Augusta, sensi de-

A 'Αλλ' ἐράϊσε μὲν τὰ τῆς διαθέσεως, τῆς διὰ τῶν πεπέρεων ἀντιδότου δοθείσης, καὶ ἡμεῖς ὑφ' ἡδονῆς οὐκ εἴχομεν ὅ τι καὶ χρησαίμεθα τῆς εὐφροσύνης, ἀλλὰ καὶ χαριστήριον ἀναπέμπομεν τῷ Θεῷ· πάντα δὲ ἦσαν ἄρα πλάνη. Εἰς . . γὰρ ἡμέραν ἢ καὶ τετάρτην εὐθὺς πάλιν αἱ . . . ἀγχόναι κατὰ τοῦ βασιλέως καὶ στενοχωρίαι τοῦ πνεύμονος. 'Ελπίζω δ' εἰ μὴ χεῖρω ἐξ ἐκείνου τοῦ πόματος γέγονεν ἀναχέαντος τὰς ὕλας καὶ κρατῆσαι μὴ δυναμένου, ἀλλ' εἰς τὰς κοιλότητας τῶν ἀρτηριῶν ἐνθεμένου καὶ ἐπιτείναντος τὴν διάθεσιν. 'Εντεῦθεν οὐδὲ σχῆμα κατακλίσεως εὐπετῶς ἦν ἐφευρεῖν παντάπασιν αὐτῷ τῆς νόσου ἀπακμαζούσης. 'Αλλὰ γὰρ διανυκτερεύων ἦν ὁ βασιλεὺς ἐξ ἑσπέρας εἰς ὄρθρον ἄϋπνος, μήτε τροφῆς ἐλευθέρας B μεταλαμβάνων, μήτ' ἄλλου τινὸς τῶν εἰς σωτηρίαν ἀποβλεπόντων. Πολλάκις γοῦν ἐγὼ μᾶλλον συνεχῶς καὶ τὴν μητέρα τεθέαμαι συνδιανυκτερεύουσάν τε τῷ βασιλεῖ καὶ κατόπιν τούτου ἐπὶ τῆς κλίνης καὶ ὑπανέχουσαν τοῦτον ταῖς χερσὶ καὶ παραμυθουμένην τρόπον τινὰ τὴν ἀναπνοήν. 'Εχεῖτο μέντοι αὐτῆς τῶν ὀμμάτων τὸ δάκρυον καὶ ὑπὲρ τὰ Νειλῷα ῥεύματα· ὁπόσην τε τὴν περὶ αὐτὸν δι' ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς σπουδὴν ἐπεποίητο, καὶ τὸν μόχθον ὅσον ἐνεδείκνυτο διαπονουμένη περὶ τὴν αὐτοῦ θεραπείαν, καὶ κλίσεις καὶ μετακλίσεις στρωμάτων παντοίας μηχανωμένης θέσεις, οὐκ ἔστιν ἐρεῖν. 'Αλλ' οὐχ ἦν οὐδενὶ τὸ παράπαν ῥᾳστώνης μετασχεῖν. Παρείπετο γὰρ οἷον ἀγχόνη τῷ αὐτοκράτορι μᾶλλον καὶ συνείπετο καὶ οὐκ ἀνίει συμπνίγουσα, C μηδεμίαν τῆς νόσου ἐχούσης τὴν ἴασιν, ἐν τοῖς πρὸς νότον ἀνακτόροις ἀπῆλθεν ὁ βασιλεύς. Στενοχωρούμενος δὲ, μίαν τινὰ παραψυχὴν τὴν ἐκ τῆς κινήσεως εὕρισκε, καὶ ταύτην διηνεκῆ ἡ βασιλὶς ἐμηχανήσατο γίνεσθαι, τοῦ βασιλικοῦ σκίμποδος κατά τε τῶν κεφαλὴν [81] καὶ πόδας μερῶν τούτου ξύλ' ἄττα προσεπιζεύξασα ἀνδράσιν ἐδίδου τοῦτο φέρειν μετέωρον διαδεχομένοις ἀλλήλους τῶν τοῦ [82] αὐτοκράτορος πόνων. 'Εντεῦθεν ἀπὸ τοῦ μεγάλου παλατίου καταλαμβάνει τὰ Μάγγανα (5), ἀλλὰ καὶ τούτων γενομένων, οὐδὲν πλέον τῷ βασιλεῖ πρὸς σωτηρίαν ἐπραγματεύθη. Εἰς τοὐπίσω δὲ τὰ τῆς νόσου χωροῦντα ἡ βασιλὶς ὁρῶσα καὶ τῆς ἐξ ἀνθρώπων βοηθείας παντάπασιν ἀπελπίσασα θερμότερον τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ αἰτήσεις πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο, πρὸς

nique cassa esse nulliusque usus præsidia remediave humana. Itaque, omni, quæ auxilio industriæque cujusvis hominum inniteretur, spe damnata, D totum animum ardenti religione ad propitiandum Deum contulit; liberali per templa omnia curata succensione luminum, et perpetua decantatione carminum sacrorum; tum, quas in primis demerendo Numini efficaces norat, largitionibus beneficentissimis in egenos omne genus, quas assidue

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[81] πρὸς κεφαλήν. [82] περὶ τοῦ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(5) *Καταλαμβάνει τὰ Μάγγανα.* Huc referenda quæ de morbo et vitæ exitu Alexii habent Zonaras et *Glycas* in Alexio, et Nicetas in Joanne.

πᾶν τέμενος δαψιλεῖς τὰς φωταυγὰς ποιουμένη καὶ A τοὺς ὕμνους συνεχεῖς καὶ ἀκαταπαύστους, διαδόσεις δὲ τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης οἰκοῦσιν εἰργάζετο. Ἅπαντας μὲν μοναχοὺς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις οἰκοῦντας ἢ καὶ ἄλλως τὸν μοναχικὸν ἐπιόντας βίον εἰς ἐκτενεῖς δεήσεις ἐπεγείρουσα, ἅπαντας δὲ νοσοῦντας ἢ καὶ ἐν εἱρκταῖς κατεχομένου· καὶ τετρυχωμένου πλουσιωτάτους ἐργαζομένους ταῖς δόσεσιν, ὁμοῦ πρὸς τὰς ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος εὐχὰς προσεκαλεῖτο. Ἐπεὶ δὲ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος σπλάγχνον ἐξῳδήκει τε καὶ εἰς ὄγκον ἐπιφανῆ προελήλυθεν, οἵτε πόδες ἐξῳδήκεσαν καὶ πυρετὸς τὸ βασιλικὸν σῶμα κατεῖχεν, εἰς καυτῆρας ἐντεῦθέν τινες τῶν ἰατρῶν ἀπεῖδον μικρὰ πεφροντικότες τοῦ πυρετοῦ. Ἀλλ' ἦν ἅπασα θεραπεία ἀνωφελὴς καὶ κενή. Οὐδὲ γὰρ ὁ καυτὴρ ὤνησεν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς B καὶ τὸ σπλάγχνον ἦν καὶ τὰ ἀναπνευστικὰ δυσκόλως ἔχοντα· ὥσπερ δὲ ἐξ ἄλλης πηγῆς ῥεύματος εἰς τὸν γαργαρεῶνα ἐπενεχθέντος, καὶ ὧν οἱ Ἀσκληπιάδαι φασὶν οὐρανῶν ἐπιλαβομένης καὶ τῶν οὔλων αὐτῶν φλεγμανάντων [83], καὶ τῆς φάρυγγος ἀπαρθείσης καὶ τῆς γλώττης, ἐξογκωθείσης ἐντεῦθεν οἱ πόροι τε ἀπεστενώθησαν πρὸς τὰ ἑαυτῶν πέρατα συνελθόντες δι' ὧν τὰ τῆς τροφῆς ἔμελλε διελθεῖν, καὶ τὸ τῆς ἀτροφίας δεινὸν παντελῶς ἀσιτία ἡμῖν ἐπεκρέματο. Κἂν ἐγὼ, Θεὸς ἴστω, πολλὴν ἐποιούμην τὴν περὶ τῆς τροφῆς πραγματείαν, καὶ τὰ σιτία καθεκάστην διὰ τῶν . . ἔφερον τούτῳ χειρῶν. Ῥοφηματώδεις τὰς . . ἃς ποιεῖν ἀναγκάζουσα. Ἅπαντα γοῦν . . . φερόμενα ἐπὶ τῇ τῆς φλεγμονῆς θεραπείᾳ C

. . . ἐφαίνετο κατὰ τῆς σπουδῆς

ἅπαντα . . . . καὶ τὰ ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν

ἰατρῶν ἐδεῖ . . . δέκα δὲ καὶ μιᾶς ἡμέρας τοῦ

περὶ τατε . . . ἐπιγεγονότος τούτῳ νοσήματες

ἐπα . . . οντος· καὶ ἀπαπειλοῦντος τὸν κίνδυνον

. . . πέρας διαθέσεως ἐπιγενομένης διάῤῥοια.

Οὕτως ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ κακὸν καθ' ἡμῶν τὸ . .

δὲ ἐπεκυλίετο, οὐκ ἦν πρὸς ὁπότερον . . εἶν.

Οὔτε τοὺς Ἀσκληπιάδας οὔθ' ἡμᾶς τοὺς . .

τὸν αὐτοκράτορα διαπονουμένους, οὔτε . .

παντα, ἀλλὰ πάντα ἑώρα πρὸς ὄλεθρον . .

τοῦ λοιποῦ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν σάλῳ καὶ κλύδωνι .

. . ἐταράττετο τὰ καθεστηκότα καὶ φόβος

[83] φλεγμηνάντων.

A copia ingenti non in præsentes effundebat solum, sed ad alios ubicunque, terra marique, penuria laborantes missitabat. Monachos etiam cunctos quique solitariam in montibus et speluncis exercent vitam, quique alia ratione sejuncti a curis humanis religioni vacant, assidue hortans ac excitans ad intentissimas pro imperatoris salute preces ad Deum assidue fundendas. Quod ipsum in gratiam vicem mutuam enixe contendebat ab iis omnibus, quos morbis afflictos, vinctos compedibus, malis aliis miseriisque attritos, donationibus, ut dixi, largissimis, repente de mendicis divites, de infelicissimis fortunatissimos reddebat. Interim, cum intumescentibus Augusti visceribus excrevisset venter in molem extra modum prominentem, pedes quoque B turgidi essent facti, ac corpus totum febris ardens ureret, medicorum quidam febri contempta, veluti a qua in præsentia minus metuerent, exinanire tumorem cauteriis inurendis sunt aggressi. Vana tamen illa quoque et effectu cassa curatio fuit; nam et ventris tumor nihil cauterio minutus est, et pulmonem ac fauces nihilo minor urgere perseverabat difficultas reciprocandi spiritus. Hæc cum sic essent, ecce tibi velut ex novo fonte humoris noxii derivata nova destillatio gurgulionem invasit, et quod in ore medici *cœlum* appellant, gingivasque corripuit inflavitque afluxu ardentis saniei: unde crescente in molem frumine, linguaque ipsa tumefacta, obstructi meatus sunt transmittendo alimento parati a natura. Novus hinc ad cumulum labor C afflicto corpori, nutrimenti subtractio. Testis mihi Deus sit, qua ego privatim diligentia quibusve conatibus eluctari hoc impedimentum contenderim. Aderam horis omnibus, alimenta sic afferto accommodata corpori manibus ipsa ministrans propriis, ac quod simul idonea copia trajici non poterat, experiendis sæpius sorbitiunculis instillans, nec segniter interea medici oris tumorem, partiumque illarum, omnibus artis deliniamentis ac remediis procurare nitebantur. Verum nec hi nec ego proficiebamus fere quidquam. Dies in his undecim abierant, in magno metu nostro, cum velut non abunde multa magnaque corpus unum in perniciem urgerent mala, calamitas super alias nova incidit, alvi fluxus, non salutaris aut criticus, D
501 sed lethalis prorsus, et reliquias virium tenues in ægro principe, in nobis, qui languentem curabamus, spes statim omnes consumpturus. Ergo jam, et denuntiatione medicorum, et rei evidentia ipsius, oculorumque præsenti fide, imperatoris passim vita conclamabatur. Quo tempore quanta in nos proprie quamque sæva incubuerit mœroris, sollicitudinis, miseriarum omnis generis procella, quis facile dixerit? Eminebat inter omnium lacrymas luctus et pietas Augustæ; quæ quanquam nullam non ederet in jactura charissimi capitis significationem veri amoris, insolabilisque desiderii, tamen ejus quam toto vitæ tempore in periculis ærumnisque variis ostenderat animi præsentiæ ac fortitudinis ne tum quidem oblita est; quin potius istarum laudum clarissima tunc maxime documenta edidit, generosissime doloris cohibens nimiam vim, obfirmansque se contra virili constantia: et velut in Olympico pulvere athleta palmarum plurimarum fortiter eluctatur adversarium, sic illa injicientem virtuti suæ manus, atque undique ingruentem, dejicereque conantem, erecta vi animi dolorem acerrimum sustinens ac repellens. Atqui quantacunque conaretur, facere illa quidem haud poterat, quin quoties imperatorem in isto deploratissimo, in quo is tum erat, statu cerneret (cernebat autem assidue), transverberaretur ipsi animus plaga ingenti, corque intimum funditus succuteretur. Verum

excipiebat eadem immensum impetum irruentis A infortunii pari contentione robustæ virtutis, certamenque durabat obnixis utrinque impulsibus, cum et lethalia doloris vulnera sensus penitus intimos, medullasque velut ipsas animæ pervaderent, et reluctans tamen fortis mulieris constantia sustineret se in statu, pectusque utique, officio generosæ fortitudinis, servaret integrum : interim sane dum oculos et vultum concedere, aliquid perturbationi sineret, oculos, non jam stillatim, sed plenis jugiter fluentes rivis; vultum, ab illo formæ flore mutatum in squalorem maciemque tantam, ut mox abituram animam prominere e summis naribus intuens diceres. Quintus erat supra decimum Augusti dies, feria quinta hebdomadis illius, qua eo anno inculpatissimæ Dominæ Dormitio celebrata est. Ejus diei primo mane cum imperatoris caput nescio quo unguento inunxissent quidam medici, prout ipsis visum fuerat, deinde velut perfuncti, domum quisque suam recessere; non fortuito, neque ob necessitatem ullam, sed quod certis indiciis intelligerent instare obitum imperatoris; quo tempore statuebant non esse sibi committendum, ut testes otiosi tanti mali residerent illic, expositi ad libera odia judiciaque hominum, in præsenti sensu jacturæ propriæ quidquid est obvium culpantium. Tres hi erant facile principes ejus temporis medicorum. Præcellens nimirum ille, de quo superius, Nicolaus Callicles, et alius quidam Michael Pan. . . . . ex genere cognomentum nactus, et. . . . . Michael eunuchus. Interea frequentes Augustam ambiunt domestici, precibusque agunt infimis, sibi ut parcat, seque curet aliquantulum. Tamdudum jam esse ex quo nec somnum viderit, nec cibum sumpserit. Cedat justis desideriis naturæ, nec cladem dum prohibere satagit, geminet. Nihil interim imperatori defuturum; mox vero ipsam cum refectis viribus recens aderit, utilius ipsi obsequium navaturam. Cesserat his monitis, seque ad quietem Augusta receperat. **502** Verum sollicitorum leves et facile solubiles somni sunt. Animo linqui visus imperator curantes commoverat. Hinc orta trepidatio facile perculit imperatricem haud procul decumbentem, et per soporem continuo imaginantem quidquid evenire Augusto poterat tali tempore. Suspicata quod res erat surgit, advolat; in deliquio captum, velut in jam mortuum corpus irruit, amplexibus atque osculis amorem doloremque testantibus. Hinc ejulatus planctusque, ac cætera id genus mœroris indicia ingentis, atque adeo tanti, ut matrona malis impar tanta simul acerbitate ingruentibus, justam offerret spectantibus timendi causam, ne doloris magnitudine statim exanimata concideret. Hinc tali statu conspicatus imperator, tunc commodum sibi redditus e syncope, in media licet morte, mortis tamen et sui, vigentis arbitrio ratio-

D nis, potens, graviter increpavit illam impotentiam mœstitudinis muliebris; nosque una intuens. ..æ, inquam, et tertio genitam germanam meam Porphyrogenitam Eudociam (nam Maria soror nostra tertia, non illa tum quidem imitata sanctam illam sibi cognominem, sedebat juxta pedes mei domini, sed circa caput satagebat, aquam deficienti propinans, non poculo vulgaris formæ, at alio quodam inusitatæ figuræ scypho, quem cypellum vocant : sic conformato, ut per eum trans gingivarum linguæ ac palati tumorem perduci ad guttur aridum liquor posset), ad nos, inquam, duas filias cum matre,

A καὶ . . . ἐπὶ κεφαλῆς συνεστήκεσαν. Εἶχε μὲν . . . ἀνδρεῖον. Ἀεὶ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν κινδύνοις . . . . . μάλιστα δὲ τὸ τηνικάδε ἠνδρίσατο, καὶ τῷ πάθει τῆς λύπης ἐμβριμησαμένη, εἱστήκει καθάπερ ὀλυμπιονίκης πρὸς τὰς δριμυτάτας ἐκείνας ὀδύνας ἀντιπαλαίουσα. Κατετιτρώσκετο μὲν γὰρ τὴν ψυχὴν καὶ ἐταράττετο τὴν καρδίαν, ὁρῶσα τὸν αὐτοκράτορα οὕτως ἔχοντα, ἀλλὰ ξυνέτεινεν ἑαυτὴν καὶ ἐνεκαρτέρει πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἐδέχετο μὲν τὰς τρώσεις καιρίας καὶ τὸ πάθος αὐτῶν καθικνεῖτο τῶν μυελῶν· ἀντεῖχε δὲ ὅμως, καίτοι ἀσταχτὶ ταύτης κατέῤῥει τὸ δάκρυον, καὶ τηκεδὼν κατέλαβε τοῦ προσώπου τὸ κάλλος, καὶ ἐν ῥισὶν ἀπῃώρητο τὴν ψυχήν. Πέντε καὶ δεκάτην δὲ τοῦ Αὐγούστου ἄγοντος, πέμπτη δὲ
B ἦν τῆς τηνικαῦτα ἑβδομάδος ἐκείνης καθ' ἣν ἡ τῆς ὑπεραμώμου Δεσποίνης καὶ Θεομήτορος κοίμησις ἑορτάζεται, πρωΐας ἐπαληλιφότες τὴν κεφαλὴν τοῦ αὐτοκράτορός τινες τῶν Ἀσκληπιαδῶν, ἅττα δὴ τούτοις ἔδοξεν. Ἐκεῖνοι μὲν οἴκαδε ἐχώρησαν οὐ μάτην, οὐδὲ διά τινα χρείαν αὐτοῖς ἐπείγουσαν, ἀλλὰ γνόντες τὸν ἐξ ὑπογυίου ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι κίνδυνον· τρεῖς μὲν γὰρ ἦσαν οἱ κορυφαῖοι τῶν ἰατρῶν, ὅ τε ὑπερφυὴς Νικόλαος ὁ Καλλικλῆς καί τις ἕτερος Μιχαὴλ ὁ παν . . .
ἐκ γένους τὴν ἐπωνυμίαν λαχὼν καὶ . . .
λίθος Μιχαὴλ ὁ ἐκτομίας· ἡ μέντοι . .
κυκλώσαντες αὐτὴν παντὸς τοῦ συ . . .
ἀναγκάζοντος μεταλαβεῖν τροφῆς . . .
C μὴ μεταλαβοῦσα [84] καὶ ὕπνου [85] . . συν-
εχεῖς καὶ ὅλας νύκτας δια [86] . . . ἐπὶ
τῇ θεραπείᾳ τοῦ βασιλέως . . ἐπείθετο.
Ἀλλὰ λειποθυμήσας [87] . . . γενημέ-
νης τῷ αὐτοκράτορι πάλιν . . το ᾔσθετο
ἀποχαραδοκήσασα τὴν . . . ζωήν, κατ-
έβαλέ τε ἑαυτὴν ἐπὶ τοῦ . . . ἐκώ-
κυέ τε συνεχῶς καὶ ἐπλήττετο . . .
ἐφ' οὕτως ἐπιβεβηκόσι κακοῖς, καὶ . .
μὲν αὐτίκα τὴν ζωὴν ἀπερεύξας . . .
νατο δέ. Ὁ δὲ βασιλεὺς καίτοι θανα . .
καὶ καταδυναστεύοντος αὐτοῦ τοῦ . . πε
κρείττων καὶ θανάτου γενόμενος . . ἐκή-
δετό τε τῆς βασιλίσσης καὶ . . φετο τὴν
τοιούτην [88] ἀδημυνίαν [89] με . . θυγατέ-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[84] μεταλαβοῦσαν. [85] ὕπνου τινός. . . . [86] διατελέσασθαι. [87] λειποθυμίας ἐσχάτης. [88] τοιαύτην. [89] ἀδχμονίαν.

ρων ἡ τρίτη δ' ἦν αὕτη καταγεν . . Πορφυρογέννητος Εὐδοκία (6). Ἡ γὰρ Μαρία ἄλλη τις οἷον Μαρία (7) χρηματίζουσα οὐ περὶ τοὺς πόδας τηνικαῦτα καθημένη τοῦ ἐμοῦ δεσπότου ὥσπερ τότε ἐκείνη, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν κεφαλὴν μέρεσιν ἐνασχολουμένη, ὕδωρ ἐδίδου τούτῳ διὰ τοῦ κυπέλλου οὐ δι' ἐκπώματός τινος πίνειν, ἵνα μὴ γένοιτό οἱ πολλάκις δυσκόλως περὶ τὴν κατάποσιν φλεγμαινούσης τῆς ὑπερῴας καὶ αὐτῆς δὴ τῆς γλώττης καὶ τοῦ φάρυγγος ἀναφέρειν τάχα τοῦτον ἐθέλουσα. Ἐκεῖνος δὲ σταθηρὰς μὲν καὶ ἀνδρικὰς διεμήνυε τηνικαῦτα παραινέσεις, ὅμως μέντοι ἐσχάτας. Καὶ τί, φησὶ, προεξάγεις σαυτὴν οὕτω κατατρυχομένη τῇ ἡμῶν τελευτῇ, καὶ ἡμᾶς καταναγκάζεις τοῦ κατεπείγοντος θανάτου προαπελθεῖν. Οὐ βλέψεις οὖν πρὸς ἑαυτὴν καὶ πρὸς τὰ ἐνεστηκότα δεινὰ, ἀλλ' ἔκδοτον σαυτὴν ποιεῖς τῷ ἐπιῤῥεύσαντί σοι πόνῳ τῆς λύπης . . ταῦτα ἐκείνη μὲν [60] . . τῇ [61] βασιλίδι ἀνέξαινε μὲν μᾶλλον τὸ . . μα τῆς συμφορᾶς. Ἐγὼ δὲ παντοία ἦν καὶ δ . . τοῖς τε παροῦσι φίλοις καὶ τοῖς ὕστερον ἐν . . . ένοις ἀνθρώποις τῷ συγγράμματι τούτῳ τὸν . . Θεὸν, ὡς οὐδὲν ἄμεινον εἶχον τῶν . . μὴ . . ἀλλ' ὅλη τοῦ πάθους ἐγεγόνειν ἐνταῦθα, . . καὶ φιλοσοφίας καὶ λόγου καταφρονήσασα. . . ἐπενούμην περὶ τὸν πατέρα καὶ τὰς αὐτῷ . . . καὶ τοῦ σφυγμοῦ τὰς κινήσεις [62] . . . ἀναπνοῆς τοῦ αὐτοκράτορος . . πραγμόνουν. Νῦν δὲ περὶ τὴν μητέρα ἀνεσ·ρ . . ἀνεκτώμην αὐτὴν εἰς δύναμιν. ἀλ . . . τὰ μέρη καὶ παντάπασιν ἀθεράπευτα . . . ὁ αὐτοκράτωρ ἀναφέρειν τῆς ἐσχάτης λει·. . . . . . εἶχε καὶ τῆς Αὐγούστας ἡ ψυχὴ συνα . . . . πείγετο τῷ αὐτοκράτορι. Οὕτως εἶχον . . . . . καὶ ὡς ἀληθῶς τοῦτο δὴ τὸ ψαλλόμενον . . . τίνες θανάτου τὸ τηνικαῦτα ἡμᾶς κατε . . . . . . καὶ τότε δὴ ᾐσθόμην ἔκφρονος ἐμαυ . . . ἐμεμήνειν γὰρ

503 Invalescebat profectibus non lentis exitialis incuratarum, imo incurabilium, partium tumor dolorque; signis ejusmodi palam exstantibus mox secuturæ mortis, ut neminem plane astantium possent fallere. Id Augusta conspicata, sic affecta est, ut sibi prudens quisque subjicere potest secum reputando, vel ex iis quæ jam diximus, vel ex æstimatione amoris tanti. Enimvero ejus anima vi doloris elicita eminebat e præcordiis, haud dubie minans sese abituram simul cum anima Augusti. Væ mihi tum miseræ quam gravis articulo rerum tali sævæ calamitatis moles incidit! Plane, quod Psalmus habet: *Prævenerunt me laquei mortis* [a], et funes velut quidam comprehenderunt fatalis exitii. Nec par sustinendo constiti, fateor ultro; de potestate mentis deturbatam me sensi. Et erat filiæ

A cernebat ex adverso, hanc constantem virilemque, tametsi postremam, admonitionem direxit, Augustam potissimum appellans: *Quid te, misera, ob instantem finem meum mœrore conficis, meque ipsum consternationis tuæ tantæ testem, mori ante mortem cogis? Cogitares te ipsam saltem, futuraque prospiceres. Facile cerneres imprudenter facere te, quæ ita totam animam dolori dedas, viresque ad toleranda postmodum viduitatis mala servandas præmature universas profliges, ut periculum sit ne imminentibus deinde laboribus impar ferendis sis.* Hæc ille quidem admonebat in tempore; cæterum illud ipsum tanti judicii tantæque charitatis tali occasione specimen editum, quo magis se probandum admirandumque offerebat, eo augebatur intensius Augustæ dolor, B vel ex ista suprema commonitione sentientis, qualem virum perderet. Mihi porro inter matris dolore extabescentis, patris extremum spiritum ægre trahentis, tristissima spectacula tum mediæ, quid animi fuerit, usurparunt præsentes oculis qui tunc amici adfuere. Posteri et quicunque in hunc commentarium lectores incident, credant sane confitenti de se, Deumque testem appellare non verenti, extremo me cum mœrore conflictatam, nihiloque affectam levius, quam quibus horribilis mox oppetendæ mortis objicitur facies, adeo totam undique comprehenderat planeque obtinebat perturbatio, rationis juxta philosophiæque plene victrix. Tamen ne utroque simul parente orbarer dabat operam C ingeniosa pietas, ut matri certe solatium vel falsum, minuendo patris malo, afferre conarer. Erat in ea opinione mea parens nosse me artes plurimas, nec medicinæ adeo ipsius rudem esse funditus. Ego illa tum auctoritate sic ad ejus bonum abutebar, ut exploratо crebris tactibus arteriarum pulsu, observato quoque spiritu, et signis id genus circumspectis, melius esse videri pronuntiarem ad matrem conversa, indiciumque ementirer illi certe consolandæ utile. At brevis pio mendacio fides, levis fructus constitit.

[a] Psal. XVII, 19.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[60] μὲν εἶπε. [61] τῇ δέ. [62] κινήσεις . . . περὶ τῆς.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(6) *Πορφυρογέννητος Εὐδοκία.* 425 Alexii filia, cujus meminit Callicles in eo quod descripsimus Epigrammate, et quam Zonaras a patre, filio Constantini Iasitæ (illius forte, quem Anna, lib. v, Itali auditorem fuisse ait) collocatam, et ab eo pessime contra generis dignitatem habitam et offensam, soluto matrimonio, in monasterium concessisse scribit.

(7) *Μαρία.* Quæ Gregorio Gabræ pacta et desponsa ejurato postmodum affinitate, Nicephorum Constantini Euphorbeni Catacalonis filium, sebastocratorem a socero appellatum, duxit, ut auctor est Zonaras. Ex his nuptiis nati Alexius et Andronicus, qui filii τῆς Πορφυρογεννήτου Μαρίας, Annæ αὐταδέλφης, dicuntur in sententia depositionis Cosmæ Patr. CP. an. Chr. 1144, apud Allatium, *De Eccl. Occid. et Orient. perp. consens.* lib. II, cap. 12.

miserabilis furendi causa hinc animam agens pater A in cruciatibus acerbissimis; illinc commoriens eidem mater, meque qua exemplo, qua amore sui eumdem in casum sponte incitatam trahens. Quocunque igitur me verterem, perdita omnia: lataque et sævissimis horrida fluctibus maria velut quædam occurrebant. Rapiebat ad sese tamen meque affligebat sibi cladis ipse fons omnis emoriens pater. Hunc intuebar, hunc servabam, huic extremum jam ægre anhelitum trahenti constans obsequium pii ministerii repræsentabam, nempe is animi deliquium in novum lapsus satagendi causam dabat, mox exspiraturi, ni succurreretur, speciem præferens. Accessit ad caput iterum charissima germana mea Porphyrogenita Maria, et quod prius cum successu tentaverat, frigidam inspersit vultui, eliquatumque e rosis succum in os, ut prius, instillavit. Hic brevi recreatus intervallo pater, intuitusque nos, ac pro sua constante ad extremum nostri charitate, paribus admodum verbis cum iis quæ paulo ante retulimus, matrem nosque allocutus, tertiam in defectionem incidit, cui remedium mutatione cubiculi, translationeque lecti quærendum censuere qui circa ægrum tali loco positum curabant. Transportavimus igitur Augustum in cubili super quo jacebat, in partem alteram palatii qxinque fastigiis insignis, in quo tunc versabatur. Erat enim illa altera pars ad salubrius obversa cœlum, septentriones spectans; nec portarum aut astructarum ullis obicibus ædium ac molium appulsus in eam auræ purioris prohibebatur. Interim vero dum spe recipiendi e novo isto symptomate imperatoris in eo transportando moliebamur, successor imperii actum de vita decessoris satis intelligens, clam elapsus ex iis ædibus in quibus æger decumbebat Augustus, magnum palatium occupare festinavit: admirante quidem, et aliquantum commota, nullam tamen vim expediente civitate. Fuit hæc gravis accessio ad ærumnas Augustæ priores. Palam erat alia deinceps in manu, aliis administrandam consiliis supremam fore potestatem, sese mox simul orbandam conjuge, simul redigendam in ordinem; et viduitatis malum per se intolerabile, servitutis quoque ac mutatæ subito ex summo in infimum conditionis damno cumulandum. Non jam ergo virum solum afflicta luctu Augusta deplorabat, sed Imperium præterea ac principalem auctoritatem; harumque rerum insignia purpuram, diadema, solium; quot quantaque argumenta non reprehensibilium lacrymarum! **504** Itaque illa indulgente dolori justo, nullumque non indicium extremi mœroris ejulatu, fletu, planctu, palam edente, obsecundabam ego quoque in omnibus strenue, præeramque choro gementium altis suspiriis, comasque mecum ac vestes vi doloris discer-

A καὶ οὐκ εἶχον ὅτι . . . μαι καὶ πῇ τράπωμαι, ὁρῶσα τήν τε . . δα εἰς τὸν πόντον ἐμβεβλημένην τῶν συμφορῶν· καὶ τὸν αὐτοκράτορα ταῖς συνεχέσι . . . . . εἰς τοὔσχατον τῆς ζωῆς ἐλαυνόμενον. Ἀλλὰ καὶ . . . . αὐτῷ [63] ἐπιῤῥανθέντος ψυχροῦ καὶ τοῦ τῶν ῥόδων σταλάγματος παρὰ τῆς φιλτάτης ἐμῆς ἀδελφῆς Μαρίας, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἐπέσκηπτε τῇ βασιλίδι, καὶ πάλιν εἰς τρίτην λειποθυμίαν ἐνέπιπτεν . . . . καὶ μετάστασις ἔδοξε τῇ βασιλικῇ κλίνῃ . . . τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα ἐκείνου πονούντων. Καί με . . . καὶ μετεστήσαμεν τὸν αὐτοκράτορα κλινοπετῆ . . . μέρος ἕτερον τοῦ πεντορόφου οἰκήματος εἴ πού γε . . . . . οἱ ἐλευθεριώτερον ἀναπνεύσαντα ἀέρα τῆς λει . . θυμίας
B ἀνενεγκεῖν. Ἀπέβλεπε γὰρ τὸ μέρος ἐκεῖνο πρὸς βοῤῥᾶν. Καὶ οἰκήματα οὐδαμοῦ ἦσαν ἐπι . . . θοῦντα ταῖς θύραις. Ἀλλ' ὁ τῆς βασιλείας διάδοχος (8) προφθάσας ὑπεξῄει πρὸς τὸ ἀποτεταμένον οἴκημα τὸν τοῦ βασιλέως ἐπιγνοὺς ἀναν . . . καὶ ἐπέσπευδε τὴν ἐξέλευσιν. Καὶ ἐπείγετο . . . . μέγα παλάτιον. Ἡ πόλις δὲ τὸ τηνικάδε . . . . . . ἐταράχθη γάρ, οὐ μέντοι καὶ παντάπασιν . . . , ἡ δέ γε βασιλὶς ἐῤῥίφθω τὰ πάντα εἰπ . . . . . . κοκωτοῦ [64], καὶ διάδημα καὶ βασιλεία . . . κράτος ἅπαν καὶ θρόνοι τε καὶ ἀρχαὶ . . . θρηνῳδίας. Συνεπεκώκυον δὲ καὶ . . . . καταφρονήσασα. Καὶ συνεπένθουν . . . καὶ ἐσπάραττον ἑαυτὰς
C γοερὸν ἀνοιμώζου . . . . . . εἰς δύναμιν ἀνελαυνόμεθα ταύτην ἐπὶ . . . σχάται; ἀναπνοαί; ὁ βασιλεὺς ἦν. Καὶ . . . γόμενον ἐψυχοῤῥάγει πρὸς τῇ κεφαλῇ . . . . γῆς ἡ βασιλὶς ἔῤῥιπτο ἔτι ἀμπεχομένη . . . . . καὶ τὰ κοκυβαφῆ [65] πέδιλα καὶ ἐπα- . . . . κατετιτρώσκετο. Καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως . . . φλεγμονὴν τῆς καρδίας. Τῶν δὲ . . . . ὑποστρέψαντες πάλιν καὶ μικρὸν ἐγκα . . . . . ἀπτόμενοι τοῦ καρποῦ τοῦ βασιλικοῦ ἡ . . ἐκεῖpentium, et pectus plangentium; nihil pensi tum quidem habens aut philosophiæ rationes quas suggerebat animus; aut admonitiones intempestivas moderatione in luctum tali præscribentium, aliquando tamen, charitate matris admonita confirmari
D me; conjunxique operam cum astantibus ad Augustam ex acerbissimo isto mœrore quoad liceret recreandam. At ecce frustra id conantibus nobis, oculi omnium nostrum, ut fere semper erant in unum intenti deprehendunt Augustum extremos jam ægre anhelitus trahere. Accurrit ad caput Maria soror, consueto sibi ministerio, quasi exceptura fugientem animam. Imperatrix vero regias vestes humi abjecta lacerabat, calceosque rubros et cætera velut jam falsa indicia dignitatis perditæ sibi avellens ab sese jactabat; tanto motu æstuque ut

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[63] ἀλλὰ καὶ . . . ἐκεῖνος ἀνενέγκας τῆς δευτέρας λειποθυμίας . . αὐτῷ. [64] κωκυτοῦ. [65] κοκκοβαφῆ.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(8) *Ὁ τῆς βασιλείας διάδοχος*. Vide Zonaram in Alexio, et Nicetam in Joanne.

θεν τῶν πληγῶν τῆς ἀρτηρίας . . . . . . ὅμως μέντοι κατειρωνεύοντο τοῦ καιροῦ. Καὶ ἡ . . . . . καὶ ὑπετείνοντο τὰς μὴ φαινομένας χρη . . . . . πίδας. Τοῦτο δὲ προνοίᾳ τινὶ ἐποίουν γινω . . . ὅτι ἅμα τῇ ἀπαγορευούσῃ τῆς ζωῆς τοῦ βασιλέως συναποπνεύσει καὶ ἡ βασιλὶς τὴν ψυχήν. Ἀλλ' ἡ νουνεχὴς ἐκείνη βασίλισσα τούτοις οὔτε πιστεύειν οὔτε ἀπιστεῖν εἶχεν. Ἐπίστευε μὲν τεχνίτας αὐτοὺς πάλαι γινώσκουσα, διαπιστεῖν δ' εἶχεν ὅτι ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς τὰ τῆς ζωῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἑστηκότα ἑώρα. Ἐπὶ τρυτάνης δὲ οἷον ἑστηκυῖα, εἰς ἐμὲ πολλάκις ἐνητένιζε, καὶ τὸν ἐμὸν περιέμενε τρίπουν, ὡς σύνηθες ἦν αὐτῇ κἀν τοῖς ἄλλοτε ξυμπίπτουσι περιστατικοῖς· καὶ ὅ τι ἂν αὐτῇ ἀποφοιβάσαιμι προσεδόκα. Ἡ μὲν ἐμὴ δέσποινα καὶ φιλτάτη τῶν ἀδελφῶν Μαρία, τὸ τοῦ γένους ἡμῶν ἐγκαλλώπισμα, ἡ σταθηρὰ φωνή, τὸ ἁπάσης ἀρετῆς καταγώγιον, μεταξὺ τῆς βασιλίδος καὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἱσταμένη . . . . . αὐτοῦ χειρίδιον διεκώλυεν ἐνίοτε τοῦ, τοῦ . . . πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὁρᾷν. Ἐγὼ δὲ ἐπέβαλον . . . τὴν δεξιὰν τῷ καρπῷ, καὶ τὴν κίνησιν . . . μῶν περιεσκοπούμην, τὴν δὲ πολ . . ἐπιβάλλουσαν τὰς χεῖρας τῇ κεφαλῇ . . . ψοσαν τὴν καλύπτραν. Ἐν ᾧ γὰρ εἶ . . . καὶ τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα μεταμ . . τοσαυτάκις ἐπεῖχον ῥώμην τινὰ . . . μανθάνουσα τῶν σφυγμῶν [66]. Ἠπατώμην. . . . . οὐ γὰρ ῥώμη τις ἦν τὸ φαινόμενόν με . . . . . ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ τῆς ἀναπνοῆς μέγα . . . μα συνδιΐστατο, καὶ τὰ τῆς ἀρτηρίας . . . . . ευμωνος. Ἀφεμένη δὲ τῆς χειρὸς τοῦ Σεβαστοκράτορος, καὶ πρὸς τὴν βασιλίδα διὰ . . . μένη πάλιν ἐπέβαλον τῷ καρπῷ . . . .

Ἀλεξίαν. Ἡ μὲν ἔνυττέ με πολλάκις ὅτι . . . . . . δηλῶσαι τὰ τοῦ σφυγμοῦ [67]. Ἐπεὶ δὲ . . . αὖθις ἡψάμην καὶ ὑπενδιδόντα ἔγνω . . . τὰ τῆς δυνάμεως. Καὶ εἰς ἀσφυξίαν [67] . . . τελεώτατα τὰ τῶν ἀρτηρίων, ἔγωγε . . .

ne membris quidem suis ipsa atque artubus parceret, quos tractu inclementi planctuque lædebat; adeo nullum extremæ consternationis omittebat signum. Hic ejus miseratione adducti quidam, fingere quod optabatur, affirmareque receptum nunc quoque e syncopa Augustum; cujus ad rei fidem faciendam, ubi ægrum accuratius circumspexerant, ubi arteriarum segne micantes pulsus, carpum imperatoris contrectantes, attentiori exploraverant tactu, etsi omnia pejori esse loco sentirent, tamen et vultu et verbo denuntiabant lætiores spes, et contra quam signa omnia ferebant, ipsi fuco et dolo, ut putabant, pio, perseverabant meliora portendi omnia, quo Augustam simul haud dubie cum imperatore morituram, nisi eum lugendi æstum quo efferri vehementissimo cœperat, melius sperando remitteret, ab exitio præsenti servarent. Cæterum imperatrici summa quoque in ista perturbatione judicio utenti, non plane faciebant fidem, pendebatque ejus animus in æquilibrio dubitationis quodam; nam hinc quidem movebat auctoritas hominum utique artificum, et scientiæ medendi consultorum : aliunde tamen esse imperatorem in extremis res præsens ipsa oculique loquebantur. In hac ambiguitate, me ut alias sæpe quando dubitabat intuens, oraculum videlicet operiebatur e tripode meo : et quidquid pronuntiarem exspectabat creditura. Tali rerum articulo domina mea sororum mihi charissima Maria, decus nostri generis, constantis virilisque vocis ac mentis mulier, omniumque domicilium virtutum, inter imperatricem et imperatorem media stans, manu subinde interposita studiose obstabat, ne imperatoris moribundam faciem cernere imperatrix tali exanimanda specie posset. Ego vero satagebam interim quasi ad indicium captandum unde responsum certum expedirem. Dextræ manus summos digitos carpo languentis applicabam : tum manum utramque admovebam capiti ejusdem pileolo ac involucris paulisper nudato. Sensi hæc faciens vegetiores ictus arteriæ quasi robustius micantis : quod facile in significationem latentium adhuc in ægro corpore multarum virium decepta 505 rapiebam. Atqui exhaustis plane jam vitalibus defectum corpusculum illis ultimis conatibus acrium ictuum non ullum quidem suum vigorem testabatur, sed ægerrime longo intervallo per tot morbi moras attractum spiritum toto naturæ impetu reciprocans, commotiore illo vigebat pulsu. Tamen ut quæ cupimus leviter credimus, libenter loquimur, læta ego tum ad astantes meos, Augustam, et sebastocratorem exclamavi, salvas esse res, provocavique ipsi ut tangerent, usurparentque indicia salutem spondentium venarum. Manum quin etiam ipsam sebastocratoris arreptam eo admovi : ac matrem victrici jam fiducia consolans sumere utique jubebam meliores spes. Hinc cum iterum ægroti carpum attrectassem, pupugit is acutis et crebris saltibus explorantes digitos, ut præclare adhuc quidem constaret ad augurium spei motus arteriæ micantis. Verum quod hi, ut dixi, extremi conatus essent naturæ nihil jam sibi facientis reliqui, ubi tertio manum adhibui, deprehendo ecce defectas vires, languentem pulsum et mox desituræ vitæ reliquias debiles, ac jam evanescentes. Percussa ego illico indicio fatali demisi muta vultum in terram cernuum et pallidum; subito per corpus ipsa cohorrescens frigore. Sic manibus ad oculos appressis retro abiens lugebam; quo mater animadverso, statim quid esset rei pervidens, nimirum ut salute ac summa rerum conclamata, moderationis jam

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[66] σφιγμῶν. [67] σφιγμοῦ. [68] ἀσφιγξίαν.

omnis impatiens immensum et insolabilem luctum A acutis longissime continuatis exorsa ululatibus est: cum modum negaret in ea lamentione servari oportere, cujus non privata modo jactura quanta potest esse maxima, sed publica etiam orbis terrarum calamitas ac pernicies argumentum sit. Matris luctum loquor; mihi tum ipsi quis miseræ fuit animus? ac quibus tandem verbis vel quem in me sensi tam diro in casu, vel quem in aliis atque adeo in tota republica et imperio dolorem observare licuit, exprimam? Mater quidem (de illa enim pergam dicere) regium capitis tegmen abjecit, et illos vel exstructos in suggestum, vel circum vibratos in radiorum morem cultro quodam arrepto ad cutem ipsa sibi crines secuit. Rubris quoque indumentis pedum, quæ vel præcipua imperatoriæ B dignitatis insignia sunt, ab se procul abjectis, pro iis dari sibi nigros calceos; nec ipsos exquisitæ formæ aut pretii, sed qui primum occurrerent, petiit. Pallam vero etiam purpuream pulla mutare veste cupiens, difficultate nonnulla laboravit; parum bene id temporis instructo palatino vestiario lugubris ornatus copia. At brevi suppletus is defectus est. Aderat enim tertia soror mea, quæ viduitatis jam experta malum, vestem e suis cistis exprompsit tempori accommodatam, qua imperatrix ad professionem luctus congruente usa, atro se totam ab humeris ad pedes obvolvit pallio, caput quoque velo integens coloris tenebrosi. Quod illa dum agit, imperator sacram animam Deo reddidit, C meusque sol in noctem, heu mihi! perpetuam occubuit. Quis tum non ingemuit? quis non arsit dolore? quosnam ad tam duros animos tantæ tum non pertinuit cladis sensus acerbissimus? Miscebatur undecunque confusus strepitus planctuum gemituumque, vocibus subinde inter **506** confusos ejulatus distincte in cœlum surgentibus, sibi patrem, sibi patronum, sibi curatorem beneficum, eum denique qui sibi unus esset omnia, periisse lamentantium. Ac mihi recolenti jam talia et ex recordatione præteriti in futuram memoriam transmittenti, subit interdum dubitare, ecquid adhuc vivam; an non falsum experientiæ indicium sit, ita ut quod agere quod scribere mihi videor, umbris imaginibusque mentientibus illudar. Ergo et manus oculis applico, palpoque explorans somniumne an vera res sim, quam erat consentaneum magnitudine infandi mali obstupuisse jampridem, ac si minus vitam, certe sensum rationemque perdidisse. Enimvero qui non mirum non prope reprehendendum videatur, eo qui unus auctor, una causa mihi vi-

A κλίνασα τὴν κεφαλὴν αὖος καὶ ἀπόψυκτος ἦν πρὸς γῆν ἀπονεύσασα, καὶ μηδὲν φθεγγομένη, καὶ τὼ χεῖρε ταῖς ὄψεσιν ἐπιβαλοῦσα καὶ ὀπισθόπους γενομένη ἐθρήνουν. Ἡ δὲ, συνεῖσα τοῦ πράγματος καὶ τοῖς ὅλοις ἀπαγορεύσασα, ἐκώκυσέ τε ἀθρόον μέγα . . . διωλύγιον. Ἀλλὰ γὰρ πῶς παραστήσω τὴν κατασχοῦσαν τὴν οἰκουμένην ἅπασαν συμφοράν; Ἢ πῶς τὰ ἐμαυτῆς ἀποκλαύσωμαι; τήν τε βασιλικὴν καλύπτραν ἀπέθετο καὶ τὰς ἐκείνας ἐθείρας μαχαιρίδιόν τι λαβοῦσα ἐν χρῷ διέτεμε· καὶ τὰ κοκκοβαφῆ . . . τῶν ποδῶν ἀποῤῥιψαμένη, μέλανα . . . ἐδεῖτο τὰ προστυχόντα. Ἀλλάξασθαι δὲ . . . τὴν πορφυρίδα βουλομένη μελαίνης ἐσθῆτος, προχείρως ἱμάτιον (9) οὐχ εὑρίσκετο. Ἐξ ὧν δὲ ἡ τρίτη τῶν B ἐμῶν ἀδελφῶν εἶ . . φίων καταλλήλων τῷ καιρῷ καὶ τῷ πράγματι χηρείας καὶ πάλαι κακοῖς ὁμιλήσασα, λαβοῦσα ἡ βασιλὶς ἀμφιέννυται. Καὶ τὴν . . . καὶ ζοφώδη καλύπτραν ἐπέθετο τῇ κεφαλῇ. Καὶ ἐν τούτοις ὁ αὐτοκράτωρ τὴν ἱερὰν ψυχὴν (10) ἀφῆκε Θεῷ. Καὶ ὁ ἐμὸς ἥλιος ἔδυ. Ἐφ . . . . . . οἱ μὴ ἀπὸ πάθους ἁλισκόμενοι τὴν . . . . ἐθρήνουν. Ἐκόπτοντο γοερὸν ἄνοι . . εἰς οὐρανὸν τὰς φωνὰς ἀνέπεμπον . . τὸν εὐεργέτην. Τὸν τὰ πάντα αὐτοῖς . . . . παύσαντα ἀποκλαιόμενοι. Ἐγὼ μὲν οὖν . . . πιστῶ ἐμαυτῇ εἴπερ ζῶ τε καὶ γράφω. Καὶ μνημονεύω C θανάτου τοῦ αὐτοκράτορος. Καὶ ἐπαφῶμαι τῷ ὀφθαλμῷ μή ποτε ἄρα ὄναρ ἐστὶν ἀλλ' [69] ἔκστασίς τε . . . καὶ παρακοπὴ καὶ πάθος περὶ ἐ . . καὶ ἀλλόκοτον. Πῶς γὰρ ἀποῤῥυέντος . . . τοῖς βιοῦσιν ἐγὼ συντάττομαι καὶ συν . . . ζῶσιν. Ἢ πῶς οὐ συνεπαφῆκα καὶ . . . ψυχὴν ἢ εὐθὺς ἐκπνεύσαντος . . . καὶ ἀναίσθητος ἀπωλόμην. Εἰ δὲ μὴ . . . . . πόνθει, πῶς οὐκ ἀπό τινων ὑψηλῶν καὶ μετεώρων αὐτὴν ὤθησα, ἢ κατὰ κυμάτων ἐν . . . . ποντίων συμφοραῖς μεγάλαις

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[69] ὄναρ ἐστὶ τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν ὕπαγο . . . δέ γε καὶ μὴ ὄναρ ἐστιν ἀλλ'.

Car. Dufresnii Du Cangii notæ.

(9) *Ἱμάτιον*. Codinus, *De off. aulæ CP.* cap. 17, n. 26, de imperatrice: Εἰ δὲ τύχοι οὖσα χήρα, τὸ μὲν βάϊον κατέχει, καὶ ἱσταμένη, καὶ καθημένη· φορεῖ δὲ ἔνδυμα μέλαν, λεγόμενον ἱμάτιον, καὶ μανδύαν ὀξύν. Est igitur ἱμάτιον propria Augustarum viduarum vestis.

(10) *Τὴν ἱερὰν ψυχήν*. Excessit e vivis Alexius sub noctem 18 Kal. Sept., quo die celebratur ab Ecclesia Deiparæ Assumptio, Feria hebdom. 5, an. 1000, juxta Græcos 6636, Chr. 1118, indict. 11. Vixit annos circiter 70, imperavit 37, menses 4, dies 15. Illius corpus humatum in monasterio quod ædificaverat, et Christo τῷ Φιλανθρώπῳ sacraverat. Hæc Anna filia, Zonaras, Glycas, Nicetas in Joanne, Codinus, *De orig. CP.* pag. 79 edit. Reg. Ducas, cap. 1; Petrus Diac. lib. IV, *Chron. Cas.*; Will. Tyrius, lib. XII, cap. 4; *Histor. Hieros.* II, part. an. 1118, *Chron. Malleac.* an. 1118, Ægid. de Roya, an. 1118, Alexii sepulchrum etiamnum exstare in templo τῆς Παμμακαρίστου, quod hodie *Patriarchium* vocant, auctor est Mart. Crusius, in *Turcogr.* pag. 189.

τὴν ζωὴν ἔγραψα. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄρα κατὰ τὴν τραγῳδίαν πάθος καὶ ξυμφορὰ θεήλατος ἧς οὐκ ἂν ἄχθος . . . οἴμην ἐγώ. Οὕτω γάρ με ὁ Θεὸς συμφορῶν μεγάλων πεποίηκε καταγώγιον. Ἀπεβάλομεν τοσοῦτον φωστῆρα τῆς οἰκουμένης τὸν μέγαν Ἀλέξιον καὶ . . . μὴν ἡ ψυχὴ τοῦ ταλαιπώρου ἐπετρόπευε σώματα . . δη καὶ ὁ μέγιστος λύχνος. Μᾶλλον δὲ ἡ πάμφωτος ἐκείνη σελήνη. Τὸ μέγα τῆς Ἀνατολῆς καὶ Δύσεως πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Ἡ βασιλὶς εἰρήνη. Καὶ . . ῶμεν καὶ τὸν ἀέρα ἐμπνέομεν. Εἶτα ἄλλων . . ἄλλοις κακῶν γεγονότων, καὶ πρηστήρων μεγάλων καταιγισάντων ἡμᾶς, ἐπ' αὐτὸ τὸ κορυφαιοτάτων [70] τῶν κακῶν ἰδεῖν τοῦ Καίσαρος θάνατον . . λάθημεν. Καὶ τετηρήμεθα τοσαύταις κακῶν περιστάσεσι. Μετὰ γάρ τινας ἡμέρας τοῦ κακοῦ δυναστεύοντος καὶ τῆς τέχνης ἀπαγορεύοντος, εἰς πέλαγος ἀθυμίας ἐμαυτὴν διαφεῖσα. τοῖς ὅλοις ἠγανάκτουν τοῦτο μόνον ὅτι καὶ ἡ ψυχή μου παρῆν ἐν τῷ σώματι. Καὶ εἰ μὴ ὡς ἔοικεν ἀδα . . τις ἦν ἢ ἄλλης τινὸς φύσεως διάπλασις . . καὶ ξενίζουσα, κἂν ἀπωλόμην εὐ . . . . . μυρίους θανάτους ἀπέθανον. Νιόβην μετά τινων τερατευομένην ἀκούομεν . . . εἰς λίθον μεταβαλοῦσα διὰ πένθος . . εἶτα καὶ μετὰ τὴν ἀμοιβὴν τὴν εἰς . φύσιν παραπέμπουσαν τὸ πάθος ἀθά . . καὶ εἰς φύσιν ἀναίσθητον· Ἐγὼ δ' ἄρα καὶ . . μηθεστέρα ἐκείνης ὅτι καὶ μετὰ τὰς μεγίστας . . . τῶν συμφορῶν μεμένηκα οὕτως αἰσθη . . ἄρα πρὸς πέτραν ἄψυχον ἀμοι . . . ἀπορέειν δακρύων ἔμενον . . ἀναισθήτως ἔχουσα πρὸς τὰς συμφορὰς . . . τοσαῦτα ὑπενεγκεῖν δεινὰ καὶ εἰς . . . . παλάτια ἐξ ἀνθρώπων ἐπεγείρεσθαί μοι ἀῤῥητα . . . δυστυχέστερον [71] καὶ τὸν [72] τῆς Νιόβης . . . μὲν μέχρι τοῦδε φθάσαντα τὰ ζεινὰ τῆς . . . . ἔληξεν. Ἤρκει ἄν, ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν βασι . . . . . καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος συμφορὰ καὶ τὰ ἐκείνων . . . ήματα, εἰς ἐκτριβὴν ἡμετέραν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, νῦν δὲ ὥσπερ ποταμοί τινες ἐξ ὑψηλῶν ὀρῶν καταῤῥέοντές μου . . . σίτε τὰ τῶν δυστυχημάτων ῥεύ-

A vendi fuit, vivere desinente, perseverare me tamen superstitem, et in numero viventium ex eo funesto tempore tandiu censeri? Quanto erat verius utiliusque exspirare me una cum parente, prodeuntique ejus animæ meam comitem adjungere: sicque orbitatis mala lucri facere; quæ qualia quantaque futura essent, si jam tum ita præsentire præsagiendo potuisse, uti postea experiundo comperi, plane arbitror mihi tunc futurum fuisse optabilius, alto ex culmine in præceps statim perituram dejici, aut etiam vastis procellosi maris ad certum exitium exportandam dari fluctibus, quam in eas servari calamitates, quæ vitam deinde meam universam ex illo puncto fatalis oræ crudeliter infestam habuerunt, B vere siquidem usurpaverim illud de tragœdia:

Quæ damna casus, quæque vis major solet
Mortalibus creare, cuncta pertuli.

Deo nempe visum magnarum me calamitatum diversorium velut quoddam ac quasi gymnasium facere. En amisimus tantum hoc luminare totius orbis, magnum Alexium. Orbæ familiæ quæ membra colligeret foveretque, supererat lumen illud alterum, vel luna potius quædam pleno collucens orbe, Irene Augusta, illa Orientis Occidentisque res et cura communis, ac nomen ubique celeberrimum. Hæc quoque occidit nobis; et iteratæ huic jacturæ superesse ferreæ ac plusquam ære solidæ possumus; adhucque aerem spiramus. Quin etiam ad alias procellas, ad novos fluctus longe vehementissimos, C atque adeo ad ipsam, malorum summum, Cæsaris mortem rigiditate plusquam adamantina duravimus: quod equidem qui fieri potuerit, ipsa in qua factum est, miror maxime; nec mirari satis queo. Quomodo, inquam, per tot infestissimos malorum ingentium incursus eluctari hunc in diem vivendo suffecerim. Ego quæ non expers sensus, nec ad doloris aculeos hebes esse soleo, ut vel in illis probavi casibus, quando arte omni ac philosophia excussa, maloque plane prævalente, ac frenis perturbationi remissis, in mœroris quoddam pelagus æstu tristitiæ abrepta me ultro ipsam abjeci, pertæsa omnium, vitam quoque ipsam ægre ferens, animæque indignans ipsa meæ, quod morari adhuc sustineret in corpore. Enimvero nisi quæ- D dam adamantina, vel fortiori adhuc compacta

materia naturæ meæ constitutio foret, mortua esse jam millies debueram. Nioben et quosdam audimus
507 alios a compositoribus fabularum narrari solere, magnitudine doloris mutatos in naturam alteram; in hanc tamen, licet cassam sensu, luctus perpetuitatem sui transmisisse; ac postquam obriguerant facti ex hominibus lapides, tamen vulnera doloris primi, lacrymis perennibus consuevisse testari. Ego caute quavis Marpesia durior, post parentis utriusque, duorum clarissimorum omnis memoriæ principum, luctuosissimos obitus vita

incolumi spectatos, etiam ad cladem perferendam quæ meum mihi Cæsarem eripuit, plusquam saxea perstiti: nec quod tantis ex tam alto incidentibus molibus malorum anima pariter corpusque meum prorsus obtrita non sint, causam dicere aliam queo præter stuporem incredibilem et pene vituperabilem, in cujus velut ultionem coire nunc quoque non desinunt novi confluxus calamitatum maximarum. Quæ quidem velut amnes torrentissimi ex altissimis montibus in meam domum ut in voraginosam aliquam corrivati cavitatem, eam rapiunt fe-

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[70] κορυφαιότατον. [71] δυστυχέστερον. [72] τῶν.

runtque, et usque ad imum excavant, atque exinaniunt rapacissime. Sed finis aliquando faciendus est; ne promissam ipso nomine ac professione Historiæ delectationem lectori, supra modum indulgens luctui, operis clausula corrumpat.

Finit ubi vitam Comnenus Alexius, illic
Nata quoque ipsius finit Alexiadem.

A ματα . . ὡς εἰς μίαν χαράδραν συγκαταλύζουσαν [73] . . . τὴν ἐμὴν οἰκίαν. Τέλος γοῦν ὁ λόγος . . . μὴ καὶ ἀναγράφοντες τὰ λυπηρὰ ἐμπικραινοίμεθα.

Λῆξεν [74] ὅπου βιότοιο Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός.
Ἔνθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Ἀλεξιάδος.

Variæ lectiones ex cod. Coislin.

[73] συγκατακλύζουσαν. [74] Hoc distichon deest in manuscripto.

GLOSSARIUM ANNÆUM

SIVE

DECLARATIO VERBORUM QUÆ SINGULARI AUT RARA NOTIONE AB ANNA COMNENA USURPANTUR.

—

A.

Ἀγουροί. Exstat locus, lib. VII, pag. 203 : Μεταχαλεσάμενος τὸν Τατίκιον ἐνετείλατο συμπαραλαβεῖν τούς τε καλουμένους ἠνδρειωμένους τῶν Ἀγούρων. Hujus loci Latinam interpretationem cogitanti mihi cum parum satisfacerent quæ ad illum in suo Glossario Meursius adnotavit, necesse habui consulere oraculum, quod fefellit nunquam, R. P. Dionysii Petavii. Is statim uno verbo rem absolvit. Admonuit enim subitariis litteris : Ἀγουροὺς ἠνδρειωμένους esse videri eos qui cum inter ephebos honorarios in obsequio imperatoris apparuissent, jam per ætatem maturi militiæ ab ipso in fidam notorum militum cohortem conscripti tanquam eximii commendarentur. Cui sane notioni totus loci conspectus et sententiæ ἀκολουθία favet unice. Indicavit sententiæ suæ fundum testimonium Eustathii in Ὀδυσσ. ρ, sub finem. Quo loco doctissimus ille grammaticus nomina Græca quibus differentiæ ætatis humanæ designantur ex Alexione referens, ubi longo censu pervenit ad puberes, sic habet : Ἐν δὲ Κυρήνῃ τοὺς ἐφήβους Τριακαδίους καλοῦσιν, ἐν δὲ Κρήτῃ, Ἀποδρόμους, διὰ τὸ μήπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. Ἀχαιοὶ δὲ, Κούρους. Θρᾷκες, Ἀγουρούς, ὡσαύτως καὶ Ἀττικοί. En Ἀγουροὶ non jam ὄμφακες, *uvæ acerbæ*, sed pueri puberes, idque Thracibus, ubi Constantinopolis et Alexius, honorarii more hodieque recepto ministri principum, quos deducto a pædagogio nomine *pages* nostri vocant. Qui Latine nostra hodie scribunt ephebos Græco verbo Latinis litteris solent dicere. Hinc confido fore ut æquo lectori mea verborum initio descriptorum versio probetur. In hæc verba concepta : *Accersito Taticio mandavit ut sumptis secum e pædagogio aulæ regiis pueris, bello jam maturis* (*cohors erat e re nomen nacta, ut epheborum in virile robur adultorum diceretur*), etc. Solitum enimvero esse Alexium Augustum cohortem habere lectam eorum quos ministerio domestico probasset a pueris, indicat Anna cum aliis multis hujus Historiæ locis, tum uno quem ad specimen describam ex lib. XI, pag. 333, ubi loquitur in hunc modum : Δυνάμεις δὲ πολλὰς μετὰ τοῦ Βουτουμίτου ἐξέπεμψε, ἄνδρας μαχιμωτάτους. Καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Βάρδαν, καὶ τὸν ἀρχιοινοχόον Μιχαὴλ, ἀκμάζοντας καὶ ἀρτιφυεῖς τὸ γένειον· οὓς νηπιόθεν προσλαβόμενος ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐκπαιδεύσας, ὡς εὐνουστέρους τῶν ἄλλων τῷ Βουτουμίτῃ παραδίδωσι. Ad quem locum versionem quoque nostram hic ascribam : *Butumiten ire jussit in Ciliciam cum copiis lectissimis, atque adeo flore ipso militiæ Romanæ, viris omnibus fortissimis, et experimentis magnis probatæ virtutis. Erant in iis Bardas et pocillatorum princeps Michael, florentes ætate juvenes, et prima lanugine malas signantes, quos a prima ætate imperator, nutritos apud se, imbuere rudimentis militaris artis per seipsum tanti duxerat heroica puerorum indole, studioque sui ac fide majore delectatus*, etc. Vide quæ dicturi sumus ad vocem Ἀρχοντοπῶλοι.

Ἀγράρια. Nempe ἀγράριον apud Annam naviculæ tectæ genus est. De quo cum nihil habeam quod addam ad Meursium, quem nec compilare nec retractare, nisi sicubi necesse fuerit, animus est; hactenus sit satis. Nam de etymo quæ conjecturæ succurrebant, tanti non est exsequi.

Ἀήρ. Lib. XV, pag. 463 : Τῶν οὕτω καλουμένων Μαλάγνων αὐτὸν τὸν ἀέρα κατέλαβε. Malagna montis nomen proprium ἀὴρ τοῦ ὄρους qui dicatur hoc loco, divinandum est. Phavorinus sic aerem describit : Οὐ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις εἰσὶν, ἄνω, κάτω, ἔσω, ἔξω, δεξιᾷ, ἀριστερᾷ, καὶ ἡ κυκλοφορικὴ κίνησις. Ex hac e vulgi sensu accepta notione factum ut aeris vox non tam elementi naturam quam loci

situm interdum signet. Id cernitur in illo Virgilii (*II Georg.*) :

> *Aut quos Oceano propior gerit India lucos,*
> *Extremi sinus orbis : ubi aera vincere summum*
> *Arboris aut ullæ jactu potuere sagittæ.*
> *Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.*

Aer summus arboris est extremus apex ramorum ac frondium altissime exsurgens supra silvam reliquam. Et his conjecturam capienti de loco qui est in manibus videri poterat aer montis esse supremus ejus vertex. Verum intercedit huic suspicioni ἀκολουθία ipsa loci et ratio sententiæ, quæ exigit ut aer Malagnorum sit non editissima montis ejus pars, sed mari vicina maxime, imminensque opportune, rostrum quoddam aut caput promontorii ad appulsionem solutionemque navium. Statim siquidem additur Augustum simul istum *aerem* attigit, regia munere missa imperatricem in arce maritima commorantem accersivisse : Ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ τὸν ἀέρα καταλαβεῖν, διὰ τοῦ βασιλικοῦ μονήρους μεταπέμπεται τὴν Αὐγοῦσταν. Imo, ut apparet, eo ipso animo ac spe conficiendæ deportationis hujus locum istum insederat imperator : ut vel inde satis verisimile sit aerem vocatum promontorii excurrentis in mare caput undique portuosum et accessu facile. Sic Ausonius in Mosella, *templi aerem* vocat non quodcunque medium spatium inter cameram et pavimentum fani : sed insignite nodum sive umbilicum mediæ fornicis prominenter exstantem e magnete lapide in speciem Cauri flantis conformato : cui opposita statua ferrea Arsinoes, innata vi lapidis Herculei tracta in altum, suspensa suspendebat animos admirationemque spectatorum circum hiantium : quod solidum signum gravis materiæ admotum arcana vi tholo medio testudinis delubrum superne contegentis, ibi hæreret nullo fulcro, talem objectans suspectantibus speciem quasi solo crine inhærens nucleo cameræ justæ molis puella inde penderet. Versus Ausonii sic habent :

> *Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aulæ*
> *Dinochares, quadro cui in fastigia cono*
> *Surgit, et ipsa suas consumit Pyramis umbras.*
> *Jussus ob incesti qui quondam fœdus amoris*
> *Arsinoen Pharii suspendit in aere templi.*
> *Spirat enim tecti testudine Corus Achates :*
> *Afflatamque trahit ferrato crine puellam.*

Sic in pileo despotæ Sciadio dicto : de quo Codinus, cap. 3, num. 1, pag. 45, edit. Reg., ἀὴρ vocatur nodus cinguli clarissimis e gemmis pretiosissimo textu nomen despotæ ipsius inscriptum ostentans intuentibus contra. Erat enim ille nodus (Gretserus noster non male umbonem vertit, ob quamdam similitudinem umbilici clypeorum), erat, inquam, pretiosi et auro clavati diadematis, quo redimiebatur pileus despotæ, quasi fibula ista, et emblema fulgentissimum, ex congestis margaritis, in partem anteriorem obversum atque adeo emicans e fronte summa. Non facit huc notio alia nominis ἀὴρ, juxta quam velum quo sancta operiuntur in altari aer dicitur. Colligit testimonia Meursius. Cui addo : videri indicatam hoc verbo vel subtilitatem tenuis ac pretiosi panni quo vela talia constabant; quo more ingeniosi scriptores telas subtilissimas ventos textiles, aut nebulas cohærentes vocare solent : vel adhibitum huc, nomen ἀὴρ, quatenus caliginem et tenebras sonat, ad designandum obumbratione ista contegentis veli augustam velut quamdam caliginem offundi mysteriis, et sacras tenebras quibus ad venerationem vulgo commendentur.

Ἀμφίρυχος. Lib. VIII, et lib. XIV : Genus sine dubio navis. Videri posset corrigendum ὀμφηρικὸς *ambiremis*, quo verbo Thucydides est usus : nisi satis expertus uti Annam sæpiuscule novis vocabulis, temperandam putassem criticam manum. Quin etiam non usquequaque ἀμφηρικὸς Thucydidis ad hujus loci sententiam facit. Hic enim res exigit hoc verbo intelligi navem apertam undique, ad speculationem liberam riparum amnis, quales ἀμφιρρῶγας Suidas appellatas docet : quasi dicas fractis undique obicibus vectoribus circum omnia cernendi puram facultatem dantes. Speculatorias, si bene memini, dixit Livius, lib. II Decadis primæ. Græci autem, ut Plutarchus in Catone, κατασκοπικὰ πλοῖα : quam vocem Latinitate donatam ab Hirtio habemus, lib. V, imo et a Tullio lib. V Epistolarum ad Atticum. Cæterum si quis pro priore ambiremis ἀμφηρικοῦ notione ambitiosius contendat, haud difficile concesserim, utramque hic significationem in unam inclusam vocem, ut ἀμφίρυχοι νῆες et apertæ et duobus utrinque remis agitatæ naves sint.

Ἀνθρώπως. Peculiari et juridica ratione usurpatur ab Anna hoc nomen libro præsertim XIII, sæpius ad significandum ὑποχείριον δοῦλον subjectionem professum alicui principi ratione feudi ab eo accepti. Vide verbum λίζιος, inferius suo loco.

Ἀντίληψις. In instrumento pacis confectæ Baimundum inter et Alexium Augustum lib. XIII sonat liberalem gratiam et concessionem clementem ac beneficam.

Ἀπόκρεω et Ἀποσπάς. Cum nihil addendum habeam ad ea quæ viri doctissimi de his vocabulis adnotarunt, causa hic morandi non est.

Ἀποστολεύς. Qui classi præest. Vide Suidam; usurpatur lib. XIII in Pacificatione Baimundi.

Ἀριστήριον. Lib. XIV, pag. 443. Ἡ δὲ Αὐγοῦστα περιχαρὴς γεγονυῖα ἐδέξατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοιτῶνος θύρας, ἀριστήριον τοῦτο πάλαι ὀνομαζόμενον. Suspicari licet ex notatione vocabuli fuisse hanc Gynæcei palatini exhedram in qua imperatrices cibum sumere consueverant. Ut sit ἀριστήριον ἀπὸ τοῦ ἀριστεῖν *prandere*. Quod si ita est, parum verisimile fuerit idem esse ἀριστήριον cum Ἄρεως οἴκῳ cujus meminit Procopius, lib. I Persicorum ubi de incendio urbis et palatii : Καὶ τῆς, ait, βασιλέως αὐλῆς τὰ ἐκ τῶν προπυλαίων ἄχρι ἐς τὸν Ἄρεως λεγόμενον οἶκον, καυθέντα ἐφθάρη.

Ἀρχοντοπῶλοι. Filii veteranorum militum in unum agmen sic dictum conscripti, lib. VII, pag. 204. Ἀρχόντων nomen vel militares magistratus,

ut centuriatus, tribunatus, et similes indicat: ut hi fuerint filii non gregariorum sed gesto magistratu probatorum militum: vel eadem notione sumitur qua principum vox in militia Romana. Ubi Principes, Hastati, Triarii, species sunt militum etiam præfecturam militarem non gerentium. Πώλου terminatio ὑποχοριστικὴ *diminutiva* est Græcis recentibus. Quod, quia viri docti abunde docuere, novis auctoritatibus, quod erat facile, putidum et supervacaneum fuerit adstruere conari. Tantum addam, quod ad Ἀγούρων quoque superius explicatam vocem et cohortem referri potest, vel plane ad hoc genus pertinuisse cohortem trecentorum eximiam, lib. XIII, sub initium descriptam; vel certe similis instituti ac generis fuisse. Verba loci laudati sic habent: Τὴν νέηλυν στρατιὰν ἐκ τῆς συντάξεως πάσης ἀπολεξάμενος· καὶ οὓς μᾶλλον αὐτὸς ἀνεθρέψατο καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐξεπαίδευσεν (hi manifeste ad classem τῶν Ἀγούρων pertinent), ἀρχηγοὺς στρατευμάτων κατέστησεν. Ἦσαν δ' οὗτοι ξύμπαντες τριακόσιοι, πάντες νέοι, καὶ εὐμήκεις, σφριγῶντες τὸ σῶμα, καὶ ἕκαστος τούτων ὀρτίχνους τὸ γένειον, etc. Paulo inferius sub medium libri ejusdem XIII, memoratur cædes Caræ cujusdam qui ex cohorte τῶν Ἀγούρων ἠνδρειωμένων fuisse videtur. Sic enim Anna: Πίπτουσι τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων πολλοί. Καὶ αὐτὸς ὁ Καρᾶς νηπιόθεν τοῖς γνησίοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος προσληφθεὶς καὶ καταλεγείς.

Αὐτοκρατόρισσα. Imperatrix, lib. XIV.

B.

Βεστιαρῖται. Lib. IV, pag. 109, τῶν δὲ οἰκειοτέρων οὓς βεστιαρίτας ἡ συνήθεια καλεῖ. Omnes hos fuisse custodes imperialium vestium (sic enim viri docti βεστιαριτῶν nomen exponunt) equidem vix credo. Quomodo enim isti aut tot fuissent ut ex iis numerosa cohors pugnaturum acie Alexium sequeretur? aut soli ex aulicis ac domesticis omnibus ad dimicandum asciscerentur? Videtur potius ex verbis Annæ βεστιαρίτας dictos communiter vulgari lingua fuisse omnes domesticos domus Augustæ qui statis in palatio ministrantes officiis familiæ imperatoriæ imputabantur. Certo fortasse colore aut modo vestium (ut hodie fieri consuevit) ab aliis distincti, indeque appellationem nacti.

Βλαττία. Recitat Anna, lib. III, pag. 93 et 94, epistolam Alexii Augusti ad Henricum regem Alemanniæ, qua inter alia imperator testatur se regi ex pacto misisse centum quadraginta tria millia nummorum et centum Blattia, ἑκατὸν βλαττία. Quid hæc Blattia sint equidem disquisivi diu: quo potissimum omnia indagantis suspicio sederit, hic proponam obnoxie ac timide. Existimo volumina fuisse panni holoserici ostrino colore tincti, *cent pieces de velours ou satin rouge cramoisy*, ita ut materiæ simul et coloris genus vocis unius emphasi jungantur institutione peculiari Græcorum sequioris ævi. Primum omnium Blattam dici purpuram, ostrum, muricem, ac coccum (unus enim populari usu color rubeus splendens, tot istis inter se diversis signatur nominibus), blattam, inquam, dici purpureum quemcunque fucum, doctissime demonstrat Andreas Resendius, lib. I *Antiquitatum Lusitanicarum*, tum aliis veterum testimoniis adductis, tum his Sidonii versibus, lib. XI Epist. ad Tonantium:

Rutilasque ferte blattas
Recoquente quas aheno
Melibœa fucat unda
Opulentet ut meraco
Bibulum colore vellus, etc.

Idem auctoritate Vopisci, Capitolini, Eutropii, Pauli Diaconi, Isidori, Venantii Fortunati, et aliorum astruit Gretserus noster, lib. II Observationum in Codinum, solidius, ni fallor, quam ut satis fuerit eruditum scriptorem Notarum posteriorum in Cedrenum, tribus contra verbis excipere: nihil esse nisi *nugas et nullius momenti commenta quæ circa blatteum colorem, id est roseum vel purpureum, et Græcum* βλαττίον, *ex nominum allusione velut e Delphica tripode, enuntiat sparsim Gretserus in Codinum*. In quo præterea (quod pace viri docti et religiosi dictum velim) humanitatem ejus adversus hominem de religione ac litteris bene meritum requiro. Afferri solet Cassiodori quoque manifestum in eamdem sententiam testimonium. Sed res minime dubia testimoniis non eget. Blatta, vermis genus triticei ac ferruginei coloris, usurpatum jam olim scimus pro verme minuto coloris micantissime flammei, ac viva rubedine saturi qui oritur ex granis fruticis Arabibus *Kermes* dicti: ex quo est nomen celebris apud officinas antidoti (confectionem Alkermes, vocant) quod in ea locum vel præcipuum baccæ hujus fruticis habeant: cujus item ex nomine vulgatum illud nostris saturæ purpuræ vocabulum natum qua *rouge cramoisi* quasi rubrum Kermesinum dici solet. Hinc quia ex granis hisce fucus purpureus quo vestes inficiuntur exprimitur purpura ipsa *grana* Lusitanis dicitur: imo et Græcis κόκκος, quod genericum, non minus quam vermis, nomen est, ad hanc tamen speciem usu addictum. Jam quia grana hæc industria infectorum certo modo et spatio temporis in areis expansa et subinde vappa vel cervisia rigata, vertuntur in vermiculos pellucentes cruore florentissimi coloris, quo vestes imbutæ amœnissime fucantur, invaluit ut purpura, vermis ac vermiculus appelletur, Græce σκώληξ aut σκωλήκιον, unde putatur in vulgares linguas emanasse *scarlacæ* nomen, Galli *escarlate* dicunt. Qui etiam pro ruberrimo fuco, *vermillon* vermiculum, passim usurpant. Neque id cœpit χθὲς καὶ πρώην, cum omnium antiquissima lingua sancta locis sane plurimis etiam primi et vetustissimi scriptoris Mosis, vocem תולעה, quæ vermem sonat, pro purpura usurpet, uti videre est Exod. XXV, 4; XXXV, 35; XXXIX, 3; Levitici XIV, 4 et 6. Tum præterea Job XXV, 6; Isa. I, 18; XIV, 11; XLI, 14; Thren. IV, 5; Jonæ IV. 7; Nahum II, 3,

et alibi. Sed omittere non possum locum eximium ex Psal. xxi, 7, ubi juxta Vulgatam nostram : *Ego vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis.* Loquitur eo psalmo Christus, et prophetice prænuntiat minutissimas quasque partes ac peristases passionis suæ, quas in narratione rei gestæ attenta comparatione recognoscere multo est jucundissimum. Iis porro quæ descripsimus verbis singulariter designatur illud opprobrium quod Christus gravissimum pertulit, quando conscissus flagris, et præterquam toto corpore cruentatus, etiam coronatus spinis, productus ad Judæos a Pilato est; ita deformatus, ut vix pro homine agnosci posset, nisi, ut pictorum rudium ævo simplici conatus imperfecti juvabantur inscriptione addita, quæ doceret esse hominem id quod illi simulare cogitarant, ita Pilatus verbo admonuisset esse illum hominem : *Exivit Jesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum : et dixit eis* (Judæis Pilatus) : *Ecce Homo* (*Joan.* xix, 5). At hæc loci alterius. Satis sit hinc legisse obiter in rem præsentem, illic in vermis nomine alludi acute ac prorsus eleganter ad purpureum vestimentum quo tunc opertus ad ludibrium Christus fuit. Quanquam in Hebræo תלעה alia etiam insignis allusio est ad crucifixionem imminentem ex paronomasia vocis תלה quæ sonat de ligno suspendere ac crucifigere. Hactenus habemus purpurei coloris notionem in blatta; mihi vero id non sufficit, qui existimem etiam genus serici textus ac bombycinæ materiæ Blattii verbo designari : ita ut Blattia non quivis panni purpurei, sed serici sint. Primum, observo sæpe ista conjungi mentione apud scriptores. Ælius Lampridius in Heliogabalo : *Paraverat funes blatta et serico et cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret.* Quibus in verbis merito quærat aliquis: quæ materia blatta sit a serico et cocco distincta? ac fortasse non male suspicetur prius et expositive accipiendum, hoc sensu : *Paraverat funes blatta, hoc est, serico et cocco, sive filis sericis coccinei coloris intortos*, etc. Flavius Vopiscus in Aureliano : *Cum ab eo uxor sua peteret ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit :* Absit ut auro fila pensentur; *libra enim auri tunc libra serici fuit.* Hæc ille in quibus notari cupio : cum dicitur libra serici, non sericum quemcunque pannum, sed simul blatteum, hoc est purpureum intelligi : uti et cum fila dicuntur auro pensari, fila bombycina cocco tincta cogitanda sunt, adeo hæc usu et pretio conjuncta vices sibi invicem ad mutuam significationem præstant. Itaque et paulo ante cum dixit Vopiscus idem : *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit ; neque alteri utendam dedit*, non quamcunque forte, sed purpuream significavit, ut tanto cohærentius sequatur quod statim infert de negato uxori pallio blatteo, ex holoserico purpureo videlicet. Sed pergamus exempla dare conjunctæ mentionis coloris et texti. In Codice Theodos. leg. 18, tit. de Murilegulis qui est 20 libri x : *Quoniam trecentas pene libras blattæ sericæ clandestina fucatione*, etc. In Codice Justiniani sericoblatta uno vocabulo legitur. Et alibi sæpe similia videre est ; nam hic jam æquo longiores sumus. Hinc factum ut sola mentione coloris purpurei, usu tacito sericæ materiæ species indicaretur. Narrat ecce de Nerone Suetonius : *Aureo eum reti piscatum et funibus purpura coccoque nexis.* Quis hic aliud intelligit quam funes sericis filis purpureis intortos? Quos eamdem rem memorans *blatteos* apprime in rem nostram dixit Eutropius, uni voci significationem serici textus et coccinei fuci subjiciens. Quid Græci? (Recentiores hos dico Byzantinarum tractatores rerum) quam multa hujus consuetudinis exempla suppeditant? Nicetas unus sit satis. Aliorum testimonia occurrent ultro legentibus. Is ubi in Alexio Comneno Juniore, libro iii, in plerisque codicibus habet ἄνευ τῶν βλαττίων, alia lectio, (quæ utcunque putetur marginalis adnotatio, veteris certe grammatici est ; et ut in re tali, de notione vocis usitata suo tempore, auctoritatem habet) alia, inquam, lectio habet πλὴν τῶν σηρικῶν νημάτων. Alibi Nicetas βλαττία πολλὰ χρυσᾶ. In quæ verba paraphrasis docti grammatici sic habet : σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ. Alia omitto. Hæc enim abunde sunt ut recte videatur in universum statuisse Salmasius Notis ad *Hist. Aug. script.* pag. 391, recentiores Græcos βλαττίον *non pro blatta vel purpura* sola, *sed pro nemate serico blatteo usurpasse.* In quo puto Græcos rationem habuisse aliquam originis filorum sericorum quæ a verme, hoc est blatta (nam Blatta interdum commune nomen vermis est) producitur, vulgo bombyce dicto. Unde filum ipsum ac tela ex eo texta bombyx dicitur. Quin etiam nomen ipsum vulgatissimum serici, non a Seribus populis aut patria eorum, quod vulgo putant, si Hesychio quidem credimus, ducitur, sed a sere verme sive blatta. Ita enim Hesychius : Σὴρ σκώληξ ὁ τὴν μετάξαν ἐργαζόμενος, hoc est, *Ser vermis sericum vellus efficiens.* Quare serica vestis peculiari ratione blatta, blattea vel blattia dicitur. Præterea illud admonuerim : cum duplex scriptura sit nominis βλαττίον ; altera geminato τ, altera ea simplici littera : quæ hactenus diximus tantum convenire τῷ βλαττίῳ, quomodo scribit et Anna nostra et Cedrenus in Tiberio III, ubi memorat στολὰς σωληνατὰς ἀπὸ βλαττίου. Ex quibus fortasse tum Nicetæ loca tum Codini quæ βλατίον scribunt cum τ ψιλῷ, corrigenda sunt. Quod vero ratio sententiæ alicubi exigit ut βλαττίον volumen sit, ortum videri potest ex eo quod panni ejusmodi serici antequam in partes secti assutique in vestes essent, in volumina complicabantur βλαττία vulgo vocitata. Postremo illud monere non omittam non esse contra rem ac sententiam nostram stabilitam hic a nobis locum illum Codini, cap. 4, n. 20, ubi mentio est λευκοῦ βλαττίου. Ut enim omittam

etiam candorem purpuræ tribui, Horat. *Sat.* VI, lib. II :

Rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos ;

sane ferrum igne concepto, quod candens dicitur, purpureum fulgorem habet. Ut non pertendam meo jure quamvis eminentiam splendentis in suo genere coloris purpuram interdum appellari. Unde purpureæ nives dictæ reperiuntur. Illud modo dico eo ipso quod Codinus significare volens logothetæ pileum ex serico albo splendenti esse, vocavit illud λευκὸν βλαττίον, satis indicasse βλαττίον solum, sericum esse purpureum, quæ opinio nostra est æqui lectoris arbitrio subjecta.

Βλάχοι. Lib. VIII, pag. 227 : Καὶ ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο (βλάχους τούτους ἡ κοινὴ καλεῖν οἶδε διάλεκτος). Et tamen *Blachi* populorum nomen est Mœsiam superiorem incolentium, qui hodie Valachi vocantur, olim fortasse ex Scythis nomadibus et hamaxobiis vagis in iis denique sedibus conquiescentes : unde invaluerit ut proprium antea sectæ atque instituti nomen genti postmodum adhæserit. Neque enim nunquam studia in generis appellationem transeunt in similibus. Occurrunt nunc Corsi sive Corsicæ insulæ cultores qui quoniam opportunitate littorum et marium illecti piraticam olim studiose factitabant, inde vulgari vocabulo piratas *corsaires* dicimus : uti et latrones *brigands* vocamus quod Brigantes olim Magnæ Britanniæ populi latrociniorum infamia flagrarent : ut omittam Chaldæorum nomen sæpius olim astrologiæ studium quam locum patriæ designasse. Cui geminum est quod sacrarum Litterarum interpretes adnotant in illis verbis Proverb. XXXI, 25 : *Sindonem fecit et vendidit et cingulum tradidit Chananæo*, Chananæum dici mercatorem. Sed nullus sit finis si curem congerere cuncta ejus loci exempla. Unum addam de quo fuerit operæ pretium monuisse. Joannes Sinnamus, cujus Historiarum libros rerum narrationem indidem ubi Annæ nostræ *Alexias* desinit auspicantes Latina versione deproperamus brevi prodituros, libro secundo meminit deprædationis Mysorum quæ inter Cilicum et Antiochiæ Syriæ fines exerceretur. Unde autem tali loco Mysi? Nempe Mysos viles personas et mancipia intelligit, significatque magnum numerum rusticorum et vilium capitum captos et servituti fuisse addictos. Id adeo inde ortum suspicari fas est quod Mysorum gens despicabilis et servituti nata olim proverbio locum dederat ἔσχατος Μυσῶν, cum alicujus infima vilitas exaggeranda cum hyperbole esset. Cicero pro Flacco, sect. 65 : *Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est quam si quis despicatui ducitur ut Mysorum ultimus esse dicatur*, etc.? Igitur ut Mysi mancipia dicti, ut bello capti dura et inclementi servitute habiti Sclavi sive Slavi vocitati, sic, *Blachi*, cum gentis vagæ proprium esset nomen, appellative postea designaverit instabilis et desultoriæ vitæ Barbaros, ἑλόντας τὸν νομάδα βίον, erraticæ et nusquam habentis domicilium vitæ sectarios.

Βραχιόνιον. Τῶν Βλαχερνῶν lib. II. Est opinor murus sive ambitus exterior, suburbio Constantinopolitano *Blachernæ* dicto circumdatus.

Βρέβια. Catalogi vasorum sacrorum et possessionum Ecclesiæ lib. VI, pag. 157 ; sumptum ex usu veteri Ecclesiæ Latinæ. Etenim Optatus libro I, testatur : chartam in qua conscripta essent bona ecclesiastica *brevem* proprie vocatam.

Βρύσις. Lib. XV, non longe ab initio καὶ στρατοπεδεύει κατὰ τὴν βρύσιν τοῦ Καρυκέως καλουμένην. Non est dubium quin βρύσις sit fons. Id vocis ipsum etymon clamat. Est enim a βρύω scaturio. Præter eas auctoritates quas recitat Meursius alieno, ni fallor, loco, nempe in verbo βρισίον, quod alterius originis et significatus est. Puto autem designari peculiariter verbo βρύσεως locum ipsum scaturiginis ex quo protinus hauritur : ad differentiam πηγῶν καὶ κρηνῶν illarum quæ operibus in urbes inducebantur, cujusmodi erat ἡ ἐννεάκρουνος Athenis. Sed horum fontium origines oportebat altiori esse situ, unde per pronum quo erat opus deduci possent. At βρύσις videtur dici fons humilior, qualem optabat Juvenalis (sat. III), *villice culti horti*, *puteum* nempe *brevem*, hoc est, non altum, *nec reste movendum*, verum unde manu sola cum situla demissa haurire liceat. Quanquam funem a βρύσει non excludit Codinus, cap. 7, *De Officiis*, num. 16, pag. 91, edit. Reg. ubi sic habet : Κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀκολουθῶν τῷ βασιλεῖ (ὁ Πιγκέρνης) ἔφερε κωθώνιον μετὰ ἁλύσεως· ὡς ἂν εἰ ἐν χρείᾳ γένοιτο πιεῖν αὐτὸν ἀπὸ βρύσου (al. βρύσης, forte βρύσεως, ἢ ποταμοῦ) δῷ τοῦτο (melius forte legas τούτῳ) καὶ πίῃ. Ibi ἅλυσις non tam ad commodius ferendum suspensum e catenula pocillum, quam ad hauriendi usum accommodatam mentionem habet. Non nego tamen πηγὴν et βρύσιν sive βρύσην esse synonyma. Nam quem locum Βασιλακίου βρύσην Curopalates continuator Cedreni vocitatum ait, ubi effossi Botaniatæ Augusti jussu Basilacio sunt oculi, Anna nostra diligentius totam Historiam Basilaciani belli ac cladis referens πηγὴν Βασιλακίου dictum ait. Non, quemadmodum vir doctus in novis ad Codinum Notis nuper docuit, pag. 95, edit. Regiæ, quod *ab effossis Basilacii oculis sanguinis fontes erupissent*, in quo nihil excæcato Basilacio proprium fuit ; ut omittam, quo tunc modo excæcationes istæ fiebant admotione laminæ candentis, videri citra missionem sanguinis perpetrari solitas ; sed quod contigerit excæcari Basilacium prope fontem ex hoc deinde casu cognominatum. Videsis Annam sub medium libri I Corrigenda hinc obiter prava lectio, et ex ea nata non recta interpretatio loci Curopalatæ in Botaniate, pag. 866 editionis Regiæ : Καὶ ἔκτοτε ὁ τόπος ὠνόμασται βρύσις τοῦ Βασιλακίου. Quæ sic reddit interpres : *Et ex eo tempore locus ille appellatus est fremitus Basilacii.* Legere

enim maluit βρῦξις quam βρύσις, contra codicum fidem; parum, ut suspicari pronum est, habens compertum, quid id vocis esset.

Βυκάνη. Lib. XI, ante medium, al. βυκίνη buccina. Sic μήχανη machina, τρυτάνη trutina.

Γ.

Γενούσιος. Lib. XI, Γενούσιος στόλος classis Genuensis.

Γήπεδα. Lib. XV, post medium. Hanc vocem enarrat Eustathius ad *Iliad.* δ, his verbis: Γήπεδον μέντοι, τὸ ἐν πόλει προκείμενον οἰκίας, οἷον κηπίδιον. Hoc est γήπεδον *vocatur fundus aut terræ puræ spatium intra urbem contiguum ædibus, cujusmodi est hortus.*

Γλῶσσα. Præter usitatissimam omnibus vocabuli hujus notionem, aliam ei valde, ni fallor, singularem Anna nostra subjicit, dum sic lib. XIII, sub medium pag. 394, scribit: Σκοποὺς ἐν διαφόροις ἐξέπεμπε τόποις, περιαθρεῖν τὰ περὶ τὸν Βαϊμοῦντον, καὶ γλῶτταν αὐτῷ ἐκεῖθεν κομίσαι. In his satis apparet γλῶτταν dici certum et exploratum de hoste nuntium. Locutio est vel origine Gallica, vel sacris expeditionibus e Græcia in Galliam a Gallis reportata; certe hodieque vel maxime vigens. Sic enim vulgo dicimus: *Prendre langue des ennemis.* Usurpatur item alibi ab Anna γλῶττης nomen pro terræ tractu mari prætento, aut potius in mare incurrente. Allegoria nostratibus quoque non insueta, qui ejusmodi promontoria vocant *langues de terre.* Locus est lib. XII, post med.: Κατ' αὐτὴν τὴν γλῶσσαν σκοπέα κατέλιπον. Nisi γλῶσσα fretum aut trajectum hic potius sonat.

Γόνατος. Lib. XI, pag. 311. Nomen turris Nicænsis.

Δ.

Διαλαλιά. Edictum, admonitio, *cri public*, lib. VIII, post med.

Διακράτησις. Possessio, lib. XIII, in pacis instrumento Baimundum inter et Alexium.

Δουκάτον. Lib. XIII, ducatus, *le duché.*

Ε.

Ἐαρινὸς καιρός. *La campagne*, omne tempus quo bellum geri sub dio potest, a vere ad autumnum. Lib. IX, initio.

Ἐγχόρηγα. Dicuntur lapides ad structuram peregre advecti, non indidem ubi ædificatur sumpti, lib. III. Portus Constantinopoli Bucoleon appellatus, dicitur ornatus jam olim fuisse δι' ἐγχορήγων καὶ μαρμάρων. Lib. XI paulo ante finem, arx ad Laodiceam exstructa dicitur δι' ἐγχορήγου, nimirum ex materia longe navibus importata. Sic enim loci sententia exigit quam qui attendet intelliget arcem in hostili solo et in sabulo trepide structam non nisi aliunde illata ædificari materia potuisse.

Ἐθνικόν. Τὸ ἐθνικόν. Militia auxiliarium gentium, lib. IV. Aliquando dubitabam, an non ecclesiastice vox ea ibi usurparetur pro infidelibus qui multi militabant sub Alexio: Turci saltem. Iterum repetitur lib. VI.

Ἐκεῖσε. Peculiari notione usurpatur ab Anna pro ἐπέκεινα, *ultra*, ad designanda loca trans limitem. Sic eadem alibi, ἐκεῖσε τοῦ Δανούβεως ῥέοντα, de quodam fluvio ultra Danubium. Et initio lib. XV, ἐκεῖσε de Asia dicitur; quippe ultra fretum sita. Scribebat videlicet Anna Constantinopoli cis Hellespontum.

Ἐμπεριβόλως. Lib. V extremo, Anna hoc adverbium impendit explicando characteres Itali Sophistæ cui στρυφνότητα καὶ τὸ ἐμπερίβολον tribuit. Hoc quid sit explicare non hujus operæ fuerat verba duntaxat nova exponere aggressæ: nisi Lexica vulgaria parum hic feliciter susceptam provinciam gererent (Henr. Stephan. tom. I *Thes.* col. 696; Constantinus verb. ἐμπερίβολος) Aiunt enim λόγον ἐμπερίβολον orationem esse ornatam et elegantem, nec exacte, nisi fallor, nec satis ad mentem ejus unde hauserunt Budæi τοῦ πάνυ, qui plane subtiliter et erudite vocis hujus notionem edisserit, pag. 467 Commentariorum suorum, edit. Paris. anni 1548; concluditque perspectis omnibus τὸν ἐμπερίβολον λόγον opponi τῷ καθαρῷ puro sermoni nudoque: a quo multum non abhorret Annæ nostræ sententia: quæ Itali orationem tectam, sollicitam, cautionibus præmunitam, indeque minime puram ac simplicem fuisse docet. Nam elegantiam quidem adeo ei nullam tribuit, ut passim barbarismis et stribiliginibus lutulentam fluxisse reprehendat.

Ἐξισώτης, pag. 250. Judex, prætor, inspector præsens et compositor rerum in provinciam cum potestate missus. Vide Suidam et Notas Post. in Cedrenum, ad pag. 591.

Ἐξιππάζεσθαι. Lib. IV, post medium: omissis equites equis subito pedites in hostem vadere.

Ἐξκουβιταί. A recto singulari, ἐξκουβιτής. Sic plane legendum lib. IV, circa medium, ubi codex noster ἐξουβιτῶν, sine dubio ullo, pro ἐξκουβιτῶν, habet. Porro ἐξκουβιτής idem quod ἐξκουβίτωρ, quod vocabulum cum et Meursius et Carolus Annibal Fabrotus in suis Glossariis diligenter enarraverint, verbum non addam.

Ἐξκουσάτος. Nomen navis. Lib. X, post medium: Ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου, ἐξκουσάτου παρὰ τοῖς ναυτικοῖς καλουμένου. Comes hic secundus fortasse is aut ei similis fuerit quem contramiralem nostri dicunt: cujus navis a prætoria secunda *Excusata* vocari solita esset a nauticis.

Ἐξουσιαστής. Lib. XI, post med., princeps, toparcha, dynasta.

Ἐξουσιοκράτωρ. Lib. XIII, sub med.: Τὸν ἐξουσιοκράτορα Ῥωμίσκην τὸ δεξιὸν ἐπέχοντα κέρας. Militaris id magistratus nomen.

Ἐξώπολον. Forte melius ἐξώπυλον, lib. VI, pag. 180, exterior ambitus murorum.

Ἐπισκύνιον. Antiquæ institutionis vox; sed in qua nonnihil Anna nostra καινοτομεῖ. Id quo intelligatur, quam necessario, tam breviter repetendum est, quod notionis huic verbo subjecerint veteres. Eustathius ad *Odyss.* η: Ἐπισκυνίου ἡ ἑρμηνεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς αὕτη· ἐπισκύνιον ὑπὲρ ὀφρὺν ἐποφρύδιον. Idem alibi nempe ad *Iliad.* ρ: Ἐπισκύνιον δέ ἐστι, κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν, ἐπίδερμον ὃ ἐπιχαλᾶται τοῖς τῶν λεόντων ὀφθαλμοῖς καὶ καλύπτει αὐτοὺς προνοίᾳ φύσεως, οὐ τοσοῦτον διὰ θυμὸν ὅτε σκύζεται τὸ θηρίον, ὃ ἐστιν ὀργίζεται, ὅσον ἵνα, μὴ βλέπων τὰ ἐπιῤῥιπτόμενα βέλη, δειλαίνηται. Ex his, adjuncto scholiaste Nicandri qui ἐπισκύνιον esse ait τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν μέρος, ἤτοι δέρμα, satis constat hoc vocabulo significari pellem imminentem oculis, et eos superne protegentem, quæ in leonibus laxior est, et demitti solet cum ira feruntur, providentia quadam naturæ id agentis, ne conspectu telorum generosus impetus ejus bestiæ retardetur, quæ inde audax et fortis irruit, quod cæca rabie præceps fertur; pellibus superciliorum eo sese inferius demittentibus, quo ira majori effervescit irritata bellua. Quare illud ex naturæ peritia, ad furoris emphasim vehementissimi ab Homero de leone dictum est *Iliad.* ρ:

Πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτον.

Hinc Cæsarissa nostra imaginem mutuata est elegantis allegoriæ, transferens ἐπισκύνιον ad significandum capitis tegmen usitatum professoribus vitæ monasticæ, quod ipsa *cucullium* alibi vocat. Id solet ad specimen modestiæ longe infra oculos demitti et vultum atque os inumbrare; tristitiamque illam venerabilem et religiosam inducere, quæ etiam, non ira sola, verbo σκύζειν et σκυδμαίνειν unde est ἐπισκύνιον, designatur, si bonis grammaticis credimus: qui non improbabiliter autumant inde esse metagrammatismo quodam τὸ σκυθρωπὸν καὶ σκυθρωπάζειν. Alibi etiam Anna eadem coronam imperialem superne clausam et concavam, ac videlicet frontem ipsam usque ad supercilia tegentem, translatione non minus apta, ἐπισκύνιον appellat lib. IX.

Ἐπισκοπή. Lib. XIV. Videtur esse domus aut palatium episcopale Tripolitanum in quo velut in loco sacro, deposita imperatoris pecunia est a legatis ejus.

Z.

Ζατρίκιον. Accipio ultro et comprobo conjecturam Meursii ζατρίκιον ludum esse latrunculorum, vulgo schaccorum, opinantis. Satis id suadent quæ ex Achmete et anonymo de arte Persica testimonia recitat. Nec abludit Anna: cujus narratio exigit, ut hic ludus ejusmodi fuerit qui a sedentibus, atque adeo recumbentibus, posset exerceri: quandoquidem patrem suum ait, tædium noctis insomnis accitis collusoribus, ita ut erat, decumbentem adhuc, *ante lucem*, isto remissionis genere fefellisse, quod nemo non videt apte quadrare in schaccorum ludum. Unum miror, excipere Meursium, minus sibi quam vellet in hoc favere Theocriti scholiasten, quasi is potius ζατρικίου nomen ad calculorum ludum referat. En scholiastis hujus locum integrum, quem oppido mutilum Meursius descripsit. Sic ille annotat adjillum versum idyllii V:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.

ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κοινολέκτως λεγόμενον ζατρίκιον. Ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσαντες οὐ δύνανται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα, κινοῦσι καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λίθον, τὸν οὕτω βασιλέα καλούμενον. Hæc ibi. Quæ Latine reddam equidem, ut etiam qui artis ludendi quam Græcæ linguæ consultiores sunt, suæ schaccomachiæ artificium in zatricio agnoscant: *Cum dicit poeta:* Et a linea lapidem movet, *dictionem transfert a consuetudine ludentium eum ludum quem vulgo zatricium dicunt. Illi enim postquam omnibus tentatis haud se aliter reportare victoriam de collusore posse sentiunt, movent ad extremum a prima linea lapillum, nempe illum qui rex appellatur.* Sic ille. Quæ verba schaccotechniæ periti sese agnoscere responderunt, submoturosque facile calcularios, si vindicare illa tentent, una exceptione: fuisse olim scrupeos et e lapillis schaccos, cum hodie frequentius eburnei tornentur aut buxei. Sed hæc isti viderint. Illud nostræ πραγματείας est disquirere cujus sit originis vox ζατρίκιον, Græcæ an barbaræ. Sunt qui magnopere contendant verbum esse Persicum; etenim hodieque latrunculorum ludum Persis *zatrang*, vel *zatreng* appellari. Plinianus contra exercitator, pag. 1130, ζατρίκιον dictionem esse contendit mere Græcam, et in Persidem profectam e Græcia. *Quis* enim, inquit, *nescit hujus ludi inventionem Græcis deberi? a Græcis igitur ad Persas res ipsa cum nomine transiit.* Hæc ille: in quibus astipulantem nequaquam habet Annam nostram, prout videre licet, pag. 360, ubi mentione ζατρικίου facta, hæc mox subjungit: Παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων τρυφῆς ἐξευρημένων, καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐληλυθός. Tamen constanter Græci grammatici, quorum ratio non immerito habendi videatur, ζητρεῖον, sive ζατρεῖον, a quo ζατρίκιον extensum est ὑποκοριστικῇ ἐπενθέσει, Græcæ origini vocabulum vindicant. Sonat autem ζατρεῖον pistrinum, ergastulum, servorum carcerem, aut tormentum. Auctor Etymologici ζητρεῖον τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον, ἤγουν τὸν μύλωνα, quod mox edictum addit quasi δήτρειον, ἀπὸ τοῦ δέω quod est ligo, et τρέω τοῦ φοβοῦμαι. Nam pœnæ caput ἐν ζατρείῳ vinculorum incommodum erat, quibus ad cippum alligabantur infelices, et per longas illic moras tabescere sinebantur. Unde etiam ipse ille cippus proprie ζητρεῖον dictus, si Moscopulo credimus, ζητρεῖον κοινῶς ὁ κοῦσπος. Ἔστι δὲ εἶδος κολαστηρίου ᾧ οἱ δοῦλοι ἐδεσμοῦντο. Aut idem, aut similis res fuit ille codex, de quo Propertius, lib. IV, eleg. VII,

illo versu : *Codicis immundi vincula sentit anus*, et Juvenalis, Sat. II, dum ait : *Residens in codice pellex*. Verum Suidas distinctius explicat genus horum vinculorum, dum innuit stringi solitus miserorum pedes paratis intra cippi crassitiem angustis loculis : Ποδοκάκη, inquit, ποδῶν κάκωσις ὁ λεγόμενος κοῦσπος. Nec abludit Latino-Græcus glossator, apud quem ita legitur : *Cuspus*, ξύλινον σανδάλιον. Idem astruunt Glossæ Basilicorum dum κουσπάτορας φυλακιστὰς esse docent. Κούσπους γὰρ (addunt) ξυλοπόδας καλοῦσι. Referunt etiam, Salmasius loco jam laudato, et Carolus Annibal Fabrotus in Glossario Cedreni, locum huc pertinentem ex Lexico inedito bibliothecæ Regiæ Ζατρίκιον ὁ κοῦσπος τὸ τῶν δούλων κολαστήριον, ubi jacet illa ipsa vox integra cujus originem disquirimus; quam inde verisimile fit ludo latrunculorum non nisi metaphorice aptatam, cum proprium antea usum haberet in significando pœnali servorum codice. Quis autem divinet unde hoc sic invaluerit, ut supplicii vocabulum ad remissionem transferretur ? quam multa similiter instituta cernimus quorum aliam nemo causam queat reddere nisi arbitrium talia primum incepiantium ? Cogitabam aliquando, an non, quoniam qui vincti attinebantur in ergastulis ac custodiis, tædii causa fallendi soliti essent indulgere forte ludo isti, quo, quam solam habebant reliquam vinctis pedibus manuum promovendis calculis libertatem usurparent, inde fieret ut nomen loci ubi ludus latrunculorum frequentaretur, ludo ipsi adhæresceret : præsertim cum facile potuerit cippus intra quem inferne crura fugitivorum aut alio nomine pœnas luentium servorum constricta premebantur, superiori sui parte coæquatus esset in superficiem committendis latrunculis plagularum descriptione paratam : unde simul ζατρίκιον esset et κοῦσπος. Nisi forte alii verisimilius autumant pedes impedientis cippi vocabulum ludo latrunculorum per translationem accommodatum, quod quæ in eo velut in scena quadam quasi personæ repræsentantur rex, regina, equites, etc., *mandris et vitreo latrone clusæ* exhibentur, ut Martialis loquitur, Epigr. LXXI, lib. VII, hunc ipsum innuens ludum. Etenim in prima structione aciei quæ ludi principio fit, proceres, tanquam alligati ad cippum servi, in extrema linea ponuntur, suo quilibet affixus discolori quadro : a tergo quidem clausus extremo Zatricii margine, quasi muro carceris, a facie vero impeditus longo oppanso versu latrunculorum velut custodum militum, hodie *pedites* vocant : qui sic producta linea prætenduntur, ut majorum calculorum commovere sese queat nullus, quoad peditum obstantium contextus alicujus submotione perrumpatur. Mandras igitur hic poeta vocat plagulas quibus schacchi majores insident affixi. Latrones autem minoris molis scachos, vulgo *piétons*, dicit : quos vitreos dum appellat, ex ea tum materia frequentius factos innuit. Sed hæc curiosius exsequi vix est tanti.

—

Η.

Ἧλος. Multis locis, non clavus, sed cuspis ac ferrum lanceæ, quæ Christi Domini latus fodit.

Ἡμιλοχῖται. Lib. X, sub finem : Ἀλλὰ τὸ μέσον ἔχειν τῶν ἡμιλοχιτῶν. Nova et hæc vox. Videntur ἡμιλοχῖται quasi Triarii fuisse : qui pugnantibus aliis subsiderent, servantes se ad incerta belli, ut fusis, si forte, fractisque suis, integri prælium sumant. Non sunt puri λοχῖται insidiatores. Sed eorum simile habent quippiam, idcirco ἡμιλοχῖται.

K.

Καβαλλάριοι. Lib. XIII, sub finem : Οὐχ ἱππεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπλῖται, ut Anna ipsa illic exponit : significans milites gravis armaturæ καβαλλαρίων nomine censeri, tametsi pedites sint : quod a glossatoribus Græco-Barbaris non animadversum, ideo notatu dignum videri potest.

Κάθετος. Lib. XIII, sub medium : Ὅπως τοὺς μὲν καθέτους τούτους ἄνδρας ἀβλαβεῖς διατηρήσειε. Κάθετος hic est projectus in periculum aut perniciem certam. Elegans id quidem, sed non vulgo usitatum ; ideoque hic notandum. Puto Annam habuisse in animo ἀμνὸν κάθετον, de quo Harpocration verbo κάθετος, quod exponit ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός · qui nimirum porriciebatur in medio fluctus periturus.

Κάμινος. Vulgo *fornax*. Sed Anna pro *pyra* usurpat lib. XV.

Κανικλεῖον. Lib. XI, sub finem : Ἀπὸ τῆς τοῦ κανικλείου ἀξίας μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου προχειρισάμενος. Vide Meursium et glossarium Cedreni.

Κάπαναι. Nam pro καπάνοις rescribendum puto καπαναῖς. Est autem καπάνη Thessalica dialecto idem quod ἀπηνή, vehiculum aut rheda. Eustathius ad *Iliad*. λ', pag. 799 edit. Frobenianæ, ubi enumeravit quædam vocabula quibus adventitia littera præfigitur ut χλιαρὸν, πήγανον, σμίλαξ, σμύραινα · quæ citra epenthesim dicuntur λιαρὸν, ἤγανον, μίλαξ, μύραινα, huic generi accenset καπήνην nostram, sic statim subjungens Καὶ τὸ καπάνη ἀπήνη, ὅ ἐστιν ἀπήνη. Τετταλοὶ γὰρ ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, τὰς ἀπήνας καπήνας ἔλεγον, ὅθεν καὶ καπανικὰ παρ' αὐτοῖς τὰ ἁμαξιαῖα. Ὡς δηλοῖ, φησὶν, Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Λυδῶν δεῖπνα καὶ Τετταλῶν, ὧν τὰ Τετταλικὰ πολὺ καπανικώτερα. Hæc ille quæ abunde sunt ad notionem declarandam τῆς καπάνης · a qua tamen videtur recedere Pollux, lib. I, cap. 10, ubi nomenclaturam variarum currus partium reddens virgam currus mediam καπάνην proprie dictam asserit : Ἡ δὲ μέση ῥάβδος καπάνη.

Καστέλλιον. Quasi diceres Castellulum, munitiunculam videlicet exigui ambitus, lib. XI.

Κατάλυσις. Lib. VI, post medium : Ἀλλὰ τὰ τῆς βοηθείας ἐντεῦθεν κατὰ τὸν νοῦν τοῦ αὐτοκράτορος εἰς κατάλυσιν τοῦ Ἀπελχασὴμ περιίστατο.

Κατάλυσις ibi positum videtur ἀντὶ τοῦ, ἀπόλυσις, liberatio.

Κατεπάνω, 94. Κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων verto : *Præpositus dignitatibus*. Puto esse ab ἐπάνω præposito κατά. Bis reperitur in epistola Alexii ad Henricum libro tertio. Quod Meursius hanc vocem exponens Redemptorem vectigalium vertit, generis nomen speciei tribuit. Videntur enim οἱ κατέπανοι, vel ut melius scribitur hoc loco, οἱ κατεπάνω, dicti fuisse præpositi cuilibet rei, ut hic dignitatibus, *les surintendants*. Itaque censeo hanc vocem Græcæ originis et analogiæ plane diversam ab alia mere barbara sequioris Græciæ usu trita κατέπανος, aut κατέπανις, vel etiam καπετάνιος *capitaine* de qua glossographi sat multa.

Κάτεργον. Triremis. Vide glossaria Meursii et Fabroti ad Nicetam, lib. x, post medium : Ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου.

Καύκιον. Caucium, lib. III, in epistola Alexii ad Henricum jure opinor meo in interpretatione retinui sonum ipsum vocis barbaræ ejusdemque πολυσήμου. Nam et hydriam et calicem et nummum sonat. Ex quibus notionibus secunda maxime in hunc locum quadrat ; nec vana fortasse suspicio sit, si quis calicem sacrum ad usum sacrificii ex gemma solida sardonyche factum hic intelligat. Vide Meursium.

Κέλλα. Lib. XV, Cella monachi.

Κληρικοί. Clerici, episcoporum asseclæ, lib. XIII, in Instrumento pacis : Οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι Ἀμάλφης Μαῦρος, καὶ ὁ τοῦ Ταρέντου Ῥενάρδος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κληρικοί.

Κόμητες. Tritior hæc vox est usu posterioris Græciæ quam ut de illa notandum hic sit quidquam distinctius, præsertim cum in ea copiosus sit Meursius, quem consulas licet. Addo tantum præter notissimam istam notionem dignitatis, aliquando simplicius usurpari hanc vocem ut antiquæ voci Latinæ *comes* respondeat, et asseclam aut viæ socium sonet. Lib. XIV, sub medium de principibus Gallis ad imperatorem cum magno comitatu adeuntibus : Ὁπόσους ἂν ἕκαστος τῶν κομήτων ἐβούλετο συμπαραλαμβάνων εἰσῄει. Ibi tamen ambigua oratio est et si vox κομήτων referatur ad ἕκαστος, ut recte potest, nihil innovabitur in ejus significatu, sed tantum si referatur ad ὁπόσους.

Κομιτούρα. Lib. XI. Militia propria cujusque comitis. Conjunctis enim ad oppugnationem urbis Nicææ Latinorum omnibus copiis, comitum sive principum unusquisque, in loco certo cuique assignato proprias sub signis peculiaribus habebat copias. Has castrorum et exercitus universi partes, quarum unaquæque sub proprii comitis præfectura erat, κομιτούρας Anna vocat.

Κονοσταῦλος. Præter annotata a Meursio, Κονοσταῦλος nomen est dignitatis non ut hodie singularis et unicæ in toto regno, sed quæ multiplicationem admitteret : adeo ut multi simul Conostabli esse possent, uti hodie mareschalli, quos vocant. Id indicat Anna, lib. XIII, sub medium, dum Baimundum falsis adversus quosdam suorum delationibus perturbatum, anxie deliberasse ait : Τίνας ἀντ' αὐτῶν Κονοσταύλους ποιήσειε.

Κόρτινα. Muri ambitus. *La courtine*, lib. XI, ubi de obsidione Nicæensi τῶν μεταξὺ κορτινῶν, non autem, ut Meursius citat ex Hœschelianis excerptis, lib. VIII.

Κουκούλιον. Tegumentum capitis monachorum proprium, lib. XV.

Κοῦλα. Arx imposita civitati. Lib. XI, sub finem : Τὴν μέντοι ἀκρόπολιν ὅπερ κοῦλα νῦν ἡ συνήθεια καλεῖν εἴωθεν, ἔτι Κέλτοι κατεῖχον. Libro eodem arx Antiochena κοῦλα vocatur.

Κύπελλον. Pollux, lib. VI, cap. 16, commune hoc vocabulum poculis omnibus, sed poeticum agnoscit : Τὸ γὰρ δέπας καὶ κύπελλον ποιητικά. Videtur tamen Anna id usurpare pro certo quodam genere ac forma poculi, dum lib. XV, sub finem sic scribit : Ὕδωρ ἐδίδου διὰ τοῦ κυπέλλου, οὐ δι' ἐκπώματός τινος πίνειν, ἵνα μὴ γένοιτό οἱ πολλάκις δυσκόλως περὶ τὴν κατάποσιν, φλεγμαινούσης τῆς ὑπερῴης καὶ αὐτῆς δὴ τῆς γλώσσης, etc. Sententiam divinavi et expressi ut potui, quod idem usuvenit in tota fere ista descriptione morbi et mortis Alexii, ubi codex innumerabilibus passim lacunis hiat, et quæ continue refert incorrectissima exhibet.

Κῦρος. Honorificæ compellationis formula, minutum ex κύριος ut apud Latinos domnus ex domino. Lib. XIII, imperator et ejus filius quasi proprie et appellatione privatis non conveniente, κῦρος dicitur, unde forte nostrum *Sire* ; κῦρις etiam iterum et tertio idem Augustus compellatur. Non tamen semper summæ servata potestati fuit hæc vox, sed promiscue personis honoratis attribui prius solebat. Sanctus Maximus in dissertatione cum Pyrrho sic eum secum loquentem facit : Τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν, κῦρι ἄββα Μάξιμε ; Videndum etiam an non religiosæ appellationi cœlitum eadem vox serviat, ut κῦρος Γεώργιος ab Anna memoratus, sit divus Georgius, ut nos loquimur.

Λ.

Λίζιος. Ἄνθρωπος λίζιος, *homme lige*, ὑποχείριος δοῦλος, jurejurando quod vocant fidelitatis alicui velut principi obstrictus, et beneficiario jure obnoxius cliens. Vide Meursium et Glossarium ad Nicetam. Quibus addi plurima possunt ex lectione scriptorum citimæ vetustatis, passim cuivis obvia.

Λογγιβαρδία. Si quis hoc nomen vulgari hodie notione accipiat pro subalpina Italia, quam olim Romani citeriorem Galliam vocabant, næ is in Annæ Historia plurimum falletur ; in ea enim sæpius Calabria aut Campania isto nomine designatur. Puta libro primo ubi de initiis Roberti Calabriæ ducis : cui a socero tributam fuisse urbem dicit in Λογγιβαρδίᾳ sitam φρούριον vocatam. Est autem *arx* civitas sic dicta non longe a Capua, de qua in Notis ad eum locum dicetur aliquid. Qua

occasione porro inter Græcos Byzantinos invaluerit hæc consuetudo sic Italiam appellandi, docet erudite vir æque religiosus ac doctus, quem honoris causa nomino, R. P. Goar, posterioribus Notis ad Cedrenum, ad pag. 577, quem magnopere censeo consulas. Admonere id hoc loco interfuit, ne quis miretur cum viderit me Λογγιβαρδίαν interdum Italiam, alias Calabriam interpretari; quin etiam aliquando Longobardiam Latine posui notione eadem qua id nomen Græci sumunt.

Λογχαγία. Lib. x, sub finem: παρεγγυῶμαί σοι μήτε πρὸς οὐραγίαν μήτε πρὸς λογχαγίαν ἵστασθαι φάλαγγος. Suadet Thrasoni Alexius nimio plus quam vellet hostium inventuro, ut non in prima non in postrema acie pugnare appetat, sed in media: ut tectus undique numero suorum tutus esse possit. Οὐραγίαν pro acie postrema legi apud Xenophontem in ἀποβάσει, λογχαγίαν nusquam. Nova vox videtur. Ideo codex alter λοχαγίαν habet: quæ vox huc non quadrat. Quæritur enim ἀντίθετον τῆς οὐραγίας, quod esse λοχαγία nequit. Recte ergo λογχαγία, ἀντιπαράταξις frons exercitus, ubi hastati cuspides protendunt. Non dissimulo tamen λοχάγων mentionem quæ tertio quartove mox versu sequitur probabilem facere lectionem λοχαγίας.

M.

Μανιακᾶται. Fuit qui suspicaretur nescio quid de torquatis Gallis. Memini legere me apud Polybium μανιάκην torquem. Sed nunc non erat his locus, nec cuiquam potest esse dubium quin μανιακᾶται apud Annam, lib. VII, pag. 210, sint reliquiæ copiarum Maniacis, famosi quondam in Italia Græcorum ducis, ut docet Anna ipsa, lib. I, pag. 11. Curopalates in Diogene: Αὐτάρανδος δὲ τῷ μονομάχῳ καὶ κατηγωνισμένου οἱ σὺν αὐτῷ (forte σὺν αὐτῷ) περαιωθέντες τῷ βασιλεῖ δουλωθέντες μανιακᾶταί τε ἐπωνομάσθησαν, καὶ τῇ Ῥωμαίων πολλῇ forte (πόλει) ἐναπέμειναν.

Μανουήλημ. Lib. xv, candelabrum ante imperatorem præferri solitum a manubrio forte sic dictum ex Latino verbo manus. Vide Meursium et alios glossographos.

Μαρκέσση. Dubito an hoc sit personæ proprium nomen, an vero dignitatis illius hodie notissimæ, quam marchionatum dicimus: ita ut Tancredus ab Anna marchio vocetur. Scriptores expeditionum sacrarum constanter hunc Tancredum vocant Marchisi filium: et fortasse Patris nomen filio adjunxit hic Anna, more illo veteri quo Socrates Sophronisci et Thucydides Olori dici solet.

Μιχαηλάτος. Ut Ῥωμανάτος certas nummorum species designant imaginibus certorum imperatorum nempe Michaelis aut Romani Diogenis impressas. Ad Michaelem quod attinet, lib. XIII, sub finem fit mentio Μιχαηλάτου χαραγῆς, hoc est, pecuniæ impressæ effigie Michaelis Ducæ Augusti. Sic enim paulo post loquitur Baimundus: Ὀφείλω λαμβάνειν κατ' ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν τάλαντα διακόσια τοῦ προβεβασιλευκότος κύρου Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα. Ubi notandum quod ποιότης et χαραγὴ distinguuntur. l'aloi et le coin et in Romanato ποιότητος solius fit mentio, non item typi: forte affectasse Baimundum solvi sibi tali moneta pensionem annuam quod iste imperator Michael Ducas affinis ipsius fuisset ut libro I traditur. Porro ποιότης et χαραγὴ diversæ considerationis erant; nam imperator quilibet arbitrio suo certum gradum et modum puritatis metalli præscribebat. Hæc erat ποιότης, quam eamdem esse sub alio charagmate nihil vetat.

Μόλισκος. Lib. VI, videtur esse angustus terræ tractus aquas dividens instar crepidinis, substructione et aggere firmata moles, cujusmodi objici stagnis ac fluminibus solent. Gallice, præterquam quod Latinam molis vocem retinemus interdum in his appellandis, *digues* frequentius vocamus. Habet autem ὑποκοριστικὴν formam verbum μολίσκος ut e Latino *moles* ab Anna vel ab ejus ævi Græcis formatum videatur. [*Vide* Du Cangium ad Annæ p. 153.]

Μουλσούμανοι vel potius *Μουσούλμανοι*. Lib. IV: Ὁμολογῶν ἅμα ἐκ πολλοῦ τὴν ἀναμεταξὺ τῶν Μουλσουμάνων καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνην ἐπιποθεῖν θεάσασθαι. Musulmanni Muhammedanæ superstitionis cultores primi vocati sunt, quod cum Mohammedes dogma suum armata et violenta grassatione propagaret, eos omnes interficiens qui suscipere illud nollent, qui suspiciebant מסלכאנין, hoc est servati et salvi facti, quippe a morte liberati, dicebantur. Ex hac origine invaluit id nomen ad Turcos et Saracenos Muhammedis cultores designandos; quia tamen ea non gentis appellatio, sed θρησκείας est, Musulmanni non dicuntur nisi qui circumcisi sunt, si mares sint, si autem feminæ nisi professionem Muhammedismi solemni formula fecerint. Transferunt autem significatum primum salutis corporeæ et præservationis a morte ad salutem quam a Muhammede miseri sperant; ut Musulmanni sint quibus Muhammedani paradisi felicitas certo promissa est.

N.

Ναζιραῖοι. Lib. xv, post medium: Ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ τοίνυν τῇ μετ' αὐτὴν καθῆστο θρόνου. Πολλοὶ δὲ τηνικαῦτα παρῆσαν τῆς τε συγκλήτου καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου, καὶ τῶν Ναζιραίων αὐτῶν ὁπόσοι λόγου μετεῖχον λογάδες. Religiosæ vitæ professores Græcis Christianis dicit sunt Ναζιραῖοι translato a Nazaræis veteribus nomine. S. Nilus cujus epistolas nondum editas describebam nuper ex optimo codice bibliothecæ Medicæ, epistola 143: Οὗτοι πάντες κἂν τε κληρικοὶ κἂν τε βιωτικοί, κἂν τε Ναζιραῖοι καὶ ἀποτεταγμένοι ὑπάρχωσι, etc.

Νουμίσματα. Lib. III, post medium in Epistola Alexii ad Henricum, nummi.

Νωβελίσιμος. Lib. XIII, sub medium; titulus dignitatis in aula vel potius republica Byzantinæ Græ-

ciæ, ex Latino nobilissimi verbo in Græcum sonum inflexus.

Ξ.

Ξυλοκλασίαι. Lib. XIII, sub medium : Πᾶσάν τε ἄτροπον διὰ τῶν καλουμένων ξυλοκλασιῶν αὖθις τοῖς Κελτοῖς ἀπετάφρευσεν. Διὰ instrumento servit ; ut velit semitas ξυλοκλασίαις clusas. Alterum duorum ergo est ξυλοκλασία : vel aggestio temeraria cæsæ silvæ, (Tacitus concæ les diceret) vel cancellatim objectæ crates : utrumque aptum ad sententiam loci.

O.

Ὁ ἐπὶ τραπέζης. Lib. XIII, pag. 377 et 378. Officii nomen aut ministerii, ut apparet, in familia imperatoris. Videtur autem non pure humanum aut politicum fuisse id munus, sed religiosum ; quippe quo fungeretur monachus ad hymnodiam nocturnam statis horis excubans. Forte hujus erat bene precari super mensam cibis positis, et postmodum cœna peracta præire solemne carmen gratiarum actionis. Videndus Curopalates.

Οἰηματίας. Lib. XIII. Suidas οἰηματίας, ἐπηρμένος. Superbus, præfidens, sui opinione tumidus et præ se alios spernens.

Ὀρυκτίδες χελῶναι. Lib. XIII, ante medium, testudines aut plutei tegendis iis qui muros suffodiunt, aut subterraneos meatus terra molienda egerendaque excavant.

Οὐέττωνες. Lib. XIV, pag. 370. Non utique hi sunt Vetones quos veteres geographi in Hispania collocant. De quibus erudite more suo multa colligit Andreas Resendius ; manifeste siquidem hoc nomine Anna Italici generis gentem notat, in quo an non μνημονικὸν ejus σφάλμα agnoscendum sit haud temere definierim. Libro superiori in descriptione Adriatici sinus Οὐεττώνων verbo videtur designasse Venetos. Quoniam vero nunquam Veneti, quod Anna meminerit, contra imperatorem Alexium classes armarunt, videtur hoc loco Οὐεττώνων verbo Italos, aut etiam Occidentales et Latinos omnes universim intellexisse, nisi pressius hæsit in Pisanis, Genuensibus, et Calabris, quorum navales in patrem suum expeditiones descripsit. Verum de his agemus plenius in notis.

Π.

Πάτροκλος πρόφασις. Sæpe Anna, præsertim lib. III et lib. X, isto loquendi modo exprimit plausibilem prætextum. Proverbialis locutio ex Homero Iliad. τ' :

Ὣς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.

Ad quem locum sic adnotat Eustathius : Τὸ δὲ Πάτροκλον πρόφασιν καὶ εἰς παροιμίαν ὕστερον ἔπεσε, δι' ἣν ἔχει εὔρυθμον συντομίαν καὶ πιθανότητα· καὶ λέγεται ἐπὶ τῶν προσποιουμένων μὲν ποιεῖν τι διὰ τήνδε τινὰ αἰτίαν, τῷ ὄντι δὲ ἄλλως τοῦτο ποιούντων. Vide præterea notas Hœschelii et glossarium Meursii.

Πελαγολίμην. Pag. 106. Quasi diceres : Portus in medio mari. Peculiaris hæc quædam industria erat classes armatas multarum navium per vasta maria ductantium, ut locis importuosis portum quemdam ad usum pugnæ aut exscensionis in aliquem locum improvisæ facerent. Id Leo, *Tact.* Const. 20, citatus a Meursio ναυτικοῦ στόλου στράτηγημα vocat. Ubi et rem ipsam fuse describit. Nos ejus verba cum Annæ nostræ verbis diligenter conferemus in Notis et accurate Deo dante quidquid id est declarabimus.

Πελεγρῖνος vel Περεγρῖνος. Peregrinationem religiosam suscipiens ad Christi sepulcrum.

Πιγκέρνης. Pincerna. Vide Meursium et Curopalatem.

Πραιτώριον. Lib. XIII : Ἀντικρὺ τῆς δουκικῆς καθέδρας ὅπερ Πραιτώριον προσωνόμαστο.

Πρεβέντζη. Provincia. Sic proprie dicta pars Galliæ, comitatus celebris cujus comes ab Anna vocatur Κόμης Πρεβέντζης, pag. 289.

Προάλματα τῶν πεδίλων, lib. V, ultra medium, quæ excussos equis Gallos a statu et incessu impediant : quid sint quæro, calcariane ? an alia equestris armaturæ pars illis temporibus usitata ; an aliquid hodiernæ quoque consuetudinis ?

Πρόσωπον. Præter notionem vulgatam artis vocabulum est in civilibus conventionibus usum habens, ut in pacificationis Instrumento Alexium inter et Baimundum transacto videre est, lib. XIII.

Πολλαχός. Lib. XV, oppositum μοναχῷ plurifarium solitario.

Πόρτη. Porta. Vide Meursium.

P.

Ῥεβεννικόν. Lib. V, ῥεβεννικὸν περικόψας. Videtur ῥεβεννικὸν esse quod Gallice dicimus *revelin*, *barrière* aut quid simile.

Ῥητός. Lib. X, circa medium ῥητοὶ γὰρ ἦσαν. An ῥητὸς notione barbara pro *rarus* positum ? An a Græcæ originis proprietate non discessum ? certe ratio sententiæ exigit ut isthic ῥητοὶ pauci dicantur. Est ea Græca vox a dicendi verbo. Ῥητοὶ ergo forte, quos facile quis dicendo et numerando percensuerit ; quippe non multos, sed certo nec eo magno comprehensos numero.

Ῥόγα. Lib. III, post medium : Ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων. Stipendium dignitatibus debitum ἀξιωματικὸν dictum. Vide Meursium.

Ῥομφαῖαι. Lib. I. Gladii quidam circa imperatorem gestari a certis ejus stipatoribus soliti, ut olim a lictoribus fasces et secures ante consules.

Ῥωμανάτον. Lib. III, pag. 94 : Εἰργασμένου ἀργυρίου καὶ Ῥωμανάτου παλαιᾶς ποιότητος. Verisimile arbitror indicari hoc verbo certum monetæ genus cusum jussu, aut impressum effigie Romani Diogenis Augusti. Vide superius verbo Μιχαηλάτος.

Σ.

Σαταναήλ. Lib. XV, post medium, pag. 489, Satanas, Diabolus.

Σέκρετα. Etsi vox Latina est, tamen novam et veteribus haud notam accepit a Græcis recentioribus notionem. Significat enim, ni fallor, tabularia, sive quæ archivia vulgo dicimus; scrinia et loculos chartis authenticis tuto custodiendis paratos. Tum etiam consessus lectorum hominum quibus cognitio de rebus eo attinentibus demandata est. Ita usurpatur, si recte autumo, lib. III, pag. 84.

Σεργέντιος. Lib. XIII, *sergent;* vox Gallica e Latino *serviens*, ut quidam volunt, cum ali a Cæsarianis deducant.

Σέρμωνες. Navigii genus, lib. III, infra medium; forte a *σείρω trako*, quod remulco trahantur.

Σιδους. Lib. VI, pag. 170, nuntius vel legatus Sultanis. Vox Turcica hodieque usitata. Sic enim passim legati vocantur quos Turcorum imperator ad alios principes mittit.

Σίγνα. Certæ figuræ ductu calami designatæ in chartis conventionum, ab iis hominibus, qui cum scribere nescirent ejusmodi signa loco subscriptionis ponebant. Sic usurpatur hæc vox lib. XIII, pag. 416.

Σκάλαι. Lib. VI. Certa loca urbis Constantinopolitanæ. Vide Meursium.

Σουλτανίκιον. Pag. 95 et alibi. Hæc vox apud Annam duo significat, locum sive palatium et aulam sultanis summi Turcorum principis, et dignitatem illam ipsam. Patet ex multis locis quæ lector in ipsa lectione facile notabit.

Σπούδεργος. Lib. XV, post medium, eleganter novata vox ad significandum gnavum et strenuum.

Στρατηγίς certam qualitatem aut jus urbis denotat cui tale adjunctum apponitur, ut patet e lib. XIII extremo. Similiter

Στρατηγάτον. De castro videlicet dictum jus aliquod præsidii aut privilegium innuit, forte quale urbium earum in Gallia et Belgio quæ Castellaniæ vocantur.

Στρατοπεδάρχης. Videtur peculiaris quædam dignitas; lib. XII, de aspiete: Στρατοπεδάρχην τετιμηκώς; item paulo superius: Στρατοπεδάρχην αὐτὸν ἠξιώκει πάσης Ἀνατολῆς, etc.

Συνήθειαι. Lib. III, in Bulla Aurea genus vectigalis sic dictum. Guillelmus Tyrius, lib. III: *Ita ut e conspectu Constantinopolitanæ civitatis, procuratores suos haberet qui consuetudines a transeuntibus exigerent.* Vide Novellam Justiniani CLXIII, ubi Περὶ κουφισμῶν συνηθείας. Sunt alicubi hodieque in Gallia quædam portoria quæ consuetudines vocantur.

Συμπάθειαι. Lib. III, et lib. IX, manifeste sunt remissiones pœnæ quas Gallice *grâces* dicimus, quando convicti criminis supplicium plena potestate principis condonatur. Venia, remissio, sive remissa ut loquitur auctor commentarii in Paulum Ambrosio tributi ad Rom. VI, 14. Significat eadem vox apud Annam non raro tributorum condonationes aut relaxationes debitorum, συμπάθειαι δημοσιακῶν ὀφλημάτων: item συμπάθειαι τῶν λεγομένων συνηθειῶν.

Συμφωνεῖν. Peculiari notione fidelitatem alicui profiteri et ejus ἄνθρωπον λίζιον fieri. In scripto Concordiæ Baimundi sub finem, lib. XIII.

Σφαιρίζειν. Lib. IX, post medium: Εἰ δὲ σφαιρίζοντα τοῦτον εἶδέ τις. Quis dubitet hic σφαιρίζειν esse pila ludere? Pergit: Εἰ δὲ ἱππαζόμενον, εἰ δὲ ἱππασίας ποιούμενον. Ergo distinctæ exercitationes σφαιρίζειν et ἱππάζειν. Atqui paulo post sic habet Anna: Σφαιρίζοντι γάρ ποτε τῷ αὐτοκράτορι κατὰ τὸ ἐν μεγάλῳ παλατίῳ ἱππηλάσιον (quid ἱππηλάσιον ad pilam?). Pergit: Ἀνήρ τις βάρβαρος ἐξ Ἀρμενίων καὶ Τούρκων φὺς, ξίφος ἔσωθεν τῶν ἀμφίων φέρων, ἐπὰν τὸν αὐτοκράτορα τῶν συσφαιριζόντων ἀνασειράσαντα τὸν χαλινὸν ἀπολειφθέντα ἐθεάσατο, ἐφ' ᾧ πνευστιῶντα τὸν ἵππον αναψύξῃ, etc. En equestris lusus pilæ. Quinam is vero est? Video simulacra belli armis decursa σφαιρομαχίας veteribus dictas. Nam ex Polluce, lib. III: Καὶ τὰ ὅπλα σφαῖραι· ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία. Non videtur ergo esse posse dubium quin σφαιρίζειν sit interdum apud Annam, equum domitare atque in orbem agere, aut equestre ludicrum decurrere.

Σχιδευμός. Lib. III, in Culla aurea: Σχιδευμοὺς καὶ ἀποσχιδευμοὺς autumo scissiones et rescissiones rerum judicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus juris formulis firmatæ sunt: quam potestatem summi principatus propriam imperator illic matri communicat.

Σώα πίστις. Videtur, lib. XIV, esse fides illa quam solemnem imperatori aut regi jurejurando interposito profitentur qui eorum juri se subjiciunt et eorum homines fiunt.

T.

Τέμπη. Τέμπης singulari numero vallis ab Anna dicitur, singulariter, ut videtur. Aliis enim fere plurali voce τὰ Τέμπη dicuntur. Locus est lib. XIII, post medium: ὅθεν οἱ Κελτοὶ εἰς τὴν Τέμπην ἐμπεσόντες.

Τίλια. Lib. XIII: Σὺν οἷς καὶ τρία τίλια. Certa castra aut loca sic dicta.

Τοποτηρητής. Lib. III, post medium, aliter usurpatur quam ut vulgo solet pro vicario partes alicujus ac locum subeunte. Ibi enim manifeste sonat præfectum urbi alicui munitæ.

Τυρεία. Lib. IX, pag. 251: Ἀγνοῶν τὴν τοῦ αὐτοκράτορος κατ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαν τυρείαν. Τυρεία astuta et vafra machinatio. Eustathius ad *Iliad.* ε': Τὸ δὲ τυρεύειν καὶ ἡ τυρεία μοναχῶς ἐπὶ φαυλότητος τίθεται.

Τυροφάγος. Pag. 51: Hebdomas in ea Dominica desinens quam nos Quinquagesimam vocamus, ea hebdomas τυροφάγος dicitur quod per eam vesci adhuc caseo liceret. Etenim abstinentiam solemnem verni jejunii Græci diebus undecim maturius quam nos inchoant. Sed in eo quibusdam gradibus utun-

tur. Primum enim Dominica quam ἀπόκρεων et ἀποκρεώσιμον ἑορτὴν dicunt, nos Sexagesimam vocamus, usum carnium usque ad Pascha funditus abdicant. Cæterum adhuc per hebdomadam caseo vescuntur, cujus licentiæ diem ultimum habent Dominicam Quinquagesimæ, hinc apud ipsos τυρινὴν et τυροφάγον peculiariter dici solitam.

Φ.

Φαμοῦσον. Famosum scriptum, libellus maledicus ad lædendam famam maligne sparsus, lib. XIII, pag. 377.

Φόσσατον. Castra. Exercitus universus sub signis atque in castris agens, pag. 231 et alibi.

X.

Χαλκοπράτεια, pag. 129. Vicus aut platea Constantinopoli. Vide Codinum.

Χαρακηνός. Miles gregarius, cacula, homo ignobilis e fæce castrensi, a χάραξ, pag. 272.

Χάσιοι. Lib. VI, extremo, pag. 178, 179. χάσιοι Turcis aut Persis ii sunt quos nostri sacrarum expeditionum scriptores *Assassinos* vocarunt, Gallico nomine, non ut quidam existimant, Asiatico, aut gentili sicariorum istorum, ut erudite docet vir doctissimus honoris et amicitiæ causa hic nominandus D. Casanova, in opere mox vulgando *De originibus linguæ Francicæ*.

Χόβαρ. pag. 284, Arabica sive Saracenica vox incrementum sonans, hoc est Lunam crescentem, et in cornua curvatam incipiente mense. Gallice, *le Croissant*, quod quasi symbolum et insigne Saracenicæ gentis omnes sciunt esse. Petrus Bergero, vir doctus et accuratus in nuper edito Gallice compendio rerum Saracenicarum, pag. 12, dum lunam olim adoratam a Saracenis vere admonet, eam Cubarem, sive Cabarem, ab iisdem vocitatam docet, quasi dicerent, inquit, magnam. Ejus pace dixerim, non accedo. Nam etsi כבר notionem habet haud dubiam magnitudinis, non minus tamen frequentem et magis propriam significationem multiplicationis obtinet, sive augmenti. Itaque כבאר inde ductum Arabica flexione, incrementum sonat : et appellative usurpatur ad significandam primam φάσιν corniculatæ et crescentis lunæ, quæ cum illo statu (pro quo duntaxat gentis Saracenicæ aut Turcicæ ἐπίσημον est) appareat minima, male magna vocaretur. Verius ergo et congruentius χόβαρ sive כבאר sonat lunam crescentem quam lunam magnam. De his plura dant notæ nostræ.

Χοιροσφάκτης. Lib. III, extremo. Puto quidem nomen esse viri proprium ; itaque verti. Tamen quia satis inusitatum id nominis genus, et quia species nonnulla exstat ex toto conspectu loci quasi appellativum videri possit, suspicabar ex eo quod cæsa porca sanciri olim fœdera legitimum esset, legatum paci componendæ missum sic appellatum.

Χῶμα. Lib. III. Locus aut arx quædam cujus τοπάρχης Burtzes quidam nominatur, an inde nomen habuerint.

Χωματηνοί. An vero aliunde sic dicti sint certi milites, quorum non raro Anna meminit, disquirimus accuratius in notis.

DAVIDIS HŒSCHELII

AUGUSTANI

AD ALEXIADEM NOTÆ.

Pag. 1. Σύνταγμα σὺν Θεῷ τῶν κατὰ τὸν ἄνακτα κυρον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν, πονηθὲν παρὰ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κυρίας Ἄννης τῆς Πορφυρογεννήτου, τῆς βασιλίσσης. Ὃ καὶ ἐκλήθη Ἀλεξιὰς παρ' αὐτῆς. Κῦρον.] Ita ms. Cod. Aug. quo utuntur recentiores Græci pro κύριον ut κύρα, pro κυρία· quod ab ἡ κυρεία Cosmæ scholiastes sic distinguit, ut hoc ἐξουσίαν, illud αὐθεντίαν significet. Πορφυρογεννήτου] Per *purpuram* in hoc syntheto non est intelligendum τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος, τὸ αἷμα τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κοχλίδων· neque ἡ πορφυρὶς, ἢ πορφυροῦν ἱμάτιον· sed locus Palatii, Πορφύρα dictus, in quo imperatrices pariebant, auctor Constantinus Manasses in Chronico : quod infra etiam legitur, lib. III, p. 108. Παρασύρει] Μὴ παρασυρῆναι τῷ χρόνῳ. Nazianz. epist. ad Cæsarium fr. Ἐς βαθὺ ἀφανείας.] Χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα, κ' εἰς λήθην ἄγει, Eurip.

Pag. 2, v. 20. Τὸν τοῦ Νῶε Χάμ.] Genes. cap. 9, v. 9 a fine, uncis inclusum a libro aberat, nec nisi νίας legebatur.

Pag. 3, v. 12. Leg. Ἀλλάττα. V. 20. Ἴσ. Διογένους.

Pag. 4, v 12. Leg. Ἀῤῥωστοῦντα Κίλιξι· Κίλικες δέ v. 21 ; συνείλοχε v. penult. ; ἀφ' ἧς v. ult. Ὀρφεύς.' Θρᾴκιος σοφιστής, Clem. Alex. initio Protrept. Lucian. lib. πρὸς ἀπαίδευτον.

Pag. 5, v. 1. Τιμόθεος.] Ὁ ἐκ Θηβῶν Lucian. ; nam alter, Milesius, fuit citharœdus, Plut. Τὸν ὄρθιον.] Τῆς Ἀθηνᾶς τὸν ὄρθιον νόμον καλούμενον. Suid. in Τιμόθεος v. 9, ὡς οὕτω γε φάναι vel (ut præced. pag.) εἰπεῖν, v. 20. Διωλύγιον.] ἀμέτρητον. Philo lib. Περὶ ὀνείρων· Βαθὺς καὶ διωλύγιος ὕπνος, ᾧ πᾶς κατέχεται φαῦλος. Chrysost. orat. 2, contra Judæos : Μέγα καὶ διωλύγιον ὀλολύξαντες.

Pag. 6, v. 20. Οὐρσέλιον.] Ῥουσέλιον, Zonar. Tomo III, v. penult. : Ἴσ. τὰ τῆς Ἐῴας χωρία, nam tantulum fere lacunæ spatium.

Pag. 7, v. 2. Λείπει ἴσ. πληγὰς, aut simile. v. 16. Leg. ῥέοντα εἷλε, καί. V. 20 leg. Βαρβάρου Τουτὰχ ἐκ.

Pag. 9, v. 8. Τοιγαροῦν. v. 15. ὑμᾶς.

Pag. 10, v. 14. Ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος.] Parœmia, qua et Dio Chrysost. orat. 4 de Regno utitur. v. 20. Παλαμήδειον μηχάνημα.] Adagium et hoc pro quo Παλαμήδειον σκέμμα dixit infra p. 38, Παλαμηδικὸν ἐξεύρημα, Eupolis.

Pag. 11, v. 2. Ἀποκαραδοκῆσαι.] Plut. Parallel. XXI: Τὸ μέλλον ἀπεκαραδόκει Unde ἡ ἀποκαραδοκία apud D. Paul. V. 15. Ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀδμήτου Ἀλκήστιδι.] Euripides Alcestide.

Pag. 13. Δομέστικον τῶν σχολῶν.] Vide Codinum, *De offic. palatii Constantinopol.* V. 7. l. διεσκέδαστο.

Pag. 14. v. 8. Ἀφουράς.] Vox poetis usitata, Theocr. Idyll. XXII, v. 49. Nonno, Naz. in Ἀποῤῥήτοις. V. 16. Ἡ ἀποστάς.] Idem fere quod ἀπόσπασμα Philoni Theodoret. *De Provid.* lib. IX: Βλέπε τὰ κλήματα τῶν ἀμπέλων, καὶ τῶν ἄλλων δένδρων. ἢ τὰς κολουμένας ἀποσπάδας. ἢ τὰς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν χελώνας. Non. Dionys. lib. XLV, extremo: Κεκριμέναι δ' ἀκτῖσιν ἀποσπάδες.

P. 17, v. 24. Locus mendosus atque etiam mutilus in ms. μήπωσατά τινος.

Pag. 18, v. 3. Lego ἐλλοχᾶν, nam ἐλλήγειν vitiosum.

Pag. 20, v. 1. Leg. ἀπολεγόμενος. v 26. Τίμφον.] Ἴσ. τίμιον. Diod. Sicul. lib. III, τὴν ἀρχὴν, τοῦτον τὸ τίμιον. V. 18. Βόριλον.] Vide infra p. 35. Zonaram, tomo III, de imperio Niceph. Botaniatæ. V. 20. Ἴσ. ἔδρακεν (vel ἔδρασεν) ὅ τι δὴ καί.

Pag. 21, v. 6. Non dubium, quin Τυφῶνα sit legendum. Verum is ἑκατογκεφάλας Pind. Olymp. Ode VI. Aristoph. Νεφέλαις, dicitur, ἑκατονταχάρηνος. Pyth. Ode I. Æschyl. Prometh. ἑκατόγχειρ autem, Briareus. *Iliad.* α'. v. 402. Plut. Περὶ πολυφιλ. v. 15. Βαρδάριον.] Alio nomine Ἄξιον, Zonar. tom. III. Nicetas initio lib. III, et Niceph. Gregoras, lib. VIII.

Pag. 22, v. 18. Ἴσ. διέκλα.

Pag. 23, v. 18. Ἄκοντα καὶ βίᾳ. V. 19. Ἐγκαρτερήσας.

Pag. 30. v. 1. Leg. ἐκεῖνος καθαιρεθείη. V. 7. Πάπας.] Gregorius VII. Ἐνερίχου.] Henrici Regis IV, imp. III, v. 21. Εἶπον ἂν καὶ τὴν ὕβριν.] Facile suspicamur quid hoc orationis circuitu Anna innuat; multæ nimirum genus apud Græcos non infrequens, a Latinis raro, et in Græcorum aliquando ludibrium, usurpatum. Exemplum apud Luitprandum Ticinensem *Histor.* lib. IV, c. 4; et Sigonium, *De regno Italiæ*, lib. VI, an. 933, exstat, quos adeat censeo, cui risu se explere est animus. De Gregorio septimo pontif. (verum fatendum.) nihil ejusmodi lectum, ne hostes quidem, quos infensissimos expertus es, objecere, non Brenno, non Venericus Vercellensis, sive Valtramus Naumburgensis ab Hutteno editus, non alii, non ipse Henricus epistola ad Annonem, qua hujus legationis meminit, factum profecto non dissimulaturus *Neque* enim, ut Cæsar apud Sallustium ait, *cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur.* Fit verisimile rumorem amphibologiæ errore Græciam pervasisse, quod Gregorius cælibatum a sacerdotibus severe exigeret. Nam in ea causa Christus quoque εὐνουχισμοῦ vocabulo usus est Matth. XIX, v. 12: Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς, διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Pag. 30, v. penult. leg. ἡμᾶς.

Pag. 31, v. 7. Ἡ ἐν Καρχηδόνι σύνοδος.] legendum est ἡ ἐν Χαλκηδόνι vel Καλχηδόνι σύνοδος, ut editum est in adnotat. ad Cantacuzeni *Hist.* lib. IV, c. 9. Græcorum enim plerique a Chalcedonensi synodo principatum ecclesiasticum Constantinopoli ante tributum esse putabant, at verba 28 canonis sic habent: Æquum videri *urbem quæ et imperio et senatu honorata sit, et æqualibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis æque ac illam extolli ac magni fieri, secundam post illam exsistentem*, etc. Cui a Romanis legatis reclamatum est, quod Alexandrino patriarchæ, qui hactenus primus a Romano Pontif. fuerat habitus, præjudicium crearetur. Num Anna canonem legerit, videtur dubitabile.

Pag. 31, v. 20. Leg. τῇ Ῥωμαίων scilicet ἀρχῇ.

Pag. 32, v. 9. Γνώσεσι.] Ἴσ. τρώσεσι. V. 18. Λαντούφῳ.] alii historici Rudolpho.

Pag. 34, v. 16. Lege πολέμους τοὺς πρὸς Ῥομπέρτον.

Pag. 37, v. 28. Οὐ διέλαθεν, εὐκαιρίαν.

Pag. 38, v. ult. Ἄμφω ταῖς.

Pag. 39, v. 10. Ἀμφοῖν. V. 14. Εὐρων.

Pag. 40. Εὔνως.] Εὐνοϊκῶς, vide Phrynich.

Pag. 41, v. 3. Leg. ἀνθυπενεγκόντος. Synes. epist. 89: Ὥσπερ ῥεύματος ἀνθυπενεχθέντος. V. 21. Leg. δέμας, hujus etymon (ex Themistio) adfert Stob. λόγῳ ριθ'. Macrob. lib. I, in Somn. Scip. cap. 11, hic quod addit, σῶμα dici quasi σῆμα, id quam eleganter Philo: Ἡ ψυχὴ, ὡς ἂν ἐν σήματι, τῷ σώματι ἐντετυμβευμένη.

Pag. 42, v. 8. Ἀρειμάνιον.] Hoc loco in bonam accipitur partem, ut apud Plutarch. κεφαλαίων Ῥωμαϊκῶν, quæst. 19, sed apud Philonem lib. Περὶ μέθης et Περὶ ἀνδρίας, in malam, ἀρειμάνιος θρασύτης et ἀρειμάνιος λύττα, V. 18. Χρυσομανῆ Μίδαν.] Midæ χρυσομανίαν cum alii notarunt, tum Theologus carmine κατὰ πλουτούντων nondum edito:

Ἦ πάντ' ἔδει σοι χρυσὸν, ὡς Μίδᾳ ποτὲ
Φασὶ, γενέσθαι· ὡς τὰ Μίδου καὶ πάθοις,
Ἔχων δίκαιον λιμὸν ἐξ εὐχῆς κακῆς.

v. eod. Κίμβικα] Ms. κύβικα. vitiose. Illud notum ex Aristot. lib. IV *Ethic.* Nicomach. cap. 1. V. 19: Ἕνα τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον.] κυμινοπρίστην, Aristot. ibid. et Xiphil. in Vita Antonini Pii. V. 21. Τυροφάγου Κυριακῆς.] Sequente pag. τυρώνυμον Σάββατον appellatur, id est Quinquagesima, Dominica quæ τὴν Τεσσαρακοστὴν præcedit. In Triodio Græcor. fit etiam mentio τῆς τυρινῆς ἑσπέρας. V. 25. Leg. τῇ δὲ μετ' αὐτήν. V. 27. Τῆς ὁρμῆς. V. 28. Sublata marginis nota lege ᾀσμάτιον.

Pag. 43, v. 1. Ἴσ. κατεμφαῖνο. V. 5. ὑψιπέτης.] Lucian. Icaromenippo, ὑψιπέται ἄνεμοι, Pind. Pyth. od. 3, 27, τὴν εἰς.

Pag. 45, v. 1. Ἀπεστάλκασι. V. 10 in marg. *Iliad.* φ'.

Pag. 46, v. 11. Φοινικοβαφές.] Φοινικόχροον, Zonar.

Pag. 47, v. 16. Μελισσηνοῦ. V. 5. a fine. Ἴσ. ἀκριβῶς, et seq. v. Ἴσ. ἡμῶν πέρι φέρεσθαι. Nam τὸ δέον cum infinito non infrequens, quem admodum et verbum ipsum, δεήσει σε ἐλθεῖν et ἀπιέναι, Lucian.

Pag. 48, v. 16. Ἄτε.

Pag. 49, v. 13. Ἀβᾶν.] Ἴσ. ἀββᾶν, ab ὁ ἀββᾶς, abbas: cum monasterium sit ingressus. V. 24. Βαλεῖν. V. 5 a fine: Λείπει ἴσ. ἀγαθά.

Pag. 50, v. 25. Τειχεσιπλήτης.] *Iliad.* ε'. v. 31.

Pag. 51, v. 11. Ἴσ αὐτοχθόνων, ut paulo post v. ult. Σπαθάριος.] Vide Glossarium Græcobarbarum doctiss. Io. Meursii. p. 12. V. penult. Πρύμναν τε κρούσασθαι.] Phrasis parœmiaca, Aristid. Panathen: Οὐχ ὅσον φασὶ πρύμναν κρούσασθαι, οὐδ' ὡς ἐπίποδα ἀναχωρῆσαι. Lucian. lib. I. *Hist. ver.* extremo. Herodot. Urania: Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο. Vide adagium inhibere remos. V. eod. Ἑτεραλκέα.] *Iliad.* η'. v. 26.

Pag. 53. v. 8. Λείπει ἴσ. εὖ μάλα, quanquam conjicere in talibus sententia etiam perspicua, est difficile. V. eod. Τὰ πρυμνήσια λῦσαι.] *Odyss.* ι'.

v. 178. V. ult. συκεώτου.] In Martyrologio Romano fit mentio episcopi Theodori Sicæotæ, Anastasiopoli miraculis clari. V. eod. post βουλευόμενοι, desiderari arbitror, cum litteræ η vestigium adsit. τί χρὴ ποιῆσαι.

Pag. 54, v. 23. L. σωτηρίας.

Pag. 55, v. 3. L. Θέλε μιανθῆναι. V. 9. Ατάσθαλον.] Vox ποιητικωτέρα, qua tamen et Lucianus utitur in *Dialogis*. V. 12. Διαμαργάρων.] Διαμάργαρος, ea dicitur analogia, qua διάχρυσος infra pag. 69. et apud Joan. Chrysost. hoc a χρυσὸς, illud a μάργαρος, quo sæpiuscule in versibus utitur Gr. Naz. veluti carm. ad Nemes. v. 331. μάργαρον αἰγλήεντα. Carm. ὑποθηκῶν παρθένοις, v. 84. μάργαρος ἄλλην κοσμείτω, καὶ χρυσὸς ἐπαστράπτων μελέεσσι. Carm. eod. v. 658. μάργαρος ἐν λάεσσιν. Alibi, quod sciam, neque simplex, neque compositum legitur.

Pag. 56, v. 12. Ἐς τὸ et ὑπ' ἐκείνου v. 16. αὐτῷ v. ult. ἀλλάττα.

Pag. 57, v. 2. Σύνευνον. V. 9. Πάλαι. V. 4. a fine. Ἐνέβαλε.

Pag. 58, v. 3. Κονίσαλον.] Κονιορτὸν, Lucæ IX, v. 5. In carmine σσ geminatur, Apollin. Psal. 101, v. 28, quanquam et apud Synes. epist. 32, ubi scholiastes ms. ἡ Κοττυτὼ, ἥτις καὶ Κότυς, ὡς καὶ αὐτὸς κάτω (epist. 44) εἶπε, καὶ οἱ κονίσσαλοι, θεοὶ ἦσαν αἰσχρῶν ἔφοροι. V. 11. Ἐδεδίει. V. 12. Ἴσ. πλῆθος τούτων. V. 19. Ἴσ. ἐξαιτησαμένη. V. 20. Πρόκλον.] Mendum e compendio natum, recta lineola superne omissa. Legendum enim Πάτροκλον πρόφασιν, tam hoc loco, quam infra pag. 65, v. 27. Parœmia Homerica, *Iliad.* τ', v. 302, qua usus est etiam Plutarch. lib. Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, non procul a fine. Vide Eustath. in illum versum. v. penult. haud scio an οἰκουρίας sit legendum, quemadmodum τὴν ἑνὸς οἰκουρίαν dixit Philo.

Pag. 61, v. 18. Χαμευνίαν.] Naz. homil. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. V. eod. Τὰ τούτοις ἑπόμενα.] Δάκρυα, στεναγμοὺς, ἀγρυπνίας, τῆξιν ψυχῆς καὶ σώματος, ibidem. V. 25. L. ληξούσης. V. 26. Σάκκον.] Τρηχήν. Naz. Carm. κατὰ σαρκὸς, v. 33. V. 28. Χαμευνήσας.] Philo, Naz. Chrys. χαμοκοιτήσας, Lucian.

Pag. 62, v. 14. Τὰς ἡνίας.

Pag. 63, v. 15. Σέκρεια.] Ἴσ. σέκρετα. V. 17. Ῥογῶν. Vide Codinum, et Glossarium Græcobarbarum Jo. Meursii.

Pag. 64, v. 5 a fine Λοβιτούς.] Ἐν τῷ λοβιτζῷ, Zonar. V. ult. ὑπερχειλήσαντος.] Ὑπερχειλοῦς γεγονότος, Zonar. Nomen et alibi legitur, σιτοθῆκαι ὑπερχειλεῖς καὶ ὑπέραντλοι, Themist. Orat. 6; λεκανὶς ὑπερχειλὴς ὕδατος, Nicet.

Pag. 65, v. 25. Πάντα κάλων κινοῦντος.] Cl. Alex. Str. VII, σείοντος, Lucia. ἀνασείοντος, Philo. Parœmia satis nota. V. 27. Leg. Πάτροκλον.

Pag. 67, v. 15. Τοίνυν. V. 21. ἐπὶ πάντας δέ.

Pag. 68, v. 2. Διάθεσις. V. 14. Βλάττια.] De hoc, et aliis quibusdam in hac epistola id genus barbaris dictionibus consule Glossarium Græcob. accurato studio Jo. Meursii nuper editum.

Pag. 69, v. 2. Ἐγκόλπιον.] Λείπει ἴσ. σταυρὸν, cujus mentio facta est superius, pag. 44. V. 5. ἐμπότη: χρύος.] F. ἔκπωμα vel σκύφος χρυστάλλινος. Nam χρύος, διαφανὴς λίθος, ἐοικὼς ὑάλῳ, scholiastæ Aristoph. V. eod. Ἴσ. ἀστεροπέλεκυν. Fortasse εἶδος περιδεραίου, περιαυχένιος κόσμος Philoni, v. 7. Εἰς ὀνειδισμόν. I Machab. x. Εἰ καταπάτημα, Isa. v, 15. Ἴσ. περὶ τὴν Νίκαιαν αὐλιζομένου.

P. 70, v. 2. Ἴσ. ἐφόδου, quod modo accipitur ἀντὶ τῆς ἐπανόδου, Chrysost. homil. 3 contra Judæos modo ἀντὶ τῆς ἐπιδρομῆς, εἰσβολῆς, ut infra pag. 72, apud Lucian. Toxari. V. 17. Ἐποτνιῶντο, ἐθεοκλύτουν.] Synes. epist. 4. V. 20. Ἐκ πρώτης ἀφετηρίας.] Idem epist. 133.

Pag. 71, v. 2. Ἐνσοριάσαι.] Ἐνταφιάσαι. V. 11. ἐρειπωθέντων.

Pag. 73. V. 6. Νιφάσιν ἐοικυῖαι χειμερίῃσι.] *Iliad.* γ', V. 223. V. 11. Ἴσ. Φράγκους, ut scriptum reperio apud Zosimum, qui supra p. 17. Φράγγοι. V. 20. L. ἀποπληρωθήσονται. V. 16 in marg. Ἀντιμάχετο. V. 24. εἰσπηδήσαντος.

Pag. 75, v. 2. Καθελκῦσαι. V. 21 in marg. Ἴσ. ἐπικαυθέντος. V. 27. Ἐπιπάττοντας. V. ult. Ἴσ. ἐπῆρε.

Pag. 76, v. 16. Οὗτος.

Pag. 77, v. 6. Τοῦ δοκοῦ.] Τῆς δοκοῦ, Diod. S. Lucian. alii.

Pag. 79, v. 9. Πεφθακότας.] Usitatius ἐφθακότας, Synes. epist. Lucian.

Pag. 80, v. 14. Ἡ δὲ γαῖτα.] Hinc mendum paginæ 29, v. 16. corrigatur, γαίτης pro Γαΐτης. V. 22. Ἴσ. Ναμπίτης vel (ut sep. pag.) Ἀμπίτης.

Pag. 81, v. 20. Leg. in marg. βληθέν.

Pag. 83. Πηγάσου πτερά.] Πτερόεις Πάγασος, Pind. Olymp. Ode 13. Isthm. Ode 7. Mytholog. exstat. apud Lucian. lib. *De astrolog.* V. 5 a fine. Ἴσ. φέρεται.

Pag. 86, v. 4. Ἐκποιήσεως.

Pag. 87, v. 8. Ἀγεννῆ. V. 23. Βῆσαι τήν. V. 24. Ἴσ. στρέψας τὰς ἡνίας, πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην. V. 27. Post οἴκοι nihil desideratur.

Pag. 89, V. penult. Ἴσ. ἀφελόμενος, καί.

Pag. 90, v. 5. Ἴσ. δυνάμεις ἀντιμηχανᾶται, tale quid postulat sensus. V. 22. Τί γὰρ δεῖ πρὸς φύσιν.] Πρὸς φυσικὴν γὰρ πάθους ἀνάγκην ἀντιβῆναι, παγχάλεπόν ἐστιν, inquit Plutarch. et Procopius, lib. IV, *De Bellis Gothicis*: Λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ ξυνοικίζεσθαι, πεινῆν τε καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἀνεχομένης τῆς φύσεως. Ideo proditionis reum Spartani, Anaxilaum Byzantinum, qui eadem se ratione purgarat, absolverunt. Xenoph. *Græc. hist.* lib. I.

Pag. 91, v. 20. Οὗτος.

Pag. 92, v. 14. Τῇ δὲ μετ', nisi elliptice, placeat accipere, pro κατὰ τήν.

Pag. 94, v. 5. Ἴσ. διακυμαινομένην, V. 15. Ἄλλοις.

Pag. 96, v. 7 a fine. Καθαρεύοιτο.] A καθαρεύειν, Plato *Phædone*, quanquam in Cod. August. ms. καθαρεύειν legitur, ubi etiam dignum observatu (cum interpretes sint lapsi) scholion exegeticum ejus, quod in proxime in Platonis loco antecedit: Θεωρίαν ἀπάξειν, ἀντὶ τοῦ θυσίαν ἀπενεγκεῖν. Θεωροὶ δέ εἰσιν, οἱ πεμπόμενοι θῦσαι, καὶ θεραπεῦσαι τὸν θεόν. Ὅθεν καὶ αἱ ὁδοὶ, δι' ὧν ἐπορεύοντο, θεωρίδες κέλευθοι ἐκαλοῦντο· καὶ τὰ διδόμενα, θεωρικά· καὶ ἡ ναῦς, ἡ εἰς Δῆλον πεμπομένη, θεωρίς· καὶ ὁ ἱερεὺς, θεωρός.

Pag. 97, v. 20. Ἑλληνικῆς.] Τῆς ἔξω. V. 23. Μεγαλεπηβολώτατος.] Μεγαλεπήβολος Ἡρακλῆς, Diod. Sic. lib. I. ἡ Σεμίραμις, lib. II.

Pag. 100, v. 22. Παντελῆ.

Pag. 101, v. 12. Ἐξητάζετο. V. 24. Σκυθῶν.

Pag. 102, v. 3. Ἐξιδιαζομένης.) Synonyma sunt ἐξιδιάζομαι, Diod. Sic. lib. I. ἐξιδιοποιοῦμαι. Isocr. Paneg. ἐξιδιόομαι, Zonar. qui eamdem cum hoc verbo ait significationem habere in canone apost. 39. Τὸ σφετερίζεσθαι. V. 12. Τὰ βρέβια.] Vide Gloss. Græcol. Jo. Meursii. V. 12. ἀντιφωνητοῦ.) Verbale ab ἀντιφωνῶ τὸ ἐγγυῶμαι. Chrysost. homil. 5, de pœnitentia: Ἀπαιτεῖ γὰρ ὁ δανείζων ἢ ὑποθήκην, ἢ ἐνέχυρα, ἢ τὸν ἀντιφωνοῦντα. V. eod. Χρυσίου.

Pag. 103, v. 5. Αὖος.] Ἴσ. ἄναυδος. V. 16. Ῥογέρησ.] Hinc corrigendum pag. 69, v. 22, mendum Ῥογένην. Nam ab aliis Ῥογέριος appellatur. V. 22. Ἴσ. τὸ Βρεντήσιον, ut supra, p. 69, dicitur Brundusium, et Philoni lib. in Flaccum. V. 23. Τὴν Κορυφήν.] Τὴν Κερκυραίων ἄκραν, Corcyræorum

promontorium, Nicet. Choniat. initio libri II. V. penult. Κασσώπης.] Κασώπη Procopio est πόλις ἐν γῇ Φαιακίδι, Δία Κάσιον ἐτίμων ποτὲ οἱ τῇδε ἄνθρωποι.

Pag. 104, v. 4. Ἴσ. διῃρημένα.

Pag. 105, v. 2. Γαῖταν. V. 18. Κουμερκίου, Commercii. V. penult. Συμβαλών.] Ἴσ. καταλαβὼν Ἀθέρα καὶ τήν.

Pag. 106, v. 11. Ἐρασιχρήματον. Eo namque utitur infra ex Xenophonte. V. 19. Ἴσ. ὃν [scilicet χρησμὸν] ἐν.

Pag. 107, Ὡρισκόπου.] Al. ὡροσκόπου. Unde ὡροσκοπεῖν, et ὡροσκοπεῖον apud Basil. M. homil. 6 in Hexaem. et Synes. orat. ad Pæonium, ὡροσκόπιον, apud Sext. Pyrrhonium et Laert. V. 4. Ματαιάζουσι.] Sext. Emp. : Ματαιάζουσιν οἱ μαθηματικοὶ, ὅταν λέγωσι τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν δίχα τέμνειν. V. 17. Ἀστρολάβου. Synes. V. 16. Leg. ὄργια, ut ὄργια Φιλοσοφίας dixit Synes. epist. 144. μύθων, Nonnus. θεῖα, Philo. ὄργιον Διονύσου, Lucian. V. 18. Ψηφηφορίας.] Ab ὁ ψηφηφόρος, Themist. orat. 13. usitatum et ψηφοφορία, Herodian. Fl. Joseph. et verbum ψηφοφορεῖν Lucian. V. ultim. Λείπει ἴσ· καὶ ἐρωτηθεὶς, quanquam in ms. cod. major lacuna.

Pag. 108, v. 10. Αὐτέλεγκτον.] Athanas. lib. Περὶ σαρκώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Pag 110, v. 17. Σκύθας. V. 19. Αἵμασι.] Lege ut infra p. 138. αἵματα. Verbum enim λαφύσσειν quartum casum postulat, Naz. carm. ad Vitalium, v. 106 : Πατρῷα πάντα λαφύξας, Lucian. Λαφύσσοντες πολλά. V, 333. Ἀπενάρκησε.] Ἡ νάρκα. torpedo, hinc ναρκέω, Bion epitaphio Adonidis, v. 10 : Ὑπ' ὀφρυος ὄμματα ναρκεῖ, et ναρκάω, Chrysost. homil. 25 in Matth. : Ναρκᾷν πρὸς τὸ ὕψος τῶν ὑποτεταγμένων. Idem cum compos. ἀποναρκᾷν πρός, hoc loco, et Orat. Περὶ πλεονεξίας apud Basil. M.

Pag. 113, v. 12. Παρὰ λύδιον ἅρμα.] Pindaricum, quod in iis, quæ exstant, carminibus non legitur; sed apud Plutarchum cum alibi, tum lib. de discrimine amici atque adulatoris.

Pag. 115, v. 1. Post καὶ, hiatus in ms. integræ fere lineolæ.

Pag. 118, v. 3. Προσβαλεῖν ταῖς Σκύθαις. Ita legend. superius alicubi, pro τοὺς Σκύθας. V. 25 in margine. Μελεσσηνός. Scholion ms. Cod.

Pag. 119, v. 19. Ἴσ. ὠμοφόριον, Phot.

Pag. 120, v. 3. Ἄφωνος. V. 6. πειρᾶσαι.] Metaplasmus, pro πειρᾷ. Exempla in sacris Litteris crebra, Siracid. c. VI, v. 8, κτᾶσαι pro κτᾷ, Lucæ XVII, v. 25. ὀδυνᾶσαι, pro ὀδυνᾷ. D. Paul. ad Rom. c. II, v. 17, καυχᾶσαι, pro καυχᾷ, et cap. II, v. 18, κατακαυχᾶσαι. Eadem verborum 3 conjug. circumflex. secundæ pers. præs. Ind. pass, formatio, στεφανοῦσαι, pro στεφανόῃ, contracte στεφανοῖ · διορθοῦσαι, pro διορθοῖ· πυροῦσαι, pro πυροῖ· Chrysost. δεξιοῦσαι, pro δεξιοῖ, Isidor. Pelus. τυφοῦσαι, pro τυφοῖ· Macar.

Pag. 121, v. 14. Ἴσ. καλόν.

Pag. 122, v. 17. Αὐτῶν.

Pag. 123, v. 18. Ὡς κύνες.] Proverb. 26 v. 11. Chrysost. : Ἐπὶ τὸν πρότερον ἐπανέρχεσθαι ἔμετον, et ὥσπερ κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφειν. V. 6 a fine. Ἀσχέτῳ ῥύμῃ.

Pag. 124, v. 23. Μιτυλίνην et Δαλασσηνός.

Pag. 125, v. 5 a fine. Ἀνείλιττε.

Pag. 126, v. 19. Κατάντους.

Pag. 129, v. 2. Ἴσ. χοιροβάκχων.

Pag. 131, v. 18. Πατζινάκων.

Pag. 133, v. 8. Μελετήσειε. V. 21 Ἄκρῳ δακτύλῳ ἅψασθαι.] Infra. pag. 149, ἄκροις δακτύλοις προσψαῦσαι. Cic. Orat. pro M. Cœlio, *extremis digitis attingere*, δι' ἄκρων δακτύλων θιγγάνειν, Lucian. in *Amorib.*, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ προσάψασθαι, idem lib. Πῶς δεῖ ἱστορίαν γράφειν. Simile illi apud eumdem Cic. *primoribus labris gustare*, χείλεσιν ἄκροις γεύεσθαι, et ἀπογεύεσθαι, Philoni.

Pag. 134, v. 4. Λείπει τι.

Pag. 135, v. 25. Τιμοθέου.] De hoc supra p. 5, et in notis. V. penult. τὴν ἀλωπεκῆν.] Lysander duobus locis apud Plutarch. : Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι τὴν ἀλωπεκῆν. Suid. : Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξικνῆται, πρόσαπτε [lege πρόσραπτε] καὶ τὴν ἀλωπεκῆν, ubi apophtegma idem explicat.

Pag. 134, v. 17. Ἴσ. ἐν τοῖς μέρεσι τῶν.

Pag. 137, v. 18. Πρόσλημμα.] Naz. Orat, in sanctum baptism. : Πίστευε ὅλον ἄνθρωπον τὸν καὶ Θεὸν, etc. ἀπαθῆ αὐτὸν θεότητι, παθητὸν προσλήμματι. Vide ejusdem Orationes. Περὶ Υἱοῦ. V. eod. ἐθεώθη.] Idem homil. in S. Pascha : Προελθὼν δὲ ὁ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων σαρκὸς καὶ πνεύματος· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. Idem epist. 1 ad Cledonium : Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος. V. 19. Ἴσ. πέραν τοῦ δέοντος.

Pag. 138, v. 20. Προκύπτειε. V. 25. κατονομάζειν.

Pag. 139, v. 25. Ἀλεκασσεύς. Verius puto ἀλακασσεύς.

Pag. 140, v. 11. Δρουγγάριος.

Pag. 141, v. 24. Φεύγον δὲ τὸν καπνόν.] Proverbium nostris etiam familiare, quo cum alii sunt usi, tum Plato lib. VIII De *repub.* extremo, Epiphan. lib. II *Contra Meletianos*. Legendum et apud Simplicium in Epictet., φεύγοντες καπνὸν, εἰς τὸ πῦρ ἐμπεπτώκασι.

Pag. 142, v. 5. Κινεῖσθαι.] Λείπει ἴσ. ἤρξατο. V. 16. Ἐξέπεμψεν.

Pag. 143, v. 18. Ἐγκαυχώμενος. V. 20. Θηρικλείου.] Ποτήριον Phalaris epist. 70, ad Polycletum medicum, λαβεῖν τὴν θηρίκλειον (scilicet κύλικα) ; Plut. lib. I. Sympos. quæst. 3, οἷα (ποτήρια) Θηρακλῆς ὤπτα Lucian. Lexiphane.

Pag. 144, v. 1. Ὠνείρωττον. V. 5. Δὲ ἔδραμεν.] Idem mendum in ms. ; lege διέδραμεν. V. penult. Ὁμηρικοῦ τεύχους.] *Iliad.* γ', v. 328.

Pag. 146, v. 34. Leg. κατεπειγόμενοι. V. 25. Τῆς μονῆς κοσμιδίου.] Hoc supra pag. 44 μοναστήριον κοσμίδιον dixit. P. eadem, v. 28. Leg. κελεύσμασι.

Pag. 147, v. 1. Μεσασταῖς. Id est, μεσίταις, verbale a μεσάζω. V. 6. Uncis inclusum, lacunæ (ut alibi alia) ex conjectura insertum. V. 9. Τὸν σκίμποδα.] Alias idem, quod in sacris Litteris ὁ κράββατος : hoc autem loco, ὁ τῆς βασιλείας θάκος, ut in concilio Ephesino appellatur. Ἀργυρόποδες σκίμποδες, Clem. Alex. Protrept. V. 15. Ἔθιμον.] Αἱ ἔθιμοι ἐπαοιδαί, Eustath. V. 18. Χωρίτης.] Ἄγροικόν τινα καὶ χωρίτην conjungit Lucian.; χωριτικῶς ἐσταλμένοι, Synes. epist. 104, pro quo χωρικῶς (haud scio an perperam apud eumdem) legitur epist. 4.

Pag. 148, v. 15. Θηράσασθαι εὔνοιαν.] Ita lacunam supplevi, non nescius Basilium M. sic loqui. V. 24. Ἴσ. ἀφθονίᾳ.

Pag. 151, v. 10. Ἐξέωσαν.

Pag, 152, v. 1. Βυκίνων.] Βυκάνη Fl. Joseph. quæ hic βυκίνη, buccina. Βυκανίζω, βυκανιστής ; Athen. buccinator; nec aliter ms. Polyb. lib II. V. 26. Ἴσ. ἥλλατο εἰπὼν πρὸς τόν.

Pag. 155, v. 6. Ἀνύστακτος.] Ὁ μὴ νυστάζων. V. 4 a fine. Τῆς Κωνσταντινουπ., et in margine διαπραξόμενος.

Pag. 156, v. 25. Λείπει ἴσ. ἐνέπεσον, et versu seq. τοῖς ὄπισθεν ἑπομένοις.

Pag. 159, v. 9. Parœmiographi, præpos. omissa, κωφῷ ᾄδειν. Sed apud Suid. alii quoque parœmiæ præpositio additur, παρὰ κωφῷ πέρδειν.

Pag. 159, v. 24. Leg. Καντακουζηνόν.

Pag. 160, μηχανᾶται τι τοιοῦτον.] Commemorat idem Zonaras, v. 12 leg. ἐντοῖς παραλίοις V. 22.

πέφηνεν v. 25. ἀνέγρετο] poeticum, pro ἀνηγείρετο : ut Naz. Carm. ὁ δ' ἔγρετο κόσμος Ἀρείων, pro ἠγείρετο.

Pag. 161, v. 4. Κινούμενος.

Pag. 164, v. 20. Προὐφηρπάκει. V. 7. Ἴσ. ἐπὶ τ[illegible]ν.

Pag. 165, v. 18. Ἐρασιχρήματον.] Xenoph. lib. I *Memorab* V. 22. Δόσεις. Οἱ μὲν.

Pag. 166, v. 5 a fine. Leg. in margine ὑπεστρέψαντο.

Pag. 167, v. 22. Λείπει ἴσ. πέμπει.

Pag. 168, v. 13. Θηρευτικὸν καὶ σμικρολόγων τῶν λέξεων.] Hi λεξοθῆρες sunt Epiphanio, atque inde λεξιθηρεῖν apud eumdem, ἡ λεξιθηρία, apud Clem. Alex., οἱ λογοθῆραι apud Philon.

Pag. 169, Leg. τό τε λοπάδιον.

Pag. 170, v. 25. Καθὰ σμῆνος. V. eod. Ὑπὸ καπνοῦ.] Basil. M. homil. in Psalm. xxxIII. et orat. 1, de jejunio.

Pag. 171, v. 8. In ms. διαιρέτως legitur πολλόττεῤῥον. V. 14. Κανταχουζηνός.

Pag. 172, v. 8. Leg. Μαριανὸν τὸν Μαυροκατακαλών.

Pag. 173. v. 7. Τὰς τῶν λόγων.

Pag. 174. v. 12. Διαβόλεως.] Supra (pag. 85) δεαβόλεως : sed illud apud Cedrenum.

Pag. 175, Μελενδυτήσαντες.] Μελανειμονήσαντες, Chrysost.

Pag. 176, v. 12. Ἴσ. ἀκρομοῦ, ut supra 270. V. 4 a fine. In margine παραχωροῦντος. V. 24. Ἀπὸ τῆς ἀστρῴας περιφορᾶς.] Archilogus, ex Homeri *Odyss.* σ, dixit : Τοῖος ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. At Philo : Τοῖς κατ' οὐρανὸν ἐκγόνοις (id est, τοῖς ἄστρασι) ὁ Θεὸς δυνάμεις μὲν ἔδωκεν, οὐ μὴν αὐτοκρατεῖς. Ad preces enim Josuæ steterunt sol et luna, c. x. v. 13. ad preces et lacrymas Ezechiæ regis, anni xv ætati ejus additi sunt, Isa. xxxvIII. v. 5.

Pag. 184, v. 12. Ἴσ. ἄναυδος tollatur, nam illo etiam modo infra loquitur p. 136. v. 2. pag. 13, 15, 18, 49 et aliis, qui sint intelligendi ἀθάνατοι, liquet ex Herodoti Polymnia et Phocicis Pausaniæ.

Obiter notandum, in his *Alexiados* vIII libris quædam occurrere poetica magis quam oratoria, ἀφαυρὸς, ἄναυδος, νήριθμος, ὀβριμοεργὸς, κύμβαχος, στονόεις, ἀγανής· quædam, rariora et ἀμαρτύρως in Lexicis posita, ἀγροικίζειν, ἐπιτρόχαλος, ἐνσοριάζειν, καθαριεύομαι, μεγαλεπήβολος, ὑπερνεφής· quædam nova, neque tamen invenuste composita, ἀνήλωτος, ἀποκρυσταλλοῦσθαι, ἀπαράμιλλος, ἀπωμίζεσθαι ἄχθος, διαλαλιά, ἐγγωνιάζειν, διαμάργαρος, δορυθήρατος, κατάκροτος, παρενδόσιμον, περιπέζιος, ποδοκοπεῖν, ὑγροσκελής, ὑψίκλονος· quædam denique διττογραφούμενα, μεσαίχμιος, μεταίχμιος· ὑπόγυιος, ὑπόγυος.

ADDENDA AD EUTHYMIUM.

EUTHYMII MONACHI

ENCOMIUM

IN ADORATIONEM VENERANDÆ ZONÆ SANCTISSIMÆ DEIPARÆ

ET FASCIARUM DOMINI

Necnon in anniversarium diem dedicationis templi in Chalcopratis, propter collationem sanctæ capsæ prædicta continentis.

(Apud Surium ab diem 31 Augusti. — Cur ab aliis Euthymii operibus sermo iste disjunctus exhibeatur, hoc in causa fuit quod textum Græcum diu in Mss. Parisiensibus quæsivimus, sed frustra.)

I. Proposita est nobis hodie ad adorandum, et spiritualiter celebrandum (o purum mihi adjutorium !) veneranda et insignis et colenda vel ab ipsis supremis ministris nostri secundum gratiam, qui non potest comprehendi, Patris, integra, intacta et incorrupta zona, supra quam dici potest, benedictæ et gloriosæ semper Virginis, et intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ. Cum itaque animas et corpora per virtutes quæ reprehendi non possunt, et Deo dignæ sunt, nos omnes abluerimus, ita accedamus ad ejus divinum et suscipiendum, et quod super cœlesti loco non est inferius, templum. In quod quicunque, ut videt, ingreditur, tanquam in cœlo A quodammodo, perpetuos et indeficientes cultus, et glorificationes facit cum timore et cordis exsultatione, maxime autem hodie.

II. O miraculum imprimis novum et alienum : quoniam post stupendam et lætam adorationem pretiosissimæ et maxime regiæ, et Christo dilectæ zonæ, vel ipso, quod est in Eden, paradiso pretiosius, ut diximus, hoc templum fuit dedicatum. In quo etiam Domini nostri Jesu Christi, qui est unus ex supersubstantiali et increata Trinitate, repositæ sunt (o mysterium, o rem novam et inauditam) quæ pretio æstimari non possunt, et Deum decent, fasciæ, lucidæ et fulgenti zonæ conjunctæ. Et « Quis loque-

tur potentias Domini, auditas faciet omnes laudationes ejus [1]? » aut quomodo possem ego hoc duplici luce resplendens festum, verbis exornare splendidis, primum quidem ut Deo placeam, et ei, quæ eum peperit sine semine, et plane ineffabiliter: deinde etiam, ut prosim iis, qui convenerunt et jucunde exsultant?

III. Atqui vita quidem excelsa carens, quam convenit habere eos, qui volunt scribere: « (primum enim cœpit Jesus facere, deinde docere [2]) » quinetiam spiritali egens oratione, (oportet enim linguam habere theologicam, ut non opus habeat alio convertere oculos, quam ad viros divinos, qui olim locuti sunt pulchre et panegyrice) nihil aliud efficiam oratione, quam molestia afficiam eos, qui convenerunt, indecora verborum humiliate, et obscura, ac inornata dictione. Sed tamen viri fidelissimi implentes obedientiam, et ejus, qui est divinis repletus, eamus jam duplex ad festum laudandæ semper et beatæ Virginis. « Dabit enim verbum, inquit, Dominus evangelizantibus virtute multa. »

IV. Age vero huic divino, excellenti et jucundo diei novum aliquod prius comparemus et exæquemus spectaculum, et ita nobis orationem consequenter suppeditante ea, quæ sine ullis loci angustiis cepit, ac continuit consistens Verbum Patris, adjiciamus coronas encomiorum his, quibus est gratum festum et amborum festo afferamus ea, quæ est consentaneum. Quomodo enim propositis geminis, qui gaudium afferunt oculis, sole, inquam, resplendente, et orientem illustrante, et luna cum splendidis stellis noctem obscuram illuminante, aut etiam duobus solibus orientibus nutu et providentia divina, et a Patre mota voluntate, est admirabile et ineffabile iis, qui hic adsunt, spectaculum: ita etiam, quæ nunc adest splendida et summa celebritas, in nos emittit radiorum micantia fulgura, et hujus fidelissimi populi congregationem, tanquam astrorum multitudinem pene innumerabilem, mittit ad templum ejus, quæ est vere et proprie Deipara: divinosque radios, odoresque, suavissime spirantes effundit innumerabiles, et persuadet Deum promptissimo glorificare animo, quomodo ex terrigenis nemo fuerit elocutus. Non potest enim exhauriri ejus bonorum scaturigo. Est perennis thesaurus ejus miraculorum.

V. Si enim, ut diximus, est dulcis et desiderabilis et eximius, et læta efficit corda oriens hic sol, qui est ad tempus, et est interiturus, etiamsi solus fuerit lucens et illuminans: quanto magis, putas, Christus sol justitiæ nos illuminat jucundissima ejus specie, et pulchritudine fruentes, per immateriales, inquam, glorificantes, et purissimas preces? « Ego enim (inquit Sapientia) eos, qui me amant, diligo [3]. » Qui autem diligit Filium, et Deum et hominem Christum, diligit eum quoque, qui ipsum genuit sine tempore, ante omnia sæcula, et ineffabiliter. Diligit vero etiam sanctissimum et Paracletum Spiritum, ut honore æqualem, et consessorem Patris et Filii, et ut qui ex Patre quidem procedit, per Filium autem ad omnem pium mittitur. Diligit autem simul (o excellentem Dei œconomiam) eam, quæ ineffabili et stupenda ratione in ultimis temporibus continuit unigenitum Verbum Patris, et quod cum eo est expers principii.

VI. Habuit enim, habuit in utero intemerata et impolluta Verbum illud, quod cœlos constituit. Habuit in utero eum, qui pugno omnia continet, et (o castissimam, et nulli culpæ affinem, quam extimescunt intelligentes omnes hierarchiæ) gestavit in utero eum, qui nec contineri, nec adiri potest ab universa creatura, Deum perfectum et (verum quid tibi rei, o benigne et clemens, cum mendicis et abjectis?) hominem perfectum, duplicem natura, una autem consistentem persona. Non enim dicimus hominem deificatum tanquam in visione ac phantasia: absit: sed Deum incarnatum, et hominem factum, qui totum illud, quod nostrum est, suscepit, dogmate nostro tenemus. « Verbum enim (inquit tonitrui filius) caro factum est [4]. » Non quod conversum ac mutatum sit ex eo, quod erat Verbum, sed quod præterea acceperit, ut caro fieret: non mutata divinitate in humanitatem, sed cum propria suæ divinitatis essentia, in propria persona Dei Verbi et consistentis, comprehendens etiam esse hominem.

VII. Hominem autem dico perfecte. Quæcunque enim homo, et qualia homo, et si quid est homo, accepit Unigenitus, ut in perfecto suo homine universam salutem, cum Deus esset, efficeret, hominis nihil relinquens: ne pars relicta rursus fieret esca diaboli. Non enim venit, ut mutaret naturam, carne indutus, universorum Deus: sed ut eam reformaret, et efficeret puram a mutatione, ut etiam factum est. Quod enim fuimus, erimus, propter mysterium ejus incarnationis eam, quæ ab initio erat, immutabilitatem accepturi, quam mihi et bonis omnibus perfecit, et corpus natura mundum reddens a peccato, et intelligentem animam, voluntatem habentem immutabilem.

VIII. Uno autem verbo universum dico mysterium. Neque Deum nudum corpore, et iis, quæ sunt corporis, Christum esse credamus, neque nudum hominem absque vera divinitate, et iis quæ sunt divinitatis: (utrumque enim aperte ostendunt doctrinam diaboli) sed Deum totum, et eum ipsum absque conversione totius hominis accepisse essentiam, corde puro credamus ad justitiam, et ore apostolice et paterne confiteamur ad salutem. Hunc ergo ante sæcula Deum, qui comprehendi non potest, qui refulsit in duabus essentiis et operationibus, una autem, ut diximus, persona, et nobis in omnibus fuit assimilatus præter peccatum, peperit quæ est verum patrocinium Christianorum, et proprie ve-

[1] Psal. CV, 2. [2] Act. I, 1. [3] Prov. VIII, 17. [4] Joan. I, 14.

reque est Deipara: quæ est altior et superior quavis re creata, tam quæ sub aspectum cadit, quam quæ non cadit, quæ est pura, impolluta, intacta Patris, qui nec videri, nec comprehendi potest, ab omni reprehensione aliena, et pulcherrima sponsa: quæ est in omnibus gloriosa et benedicta, et in bonitate et benignitate est incomparabilis, convenienter ei, qui ex ea natus est Deus et homo, et nobis ad indeficientem proposita opem et salutem.

IX. Et quis non hodie (ut superius diximus) accurrit ad venerabilem zonæ, quæ semper lucet, et omni ex parte resplendet, venerationem, et ad hanc longe clarissimam et illustrissimam ejus ornatissimi et a Deo conditi templi dedicationem? Hodie enim admirabiliter ambo simul sunt proposita ad lætitiam fidelibus, qui recte sentiunt, et qui vere eam confitentur, et adorant veram Deiparam, ut quæ peperit super essentiale Verbum Dei Patris, qui nequit comprehendi. Et qui non est ita affectus, et non ita opinatur, ut paulo ante scripsimus, voces mutuantes ex paternis præceptis, sit anathema.

X. Hodie lætantur angeli, gaudent Cherubin, gaudio afficiuntur Seraphin, Throni et Dominationes mente nobiscum exsultant. Transilias, o tu, pura mente æthera et cœlum, quod illum superat, puris et castis oculis, et videbis vim eorum, quæ dicuntur. Nec mireris. Nam si studio et diligentia homo fit Deus, (inquit enim: « Ego dixi, Dii estis, et filii excelsi omnes [a] ») quid est incredibile, aut magnum, quod quis versatus cum angelis, quæ illic sunt bona, videat intelligentia, et in iis se omnino extendat et oblectet? Abunde enim divina gratia benignitatem suam jugiter effundit iis, qui pure vivunt et evangelice. Ego enim (inquit meus Jesus) et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Vide ergo, vide quemadmodum inhabitatio Trinitatis in hominibus major fiat, quam contemplari possimus.

XI. Hodie ergo a nobis quoque honoretur zona, quæ est omnino a Deo maxime illustrata, et summe admirabilis, et valde veneranda. Hodie honoretur zona, qua succincta fuit laudatissima Deipara, et fraudulentissimum draconem per eam suffocavit, et nostri generis auctores a gravi revocavit exsilio. Hodie honoretur zona quam Ipsum quoque unigenitum Dei Verbum ineffabiliter ex ipsa carne tectum, quomodo ipse solus novit, tenuit, et est complexus, adhuc corporaliter propter ætatem se gerens pueriliter, et ut puer solet facere, balbutiens, et in materno gremio requiescens et exsiliens.

XII. Hodie ipsi quoque, inquam, primi Dei ministri, licet non videantur, eam adorant, et maxima colunt veneratione et arcane una nobiscum lætantur. Hodie a nobis etiam terrenis adoretur, et magnificetur hæc zona ad gloriam ejus, qui supra rationem fuit carne indutus: et (o mysteria, quæ comprehendi nequeunt) hodie magnificetur zona ad laudem et honorem semper Virginis et Deiparæ Mariæ. Lætatur enim, cum nos in his aspicit castissima Domina. Se enim ea revera cinxit, ut credimus: et aras contrivit idolorum, et delubra gentium perdidit et comminuit, et cessare fecit immoderati sanguinis effusionem. Hodie zona magnificetur, per quam aer fuit sanctificatus: cœli summe refulgent: sol et luna supra naturam suam nunc splendide radios et mystice emittunt: et universus mundus, qui quatuor continetur finibus, renovatur et illustratur. Et gloria sit ei, qui nos implet in bonis omnibus, ad gloriam suæ bonitatis.

XIII. Hodie glorificetur zona, per quam montes exsiliunt, et tranquillum mare subridet placide, omnesque summe ditantur, et lætitia afficiuntur, ad gloriam ejus, quæ est semper virgo, et Dei mater. Hodie zona glorificetur, per quam pulchri evadunt fluvii, et soli subjectam terram rigant, et fertilem efficiunt: et gloria sit ei, qui eos regit et nos in omnibus lætificat, et copiose alit. Hodie proponatur, honoretur et adoretur zona, quæ divina virtute cœlos superat, et resplendet plusquam radii solares, manetque integra et intacta plurimorum annorum curriculis, noningentorum, inquam, aut amplius.

XIV. O Dei mysteria, quæ comprehendi nequeunt: o dona ejus, quæ non possunt investigari! Papæ tuam, o intemerata, potentiam! Papæ tuam ad Filium tuum absque ullo intercessore fiduciam! Et quis, o Domina, potuerit satis vel aliqua ex parte laudare hanc præclaram, et vere semper colendam celebritatem? Et præbete quidem aures: sum enim admirabilia dicturus. Nam, ut scriptum invenimus, in admiranda et semper resplendente arca, in qua est pretiosa hæc zona recondita, a tempore Archadii, qui olim imperavit in fide recte sentiens, quique fuit filius magni illius, et qui virtutibus refulsit, Theodosii, hic fuit reposita tricesimo primo ultimi hujus mensis, salvaque illæsa impolluta, ut videtis, permansit usque in hodiernum diem, nullo modo fœdata, aut offuscata, aut ejus colore ullo modo mutato, sed resplendens supra nivem, et tanquam modo ex coccino laborata, sic est proposita, virtute sancti et vivifici et adorandi Spiritus.

XV. Ei autem prompto et alacri animo flectamus genua, lacrymas fundamus præ lætitia, ante eam stemus, et fideliter omnes sanctificemur oculis, labris, frontibus, manibus, eam cum metu tangentes, et in altum extollentes, et sic dicentes: « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam [b]. » Vides enim, vides ante pedes pulcherrimæ tuæ capsæ nos omnes ardenter volutari, et tuum postulare auxilium, exspectantes tuam defensionem, tuum in omnibus invocantes patrocinium. Itaque ut, dum hic quidem manemus, nos protegas, sup-

[a] Psal. LXXXI, 6. [b] Psal. XLIV, 11.

plicamus: rursus autem, ut, cum excedemus, in A ædibus semper viventibus et luminosis habitemus, obsecramus. Contra autem nobis parcat tuus Filius et Deus, perennibus tuis orationibus. Nihil enim est, quod tibi sit impedimento, o impolluta Domina. Ecce enim post tuum festum pretiosæ tuæ et adorandæ zonæ, hujus quoque tui templi dedicationem concorditer peragimus, ut qui simus servi et debitores, o optima. Respice servos tuos, respice. In te enim omnes spem nostram collocavimus, et in te vivimus, et gloriamur, et sumus. Scimus enim, scimus fore, ut non hac nostra frustremur exspectatione, aut fallamur, et excidamus. Tua enim sumus hæreditas, o impolluta, et ad te mane surgere et confugere, nunquam nos piguerit.

XVI. Agedum vero, popule electe, et Deo grate, B postquam de veneranda et pretiosissima zona pauca diximus, pro nostra quoque dicendi facultate, nonnulla dicamus de dedicatione, sicut vobis ante sumus polliciti. Dedicatur ergo hodie templum Dei Matris, quod est pulcherrimum et luminosissimum, et cœlo potest æquiparari. Hodie dedicatur templum maxime benedictæ Dei filiæ, in quo angelorum exercitus assidue ministrant, et circa semper splendentem capsam cum timore assistunt, quod et fasciæ Christi in ea sunt reconditæ, et hæc a Deo contexta zona ejus, quæ peperit ineffabiliter. Gloria sit ei, qui nos in his affatim ditat, et refrigerat, et a multis malis liberat, nempe et ex incursione Barbarorum et gravibus aliis quibusdam C casibus.

XVII. Hodie celebrantur encænia nostræ intemeratæ. Et quis ex viris terrigenis, et ea, quæ sunt Dei, scientibus, non exsilierit, et non præclare supra nivem dealbatus fuerit, et animo et moribus mutatus? Ita enim in his erimus sine periculo, si maxime cum metu et tremore et spiritali exsultatione in id ingrediamur. Hodie templum dedicatur hujus gloriosæ Dei Matris in quod ab Oriente et Occidente, a Septentrione et mari, omnes ardenter et fideliter confluunt et spiritales cultus cum timore peragunt, et Deum ex corde non cessant glorificare a media nocte, atque adeo perpetuo prompto et alacri animo, assimilari angelis et archangelis. Hodie dedicatur templum Regis Christi Matris, in D quo omnis Scriptura a Deo inspirata et utilis legitur ad utilitatem animarum innumerabilium. Etenim ex quovis Christianissimo ordine in id magno studio confluunt pontifices et reges, principes et magistratus, divites et pauperes, immatura ætas, et piarum feminarum caterva.

XVIII. Sed quis tuæ gloriæ loquetur magnalia, o intemerata? Hodie dedicatur templum sponsæ expertis nuptiarum Patris, qui non potest comprehendi, in quo chori piorum et doctorum virorum in ordine assistentes et indoctis non parvam præbentes utilitatem summam accipiunt remunerationem. Qui enim abducit, inquit, dignum ab indigno, erit tanquam os meum [7]. Hodie dedicatur templum purum et integrum gloriosæ Dei filiæ, in quod etiam ii, qui sunt in montibus et speluncis, cursu venientes, ex bona fama ossa (ut dicit Scriptura) pinguefaciente [8], amore amorem assumunt, et læti domum vadunt, semper Virginis Mariæ summum templum honorantes. Hodie templum dedicatur illius castissimæ, templis omnibus superius, in quo plurimi ex iis, qui sunt polluti peccatis gravissimis, redeunt ad pietatem et summam puritatem, et fiunt æquales angelis. Hodie dedicatur templum patrocinii et defensionis Christianorum, in quo ii etiam, qui optime vivunt, redduntur formosiores, et luce lucem accipiunt, exornati humilitate, qui Christum imitantur. Hodie templum dedicatur laudatissimæ, et ab omni labe alienæ puellæ, in quod quicunque ingreditur et desiderio et fide, et ea enuntiat, quæ ab eo facta sunt graviter, et confitetur se amputaturum ea quæ sunt molesta, statim (o miraculum!) invenit solutionem, et cordis exsultationem. Dixit enim, inquit, «Enuntiabo contra me iniquitatem meam Domino et tu remisisti impietatem cordis mei [9]. »

Hodie templum omni ex parte benedictæ et venerandæ adolescentulæ, et prophetarum coronidis, est dedicatum: in quo eriguntur paralytici, qui non vident, visum recipiunt, et qui horrore ac febri laborant, curantur. Est enim semper perennis scaturigo ejus miraculorum. Hodie nos quoque, qui huc accurrimus, ab innumerabilibus, et sibi invicem succedentibus afflictionibus, et turpissimis improborum hominum maledictis liberati, et tecti sub alis ejus intercessionis, suppeditatam rationem, et sapientiæ cognitionem desuper a filio ex ea nato, per ipsam admittentes, cum loqui jussi fuerimus, sine impedimento clamemus ex corde, clamemus: Ne assiduas nostras preces repudies, ne repudies, o intemerata. Defende nos secundum magnam et copiosam misericordiam tuam, o Domina. Frange schedulam immensorum nostrorum malorum tuis, quæ nunquam dormiunt, intercessionibus, o optima. Nos ante finem concilia tuo misericordi et justo judici, Filio et Deo. Sumus enim plane omni destituti fiducia et audacia, propter negligentiam et multitudinem peccatorum. Sed magnam vim habet, o laudatissima, precatio Matris ad Filii conciliandam benevolentiam, ut credimus. Cum ergo habeas maternam et infinitam ad eum fiduciam, qui ex te sine fluxione ineffabiliter ortus est, nos quoque fac bonorum æternorum participes, et ab omni gravi hic et illic libera afflictione. Potes enim omnia tu, quæ es plusquam benedicta et gloriosa, ut a te custoditi, et de te gloriantes, emittamus gloriam et gratiarum actionem in hoc venerando templo, et ubicunque simus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui, nunc et semper et in sæcula. Amen.

[7] Jerem. XV, 19. [8] Prov. XV, 30. [9] Psal. XXXI, 5.

INDICES

IN

ALEXIADEM ANNÆ COMNENÆ.

—

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

Revocatur Lector ad numeros crassiores in textu expressos, qui paginas editionis Regiæ repræsentant.

—

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T.

U

NOBILES GALLI, NORMANNI

AC LATINI

Quorum mentio fit apud Annam Comnenam et stemmata ac familiæ releguntur in Notis.

Numeri paginas editionis Regiæ denotant; littera *n*. Du Cangii notas.

E

F

G

H

I

J

L

M

P

R.

S

T

U

V

W

INDEX GEOGRAPHICUS

AD ANNÆ ALEXIADEM.

Numeri paginas editionis Regiæ in textu Latino expressas denotant; littera *n*. Du Cangii notas.

—

A

B

C

D

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM

QUÆ IN NOTIS AD ALEXIADEM CONTINENTUR.'

Revocatur Lector ad numeros grandiores in NOTIS expressos, qui paginas editionis Du Cangii repræsentant

C

D

E

F

G

H

I

J

L

M

N

O

P

Q

R

INDEX GRÆCARUM VOCUM QUÆ IN NOTIS EXPLICANTUR.

Revocatur Lector ad numeros grandiores in Notis expressos.

INDEX AUCTORUM

QUI PASSIM IN NOTIS AD ANNAM COMNENAM LAUDANTUR ET ILLUSTRANTUR.

Vide numeros grandiores in Notis, expressos.

—

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

FINIS TOMI CENTESIMI TRICESIMI PRIMI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.